Digitized by Google Распознавание текста

C 550.4

HARVARD COLLEGE
LIBRARY

Bought from the Fund for
CURRENT MODERN POETRY
given by
MORRIS GRAY
CLASS OF 1877

Digitized by Google
Распознавание текста
АВК/ГФ

Digitized by Google
Распознавание текста
ABK/FR

Digitized by Google
Распознавание текста
ABK/FR

Digitized by Google
Распознавание текста
ABK/FR

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXXIX.

DIDYMUS ALEXANDRINUS, S. AMPHILOCHIUS ICONIENSIS, NECTARIUS CP.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1858

Digitized by Google Распознавание текста

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

SÆCULUM IV.

ΔΙΔΥΜΟΥ

ΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

DIDYMI ALEXANDRINI

OPERA OMNIA.

ACCEDUNT

S. AMPHILOCHII ICONIENSIS EPISCOPI ET NECTARII CP. PATRIARCHÆ

SCRIPTA QUÆ SUPERSUNT.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT IN FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1858

Digitized by Google Распознавание текста

C 550.4
HARVARD COLLEGE LIBRARY
1850. Jan. 28.
Gray Fund.
12.87

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XXXIX CONTINENTUR.

DIDYMUS ALEXANDRINUS.

De Trinitate libri tres. 270
De Spiritu sancto. 1034
Liber contra Manichæos. 1086
Fragmenta ex libris deperditis. 1110
ex Catenis. 1112
Enarratio in Epistolas catholicas. 1731

NECTARIUS ARCHIEPISCOPUS CP.

De festo S. Theodori, et de jejunio et eleemosyna. 1822

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

ANNO DOMINI CCCXCIV.

S. AMPHILOCHIUS

ICONIENSIS EPISCOPUS.

(Notitia ex *Bibliotheca Gallandiana*, tom. VI, Proleg. p. XI.)

I. Cappadocem fuisse Amphilochium, perinde atque Basilium et Gregorium Nazianzenum, diserte prodit Hieronymus (*a*) : quin et Cæsareæ, in ipsa videlicet primaria Cappadociæ urbe, magnique Basilii patria, ortum habuisse, aperte satis testatur idem Basilius (*b*). Primum rhetor ac foro assuetus (*c*), in solitudinem secedens monachum egit. Deinceps vero *ineluctabilibus gratiæ retibus captus, atque in mediam Pisidiam numine divino deductus*, ut verbis utar Basilii (*d*), Iconii episcopus fuit ordinatus, anno 373 exeunte, vel initio anni 374 ex viri docti sententia (*e*) quam sequimur. Basilio in primis fuit omnium charissimus, ut ex pluribus ejus epistolis ad ipsum datis compertum habemus ; quas inter eminent tres canonicæ (*f*), intra annos 374 et 375 perscriptæ : quo quidem tempore librum quoque *De Spiritu sancto* Basilius eidem Amphilochio inscripsisse perhibetur (*g*). Eo itidem familiariter usus Gregorius Theologus, ut ex ejus epistolis haud paucis ad ipsum datis constat. Et jure sane optimo noster Iconiensis antistes magnis illis viris in pretio habitus : qui nimirum egregiis cum mentis tum animi dotibus præditus fuisse noscatur. Illius enim igneus charitatis fervor, morumque gravitas ac taciturnitas celebratur (*h*). Discendi studium et humilitatem admirabatur in eo Basilius (*i*) ; quippe qui discere non gravaretur, cum docendi locum teneret. Tantum denique amoris sibi apud omnes conciliabat, ut nullius præsentia magis expeteretur quam Amphilochii (*j*).

II. Jam vero, ut res in episcopatu ab eo præclare gestas summatim recenseamus, Isaurorum Ecclesiam sanctus Pater prudenter curasse (*k*), resque Lycaoniæ more apostolico composuisse traditur (*l*). Anno autem, ut videtur (*m*), 377 consultus ab alterius provinciæ, fortasse Lyciensis (*n*), episcopis qui circa Macedonii hæresim fluctuabant, concilium coegit : in quo consultationi respondens, egregiam synodicam suo et aliorum episcoporum Lycaoniensium nomine conscripsit ; quam sæculo superiore a Cotelerio editam, inter nostra Amphilochiana protulimus. Anno deinceps 381 synodo generali Constantinopolitanæ interfuit, atque a Patribus ad fidem catholicam per Asiæ provincias restituendam delegatus fuisse comperitur (*o*). Quo item anno primus subscripsit noster Iconiensis episcopus testamento Gregorii Nazianzeni, Flavio Eucherio et Flavio Evagrio coss. litteris consignato (*p*). Biennio post synodo viginti quinque episcoporum præfuit, Sidæ in Pamphylia contra Messalianos coactæ, teste Theodorito (*q*) : qui et alibi (*r*) : « Accuratius, inquit, hæresim (Messalianorum) confodit longe optimus Amphilochius, ipsa illorum verba actis a se confectis inserens, quæ dogmatum differentiam aperte declarant. » Sed hujusmodi opus Amphilochianum, ut ferme reliqua, intercidit. Exstat fragmentum ex Amphilochii epistola dogmatica ad Panchariun diaconum Sidensem (*s*), quod fortasse ad res in ea Sidetana synodo gestas pertinere, haud immerito quis existimet. Utcunque fuerit, juvabit tamen adire Photium (*t*), qui acta hujusce synodi Sidæ habitæ legit, pluraque de ea scitu digna posteris tradidit. Neque Tillemontium hac de re prætereas velim (*u*).

III. Porro ad hunc ipsum annum 383, ut post Baronium (*v*) censent Valesius (*x*) ac Tillemontius (*y*) spectat egregium illud Amphilochii facinus, memo-

(*a*) Hieron. epist. 70, al. 84, § IV.
(*b*) Basil. epist. 161, al. 393, § 1.
(*c*) Id. epist. 150, al. 392, §§ II et IV.
(*d*) Id. epist. 161, § 1.
(*e*) Maran. in *Vit. Basil.* cap. 30, §§ I et VI.
(*f*) Basil. epist. 188, 199, 217.
(*g*) Maran. in *Vit. Basil.* cap. 30, § VI.
(*h*) Basil. lib. *De Spir. sancto*, cap. 30, § LXXIX.
(*i*) Id. epist. 190, § 1.
(*j*) Id. epist. 176.
(*k*) Basil. epist. 190, § 1.
(*l*) Id. epist. 200.
(*m*) Maran. in *Vit. Basil.* cap. 38, § I.
(*n*) Tillem. *Mém. eccl.* tom. IX, pag. 624.
(*o*) Socrat. *Hist. eccl.* lib. V, cap. 8 ; Sozom. lib. VII, cap. 9.
(*p*) Greg. Naz. Opp. tom. I, sub init.
(*q*) Theodor. *Hist. eccl.* lib. IV, cap. 11.
(*r*) Id. *Hæret. fab.* lib. IV, cap. 11.
(*s*) Infra sub num. 16.
(*t*) Phot. *Bibl.* cod. LII.
(*u*) Tillem. *Mém. eccl.* tom. VIII, pagg. 534 et 798, not. 2, *Sur les Messaliens.*
(*v*) Baron. ad ann. 383, § XXXI.
(*x*) Vales. ad Theodor. *Hist. eccl.* lib. V, cap. 16, not. 2.
(*y*) Tillem. *Mém. eccl.* tom. VI, pag. 627 et 802, not. 105, *Sur les Ariens.*

Digitized by Google Распознавание текста

ria scilicet dignissimum, quo a magno Theodosio, invito licet, impetravit ut Arianorum conventicula vetarentur. Rem fusius enarrat Theodoritus (*a*), sed minus accurate Sozomenus (*b*). Nimirum in palatium ingressus admirandus ille Amphilochius, Theodosium quidem solito honore prosecutus est; Arcadium vero patri astantem, quem ille paulo ante Augustum renuntiaverat, insalutatum præteriit. Quod quidem indigne ferens imperator, de filii contemptu quod in se ipsum recidat, cum episcopo expostulat. Tunc vero contenta voce Amphilochius : « Vides, inquit, imperator, te filii tui contumeliam ferre non posse; sed succensere iis qui illi contumeliam faciunt. Crede igitur, Deum quoque hujus universi eos aversari atque odio habere, qui Filium ipsius unigenitum blasphemant. » Factum dictumque admiratus imperator, legem a beato antistite postulatam extemplo tulit. Quod superest, idem Amphilochius anno 394 desinente concilio Constantinopolitano sub Nectario habito interfuit, in quo Agapii et Bagadii qui de Bostrorum in Arabia episcopatu contendebant, causa definita est. Post hæc autem quo tempore supremum diem obierit sanctus præsul, haud satis est exploratum, ut videre est in primis apud Tillemontium (*c*). Illud potius attendendum, ipsum scilicet dum adhuc in vivis ageret, Gregorio Theologo teste (*d*), miraculis claruisse. Ejus vero memoria die 23 Novembris ab utraque Ecclesia recolitur.

IV. Reliquum est, ut de sancti Patris nostri litterarum monimentis verba faciamus. Et Hieronymus quidem egregii unius libri *De Spiritu sancto* ab Amphilochio conscripti, mentionem injicit (*e*). Neque id sane mirum . *Non enim*, inquit (*f*), *de his quæ non legi, nosse potui; et quod aliis forsitan sit notum, mihi in hoc terrarum angulo* (Bethlehemitico) *fuerit ignotum*. At vero idem doctor maximus ad Magnum oratorem scribens anno circiter 397, quinque nimirum post annos ab edito suo libro *De viris illustribus*, ex quo memoratum opus *De Spiritu sancto* ab Amphilochio sibi rectum testatur : eumdem præstantissimum præsulem Iconiensem, ob spectatam jam et diu cognitam ejus doctrinam, Basilio magno et Gregorio Theologo exæquat his verbis (*g*) : *Exstant et Julii Africani libri. . . . . Cappadocumque Basilii, Gregorii*, Amphilochii : *qui omnes in tantum philosophorum doctrinis atque sententiis suos refarciunt libros, ut nescias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem sæculi, an scientiam Scripturarum*. Ex ipso ergo Hieronymo compertum habemus, complura fuisse ab Amphilochio perscripta, et multiformis quidem doctrinæ laude conspicua : quæ tamen omnia ad nos non pervenisse dolendum.

V. Neque aliter sane censendum, si spectentur in primis Amphilochiana fragmenta quæ veteres nobis servarunt : Cyrillus, inquam, Alexandrinus, Theodoritus, Anastasius Sinaita, Leontius Byzantinus, Facundus Hermianensis, Joannes Damascenus, aliique Ecclesiæ scriptores. Hæc autem magnam partem collegit Combefisius : quibus alia neque pauca et ipsi adjecimus ; eaque omnia primum congesta non solum digessimus, sed etiam cum pridem editis denuo contulimus.

VI. Præter ejusmodi germana Amphilochii operum deperditorum fragmenta, ex vetustis ecclesiasticis scriptoribus desumpta, exstant præterea ejusdem sancti Patris *Iambi ad Seleucum*, quos cum metaphrasi Latina primum edidit Schleusingæ anno 1609 Joachimus Zehnerus. Sunt autem versus 333, eosque in fine adnumerat ipsemet auctor per tres hecatontadas et decadas totidem ac monadas tres, ad SS. Trinitatem videlicet respiciens. De operis integritate dissident eruditi. Billius primus omnium hos lambos Gregorio Nazianzeno asserere nititur, ex antiquarii quo usus est hujusmodi conjectura : Καὶ ταῦτα δοκεῖ μοι τοῦ Θεολόγου τυγχάνειν φρενὸς, ὡς παρὰ Ἀμφιλοχίου γραφέντα· *Hæc mihi videntur a Theologi mente profecta, tanquam sub Amphilochii nomine scripta :* ea nimirum ratione, qua Nazianzenus ad Nicobulum ex Nicobuli filii persona, et alia quædam ad Vitalianum parentem ἀστοργον scripsit. « Sunt nihilominus, inquit Combefisius (*h*), hæc leviora, quam ut fidem codicum vindicantium Amphilochio elevent. Primum enim minus quadrant hic posita de libris canonicis cum iis quæ habet Theologus (*i*), ubi absolute pronuntiat de Pauli Epistolis et septem catholicis, nulla mentione libri Esther aut Apocalypsis. Tum quia videntur hi Iambi non ita accedere ad cothurnum Gregorianum, potiusque referre facilem Amphilochii venam, ac nonnihil licentius decurrere et stylo solutæ orationi propinquiori... Item, quid vetat ut Theologo æqualis, isque ipse omni scientiarum genere excultus ac plane vir ἐλλογιμώτατος, etiam metro Seleucum instituerit, ad quem prosa semel et iterum eum scripsisse dogmatica probant quæ ejus producimus fragmenta? Nec est simile in aliis allatis, in quibus statim palam est assumpta persona. Etiam Balsamon habet ut Amphilochii (*j*), passimque Damascenus in *Elementis* emin. Rupifucaldii. » Hæc porro eadem quæ hactenus Combefisius, repetit augetque Tillemontius (*k*), licet operis auctorem Amphilochium libere astruere non audeat.

(*a*) Theodor. *Hist. eccl.* lib. v, cap. 16.
(*b*) Sozom. lib. vii, cap. 6.
(*c*) Tillem. *Mém. eccl.* tom. IX, pag. 745, not. 4, *Sur S. Amphil.*
(*d*) Greg. Naz. carm. li, [nunc iii], ŷ 242, Opp. tom. II, pag. 125 [ed. nov. p. 1017].
(*e*) Hieron. lib. *De vir. illustr.* cap. 133.
(*f*) Id. in prolog. ad lib. *De vir. illustr.*
(*g*) Id. epist. 70 alias 84, *ad Magnum orat.*, § iv.
(*h*) Combef. not. ad Amphil. pag. 253.
(*i*) Greg. Naz. carm. xxxii [nunc viii]. Opp. tom. II, pag. 98 [ed. nov. p. 1089].
(*j*) Balsam. *Comment.* pag. 656 et 1082 edit. Paris. 1620.
(*k*) Tillem. *Memor. eccl.* tom. IX, pag. 746, not. 6, *Sur S. Amphil.*

Digitized by Google Распознавание текста

Verum ad vindicandum carmen iambicum extra omnem dubitationis aleam episcopo nostro Iconiensi, præter codices manu exaratos quos præ cæteris excitat Montfauconius (*a*), veterum quoque scriptorum accedit auctoritas, non solum Joannis Damasceni et Balsamonis, quorum meminit Combefisius, sed etiam Zonaræ (*b*) Balsamone antiquioris: quin et Cosmæ Indicopleustæ, qui circa medium sæculi VI floruisse perhibetur (*c*). Quandoquidem vero ejusdem Cosmæ locum hac de re nemo hactenus animadvertit, ne ipse quidem Fabricius Amphilochii scripta recensens, ipsum propterea huc afferre juverit. Sic igitur ille (*d*): Ἀμφιλόχιος ἐπίσκοπος γενόμενος τοῦ Ἰκονίου, φίλος καὶ κοινωνικὸς τοῦ μακαρίου Βασιλείου, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς *πρὸς Σέλευκον* αὐτῷ γραφεῖσιν *ἰάμβοις* ἀμφιβαλλομένας αὐτὰς (τὰς καθολικὰς) ἐξεῖπεν. Id est: *Amphilochius Iconii episcopus, amicus et familiaris beati Basilii,* IN IAMBIS SUIS AD SELEUCUM *scriptis dubias illas* (catholicas Epistolas) *pronuntiavit.* Eo quidem loci minus accurate loquitur iste monachus Ægyptius de septem catholicis Epistolis, ut probe advertit vir doctissimus (*e*): verum ad rem nostram satis apte, quippe qui Iambos Amphilochianos agnoscat (*). Ex quibus ergo, mea quidem sententia, nullus dubitandi locus relinquitur, quin carmen illud iambicum tanquam sincerus Amphilochii fetus sit habendum.

A

VII. De synodicæ Amphilochii epistolæ γνησιότητι quam sæculo superiore desinente in lucem extulit Cotelerius, nemo est qui ambigat: Est enim, inquit cl. editor, tota Amphilochiana, Basiliana, Gregoriana. De ea pluribus Tillemontius (*f*).

Ex octo autem orationibus quas sub Amphilochii nomine edidit Combefisius, quinque tantum selegimus, tribus reliquis, cum eodem editore, alio amandatis (*g*). Porro de his omnibus laudatus Tillemontius pro more suo accurate satis disserit (*h*). Hoc unum addimus, orationem videlicet II, *De occursu Domini,* Amphilochio asseri ex codice bibliothecæ Mediceæ apud Montfauconium (*i*); qui et alterum bibliothecæ Sfortianæ codicem laudat (*j*), ex quo eidem Iconiensi antistiti astruitur oratio III, *in Lazarum quatriduanum.*

B

Vitam demum Amphilochii quam damus post Combefisium, descripsit editor ex regio codice n. XCII, qui et de illa hæc habet (*k*): « Ipsa est antiqua Amphilochii *Vita,* non quam Metaphrastes stylo ornavit ac μεταφράσει reddidit: quidquid mihi juniori, meque secuto Philippo Labbe obrepsit. » Et alibi (*l*): « Eamdem vitam habet Aloysius Lipomanus tom. V, et ex eo Surius XXIII Novembris; maiori tamen verborum fluxu, quam habeat laudatus codex regius: eoque fuit Latina versio Græcis componenda, seu potius nova adornanda: nonnullis etiam re ipsa, quanquam minoris momenti, in nostro et quo usus est Lipomani interpres, codice diversis. »

(*a*) Montf. *Bibl. bibl.* tom. I, pag. 257 A, et tom. II, pag. 1050 D, 1053 E, 1531 B.
(*b*) Zonar. *Comment.* pag. 415 edit. Paris. 1618.
(*c*) Montf. Præfat. ad Cosm. *Topogr. Christ.* cap. 1, § I.
(*d*) Cosm. Indic. *Christ. Topogr.* lib. VII.
(*e*) Montfauc. Præfat. ad Cosm. *Christ. Topogr.* cap. 5, § X.
(*f*) Tillem. *Mem. eccl.* tom. IX, pag. 624 seq.
(*g*) Combef. Recens. auct. ad *Bibl. concion.* tom. I, pag. 5.
(*h*) Tillem. *l. c.* pag. 747, not. 7, *Sur S. Amphil.*
(*i*) Montf. *Bibl. bibl.* pag. 258 C.
(*j*) Id. ibid. pag. 702 E.
(*k*) Combef. *l. c.*
(*l*) Id. in not. ad Amphil., p. 279.

(*) Alterius Cosmæ testimonium addi posset qui in Scholiis ad Gregorii Nazianzeni carmen *Ad Olympiada* (ap. Mai *Spicileg. Rom.*, t. II, p. 197, et apud nos in *Gregorio Nazianzeno*) *Iambicum ad Seleucum* Amphilochio tribuit his verbis: Ταύτης δὲ τῆς Ὀλυμπιάδος ἀδελφιδοῦς Σέλευκος ἦν, πρὸς ὃν τὴν ἰαμβικὴν ἐπιστολὴν Ἀμφιλόχιος γεγράφηκεν ... Cum vero Patres Benedictini Iambicum illud inter Opera Nazianzeni retinuerint, ab eis discedere noluimus. EDIT. PATR.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΚΟΝΙΟΥ

ΔΙΗΓΗΣΙΣ ΚΑΤΑ ΑΡΕΙΑΝΟΥ ΚΑΙ ΕΥΝΟΜΙΟΥ ΚΑΙ ΜΑΚΕΔΟΝΙΟΥ.

—

B. AMPHILOCHII

EPISCOPI ICONII

HISTORIA ADVERSUS ARIANUM EUNOMIUMQUE ET MACEDONIUM.

—

NOTA. Voces non paucæ in hoc opusculo occurrunt, usitato scribendi modo prorsus repugnantes, quarum tamen scripturam mutare nobis religio fuit, siquidem ad Ægyptiacam dialectum pertinere videantur. Ignoscat igitur nobis lector, sicubi legerit διλειάσῃς pro δειλιάσῃς, ποιμένων pro ποιμαίνων, cæteraque id genus. EDIT. PATROL.

Α'. Ἦν τις μοναχὸς ἀνὴρ ὀνόματι Ἀμφιλόχιος· καὶ οὗτος δίκαιος ἦν καὶ θεοσεβής. Οὗτος ἐν σπηλαίῳ

I. Erat monachus quidam nomine Amphilochius; fuitque vir ille justus et pius. Is annos quadraginta

Digitized by Google Распознавание текста

vixerat in spelunca, quos sicco panis et aquæ epulo transegerat; vinum autem et oleum nunquam sumpsit. Accidit autem ut eo tempore decederet episcopus civitatis Iconii; angelus vero Domini astitit Amphilochio dicens : Amphilochi, vade in civitatem, pasce oves Christi. At ille non acquiescebat. Rursumque astans angelus Domini ait illi : Etiam nunc dico, vade, fac quod fuit præceptum. Ille autem nec sic parebat; dicebat enim apud se, ipsum etiam Satanam in angelum lucis se transfigurare [1]. Factumque est nocte tertia, ut ei rursus astans angelus diceret : Surge a tuo isto strato, et vade in civitatem, ac pasce oves Christi. Surgensque ille tenuit eum dicens : Si angelus Dei es, stemus in oratione. Moxque angelus Domini, demisso capite clamavit, dicens : *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth : plenum est cœlum et terra gloria ejus* [2]. Apprehensaque Amphilochii dextera, duxit eum in ecclesiam, quæ ultro eis aperta est; atque ingressi viderunt magna lumina, perinde atque in festo Domini (*a*). Erantque viri singulari eximioque amictu (*b*), quorum non erat numerus. Ii acceptum eum, duxerunt ad aram sanctam : ac præ manibus Evangelium habentes, tradiderunt ei, dicentes : Dominus tecum. Unus autem ex sanctis angelis qui etiam erat in eis primus, dicit ad eos : Precemini, omnes. Cœpitque dicere : Divina gratia præficit ordinatque (*c*) fratrem nostrum Amphilochium epi-

A ἐποίησεν ἔτη μ'· διῆγε δὲ ξηροφαγίαν ἄρτου καὶ ὕδατος· οἴνου δὲ καὶ ἐλαίου οὐδέποτε μετελάμβανεν. Ἐγένετο δὲ ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις, τελευτῆσαι τὸν ἐπίσκοπον Ἰκονίου, καὶ ἐπέστη ὁ ἄγγελος Κυρίου τῷ Ἀμφιλοχίῳ λέγων· Ἀμφιλόχιε, ἄπελθε εἰς τὴν πόλιν, ποίμανε τὰ πρόβατα τοῦ Χριστοῦ. Ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο· καὶ ἐπιστὰς πάλιν ὁ ἄγγελος Κυρίου λέγει αὐτῷ· Καὶ ἤδη λέγω σοι· Πορεύου, τὸ κελευσθέν σοι ποίησον. Ὁ δὲ οὐδὲ οὕτως ἐπείθετο· ἔλεγε γὰρ ἐν ἑαυτῷ, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός. Καὶ ἐγένετο τῇ τρίτῃ νυκτὶ, ἐπιστὰς πάλιν αὐτῷ ὁ ἄγγελος λέγει· Ἔγειρου ἀπὸ τῆς στρωμνῆς σου ταύτης, καὶ πορεύου εἰς τὴν πόλιν, καὶ ποίμανε τὰ πρόβατα Χριστοῦ. Καὶ ἀναστὰς κατέσχεν αὐτὸν λέγων· Εἰ ἄγγελος εἶ τοῦ Θεοῦ,

B στῶμεν εἰς προσευχήν· καὶ εὐθέως κλίνει τὴν κεφαλὴν ὁ ἄγγελος Κυρίου, καὶ ἐβόησε λέγων· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαώθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. Καὶ ἐπιλαβόμενος τῆς δεξιᾶς Ἀμφιλοχίου, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν· καὶ αὐτόματος ἠνοίγη αὐτοῖς· καὶ εἶδον φῶτα μεγάλα, ὡς ἐπὶ ἑορτῆς Κυρίου. Καὶ ἄνδρες μονάζοντες, ὧν οὐκ ἦν ἀριθμός· καὶ ἐπιλαβόμενοι αὐτὸν, ἤγαγον ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον· καὶ εἶχον ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν Εὐαγγέλιον, καὶ ἀπέδωκαν αὐτῷ λέγοντες· Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Εἷς δὲ πρῶτος αὐτῶν λέγει πρὸς αὐτούς· Εὔξασθε πάντες. Καὶ ἤρξατο λέγειν· Ἡ θεία χάρις προχειρίζεται τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν Ἀμφι-

[1] II Cor. xi, 4. [2] Isa. vi, 3.

(*a*) *Perinde atque in festo Domini.* Ὡς ἐπὶ ἑορτῆς C Κυρίου, velut die Dominico, vel forte, Dominica ipsa Resurrectionis, a qua reliqui per annum habent ut sint Christianis solemnes et Dominici, lætique omnino; quam eorum lætitiam et φαιδρότητα, μεγάλα illa et vere φαιδρά, in ecclesiis lumina cereique utcunque repræsentent.

(*b*) *Erantque viri singulari eximioque amictu.* Habuit noster codex μονάζοντες, nec movimus, quanquam ut minus congruum non reddidimus. Etsi enim plerique episcopi Græci jam olim assumpti fuerint e cœtu monachorum, eoque potuerint angeli convenisse monachorum specie, ad consecrandum in episcopum confratrem monachum : aptius tamen videtur ut cultiori et sacro habitu apparuerint, ac quali deceret tantum ministerium; idque auctor significare voluerit. Quare reddidimus velut esset μονόζωνοι, quomodo habuit sine dubio codex Lipomani, apud quem legimus : *Viri præclara veste induti, et cincti singulari cingulo.* Ubique Hieronymus eam D vocem reddit, *latrunculos.* Videtur sonare, eximie et singulariter cinctum, eoque ornatu reliquis militibus prælatum et honoratiorem, ut Suidas : quo sensu optime hic quadrat.

(*c*) *Divina gratia præficit ordinatque.* Προχειρίζεται. Sic etiam apud Lipomanum, cui tamen alteram vocem addidimus, explicationis causa, et quia primum, *præficere*, usu Latino videatur minus determinatum ad ipsam consecrationem promoti ad talem gradum significandam, quam Græcis τὸ, προχειρίζεσθαι· quod sit χειροτονεῖν et χειροθετεῖν, non tantum cærimoniale; quidquid multis, totus maledictis infercitus, in Arcadium aliosque æmulos, Catoncyritus; sed vere sacramentale et substantiale sacræ ordinationi; illa manuum impositione, accedente verborum forma satis exprimente tradendam eo actu potestatem, idemque præstante, atque apud Latinos præstant aliæ cærimoniæ, Christo tantum instituente, ut signo aliquo sensibili sufficienter significaretur traditio talis vel talis potestatis a legitimo ministro : quomodo etiam constat, aliter ordinatos primos diaconos, quam modo ordinentur, porrectione libri Evangeliorum, Matthæo qui primus scripsit Evangelium, aliquot postmodum annis, primum scribente. Sed de his pluribus, ecclesiasticarum rerum diligens scrutator Parisiensis Ecclesiæ theologus, D. Isacius Habertus in Ἀρχιερατικῷ, et Jacobus Goar in Euchologio. Quod porro spectat ad miraculosam istam, et præter legem, ordinationem; constantissimum est, potuisse eam fieri, fuisseque omnino credendum sanctis angelis, de ea testantibus, juxta doctrinam D. Thomæ III p., q. 64, a. 7. Neque enim id illi attentarent, nisi Christo jubente, qui potest quo maluerit ministro uti in sacramentis : quanquam secundum legem utatur solis hominibus, ut quibuscum ipse, sacramentorum auctor, communicat in natura : neque non factum, Spiritus veritatis, mendacio astruerent. Vix autem fuerit aliquis, de quo majori specie probabilitatis, privilegium tantum credi pie posset, sive insignem Amphilochii sanctitatem et contemplationis excellentiam spectemus; sive malitiam temporis, quando ad petulantissimos hæreticos coercendos, major viro qui velut princeps catholicorum episcoporumque esset futurus, Athanasio Basilioque e vivis exemptis, jactatoque, ac tandem exauctorato Gregorio Theologo, auctoritas conciliandi fuit.

Est in Vitis Patrum Rosweydi, ut monachus sit redactus ad ordinem a Patribus, qui sibi videbatur sic miraculose ordinatus in presbyterum. Magna certe in rebus tanti momenti opus cautione. Nullum apud antiquiores occurrit hujusce tam singularis ordinationis Amphilochii nostri monumentum : nisi forte Gregorius carm. parænetico ad Olympiadem ad eam respexerit ϡ 102, transmissione illa ad Deum, Θεκλῇ γε σὺν ἀγνῇ· *cum virgine Thecla;* nam cum non possit intelligi de transmissione ad Deum per excessum a vita, ut satis bene Baronius

Digitized by Google Распознавание текста

λόχιον ἐπίσκοπον Ἰκονίου, ψήφῳ καὶ κινδύνῳ ἡμῶν παραγενομένων· εὐξώμεθα οὖν, ἵνα ἔλθῃ ἐπ' αὐτῷ ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ μετὰ τὸ εὔξασθαι αὐτῶν, ἔδωκαν αὐτῷ τὴν εἰρήνην· καὶ ἀφανεῖς ἐγένοντο ἀπ' αὐτοῦ.

A scopum civitatis Iconii, nostro qui adfuimus et suffragio et periculo (*a*). Precemur ergo, ut gratia Domini nostri Jesu Christi super eum veniat. Peractisque precibus, dederunt ei pacem, et disparuerunt ab ejus oculis.

Β'. Καὶ ἰδοὺ ἐπίσκοποι ζ' τὸν ἀριθμὸν, ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐπηρώτων περὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀμφιλοχίου, λέγοντες αὐτῷ· Σὺ εἶ Ἀμφιλόχιος μοναχός; Ὁ δὲ λέγει· Πᾶν ψεῦδος ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν, κἂν ἐπὶ μεγάλου πράγματος γίνεται, κἂν ἐπὶ μικροῦ. Καὶ εἶπεν· Ἐγώ εἰμι Ἀμφιλόχιος μοναχός. Καὶ λαβόντες αὐτὸν οἱ ἐπίσκοποι εἰσήγαγον εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Καὶ λέγει αὐτοῖς ἐκεῖνος· Ἀκούσατε, ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ὡς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λέγω. Ἐν γὰρ τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἄγγελοι Θεοῦ ἐχειροτόνησάν με ἐπίσκοπον πόλεως Ἰκονίου. Καὶ ἀκούσαντες ταῦτα οἱ ἐπίσκοποι, ἔστησαν ἐννεοὶ, ἐμβλέποντες εἰς τὸν ἕνα, καὶ λέγοντες· Ὃν ὁ Θεὸς ἐχειροτόνησε διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἀγγέλων, ἡμεῖς χειροτονῆσαι ἢ παρυβρίσαι οὐ δυνάμεθα· ἀλλ' ἔσται εὐλογημένος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· καὶ δῴη αὐτῷ Κύριος πᾶσαν χάριν καὶ ἀνάπαυσιν· καὶ υἱοὶ ἀνομίας οὐ κακώσουσιν αὐτῷ. Καὶ δόντες αὐτῷ τὴν εἰρήνην, ἀνεχώρησαν ἀπ' αὐτοῦ· καὶ ἀπῆλθον ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν, καὶ διηγήσαντο τὰ περὶ Ἀμφιλοχίου· καὶ αὐτὸς ἦν ποιμένων τὸ πολίμνιον Χριστοῦ, ἐν πᾶσι ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ.

II. Ecce autem septem numero episcopi, mittente Spiritu sancto, percontabantur de ipso Amphilochio, dicentes: Tune es Amphilochius monachus? Qui ait: Mendacium omne a malo est (*b*), sive quis mentiatur in re magna, sive in parva. Responditque: Ego sum Amphilochius monachus. Tunc accipientes ipsum episcopi, duxerunt in ecclesiam. Ait vero illis: Audite, fratres et patres, ut vobis dicam veritatem. Hac enim nocte angeli Dei me civitatis Iconii ordinaverunt episcopum. Iis illi auditis, steterunt muti, in se invicem aspicientes, dicentesque: Quem Deus per sanctos angelos suos ordinavit, non possumus ipsi ordinare aut afficere contumelia, sed erit benedictus in sæcula sæculorum; eique Dominus gratiam omnem et quietem dederit: nec filii iniquitatis nocebunt ei [a]. Data ergo ei pace, recesserunt ab eo; cumque in suam quisque civitatem reversi essent, narraverunt quæ circa Amphilochium gesta erant. Ipse porro Amphilochius Christi gregem pascebat in omnibus sanctitate et justitia.

Γ'. Μετὰ δὲ τρία ἔτη, ἀνέστησαν οἱ λύκοι τῆς Ἀραβίας, Εὐνόμιος καὶ Ἀρειανὸς καὶ Μακεδόνιος, καὶ συζήτησιν ἐποιοῦντο περὶ τῆς πίστεως τῆς εἰς Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· καὶ οὐδεὶς ἴσχυεν ἀντιστῆναι τῷ λόγῳ αὐτῶν· καὶ ἐγένετο σύνοδος ἐπι-

III. Post tres autem annos, insurrexerunt lupi Arabiæ (*c*), Eunomius, inquam, Arianus, et Macedonius, quæstionemque moverunt de fide in Dominum Jesum Christum: nec quisquam eorum sermoni poterat resistere (*d*): factaque est Constanti-

[a] Psal. LXXXVIII, 23.

an. 394, quidquid levius scholiastes Germanus carminis ad Seleucum: et evidenter colligitur ex Hieronymo *De scriptoribus ecclesiasticis*, loquente post Gregorii obitum de Amphilochio ut de superstite, exque Menologio longissimam ei ætatem tribuente: cum item transmissio spiritualis ob solam devotionem in Theclam minus sufficiens videatur intento Gregorii, qui totus mysteria loquitur, vixque halet syllabam aut vocem, cui non sit adjectus sublimis aliquis divinusque sensus (ut egregie prosequitur ejus studiosissimus et ipse nervosissimus Maximus, ad primam quæst. in orat. *De amore pauperum* ejusdem Gregorii, propediem cum reliquis ipsius ab amicissimo regio interprete Alberto, jam ex Cyrilli magni editione non parum claro, in jus publicum; nonnihil etiam nobis vel conferentibus vel annitentibus celerando operi, et promptius fodientibus multis, eruendo thesauro, transferendus), non absonum videri possit, ut eo dicat, ad Deum transmisisse cum virgine Thecla, quia sibi illa ipsum ascivisset, et suæ illi Ecclesiæ miraculose præfectum et ordinatum antistitem, velut jam non terrenum hominem, et pro vitæ hujus statu Ecclesiæ præsidem, sed tanquam cœlestem virum, et jam in cœlo et cum cœlitibus Deoque peculiarissime versantem, et fere statim beatifici cum ipsa consortem videri fecisset; eoque vere sibi amicum, quod dicebatur; omnibus jam quodammodo et mystice communibus, ostendisset. Eamdem Nicephorus historiam ex communi fama refert; sed is junior est, nec forte ab alio accepit quam a Metaphraste, penes quem, cum quæstio facti sit, stet rei tantæ fides.

(*a*) *Nostro qui adfuimus et suffragio et periculo.* Ψήφῳ καὶ κινδύνῳ ἡμῶν παραγενομένων. Loquuntur angeli more hominum, quibus suffragantibus et imponentibus manus, non leve est periculum. Quamobrem Paulus Timotheo charissimo: *Nemini cito manus imposueris*, etc., I Tim. v, 22. Angeli autem, cum divinæ tantum voluntatis exsecutores, et jam beati, id muneris obierint, extra aleam fuerunt. Vel fuerit nonnullum eorum periculum, ne non satis digne sacerdotio fungeretur, velut adhuc ad malum vertibilis et viator, quem ipsi et consecrassent et a Deo, sedis illius, cum Thecla, episcopum impetrassent. Nescii enim futurorum, cum aliquid a Deo, quod ad Dei gloriam putant, re minus succedente, quanquam nulla eorum culpa, velut peccare videntur, et in se ipsos id accersere periculi: quod omnino peculiarissima cura precibusque ad Deum conantur amoliri, velut quibus maximi sit, illa Dei taliter intenta gloria. Legenda apud Danielem pugna angelorum præpositorum Hebræis et Persis, et in eam expositores.

(*b*) *Mendacium omne a malo est.* Πᾶν ψεῦδος ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστι. In hoc sanius, multis præsertim Græcis; in quorum partes magnus concessit Hieronymus; qua de re pluribus Aug. lib. *Contra mendacium*.

(*c*) *Insurrexerunt lupi Arabiæ.* Ἀνέστησαν οἱ λύκοι τῆς Ἀραβίας. Incertus auctor inter Amphilochii opera orat. *In circumc.*, Gregorius quoque orat. 34, ubi Billius n. 3, alludunt omnes ad illud Habac. I juxta LXX: *Velociores lupis Arabiæ*: ubi Vulg. *lupis vespertinis*. Sola punctorum diversitas discrepantiam facit. Videri potest Cornel. eo loci.

(*d*) *Nec quisquam eorum sermoni poterat resistere.* Maxime Eunomii disertissimi, cujus cum Theodo-

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ЕВ

nopoli ad inquirendum de ea re, centum quinquaginta trium (*a*) episcoporum synodus. Cumque Amphilochius in memoriam venisset, dixerunt episcopi ad imperatorem : Domine imperator, jube igitur episcopum Iconii venire ; et si quidem fuerit ille victus, ipsi omnes victi fuerimus. Imperatore autem jubente venit Amphilochius, ut qui non resisteret imperialibus mandatis, Theodulo ejus archidiacono comite. Porro, cum Iconio egrederetur, tulit ex strue plenum igne carbonem (*b*), tradiditque archidiacono, dicens : Hoc apud te serva, usque dum dixero. Conscensoque pullo asini, pergebat Constantinopolim : ac neque comedit neque bibit, donec urbem ingrederetur. Quam ingressus hora nona, divertit apud quamdam mulierem viduam : ac confestim, Deum benedicens, ad ecclesiam est profectus. Erant autem portæ omnes obseratæ ; at, ipso positis genibus precante, statim apertæ eum intus susceperunt. Ille vero sic orare cœpit : Domine Jesu Christe, Deus, non est in me sermo sapientiæ : nec novi quid dicam loquarve coram imperatore. Hæc cum dixisset, astitit Christus, qui per prophetas locutus est, dicens : *Prope est Dominus invocantibus eum in veritate*[a], aitque illi : Amphilochi, noli timere, neque trepidaveris : sum ego tecum, ut per te loquar, quæ te oportet loqui coram senatu. Iisque dictis, ab eo discessit. At ille egressus, in suum se hospitium contulit.

IV. Cum audivissent autem lupi Arabiæ, invaserunt hospitium, moxque tanquam feri fluctus ad petram allisi, ut spuma soluti sunt. Erat enim Amphilochius fide in petram duratus. Ait vero Eunomius : Tune es ille Amphilochius, Dei servus? Qui ait : Ego sum Amphilochius peccator. Eunomius dixit : *Quid vero subvertis Israel*[b] ? Amphilochius dixit : *Non ego subverto, sed tu*[b]. Eunomius ait : Qui ergo habet prima vox Evangelii : *In principio erat Verbum : et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*[c]? Num ante principium erat, necne? Amphilochius dixit : Non sicut tu existimas, creatura est Dei Verbum ; sed est factum creatura, ut ejus divinitas voluit (*c*). Eunomius ait : Qui

σκόπων ργ' ἐν Κωνσταντινουπόλει περὶ τοῦ ζητήματος τούτου. Καὶ ἀναμνησθεὶς, πρὸς τὸν βασιλέα εἶπον οἱ ἐπίσκοποι· Κύριε βασιλεῦ, κέλευσον οὖν ἐλθεῖν τὸν ἐπίσκοπον Ἰκονίου· καὶ ἐὰν ἐκεῖνος, ἡττήθημεν πάντες. Κελευσθέντος δὲ τοῦ βασιλέως, ἦλθεν ὁ Ἀμφιλόχιος, ὡς μὴ ἀνθιστάμενος βασιλικοῖς προστάγμασιν, ἔχων μετ' αὐτοῦ καὶ Θεόδουλον τὸν ἀρχιδιάκονον αὐτοῦ. Τούτου δὲ ἐξερχομένου ἐκ τοῦ Ἰκονίου, ἦρεν ἐκ τῆς ἀνθρακιᾶς καρβούνην μεμεστωμένην πυρὸς, καὶ ἔδωκεν τῷ ἀρχιδιακόνῳ αὐτοῦ λέγων· Τοῦτο φύλαξον παρὰ σεαυτῷ, ἕως ἂν εἴπω σοι. Καὶ καθεσθεὶς ἐπὶ πώλου ὄνου, ἐπορεύετο ἐν Κωνσταντινουπόλει· καὶ οὐκ ἔφαγεν, οὐδὲ ἔπιεν, ἕως ἂν εἰσῆλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει. Καὶ εἰσῆλθεν ὥρᾳ θ', κατέλυσε παρά τινι γυναικὶ χήρᾳ· καὶ εὐθέως ἐξώρμησεν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν εὐλογῶν τὸν Θεόν. Αἱ δὲ θύραι πᾶσαι ἠσφαλισμέναι ἦσαν. Θεὶς δὲ γόνατα προσηύξατο, καὶ αἱ θύραι ἀνεῴχθησαν παραχρῆμα, καὶ εἰσέλαβον αὐτὸν ἔσω. Ἀρχόμενος δὲ ἔλεγεν οὕτω· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ λόγος σοφίας, καὶ τί εἴπω ἢ τί λαλήσω ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως οὐκ οἶδα. Καὶ εὐθέως παρέστη αὐτῷ ὁ Χριστὸς, ὁ διὰ τῶν προφητῶν λαλήσας, λέγων· *Ἐγγὺς Κύριος τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ* · καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀμφιλόχιε, μὴ φοβοῦ, μηδὲ διλειάσῃς· [*] μετὰ σοῦ (*d*) ὥσπερ δεῖ σε ἐνώπιον τῆς συγκλήτου. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ· καὶ ἐξελθὼν ὁ ἀνὴρ, ἐπορεύετο ἐν τῷ καταλύματι αὐτοῦ.

Δ'. Ἤκουσαν δὲ οἱ λύκοι τῆς Ἀραβίας, καὶ ἐπέστησαν ἐν τῷ καταλύματι· καὶ εὐθέως προσέρρηξαν τῇ πέτρᾳ, ὡς ἄγρια κύματα, καὶ ὡς ἀφρὸς ἐξελύθησαν. Πεπετρωμένος γὰρ τῇ πίστει ὑπῆρχεν ὁ Ἀμφιλόχιος. Καὶ λέγει ὁ Εὐνόμιος· Σὺ εἶ ὁ Ἀμφιλόχιος, ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ; Ὁ δὲ λέγει· Ἐγώ εἰμι ὁ Ἀμφιλόχιος ἁμαρτωλός. Εὐνόμιος εἶπε· *Καὶ τί διαστρέφεις τὸν Ἰσραήλ;* Ἀμφιλόχιος εἶπεν· *Οὐκ ἐγὼ διαστρέφω, ἀλλὰ σύ.* Εὐνόμιος λέγει· Πῶς οὖν ἡ πρώτη φωνὴ τοῦ Εὐαγγελίου λέγει· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν· καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος.* Πρὸ τῆς ἀρχῆς ἦν, ἢ οὐκ ἦν; Ἀμφιλόχιος εἶπεν· Οὐχ, ὡς σὺ ὑπολαμβάνεις, κτίσμα ἐστὶν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος· ἀλλ' ὡς ἠθέλησεν ἡ αὐτοῦ θεότης, μετεποιήθη. Εὐ-

[a] Psal. CXLIV, 18. [b] III Reg. XVIII, 17. [c] Joan. I, 1. [*] ibid. 18.

sio congressionem verita Placilla (contendit Baronius an. 385 dictam Flacillam ex veteri numismate) quantum potuit, prohibuit, ut Sozom. l. VII, c. 6. Ut merito potuerint orthodoxi, magna jam apud omnes opinione, et Basilii nuper defuncti amicitia et studiorum societate clarum Amphilochium requirere, atque in eo plurimum præsidii ponere.

(*a*) *Centum quinquaginta trium.* ργ'. Alii tantum, centum quinquaginta ; sed potuit facile omitti minor numerus, ut fit passim in aliis. Apud Lipomanum non exprimitur numerus.

(*b*) *Tulit ex strue plenum igne carbonem.* Καρβούνην μεμεστωμένην πυρός. Seu titionem, totum ignitum : vox communi jam usu Græcis recepta. Non habet vita a Lipomano edita hoc miraculum, vere illud grande, etsi non sine exemplo. Sæpius enim se divina virtus eo modo prodidit in illo elemento ; ut in fornace Babylonica, in Brictio, in Francisco de Paula, etc.

(*c*) *Sed est factum creatura, ut ejus divinitas voluit.* Ἀλλ' ὡς ἠθέλησεν ἡ αὐτοῦ θεότης, μετεποιήθη. Sic visum est et interpungere et reddere, ut stet sensus catholicus, quo certum est, non solum Amphilochium esse olim locutum, sed et Metaphrasten scripsisse. Significat ergo Verbum non esse creaturam, sed factum creaturam, ea phrasi qua dicitur, *factum caro*, Joan. I, 14, seu sibi ascivisse rationem illam creaturæ ; quæ est propria et trita illius verbi significatio : idque ut voluit ejus divinitas ; modo plane nobis incomperto, et in quo tota facti ratio, voluntas sit facientis. Interpres Lipomani sic reddebat : *Sed ut voluit, ejus divinitas transmutata est* ; cujus propositionis non occurrit sensus catholicus, clamante Jacobo : *Apud quem non est transmutatio*, etc., Jac. I, 7. Plane cohibenda in rebus tam arduis calami festinatio ; nec tam sancta, non initiatis ac solum grammaticulis, permittenda.

(*d*) *Μετὰ σοῦ.* Deest hic aliquid.

Digitized by Google Распознавание текста

νομιος λέγει· Πῶς οὖν καὶ ἐν Παλαιᾷ Διαθήκῃ λέγει· *Δύο καὶ δύο, ἓν κατέναντι τοῦ ἑνός;* Ἀμφιλόχιος εἶπεν· Ἄκουσον, ὦ ταλαίπωρε καὶ δυσωδέστατε· δύο καὶ δύο τέσσαρά εἰσιν. Μάρκος, Ματθαῖος, Λουκᾶς καὶ Ἰωάννης· οἱ τέσσαρες εὐαγγελισταὶ, οἱ εὐαγγελισάμενοι τὴν ὑφήλιον πᾶσαν τὴν σωτηρίαν ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν. Ὁ δὲ ἅγιος Πατὴρ ἀποστείλας τὸν Μονογενῆ καὶ ὁμόθρονον, καὶ ὁμοούσιον καὶ ἀΐδιον αὐτοῦ Λόγον, τοῦ σαρκωθῆναι, ἔφη· *Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εὐνόμιος εἶπε· Πῶς οὖν διὰ τοῦ Προφήτου λέγει· *Οὐκ ἐκρύβη τὸ ὀστοῦν μου ὃ ἐποίησας ἐν κρυφῇ;* Ἀμφιλόχιος λέγει· Μὴ γὰρ περὶ τοῦ Χριστοῦ τοῦτο λέγει; οὐχί· ἀλλὰ περὶ τοῦ Ἀδὰμ, ἡνίκα χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς ὁ Θεὸς, ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ εἶπεν· *Οὐ καλὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον μόνον· ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν· καὶ ἐπέβαλεν ὁ Θεὸς ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ ὕπνωσε· καὶ ἔλαβε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνέπλασεν αὐτῷ εἰς γυναῖκα, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ.* Διὰ τοῦτο ὁ Προφήτης ὡς ἐκ τοῦ Ἀδὰμ εἶπεν· *Οὐκ ἐκρύβη τὸ ὀστοῦν μου ἀπὸ σοῦ, ὃ ἐποίησας ἐν κρυφῇ.* Ὑπολαβὼν δὲ Εὐνόμιος λέγει· *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ· πῶς τοῦτο λέγει ὁ Προφήτης;* Ὁρᾷς ὅτι ποίημά ἐστιν ὁ Υἱὸς, καὶ οὐχὶ ὁμοούσιος. Ἀμφιλόχιος εἶπε· Μὴ γὰρ καὶ τοῦτο περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγει; οὐχί· ἀλλ' ὅτε συνήντησε ταῖς γυναιξὶ, λέγω δὴ Μαριὰμ καὶ Μάρθαν, λέγουσιν αὐτῷ ἐκεῖναι μὴ γνωρίσασαι αὐτόν· *Κύριε, εἰ εἶδας ποῦ ἔθηκαν αὐτὸν, εἰπὲ ἡμῖν·* καὶ ὁ Κύριος ἔφη· *Μαρία, μή μου ἅπτου· πορεύου δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Εὐνόμιος ἔφη· Αὔριον ἐπὶ τοῦ βασιλέως καὶ τῆς συγκλήτου διαλεγόμεθα· καὶ ἀνεχώρησαν ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ ἦν πᾶσα ἡ πόλις αἰδουμένη εἰς ἀκρόασιν Ἀμφιλοχίου καὶ Εὐνομίου· ἔλεγον γὰρ ἀμφιβάλλοντες πρὸς ἀλλήλους, καὶ λέγοντες· Ἄρα ποῖος νικᾷ; οὗτος ἐν μεμερισμένοις θεότης· ut Gregorius loquitur, et citavimus in superioribus.

ergo etiam in Veteri Testamento, dicit : *Duo et duo, et unum contra unum* [8] (*a*)? Amphilochius dixit : Audi, miser et putentissime : duo et duo, quatuor sunt. Marcus, Matthæus, Lucas et Joannes; quatuor evangelistæ, qui terræ universæ salutem nostram Christianorum annuntiaverunt. Pater autem sanctus, misso Unigenito, ejusdemque throni consorte et consubstantiali atque æterno Verbo suo, ut carnem sumeret, dixit : *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ* [9], et quæ sequuntur. Eunomius dixit : Qui ergo ait per Prophetam : *Non est occultatum os meum, quod fecisti in occulto* [10]? Amphilochius ait : Quasi vero hoc dicat de Christo : non de Adam, quando Deus, accepto de terra pulvere, formavit hominem, et dixit : *Non est bonum hominem esse solum; faciamus ei adjutorium secundum ipsum. Et immisit Deus ecstasim in Adam, et dormivit. Et accepit unam costarum ejus, et ædificavit ei in mulierem, quam dedit illi* [11]. Idcirco propheta velut ex persona Adæ dixit : *Non est occultatum os meum a te, quod fecisti in occulto.* Suscipiens vero Eunomius dicit : *Dominus creavit me* (*b*) *initium viarum suarum* [12] : quomodo hoc dicit Propheta? Vides ut Filius creatura sit, non ejusdem substantiæ. Amphilochius dixit : Num vero etiam hoc dicit de Christo? minime : sed quando occurrit mulieribus, dico autem Mariæ et Marthæ, dicunt illæ, cum eum non cognovissent, *Domine, si scis ubi posuerunt eum, dicito nobis. Jesus autem dixit : Maria, noli me tangere : vade autem ad fratres meos et dic illis* [13], etc. Cum Eunomius illa audisset, dixit : Disputabimus crastina die coram imperatore et senatu; discessitque ab illo. Tota porro civitas reverentia quadam et metu tenebatur (*c*), ad Amphilochii Eunomiique auditam disputationem. Dicebant enim ad invicem hæsitantes : Uter porro victor futurus est? Hicne an ille? At Amphilochius totam noctem precabatur dicens : Domine Jesu

[8] Eccli. xxviii, 15. [9] Psal. ii, 8. [10] Psal. cxxxviii, 15. [11] Gen. ii, 18-22. [12] Prov. viii, 12. [13] Joan. xx, 15-17.

(*a*) *Duo et duo, et unum contra unum.* Δύο καὶ δύο, ἓν κατέναντι τοῦ ἑνός. Est Eccli. xxviii, 15, vixque apparet, quid eo loco vellet Eunomius conficere : nisi Anomœorum ipse coryphæus ac velut pater contendebat, non tantum in creatis, quod significat Scriptura, ut bene ibi Jansenius, sed in divinis, esse diversa paria, quorum unum alteri esset velut contrarium, nec per omnia simile; eoque non esse personas divinas ὁμοουσίους· ejusdem per omnia substantiæ, et summe unas. Responsio Amphilochii, etsi non ita litteralis, non omnino tamen debet videri insufficiens. Satis enim fuit ut perversæ expositioni, nec ulla fultæ veritatis specie, suam nonnihil verisimilem, nec ullo modo sanis dogmatis adversam, opponeret. Cæterum occurrit post hæc scripta, nondum tamen edita, excerptum Amphilochianum ex codice enim. card. Rupifucaldii, quod et aliis ejusdem excerptis adjunximus, quo vir sanctus rem melius explicat, docens non esse in divinis, unum et unum, duo et duo, sed unitatem in Trinitate, et Trinitatem in unitate : quibus nimirum significetur distincta subsistentia trium personarum, in individua summeque una substantia, et ἀμέρι-

(*b*) *Dominus creavit me.* Ita juxta LXX, nisi in illis est mendum, nempe ἔκτισεν, ἀντὶ τοῦ, ἐκτήσατο· *Possedit*, quomodo reddit Hieronymus ex Hebræo. Porro est responsio obscurior : in hoc tamen videtur consistere, ut Dominus, alio modo sibi et nobis, Deum et Patrem esse significaverit, eoque non accensendum creatis. Vel etiam, et forte melius, ut illis verbis, *Noli me tangere :* ad aliquid altius de ipso sapiendum quam præ se ferret, vereque divinum, humilius cogitantem, quanquam amantem Mariam, evexerit, quo Eunomius blasphemiam castiget, et Deum agnoscat, quanquam specie tantum hominem. Lapsu memoriæ, apparitionem soli Mariæ factam, communem Marthæ, Amphilochius facit : duasque etiam in unam confundit.

(*c*) *Reverentia quadam et metu tenebatur.* Αἰδουμένη· interpres Lipom. *Mirabantur.* Sequentia anxios significant de pugnæ exitu, et cujusnam partium esset futura victoria; ut fere in similibus accidit.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ЕВ

Christe, præsta quæ mihi es pollicitus, ut glorificetur sanctissimum nomen tuum Patris et Filii et Spiritus sancti (*a*). Hæc autem eo precante et dicente, nox perefluxit.

V. Mane autem facto, apprehenso manu diacono, dicit ei : Theodule frater, nobis hodie mors et vita proposita est. Dixitque diaconus : Ecquid vero sibi vult sermo iste, pater? Amphilochius dixit : Quoniam mos est, ut nobis ad imperatorem ingredientibus (*b*), dicatur : *Recti omnes*. Tu igitur, fili mi, ingredientibus nobis, in introitu palatii clama voce magna : *Recti omnes, sive vita, sive mors*. Respondit diaconus : Plane vero, si ita dixero, me imperator occidet. Ait Amphilochius : Ne, fili, imperatorem istum timueris, qui potest corpus, non item animam occidere, potius autem illum time, qui corpus et animam in gehenna occidit [14]. Dixit diaconus : Ita, pater, faciam ut dixisti, sive vita, sive mors proposita est. Inter eos sermones cum prope accessissent ad palatii atrium, nuntiantibus cursoribus adventum Amphilochii, jussus est ingredi : aitque archidiacono suo : Stolam meam, tua commuta (*c*). Quo facto dicit : Redde quod dum nostra urbe egrederemur, fuit depositum : solutoque strophiolo (*d*), tradidit æque ardentes prunas ac acceperat initio. Quo viso, diaconus factus est fidentior ; adolensque thymiama (*e*), voce magna clamavit : *Recti omnes*. Universa porro regia mota est, omnesque stupuerunt (*f*). Cum autem Amphilochius appropinquas-

[14] Luc. XII, 4.

τος ἢ ἐκεῖνος ; Δι' ὅλης δὲ τῆς νυκτὸς προσηύχετο ὁ Ἀμφιλόχιος, λέγων· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ἃ ἐπηγγείλω μοι, ποίησον, ἵνα δοξασθῇ σου τὸ πανάγιον ὄνομα, τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Καὶ ταῦτα αὐτοῦ προσευχομένου καὶ λέγοντος, παρῆλθεν ἡ νύξ.

Ε'. Πρωΐας δὲ γενομένης, ἐπιλαβόμενος τῆς χειρὸς τοῦ διακόνου λέγει αὐτῷ· Ἀδελφὲ Θεόδουλε, σήμερον θάνατος καὶ ζωὴ ἡμῖν πρόκειται. Καὶ ὁ διάκονος ἔφη· Καὶ τίς ἐστιν ὁ λόγος οὗτος, πάτερ ; Ἀμφιλόχιος εἶπεν· Ἐπειδὴ [οὐκ] ἔστιν ἔθος ἐν τῷ εἰσιέναι ἡμᾶς εἰς τὸν βασιλέα εἰπεῖν τὸ, *Ὀρθοὶ πάντες*. Σὺ οὖν, τέκνον μου, ἐν τῷ εἰσιέναι ἡμᾶς ἐν τῇ εἰσόδῳ τοῦ παλατίου, κράξον μεγάλῃ τῇ φωνῇ· *Ὀρθοὶ πάντες, εἴτε ζωὴ εἴτε θάνατος*. Ὁ διάκονος ἔφη· Καὶ πάντως, ἐὰν εἴπω οὕτως, ἀποκτενεῖ με ὁ βασιλεύς. Καὶ ὁ Ἀμφιλόχιος ἔφη· Μὴ φοβοῦ, τέκνον, τὸν βασιλέα τοῦτον τὸν δυνάμενον σῶμα ἀποκτεῖναι, καὶ τὴν ψυχὴν μὴ ἀποκτεῖναι· ἀλλὰ μᾶλλον φοβήθητι ἐκεῖνον τὸν ἀποκτείνοντα τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ἐν γεέννῃ. Ὁ διάκονος ἔφη· Ναὶ, πάτερ· καθὼς ἔφησας, οὕτω ποιήσω, εἴτε ζωὴ, εἴτε θάνατος. Ταῦτα λέγοντες, ἤγγισαν τῇ εἰσόδῳ τοῦ παλατίου. Καὶ μηνύσασι ταχυδρόμοις τὴν παρουσίαν Ἀμφιλοχίου, ἐκελεύσθη τοῦ εἰσιέναι· καὶ λέγει τῷ ἀρχιδιακόνῳ αὐτοῦ· Ἄλλαξόν μου τὴν στολὴν τῆς ἑαυτοῦ. Καὶ τούτου γενομένου λέγει αὐτῷ· Ἀπόδος μοι τὴν παρακαταθήκην ἣν παρεθέμην σοι ἐν τῷ ἐξιέναι ἡμᾶς ἐκ τοῦ ἡμετέρου τόπου. Καὶ λύσας αὐτοῦ τὸ ἐγχείριον, ἔδωκε τὴν ἀνθρακιὰν ζῶσαν ὥσπερ ἦν τὸ πρότερον. Καὶ τοῦτο εἰδὼν ὁ διάκονος, ἐθαρσωποιήθη.

(*a*) *Sanctissimum nomen tuum, Patris, et Filii*, etc. Unum nomen est superadorandum, quod Christus substantive et absolute dicitur et est, id ipsum Patris, et Spiritus sancti nomen, ut est una tribus natura et esse : quod subtilissime Amphilochius iis verbis innuit. Utrum vero unum nomen Christi distincte invocatum, sufficiens sit Trinitatis invocatio, aut saltem fuerit aliquando ex quadam indulgentia, ad valorem baptismi ; controversia est, in qua D. Ambrosius, et eum secutus Nicolaus, velut ex ejus sententia approbans baptismum a Judæo collatum in nomine tantum Christi, a parte affirmante videntur stare. Sed quidquid sit de Ambrosio qui aliter forte potuerit exponi, quod spectat ad Nicolaum, constans est errasse, qui sua etiam ætate, quando constat dispensationem cessasse, si qua unquam fuit, ejusmodi baptismum ratum habuerit.

(*b*) *Quoniam mos est, ut nobis... ingredientibus*. Significatur fuisse id moris in aula, ut omnes assurgerent ingredientibus episcopis ob reverentiam ordinis : quo facit incendium illud divinitus excitatum apud Sulpicium, quo Valentinianus, renuens id honoris deferre Martino, cella deturbatus est. Facit etiam, quæ in Euchologio habetur oratio super imperatorem, patriarcha ingrediente palatium, cui is proinde ut benedicendus humiliter assurgens, reverentiam haberet. Porro illud, *Recti omnes*, seu, Stent omnes et assurgant ; non episcopi erat ingredientis, sed suscipientis imperatoris. Amphilochius vero suum fecit, ad ipsius totiusque aulæ animos, in magni alicujus exspectationem ex rei novitate erigendos, conciliandamque dicendis auctoritatem, pro quibus tanta fiducia notæ sanctitatis episcopus imperatorem adiret : adjectis maxime illis verbis : *Sive mors, sive vita*. Velut caput ad pedes ipsius deponeret, lubensque vitæ aleam subiret.

(*c*) *Stolam meam, tua commuta*. Forte ut ornatior appareret coram imperatore. Non enim spernit gratia isthæc et humana media, ut in ejus operibus aliquid etiam sit nostræ industriæ, quod passim prosequitur Chrysostomus, et observat in Christi in apostolos dispensatione. Sic Esther, Judithque adhibuerunt mundum muliebrem : sic cavit Raphael ne quid sordidius in Tobiæ afflicta domo, novam sponsam offenderet : cavitque Paulus ne vilior tribuno factus flagellatione, neci traderetur, etc.

(*d*) *Solutoque strophiolo*. Λύσας αὐτοῦ τὸ ἐγχείριον. Linteo quo carbonem accensum deposuerat, sic dicto quod habeatur ad manus. S. Germanus manutergium exponit, quod primo datur subdiacono, et pendet sacris ministris, a sinistro femore : de quo in Euchologicis.

(*e*) *Adolensque thymiama*. Καὶ βαλὼν θυμίαμα. Simili phrasi, atque βαλὼν μετάνοιαν· quod Damasceno, Joanni Hierosolymitano in ejus Vita, aliisque medii ævi scriptoribus creberrimum est : velut, Sufflens et incensum offerens, eadem forte cærimonia, qua nos etiam, personis in altiori gradu positis, maxime sacris, seu in quibus Deum peculiarius agnoscamus, et in signum devoti affectus cum reverentia, thus et thymiama offerimus. Modus tamen ille Amphilochii singularis fuit, ipso a prunis illæso : quod plane vel unum omnibus percellendis erat.

(*f*) *Omnesque stupuerunt*. Ἐξέστησαν. Dicta maxime jam ratione. Sic Marc. v, 42 Ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ. *Stupuerunt stupore magno*.

Digitized by Google Распознавание текста

Καὶ βαλὼν θυμίαμα ἀνέκραξε μεγάλῃ τῇ φωνῇ ὁ διάκονος· *Ὀρθοὶ πάντες.* Καὶ ἐσαλεύθη τὸ παλάτιον ὅλον, καὶ ἐξέστησαν ἅπαντες. Πλησίον δὲ γενόμενος τοῦ βασιλέως, ἔφη· *Εἰρήνη τῷ βασιλεῖ* · τὸ δὲ παιδίον παρέδραμε. Καὶ ὁ βασιλεύς· Ἀμφιλόχιε· ναὶ, φησὶ, διὰ τί ἐνύβρισας τὸ βασίλειόν μου, καὶ ἐμοὶ μὲν ἀπέδωκας τὴν εἰρήνην, τὸν δὲ υἱόν μου παρῆλθες ; Οὐκ οἶδας ὅτι καὶ οὗτος μετ' ἐμοῦ βασιλεύσει; Καὶ ὁ Ἀμφιλόχιος ἀποκριθεὶς εἶπεν· Ἄκουσόν μου, βασιλεῦ ἀγαθώτατε· εἰ σὺ, ὁ σύνδουλός μου, ὁ σήμερον ὢν καὶ αὔριον μὴ ὑπάρχων, ἠγανάκτησας ὑβριζομένου τοῦ υἱοῦ σου, ὁ δὲ Θεὸς ὁ οὐράνιος οὐκ ἀγανακτήσει ὑβριζομένου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ; Καὶ ὁ βασιλεὺς ἔφη· Ἀναιδέστατε γέρων καὶ κύων, διὰ τί ἀγανακτήσει; Καὶ ὁ Ἀμφιλόχιος ἔφη· Βασιλεῦ ἀγαθώτατε, ἄκουσον τοῦ παιδός σου· τὸ μὲν γῆρας, διὰ τῶν χρόνων· ἡ δὲ ἀναιδία, διὰ τοὺς ἀτάκτους· κύων δὲ, ὅτι τρεῖς λῃστὰς θεωρῶν, οὐ παύομαι ὑλακτῶν· λέγω δὴ Εὐνόμιον, Ἀρειανὸν καὶ Μακεδόνιον· οὓς ἐκκόψει Κύριος ἐκ τοῦ λαοῦ τούτου, ὅτι ἐνύβρισαν αὐτοῦ τὴν θεότητα. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἐν ἑαυτῷ γενόμενος, εἶπεν· Ἀληθῶς εἴρηκεν ὁ γέρων οὗτος. Εἰ γὰρ ἐγὼ ἠγανάκτησα ὑβριζομένου τοῦ υἱοῦ μου· ὁ οὐράνιος Θεὸς οὐκ ἀγανακτήσει, ὑβριζομένου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ ; Πολλῷ μᾶλλον ἀγανακτήσει καθ' ἡμῶν. Καὶ λέγει ὁ βασιλεὺς τοῖς παρεστῶσιν αὐτῷ· Κατασπάσατε αὐτοὺς ἀπὸ τῶν θρόνων αὐτῶν. Ἦσαν γὰρ παρακαθήμενοι οἱ διδάσκαλοι τῆς ἀπωλείας οἱ τρεῖς. Καὶ ὁ δῆμος ἔκραζον, λέγοντες· Τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἀποτμηθήτωσαν ξίφει. Ὁ δὲ Ἀμφιλόχιος εἶπε· Κύριε βασιλεῦ, μὴ κελεύσῃς τοῦτο γενέσθαι, ἀλλὰ δέομαί σου τοῦ κράτους, ἐξορισθῆναι αὐτοὺς ἕκαστον ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι. Καὶ προσέταξεν ὁ βασιλεὺς, γενέσθαι καθὼς ἔταξεν ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀμφιλόχιος. Ὁ δὲ δῆμος ἔκραζον λέγων· Εἰς τὸ ἑξώτερον πῦρ ἀπελθέτωσαν. Καὶ παραλαβόντες αὐτοὺς, καὶ πληγὰς ἐπιθέντες, ἐθριάμβευσαν αὐτοὺς ἐν τῇ πόλει λέγοντες· Οὗτοί εἰσιν οἱ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν Χριστιανῶν· καὶ ἐπιβάντες αὐτοὺς εἰς τὴν ἑπτάλωφον, ἐξεδίωξαν αὐτοὺς μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτῶν εἰς τὰς χώρας αὐτῶν. Τὸν δὲ δοῦλον τοῦ Θεοῦ Ἀμφιλόχιον, χρήματα πολλὰ δοὺς αὐτῷ ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος, ἀπέλυσεν αὐτὸν ἐν τῇ ἰδίᾳ πόλει, εὐλογηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, καὶ πᾶσα ἡ σύγκλητος. Ὁμοίως καὶ πάντες οἱ ἐπίσκοποι ἀπῆλθον εἰς τὰς πόλεις αὐτῶν. Ὁ δὲ Ἀμφιλόχιος, μετὰ τὸ ἀπολῦσαι ἀπὸ τῆς ὁδοῦ, ἔζησεν ἔτη γ', καὶ οὕτω πρὸς Κύριον ἐπεδήμησε· δοξάζων τὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A set imperatori, ait : *Pax imperatori :* puerum autem præterilit. Tum imperator : Amphilochi, cur etiam imperium meum contumelia affecisti? meque salutans, pacem impertivisti, filium autem meum præteristi. Nescis fore post me regnaturum? At Amphilochius respondens ait : Audi me, optime imperator. Si tu, conservus meus, qui es hodie, cras vero non es, ægre tulisti affectum contumelia tuum filium : Deusne cœli non ægre feret, cum Filius ejus contumelia afficiatur? Aitque imperator : Senex impudentissime et canis (*a*), cur ægre feret? At Amphilochius : Optime imperator, audi, rogo, puerum tuum : senex quidem sum, propter tempus : impudens autem, propter insolentes : canis denique, quod tres latrones videns, nempe Eunomium, Arianum et Macedonium, latrare non desinam. Eos Dominus exscindet ex populo isto, quod ejus divinitatem affecerint contumelia. Imperator autem in se reversus, dixit : Vere locutus est iste senex. Si enim ego ægre tuli quod filius meus contumelia afficeretur : Deus cœli non ægre feret, cum ejus Filius contumelia afficiatur? Plane potiori jure adversum nos succensuerit. Aitque astantibus, ut illos sedibus deturbarent. Assidebant enim tres illi perditionis magistri. Clamavit autem populus dicens : Gladio animadvertantur. At Amphilochius dixit : Domine imperator, ne hoc jusseris fieri : sed rogo tuam potentiam, ut unusquisque relegetur in suam patriam. Præcepit vero imperator ut fieret quemadmodum pater noster Amphilochius statuerat. Porro populus clamavit dicens : Abeant in ignem exteriorem. Cumque apprehendissent, et imposuissent plagas, triumpho circumegerunt per civitatem dicentes : *Hi Christi hostes sunt, et Christianorum :* impositosque in vehiculum (*b*), expulerunt cum discipulis in suas ipsorum provincias. Imperator autem Theodosius servum Dei Amphilochium multis pecuniis donatum in propriam dimisit civitatem : benedictionem cum toto senatu ab eo consecutus. Similiter etiam episcopi omnes reversi sunt in suas civitates. Cum autem Amphilochius, tres ab itinere annos (*c*) in vivis egisset, est et ipse peregrinatus ad Dominum : glorificans Patrem et Filium et Spiritum sanctum, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

(*a*) ***Senex impudentissime et canis.*** Ἀναιδέστατε γέρων καὶ κύων. Procacius quam pro imperatoris moderatione, et reverentia tanti senis. Adde fuisse Theodosium, quanquam virum admirabilem, promptioris iræ, quod præter cædem Thessalonicensium, etiam indicta ab Ambrosio illius occasione pœna, innuit. Sozomenus ait tantum jussum foras exturbari cum contumelia.

(*b*) ***Impositosque in vehiculum.*** Ἐπιβάντες εἰς τὴν ἑπτάλωφον. Non habuimus quo eam vocem melius redderemus : ἀπὸ τοῦ λωφᾷν· *Onere levor.* Num sit vitiosa scriptio, divinare non possumus. Dicitur Roma ἑπτάλοφος apud Plutarchum in *Probl.* propter septem colles ; sed nihil ad propositum. — Εἰς τὴν ἑπτάλωφον. Hic locus Cangium haud fugit in Append. ad *Glossarium Græcit.* pag. 73, nosque remittit ad suam *Constantinopolim Christ.* lib. I, sect. VIII, tametsi nihil ad hunc locum faciat.

(*c*) ***Tres ab itinere annos.*** Plures annos vixisse, docet Baronius ann. 394, qui potest consuli ; ut et quæ diximus initio. Nihil facilius quam ut numeri mutentur vitio scriptorum.

Digitized by Google Распознавание текста

VETERUM TESTIMONIA

DE S. AMPHILOCHIO ICONIENSI EPISCOPO.

—

I.

S. Basilius, *lib.* De Spiritu sancto, *cap.* 1, *pag.* 1, *tom.* III *noviss. edit. BB. Paris.* 1730.

Collaudavi plane in moribus tuis discendi studium atque industriam; supraque modum delectatus sum tuæ mentis perspicacitate atque prudentia, qui arbitreris nullam vocem, ex his quæ secundum quemcunque sermonis usum de Deo prædicantur, oportere indiscussam relinquere, o charum mihi caput, frater Amphilochi, quem ego præ cunctis maximi facio. A Ἐπῄνεσα τὸ φιλομαθές σου καὶ φιλόπονον τοῦ τρόπου, καὶ ἥσθην γε ὑπερφυῶς τῷ ἐπιστατικῷ καὶ νηφαλίῳ τῆς διανοίας, δι' ἧς οὐδεμίαν ἀδιερεύνητον οἴει χρῆναι καταλιμπάνειν φωνήν, τῶν ὅσαι περὶ Θεοῦ κατὰ πᾶσαν χρείαν τοῦ λόγου προφέρονται, ὦ φίλη κεφαλή, καὶ τιμιωτάτη μοι πασῶν, ἀδελφὲ Ἀμφιλόχιε.

Idem, *Epist.* CLXXXVIII, *quæ est* Canonica I, *ibid.*, *pag.* 268.

Sapientis percontatio, etiam stultum sapientem facit: quod nobis Dei gratia accidit, quoties laboriosæ tuæ animæ litteras accipimus. Nobis enim ipsis perspicaciores prudentioresque ab ipsa interrogatione reddimur; ac multa discimus, quæ nesciebamus; fitque nobis doctrina, responsionis studium. Σοφοῦ ἐπερώτημα, καὶ τὸν ἀνόητον σοφίζει· ὅπερ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι συμβαίνει ἡμῖν, ὁσάκις ἂν σου δεξώμεθα τῆς φιλοπόνου ψυχῆς τὰ γράμματα· ἐπιστατικώτεροι γὰρ ἑαυτῶν καὶ ἐμφρονέστεροι γινόμεθα ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐρωτήσεως, πολλὰ ὧν οὐκ ἐπιστάμεθα, διδασκόμενοι· καὶ γίνεται ἡμῶν διδάσκαλος, ἡ περὶ τὸ ἀποκρίνεσθαι μέριμνα.

Idem, *Epist.* CXCIX, *quæ est* Canonica II, *ibid.*, *pag.* 290.

Admirati sumus, tum discendi tuam illam cupiditatem, tum humilitatem; quod velis discere, cui sit creditus locus docendi; idque a nobis, quibus nihil magni ad scientiam adest. B Ἐθαυμάσαμέν σου τὴν φιλομάθειαν ὁμοῦ καὶ τὴν ταπεινοφροσύνην· ὅτι καὶ μαθεῖν καταδέχῃ τὴν τοῦ διδάσκειν τάξιν πεπιστευμένος, καὶ μανθάνειν παρ' ἡμῶν, οἷς οὐδὲν μέγα πρόσεστι πρὸς γνῶσιν.

II.

S. Gregorius Nazianzenus, *in* Parænetico ad Olympiadem virginem, vers. 100-104, *Opp. tom.* II, *pag.* 134.

A patre susceptam quæ te formavit honestis
Moribus, Amphilochi soror omni labe carentis,
Quem cœlis misi Domino cum virgine Thecla,
Præconem veri celebrem, mihi dulce decusque.

Ἣ σ' ἐκ πατρὸς ἔδεκτο, καὶ ἔπλασεν ἤθεσι κεδνοῖς,
Αὐτοκασιγνήτη μέγ' ἀμώμονος ἀρχιερῆος
Ἀμφιλόχου, τὸν ἔπεμψα Θεῷ, Θέκλῃ γε σὺν ἁγνῇ,
Ἄγγελον ἀτρεκίης ἐριηχέα, κῦδος ἐμεῖο.

III.

S. Hieronymus, *Epist.* LXX, *al.* LXXXIV, *ad Magnum oratorem*, § 4, *Opp. tom.* I, *pag.* 427, *edit. Veron.*

Exstant libri: Cappadocumque Basilii, Gregorii et Amphilochii, qui omnes in tantum philosophorum doctrinis atque sententiis suos refarciunt libros, ut nescias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem sæculi, an scientiam Scripturarum.

Idem, *lib.* De Vir. illustr., *cap.* CXXXIII.

Amphilochius Iconii episcopus, nuper mihi librum legit *De Spiritu sancto*, quod Deus et quod adorandus, quodque et omnipotens sit.

IV.

Theodoritus, Hist. eccl., *lib.* IV, *cap.* 11.

Simili modo Amphilochius ille celeberrimus, qui metropolim Lycaoniæ pastorali cura regendam susceperat, et universam provinciam gubernabat, cum hanc pestem illuc pervasisse didicisset, rursus eam depulit, et gregem sibi commissum ea labe liberavit. C Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ πανεύφημος Ἀμφιλόχιος, τὴν Λυκαόνων μητρόπολιν νέμειν πεπιστευμένος, καὶ ἅπαν ἰθύνων τὸ ἔθνος, ἐπισκήψασαν αὐτόσε τὴν λύμην ταύτην μαθὼν, ἐξανέστησε πάλιν, καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ νεμόμενα τῆς λώβης ἐκείνης ἠλευθέρωσε ποίμνια.

Idem, *ibid.*, *cap.* 30.

In Pisidia Optimus, et Amphilochius in Lycaonia, pro fide a majoribus tradita fortiter propugnantes, adversariorum impetus retundebant. Ἐν Πισιδίᾳ Ὄπτιμος, καὶ Ἀμφιλόχιος ἐν Λυκαονίᾳ, γενναίως ὑπὲρ τῆς προγονικῆς παρατατόμενοι πίστεως, τὰς ἐναντίας ἀπεκρούοντο προσβολάς.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

IDEM, *ibid.*, *lib.* v, *cap.* 8.

Ἦσαν δὲ ἄνδρες ἀξιάγαστοι, καὶ ζήλου καὶ σοφίας ἀνεπιλείστου· Ἀμφιλόχιος Λυκαόνων, κ. τ. λ.

Erant autem viri admirabiles, et zelo divino ac sapientia singulari præditi : Amphilochius Lycaoniæ antistes etc.

IDEM, *ibid.*, *cap.* 16.

Μετὰ δὲ τὴν ἐκεῖθεν ἐπάνοδον, ἀφίκετο μὲν Ἀμφιλόχιος ὁ θαυμάσιος, οὗ πολλάκις ἐμνήσθην, ἀντιβολῶν τοὺς τῶν Ἀρειανῶν ἐκ τῶν πόλεων ἐξελαθῆναι συλλόγους. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπηνεστέραν ὑπολαβὼν τὴν αἴτησιν, οὐκ ἐδέξατο. Ὁ δὲ σοφώτατος Ἀμφιλόχιος παραυτίκα σιγήσας, μνήμης ἀξίαν ἐξεῦρε μηχανήν. Εἴσω γὰρ αὖθις τῶν βασιλείων γενόμενος, καὶ παρεστῶτα τῷ βασιλεῖ τὸν υἱὸν Ἀρκάδιον θεασάμενος (νεωστὶ δὲ οὗτος κεχειροτόνητο βασιλεύς), αὐτὸν μὲν ἠσπάσατο συνήθως τὸν βασιλέα, ἀγέραστον δὲ κατέλιπε τὸν υἱόν. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἐπιλησθῆναι νομίσας τὸν Ἀμφιλόχιον, προσελθεῖν καὶ φιλῆσαι προσέταξε τὸν υἱόν. Ὁ δὲ ἀποχρῆναι ἔφη τὴν αὐτῷ παρ' αὐτοῦ προσενεχθεῖσαν τιμήν. Ὁ δὲ δυσχεράνας, οἰκεῖαν ἐκάλει παροινίαν τὴν τοῦ παιδὸς ἀτιμίαν. Τηνικαῦτα λοιπὸν ὁ σοφώτατος Ἀμφιλόχιος ἐκκαλύπτει τὸν τοῦ γεγεννημένου σκοπὸν, καὶ βοῶν ἔφη· Ὁρᾷς, ὦ βασιλεῦ, ὅπως οὐ φέρεις τὴν τοῦ παιδὸς ἀτιμίαν. ἀλλὰ τοῖς εἰς τοῦτον παροινοῦσι χαλεπαίνεις πικρῶς; Πίστευσον δὴ οὖν, καὶ τῶν ὅλων Θεὸν τοὺς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ βλασφημοῦντας βδελύττεσθαι, καὶ ὡς ἀχαρίστους περὶ τὸν Σωτῆρα καὶ εὐεργέτην γεγενημένους μισεῖν. Οὕτω συνεὶς ὁ βασιλεὺς, καὶ τά τε πεπραγμένα, τά τε εἰρημένα θαυμάσας, νόμον εὐθὺς ἔγραψε τοὺς τῶν αἱρετικῶν συλλόγους κωλύοντα.

Post (Theodosii) illinc reditum, Amphilochius ille admirabilis cujus sæpius a me jam facta est mentio, accessit oraturus imperatorem, uti ex urbibus Arianorum conventus ejiciat. At imperator, postulationem illam nimis severam et inhumanam arbitratus, rejicit. Sapientissimus igitur Amphilochius re ad tempus tacita, aliam rationem ad id quod volebat obtinendum, eamque plane memorabilem excogitavit. Ingressus enim denuo in palatium, cum videret astantem imperatori filium suum Areadium, qui nuper Augustus renuntiatus fuerat, ipsum imperatorem Theodosium solito more salutavit ille quidem, sed filium sine honore dimisit. Imperator autem, ratus Amphilochium oblitum officii, jubet ad filium accedere, eumque osculari. At Amphilochius respondit : Satis esse quod ei honorem habuerit. Itaque Theodosius rem acerbe et graviter ferens, probrum filio objectum injuriæ loco sibi ipsi illatæ numeravit. Tum sapientissimus Amphilochius, declarans imperatori, quod animo instituebat, contenta voce : Vides, inquit, o imperator, quam ægre ignominiam filii tui feras : imo vero illis qui in eum insultant, vehementer succenses. Credas igitur mihi velim, hujus universitatis rectorem Deum, eos qui contra Filium suum unigenitum loquuntur blasphemias, itidem detestari, et tanquam ingratos erga Servatorem et bene de se meritum, odio prosequi. Cujus institutum cum hoc pacto intellexisset imperator, facta ejus dictaque simul admiratus, legem protinus conscripsit, quæ vetabat conventus ab hæreticis agi.

V.

FACUNDUS HERMIANENSIS, *lib.* XI, *cap.* 3, *pag.* 760, *tom.* II, *Opp.* SIRMOND. *edit. Paris.* 1696.

Ex dictis beati Amphilochii Iconiensis episcopi aliqua proferemus, quem et sapientissimus Joannes Antiochenus cum orientali concilio probatissimum doctorem pronuntiavit, et imperatores Gratianus et major Theodosius talem judicaverunt, ut præciperent, sicut libro IV memoravimus (cap. 2, pag. 521), illos solos ecclesias habere, qui ex prædicti sancti Amphilochii et Diodori atque aliorum similium communione catholici probarentur.

VI.

COSMAS INDICOPLEUSTES, Topograph. Christ., *lib.* VII, *pag.* 292, *tom.* II Collect. PP. Græc. Montfauc.

Ἀμφιλόχιος, ἐπίσκοπος γενόμενος τοῦ Ἰκονίου, φίλος καὶ κοινωνικὸς τοῦ μακαρίου Βασιλείου, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς πρὸς Σέλευκον αὐτῷ γραφεῖσιν Ἰάμβοις, κ. τ. λ.

Amphilochius Iconii episcopus, amicus et familiaris beati Basilii, in lambis suis ad Seleucum scriptis, etc.

VII.

CONCILIUM NICÆNUM II, *Act.* V, *pag.* 1015, *tom.* VIII Concil. *edit. Veneto-Labb.*

Ταράσιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης εἶπεν· Ὁ πατὴρ ἡμῶν ὁ ἅγιος Ἀμφιλόχιος μέγας ἐστὶ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Tarasius sanctissimus patriarcha dixit : Pater noster sanctus Amphilochius magnus est, etc.

VIII.

PHOTIUS, Biblioth. *cod.* LII.

Ἀνεγνώσθη σύνοδος γενομένη ἐν Σίδῃ, κατὰ τῆς αἱρέσεως τῶν Μεσσαλιανῶν, ἤγουν Εὐχιτῶν ἤτοι Ἀδελφιανῶν. Ἐξῆρχε δὲ τῆς συνόδου Ἀμφιλόχιος ὁ τοῦ Ἰκονίου, συνεδρεύοντων αὐτῷ καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων κε'.

Lecta synodus Sidæ habita adversus hæresim Messalianorum, hoc est Euchitarum seu Adelphianorum. Præfuit synodo Amphilochius Iconii episcopus, considentibus et aliis viginti quinque episcopis.

Digitized by Google Распознавание текста

IX.

JOANNES ZONARAS *ad* canonem XXVII concilii Carthag.

Apud BEVEREGIUM *in* Pandecte canonum, *tom.* II, *pag.* 549.

Quos libros legere in ecclesia oporteat, et postremus apostolorum canon statuit, — et magnus Athanasius, qui libri legendi sint, omnes enumerat, et magnus Gregorius Theologus, et sanctus Amphilochius.

A Περὶ τοῦ τίνα δεῖ ἀναγινώσκεσθαι βιβλία ἐπ' ἐκκλησίᾳ, καὶ ὁ τελευταῖος τῶν ἀποστολικῶν κανόνων διαλαμβάνει, — καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἀπαριθμεῖται, ὅσα χρὴ ἀναγινώσκεσθαι βιβλία, καὶ ὁ μέγας Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, καὶ ὁ ἅγιος Ἀμφιλόχιος.

Eadem ferme habet l. c. Theodorus Balsamon.

X.

MARTYROLOGIUM ROMANUM, *d.* XXIII *Novembris.*

Iconii in Lycaonia sancti Amphilochii episcopi, qui sanctorum Basilii magni et Gregorii Nazianzeni in eremo socius, et in episcopatu collega, post multa certamina pro catholica fide suscepta, sanctitate et doctrina clarus quievit in pace.

XI.

MENOLOGIUM GRÆCORUM *jussu* Basilii *imp. confectum sub die* XIX *Octobris.*

Part. I, *pag.* 127 *edit. Urbin.* 1727.

Commemoratio sancti patris nostri Amphilochii episcopi Iconii.

B *Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου.*

Hic non mortalis cujuspiam, sanctorum angelorum manibus ordinatus episcopus: commilito sanctorum Patrum, Basilii magni, Gregorii Theologi et Gregorii Nysseni, adversus Arium, Eunomium et horum similes hæreticos in acie stetit. Qui cum ad Theodosii magni tempora vixisset, atque ab eo ut coerceret Arianorum synaxes postulasset; tunc quidem supersedit imperator, veritus ne ea res magnos excitaret tumultus. Sed postea cum quadam de causa imperatorem Theodosium convenisset, illumque solum, Arcadio filio qui prope assidebat prætermisso, adorasset; rogatus quam ob rem id faceret, respondit: Quemadmodum tu, imperator, indigne fers, si non idem filio, qui tibi, honor habeatur, sic et Deo Patri injuriam fieri scito, si quis Filium et Verbum contumelia afficit. Quibus verbis permotus imperator, juxta viri sancti sententiam ac voluntatem, rem confecit. Hunc autem in modum transacta cum pietate vita, ad Dominum migravit.

Οὗτος προχειρίζεται ἐπίσκοπος Ἰκονίου ὑφ' ἁγίων ἀγγέλων, οὐκ ἀνθρωπίνης χειρός· συναγωνιστὴς δὲ γενόμενος τῶν ἁγίων Πατέρων, Βασιλείου τοῦ μεγάλου, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ Γρηγορίου τοῦ Νύσσης, κατὰ τῶν αἱρετικῶν παρετάξατο Ἀρείου καὶ Εὐνομίου καὶ τῶν ὁμοίων. Παρετάθη δὲ ἡ ζωὴ αὐτοῦ μέχρι Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου· ὃν καὶ ἠξίωσε κωλῦσαι τῶν Ἀρειανῶν τὰς ἐν ταῖς πόλεσι συνάξεις. Βαρὺ δὲ νομίσαντος τοῦτο τοῦ βασιλέως, διὰ τὴν ταραχὴν, τότε μὲν ἡσύχασεν. Ὕστερον δὲ κατά τινα χρείαν εἰσελθὼν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀρκάδιον ἰδὼν τῷ πατρὶ συγκαθήμενον, τὸν μὲν Θεοδόσιον προσεκύνησε, τὸν δὲ υἱὸν παρῆλθε. Τοῦ δὲ βασιλέως εἰπόντος· Ἵνα τί τὸν υἱόν μου παρέδραμες; ἔφη· Γνῶθι, βασιλεῦ, ὅτι ὥσπερ σὺ ἠγανάκτησας τοῦ υἱοῦ παραβλεπομένου, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, τοῦ Υἱοῦ καὶ Λόγου ὑβριζομένου. Ὅθεν πεισθεὶς ὁ βασιλεὺς, ἐποίησε τὸ τοῦ ἁγίου θέλημα. Οὕτω δὲ ζήσας εὐσεβῶς, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

XII.

MENOLOGIUM *d.* XXIII *Novembris.*

Memoria sancti patris nostri Amphilochii episcopi Iconii.

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου.

Hic gradu omni ecclesiastico a juvenili ætate, alterna mutatione provectus, monasticaque exercitatione et divina scientia clarus, communi suffragio urbis Iconii episcopus creatur: temporibus Valentiniani et Valentis imperatorum, vita ad Theodosium usque magnum imperatorem ejusque filios producta; factusque fidei orthodoxæ doctor, contra Arianam luem ceu acie instructa firmiter consistens, multas ab impiis persecutiones tribulationesque sustinuit, una cum beatis Patribus certamen adversus blasphemias Eunomii habens. Hic item, unus centum illorum quinquaginta Patrum secundæ synodi, plurimum adversus Spiritus sancti hostem Macedonium Ariique discipulos depugnavit. Porro, potiente rerum magno Theodosio, reversoque Va-

Οὗτος ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας, πάντα βαθμὸν ἐκκλησιαστικὸν παραλλάξας, καὶ ἀσκήσει καὶ θείᾳ γνώσει λάμπων, ψήφῳ τοῦ κοινοῦ προχειρίζεται ἐπίσκοπος τῆς Ἰκονιέων πόλεως, ἐν τοῖς χρόνοις Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος τῶν βασιλέων· παρατείνας τὴν ζωὴν μέχρι Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου βασιλέως, καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ· ὃς καὶ διδάσκαλος τῆς ὀρθοδόξου πίστεως γεγονὼς, καὶ κατὰ τῆς Ἀρείου λύμης στερρῶς ἀντιταξάμενος, πολλοὺς διωγμοὺς καὶ θλίψεις ὑπομείνας παρὰ τῶν ἀσεβῶν, συναγωνιστὴς γεγονὼς τῶν μακαρίων Πατέρων κατὰ τῆς Εὐνομίου βλασφημίας· οὗτος καὶ τῶν ἐν τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα Πατέρων εἷς ὑπάρχων, τὰ πλεῖστα διηγωνίσατο κατὰ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου, καὶ τῶν φοιτητῶν Ἀρείου· κατὰ δὲ τὸ κρατῆσαι τῆς βα-

Digitized by Google Распознавание текста

σιλείας Θεοδόσιον τὸν μέγαν, καὶ τὸν νέον Οὐαλεντινιανὸν κατατρέψαι, καὶ νικήσαντα ἐπανελθεῖν, ἠντιβόλει ὁ μέγας Ἀμφιλόχιος τὸν βασιλέα Θεοδόσιον ἀπώσασθαι τοὺς Ἀρειανούς, καὶ τοῖς ὀρθοδόξοις ἀνεῖναι τὰς ἐκκλησίας. Ἐπεὶ οὖν ὁ βασιλεὺς παρῆκεν, ἐξεῦρε μηχανὴν ὁ θαυμάσιος· καὶ παρελθὼν εἰς τὰ βασίλεια, τὸν μὲν βασιλέα Θεοδόσιον ἠσπάσατο, τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ Ἀρκάδιον, καταλιπὼν ὑφειμένως, οὐκ ἠσπάσατο· καὶ τοῦτο ὁ βασιλεὺς δυσχεράνας, οἰκείαν ὕβριν ἐκάλει τὴν τοῦ παιδὸς παρ' αὐτοῦ ἀτιμίαν· ὁ δὲ σοφώτατα ἐκκαλύπτει τὸ δρᾶμα, καί φησιν· Ὁρᾷς, ὦ βασιλεῦ, πῶς οὐ φέρεις σὺ τὴν τοῦ παιδὸς ἀτιμίαν, ἀλλὰ χαλεπαίνεις; Πίστευσον οὖν, ὅτι καὶ τοὺς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ βλασφημοῦντας, ὁμοίως καὶ ὁ Θεὸς ἀποστρέφεται καὶ μισεῖ. Τότε συνεὶς ὁ βασιλεὺς, νόμους ἔγραψε τοὺς τῶν αἱρετικῶν συλλόγους κωλύοντας. Οὗτος ὁ ἀοίδιμος ἀνὴρ, ἐπὶ πλείστοις χρόνοις ποιμάνας τὸ τοῦ Χριστοῦ ποίμνιον, καὶ λόγους ὀρθοδόξους συντάξας, καὶ εἰς βαθὺ γῆρας ἐλάσας, ἐν εἰρήνῃ ἀνεπαύσατο.

A lentiniano juniore, cum victor ipse rediisset, supplicabat magnus Amphilochius ut Theodosius imperator, pulsis Arianis, ecclesias orthodoxis permitteret. Cæterum eo renuente, vir admirabilis subtile quid adinvenit. Accedens itaque ad regiam, Theodosium quidem imperatorem salutavit; ejus vero filium Arcadium, cessim relinquens, non salutavit. Eam rem moleste ferens imperator, negatum filio honorem, suam ipsius vocabat injuriam. Tum ille sapientissime detegit fabulam, aitque: Viden', imperator, ut ipse filii inhonorationem non feras, sed indigneris? Habeas ergo persuasum eadem Deum ratione blasphemos in Dei Filium aversari et odisse. Tunc imperator, rem intelligens, leges conscripsit, quibus hæreticorum conventus vetaret. B Hic vir præclarus ubi annos multos Christi gregem pavisset, librosque orthodoxæ doctrinæ composuisset, alta senectute quievit in pace.

XIII.

Menologium Græcorum sub eadem die, *ex interpretatione cardinalis Sirleti.*

Ex **Thesauro Canisiano** *tom.* III, *part.* 1, *pag.* 490.

Natalis S. P. N. Amphilochii episcopi Iconii, sub Theodosio imperatore magno, vir divinarum litterarum peritia et sanctitate vitæ, ac rectæ et catholicæ fidei sinceritate insignis, Basilii magni amicitia et testimonio commendatus. Ilic libros orthodoxam fidem continentes conscripsit, et ad summam senectutem provectus in pace quievit.

XIV.

Ex **Anthologio Græcorum**, xxiii *Novembris, edit. Græc.* 1736 (Romana), *pag.* σνθ'.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου.

C Sancti patris nostri Amphilochii episcopi Iconiensis.

Κοντάκιον.

Ἡ θεία βροντή· ἡ σάλπιγξ τοῦ Πνεύματος· πιστῶν φυτουργέ· καὶ πέλεκυς τῶν αἱρέσεων· ἱεράρχα Ἀμφιλόχιε· τῆς Τριάδος θεράπων ὁ μέγιστος· σὺν ἀγγέλοις πέλων ἀεί· πρεσβεύων μὴ παύσῃ ὑπὲρ πάντων ἡμῶν.

Hymnus parvus.

O divinum tonitru; o tuba Spiritus; fidelium plantator; et securis hæreticorum; pontifex Amphilochi; Trinitatis minister maxime; cum angelis exsistens semper; intercessor ne cesses esse pro omnibus nobis.

Ibidem.

Στίχοι.

Σταλεὶς, Ἀμφιλόχιε, νεκρῶν ἀμφίοις,
Λόχους σκεδάζεις, καὶ νεκρὸς νοούμενος.
Εἰκάδι ἐν τριτάτῃ θάνατος λάβεν Ἀμφιλόχιον.

Versus.

Indutus, Amphilochi, mortuorum linteis,
Insidiantum agmina dissipas, vel mortuus reputatus.
Die vicesima tertia mors cepit Amphilochium.

Digitized by Google Распознавание текста

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΚΟΝΙΟΥ

ΛΟΓΟΙ ΚΑΙ ΟΜΙΛΙΑΙ.

—

S. P. N. AMPHILOCHII

EPISCOPI ICONII

ORATIONES ET HOMILIÆ.

—

ORATIO I.

In natalitia magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi [15].

I. Videtur plane pratum hoc spirituale et splendidum, cœlestium florum venustate varium illud, apostolicisque ac incorruptis suaveolens odoribus, divini paradisi præferre typum. Quemadmodum enim tripudii ovansque ille sensui subjectus atque mala omni aura vacuus locus; arboribus incorruptis, immortalibusque fructibus, ac innumerabilibus aliis perquam magnificis decoratur ornamentis : ita sane et divinissimus sacratissimusque Ecclesiæ conventus, spiritualibus arcanisque illustrius splendescit sacramentis : quorum nobis sacrorum hodie Christi veri Dei nostri natalitiorum festa dies, solida crepido est fundamentumque immotum, et salubre initium ac plane augustus vertex : propter quam et vetera figurate prophetata sunt, et nova in toto terrarum orbe palam prædicata : per quam cœlum apertum est, terraque ad divinam elata celsitudinem : per quam paradisus concessus est hominibus, mortisque potestas abolita : per quam vis corruptionis est conculcata, perniciosusque diaboli cultus sublatus : per quam humana vitia mortificata sunt, angelicique dominii designata vitæ ratio : per quam fugatus est error dæmonum, Deique sapientia ac castissimus annuntiatus adventus. *Non enim angelus*, inquit, *neque legatus, sed ipse Dominus veniet et salvabit eos* [16]. O faustorum nuntiorum immensæ divitiæ! o sapientissimorum sacramentorum scientia inenarrabilis! o divinorum ineffabilium donorum indefectibilis thesaurus! o providæ clementiæ gratia innumerabilis! *Ipse enim*, inquit, *Dominus veniet, et salvabit nos.* Quo, propheta divine, modo ad nos

[15] Tit. II, 13. [16] Isa. LXIII, 9.

(1) *Καὶ ἀκήρατος χορός.* Placeret magis χῶρος : retinuimus tamen propter sequens, θίασος, ut significetur paradisus et hortus ille, ad modum loci chorcis destinati, et loci tripudii : qualis vere fuit creatus innocenti homini.

(2) *Ἀγγελικῆς δεσποτείας βίος ἀνακεκαίνισται.* Velut prima illa libertate, qua similes angelis, mero imperio appellitui dominabamur, sin plene restituta, at velut inchoata; abundantiori illa gratia et sanitate τοῦ ἡγεμονικοῦ, redundante in corpus subjectum, ejusque vires.

A

ΛΟΓΟΣ Α'.

Εἰς τὰ γενέθλια τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Α'. Ὁ μὲν πνευματικὸς οὗτος καὶ λαμπρὸς λειμὼν, ὁ τῷ τῶν οὐρανίων ἀνθῶν κάλλει πεποικιλμένος, καὶ ταῖς ἀποστολικαῖς καὶ ἀχράντοις εὐοδιάζων ἀποφοραῖς, τύπον ἔχειν τοῦ θείου παραδείσου μοι φαίνεται. Ὅν γὰρ τρόπον ὁ αἰσθητὸς ἐκεῖνος καὶ ἀκήρατος χορὸς (1), δένδρεσιν ἀφθάρτοις, καὶ καρποῖς ἀθανάτοις, καὶ μυρίοις ἄλλοις ὑπερλάμπροις φαιδρύνεται κάλλεσιν· οὕτω δὴ καὶ οὗτος ὁ θεοειδέστατος τῆς ἱεροπρεπεστάτης Ἐκκλησίας θίασος, νοητοῖς καὶ ἀῤῥήτοις καταλαμπρύνεται μυστηρίοις, ὧν κρηπὶς ἡμῖν ἀῤῥαγὴς, καὶ θεμέλιος ἀστεμφὴς, καὶ ἀρχὴ σωτήριος, καὶ κορυφὴ πανσεβάσμιος, ἡ σήμερον τῶν B ἁγίων Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν γενεθλίων ἐστὶν ἑορτή· δι' ἣν καὶ τὰ παλαιὰ πεπροφήτευται τυπικῶς, καὶ τὰ νέα διαῤῥῆδην εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κεκήρυκται· δι' ἣν φθορᾶς δύναμις πεπάτηται, καὶ διαβόλου σέβας ὀλέθριον πέπαυται· δι' ἣν ἀνθρώπινα πάθη τεθανάτωται, ἀγγελικῆς δεσποτείας βίος ἀνακεκαίνισται (2)· δι' ἣν οὐρανὸς ἠνέῳκται, καὶ γῆ εἰς θεῖον ὕψος μετεώρισται· δι' ἣν παράδεισος ἀνθρώποις ἀποδέδοται, καὶ θανάτου κράτος κατήργηται· δι' ἣν πλάνη δαιμόνων δεδίωκται, Θεοῦ σοφία καὶ πάναγνος παρουσία μεμήνυται. *Οὐκ ἄγγελος γὰρ*, φησὶν, *οὐδὲ πρέσβυς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἥξει καὶ σώσει αὐτούς.* Ὦ θείων εὐαγγελίων πλοῦτος ἀμύθητος! ὦ πανσόφων μυστηρίων γνῶσις ἀνεκδιήγητος! ὦ θείων ἀῤῥάστων δωρεῶν θη- C σαυρὸς ἀνεξάλειπτος! ὦ προνοητικῆς φιλανθρωπίας χάρις ἀναρίθμητος! Αὐτὸς γὰρ, φησὶν, *ὁ Κύριος ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς.* Ἥξειν πρὸς ἡμᾶς τίνα τρόπον, ὦ θεῖε προφῆτα, κηρύττεις τὸν Κύριον; Παῤ-

ρησιάσομαι γὰρ ἐν τούτῳ τῷ μέρει πρὸς σὲ τὸ τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν πρόσωπον ἀναδεδεγμένος, τῶν ταύτην (εἰς) τὴν πανύμνητόν μοι ἑορτασάντων πανήγυριν, μήτε δὲ τοῦ καινοῦ καὶ πανάγνου τοκετοῦ τῆς ἀχράντου Παρθένου πεπειραμένων, μήτε τὰ τῶν ἀγγέλων ἐωρακότων σκιρτήματα, μήτε τὰς θείας ἀκηκοότων φωνάς, ἃς πρὸς τοὺς ἱερεῖς ποιμένας ἀνευρημοῦντες τὸν γεγεννημένον Σωτῆρα, γεγηθότες ἐπήγγελλον· μήτε μὴν τῶν μάγων τὰ δῶρα συνιέντων, καὶ τὴν προσκύνησιν τὴν θεϊκήν· ἐκείνων ἀναδεξάμενος τὸ πρόσωπον, ἐρωτήσαιμί σε τὸν τρόπον τῆς παρουσίας. Κατέπληττε γὰρ αὐτοὺς εἰκότως λίαν τὸ λόγιον, καὶ μικροῦ δεῖν τῷ πλήθει τοῦ δέους ἐξίστασθαι παρεσκεύασεν τῶν φρενῶν. Οὐ γὰρ εἶχον νεῖν, ὅτι ὁ ἀθάνατος Θεὸς πρὸς ἀνθρώπους γεωδεστάτους ἥξει· ὁ ἀψηλάφητος, πρὸς τοὺς αἰσθητούς· ὁ ἀθεώρητος, πρὸς τοὺς ὁρατούς. Πῶς γὰρ ἂν ἤξειν τὸν Θεὸν ᾠήθησαν, καὶ πῶς ὀφθήσεσθαι; Ἐνίοις μὲν ἐδόκει πρότερον ὡς ὤφθη τῷ Ἀβραὰμ δι' ἀγγέλων, ἢ δ' αὖ πάλιν, ὡς ὤφθη τῷ Μωϋσῇ διὰ πυρὸς ἐν τῇ βάτῳ, ἢ καθ' ὃν τρόπον ὤφθη τῷ Ἡσαΐᾳ διὰ τῶν σεραφίμ, ἢ τῷ Ἰεζεκιὴλ διὰ τῶν χερουβίμ. Οὕτω γὰρ πάντες Θεὸν ἐωρακέναι διαμφοτέροις τρόποις μεμαρτυρήκασι. Ποῖος τοίνυν τούτων τρόπων εἰς θεωρίαν Θεοῦ ἐστιν ἄξιος; δῆλον ὅτι οὐδὲ εἷς.

A venturum Dominum prædicas? Ad te enim hac in parte libere loquar, persona veterum assumpta, qui hancce mihi laudatissimam celebritatem coluerunt, nec novum tamen et castissimum intemeratæ Virginis partum, experimento cognoverunt, nec sanctorum angelorum viderunt tripudia, nec divinas audierunt voces, quibus illi, sacris pastoribus fauste acclamantes, natum Salvatorem gaudio nuntiarunt: sed neque magorum munera, divinamque perspexerunt adorationem: eorum, inquam, persona assumpta, ex te adventus modum quæsierim. Perculit enim eos perquam merito oraculum, parumque abfuit, ne præ ingenti metu sensibus deturbaret. Non enim poterant intellectu assequi, venturum Deum immortalem ad crassissimos homines; palpari nescium, ad sensibiles; invisibilem, ad visibiles. Nam B quomodo venturum, quoque modo videndum existimarent? Quidam enim putabant, sicut prius Abrahæ apparuit per angelos [17]: aut rursum ut per ignem Moysi in rubo [18]: aut quomodo Isaiæ visus est per seraphim [19]: aut Ezechieli per cherubim [20]. His enim alterutris modis, Deum omnes vidisse testati sunt. Quis ergo illorum dignus, ut se Deus eo videndum præberet? Planum est ne ullum esse.

Πόθεν δὲ μάλιστα τοῦτο πιστούμεθα; Ἐκ τῆς ἑτέρας τοῦ προφήτου φωνῆς λεγούσης· *Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφη.* Ὀπτασίας μὲν γὰρ ἐκεῖνα, καὶ οὐ συναναστροφῆς ὑπῆρχε τεκμήρια· ταῦτα συναναστροφῆς, καὶ οὐκ ὀπτασίας τυγχάνει κηρύγματα. Πῶς οὖν φησίν· *Αὐτὸς ὁ Κύριος ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς;* Λέγῃς ἂν ἡμῖν, ὦ μακάριε. Πῶς ὁ ἀσχημάτιστος σχηματίζεται; ὁ ἀκίνητος, ἀπὸ τῶν οὐρανίων θρόνων ἐπὶ τῆς γῆς πάλιν ἀντιμεθίσταται; εἰπῇ δ' ἂν πρὸς αὐτοὺς ἁπάντων ὁ θεῖος οὗτος ἀνήρ· Ὅτι δι' ἑτέρων λογίων τὸν τρόπον ἠκούσατε τῆς παρουσίας, τί περισσῶς πολυπραγμονεῖτε ἐνταῦθα τὸ λόγιον; Ἣν ἐλέηθεν ὑμᾶς τὸ εἰρημένον, ὅτι *Ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός;* ἢ οὐκ ἀκηκόατε τὸ γεγραμμένον, ὅτι *Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς, σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος;* Ἐκ τούτων τῶν λόγων τὸν τρόπον τῆς παρουσίας ἐπέγνωτε. Παρθένος γὰρ ἄφθαρτος ἀποκυήσει σωματικῶς τὸν λύχνον τὸν ἄφθαρτον (3).

II. Unde id confirmamus? Ex alia prophetæ voce, dicentis: *Post hæc in terra visus est, et cum hominibus conversatus est* [21]. Illa quidem visionis fuerunt, non conversationis argumenta: ista conversationis C sunt, non visionis præconia. Quomodo igitur ait: *Ipse Dominus veniet, et salvabit nos?* Dixeris nobis, o beate: quomodo figuratur, in quem non cadit figura? immobilisque ab cœlestibus sedibus, derelicta rursum statione, in terram transfertur? His vero vir divinus occurrerit, dicens: Alio oraculo traditum audivistis adventus modum. Quid hic supervacanea curiositate exquiritis oraculum? Fugit vos dictum illud: *Ecce virgo habebit in utero, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel* [22]: quod interpreteris, *Nobiscum Deus?* Nonne audistis quod scriptum est, quia *Parvulus natus est nobis, filius et datus est nobis, cujus principatus super humerum ejus, et vocatur nomen ejus, magni consilii angelus: admirabilis, consiliarius, Deus fortis, po-* D *tens, princeps pacis, pater futuri sæculi* [23]? Ex iis sermonibus cognitum habetis modum præsentiæ. Virgo enim incorrupta nesciam illam corruptionis lucernam corporali ratione concipiet. Oportet enim ut se Dei Verbum augustissimum ad carnem usque nobis inclinet; ut quos incorporea divinitate

[17] Gen. XVIII, 1. [18] Exod. III, 2. [19] Isa. VI, 2. [20] Ezech. X, etc. [21] Baruch III, 38. [22] Isa. VII, 14. [23] Isa. IX, 6.

(3) *Τὸν λύχνον τὸν ἄφθαρτον.* Solet crebro in Scriptura per lucernam designari proles et semen; in qua igniculus Patris et Pater velut vivat. Sic Jansen. illud psal. CXXXI, *Paravi lucernam Christo meo*, paraphrasticôs: *Paravi enim uncto meo David posteritatem, quæ sua claritate et gloria, quasi lucerna quædam illustrabit Davidis nomen:* ubi plura in eam rem. Præ omnibus autem fuit Mariæ lucerna Dominus Jesus, qui lux de luce æternum a Patre prodit; humanumque et suum dignatione genus, carnali ex ea nativitate, ad divinæ lucis commercium, deificatione admirabili evehit: ut tantum faciat homines deos, quantum factus est ipse, homo: ut ingens illa theologiæ lucerna Gregorius audentius protulit exponitque D. Maximus dub. ad Thomam, etc.

Digitized by Google Распознавание текста

creaverat, peccato veteratos, carnis assumptione innovet, et immunes a corruptione, similitudine ad corruptionem, efficiat.

καινίσῃ διὰ σαρκώσεως, παλαιωθέντας διὰ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀφθάρτους κατασκενάσῃ διὰ τῆς ὁμοιότητος τῆς πρὸς τὴν φθοράν.

III. His ad eos per Prophetam dictis, etiam ipsi interrogabimus. O puerule cœlo antiquior! O filius ter beatus, qui venit ferens principatum suum, non vero quærens ut ab alio accipiat. Est enim Verbo a natura, tanquam Filio, ut omnibus præsideat, nec aliquid adscititium ut creatura habeat. *Principatus enim*, inquit, *super humerum ejus.* O proles magni nominis! *Magni enim consilii*, inquit, *angelus* vocatur, *et Deus fortis.* O potestas omnipotens! *Admirabilis* enim *consiliarius est, et princeps pacis.* Qui ergo celebraverimus hodiernam festivitatem? Qui maxime spiritualem in præsenti celebritatem beatam prædicaverimus? Quis enim hujusce diei immortales divitias investigabit? Quibus magnisonis elatissimisque verbis, omnibus canticis prosequendum, ac tropæale sacramentum hoc proclamabimus? O dies innumerabilibus celebranda canticis, in qua nobis orta est stella ex Jacob[24], cœlestisque homo ex Israel apparuit, ac nos Deus fortis adiit: Solque justitiæ obumbravit, et virtutum divinarum thesaurus patuit, ac vitæ æternæ planta hominibus germinavit, Oriensque de alto illuxit et cœlestium, terrestrium infernorumque Dominus ex virgineo progressus utero, pro mundi redemptione, in mundum corruptibilem venit. *Natus enim est nobis hodie Salvator Christus Dominus*[25], qui *lumen est gentium*[26], et salus domus Israel. O miraculum! Qui non definitur cœlis, in præsepi demoratus est ut parvulus: quique brevi sermone universa constituit, muliebribus fovebatur ulnis; ac qui supercœlestibus omnibus virtutibus donavit ut essent, impollutis lactabatur Virginis sacræ uberibus. *Factum enim est*, inquit, ut Evangelium testatur, *cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum, et pannis eum involvit, et reclinavit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diversorio*[27].

Γ'. Ταῦτα τοῦ Προφήτου πρὸς αὐτοὺς εἰρηκότος, ἐροῦμεν καὶ ἡμεῖς. Ὦ παιδίον οὐρανοῦ παλαιότερον! Ὦ τρισόλβιος υἱός, ὅστις ἐπ' ὤμων ἥκει τὴν ἑαυτοῦ βαστάζων ἀρχὴν (5), καὶ οὐ παρ' ἑτέρου ζητῶν αὐτὴν κομίσασθαι. Ἔμφυτον γὰρ τῷ Λόγῳ τῶν πάντων ἄρχειν ὡς Υἱῷ, καὶ οὐκ ἐπείσακτον ὡς ποιήματι. Ἡ ἀρχὴ γάρ, φησὶν, *ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ.* Ὦ μεγαλώνυμον γέννημα! *Μεγάλης* γὰρ *βουλῆς*, φησὶν, *ἄγγελος, καὶ Θεὸς ἰσχυρὸς* ὀνομάζεται. Ὦ παντοδύναμος ἐξουσία! *Θαυμαστὸς* γὰρ *σύμβουλος, καὶ ἄρχων εἰρήνης* ἐστί. Πῶς τοίνυν δοξάσωμεν τὴν σήμερον ἑορτήν; Πῶς μακαρίσωμεν τὴν ἐπὶ τοῦ παρόντος μυστικωτάτην πανήγυριν; Τίς γὰρ ἐξιχνιάσει τὸν ταύτης τῆς ἡμέρας πλοῦτον ἀθάνατον; Ποίοις μεγαλήχοις καὶ ὑψηλοτάτοις ῥήμασιν ἀνακηρύξομεν τὸ πανύμνητον τοῦτο καὶ τροπαιοῦχον τῆς ἀφθαρσίας μυστήριον; Ὦ ἡμέρα μυρίων ὕμνων ἀξία, ἐν ᾗ ἀνέτειλεν ἡμῖν τὸ ἄστρον ἐξ Ἰακώβ, καὶ ὁ ἄνθρωπος ὁ οὐράνιος, ὃς ὤφθη ἐξ Ἰσραήλ, καὶ ἐπεδήμησεν ἡμῖν ὁ ἰσχυρὸς Θεὸς, καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἐπεσκίασεν ἥλιος, καὶ ὁ τῶν θείων ἀρετῶν ἠνέῳκται θησαυρὸς, καὶ τὸ τῆς αἰωνίου ζωῆς φυτὸν ἀνθρώποις ἐβλάστησε, καὶ ἡ ἀνατολὴ ἐκ τοῦ ὕψους ἐπέλαμψε, καὶ ὁ τῶν οὐρανίων καὶ ἐπιγείων Δεσπότης ἐκ παρθενικῶν λαγόνων, ὑπὲρ κόσμου λυτρώσεως, εἰς κόσμον φθαρτὸν ἐλήλυθεν. *Ἐγεννήθη γὰρ ἡμῖν σήμερον Σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος*, ὅστις *φῶς* ὑπάρχει *ἐθνῶν*, καὶ σωτηρία οἴκου Ἰσραήλ. Ὦ τοῦ θαύματος! Ἐπὶ φάτνης ὡς παιδίον ηὐλίζετο, ὁ ὑπὸ τῶν οὐρανῶν μὴ περιγραφόμενος· καὶ γυναικείαις ἀγκάλαις ἐθάλπετο, ὁ λόγῳ βραχεῖ τὰ πάντα συστησάμενος· καὶ ἐγαλουχεῖτο ὑπὸ τῶν ἀμιάντων τῆς ἁγίας Παρθένου μαστῶν, ὁ πάσαις ταῖς ὑπερκοσμίαις δυνάμεσι τὸ εἶναι κεχαρισμένος. *Ἐγένετο* γὰρ, φησὶ, καθὼς μαρτυρεῖ τὸ Εὐαγγέλιον, *ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν, καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι.*

IV. Quæ nova hæc et mirabilis doctrina? Quæ omnipotens, et faciens mortalem, divinæ Providentiæ benevolentia? Quod grande astutissimumque stratagema adversus diabolum? Mundus assertus

Δ'. Τίς ἡ καινὴ καὶ παράδοξος αὕτη μυσταγωγία; Τίς ἡ παντοδύναμος καὶ φθαρτοποιὸς (6) τῆς θείας Προνοίας εὐμένεια; Τί τὸ δεινὸν καὶ πάνσοφον κατὰ τοῦ διαβόλου στρατήγημα; Ἠλευθέρωται κόσμος διὰ

[24] Num. xxiv, 17. [25] Luc. ii, 11. [26] ibid. 32. [27] ibid. 6, 7.

(4) *Μέχρι γὰρ σαρκὸς δεῖ συγκαταβῆναι πρὸς ἡμᾶς*, velut condescendat: sed ea vox durior est; quanquam habet Bernardus, sive quisquis auctor est sermonis *in Evangelium infra oct. Epiphan.* Imitati sumus magnum Leonem in illo, *Se nobis inclinet.* Passim utitur Chrysostomus ea voce etiam in materia visionis, ubi etiam quædam est Dei in nos inclinatio, compositioque ad nostrum modum, qui se videndum præbeat, non quantus est ipse, sed quantum ejus lumine perfusus intellectus creatus, capere potest.

(5) *Ἐπ' ὤμων βαστάζων τὴν ἑαυτοῦ ἀρχήν.* Pulchra illius loci expositio: quam eamdem habet Theodotus Ancyranus auctor alterius orationis in Annam et Symeonem, Amphilochii nomine vulgatæ.

(6) *Τίς ἡ παντοδύναμος καὶ φθαρτοποιός.* Pulchra antithesis: vere enim nusquam magis eluxit divina potentia; tametsi impotentiæ videtur, facere mortalem. Sic Maria: *Fecit potentiam*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста

παρθένου, ὁ διὰ ταύτης τὸ πρὶν ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν A est in libertatem per Virginem, qui per virginem
πεσών. Διὰ παρθενικοῦ τοκετοῦ τεταρτάρωται δαι- olim sub peccatum corruerat. Virginali partu, tot
μόνων ἀοράτων τὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα συστή- tantæque invisibilium dæmonum copiæ in tartarum
ματα. Σύμμορφος τοῖς δούλοις ὁ Δεσπότης γέγονεν, præcipites datæ sunt. Factus est Dominus conformis
ἵνα οἱ δοῦλοι γένωνται σύμμορφοι πάλιν Θεοῦ. Ὦ servis, ut servi iterum conformes Deo fierent. O
Βηθλεὲμ πόλις ἡγιασμένη καὶ τοῖς ἀνθρώποις συγ- Bethlehem urbs sanctificata, et communis hæredi-
κεκληρωμένη (7). Ὦ φάτνη, ὦ φάτνη συμμέτοχε tas hominibus facta! O præsepe, o præsepe compar-
τῶν Χερουβίμ, καὶ ὁμότιμε τῶν Σεραφίμ! Ὁ γὰρ ticeps cherubim, eodemque seraphim honore! Qui
αἰωνίως ὑπ' ἐκείνων τῶν θρόνων ἐποχούμενος θεϊκῶς, enim iis æternum sedibus[28] divine inequitat, nunc
νῦν ἐν σοὶ σωματικῶς πάλιν αὐλίζεται. Ὦ Μαρία, in te rursum corporaliter degit. O Maria, o Maria,
ὦ Μαρία! ἡ τὸν ἁπάντων Δημιουργὸν πρωτότοκον quæ universorum Creatorem habuisti primogeni-
κεκτημένη. Ὦ ἀνθρωπότης, ἡ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον tum! O humanitas Dei Verbo corporaliter facta
σωματικῶς οὐσιώσασα (8), καὶ τῶν ἐπουρανίων καὶ substantia, eoque titulo cœlestibus spiritalibusque
νοερῶν δυνάμεων ἐν τούτῳ τῷ μέρει προτετιμημένη! virtutibus honore prælata! Noluit enim Christus
Οὐ γὰρ ἠξίωσε Χριστὸς μορφωθῆναι πρὸς τὰς τῶν formam archangelorum induere[29], sed neque princi-
ἀρχαγγέλων μορφάς, οὔτε μὴν πρὸς τὰς τῶν ἀρχῶν, B patuum et virtutum potestatumque immutabiles
καὶ δυνάμεων, καὶ ἐξουσιῶν ἀτρέπτους εἰκόνας (9), imagines, tuam vero in mutationem prolapsam in-
ἀλλὰ πρὸς σὲ τὴν κατενεχθεῖσαν ἐπὶ τροπὴν, καὶ τοῖς duit, et brutis animantibus comparatam[30]. Sanis
ἀλόγοις ζώοις παρασυμβεβλημένην. Οἱ μὲν γὰρ quidem non est opus medicus[31]: at quæ multis mor-
ὑγιαίνοντες οὐ χρείαν ἔχουσιν ἰατροῦ· ἡ δὲ νόσῳ συχνῇ bis detinebatur, talem tantumque consecuta est
κατασχεθεῖσα, τηλικούτου καὶ τοιούτου τετύχηκεν medicum, ut fugato morbo, majori quam sana for-
ἰατροῦ, ὡς μείζονος τῆς ὑγείας εὐτυχὴς ἐστι σωτη- tunata sit salute. Ubi vero nunc infensus ille et im-
ρίας (10), τοῦ νοσήματος δραπετεύσαντος. Ἀλλὰ ποῦ perculsus: ille exitiosus, prorsusque exsecrabilis
νῦν ὁ δυσμενὴς καὶ ἀβρόντητος (11)· ὁ ἀλάστωρ καὶ draco, qui edixerat fore ut thronum suum in sub-
παμμίαρος δράκων, ὁ μετεωρίζειν εἰς ὕψος τὸν ἑαυ- lime extolleret[32]?
τοῦ θρόνον ἐπαγγειλάμενος;

Ε'. Διὸ, ἀδελφοὶ, μακαρίας κλήσεως ἐπουρανίου μέτ- V. Ideo, fratres, beatæ cœlestis vocationis parti-
σχοι, πρὸς υἱοθεσίαν Θεοῦ καὶ ἀδελφότητα κεκλημέ- cipes[33], ad divinam vocati adoptionem et fraterni-
νοι, εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ καλέσαντι ἡμᾶς, καὶ tatem, debemus agere gratias ei qui nos vocavit;
παρέχειν ἑαυτοὺς ἀξίους εἶναι τοῦ παρέχοντος ἡμῖν eoque nos ipsos dignos ei exhibere, qui se nobis
τὴν ἀδελφότητα, καὶ δεξαμένου ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν, C fratrem exhibuit; ac velut filii, illo digni esse, qui
ἐκόντες οὖν καὶ ἐξ ἀγάπης δουλεύσωμεν αὐτῷ, ἕτοι- filiatione donavit inque adoptionem assumpsit. Lu-
μοι ὄντες πρὸς πᾶσαν δικαιοσύνης κατόρθωσιν· ἁγνείᾳ bentes ergo et ex charitate ei serviamus, expediti
κοσμούμενοι, ἀκτημοσύνην διώκοντες, λόγοις Θεοῦ ad omnem gerendam justitiam, castitate ornati,
προσκαρτεροῦντες, εὐχαῖς ἁγίαις καὶ ὕμνοις Θεοῦ consectantes paupertatem, divinis sermonibus in-
ἱεροῖς ἀνακείμενοι· μετασχηματίζοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ stantes, precibus sanctis sacrisque Dei deliti can-
τοῦ αἰῶνος τούτου, ἐπιλανθανόμενοι τῶν γηΐνων καὶ ticis, nos ipsos transformantes ab isto sæculo, obli-
θνητῶν ἐπιθυμιῶν, νικῶντες ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν, ti terrenas et mortales concupiscentias; vincentes in
μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες· μὴ λογιζό- bono, malum; nemini malum pro malo reddentes[34]:
μενοι ἑαυτοὺς διατρίβειν ἐν τῇ γῇ, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ non reputantes in terra incolatum nostrum, sed con-
πολιτεύεσθαι· μετ' ἀγγέλων ἀναστρέφεσθαι, τῷ θρόνῳ versationem in cœlo[35]: cum angelis agere, cœlestis
τῆς οὐρανίου βασιλείας παραστῆναι. Ταῦτα τῶν que Regis throno astare. Sunt hæc sacrorum apo-
ἱερῶν ἀποστόλων τὰ διδάγματα· ἐν τούτοις Χριστὸς stolorum doctrina tradita. In his Christus beatum
ἡμῖν τὴν μακαρίαν καὶ αἰώνιον διαθήκην διέθετο. nobis æternumque testamentum condidit. Demiretur
Θαυμασάτω τὴν ἀρετὴν ἡμῶν ὁ κόσμος· αἰσχυνθή- mundus vestram virtutem. Confundantur Judæi con-

[28] Psal. LXXIX, 2. [29] Hebr. II, 16. [30] Psal. XLVIII, 13. [31] Matth. IX, 12. [32] Isa. XIV, 13. [33] Hebr. III, 1. [34] Rom. XII, 21 et 17. [35] Philipp. III, 20.

(7) Ἀνθρώποις συγκεκληρωμένη. Quam velut communem metropolim homines sortiti sint, ex ignobili vico, facta Christi editione, regina urbium, juxta prophetiam Michææ: *Et tu*, etc.

(8) Τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον σωματικῶς οὐσιώσασα. Quæ Dei Verbum vere substantia induisti: ut τὸ, σωματικῶς, sit emphaticum, quale illud Pauli: *In quo habitat plenitudo divinitatis* σωματικῶς, vel *corporaliter*, quia ipsa corporalis, substantia donavit Verbum, eo vere factum corpus, μεταποιούμενος τοῦτο. Hoc sibi adsciscens, ut et esse carnem, atque adeo creaturam, non mutatione aliqua, sed assumptione et appropriatione.

(9) Ἀτρέπτους εἰκόνας. Modo quidem tales absolute, propter gloriam: antea vero et a condi- D tione, quodammodo etiam. Quod enim non absolute, arguit Lucifer ille, mutatus in tenebras, ut bene colligit Gregorius Theologus, orat. *in Natal.* et 2 *in sanctum Pascha*.

(10) Μείζονος τῆς ὑγείας εὐτυχὴς ἐστι σωτηρίας. Sic passim Patres et theologi, immensas illas divinæ bonitatis divitias in humanum genus merito celebrantes.

(11) Ἀβρόντητος. Forte ἐμβρόντητος, velut qui voto frustratum se videat, quod attonitos perculsosque habet facere. Forte vero voluit significare magnam illius audaciam et infractam pervicacitatem, qualis describitur Job XL sub nomine Behemoth.

Digitized by Google Распознавание текста

tuentes quanto novus et electus populus, spirituali decore exultus sit, quantoque mundum splendore illustret. Idcirco enim dimisit nos gentibus commisceri, ut luceamus sicut luminaria in mundo [36]: ut simus salutis semen [37] omnibus qui nobiscum versantur, et nos adeunt; ipsis facti ad conversionem spectaculum. Videte ne quis propter vos gentilium blasphemet Deum. Laudetur vero in nobis qui vocavit et sanctificavit, et salvos fecit. Ferox et audax, suspiciat nostram mansuetudinem et modestiam. Qui conviciatur, reportans bona verba, confusus abscedat. Qui pro pecuniis contendit et vult judicio agere, circa divitias imperturbatos inveniat, non reputantes habere nos terrenam possessionem, sed cœlestem tenere. Qui nos adit, ut amica consolatione in mundanas voluptates inducat [38], inveniat graves, immobiles, temperantiæ amantes, non captos voluptate; mortificantes naturam carnis, ut noverint quantum Spiritus sancti commoratio valeat. Qui præceps est ad perjurium, inveniat nos qui neque sustineamus jurare, sed Dei nomen, ubi de rebus abjectis et terrenis agitur, vereamur proferre. Sic enim docebimus omnes, qui in quovis negotio nos conveniunt. Sic vero institutis vitæ rationibus, vere efficiemur sacrum fermentum, nostraque opera fermentabitur mundus ad salutem, multusque ex nobis fructus invenietur repositus Domino, et in nobis glorificabitur Deus, juxta Dominum dicentem : *In hoc clarificatus est Pater, ut fructum plurimum afferatis, et efficiamini mei discipuli* [39]. Porro clarificatus a nobis Dominus, nos claritate æterna clarificabit, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A τωσαν Ἰουδαῖοι τὸν νέον καὶ ἐκλεκτὸν λαὸν θεωροῦντες, ὅσῳ κάλλει κεκόσμηται πνευματικῷ, ὅσῃ λαμπρότητι καταυγάζει τὸν κόσμον. Διὰ τοῦτο γὰρ ἡμᾶς μεμιγμένους ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἀφῆκεν, ἵνα φαινώμεθα ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ· ἵνα σπέρμα σωτηρίας ὦμεν, εἰς ἐπιστροφὴν θεωρούμενοι πᾶσι τοῖς συνοῦσι καὶ συντυγχάνουσιν. Ὁρᾶτε μή τις δι' ὑμᾶς τῶν ἐθνικῶν βλασφημήσει Θεόν. Εὐφημείσθω δὲ ἐν ἡμῖν ὁ καλέσας, καὶ ἁγιάσας καὶ σώσας. Ὁ βίαιος καὶ θρασὺς θαυμασάτω τὴν ἐπιείκειαν ἡμῶν καὶ μετριότητα· ὁ λοιδορῶν, ἀντευφημούμενος ἐντρεπέσθω· ὁ περὶ χρημάτων φιλονικῶν καὶ δικάζεσθαι βουλόμενος ἀταράχους ἡμᾶς εὑρισκέτω περὶ χρήματα, μὴ νομίζοντες ἑαυτοὺς ἔχειν κτῆσιν ἐπίγειον, ἀλλὰ κρατοῦντες τὴν ἐπουράνιον· ὁ διὰ παρακλήσεως φιλικῆς B προσιέμενος ἡμᾶς εἰς ἡδονὰς κοσμικὰς εὑρισκέτω σεμνοὺς, ἀμετακινήτους, σωφροσύνην ποθοῦντας, οὐχ ἡδονῇ δελεαζομένους· ἵνα εἴδωσι πόσον ἰσχύει Πνεύματος ἁγίου συνοίκησις, φύσιν σαρκὸς ἐκνεκρώσαντες. Ὁ πρόχειρος εἰς ἐπιορκίαν εὑρισκέτω μηδὲ ὀμνύειν ἀνεχομένους ἡμᾶς, ἀλλὰ δεδοικότας τὸ τοῦ Θεοῦ προφέρειν ὄνομα περὶ ταπεινῶν καὶ γηΐνων πραγμάτων. Οὕτω γὰρ ἐσόμεθα πάντες διδάσκαλοι τῶν ἐντυγχανόντων ἡμῖν ἐν οἱῳδήποτε πράγματι. Οὕτω δὲ πολιτευσάμενοι γενησόμεθα ζύμη ἁγία, καὶ δι' ἡμῶν ζυμωθήσεται ὁ κόσμος εἰς σωτηρίαν, καὶ πολὺς ἐξ ἡμῶν καρπὸς εὑρεθήσεται τῷ Κυρίῳ πεφυλαγμένος, καὶ δοξασθήσεται ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν, κατὰ τὸν λέγοντα Κύριον· *Ἐν τούτῳ ἐδοξάσθη ὁ Πατήρ, ἵνα ὑμεῖς καρπὸν πολὺν φέρητε, καὶ γένησθέ μοι μαθηταί.* Δοξασθεὶς δὲ ὑφ' ἡμῶν ὁ Κύριος δοξάσει ἡμᾶς τῇ αἰωνίῳ δόξῃ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

C

ORATIO II.

De occursu Domini nostri Jesu Christi : deque Deipara, et de Anna et Simeone.

ΛΟΓΟΣ Β'

Εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ εἰς τὴν Θεοτόκον, καὶ εἰς τὴν Ἄνναν, καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα.

1. Sunt plures in hominibus magni, virique præstantes, qui virginitatem admirentur et deprædicent. Et sane est mirabilis, velut angelis cognata, velut sodalis supernarum virtutum, velut comes incorporearum naturarum, ut quæ facem sanctæ Ecclesiæ præferat, ut quæ vincat mundum, ut quæ affectiones conculcet, refrenet appetitus, cum Eva communionem non habeat, sed doloris expers, immunis a gemitibus, decretam condemnationis sententiam non exspectet, qua dicitur : *Multiplicans multiplicabo tristitias tuas, et gemitum tuum : in tristitiis paries filios, et ad virum tuum conversio tua. Et ipse dominabitur tui* [40]. Est igitur virginitas admirabilis, velut res invicta, velut germen corrumpi nescium, velut mansio libera, ut ascetici ordinis et exercita-

Α'. Πολλοὶ τῶν μεγάλων ἀνθρώπων τὴν παρθενίαν θαυμάζουσιν· καὶ γὰρ ἐστὶ θαυμαστὴ, ὡς τῶν ἀγγέλων σύμφυτος, ὡς τῶν ἄνω δυνάμεων συνόμιλος, ὡς τῶν ἀσωμάτων φύσεων σύνδρομος, ὡς τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας λαμπαδοῦχος, ὡς τὸν κόσμον νικῶσα, ὡς τὰ πάθη πατοῦσα, ὡς τὰς ὀρέξεις χαλινοῦσα, ὡς τῇ Εὔᾳ μὴ κοινωνοῦσα, ὡς λύπης ἀπηλλαγμένη, ὡς στεναγμῶν λελυτρωμένη, ὡς τὴν καταδεδικασμένην D ἀπόφασιν μὴ προσδεχομένη (12), τὴν φάσκουσαν· *Πληθύνων πληθυνῶ τὰς λύπας σου, καὶ τὸν στεναγμόν σου· ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα, καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου* (13)· *καὶ αὐτός σου κυριεύσει*· θαυμαστὴ τοιγαροῦν ἡ παρθενία, ὡς ἀδούλωτον κτῆμα, ὡς ἀμάραντον φυτὸν, ὡς ἐλεύθερον ἐνδιαίτημα, ὡς ἀσκητικὸν ἐγκαλλώπισμα (14),

[36] Philipp. II, 15. [37] Isa. I, 9; Rom. IX, 29. [38] Hebr. X, 14. [39] Joan. XV, 8. [40] Gen. III, 16.

(12) *Προσδ.* Al. ὑποδεχομένη.

(13) *Καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου.* Minus bene Sifanus : *Et ad virum tuum te avertes:* vix enim fuerit Latinis τὸ *avertes et aversio*, ipsum, convertes et conversio, quod vult τὸ ἀποστροφή, et habent Syxtina ubi, teste Hieronymo, Aquila *Societatem* : Symmachus, *appetitum* vel *impetum* transtulerunt : quomodo etiam Tigur. *Et ad virum tuum erit desiderium tuum.*

(14) *Ὡς ἀσκητικὸν ἐγκαλλώπισμα.* Velut monachorum et peculiarius Deo addictorum hominum gloria, quorum angelico in terris instituto ita cognata est angelica virtus virginitas, seu saltem continentia, ab illo semel arrepto, ut nulla indulgentia, ipso integro, possit violari, ac vel ad horam, in re

Digitized by Google Распознавание текста

III. Hos Domino conferente sermones, parum abfuit ne tota urbs Bethania ad adventum ejus accurreret, non admirationis causa, sed irrisionis. non enim sperabant fore, ut quatriduanus resurgeret. Quid igitur Dominus? Ut vidit accurrisse tantam multitudinem, ac dignos esse quibus haberetur fides, idoneosque ut suscitando ab ipso testimonium deferrent, respondens ad illos ait : *Ubi posuistis Lazarum?* Nunquid non sciebat locum, loci Dominus? Plane noverat, sed modum negotiatur, ut omnes subinde coacti sequantur Jesum, quo ipsis oculis conspecta resurrectione, præcones fierent omni majores exceptione. *Ubi posuistis eum?* Qui autem fuerant interrogati dixerunt ei : *Veni et vide.* Porro ambulante Jesu et ad sepulcrum properante, qui pone sequebatur populus, apud se conferebat, dicens : Quid hic sepulcrum

(42) *Οὐκ ἦν παρὼν τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς.* Est hic modus præsentiæ in terminis D. Tho. I p. ipseque, quo Deus dicitur in omnibus esse per præsentiam; eo modo quo rex omnibus coram positis et in prospectu, adest præsens : vixque fuerit usquam scholæ theologia sic Patribus expressa.

(43) *Ἐν παρακλήσει, αἱρετικὴν πρεσβείαν προσφέρουσα.* Forte προφέρουσα· ipsa supplicatione, ultro se legationem assumpsisse ostendit; velut quodam calore, inconsideratiusque Dominum allocuta, προπετῶς, sola nimirum fratris suscitatione et morte obversante animo, cui deprecandæ sic festina Domino occurrisset.

(44) *Μεθύεις τῇ λύπῃ.* Dicitur τὸ μεθύειν metaphorice de quocunque immoderato affectu, quo quis velut sensibus moveatur. Dionys. Halicar. l. II: Μεθύετε τῷ μεγέθει τῆς ἐξουσίας. S. Chrys. de Abraham to. I Fronton. ubi is videri potest.

(45) *Συμπεριενεχθεῖσα.* Velut adblandiens, et gratiose quasi acquiescendo respondens, alio tamen detortis verbis Dominicis; ad aliam scilicet resurrectionem, quam pro qua supplex Dominum rogaret.

Digitized by Google Распознавание текста

Lazari vult videre? Si est Dei Filius, suscitabit eum. Quod enim ad eos spectat quos recens mortuos suscitavit, nescimus. Unde ergo sciverimus? Si erant perfecte mortui, hunc suscitabit, eoque cognoscimus esse re vera Dei Filium. Unde et Martha talibus se sermonibus facilem præbens, accessit et ipsa ad Dominum, dicens: Quo pergis, Domine? Quid vis videre sepulcrum Lazari? Quid refricas dolorem nostrum? Quid luctum exsuscitas? Quid vis videre sepulcrum? Nihil enim, Domine, inde retuleris commodi: *jam fetet, quatriduanus est enim.* Dominus autem ad Martham: *Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei?* Mihine dicis, *Jam fetet?* Soror tua ungit unguento, ipsaque in infidelitate denigraris? Volo videre sepulcrum amici mei.

A Εἰ Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, τοῦτον ἀναστήσει. Τῶν γὰρ προσφάτως τελευτησάντων, ὧν ἤγειρεν, οὐκ ἐπιστάμεθα. Πόθεν οὖν ἴσμεν; Εἰ τελείῳ θανάτῳ παρεδόθησαν, τοῦτον ἀναστήσει, καὶ γνῶσιν λαμβάνομεν ὅτε ἀληθῶς Θεοῦ Υἱός ἐστιν. Ὅθεν καὶ ἡ Μάρθα τοῖς λόγοις τοιούτοις συμπεριενεχθεῖσα, προσῆλθε τῷ Κυρίῳ καὶ αὐτὴ λέγουσα· Ποῦ πορεύῃ, Δέσποτα; Τί θέλεις τὸν τάφον ἰδεῖν Λαζάρου; Τί τὴν ὀδύνην ἡμῶν ἀναξέεις; Τί τὸ πένθος ἐπεγείρεις; Τί θέλεις τὸν τάφον ἰδεῖν; Οὐδὲν γὰρ ὠνήσῃ, Δέσποτα· Ἤδη ὄζει, τετραήμερος γάρ ἐστιν. Ὁ δὲ Κύριος πρὸς τὴν Μάρθαν· Οὐκ εἶπόν σοι, ὅτι ἐὰν πιστεύσῃς, ὄψῃ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ; Ἐμοὶ λέγεις, Ἤδη ὄζει; Ἡ ἀδελφή σου μυρίζει, καὶ σὺ καπνίζῃ ἐν τῇ ἀπιστίᾳ; Θέλω τὸν τάφον ἰδεῖν τοῦ φίλου μου.

IV. His Dominus dictis, ad sepulcrum processit, jamque illi propinquus, ut tantum vidit monumentum, statim lacrymatus est. Quid vero ei quem erat suscitaturus, opus lacrymis? Utique lacrymatus est Dominus, ut qui sapienter omnia gereret. Est enim lacrymatus ad tumulum, ut quid ii qui comites adhæsissent de ipso suspicionis haberent animo repositum proderet. Unde etiam ut viderunt lacrymantem, humanum denuo aliquid passæ turbæ, cœperunt conferre invicem, ac dicere: *Ecce quomodo amabat eum.* Non poterat, qui suscitavit mortuos [80] cæcis restituit visum, facere ut ne hic moreretur, siquidem eum sic amabat? Dominus autem ut eos adhuc humana vidit loquentes, illis respondit; Erat mihi non grave, ut Lazari vitam, quemadmodum etiam Eliæ et Enoch, retinerem: nemo tamen vestrum, mea illam voluntate retineri cognovisset. Idcirco permisi ut morte absorberetur, quo accuratius vitæ et mortis habere me potestatem docerem. Moxque ad eos Dominus, ut omnes clare nostis: *Revolvite lapidem.* Judæis injunxit ut revolverent lapidem (46). Vide ut omnia prudenter gesserit, testes probatissimos resurrectionis Lazari faciens. *Revolvite lapidem.* Concessit discipulis ut sermone montes transferrent [80], et ipse non revolvit lapidem? Verum, ut dixi, omnia sapienter ad utilitatem gerens, dixit Judæis: *Revolvite lapidem*, ut ex ipso feretri fetore, putruisse defunctum, non furto fuisse sublatum discerent. *Revolvite lapidem.* Ut autem illi murmurantes revolverunt (mordebat enim effrenata capuli olentia): cum itaque qui aderant revolvissent lapidem, confestim clamavit Dominus, dicens: *Lazare, veni foras.* Herus est qui vocat: ne quis contradixerit. *Lazare, veni foras;* certam fidem sorori tuæ Marthæ facito ut jubeam, non ut supplicem. *Lazare, veni foras.* Priusquam descendero, percurre, et edissere in te arrhabonem: in me autem, quod perfectum est. *Lazare, veni foras.*

B Δ'. Ταῦτα εἰπὼν ὁ Κύριος, ἐπὶ τὸν τάφον ἐπορεύετο· καὶ πλησιάσας τῷ τάφῳ, μόνον εἶδε τὸ μνημεῖον, εὐθέως ἐδάκρυσε. Τίς ἡ χρεία δακρύειν, ὃν ἤμελλεν ἐγείρειν; Ἐδάκρυσε (47), διὸ συνετῶς πάντα ὁ Κύριος σοφῶς ἐπραγματεύσατο. Ἐδάκρυσε γὰρ ἐπὶ τὸν τάφον, ὅπως τῶν ἀκολουθησάντων τὴν γνώμην δημοσιεύσῃ, οἵαν ἔχουσι περὶ αὐτοῦ ὑποψίαν. Διὸ καὶ ὡς εἶδον αὐτὸν δακρύσαντα, ἀνθρώπινα πάλιν παθόντες οἱ ἀκολουθοῦντες ὄχλοι, ἤρξαντο πρὸς ἑαυτοὺς ἀντιβάλλειν καὶ λέγειν· *Εἶδες πῶς ἐφίλει αὐτόν;* Ὁ νεκροὺς ἐγείρας, καὶ τυφλοὺς ὀμματώσας, οὐκ ἠδύνατο ποιῆσαι ἵνα καὶ οὗτος μὴ ἀποθάνῃ, εἰ ἄρα οὕτως ἐφίλει αὐτόν; Ὁ δὲ Κύριος, ὡς εἶδεν αὐτοὺς ἔτι ἀνθρώπινα λαλοῦντας, ἀπεκρίνατο πρὸς αὐτούς· Κοῦφον μὲν ἦν μοι παρακατασχεῖν τὴν ζωὴν Λαζάρου, ὡς καὶ τοῦ Ἠλία καὶ τοῦ Ἐνώχ, ἀλλ' οὐδεὶς ὑμῶν ἐγίνωσκεν, ὅτι τῇ ἐμῇ θελήσει ἡ ζωὴ Λαζάρου παρακατέχεται. Διὰ τοῦτο συνεχώρησα ὑπὸ τοῦ θανάτου αὐτὸν καταποθῆναι, ὅπως ἀκριβῶς μάθητε, ὅτι ζωῆς καὶ θανάτου τὴν ἐξουσίαν ἔχω. Καὶ εὐθὺς πρὸς αὐτοὺς ὁ Κύριος, καθὼς ἴστε πάντες σαφῶς· Ἀποκυλίσατε τὸν λίθον. Βλέπε πῶς πάντα σοφῶς ἐπραγματεύσατο, μάρτυρας ἀκριβεῖς τῆς ἀναστάσεως Λαζάρου καθιστῶν. Ἀποκυλίσατε τὸν λίθον. Τοῖς μαθηταῖς ἐπέτρεπεν ὄρη μεταγαγεῖν λόγῳ, καὶ αὐτὸς λίθον οὐκ ἀπεκύλισεν; Ἀλλὰ πάντα σοφῶς, καθὼς προεῖπον, πραγματεύμενος πρὸς λυσιτέλειαν, ἔλεγε τοῖς Ἰουδαίοις, Ἀποκυλίσατε τὸν λίθον, ὅπως ἐξ αὐτῆς τῆς νεκροφόρου ἀποφορᾶς μάθωσιν ὅτι ἐσάπη καὶ οὐκ ἐκλάπη. Ἀποκυλίσατε τὸν λίθον. Τῶν δὲ ἀποκυλισάντων μετὰ γογγυσμοῦ (ἐδρίμυττεν γὰρ αὐτοὺς ἡ νεκροφόρου δυσῆνιος ἀποφορά)· ἀποκυλισάντων δὲ τῶν παρόντων τὸν λίθον, εὐθέως ἐβόησεν ὁ Κύριος λέγων· Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. Δεσπότης ὁ καλῶν, οὐδεὶς ὁ ἀντιλέγων. Λάζαρε, δεῦρο ἔξω· πληροφόρησον Μάρθαν τὴν ἀδελφήν σου, ὡς κελεύω, καὶ οὐχ ἱκετεύω. Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. Πρὸ τοῦ κατέλθω, ἔξελθε (48)· ἐν σοὶ τὸν ἀρραβῶνα, ἐν ἐμοὶ τὸ τέλειον. Λάζαρε, δεῦρο ἔξω.

[80] Matth. xvii, 19.

(46) *Judæis injunxit ut revolverent lapidem.* Hæc desunt in Græcis, sed sensus constat.

(47) Ἐδάκρυσε. Littera vitiosa.

(48) *Πρὸ τοῦ κατέλθω ἔξελθε.* Perit lepos Græcus in suavi illa propositionis solius commutatione. Tu ergo, priusquam morte inferna petam, esto hominibus præco; tuæmet resurrectionis, ut primitiarum: meæque illius, ut perfecti; nempe ut ejus,

Digitized by Google Распознавание текста

Ε'. Μὴ οἶου τὸν Κύριον πολλὰς φωνὰς βεβληκέναι. Ἅπαξ ἐλάλησε, καὶ ὃν ἔπλασεν, ἤγειρεν. Οὔτε γὰρ ὡς Ἠλίας ἔκλαυσεν· οὔτε ὡς Ἐλισαῖος ἀπόρησε. Μονοφθόγγῳ φωνῇ (49) διύπνισε τὸν παρ' αὐτῷ καθεύδοντα, εἰπών, *Λάζαρε, δεῦρο ἔξω*· εἷς ὁ λόγος, καὶ διάφορα τὰ θαύματα. Μόνον ὁ Κύριος ἐφώνησε, *Λάζαρε, δεῦρο ἔξω*, καὶ εὐθέως αἱ σάρκες ἀπεπληροῦντο· αἱ τρίχες ἀντεφύτοντο (*sic*)· αἱ ἁρμονίαι συνεῤῥαμοῦντο· αἱ φλέβες καθαρῷ αἵματι ἀντεγεμίζοντο· ὁ ᾅδης κάτωθεν κοπτόμενος τὸν Λάζαρον προέπεμψεν· ἡ ψυχὴ Λαζάρου παραχρατουμένη (50), καὶ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων παρακαλουμένη, τὸ ἴδιον εἰς τὸ ἴδιον μετεχωνεύετο· καὶ τὸ πάντων ἐνδοξότερον (51) ἦν, ὅτι πανταχόθεν δεδεμένος ἦν τοὺς πόδας καὶ τὴν ὄψιν κηρίαις, καὶ ἀνεμποδίστως ἐβάδιζε. Διὸ καὶ ὁ Κύριος δραστικώτερον πρὸς τοὺς παρόντας ὄχλους παρεκελεύσατο, λέγων· *Λύσατε αὐτὸν, καὶ ἄφετε ὑπάγειν*. Βλέπε τὴν τοῦ Κυρίου πραγματείαν, καὶ πῶς τὰ πάντα σοφῶς οἰκονομεῖ. Πρὸς πληροφορίαν τῶν παρόντων ἔλεγε· *Λύσατε αὐτὸν, καὶ ἄφετε ὑπάγειν*, ὡς τὸν λίθον ἀπεκυλίσατε, καὶ τὸν τάφον ὑπεδείξατε, καὶ τῆς ὀσφρήσεως μετήσχετε, καὶ τὰ νεκροτάφια ἐλύσατε· τὸ μὲν, εὐλογίαν τηροῦντες (52)· τὸ δὲ, ὡς μάρτυρες φυλάττοντες. Ἐὰν ἀπιστήσωσιν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι ὡς οὐκ ἀνέστη Λάζαρος, δείξατε τὰ νεκροτάφια· ἐμφανίσατε σουδάρια ὡς ὁ παραλυτικὸς τὸν κράβατον. Ἡμεῖς δὲ τὰ βαΐα τῶν φοινίκων βαστάζοντες (53) εἴπωμεν· *Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου*. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

V. Tu vero, amice, cum audis, Lazare, veni foras, ne putaveris plures Dominum jactasse voces. Semel locutus est, eumque suscitavit quem plasmaverat. Neque enim deploravit sicut Elias [90]: neque sicut Elisæus [91] dubitavit. Unius soni voce excitavit a somno dormientem apud ipsum, dicens: *Lazare, veni foras*. Sermo unicus, et miracula diversa. Solum voce protulit Dominus: *Lazare, veni foras*, confestimque repletæ sunt carnes, pili suis locis plantati, compages consertæ, venæ puro pro putri repletæ sanguine, inferne percussus infernus Lazarum emisit. Confirmata anima Lazari, atque ab angelis sanctis evocata, proprium in proprium transmutando conflabat. Omnibus vero clarius et illustrius erat, ut undequaque pedes et faciem institis vinctus, libere ambularet. Ideo etiam Dominus præsentibus turbis efficacius majorique auctoritate præcepit dicens: *Solvite eum, et sinite abire*. Vide Dominicam in agendis solertiam, et ut omnia sapienter gerat. Ut certam fidem astantibus faceret, dixit: *Solvite eum, et sinite abire*, quemadmodum revolvistis lapidem, et sepulcrum ostendistis, percepistisque olentiam, ac sepulcralia solvistis: qua servantes ut benedictionem: qua velut testes custodientes. Si pontifices Pharisæique increduli, quasi Lazarus non surrexerit, inficias ierint, exhibete sepulcralia, palam proferte sudaria, quemadmodum paralyticus grabatum [92]. Nos vero ferentes ramos palmarum, dicamus: *Hosanna in excelsis: Benedictus qui venit in nomine Domini* [93]. Ipsi gloria et imperium, cum sanctissimo et vivifico Spiritu, nunc et semper, in sæcula sæculorum. Amen.

ΛΟΓΟΣ Δ'.

ORATIO IV.

Ὁμιλία (54) *εἰς τὴν γυναῖκα τὴν ἁμαρτωλὸν, τὴν ἀλείψασαν τὸν Κύριον μύρῳ, καὶ εἰς Φαρισαῖον. Τῇ μ. δ'* (55).

Homilia in mulierem peccatricem, quæ unxit Dominum unguento, et in Pharisæum [94]. *Magna quarta feria.*

Ἰκανῶς (56) ἡμᾶς πρώην ἐψυχαγώγησεν ὁ Χριστὸς

I. Abunde nuper, apud Zachæum convivans Chri-

[90] III Reg. XVII, 20. [91] IV Reg. IV, 27. [92] Marc. II, 12. [93] Joan. V, 9; Matth. XXI, 9. [94] Luc. VII, 36 sqq.

ejus mors gustata tantum, omnino mortua sit; qui resurgens ex mortuis, jam non moriar, sed æternæ vitæ mortalibus universis aditum pandam.

(49) *Μονοφθόγγῳ φωνῇ*. Velut recta una simplici oratione, qualem refert evangelista, forte etiam breviori, pro Hebrææ et Syriacæ linguæ contractione, qua Dominus locutus est. Potuit etiam velut interjectione loqui, eaque excitare a monumento dormientem sibi Lazarum: μονοφθόγγῳ φωνῇ, quasi voce monosyllaba, evocare.

(50) *Παραχρατουμένη*. Novo robore aucta. Dominica voce: τὸ ἴδιον εἰς τὸ ἴδιον μετεχωνεύετο, *Corpus proprium*, quo vixisset, *in proprium transmutando conflabat*: aptando ad pristinos usus, ac dotes restituendo, quibus olim suum continebat.

(51) *Τὸ πάντων ἐνδοξότερον*. Sic Andreas Cretensis, aliique, eam circumstantiam merito suspiciunt: eratque ad stuporem vere maximum, ut homo tandiu sepulcro depositus, totus vinctus et involutus, ceu membris liber, procederet, seque aspectandum turbæ toti ipse redivivus daret.

(52) *Τὸ μὲν, εὐλογίαν τηροῦντες*. Respicit perantiquum morem fidelium servandi ut quid sacrum, quæ sacro alicui vel adhæsissent, vel fuissent usui; ac ceu benedictionem ab eo relictam: qui ritus, etsi in eum olim Dormitantius ille Hieronymi, nostrique sectarii, deblaterent, etiamnum utrique Ecclesiæ sanctus merito perseverat, perseverabitque, ut et reliqua apostolica, usuque universali, christiana vere pietate recepta.

(53) *Τὰ βαΐα τῶν φοινίκων βαστάζοντες*. Alludit ad futurum statim insequenti Dominica Christi triumphum, quo velut redeuntem a Bethania Dominum, ubi pridie cum suscitato Lazaro, ungente etiam ipsius sorore Maria, celebri convivio exceptus esset, continuata festivitate Græci suscipiunt, qua de re, elegantissime nec paucis præfatus Andreas: Amphilochius leviter tantum innuit.

(54) *Ὁμιλ.* Hanc homiliam ex apographo Sirmondiano evulgavit Combefisius. Eamdem ediderant Savilius et Morellus inter opera Chrysostomo supposita. Neque illam prætermisit Montfauconius in sua ejusdem Chrysostomi editione: extatque in Appendice ad tom. X, pag. 799-806, absque nomine auctoris: quam tamen Amphilochio tribuit doctissimus editor tom. XIII, in indice, v. Ἰκανῶς.

(55) *Τῇ μ. δ'*. Apud Montfauc. τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ δ', *in sancta et magna feria* IV.

(56) *Ἰκανῶς*, κ. τ. λ. Significat huic se affinem orationem in Zachæum habuisse, sed ea desideratur,

Digitized by Google Распознавание текста

stus, nos recreavit. Ubi enim is convivatur, et simul recumbit cum hominibus, nostroque et potu et mensa fruitur, in lætum omnia sermonem transferuntur. Quis enim, dum cœli ac terræ auctorem in publicanorum meretricumque, seu illorum qui nefanda perpetraverant publicanam videt subintrantem domum : eumve qui fruges præbet, humanum manibus accipientem panem; seu uvarum largitorem, potus communione torcularia benedicentem : non eam rem festo lætæque celebritati, merito deputaverit? Fuerit plane hæc festivitas, hæc lætitia convivii angelici : ut Dominus cum servis, Deus cum hominibus; communi judex potitus mensa videatur cum reis. Idcirco enim, cœlo non deserto, in terram venit : estque factus homo, divinitate haudquaquam deposita ; ut etiam mare navigans, mundi hujus pelago tempestate jactatos, de peccati fundo extraheret : vicosque et urbes circumiens, angiportusque et semitas atque aditus circumcursans, errantes in triviis ceu [98] *oves non habentes pastorem* ad proprium ovile reduceret. Ipse namque est, qui ovem errantem quærit, quique nonaginta novem relictis ad unam perquirendam advenit [99]. Quippe quærebat unam; nec spernens multas, nec unam multitudini præferens. Nihilominus tamen reliquit nonaginta novem : par enim erat ut tuto in caula morarentur; unam autem illam progressus quærebat, ut ne diabolo præda cederet. Nam ovis absque pastore prompta feris parataque cœna : animaque signaculo carens, insidiis dæmonum exposita. Propterea nuper Zacchæum [97], velut ovem ex lupi ore abripuit, commiscuitque caulæ, et signaculo donavit. Sicut enim pastor errantis ovis capturam meditans, sinit cicuratum animal, ut libero pastu resilientem venatum trahat : ita et

παρὰ Ζακχαίῳ ἑστιώμενος. Ὅπου γὰρ Χριστὸς ἑστιᾶται, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανακλίνεται, καὶ ποτοῦ καὶ τραπέζης ἀπολαύει τῆς ἡμετέρας, πρὸς τὸν τῆς εὐφροσύνης μετάγεται λόγον. Τίς γὰρ τελωνῶν, ἢ πορνῶν, ἢ τῶν τὰ ἄῤῥητα ἐργασαμένων δεινὰ, τὸν οὐρανοῦ ἢ καὶ γῆς Ποιητὴν, στέγην ὑπελθόντα τελωνικὴν βλέπων· ἢ τὸν τῶν ἀσταχύων δοτῆρα, ἄρτον ἀνθρώπινον μετὰ χεῖρας λαμβάνοντα, ἢ τὸν τῶν βοτρύων χορηγὸν, τῇ κοινωνίᾳ τοῦ ποτοῦ τὰς ληνοὺς (57) εὐλογοῦντα· μὴ ἑορτὴν καὶ πανήγυριν θέσθαι τὸ πρᾶγμα δικαιώσειεν; Αὕτη ἀληθῶς ἑορτή· αὕτη ἀληθῶς ἀγγελικῆς ἑστιάσεως εὐφροσύνη, τὸ τὸν Δεσπότην, μετὰ δούλων· τὸν Θεὸν, μετὰ ἀνθρώπων· τὸν δικαστὴν, μετὰ τῶν ὑπευθύνων ὁρᾷν κοινῆς ἀπολαύοντα τραπέζης. Διὰ γὰρ τοῦτο ἐπὶ γῆς ἦλθεν, οὐκ ἔρημον καταλιπὼν τὸν οὐρανόν· καὶ ἄνθρωπος γέγονεν, οὐκ ἀποδὺς τὸ εἶναι Θεός· ἵνα καὶ τὴν θάλασσαν πλέων, τοὺς εἰς τὸ βιωτικὸν χειμαζομένους πέλαγος, ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀνασύρῃ τῆς ἁμαρτίας· καὶ κώμας καὶ πόλεις περιτὼν, στενοποὺς καὶ ἀτραποὺς, καὶ ἐπιδρόμους περιτρέχων, τοὺς ἐν ταῖς τριόδοις πλανωμένους ὡς *ἀπολωλότα πρόβατα*, ἐπὶ τὴν ἰδίαν ἐπαναγάγῃ ποίμνην. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τὸ ἀπολωλὸς πρόβατον ἐπιζητῶν, τὰ ἐννενήκοντα ἐννέα καταλιπὼν, καὶ περὶ τὴν τοῦ ἑνὸς παραγενόμενος ζήτησιν. Ἐζήτει γὰρ τὸ ἓν (58), οὔτε τῶν πολλῶν καταφρονῶν, οὔτε τοῦ πλήθους τὸ ἓν προκρίνων. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἐννενήκοντα ἐννέα κατελίμπανεν· ἔδει γὰρ ἀσφαλῶς αὐτὰ ἐν τῇ μάνδρᾳ αὐλίζεσθαι· τὸ δὲ ἓν προϊὼν ἐζήτει, ἵνα μὴ θήνῃ (59) τῷ διαβόλῳ γένηται. Πρόβατον γὰρ ἀποίμαντον, θηρσὶν ἕτοιμον δεῖπνον. Καὶ ψυχὴ ἀσφράγιστος, δαίμοσιν εὐεπιβούλευτος. Ὅθεν πρώην τὸν Ζακχαῖον ὡς πρόβατον ἐκ στόματος λύκου ἁφῆρπασε, καὶ τῇ μάνδρᾳ συνέμιξε, καὶ σφραγίδος ἠξίωσεν (60)· ὡς γὰρ ποιμὴν πρόβατον ἀποπλανηθὲν θη-

[98] III Reg. XXII, 17. [99] Matth. XVIII, 12 ; Luc. XV, 4. [97] Luc. XIX, 9.

ut et pleraque tanti viri opuscula, et præsertim docti illi tractatus *in Joan.*, quorum fragmenta plura damus sub finem.

(57) *Τῇ κοινωνίᾳ τοῦ ποτοῦ τὰς ληνοὺς εὐλογοῦντα.* Erat Christi usus tactusque, ceu consecratio quædam, pro ejusdem usus ratione : ut quibus ceu sacris et sacro ritu usus est, totam ad sacramenta necessariam antecedentem consecrationem contulerit; Ecclesia tantum adhibente cæremonias aliquas ad solemnitatem; ut in baptismo et Eucharistia, ubi nova antecedens consecratio materiæ, eo titulo, accidentalis est, ut theologi cum D. Thoma III p. Eodem itaque modo philosophatur de cibo et potu, pieque admodum, vere pius Amphilochius. Eadem etiamnum Græci pia religione, futura usui, sacro ministerio et incruento sacrificio, linteamina sacra, pontificem, ἀφιεροῦντα τὴν Ἐκκλησίαν, consecrantem Ecclesiam; quo actu peculiarissime gerit personam Christi Ecclesiam sibi in sponsam adjungentis, induunt; ut is totus λελαζαρωμένος, seu instar Lazari iis involutus, id peragat sacri officii : usu tactuque sic adhibita consecraturus : quam cæremoniam, quanquam Euchologium non habet, communi tamen probatam usu, tum ab aliis didici, tum nuper ἀπὸ φωνῆς et viva voce illustrissimi metropolitæ τῆς ἁγίας Μαυρᾶς Parisiis hospitantis, audivi : quo eodem titulo, massam totam ex qua sumptus est ὁ ἅγιος ἄρτος, et confectum Dominicum corpus, sanctam habent et ἀντίδωρον, absque alia consecratione. De quo Thessal.

(58) *Ἐζήτει γὰρ τὸ ἕν.* Ubique alii sensus : ubique τὸ ἐπιστατικὸν Amphilochii nostri, et acute movet dubia, et feliciter resolvit. Nonnihil ergo absonum illud, ut bonus pastor, unius causa, tot oves relictas spreverit; unamque nonaginta illis novem anteposuerit; recte hic deprecatur : hujusque inquisitionem, necessariæ saluti; derelictionem illarum, securitati, ascribit : nullis re ipsa spretis, aut ve errante prælata cæteris : nisi forte eam velimus prælationem, quod majori subsidio egens, quanquam indignior, Pastore humeris in caulam reportante, consecuta sit : nimirum sacramento incarnationis Dominicæ; quo re vera, Scripturæ phrasi, nonnulla vereque magna fuerit prælatio et prærogativa ovis errantis; non tamen quam Amphilochius non agnoscit, et qua vere non errantium spretio ac injuria sit.

(59) *Προϊὼν... θήνῃ.* Montf. περιὼν, *circumiens*, rectius ut videtur. Mox ibid. θοίνη, ubi conjiciebat Combef. θήρα.

(60) *Καὶ σφραγίδος ἠξίωσεν.* Videtur loqui de signaculo, non quod character est, sive in baptismo, sive in adjuncta confirmatione, quæ peculiarissime dicitur σφραγίς, velut consignatione in Christi milites subnotans insigniensque; sed de signaculo, quod est gratia et charitas, quæ sola distinguit inter filios regni et gehennæ, facitque ut ne anima εὐεπιβούλευτος sit diabolo : Deo peculiarius protegente

Digitized by Google Распознавание текста

ρᾶσαι θέλων, χειρόηθες ζῶον ἐᾷ, ἵνα ἀπολύτως νεμόμενον, τὸ ἀποπηδῆσαν ἐλκύσῃ θήραμα· οὕτω καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τὴν σάρκα, ἣν ἐκ τῆς Παρθένου ἀνέλαβεν, ὡς πρόβατον ἐν νομῇ, ἐν τραπέζῃ Ζακχαίου ἀφῆκεν· ἵνα τῷ κοινῷ τῆς ἑστιάσεως νόμῳ ἑλκύσας αὐτοῦ πρὸς συνουσίαν, λανθανόντως τῇ οἰκείᾳ συζυγίᾳ πείμνῃ.

A Dei Verbum, quam de Virgine carnem accepit, ceu ovem in pascua, in mensa Zacchæi dimisit, ut communi lege convivii in suam trahens familiaritatem clanculum suo ovili adjungeret.

Β'. Ἀλλὰ τοῦτο μὴ συνιέντες οἱ Φαρισαῖοι ἐγόγγυζον, ὁρῶντες αὐτὸν μετὰ τελωνῶν ἐσθίοντα· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ὡς ἄσκὸς παλαιὸς διαῤῥηγνύσθωσαν. Οὐ γὰρ δύνανται τὸν νέον τῆς διδασκαλίας δέξασθαι λόγον. Ἡμεῖς δὲ κατόπιν τοῦ φιλανθρώπου βαδίσωμεν ποιμένος· ὁ γὰρ Ζακχαῖον τὸν τελώνην τῇ λογικῇ τῶν ἀποστόλων συνάψας ποίμνῃ, αὐτὸς καὶ τὴν πόρνην τὴν ἁμαρτωλὸν, τὴν μυρίων κακῶν ἐργάτιν, ἐκ τοῦ φάρυγγος τοῦ διαβόλου ὡς ἀμνάδα ἑλκύσας, τῇ ἀνεπηρεάστῳ ἀπέδωκε μάνδρᾳ. Ἵνα δὲ γνῶτε καὶ τοῦ Χριστοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, καὶ τῶν Φαρισαίων τὴν ἀλογίαν, καὶ τῆς ἁμαρτωλοῦ τὴν παλινοδίαν (61), αὐτὰς ὑμῖν τὰς εὐαγγελικὰς παραθήσομαι ῥήσεις· ἐὰν γὰρ τοῦ ὕφους τοῦ ἀναγνώσματος ἐπακούσητε, ῥᾳδίως καὶ τῆς ἑρμηνείας τὴν ἔννοιαν ἀναμάξεσθε. Ἠρώτησε, φησὶ, τὶς τῶν Φαρισαίων τὸν Ἰησοῦν, ἵνα φάγῃ μετ' αὐτοῦ· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου, ἀνεκλίθη. Ὦ χάριτος ἀῤῥάστου! ὦ φιλανθρωπίας ἀῤῥήτου! καὶ Φαρισαίοις συνεστίαται, καὶ τελώνας οὐκ ἀποσείεται· καὶ πόρνας προσδέχεται, καὶ Σαμαρείτιδι διαλέγεται· καὶ Χαναναίαν λόγου ἀξιοῖ· καὶ τῇ αἱμορῥοούσῃ τὸ κράσπεδον παραχωρεῖ, καὶ οὐκ ἐπαισχύνεται. Ἰατρὸς γάρ ἐστι, πάντων τῶν παθῶν ἐφαπτόμενος, ἵνα πάντας ὠφελήσῃ, πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, ἀχαρίστους καὶ εὐγνώμονας· ὅθεν καὶ νῦν ὑπὸ τοῦ Φαρισαίου κληθεὶς, εἰσέρχεται εἰς οἰκίαν ὥστε μεστὴν κακῶν. Ὅπου γὰρ Φαρισαῖος, ἐκεῖ πονηρίας οἰκητήριον· ἁμαρτίας καταγώγιον· ὑπερηφίας ὑποδοχή. Ἀλλὰ καὶ οὕτως αὐτοῦ διακειμένης τῆς οἰκίας, οὐκ ἀπαξιοῖ παραγενέσθαι ὁ Κύριος. Καὶ εἰκότως· ὥσπερ γὰρ ὁ ἥλιος οὐ καταβλάπτεται, βορβόρῳ τὰς οἰκείας ἀκτῖνας ἐπιβάλλων· ἀλλὰ τοὐναντίον, καὶ τὴν ἐνοῦσαν ἀηδίαν περιμάσσεται, μηδὲν αὐτὸς ὑβριζόμενος· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, ὡς ἥλιος δικαιοσύνης, πάντα ἐναγῆ καὶ βέβηλον τόπον καταλαμβάνει, καὶ τὴν δυσώδη ἁμαρτίαν, ταῖς ἀκτῖσιν αὐτοῦ τῆς ἀγαθότητος ἀναλίσκει. Οὐχ ὕβρις, οὐ μείωσις, οὐ μολυσμὸν ὑπομένων κατὰ τὸν τῆς θεότητος λόγον (62).

II. Cæterum, qui id nescirent Pharisæi, murmurabant videntes manducantem cum publicanis [98]. Enimvero rumpantur illi ceu utres veteres [99]: haud enim novum doctrinæ sermonem capere possunt. Nos porro, sequamur benignum pastorem. Nam qui publicanum Zacchæum, rationali aptavit apostolorum ovili; ipse nihilominus meretricem illam peccatricem, post innumera patrata mala, a diaboli faucibus ceu agnam abstractam, inviolabili caulæ reddidit. Ut autem et Christi humanitatem noveritis, et a ratione alienam Pharisæorum mentem, aversumque peccatricis iter, ipsas vobis evangelicas voces proponam. Mox enim ut lectionis contextum obaudieritis, facile etiam expositionis sensum exprimetis: *Rogavit*, inquit, *Jesum quidam de Pharisæis, ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi, discubuit.* O ineffabilem gratiam! O inexplicabilem humanitatem! Et convivatur cum Pharisæis, nec publicanos repellit. Et suscipit meretrices; disseritque cum Samaritana [1]; et Chananæam allocutione dignatur [2]; atque fimbriam hæmorrhoissæ cedit [3], nec erubescit. Nam medicus est, omnes contrectans morbos, ut juvet omnes; malos bonosque, ingratosque et gratos ac benevolos. Unde et modo a Pharisæo vocatus domum ingreditur, velut malorum plenam. Ubi quippe Pharisæus; illic malitiæ domicilium, diversorium peccati, arrogantiæ fastusque receptaculum. Verum, neque sic affecta domo, dedignatur Dominus accedere: idque merito. Quemadmodum enim nihil sol damni, missis in cœnum radiis propriis, accipit: quin potius, nulla sui injuria et læsione, etiam illi insitam turpitudinem abstergit: ita et Christus velut justitiæ sol, exsecrabilem omnem profanumque locum occupat, ac grave olens peccatum, bonitatis suæ radiis absumit, nihil ipse dedecoris, nihil minutionis, nihil sordium sustinens contrahensque, ratione deitatis.

Γ'. Ὅθεν ἐπένευσεν εὐθέως τῷ Φαρισαίῳ καλοῦντι· ἥρεμῶν, σιωπῶν, ἀνεξέλεγκτον αὐτοῦ τὸν βίον ἀφείς. Ἠρώτων μὲν, ἵνα ἁγιάσῃ τοὺς κληθέντας, τὸν καλέσαντα, τῆς οἰκίας τὰ συστήματα, τῆς πολιτείας τὰ

III. Hinc statim Pharisæo vocanti annuit, acquiescens, tacens, ejus vivendi rationem irreprehensam dimittens. Primum quidem, ut vocatos sanctificaret; ut vocantem, familiæ cœtus, usibus huma-

[98] Luc. xix, 7. [99] Matth. ix, 17; Marc. ii, 22; Luc. v, 37. [1] Joan. iv, 7. [2] Matth. xv, 24. [3] Matth. ix, 20.

quem ut filium ea agnoscit. de quo et Paulus præcipue signaculo, II Cor. i, 22: *Qui et signavit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris*, velut nimirum altero alterum explicante.

(61) *Παλινῳδ.* Montf. cum Combef. παλινῳδίαν.

(62) *Κατὰ τὸν τῆς θεότητος λόγον.* Videntur Græca sonare, ut quod spectat ad ipsam deitatem, et qua Deus est, nihil ex malorum communione ipse mali perpessus sit, quomodo verum habet de omni omnino malo, quod etiam vocant defectus naturalis. Si vero etiam ad humanitatem extendatur oratio, restringenda erit ad malum culpæ, quo prorsus, ut etiam homo, quanquam versans cum peccatoribus, κατὰ τὸν τῆς θεότητος λόγον, juxta quod petit ratio divinitatis, et ut illi consentaneum est, mansit immunis: quod secundum videtur magis consequens.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

nis comparatos cibos : tum vero, ut ex accubitu, ex esu potuque, ac ciborum sumptu, non phantasma esse, quod sit factus homo, ostenderet; præterea autem, quod meretrix esset accessura, atque ferventem illum accensumque illic exhibitura pœnitentiæ modum. Propterea annuit confestim vocanti Pharisæo, ut coram Scribis et Pharisæis sua ipsius lugubriter depromens mala, qui debeant peccatores, tristitia pro peccatis placare Deum, ipsos doceret. Nam *ecce*, inquit, *mulier in civitate, quæ erat peccatrix.* Mulier, natura fragilis : primum illud diaboli rete, erroris initiatio, doctrix prævaricationis; facta illa quidem in adjutorium, sed quæ hostem sese exhibuit; facta quod spectat ad naturam, bona; sed quæ malam, voluntatis proposito, se ipsam fecit : quæ ostendit ligni pulchritudinem, et paradisum amisit. *Et ecce*, inquit, *mulier in civitate, quæ erat peccatrix,* quæ portaret Evæ onera, quæ multis malis esset onusta. Porro, priorum ejus morum largitatem dico, ut noveritis ipsius pœnitentiæ magnificentiam.

IV. Assumpto Deus osse de Adami latere [a], eoque carne aucto, Evam fecit, quam et mulierem vocatam, Adæ adjutricem dedit. Post vero peccatum legisque transgressionem, postque ejectum e paradiso, divinaque ultione adscitam mortem; ut ne morte funditus absumptum depereat humanum genus, militant nuptiæ adversus mortem : ut illæ quidem serant, hæc autem metat; cædat ista, illæ germinent. Quod porro post morti subjectum hominem, conjugii gratia concessa sit : inde liquet, quod Adam, postquam exierat de paradiso, Evæ sit copulatus : scriptum est enim quod post egressum ex paradiso, tunc *cognovit Adam uxorem suam* [b]. Ante ergo peccatum, virginitas erat : quæ naturæ tunicam absque sorde servaret. Post autem transgressionem, post mortis sententiam est inductum conjugium, ut scaturigine vinceret haurientem mortem, genituraque vindemiantem superaret. Quia igitur ad generis conservationem naturæque crementum data fuit conjugii lex, inseruit Deus, masculo quidem voluptatem; feminam autem ceu lenocinio quodam et philtro adulante, donavit; non prolectandis more meretricio ad coitum, sed legitime copulandis in matrimonium. Quare honorabilis apud Deum legitima conjugii mistio, quæ autem

[a] Gen. II, 21. [b] Gen. IV, 1.

βρώματα· ἔπειτα δεικνὺς, ὡς οὐ φάσμα ἦν ἡ ἐνανθρώπησις, ἐκ τῆς ἀνακλίσεως, τῆς βρώσεως, τῆς πόσεως, τῆς τῶν σιτίων δαπάνης. Ἄλλως δὲ, ἐπειδὴ ἔμελλεν ἡ πόρνη προσιέναι, καὶ τὸν θερμὸν ἐκεῖνον καὶ διάπυρον τῆς μετανοίας δεικνύναι τρόπον· διὰ τοῦτο καλοῦντι τῷ Φαρισαίῳ ἐπινεύει ταχέως, ἵνα ἐπ' ὄψεσι Γραμματέων καὶ Φαρισαίων τὰ οἰκεῖα ἐκτραγῳδήσουσα κακὰ, διδάξῃ αὐτοὺς, πῶς δεῖ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις στυγνάζοντας, ἐξευμενίζεσθαι Θεόν. *Ἰδοὺ* γὰρ, φησὶ, *γυνὴ ἐν τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἁμαρτωλός.* Γυνή· ἡ εὐόλισθος φύσις, τὸ πρῶτον δίκτυον τοῦ διαβόλου, ἡ τῆς πλάνης εἰσαγωγὴ, ἡ τῆς παραβάσεως διδάσκαλος· ἡ βοηθὸς μὲν γενομένη, πολεμία δὲ ἀναδειχθεῖσα· ἡ γενομένη κατὰ φύσιν καλὴ, ἐκ προαιρέσεως δὲ ἀποδειχθεῖσα κακή· ἡ τὸ κάλλος τοῦ ξύλου δείξασα, καὶ τὸν παράδεισον ἀπολέσασα. *Καὶ ἰδοὺ γυνὴ*, φησὶν, *ἐν τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς*, τὰ τῆς Εὔας φέρουσα βάρη, πολλοῖς κακοῖς βριθομένη. Ἐρῶ δὲ αὐτῆς τῶν προτέρων τρόπων (63) τὴν δαψίλειαν, ἵνα γνῶτε αὐτῆς τῆς μετανοίας τὴν πολυτέλειαν.

Δ'. Ὁ Θεὸς ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ Ἀδὰμ ὀστέον λαβὼν, καὶ τοῦτο σαρκώσας, τὴν Εὔαν εἰργάσατο, ἣν καὶ γυναῖκα καλέσας, ἔδωκε βοηθὸν τῷ Ἀδάμ. Ἀλλὰ μετὰ τὸ ἁμαρτεῖν (64), καὶ παραδῆναι τὸν νόμον, καὶ ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου, καὶ θάνατον τὸ ἐπιτίμιον λαβεῖν· ἵνα μὴ τῷ θανάτῳ δαπανώμενον ἅρδην τὸ γένος ἀπώληται, γάμος ἐπιστρατεύει τῷ θανάτῳ. Ἵνα ὁ μὲν σπείρῃ, ὁ δὲ θερίζῃ· ὁ μὲν τέμνῃ, ὁ δὲ βλαστάνῃ. Καὶ ὅτι μετὰ τὸ ὑποβληθῆναι θανάτῳ, ἡ τοῦ γάμου ἐδόθη χάρις, δῆλον ἐκ τοῦ, τὸν Ἀδὰμ μετὰ τὴν ἔξοδον τοῦ παραδείσου συναφθῆναι τῇ Εὔᾳ. Γέγραπται γὰρ ὅτι, μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ παραδείσου, τότε *ἔγνω Ἀδὰμ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ*· πρὸ τῆς ἁμαρτίας οὖν, παρθενία ἦν· ἀμόλυντον τηροῦσα τὸν χιτῶνα τῆς φύσεως. Μετὰ δὲ τὴν παράβασιν, μετὰ τὴν τοῦ θανάτου ἀπόφασιν, ὁ γάμος ἀντεισήχθη, ἵνα ἀντλοῦντα τὸν θάνατον νικήσῃ βρύων, καὶ τρυγῶντα ἡττήσῃ φύων. Ἐπεὶ οὖν ἐπὶ τῇ συνοχῇ τοῦ γένους, καὶ ἐπὶ αὐξήσει τῆς φύσεως, ὁ τοῦ γάμου ἐδόθη νόμος· τῷ μὲν ἀνθρώπῳ ἡδονὴν ἐνέσπειρε· τὸ δὲ θῆλυ, θωπευτικὸν ἐποίησεν· οὐχ ἵνα ἑταιρικῶς πρὸς μίξεις ἐρεθίζωνται· ἀλλ' ἵνα ἐννόμως πρὸς γάμον συνάπτωνται. Ὅθεν ἡ μὲν ἔνθεσμος τοῦ γάμου μίξις τιμία παρὰ τῷ Θεῷ. Ἡ δὲ πρὸς χάριν τῶν ἡδονῶν ἐκτελουμένη, θανάτῳ ὑποβέβληται (65). *Τίμιος* γὰρ

(63) *Τρόπων.* Montf. *κακῶν, malorum;* quod utique rectius esse insinuare videtur vox subsequens *μετανοίας.*

(64) *Ἀλλὰ μετὰ τὸ ἁμαρτεῖν.* Idem pluribus, et inductum occasione peccati ac ex ejus prævisione matrimonium, Nyssenus, l. I *De opificio hominis*, Damasc. lib. IV, et alii : majori forte pietate quam veritate. Quanquam enim propagatio quæ est carnali generatione ex legitima copula, nonnihil crassa sit et humilis, digniusque videretur ut Deus ipse nobis corpora sicut Adamo aptaret, haud tamen talis videri debet, iis sublatis quæ accesserunt ex peccato, ut minus deceat hominem, pro illo etiam statu, qui nec ipse omnino a conditionibus vitæ animalis absolutus esset. Quod autem Adam non nisi a peccato Evam cognoverit, non eo fuit, quia nisi peccasset non esset cogniturus, sed quia intra modicum illud tempus vix sex horarum a conditione ad lapsum, congruum non fuit : cum a Dei potius cultu et perficiendo usu scientiæ animo, imperiisque in subjecta quæque animalia exsecutione, adeoque a spiritalibus inchoandum esset, eisque nonnihil temporis statim a creatione impendendum : qua etiam ratione, neque legimus id temporis comedisse quidquam, excepto ligno scientiæ.

(65) *Θανάτῳ ὑποβέβληται.* Quando nimirum ita est voluptatis solius causa, ut legitimi matrimonii fines exeat, ut satis se auctor ipse declarat; alioqui enim concedit Paulus nuptias in remedium concupiscentiæ I Cor. VII, 9 : *Quod si non se continent,*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος· πόρνους A *δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός.* Αἱ οὖν χάριν παιδοποιΐας ἐννόμως τοῖς ἀνδράσι μιγνύμεναι, ἀνέγκλητοί εἰσιν· ὥσπερ ἡ Σάρρα, καὶ ἡ Ῥεβέκκα, καὶ ἡ Ῥαχήλ· καὶ εἴ τις ἄλλη ἀπ' αὐτῆς· αἱ δὲ λόγῳ ἡδυπαθείας τοὺς νέους πρὸς ἀκολασίαν διεγείρουσαι, ὡς φθείρουσαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, παραδίδονται φθορᾷ. *Εἴ τις γὰρ, φησὶ, φθείρει τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός·* ὧν καὶ αὕτη μία ἦν, ἡ μετὰ χεῖρας ἁμαρτωλός. Τὴν γὰρ φύσιν καπηλεύσασα, καὶ ταῖς ἔξωθεν βαφαῖς τὰς παρειὰς φοινίσσουσα, καὶ τέχνῃ βιαζομένη φανῆναι καλὴ, τοὺς νέους πρὸς ἀκολασίαν ὑπέσυρεν, ἀπροόπτως (66) αὐτοὺς εἰς τὸ τῆς πορνείας ἀποκλίνουσα (67) βάραθρον.

consummatur ad voluptatum gratiam, vindictæ mortis obnoxia est. *Honorabile enim connubium in omnibus, et torus immaculatus : fornicatores vero et adulteros judicabit Deus* [6]. Quæ ergo mulieres suscipiendæ prolis gratia legitime commiscentur viris, sine crimine sunt : quemadmodum Sarra et Rebecca et Rachel, et si quæ alia sequitur. Quæ autem ratione voluptatis adolescentes ad libidinem provocant ; velut quæ violent Dei templum, in interitum traduntur. *Si quis* enim, inquit, *templum Dei violaverit, disperdet illum Deus* [7] : e quibus et hæc erat, quam præ manibus peccatricem habemus. Velut enim sordide venum exponens cauponansque naturam, genasque ascititiis pigmentis purpurans, ac arte contendens videri pulchra, adolescentes incaute declinans depellensque in fornicationis barathrum, in luxuriam subtrahebat.

Ε'. Ταῦτα δὲ λέγω, οὐ κωμῳδῶν αὐτὴν ἐφ' οἷς ἔδρασε B πρίν· ἀλλ' ἐπαινῶν αὐτὴν, ἀφ' οἵων, οἷα γέγονεν ἄφνω. Λέγω γὰρ τίς ἦν πρώην, ἵνα δείξω τίς γέγονεν νῦν· λέγω αὐτῆς τῆς ἁμαρτίας τὰ πταίσματα, ἵνα δείξω τῆς μετανοίας τὰ κατορθώματα. Ἀλλ' αὕτη, ἡ τῷ σώματι οὐκ ἀμέμπτως χρησαμένη τὸ πρίν· τοὺς μὲν διὰ βοστρύχων σαγηνεύουσα, τοὺς δὲ διὰ δακρύων φαρμάττουσα, τοὺς δὲ διὰ λήμματος γοητεύουσα, πάντας δὲ πανταχόθεν εἰς τὸν βάραθρον τῆς ἀκολασίας προσκαλουμένη, τὸν αἰσχρὸν αὐτῆς καὶ ἡδυπαθῆ ἔρωτα εἰς θεῖον καὶ ἐπουράνιον μεταβάλλει φίλτρον. Ὡς εἶδε γὰρ τὸν Ἰησοῦν, ποτὲ μὲν ἀδέως τῇ Σαμαρείτιδι διαλεγόμενον, ποτὲ δὲ τὴν Χαναναίαν προσιέμενον, ἄλλοτε τῆς αἱμορρόου σης ἀνακηρύττοντα τὴν κλοπὴν, καὶ πῇ μὲν τελώναις συνεσθίοντα, πῇ δὲ τῶν Φαρισαίων τοὺς οἴκους καταλαμβάνοντα, ἐλογίσατο ὅτι· Εἰ πόρνας καὶ ἁμαρτωλοὺς καὶ τελώνας προσίεται, μέχρι πότε ἀκαθέκτως οἰστρῶσα, τὸ τῆς ἁμαρτίας πέλαγος ἀντλῶ; Οὐ μένω νέα, οὐ μένω καλή· πάντα γὰρ παρέρχεται, πάντα μαραίνεται, καὶ ἄνθη, καὶ κρίνα, καὶ τῶν προσώπων τὰ κάλλη. Τί οὖν πάθω ἐφ' οἷς ἔδρασα; Ἤδη γὰρ τὸ τῆς γεέννης πῦρ ἐννοῶ, ἤδη μου τὴν ψυχὴν μετάγνωσις λαμβάνει, ὅτι ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν νέων βιαζομένη φανῆναι καλὴ, ἐν ταῖς ἀγυιαῖς τῆς πόλεως, ἐν ταῖς ἀγοραῖς, ἐν ἀμφόδοις ἕτρεχον, δίκτυον μὲν τοὺς πόδας ἔχουσα, καὶ σαγήνην τὴν γλῶτταν. Ὢ πόσους νεανίσκους κατέθελξα, μεστὸν ἀναιδείας βλέμμα περιφέρουσα! Ἐπὶ λύμῃ γὰρ τῶν θεατῶν ὡραΐζομένη, πῇ μὲν πολυπλόκοις σειραῖς τὴν κεφαλὴν ἐπύργουν, πῇ δὲ νομάδας πλοκάμων ἐκ κορυφῆς εἴων κατὰ μετώπου χαλᾶσθαι. Ἄλλοτε δὲ τὰς παρειὰς ἐφοίνισσον, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς κατέγραφον. Καὶ ἄλλοτε δακρύων λιβάδας ἠφίουν, τῇ κολακείᾳ ἐκτραχηλίζουσα τὴν ψυχήν. Τίς οὖν ἐπὶ τούτοις γένωμαι; Τίνα ἰατρὸν εὕρω

V. Dico autem hæc, non ut traducam ob prius gesta, sed laudans, ut talis ex tali sit facta. Dico siquidem, quæ esset olim, ut quæ modo evaserit, ostendam. Dico peccati ipsius errata, ut exhibeam pœnitentiæ merita. Verum, cui non absque crimine constiterat usus corporis ; quæ alios quidem cincinnis caperet, alios oculorum lenocinio falleret ; consilio alios seduceret, omnes undequaque in luxuriæ barathrum provocaret, suum illum turpem mollemque amorem, in divinum cœlesteque philtrum transtulit. Ut enim Jesum cognovit, modo quidem libere cum Samaritana miscentem sermonem : modo Chananæam recipientem ; alio item loco, sanguine fluentis furtum prædicantem ; atque hic quidem cum publicanis manducantem ; hic Pharisæorum adeuntem domos ; sic secum cogitavit : Cum is meretrices et peccatores publicanosque recipiat, quandiu impotenti œstro percita, peccati pelagus haurio ? Non manet juventus ; non pulchritudo : nam prætereunt omnia ; cuncta marcescunt, floresque et lilia et vultuum species. Quid mihi ergo accidet pro his quæ feci ? Jam enim gehennæ ignem cogito ; jam pœnitudo animum corripit, quod in perniciem adolescentum studens parere pulchra, per vicos civitatis perque plateas et bivia currens, pedes quidem, rete ; linguam autem, sagenam habuerim. O quam multos demulsi juvenes, plenum impudentia circumquaque versans oculum ! Splendide enim ornata in perniciem spectatorum ; qua sinuosis resticulis plexuque vario caput fastigiabam, qua vagos ab vertice crines a fronte laxabam. Quandoque autem rubricabam genas, oculosque stibio sublinebam. Quandoque etiam lacrymarum latices mittens, animum adulatrix præcipitem dabam. Quæ igitur in his fuero ? Quem innumerabilium isthæc morborum in-

[6] Hebr. XII, 3. [7] I Cor. III, 17.

nubant. Accedit**que** ratio, quia nusquam ratio præcepti, seu actus concessi, cadit sub præcepto, nisi forte cui illa substantialis est. Quanquam ergo coeat maritus non fine generationis, sitque in eo actu nonnulla deordinatio, quia tamen nihil facit vetitum, directe saltem, et sub rigorosa obligatione, nec præsumit actum non concessum, non peccat saltem graviter : ut neque qui comedit nulla necessitate, et sola causa voluptatis, nullo inde gravi damno alicujus. — Id vero caute legas velim.

(66) *Ἀπροόπτως.* Deest hæc vox apud Montf., quæ tamen apposita satis esse videtur.

(67) *Ἀπροόπτως αὐτοὺς ἀποκλίνουσα.* Velut improvisos, quomodo Davidem in adulterium impulit, nihil ejusmodi cogitantem improvisumque, conspecta temere Bethsabe (*II Reg.* XI, 2 sqq.).

Digitized by Google Распознавание текста

veniam medicum? Si res meas hominibus dixero, inutilis mihi fuerit hujuscemodi publicatio. Sed num mala occultavero? At nequeo latere. Quem enim latuero, Deum latere non valens? Quo ergo fugiam, cui omni loco judex occurrat? Ille quidem non manifestus; sed qui mala mea ubique redarguat. Una mihi spes salutis reliqua est; unus vitæ propositus commeatus, ut nimirum Jesum noverim, et ad illum accurram. Qui enim publicanos suscipit, non repudiabit meretricem; qui communi cum Pharisæis epulo comedit, peccatricis lacrymas non repellet. Ut ergo cognovi divertisse apud Simonem Pharisæum, ad illum accedam. Quid vero accedens petam? Num oculorum sanitatem? At est temporanea gratia. Num a morbo liberari? Verum, parum est quod eo conficitur: mors enim æterna, præsenti gravior est. Cuncta omittam quæ sunt corporis; solam animæ sanitatem requiram. Unam enim impendentium malorum consolationem inveniam; dum videro judicem: dum præoccupavero tempus punitionis. Æmulabor Rahab meretricem [8]: persequar mulieris illius mores studiosos. Nihil quippe Deus a nobis aliud requirit, quam mutationem propositi.

VI. Cum hæc pie dispexisset, animumque ad fidem inunxisset: superingressa est ubi accubuerat Jesus, assumpta in occasionem libertatis priori impudentia. Et illi quidem nihil loquitur, nam non audebat: noverat enim, non opus esse sermonum inspectanti cogitationes. Quid enim omnia scienti poterat dicere? Quod peccaverat? Quod multa perpetrarat mala? Quod deperiens, et deperitione amata, populi totius voluptatem foverat? Erant hæc Deo nota, non tantum cum fierent, sed et cum in occulto animi conclavi nudarentur. Sciens itaque quod cuncta nosset, nec eum quidquam posset latere: linguam quidem velut foribus munit, loquitur vero lacrymis. *Stans*, enim, inquit, *secus pedes ejus, flens, cæpit rigare lacrymis pedes ejus.* Cæterum, quanquam non loquebatur lingua; at inenarrabiliter [9] mutoque modo loquebatur gemitibus; cor contritum inflectens, peccatorum triumphans numerosam multitudinem; absonas turpesque cogitationes, exsecrandas cupiditates, actiones profanas, colloquia iniqua traducens. Nullum siquidem patrarat malum, quod non lacrymis dire lamentaretur. Sciebat enim quæ confiteretur, oblivioni tradenda: *Dixi* enim, inquit, *Proferam adversum me injustitiam meam Domino: et tu remisisti impietatem peccati mei* [10]. Nec sic tantum inenarrabiliter loquebatur

A τῶν ἀπείρων τούτων παθῶν; Ἐὰν ἀνθρώποις τὰ κατ' ἐμαυτὴν εἴπω, ἀνωφελής μοι γίνεται τῆς ἐξαγορεύσεως ὁ τρόπος. Ἀλλὰ καλύψω τὰ κακά; Ἀλλ' οὐ δύναμαι λαθεῖν. Τίνα γὰρ λάθω, Θεὸν λαθεῖν μὴ δυναμένη; Ποῦ οὖν φύγω, πανταχοῦ τὸν δικαστὴν εὑρίσκουσα; Τὸν μὴ φαινόμενον μὲν, πανταχοῦ δὲ διελέγχοντά μου τὰ κακά. Μία μοι σωτηρίας ἀπολείπεται ἐλπὶς, ἓν μοι ἐφόδιον πρόκειται ζωῆς· τὸ, τὸν Ἰησοῦν ἐπιγνῶναι, καὶ αὐτῷ προσδραμεῖν. Ὁ γὰρ τελώνας προσδεχόμενος, οὐκ ἀπαναίνεται πόρνην. Ὁ Φαρισαίοις συνεσθίων, οὐ παραιτεῖται τῆς ἁμαρτωλοῦ τὰ δάκρυα. Ἐπεὶ οὖν ἔγνων, ὡς παρὰ Σιμῶνι Φαρισαίῳ κατάγεται, τούτῳ προσέλθω. Ἀλλὰ τί αἰτήσω προσελθοῦσα; Ὀφθαλμῶν ὑγίειαν; Ἀλλὰ πρόσκαιρος ἡ χάρις. Νόσου ἀπαλλαγήν; Ἀλλὰ μι-
B κρὸν τὸ κατόρθωμα· ὁ γὰρ αἰώνιος θάνατος τοῦ παρόντος ἐστὶ βαρύτερος. Πάντα παρήσω τὰ τοῦ σώματος. Τὸ δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιζητήσω ἴαμα. Μίαν γὰρ εὑρήσω λύσιν τῶν ἐπηρτημένων κακῶν, ἐὰν τὸν δικαστὴν ἴδω, ἐὰν προλάβω τῆς κολάσεως τὸν καιρόν. Μιμήσομαι Ῥαὰβ τὴν πόρνην, τῆς γυναικὸς τὸν ἐνάρετον μεταδιώξω τρόπον· οὐδὲν γὰρ παρ' ἡμῶν ἄλλο βούλεται Θεὸς, ἢ γνώμης ἐναλλαγήν (68).

Γ'. Ταῦτα εὐσεβῶς διασκεψαμένη (69), καὶ τὴν διάνοιαν πρὸς πίστιν ἐπαλείψασα, ἐπεισέρχεται τῷ Ἰησοῦ ὅπου ἀνέκειτο, τὴν προτέραν ἀναίδειαν εἰς ὑπόθεσιν παῤῥησίας λαβοῦσα. Καὶ λέγει μὲν αὐτῷ οὐδέν· οὐ γὰρ ἐτόλμα· ᾔδει γὰρ ὡς ὁ τῶν λογισμῶν
C ἔφορος οὐ δεῖται λόγων. Τί γὰρ εἰπεῖν εἶχε τῷ πάντα εἰδότι; Ὅτι ἥμαρτεν; Ὅτι πολλῶν κακῶν ἐργάτης γέγονεν; Ὅτι ἐρῶσα καὶ ἐρωμένη τὴν πάνδημον ἡδονὴν ἐθεράπευσε; Ταῦτα Θεῷ δῆλα ἦν, οὐ πραττόμενα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἀφάνῳ τῆς ψυχῆς βουλευτηρίῳ γυμνούμενα. Εἰδυῖα οὖν ὡς πάντα οἶδε, καὶ λαθεῖν αὐτὸν δύναται οὐδὲν, θυροῖ μὲν τὴν γλῶσσαν, λαλεῖ δὲ τοῖς δάκρυσι. *Στᾶσα* γὰρ, φησὶ, *παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, κλαίουσα ἤρξατο βρέχειν τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσιν.* Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ τῇ γλώσσῃ ἐλάλει, ἀλλὰ στεναγμοῖς ἀλαλήτοις (70) ἐφθέγγετο, τὸν συντριμμὸν τῆς καρδίας ἐκκάμπτουσα, τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν θριαμβεύουσα· τοὺς ἀτόπους λογισμοὺς, τὰς ἐναγεῖς ἐνθυμήσεις, τὰς βεβήλους πράξεις, τὰς παρανόμους ὁμιλίας ἐκπομπεύουσα· οὐδὲν γὰρ ἦν τῶν πεπραγμέ-
D νων αὐτῇ κακῶν, ὃ μὴ δάκρυσιν ἐξετραγῴδει. Ἤδει γὰρ ὅτι ὧν ὡμολόγει, τὴν ἀμνηστίαν ἐλάμβανεν· *Εἶπα* γὰρ, φησὶν, *Ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ, καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου.* Καὶ οὐ μόνον ἀλαλήτως ἐφθέγ-

[8] Jos. II, 1. [9] Rom. VIII, 26. [10] Psal. XXXI, 5.

(68) *Ἡ γνώμης ἐναλλαγήν.* Ita ex vi nominis sonat τὸ μετάνοια· et quod multis nostratibus crebrum est, *Resipiscentia*: cujus tamen loco ubique fere Patribus est, *Pœnitentia*. Affine est quod Paulus (*Rom.* et *Gal.*) prædicat de fide, velut una sine operibus ad salutem sufficiat: quasi nimirum radix, ad quam si est perfecta, debeant illa consequi pro loco et tempore. Sic certe nostra peccatrix, non tantum mutavit propositum; verum etiam adhibuit lacrymas, et pedes dominicos obsequio fovit: tandemque durissimum vitæ genus arripuit, vixitque

(69) *Διασκεψ.* Edit. Montf. ἐπισκεψ.

(70) *Ἀλαλήτοις.* Velut passive, juxta quod exponitur Rom. VIII, 26, quo et videtur alludere: quanquam posset active sumi, ut esset velut *mute ac sine voce*· quo etiam modo forte aptius essent in sequenti: οὐ μόνον ἀλαλήτως ἐφθέγγετο, ubi tamen ob consecutionem locutionis reddidimus, *inenarrabiliter*, adjuncta particula, *Sic*: ad quamdam determinationem.

Digitized by Google Распознавание текста

γετο, τοῖς στεναγμοῖς τῆς καρδίας δυσωποῦσα τὸν Κύριον· ἀλλὰ καὶ σχήματι τὸ τῆς μετανοίας περιέγραφε κάλλος. Ἐδάκρυσε μὲν, ὡς πολλὰ γελάσασα· τοῖς καλοῖς δάκρυσι τὸν κακὸν ἐκπλύνουσα γέλωτα· ταῖς δὲ ῥανίσι τῶν ὀφθαλμῶν τὸν τῶν παρειῶν ἐκπλύνουσα ῥύπον· ἵνα ἐν οἷς ἥμαρτεν, ἐν τούτοις καὶ ἀπολογήσηται· ἐν οἷς ἠνόμησεν, ἐν τούτοις τὸν νομοθέτην ἐξιλεώσηται. Ὥσπερ γὰρ τὴν κοίτην ἣν ἐκθέσμως ἐμόλυνε συμπλοκῇ, δάκρυσιν ἀπέπλυνεν ὁ Δαβίδ· *Λούσω γὰρ, φησὶ, καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κοίτην μου· ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω*· οὕτω καὶ αὕτη· δι' ὧν ὀφθαλμῶν πολλοὺς τῶν νέων εἰς ἀκολασίαν ὑπέσυρε, δακρύων ἀφεῖσα πηγὰς, τὸν δύσπλυτον τῆς ἁμαρτίας ἀπέπλυνε ῥύπον, αὕτη ἑαυτῇ λοῦτρον μετανοίας προβαλλομένη τὰ δάκρυα. Τὰ μὲν γὰρ δάκρυα ὡς ὕδωρ αὐτὰ παρεῖχε· τὴν δὲ ἄφεσιν ἀοράτως παρὰ τοῦ Χριστοῦ ὑπεδέχετο. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν Ἀβραὰμ, οὐ μιμουμένη μόνον, ἀλλὰ καὶ νικῶσα, τοὺς πόδας ἀπέπλυνε τοῦ Χριστοῦ. Ὁ μὲν γὰρ νιπτῆρα θεὶς, ὕδατι ἀπέπλυνε, καὶ λεντίῳ κατέμασσεν· αὕτη δὲ οὐχ ὕδωρ ἀντλήσασα, ἀλλὰ κρήνας δακρύων ἀφεῖσα, τοὺς πόδας ἀπέπλυνε τοῦ Ἰησοῦ· φείσαμένη δὲ, μὴ δάκρυσιν ἁμαρτωλοῖς ἁγνοὺς ἐνυβρίσῃ πόδας, τὸ τῶν τριχῶν κάλλος ὡς λεντίον ὑποβαλοῦσα, ἀπέμασε τοὺς πόδας· καὶ ἦν ἰδεῖν ὅλον δι' ὅλου τὸ γύναιον πρὸς θεράπειαν τοῦ Ἰησοῦ καμπτόμενον. Οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμοὶ ἄνωθεν, ὡς κρῆναι, δακρύων ἔπεμπον ὀχετούς· ἡ δὲ ψυχὴ ὥσπερ νιπτὴρ ὑποκειμένη, τὰς ἐκ τῶν ποδῶν ἀποσταζούσας ἐδέχετο ῥανίδας. Οἱ δὲ πλόκαμοι ἠπέμασσον, τὸ λεντίου πληροῦντες σχῆμα. Αἱ δὲ χεῖρες τὸ ἀλάβαστρον τοῦ μύρου καταχέουσαι, τοὺς θείους ἤλειφον πόδας, μύρῳ τὸ μύρον τιμῶσαι· *Μύρον* γὰρ, φησὶ, *κενωθὲν* (71) *ὄνομά σοι.*

Ζ'. Εἶδες πῶς ἐνίκησε τὴν ἀχάριστον τῶν Ἰουδαίων γνώμην γυνὴ ἁμαρτωλὸς, ἡ θείων ἄμοιρος νόμων; Οἱ μὲν γὰρ λίθοις αὐτὸν ἔβαλλον, ἡ δὲ τοῖς τῆς εὐωδίας ἡδύφραινε μύροις· ἀλλὰ Ἰουδαῖοι μὲν ὡς ἀχάριστοι, ὡς ἀσύνετοι καὶ ἀγνώμονες, κακοῖς ἠμείβοντο τὸν εὐεργέτην, λίθοις τὸν ἀκρογωνιαῖον φιλοφρονούμενοι λίθον· ἡ δὲ *μύρῳ ἤλειφε τοὺς πόδας* τοῦ μέλλοντος δι' αὐτὴν πανημέριον ἐπὶ τοῦ ἱκρίου ἱστᾶσθαι τοῦ σταυροῦ. Καὶ τί λέγω, ὅτι τὸν ἀχάριστον τῶν Ἰουδαίων ἐνίκησε δῆμον, ὅπου γε ὅλων τῶν ἁγίων ὑπερηκόντισε τὸν χορόν; Ἔλαβε γὰρ χάριν, ἣν οὐκ ἔλαβον βασιλεῖς, ἧς οὐκ ἔτυχον δυνάσται. *Βασιλεῖς γὰρ Θαρσεὶς καὶ νῆσοι δῶρα προσοίσουσι, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς.* Καὶ δὴ κατὰ τὸν προφήτην, καὶ ἤνεγκαν τὰ δῶρα, καὶ προσεκύνησαν πόῤῥωθεν· ἀλλ' οὐδεὶς αὐτῶν τοῦ Ἰησοῦ τοὺς πόδας ἐφίλησε. Πῶς γάρ; Ἦλθον μάγοι λαβόντες ἀστέρα τῆς ἱκεσίας σύμμαχον· ἀλλὰ πόῤῥωθεν ἐδωροφόρουν, τῆς οἰκείας τάξεως τὸ μέτρον γινώσκοντες· *Ὁ οὐρανὸς γάρ*

cordis gemitibusque exorans Dominum : sed et habitu pœnitentiæ pulchritudinem adumbrabat. Lugebat quidem, velut quæ multum risisset, bonis lacrymis eluens malum risum ; oculorum vero stillis abluebat genarum sordes : ut in quibus peccaverat, in iis quoque defensionem haberet : in quibus egisset inique, in iis legislatorem placaret. Sicut enim David pollutum iniqua copula lectum lacrymis eluebat : *Lavabo* enim, inquit, *per singulas noctes lectum meum : lacrymis meis stratum meum rigabo* [11], ita et hæc : quibus oculis multos adolescentes in luxuriam subtraxerat, iis lacrymarum fontes emittens, peccati sordes non faciles elui, diluebat, sibi ipsa pœnitentiæ lavacrum proponens lacrymas. Ipsa quidem, ceu aquam, lacrymas præbebat : invisibili autem ratione remissionem a Christo suscipiebat. Enimvero non etiam imitata tantum Abraham, sed et superans, Christi abluit pedes. Ille quidem pelvi posita, abluebat aqua et linteo extergebat ; hæc vero, aqua non hausta, sed mittens lacrymarum fontes, abluebat Jesu pedes : ac cavens, ne lacrymis peccatricibus pedibus castis injuriam faceret, compactos crines velut linteum submittens, pedes extergebat : eratque videre mulierculam, totam prorsus ad Jesu obsequium inflexam. Oculi quidem desuper, ceu fontes, lacrymarum mittebant rivos ; animus autem ceu pelvis supposita, distillantes e pedibus guttas excipiebat ; cincinni detergebant, lintei implentes formam ; manus, fuso alabastri unguento, divinos ungebant pedes ; unguentum unguento honorantes : *Unguentum* enim inquit, *evacuatum, nomen tibi* [12].

VII. Vidistin', ut mulier peccatrix, expers illa divinarum legum, ingratam vicerit Judæorum mentem ? Illi quidem appetiere lapidibus : hæc vero unguentis suaveolentibus recreavit. At quidem Judæi, ceu ingrati, ceu insipientes atque improbi, beneficio malis rependebant, lapidem angularem [13], amica excipientes lapidatione : hæc autem *illius pedes unguento ungebat* [14], qui diem totam in crucis patibulo, ipsius causa, staturus erat. Quid vero, ingratum Judaicum populum, dico vicisse, quando omnium sanctorum superavit chorum ? Quam enim gratiam reges non acceperunt, quam potentes et principes non obtinuerunt, accepit ipsa : *Reges* enim *Tharsis, et insulæ munera offerent : et adorabunt eum omnes reges terræ* [15]. Sane vero juxta prophetam et dederunt dona, et eminus adoraverunt : at nullus coram osculatus est pedes Jesu. Qui enim ? Venerunt magi, accepta stella supplicationis socia : eminus tamen offerebant dona, modum sui status non ignorantes : *Cœlum enim mihi sedes est ; terra au-*

[11] Psal. VI, 7. [12] Can. I, 2. [13] Psal. CXVII, 22. [14] Joan. X, 31. [15] Psal. LXXI, 10

(71) *Κενωθὲν*. Montf. ἐκκενωθέν, ut apud LXX. Mox ὄνομά σου. Sed lectionem Combefisianam præfert quoque codex Alex. Infra tamen § XI, ubi locus hic iterum excitatur, legimus ἐκκενωθέν.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ГЕР

tem, scabellum pedum meorum [16]. Laudetur itaque mulier, velut quæ totius terræ gloriam susceperit; velut quæ sit amplexata immaculatos pedes, cujus pulverem lingent gentes cognationesque, juxta quod dictum est: *Et inimici ejus terram lingent* [17]. Amplexa est intemeratos pedes: Christi corpus cum Joanne partita est. Ille equidem recubuit supra pectus [18], ut inde expressurus divinam doctrinam: at ista pedes unxit gradientes nostri causa. Porro Christus qui non judicat peccatum, sed pœnitentiam laudat: qui præterita non punit, sed probat futura, traditis oblivioni malis ejus prioribus, mulieri honorem habet, et laudat pœnitentiam. Justificat lacrymas, et propositum coronat.

μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ, ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. Ἐπαινέσθω τοίνυν ἡ γυνὴ, ὡς ὅλης τῆς γῆς τὴν τιμὴν ὑποδεξαμένη· ὡς ἁψαμένη ποδῶν ἀχράντων, ὧν τὸν χοῦν ἔθνη καὶ πατριαὶ λίξουσι, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ χοῦν λίξουσιν.* Ἥψατο ποδῶν ἀχράντων· ἐμερίσατο πρὸς Ἰωάννην τοῦ Χριστοῦ τὸ σῶμα. Ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ στήθους ἀνέπεσε· θείαν γὰρ αὐτόθεν ἔμελλε διδασκαλίαν ἀπομάσσεσθαι· ἡ δὲ τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν βαδίζοντας πόδας ὑπήλειφεν. Ἀλλ' ὁ Χριστὸς μὲν, ὁ μὴ τὴν ἁμαρτίαν κρίνων, ἀλλὰ τὴν μετάνοιαν ἐπαινῶν· ὁ μὴ τὰ παρελθόντα κολάζων, ἀλλὰ τὰ μέλλοντα δοκιμάζων, ἀμνηστίᾳ παρελθὼν τὰ προλαβόντα αὐτῆς κακὰ, τιμᾷ τὴν γυναῖκα, καὶ ἐπαινεῖ τὴν μετάνοιαν· δικαιοῖ τὰ δάκρυα, καὶ στεφανοῖ τὴν πρόθεσιν.

VIII. Videns autem Pharisæus miraculum, animo obstupescit: ictusque invidia, mulieris pœnitentiam non admittit. Quin vero, quæ sic Dominum honoraverat, contumelia ceu in faciem cædit: ejusque cui delatus esset honos, ignorantia calculo tributa, dignitatem minuit. *Videns enim*, inquit, *Pharisæus qui vocaverat eum, ait intra se: Hic, si esset propheta, sciret utique quæ et qualis est mulier quæ tangit eum: quia peccatrix est.* O stulte et insipiens, prorsusque Pharisæe! Dum ista dicis, non mulieris arguis mores; sed tuum ipse animum reprehendis, qui dicas, nescire illum quænam esset mulier. Non ergo ut Deum qui nosset omnia, vocando honorasti. Non igitur pudet, o magnifice calumniator et sycophanta, quod quidem ut Deum voces, et qui benedicere posit: proclames vero ut hominem ac velut eum, qui nihil sciat præ nobis. *Hic*, inquit, *si esset propheta.* O quam te melior, Pharisæe, mulier illa in Sichimis, quæ prophetam nesciens, ex primo statim visu confessa est Salvatorem! *Domine* enim, inquit, *video quia propheta es tu* [19]. Quam vero et hæc peccatrix, præ te digna admiratione, cujus quidem vides peccatum, sed pœnitentiam non cernis! Quin et condemnas, quam judex justificat: reprehendisque et vituperas, quam Deus suscipiens coronat: quod visum apud te Deum in forma hominis recumbentem, agnovit, eique honorem habuit: atque animæ retectis vulneribus, misericordiam, et anterioris vitæ commissorum obliterationem petiit. Tu autem qui honorasti vocando, contumelia inhonoras, dicens: *Si esset propheta, sciret utique quæ et qualis est mulier quæ tangit eum.* Miser! propterea quia non arguit tua mala, ignorantiæ damnas? Propterea quia tectum tuum pluribus gravatum malis subiit, scientiam adimis? Ita ne, quod rogaveris ut intraret sub tectum tuum, ut tecum accumberet, ut eduliis tuis adjiceret manum, nec rogatus abnuerit, unum aliquem de multis arbitraris? Num vero dignus eras, ut hospitio Deum exciperes, aut ei parares mensam, qui mensam paravit in deserto [20]? Verum cum propensiori in homines esset affectu, non detrectavit ut a suis ipse famulis po-

Η'. Ὁ γε Φαρισαῖος ὁρῶν τὸ θαῦμα, πλήττεται τὴν διάνοιαν, καὶ φθόνῳ βαλλόμενος, οὐ παραδέχεται τῆς γυναικὸς τὴν μετάνοιαν. Ἀλλὰ καὶ τὴν οὕτω τιμήσασαν τὸν Κύριον, ἐπιῤῥαπίζει τῇ λοιδορίᾳ· καὶ τοῦ τιμηθέντος ἐλαττοῖ τὸ ἀξίωμα, ἄγνοιαν αὐτῷ καταψηφιζόμενος. Ἰδὼν γὰρ, φησὶν, ὁ *Φαρισαῖος ὁ καλέσας αὐτὸν, εἶπεν ἐν ἑαυτῷ· Οὗτος, εἰ ἦν προφήτης, ἔγνωκεν ἂν τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνὴ, ἥ τις ἅπτεται αὐτοῦ, ὅτι ἁμαρτωλός ἐστιν.* Ὦ ἄφρον καὶ ἀσύνετε, καὶ τὰ ὅλα Φαρισαῖε! Ταῦτα λέγων, οὐ τῆς γυναικὸς διελέγχεις τὸν τρόπον· ἀλλὰ τῆς ἰδίας κατηγορεῖς προαιρέσεως, ἀγνοεῖν αὐτὸν λέγων, τίς ποτε ὑπῆρχεν ἡ γυνή. Οὐκοῦν οὐχ ὡς Θεὸν πάντα γινώσκοντα τῇ κλήσει ἐτίμησας· οὐκ αἰδῇ οὖν, ὦ λαμπρὲ κατήγορε καὶ συκοφάντα, ὅτι καλεῖς μὲν αὐτὸν ὡς Θεὸν καὶ εὐλογῆσαι δυνάμενον, καταβοᾷς δὲ αὐτοῦ ὡς ἀνθρώπου, καὶ μηδὲν ὑπὲρ ἡμᾶς εἰδότος. *Οὗτος, φησὶν, εἰ ἦν προφήτης.* Καὶ πόσον σου βελτίων, ὦ Φαρισαῖε, ἡ ἐν Σικήμοις γυνὴ, ἡ μὴ προφήτην εἰδυῖα, καὶ ἐκ πρώτης ὄψεως τὸν Σωτῆρα ὁμολογήσασα! *Κύριε, γὰρ, φησὶ, θεωρῶ ὅτι προφήτης εἶ σύ.* Πόσον δέ σου θαυμαστοτέρα καὶ αὕτη ἡ ἁμαρτωλὸς, ἧς τὴν μὲν ἁμαρτίαν ὁρᾷς, τὴν δὲ μετάνοιαν οὐ βλέπεις! Ἀλλὰ καὶ κατακρίνεις, ἣν ὁ κριτὴς δικαιοῖ· καὶ μέμφῃ καὶ ψέγεις, ἣν ὁ Θεὸς ἀποδεξάμενος στεφανοῖ· ὅτι ἰδοῦσα παρὰ σοὶ Θεὸν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ κατακείμενον, ἐπέγνω καὶ ἐτίμησε· καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἐκκαλύψασα τραύματα, ἔλεον ᾔτησε καὶ τῶν βεβωμένων τὴν ἀμνηστίαν. Σὺ δὲ τιμήσας τῇ κλήσει, ἀτιμάζεις τῇ λοιδορίᾳ, λέγων· *Εἰ ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν ἂν τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνὴ, ἥ τις ἅπτεται αὐτοῦ.* Ἄθλιε! ἐπειδὴ τὰ σὰ οὐκ ἤλεγξε κακὰ, ἄγνοιαν αὐτοῦ καταψηφίζῃ; Ἐπειδὴ τὴν πολλοῖς κακοῖς βεβαρημένην σου στέγην ὑπῆλθεν, ἀναιρεῖς αὐτοῦ τὴν γνῶσιν; Ἀλλ' ἐπειδὴ ἠξίωσας αὐτὸν τὴν σὴν ὑπελθεῖν στέγην, ἀνακλιθῆναι μετὰ σοῦ, καὶ χεῖρα ἐπιβάλλειν τοῖς ἐδέσμασί σου, ἐπένευσε καὶ οὐκ ἀπῃξίωσεν, ἵνα αὐτὸν τῶν πολλῶν νομίζεις; Ἄξιος δὲ ἦσθα ξενοδοχῆσαι Θεὸν, ἢ τράπεζαν παραθῆναι τῷ ἑτοιμάζοντι τράπεζαν ἐν ἐρήμῳ; Ἀλλὰ φιλάνθρωπος ὤν, οὐ παρητήσατο καὶ παρ' αὐτῶν τῶν οἰκετῶν πόμα καὶ σιτίον ὑποδέξασθαι. Τί

[16] Isa. LXVI, 1. [17] Psal. LXXI, 9. [18] Joan. XIII, 23. [19] Joan. IV, 19. [20] Exod. XVI, 13.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

οὖν αἰτιᾶσαι φιλάνθρωπον Δεσπότην, ὦ Φαρισαῖε, ὁμοίως εἰς πάντας τὸν τῆς χρηστότητος ζυγὸν ταλαντεύοντα; Τί δὲ τὸν κύνωπα τῆς γυναικὸς διϋλίζων, τὴν κάμηλον τῶν οἰκείων κακῶν καταπίνεις; Καὶ ἐπὶ σοὶ μὲν μακρόθυμον τὸν Θεὸν εἶναι βούλῃ, ἐπὶ ταύτῃ δὲ ἀπότομον; Τί ἐπ' ἀλλοτρίοις ἐγκλήμασι παροξύνεις τὸν δικαστήν, ἐπὶ τοῖς οἰκείοις συγγνώμην αἰτῶν; Τί συνεφωνήσατε (72) σὺ καὶ Ἰούδας πειρᾶσαι τὸν Κύριον; Σὺ μὲν γὰρ ὡς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι διασύρων τὸν ἄνθρωπον, ἄγνοιαν καταψηφίζῃ Θεοῦ· ὁ δὲ, ὡς φιλόπτωχος ἀγανακτεῖ, λέγων· *Τίς ἡ ἀπώλεια τοῦ μύρου τούτου; ἐδύνατο γὰρ πραθῆναι πολλοῦ, καὶ δυθῆναι πτωχοῖς.* Ὦ τῆς ἀγνώμονος γνώμης! Ὦ τῶν ἀχαρίστων τρόπων! Ἀπώλειαν τίθης, Ἰούδα, τὴν θεράπειαν τοῦ Χριστοῦ; καὶ μάταιον ἀνάλωμα καλεῖς, τὸ εἰς τιμὴν προχωρῆσαι Θεοῦ;

A tum escasque susciperet. Quid ergo benignum Dominum postulas, o Pharisæe, qui in omnes pariter bonitatis stateram libret [21]? Quid vero excolans mulieris culicem, tuorum ipse malorum camelum deglutis [22]? Et quidem, vis in te Deum longanimem; in hanc autem promptum ad iram? Quid Dominum exasperas in alienis criminibus, qui in propriis veniam petas? Quid tu Judasque convenistis, ut tentaretis Dominum? Tu quidem, velut mundus a sorde, detrahens homini pro peccatis, Deum ignorantiæ damnas: ille autem, ceu pauperum amans indignatur, dicens: *Ut quid perditio ista unguenti? Poterat enim venundari multo, et dari pauperibus* [23]. O improbum animum! O ingratos mores! Æstimas, o Juda, perditionem, obsequium Christi? vocasque B inanem sumptum, quod in honorem Dei procedit?

Θ'. Πόσον ἐδώκαμεν ὧν ἐλάβομεν; Λογισώμεθα, ἀφ' ὧπερ ὁ κόσμος ἀνεδείχθη, πόσοι παρὰ τῆς αὐτοῦ φύσεως ἐλέους ῥέουσι ποταμοί, καὶ οὐ λογίζεται ὁ Θεὸς ζημίαν τὴν ἀφθονίαν. Πόσας ἡ γῆ εὐωδίας βλαστάνει; ῥόδον, καὶ κρίνον, καὶ στύρακα, νάρδον καὶ στακτὴν, καὶ τὰ ἄλλα, ἀφ' ὧν τὸ καλὸν κατασκευάζεται μύρον· καὶ οὐ λογίζεται (73) Θεὸς εἰς ἀπώλειαν ταῦτα· καὶ ἵνα μικρὸν ἀλάβαστρον μύρου τοῖς ποσὶ τοῦ Χριστοῦ ἐπιχεθῇ, γογγύζεις; Μὴ οὖν προῖκα αὐτὸ ἔλαβεν, ἵνα γογγύζεις; Ἔλαβε μύρον, καὶ ἔδειξε μετανοίας τρόπον. Ἔλαβε δάκρυα, καὶ ἔστησε πηγὴν ἁμαρτημάτων. Ποία οὖν ἐστιν ἀπώλεια, εἰ ἐσώθη γυνὴ, δι' ἣν ὁ παράδεισος ἀπεκλείσθη (74); Ἀλλὰ λυπεῖ σε τοῦτο, Ἰούδα; Εἰκότως· καὶ γὰρ C ἐν διάβολον ἐλύπησεν αὐτῆς ἡ σωτηρία. Οἶδε γὰρ δι' αὐτῆς λοιπὸν τὸ γένος πρὸς μετάνοιαν μεταβαλλόμενον· καὶ δάκνεται καὶ ἀνιᾶται· οὐκ ἔχων λοιπὸν δίκτυον δι' ὃν θηράσῃ τὸν ἄνθρωπον. Ὅθεν καὶ σὲ εἰς τὸ γογγύσαι παρώρμησεν. *Εἰς τί*, φησὶν, *ἡ ἀπώλεια αὕτη; Ἐδύνατο γὰρ πραθῆναι πολλοῦ.* Ἤδη πράσσεις, Ἰούδα· ἤδη προδοσίας μελετᾷς· κακῶν αἰνιγμάτων (75) ἀρχή. Ἀλλ' ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐλέγχει αὐτοῦ τὴν νόσον· οὐ γυμνοῖ τὸ φιλάργυρον, ἵνα μὴ τὴν μέλλουσαν προδοσίαν ἀνακρούσηται· ἀλλ' ἐπὶ πάντας λέγει· *Τί κόπους παρέχετε τῇ γυναικί;* Τί πρὸς τοῖς προλαβοῦσι κακοῖς κακίζετε τὴν ἀν-

IX. Quantum dedimus ex iis quæ accepimus. Cogitemus ex quo mundus conditus est, quanta fluunt ab ejus natura misericordiæ flumina, nec Deus largitatem detrimento ducit. Quot terra suaves odores producit? rosam, lilium et styracem, nardum et stactem, aliaque ex quibus unguentum probum conficitur; nec Deus ista reputat perditionem; et tu obmurmuras quod modicum alabastrum unguenti Christi pedibus affusum sit? Num vero illud gratis accepit, ut murmuraveris? Accepit unguentum, et exhibuit pœnitentiæ modum. Accepit lacrymas, et cohibuit scaturiginem peccatorum. Quæ ergo perditio, salva effecta muliere, ob quam paradisus clausus fuit? Verum te hoc, Juda, contristat? Merito: nam et ejus salus diabolum contristavit. Noverat enim deinceps per illam convertendum sexum ad pœnitentiam; ac mordetur, et est anxius, quod jam desit rete ad hominem venandum, eaque te causa in murmur propellit. *Ut quid*, inquit, *perditio hæc? Poterat enim venundari multo.* Jam venundas, Juda; jam proditionem meditaris: malorum ænigmatum inchoatio. Jesus tamen non arguit ejus morbum: non detegit avaritiam, ut ne futuram proditionem depellat. Sed ait in omnes: *Quid molesti estis huic mulieri* [24]? Quid pro malis præteritis feminam objurgatis? Sa-

[21] Sap. VI, 8. [22] Matth. XXIII, 24. [23] Matth. XXVI, 9; Marc. XIV, 4; Joan. XII, 5. [24] Matth. XXVI, 10; Marc. XIV, 6.

(72) *Τί συνεφωνήσατε.* Videtur innuere unam unctionem, cujus causa Judas murmuravit, et quæ in domo Simonis (*Luc.* VII, 39) facta legitur, murmurante et ipso contra Dominum suscipientem: nisi oratorie, duas unctiones, velut in unam, una orationis serie cogit. Eamdem illam mulierem, et quam tres evangelistæ habent, existimat Chrysost. hom. 81 *in* XXVI *Matth.*, sed aliam a mirabili illa Maria sorore Lazari: qua de re nihil Amphilochius: obtinetque Augustini, Gregorii Magni, etc., sententia, ut et ipsa una eademque sit; colitque Ecclesia ut unam, officio ex variis locis Scripturæ, quibus et sororis Lazari et mulieris quam evangelistæ alii habent, mentio est, devotissime instructo. Unam ego Mariam dixerim, tres unctiones: vel certe duas. Videtur enim illa *Luc.* VII, 38, longe antiquior ea quam Matthæus et Marcus factam habent, sub ipsum ferme tempus passionis Dominicæ: ac nec quam D Joannes narrat, accumbente Lazaro suscitato, in ipsa, ut videtur, Lazari et sororum domo, ipsa fuerit, quæ apud Matth. et Marcum legitur in domo Simonis leprosi: quanquam multa consonantia eamdem probabilius suadeant. Habet Amphilochio proxima præfatus Chrysost. hom. *in prodit. Judæ* tom. V Ducæi. Videri potest Jansenius *Concord.* c. 48.

(73) *Λογίζ.* Montf. καὶ οὐ λογίζεται ὁ Θεὸς ἀπώλειαν· καὶ ἵνα.

(74) *Ἀπεκλείσθη.* Addit. Montf. δι' ἣν Ἀδὰμ συνεξεβλήθη, *per quam Adam simul ejectus fuerat.* Et statim: ἀλλὰ ἐλύπησε τοῦτο Ἰούδαν· εἰκότως· *Sed illud Judæ dolori fuit: jure quidem.* Rectius, ut videtur. Sed ἐπέχω ob ea quæ mox sequuntur. ὅθεν καὶ σὲ, κ. τ. λ.

(75) *Αἰνιγμάτων.* Deest apud Montf.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

tis male habuit femineus sexus : ne quis prohibeat, quo minus salvæ fiant : ne quis illi molestus sit, quæ fessos propter ipsam ab itinere super terram pedes lavit. *Nam semper pauperes habetis vobiscum* [25]. Etiam cum pauperibus me accipite. Propter vos enim, cum dives essem, factus sum pauper, ut vos mea paupertate ditaremini [26]. Me occiditis, neque accuso : me illa sepulturæ tradit, et murmuratis? *Mittens enim hæc unguentum in corpus meum, ad sepeliendum me fecit* [27]. Non pudore, Juda, suffunderis, quod hæc, cum sit peccatrix, me unguentis honoret; tu vero, qui sis apostolus, venditione injurius fis? Et mulier quidem, parat quæ spectant ad sepulturam; discipulus autem morti tradit. Peccatrix est mulier, novi : cæterum, nihil fuit præter lacrymarum fontem, quod donaret : fontem fonte benevolum faciens. Sed et unguentum, infelix, probas; qui dicas trecentorum denariorum [28] : probas autem, non ut laudes illius magnificentiam, quæ totum quod peccando divitiarum collegerat, in unguenti pretium insumpserit : sed ut murmurando ostendas, in quam dirum malum, tantum damni passus, incideris. Verum nihil magni fuerit, quod moleste feras amissos trecentos denarios, cum acceptis triginta me Dominum tuum tradideris. *Quid* enim, inquit, *vultis mihi dare, et ego eum vobis tradam* [29]? Miser! Servus Dominum vendit? Inversus est ordo. Et quidem ego proprio te sanguine a peccato redimo : tu autem ad hæc vendis, triginta obolis? Præterea vero, homo Deum vendit? Demus vero quod vendat : quis emptor? Quanti vero quis Deum emerit? Quid autem etiam rem facis vilis pretii? Sic ne, triginta quis argenteis Deum in forma humana, ut servum, ut barbarum, vendit? Saltem discernas, quanti Deum inhabitantem; quanti hominem qui paret, facis. *Quid mihi*, inquit, *vultis dare?* Tu quid vis accipere? Nam illi nihil habent dare, quod digne Deo responderit. *Et constituerunt illi*, inquit, *triginta argenteos* [30]. An quis medicum gratis curantem triginta obolis vendit? Medicum, inquam, qui cæcis dat visum : qui ad cursum claudos erigit? Hæc dico, ut te erudiam, qui molestus es mulieri, quod eum qui est inter mortuos liber [31], etiam ante mortem, velut mortuum, honore affecerit; quod sepulturæ, resurrectionisque gratiam unguento prænuntiaverit. Cæterum, tibi quidem proditionis fructus, restis manserit [32] : istius autem memoria, *ubicunque fuerit prædicatum Evangelium* [33], indeficiens erit. Dixit : sicque factum fuerit. Nam cessavit Aaron et Eleazari unguentum, cornuque desiit : at hujus alabastrum, toti ævo coextentum, inexhaustæ memoriæ fragrantiam habet.

X. Et ita quidem Judam; murmurantem autem Pharisæum hoc pacto Christus affatus est : *Simon*,

Α θρωπον; Αὐτάρκως ἔκαμε τὸ τῶν γυναικῶν γένος· μηδεὶς αὐτῶν τὴν σωτηρίαν ἐμποδιζέτω· μηδεὶς κοπούτω τὴν λούσασαν μύρῳ τοὺς πόδας τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς βαδίσαντας ἐπὶ τῆς γῆς. *Τοὺς πτωχοὺς γὰρ πάντοτε ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν.* Λάβετε κἀμὲ καὶ μετὰ πτωχῶν. Δι' ὑμᾶς γὰρ ἐπτώχευσα πλούσιος ὤν, ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐμῇ πτωχείᾳ πλουτήσητε. Ἀναιρεῖτέ με, καὶ οὐκ ἐγκαλῶ· ἐνταφιάζει με αὕτη, καὶ γογγύζετε; *Βαλοῦσα γὰρ αὕτη τὸ μύρον ἐπὶ τοῦ σώματός μου, πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με πεποίηκεν.* Οὐκ αἰδῇ οὖν, Ἰούδα, ὅτι αὕτη μὲν, ἁμαρτωλὸς οὖσα, μύροις με τιμᾷ· σὺ δὲ, ἀπόστολος ὤν, πράσει με καθυβρίζεις; Καὶ ἡ μὲν γυνὴ τὰ πρὸς τάφον ἑτοιμάζει, ὁ δὲ μαθητὴς τῷ θανάτῳ παραδίδωσιν. Ἁμαρτωλός ἐστιν ἡ γυνὴ, οἶδα· ἀλλ' οὐδὲν εἶχέ μοι χαρίσασθαι, ἢ πηγὴν δακρύων· πηγῇ τὴν πηγὴν εὐμενίζουσα. Ἀλλὰ καὶ δοκιμάζεις, ἄθλιε, τὸ μύρον, τριακοσίων δηναρίων λέγων· δοκιμάζεις δὲ, οὐχ ἵνα αὐτῆς τὴν μεγαλοψυχίαν ἐπαινέσῃς· ὅτι ὅλον τὸν ἐκ κακῶν συναχθέντα πλοῦτον εἰς τιμὴν μύρου κατανάλωσεν· ἀλλ' ἵνα γογγύζων δείξῃς, ὡς ἀπεύκτῳ περιέπεσας κακῷ, τοσοῦτον ζημιωθείς. Ἀλλ' οὐ μέγα εἰ τριακοσίων δηναρίων στέρησιν δυσχεραίνεις, ὅπου γε τριάκοντα λαβὼν, ἀπέδου με τὸν Κύριον. *Τί γὰρ, φησὶ, θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν.* Ἄθλιε! Δοῦλος Δεσπότην πωλεῖ; Ἀντέτραπται ἡ τάξις· καὶ ἐγὼ μὲν σὲ τῆς ἁμαρτίας τῷ οἰκείῳ ὠνοῦμαι αἵματι, σὺ δὲ μὲ τριάκοντα ἐπεμπωλεῖς ὀβολῶν; Εἶτα δὲ (76) ἄνθρωπος Θεὸν πωλεῖ; Δεδόσθω δὲ, ὅτι πωλεῖ· τίς ὁ ὠνούμενος; πόσου δέ τις ἀγοράσει Θεόν; τί δὲ καὶ εὔωνον ποιεῖς τὸ πρᾶγμα; τριάκοντά τις ἀργυρίων Θεὸν πωλεῖ ἐν ἀνθρώπου μορφῇ, ὡς οἰκέτην, ὡς βάρβαρον; κἂν διάκρινον, πόσου μὲν τὸν ἐνοικοῦντα Θεὸν, πόσου δὲ τὸν φαινόμενον ἄνθρωπον· *Τί μοι, φησὶ, θέλετε δοῦναι.* Σὺ τί θέλεις λαβεῖν· ἐκεῖνοι γὰρ οὐδὲν ἔχουσι δοῦναι ἀντάξιον Θεοῦ. *Καὶ ἔστησαν αὐτῷ, φησὶ, τριάκοντα ἀργύρια.* Τριάκοντα ὀβολῶν ἄμισθόν τις ἰατρὸν πωλεῖ; ἰατρὸν τυφλοὺς ὀμματοῦντα, χωλοὺς πρὸς δρόμον ἐγείροντα. Ταῦτα λέγω, ἵνα σου κατηχήσω τὴν διάνοιαν, ὅτι κόπους παρέχεις τῇ γυναικί· ὅτι τὸν ἐν νεκροῖς ἐλεύθερον, καὶ πρὸ τοῦ θανάτου ὡς νεκρὸν ἐτίμησεν· ὅτι διὰ τοῦ μύρου, τῆς ταφῆς, καὶ τῆς ἀναστάσεως τὴν χάριν προεσήμανεν. Ἀλλὰ Β C D σὺ μὲν καρπὸν τῆς προδοσίας τὸν σχοῖνον ἔξεις· ταύτης δὲ ἡ μνήμη, *ὅπου ἂν κηρυχθῇ τὸ Εὐαγγέλιον*, ἀνεξάλειπτός ἐστιν. Εἶπε, καὶ ἐγένετο ἔργον οὕτως. Ὅτι τὸ τοῦ Ἀαρὼν, τὸ τοῦ Ἐλεάζαρ πέπαυται μύρον, καὶ τὸ κέρας ἤργησε. Τὸ δὲ ἀλάβαστρον ταύτης παντὶ τῷ αἰῶνι συνεπεκτείνεται, ἀκένωτον ἔχον τῆς μνήμης τὴν εὐωδίαν.

Ι'. Ἀλλὰ πρὸς μὲν τὸν Ἰούδαν οὕτω, πρὸς δὲ τὸν Φαρισαῖον γογγύζοντα Χριστὸς οὕτως ἔλεγε. *Σίμων*,

[25] Matth. xxvi, 11. [26] II Cor. viii, 9. [27] Matth. xxvi, 12. [28] Marc. xiv, 5. [29] Matth. xxvi, 15. [30] ibid. [31] Psal. lxxxvii, 6. [32] Matth. xxvii, 5. [33] Matth. xxvi, 13.

(76) *Εἶτα δέ.* Montf. εἰ δέ.

Digitized by Google Распознавание текста

ἔχω σοί τι εἰπεῖν. Ὦ χάριτος ἀφάτου! Ὦ φιλανθρωπίας ἀῤῥήτου! Θεὸς καὶ ἄνθρωπος κοινολογοῦνται, καὶ προτίθησι πρόβλημα, κανόνα φιλανθρωπίας, ἐκλύων αὐτοῦ τὴν πονηρίαν. *Σίμων*, γάρ, φησίν, *ἔχω σοί τι εἰπεῖν* δ μηδενὶ τῶν παλαιῶν εἶπον, οὐ πατριάρχῃ, οὐ προφήτῃ, οὐ νομοθέτῃ. Τότε μὲν γάρ, *ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος* ἐζήτουν, τὸ δίκαιον ἀπαιτῶν· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ δύνασθε φέρειν τὸ δίκαιον, χάριν ἀντεισάγω τῷ νόμῳ, καὶ ἀλάλητόν σοι μυστήριον ἐρῶ. *Ὁ δέ φησι· Διδάσκαλε, εἰπέ. Δύο χρεωφειλέται ἦσαν ἑνὶ ἀνδρί.* Ὅρα Θεοῦ σοφίαν. Ἀποσιωπᾷ τὴν γυναῖκα, ἵνα μὴ κακουργήσῃ περὶ τὴν ἀπόκρισιν. *Ὁ εἷς*, φησίν, *ὤφειλε δηνάρια πεντακόσια· ὁ δὲ ἕτερος, πεντήκοντα.* Φοβερὸς τοῦ διηγήματος ὁ τρόπος. Γραμματεῖόν ἐστιν ὁ ἡμέτερος βίος, ἀοράτως γράφων καὶ λογισμοὺς, καὶ πράξεις, καὶ ὀφθαλμῶν ῥεμβασμοὺς, καὶ ψυχῆς κινήματα· ἀλλὰ λύει τὸν φόβον ὁ φιλάνθρωπος δανειστὴς, ὁ τὰ χειρόγραφα διαῤῥήσσων τῆς ἁμαρτίας· καὶ οὐ μόνον διαῤῥήσσων, ἀλλὰ καὶ λεαίνων (77) τοῖς ὕδασι τοῦ βαπτίσματος, ἵνα μὴ ἴχνος στοιχείου ἢ συλλαβῆς ὑπομείναν, ὑπόμνημα γένηται τῶν παρῳχηκότων κακῶν. *Μὴ ἐχόντων* οὖν, φησίν, *αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο.* Εἶδες φιλάνθρωπον δανειστήν; Πῶς δανείζει μὲν, οὐκ ἀπολαμβάνει δέ; Πῶς δὲ ἀγνωμονούμενος οὐ ναρκᾷ· ἀλλ' ἥπλωται αὐτοῦ τοῖς αἰτοῦσιν ἡ χείρ; *Μὴ ἐχόντων*, φησὶν, *ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο.* Ἀφῆκε μὴ ἐχόντων (78)· οὐχὶ μὴ θελόντων. Ἕτερον γὰρ μὴ ἔχειν, καὶ ἕτερον μὴ θέλειν. Οἷόν τι λέγω· Θεὸς οὐδὲν παρ' ἡμῶν ζητεῖ, ἢ μετάνοιαν. Ὅθεν βούλεται ἡμᾶς ἀεὶ χαίρειν, καὶ προστρέχειν τῇ μετανοίᾳ. Ἐὰν μὲν θελόντων ἡμῶν μετανοῆσαι, τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν ἄτονον τὴν μετάνοιαν ἡμῶν δείξῃ· οὐ παρὰ τὸ μὴ θέλειν, ἀλλὰ παρὰ τὸ μὴ ἔχειν, οὐκ ἐκτίνομεν τὸ χρέος. Διὰ τοῦτο οὖν λέγει, *Μὴ ἐχόντων αὐτῶν*· ἵνα δείξῃ ὅτι ἰδὼν αὐτοὺς βουλομένους μὲν διὰ μετανοίας ἀποδοῦναι τὸ χρέος, μὴ δυναμένους δὲ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν, ὡς φιλάνθρωπος, αὐτοῖς συνεχώρησε, οὐκ ἀπὸ πράξεως, ἀλλ' ἀπὸ προαιρέσεως ἐλευθερῶσαι τῆς ὀφειλῆς τὸ ὑπόχρεον. *Μὴ ἐχόντων* οὖν *αὐτῶν ἀποδοῦναι*· μὴ μαστίξας, μὴ ὑβρίσας, μὴ στρεβλώσας, *ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο*

habeo tibi aliquid dicere. O ineffabilem gratiam! O inexplicabilem humanitatem! Communem Deus cum homine sermonem miscet: problemaque et quæstionem, regulam humanitatis proponens, illius malitiam dissolvit. *Simon* enim, inquit, *habeo tibi aliquid dicere;* quod nulli veterum dixi: non patriarchæ, non prophetæ, non legislatori. Tunc quidem, quærebam *oculum pro oculo, dentem pro dente* [a]: quod justum est, exigens. Quia vero non potestis ferre quod est justum; loco legis gratiam induco, tibique inenarrabile sacramentum dico. *At ille ait: Magister, dic. Duo erant debitores obstricti uni viro.* Vide Dei sapientiam. Reticet mulierem, ut ne ad responsionem subdole cavilletur. *Unus*, inquit, *debebat denarios quingentos, et alius quinquaginta.* Terribilis narrationis species. Est libellus humana vita, inaspectabili ratione et cogitatus et actiones et oculorum vagos ictus motusque animi perscribens. Solvit nihilominus metum benignus creditor, is, inquam, qui disrumpit chirographa peccati: nec disrumpit solum, verum etiam delet aquis baptismi, ut ne elementi aut syllabæ superstes vestigium, malorum præteritorum monumentum fiat. *Non habentibus* ergo, inquit, *illis unde redderent, donavit utrisque.* Vidistin' creditorem humanum? Ut quidem feneretur, sed non recipiat? Ut etiam erga ingratos non torpeat, sed habeat rogantibus apertam manum? *Non habentibus*, inquit, *unde redderent, utrisque donavit.* Dimisit iis qui non haberent: non ita, qui nollent. Nam est aliud non habere, et aliud nolle. Ut puta: Nihil Deus a nobis, præter pœnitentiam exigit. Quare vult ut semper gaudeamus, et curramus ad pœnitentiam. Si ergo, dum volumus pœnitentiam agere, peccatorum ingens numerus viribus infirmam et inefficacem pœnitentiam fecerit; non solvimus debitum, non quia nolimus, sed quia non habemus. Propterea igitur dicit, *Non habentibus illis:* ut ostendat, quod videns, velle debitum per pœnitentiam reddere, nec peccatorum multitudine velut obrutos, posse; concesserit ipse ut misericors, ut ab hujus se debiti reatu, non ab actione, sed a proposito animi eximerent. *Non habentibus* ergo *illis unde redderent:* non flagellis adhibitis, non contumeliam irrogans, non subjiciens tormentis, *donavit utrisque.*

ΙΑ'. *Τίς οὖν αὐτὸν ὀφείλει πλέον ἀγαπῆσαι; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Σίμων εἶπεν· Ὑπολαμβάνω, ὅτι ᾧ τὸ πλεῖον ἐχαρίσατο.* Βλέπε τοῦ Φαρισαίου τὸ δεινόν. Ὡς οἶδεν ἑαυτὸν τῷ λόγῳ ἤδη τῆς ἀληθείας ἀποκλειόμενον, τὸ *Ὑπολαμβάνω* τέθεικε, φοβούμενος

XI *Quis ergo plus eum debet amare? Respondens Simon dixit: Æstimo quia is cui plus donavit.* Vide Pharisæi genium atque solertiam. Ut jam se vidit sermone veritatis exclusum, illud *Æstimo*, posuit; veritus dare absolutam responsionem. Porro

[a] Exod. xxi, 24.

(77) *Λεαίνων.* Montf. λαβαίνων. Unde Boisius in notis Savilii legendum putabat ἀφανίζων vel ἀπαλείφων. Ipse autem Montfauconius, quid, inquit, si dicamus hanc vocem medii ævi a Græculo usurpatam, ex Latino verbo *lavo* factam, inde λαβαίνων, *lavans* efformatum? Sed utriusque viri docti conjecturam elidit exemplaris Combefisiani proba lectio. Hic vero respexisse videtur sanctus Pater ad locum Coloss. II, 14.

(78) *Ἀφῆκε μὴ ἐχ. Dimisit iis qui non haberent; non ita, qui nollent.* Accedente libero consensu promptaque voluntate satisfaciendi, quæ Deo accepta est secundum quod habet, nunquam illi pauper, modo se divitem semper velit, ut ipsi donet.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Dominus non est scrutatus mentem : sed responsum rapiens, ait illi : *Recte judicasti. Et conversus ad mulierem, dixit Simoni : Vides hanc mulierem?* peccatricem illam, tibi quidem desperatam, sed mihi factam salvam? *Intravi in domum tuam.* Tua enim domus est, non mea; quæ est plena contumelia. *Aquam pedibus meis non dedisti :* pedibus, inquam, tui causa pulvere conspersis; pedibus labore fatigatis, ut eos qui laborant et sunt onerati, laboribus et molestia liberarem [35]. Dimidiatum honorem obtulisti : qui superiora quidem sis admiratus, inferiora autem non foveris. At tu quidem, *aquam pedibus meis non dedisti;* hæc autem lacrymarum fontes ab oculis mittens, peccati sui maculam abstersit. *Mihi tu osculum non dedisti;* atque utinam nec Judas, qui osculo proditionem patravit : *Hæc autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. — Oleo caput meum non unxisti; Oleum* enim *peccatoris non impinguet caput meum* [36]. Quomodo enim poterat capiti habere honorem, qui pedes neglexerat? *Hæc autem etiam pedes unxit unguento. — Oleum* enim, inquit, *evacuatum nomen tibi* [37]. Evacuatum et exhaustum; non effusum. Nam quia vas Judaici animi supputre erat, idcirco ex alabastrite vestra in pedes meos fuit evacuatum unguentum, ut per me fragrantia gratiæ derivaretur in gentes. *Propter quod dico tibi : Remittuntur ei peccata multa :* quod tu quidem, eodem tecto susceptum, neque osculo honoraveris, neque unguento foveris : hæc autem, multis ejus malis oblivioni traditis, honoraverit : velut duplici cratere temperato, ex lacrymis et unguentis.

τελείαν τὴν ἀπόκρισιν δοῦναι. Ὁ δὲ Κύριος, οὐ τὴν γνώμην αὐτοῦ ἐξήτασεν, ἀλλὰ τὴν ἀπόκρισιν ἁρπάσας, λέγει αὐτῷ· *Ὀρθῶς ἀπεκρίθης. Καὶ στραφεὶς πρὸς τὴν γυναῖκα, τῷ Σίμωνι ἔφη· Βλέπεις ταύτην τὴν γυναῖκα* τὴν ἁμαρτωλόν; τὴν σοὶ μὲν ἀπηγορευμένην, ἐμοὶ δὲ σωζομένην; *Εἰσῆλθον εἰς τὸν οἶκόν σου.* Σὸς γὰρ ὁ οἶκος, καὶ οὐκ ἐμός· ὁ λοιδορίας μεστός. *Ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας μου οὐκ ἔδωκας·* πόδας, τοὺς διὰ σὲ κονισθέντας· τοὺς τὸν κόπον ὑπομείναντας, ἵνα κόπων τοὺς κοπιῶντας καὶ πεφορτισμένους ἐλευθερώσωι. Ἐξ ἡμισείας τὴν τιμὴν προσήνεγκας, τὰ μὲν ἄνωθεν θαυμάσας, τὰ δὲ κάτωθεν μὴ θεραπεύσας (79). Ἀλλὰ σὺ μὲν *ὕδωρ εἰς τοὺς πόδας μου οὐκ ἔδωκας·* αὕτη δὲ πηγὰς δακρύων ἐκ τῶν βλεφάρων ἀφεῖσα, τῆς ἁμαρτίας αὐτῆς τὸν ῥύπον ἀπέσμηξε. *Σύ μοι φίλημα οὐκ ἔδωκας·* ὡς εἴθε μή τε Ἰούδας, ὁ φιλήματι τὴν προδοσίαν ἐργασάμενος. *Αὕτη δὲ ἀφ' ἧς εἰσῆλθεν* (80), *οὐ διέλειπε καταφιλῆσαί μου τοὺς πόδας. Ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου οὐκ ἠλειψας· Ἔλαιον* γὰρ *ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου.* Πῶς γὰρ (81) εἶχε τὴν κεφαλὴν τιμῆσαι, ὁ ποδῶν ἀμελήσας; *Αὕτη δὲ καὶ τοὺς πόδας ἤλειψε μύρῳ. Μύρον* γὰρ, φησὶν, *ἐκκενωθὲν δέδομά σοι.* Ἐκκενωθὲν, οὐκ ἐκχυθέν. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ σκεῦος τῆς Ἰουδαϊκῆς γνώμης ὑπόσαθρον ἦν, διὰ τοῦτο ἐκ τῆς ἀλαβαστροθήκης ὑμῶν, ἐν τοῖς ποσί μου ἐξεκενώθη τὸ μύρον· ἵνα δι' ἐμοῦ εἰς τὰ ἔθνη μετοχετεύθη τῆς εὐωδίας ἡ χάρις. *Οὗ χάριν λέγω σοι· Ἀφέωνται αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι αἱ πολλαί·* ὅτι σὺ μὲν ὁμορρόφιόν με δεξάμενος, οὐδὲ φιλήματι ἐτίμησας, οὐδὲ ἀλείμματί με ἐθεράπευσας, αὕτη δὲ πολλῶν κακῶν ἀμνηστίαν λαβοῦσα, ἐτίμησέ με, ἐκ δακρύων καὶ μύρων, οἱονεὶ δυφυῆ κερασαμένη.

XII. Beatam igitur feminam prædicemus, quæ mala Evæ obtegit : peccatricem illam, illam meretricem, illam bonorum conciliatricem, cui judex ipse advocatus fuit : quæ lacrymis vicit judicii luctum. Quotquot adestis, quæ audistis æmulamini; atque meretricis non voluptatem imitamini, sed lamentum. Voluptas quidem parens lamenti et luctus fuit; luctus autem malis exitum conciliavit. Corpus itaque vestrum non aqua abluite, sed lacrymis· membra ungite, non unguentis, sed castitate.

ΙΒ'. Μακαρίσωμεν οὖν τὴν ἄνθρωπον, τὴν τὰ Εὔας καλύψασαν κακὰ, τὴν ἁμαρτωλὸν, τὴν πόρνην, τὴν πρόξενον τῶν ἀγαθῶν, τὴν αὐτὸν τὸν κριτὴν συνήγορον ἐσχηκυῖαν, τὴν δάκρυσι νικήσασαν τὸν τῆς κρίσεως ὀδυρμόν. Ὅσοι πάρεστε, ζηλώσατε ἅπερ ἠκούσατε· καὶ τῆς πόρνης μὴ τὴν ἡδονὴν, ἀλλὰ τὸν θρῆνον μιμήσασθε. Ἡ ἡδονὴ μὲν γὰρ τὸν θρῆνον ἐγέννησεν· ὁ θρῆνος δὲ, τῶν κακῶν τὴν λύσιν προεξένησε. Λούσατε οὖν ὑμῶν μὴ ὕδασιν, ἀλλὰ δάκρυσι τὸ σῶμα· ἀλείψατε μὴ μύροις, ἀλλ'

[35] Matth. xi, 28. [36] Psal. cxl 5. [37] Cant. i, 2.

(79) *Τὰ μὲν ἄνωθεν θαυμάσας· τὰ δὲ κάτωθεν μὴ θεραπεύσας. Qui superiora quidem sis admiratus, inferiora autem non foveris.* Qui ut prophetam quidem et sapientem honorifice exceperis convivio, et honeste habueris : pedes autem meos et infima corporis, non obsequio foveris; nihil enim aliud τὰ ἄνωθεν, καὶ κάτωθεν hoc loco voluerint.

(80) *Ἀφ' ἧς εἰσῆλθεν.* Habent modo Græca εἰσῆλθον· quomodo Jansenius putat legendum, et ait habere multos antiquos codices, prima persona : *Ex quo intravi.* Sensus tamen incommodus est; non enim tam festine videtur mulier illa secuta Dominum, ut statim atque ingressus est, potuerit ejus pedes abluere, maxime quia non abluit nisi recumbentis : est autem verisimile, ut ingressus exceptus- D que velut propheta, prius quam se cibo corruptibili pascendum composuisset, multis ipse verbis sacris cœlestique epulo hospitem suum paverit. Fuerit ergo credibilius, interpretem nostrum correctiorem nactum codicem, et qualis Amphilochio fuit, in quem τὸ εἰσῆλθον loco τοῦ εἰσῆλθεν facili permutatione ac mala lectione irrepserit : quam ut Latinus aliquis offensus dicti difficultate, τὸ, *Intravi*, mutatum voluerit in *intravit*, quare illud merito Syxtina retinuerunt.

(81) *Πῶς γὰρ*, κ. τ. λ. *Quomodo poterat capiti honorem habere, qui*, etc. Acute perstringit, et indicat in pedibus Jesu spretos pauperes et fratres, quos qui spernit, capiti Jesu ejusque divinitati, etsi ita arbitretur, honorem non tribuit. Sic Joannes de dilectione arguit.

Digitized by Google Распознавание текста

ἐγνείᾳ τὰ μέλη. Ἐνδύσασθε οὐ τὰ Σηρῶν ὑφάσματα, ἀλλὰ τὸ ἄφθαρτον τῆς σωφροσύνης ἱμάτιον, ἵνα τῆς αὐτῆς τύχητε δόξης· δόξαν ἀναπέμποντες τῷ Ἀμνῷ τοῦ Θεοῦ, τῷ αἴροντι τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· ᾧ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις, σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν. A

Induimini, non vestes sericas, sed incorruptibile temperantiæ indumentum, ut parem gloriam consequamini, gloriam submittentes Agno illi Dei, qui tollit peccatum mundi [38]: cui gloria honorque et adoratio, cum Patre et Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΛΟΓΟΣ Ε'.

Εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἁγίου Σαββάτου (82).

Α'. Ἐπιτάφιον ἑορτὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἑορτάζομεν σήμερον. Καὶ ὁ μὲν, παρὰ τοῖς νεκροῖς κάτω τοῦ θανάτου τὰ δεσμὰ διαλύων, καὶ φωτὸς τὸν ᾅδην πληρῶν, καὶ ἀφυπνίζων τοὺς κεκοιμημένους· ἡμεῖς δὲ χορεύομεν ὑπὲρ γῆν, τὴν ἀνάστασιν φανταζόμενοι, καὶ οὐ δεδοίκαμεν τὴν φθοράν, μὴ κατισχύσῃ τῆς ἀφθαρσίας. *Οὐ δώσεις* γάρ, φησὶ, *τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν*. Καὶ ἴσως ἡμῶν τὴν φιλοσοφίαν γελῶσιν Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες· οἱ μὲν ἕτερον Χριστὸν προσδεχόμενοι, οἱ δὲ τάφοις ἐναποκλείσαντες αὐτῶν τὰς ἐλπίδας, περὶ ὧν εἰκότως ὁ προφήτης φησίν· *Οἱ τάφοι αὐτῶν οἰκίαι αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα*. Ἀλλ' οἱ μὲν γελῶντες στενάξουσι (στενάξουσι γὰρ ὕστερον, *ὁρῶντες εἰς ὃν ἐξεκέντησαν* καὶ ἐνύβρισαν)· ἡμεῖς δὲ δακρύοντες, ἡδονῇ τὸ πάθος κεράσωμεν. Ἥρπασεν ὁ θάνατος τὸν Δεσπότην Χριστόν; ἀλλ' οὐ καθέξει παρ' ἑαυτῷ τὴν ζωήν. Κατέπιε; κατέπιεν ἀγνοήσας, ἀλλ' ἐξέμεσε (83) πολλοὺς σὺν αὐτῷ. Ἐκὼν κατέχεται νῦν, μετὰ ταύτην τὴν ἡμέραν σκυλεύσας τὸν ᾅδην ἀνίσταται. Χθὲς ἐμαύρωσε τὸν ἥλιον σταυρωθεὶς, καὶ μεσούσης ἡμέρας ἐπεισῆλθε νύξ· σήμερον ὁ θάνατος παραλύεται, ξένον νεκρὸν εἰσδεξάμενος· χθὲς ἐπένθησεν ἡ κτίσις τὴν τῶν Ἰουδαίων μανίαν ὁρῶσα, καὶ στολὴν πενθικὴν τὸ σκότος ἐνεδύσατο· σήμερον λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει φῶς εἶδε μέγα. Χθὲς ἐδονήθη ἡ γῆ, καὶ περὶ φυγῆς ἐβουλεύετο, καὶ διαστῆναι τοῖς ἐνοικοῦσιν ἠπείλει, καὶ τὰ μὲν ὄρη ἐκόπτοντο, ἐσχίζοντο δὲ αἱ πέτραι, γυμνὸς δὲ ἦν ὁ ναὸς, καθάπερ ἔμπνους, τὸ ἱμάτιον διαῤῥήξας, δι' ὧν ἔπαθε δεικνὺς ὡς ἐβεβηλώθη τὰ ἅγια. Τὰ ἄψυχα τοῦ τολμήματος ἦσθετο, οἱ δὲ ταῦτα τολμῶντες ἀναισθήτους εἶχον ψυχάς. Ἠγανάκτει τὰ στοιχεῖα, καὶ μικροῦ τὴν τάξιν ἀπέλιπε, καὶ σύγχυσιν εἰργάσατο τοῦ παντὸς, εἰ μὴ τοῦ Δημιουργοῦ τῆς βουλήσεως ἦσθετο, ὅτι μὴ ἄκων ὑβρίζετο. B C

ORATIO V.

In diem Sabbati sancti.

I. Sepulcrale festum Servatoris nostri hodie frequentamus. Et ipse quidem apud inferos mortis vincula dissolvit, luce sua infernum implet, et dormientes a somno excitat; nos vero læti exsultamus super terram, resurrectionem ipsius nobis cogitatione ob oculos statuentes, neque corruptionem jam metuimus; ne ea, quam incorruptibilitas, plus possit. *Non dabis* enim, inquit Scriptura, *sanctum tuum videre corruptionem* [39]. Et fortassis philosophiam hanc nostram Judæi et Græci irrident; illi quidem alium Christum exspectantes: hi vero sepulcris spes suas includentes, de quibus apposite propheta ait: *Sepulcra eorum, domus ipsorum in sæculum* [40]. Cæterum isti nunc corridentes, gement aliquando (gement, inquam, aspicientes in quem confixerunt [41], et injuriis affecerunt); nos vero lacrymantes, passionem hanc lætitia temperabimus. Rapuit mors Dominum nostrum Christum; sed non retinebit apud se vitam. Devoravit ipsum inscia, sed evomuit multos cum ipso. Volens nunc detinetur: sed crastino die, spoliato inferno, resurget. Heri crucifixus solem obscuravit, et die adhuc media nox incubuit; hodie mors vim suam amittit, novum quemdam mortuum in se suscipiens. Heri rerum fabrica luxit, Judæorum furorem videns, et mœstitiæ vestimentum sibi tenebras induit: hodie populus in tenebris sedens vidit lucem magnam [42]. Heri terra commota, velut de fuga consilium iniit; debiscere inhabitantibus comminata: montes abscissi, petræ scissæ, nudum templum conspectum, quod perinde ac si vivum esset, vestem dirupit: per ea quæ sibi accidebant, sacra temerata esse contendens. Et animæ quidem vitæque expertia tantum facinus senserunt: at qui id ausi, animas omni sensu carentes habuerunt. Dolebant elementa, et parum aberat, quin, ordinem stationemque desererentia, confusionem inducerent universi, nisi voluntatem conditoris percepissent, videlicet ipsum non invitum pati.

Β'. Ὢ καινῶν καὶ παραδόξων πραγμάτων! Ξύλῳ τείνεται ὁ λόγῳ τείνας τὸν οὐρανόν· καὶ δεσμοῖς περιβάλλεται, ὁ δήσας ψάμμῳ τὴν θάλασσαν· ποτίζεται χολὴν, ὁ τὰς πηγὰς μέλιτος χαρισάμενος· καὶ στεφανοῦται ἀκάνθαις, ὁ τὴν γῆν στεφανώσας τοῖς ἄνθεσι· καὶ τύπτεται μὲν καλάμῳ τὴν κεφαλὴν, D

II. O res novas atque inopinatas! Ligno extenditur, qui verbo cœlum tetenderat; vinculis circumdatur, qui mare arenis alligaverat; felle potatur, qui mellis fontes fuerat largitus; spinis coronatur, qui terram floribus coronaverat; calamo caput verberatur, qui Ægyptum olim decem plagis per-

[38] Ioan. I. 29. [39] Psal. XV 10. [40] Psal. XLVIII. 12. [41] Zach. XII, 10. [42] Isa. IX, 2.

(82) Excripsimus editam a Pantino ex bibliotheca Thuana, ut est tota usibus publicis devota: nactique Regium codicem, nihil pæne diversum aut mutatum, exacta collatione occurrit. Est oratio quo brevior, eo cultior, vere nobilissimum consummatissimi ingenii monumentum. Pantini versionem ut suis numeris absolutam, vix uno aut alio nævulo, retinuimus.

(83) *Ἐξέμεσε*. Ms. ἐξεμέσει.

Digitized by Google Распознавание текста

cusserat, caputque Pharaonis undis operuerat; conspuitur ejus vultus, quem cherubim intueri non sustinent. Atque hæc talia cum pateretur, pro se crucifigentibus comprecabatur, dicens : *Pater, dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt* [45]. Bonitate malitiam vincit. Defensionem instituit Christus pro Christi homicidis, salutem eorum studiose captans. Diluit crimen, ignorantiam causatus. Non acerbe fert, vesaniæ ipsorum ludibrium factus. Tolerat temulentiam, suaque in genus humanum propensione, eosdem ad resipiscendum vocat. Quid pluribus? Nullo e bonitate ipsius fructu percepto, sepulcro includunt, quem nulla rerum universarum quæ exsistunt, in se continere queat. Signacula apponunt, nostram liberationem custodientes : et resurrectionem metuentes ad sepulcrum milites custodes statuunt. Quis unquam vidit mortuum custoditum? Aut potius, quis vidit mortuum bello impetitum? quis audivit vitæ exitum cuipiam inductum, et timore auctores afficientem? quis non de inimico sollicitus esse desiit, postquam animam ipsius absumsit? quis non inimicitiam dissolvit, morte adversarii satiatus? Quid quem de medio sustulisti, adhuc horres, Judæe? quid metuis quem occidisti? quid formidas e vivis egressum? quid times enectum? quid te discruciat quem crucifixisti? Cædes ipsa tibi securitatem promittit. Bono animo esto. Si nudus homo, qui mortuus est, non utique resurgit; si nudus homo, recte in crucem egisti; si nudus homo, non verum restat quod dixit : *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud* [46]. Si nudus homo, morte detinetur; si nudus homo, quid sepulcrum consignas? Exspecta diem tertium, et videbis insaniæ tuæ confutationem. Desine frustra laborare, et videbis rerum eventum. Desine contra veritatem furere. Desine Deo bellum inferre, inferensque te ipsum vulnerare. Desine solem justitiæ injuriis afficere, existimans te ejus radios exstinguere. Desine, inquam; nec fontem vitæ obstruere contendas. Desine præfectos fatigare. Desine de custodia verba facere. Desine mendacium tibi commercari, et armatos commovere. Ne frustra nitaris ne ad impietatem impensam facias, ne contra Deum tibi victoriam fingas. Ne militibus, ut alia pro aliis referant, mercedem tribuas. Ne turbam ad sepulcrum excubare facias. Ne in armis tuis fiduciam habeas. Armis resurrectio non prohibetur, non impeditur signaculis, non coercetur militibus, non surripitur pecuniis, sed fide obtinetur. Non vidisti Lazarum nuper mortem instar somni excutientem? Non vidisti quomodo cum fasciis ipsis gradiebatur, vocem, *Veni foras* [47], simul audivisset? Non vidisti quomodo mortuus vocantis jussum fuerit secutus, vinculorum nexu minime ipsum cohibente? Non vidisti quomodo morte jam solutum

ὁ πατάξας τὴν Αἴγυπτον ταῖς δέκα πληγαῖς, καὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ Φαραὼ καλύψας τοῖς ὕδασιν. Ἐμπτύεται τὸ πρόσωπον ὃ ἰδεῖν οὐ φέρει τὰ Χερουβίμ. Ταῦτα δὲ πάσχων, ὑπὲρ τῶν σταυρούντων προσηύχετο, λέγων· *Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν.* Ἀγαθότητι τὴν κακίαν νικᾷ. Ἀπολογεῖται ὑπὲρ τῶν χριστοκτόνων, εἰς σωτηρίαν αὐτοὺς σαγινεύων. Λύει τὸ ἔγκλημα, τὴν ἄγνοιαν αἰτιώμενος. Οὐ χαλεπαίνει τῆς ἐκείνων παροινίας γινόμενος παίγνιον. Δέχεται τὴν μέθην, καὶ φιλανθρωπίᾳ καλεῖ πρὸς μετάνοιαν. Τί δεῖ λέγειν τὰ πλείῳ; Οὐδὲν τῆς ἀγαθότητος ἀπωνάμενοι, ἐγκλείουσι τάφῳ ὃν οὐδὲν τῶν ὄντων χωρεῖ· καὶ σήμανθρα ἐπιτιθέασιν, ἡμῶν τὴν σωτηρίαν φυλάττοντες· καὶ δεδιότες τὴν ἀνάστασιν, στρατιώτας φύλακας ἐφιστῶσι τῷ μνήματι. Τίς εἶδε νεκρὸν φυλαττόμενον; μᾶλλον δὲ τίς εἶδε νεκρὸν πολεμούμενον; τίς ἤκουσε τελευτὴν ἀμφιβαλλομένην (84), καὶ δέος ἐμποιοῦσαν τοῖς ἐργασαμένοις; τίς οὐκ ἐπαύσατο πρὸς ἐχθρὸν τὴν ψυχὴν ἀφειλάμενος; τίς οὐ κατέλυσεν ἔχθραν ἀρκεσθεὶς θανάτῳ τοῦ δυσμενοῦς; Τί ὃν ἀνήλωσας δειλειᾷς, ὦ Ἰουδαῖε; τί φοβῇ ὃν ἀπέκτεινας; τρέμεις τὸν μεταστάντα; τί δέδοικας τὸν ἀναιρεθέντα; τί ὃν ἐσταύρωσας ἀγωνιᾷς; Ἔχεις ἀπὸ τῆς σφαγῆς ἀσφάλειαν. Θάρρει. Εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ τεθνηκὼς, οὐκ ἀνίσταται· εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος, καλῶς ἔπηξας τὸν σταυρόν· εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἀληθεύει, *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον*, εἰπὼν, *καὶ ἐν τρισὶ ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.* Εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος, τῷ θανάτῳ κατέχεται· εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος, τί τὸν τάφον σφραγίζεις, ἀνόητε; Περίμεινον τὴν τρίτην ἡμέραν, καὶ ὄψει τῆς σεαυτοῦ μανίας τὸν ἔλεγχον. Παῦσαι περιεργαζόμενος, καὶ θεάσῃ τῶν πραγμάτων τὴν ἔκβασιν. Παῦσαι λύττων κατὰ τῆς ἀληθείας. Παῦσαι Θεῷ πολεμῶν, καὶ τῷ πολεμεῖν κατατιτρώσκων σαυτόν. Παῦσαι τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ὑβρίζων, καὶ νομίζων τὰς ἀκτῖνας ἐκείνου σβεννύειν. Παῦσαι τὴν πηγὴν τῆς ζωῆς προσχῶσαι φιλονεικῶν. Παῦσαι ἄρχουσιν ἐνοχλῶν, καὶ περὶ φρουρᾶς διαλεγόμενος. Παῦσαι τὸ ψεῦδος ὠνούμενος, καὶ τοὺς ὁπλίτας κικκῶν. Μὴ κάμῃς ἀνόνητα· μὴ εἰς ἀσέβειαν ἀναλώσῃς τὰ σὰ, καὶ κατὰ Θεοῦ φαντάζου τὴν νίκην. Μὴ δῶς μισθὸν στρατιώταις ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων εἰπεῖν. Μὴ παρακοιμίσῃς τὸν ὄχλον τῷ μνήματι. Μὴ θαρρήσῃς τοῖς ὅπλοις. Ὅπλοις ἀνάστασις οὐ κωλύεται· οὐκ ἐμποδίζεται ταῖς σφραγίσιν, οὐκ εἴργεται στρατιώταις, οὐ κλέπτεται χρήμασιν, ἀλλὰ πίστει. Μὴ οὐκ εἶδες τὸν Λάζαρον πάλιν καθάπερ ὕπνον τὸν θάνατον ἀποσεισάμενον; Εἶδες πῶς σὺν αὐταῖς κηρίαις ἐβάδιζε, τὸ *Δεῦρο* ἀκούσας; Εἶδες πῶς ἠκολούθησε τῷ προστάγματι ὁ νεκρὸς, καὶ ὁ δεσμὸς οὐκ ἐκώλυσεν; Εἶδες πῶς ἥρμοσεν ἡ φωνὴ τῷ τὸν διαλυθέντα θανάτῳ; Ὁ ἐκεῖνα δυνηθεὶς, καὶ ταῦτα δυνήσεται· ὁ τὸν δοῦλον ἀναστήσας, αὐτὸς πολλῷ μᾶλλον ἐγείρεται. Ὁ ζωογονήσας τὸν σεσηπότα, οὐκ

[45] Luc. XXIII, 34. [46] Joan. II, 19. [47] Joan. XI, 43.

(84) Forte ἀναμφιβ.

ἐέπει νεκρὸν ἑαυτόν. Ἀλλὰ γὰρ ἡ τυφλότης τῶν Ἰουδαίων πολλὴ, καὶ ὁρῶσα τὰ θαύματα, οὐχ ὁρᾷ. *Ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ οὐ βλέπουσιν· ὦτα ἔχουσι, καὶ οὐκ ἀκούουσιν. Ὁ Θεὸς γὰρ τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰς καρδίας αὐτῶν, πρὸς τὸ μὴ καταυγάσαι αὐτοῖς τὸ Εὐαγγέλιον τῆς δικαιοσύνης.* Ἀλλ' ἐκείνους μὲν τέως ἐάσωμεν τῇ ἀπιστίᾳ· ἡμεῖς δὲ λέγωμεν μετὰ τῶν περὶ Μαριὰμ τὴν πιστὴν, κατὰ διάνοιαν ἀναπλάττοντες ἑαυτοῖς τοῦ Σωτῆρος τὸν τάφον· Ἦραν τὸν Κύριον ἡμῶν, καὶ οὐκ οἴδαμεν τί ἐποίησαν αὐτόν. Αὐτῷ ἡ δόξα, σὺν τῷ ἀχράντῳ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A vox restauravit? Qui illa potuit, et hæc poterit. Qui servum suscitavit, ipse multo magis suscitatur. Qui in vitam restituit jam putrefactum, nequaquam se ipsum mortuum sinet. Cæterum Judæorum cæcitas immensa, quæ videns miracula, minime videt: *Oculos* enim *habent, et non vident, aures habent, et non audiunt* [46]. *Deus* enim *hujus sæculi corda eorum excæcavit, ut non illucescat illis Evangelium justitiæ* [47]. Sed miseros illos deinceps suæ incredulitati relinquamus; nos vero cum fideli Maria, in animo nobis Servatoris nostri sepulcrum effingentes, dicamus: Tulerunt Dominum nostrum, et nescimus quid eo fecerunt [48]. Ipsi gloria, cum intemerato Patre, et sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[46] Psal. CXIII, 5, [47] II Cor. IV, 4. [48] Joan. XX, 13.

ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΥ (85) ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΚΟΝΙΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΥΝΟΔΙΚΗ.

AMPHILOCHII EPISCOPI ICONII EPISTOLA SYNODICA.

Καὶ πρὶν κομίζεσθαι τὰ παρὰ τῆς ἀγάπης ὑμῶν γράμματα, περιήγγειλεν εἰς ἡμᾶς ἡ φήμη, καὶ τὸ τῆς πίστεως ὑμῶν ἀκραιφνὲς, καὶ πρὸς τοὺς κινδύνους παρατεταμένον, καὶ πρὸς τὰ παθήματα τὰ ὑπὲρ Χριστοῦ καρτερικὸν, καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης (86), καὶ τὸ τῆς μελλούσης ἐλπίδος ἐν ὑμῖν βέβαιον. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς γράμμασι τῆς εὐλαβείας ὑμῶν ἐντετυχήκαμεν, εἴδομεν ὄντως Ἐκκλησίας ἀποστολικῆς χαρακτῆρα, καὶ ποιμένων ἀγαθῶν ζῆλον, καὶ σπουδὴν δοκνον ἀληθινοῖς Χριστιανοῖς πρέπουσαν. Τὸ γὰρ μήτε τῆς ὁδοῦ μῆκος ὑπολογίσασθαι, μήτε διεσπασμένως τὰς πεύσεις προσαγαγεῖν, ἀλλὰ κοινῇ διὰ τῶν γραμμάτων ποιήσασθαι τὴν ἐρώτησιν, λίαν ἡμᾶς εὐέλπιδας πεποίηκεν, ὅτι συμφώνως ἐπιστείλαντες, συμφώνως καὶ τὰς ἀποκρίσεις παρ' ἡμῶν δέξασθε (87)· καὶ οἷόν τι προοίμιον τῆς τελειοτέρας ὁμονοίας τὴν ἐν τοῖς γράμμασιν ὑμῶν ὁμόνοιαν ἐδεξάμεθα. Καὶ δι' εὐχῆς μὲν ἦν ἡμῖν, καὶ τὸν θαυμασιώτατον καὶ μετὰ πάσης αἰδοῦς ὀνομαζόμενον ἐπίσκοπον Βασίλειον, καὶ παρόντα δέξασθαι τῇ συνόδῳ, καὶ κοινωνὸν, μᾶλλον δὲ ἔξαρχον τῶν πρὸς ὑμᾶς γραμμάτων (88) ἔχειν. Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνον ἀῤῥωστία σώματος ὑπερβάλλουσα, πρὸς τὴν ἄφιξιν διεκώλυσεν, τελείας μέν ἐστιν ἀγάπης ὑμῶν, μήτε τὰ τῆς ἡμε-

B Antequam litteræ a charitate vestra missæ afferrentur, frequens fama ad nos perduxerat vestram in fide sinceritatem, et ad pericula constantiam, nec non ad patiendum pro Christo fortitudinem, charitatis in Deum ardorem, denique erga futura spei firmitatem. Postquam autem litteras quoque pietatis vestræ accepimus, agnovimus re vera Ecclesiæ apostolicæ characterem, bonorum pastorum zelum, et impigrum studium quod veros Christianos deceat. Nam quod nec viæ longitudinem reputaveritis, nec separatim detuleritis quæstiones, sed communiter per litteras interrogaveritis, id nos bona spe replevit, futurum ut qui una voce scripsistis, unanimi etiam consensu responsionem nostram sitis recepturi; ac velut exordium perfectio-

C ris concordiæ, vestram in litteris consensionem suscepimus. Et optabamus quidem, maxime admirandum omnique cum reverentia nominandum episcopum Basilium, præsentem excipere in nostra synodo, et socium; seu potius principem habere in dandis ad vos litteris. Verum quia gravis eum morbus detinuit, ne adveniret, vestræ est perfectæ dilectionis, nostræ mediocritatis epistolam nequaquam despicere. Neque vero sanctam vestram Ecclo-

(85) *Ἀμφιλοχίου.* Al. Ἀμφιλοχίῳ Βασίλειος. Insignis ista epistola non potest esse Basilii, ut legenti patebit; sed est synodica Amphilochii, qua, meo quidem judicio, respondet synodicæ episcoporum alterius provinciæ, qui circa Macedonii hæresim de Spiritu sancto fluctuabant et dissentiebant Doctrina autem tota est Amphilochiana, Basiliana, Gregoriana.

(86) Videtur deesse aliquid.

(87) *Δέξασθε.* Al. δέξεσθε.

(88) *Γραμμάτων.* Al. πραγμάτων.

Digitized by Google Распознавание текста

siam passi sumus etiam illius voce carere; sed habentes librum ipsius, quem de hoc peculiariter argumento elaboravit, ipsum pariter nobiscum in scripto loquentem obtinemus.

Quodnam igitur est ad interrogationem responsum? Sanctum concilium Nicænorum Patrum, pro vere catholico et apostolico concilio agnoscimus, fidemque eam, quæ tunc temporis exposita fuit a Patribus servamus immotam, atque ut in perpetuum maneat inconvulsa exoptamus. Porro fuit tunc Patribus necessarium, enarrare fusius de Unigeniti dogmate; quandoquidem Arii hæresim ea tempestate recens exortam exscindere nitebantur, prima illius semina statim abolendo, antequam ad summam asperitatem perveniret spina : cumque eo tempore de quæstione circa Spiritum sanctum taceretur, ideo nihil amplius addiderunt. Verum iis qui prudenter legerint, sufficiens videbitur doctrina de Spiritu, quæ ea in fide continetur. Docuerunt enim, sicut credi debet in Patrem et Filium, ita etiam credendum esse in Spiritum : nec aliam quampiam inducentes in divina beataque Trinitate naturam; neque quidquam de Trinitate resecantes, in illa fidei expositione, sed quia nuper Ecclesias concutere aggressus Satanas, immisit quibusdam dubitationem de Spiritu, necesse est ut ad fidei fontem recurramus; e quo cum Nicææ congregati Patres etiam hausissent, fidei expositionem, confecerunt. Quænam ergo est nostræ fidei perfectio? Domini traditio, quam, postquam resurrexisset a mortuis, mandavit sanctis suis discipulis, præcipiens: *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [a]. Constat accepisse nos mandatum, non solum hoc modo baptizandi, verum etiam pari modo docendi. Adeo ut per hoc præceptum, tum Sabellii intercludatur morbus, per tres hypostases pure nobis traditas; tum Anomœorum Arianorumque et Pneumatomachorum obturentur ora; tribus quidem personis ac hypostasibus declaratis, una vero natura et divinitate confessa. Quamobrem oportet eo nos modo baptizare, quo edocti sumus, atque eo credere, quo fuimus baptizati, eo autem glorificare, quo credidimus. Multis siquidem mente volutatis, et in omnes partes cogitationibus conversi, nihil possumus medium advertere Creatorem inter et creaturam. Quocirca si a divinitate Spiritum sejunxerimus, necessario illum cum creaturis debemus annumerare. Quod si ausi fuerimus creaturam dicere, qui fieri

A τέρας βραχύτητος παριδεῖν γράμματα. Οὐ μέν τοι τὴν ἁγίαν ὑμῶν Ἐκκλησίαν ἄμοιρον καὶ τῆς ἐκείνου φωνῆς περιείδομεν· ἀλλ' ἔχοντες αὐτοῦ σύγγραμμα περὶ ταύτης (89) ἰδικῶς αὐτῷ τῆς ὑποθέσεως πεπονημένον, κἀκεῖνον διὰ τοῦ γράμματος ἔχομεν ἡμῖν συμφθεγγόμενον.

Τίς οὖν ἡ πρὸς τὴν πεῦσιν ἀπόκρισις; Τὴν ἁγίαν σύνοδον τῶν Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ, σύνοδον ὄντως καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν γνωρίζομεν, καὶ πίστιν τὴν ἐκτεθεῖσαν ὑπὸ τῶν Πατέρων τηνικαῦτα, φυλάττομεν ἀκίνητον (90), καὶ πρὸς τὸ διηνεκὲς ἀσπάραχτον μένειν εὔχομαι (91). Γέγονε δὲ τότε τοῖς Πατράσιν ἀναγκαιότερον, πλατύτερον ἐξηγήσασθαι περὶ τῆς δόξης τοῦ Μονογενοῦς· ἐπειδὴ τότε νεωστὶ φυομένην τὴν αἵρεσιν τοῦ Ἀρείου διὰ σπουδῆς ἔσχον B ἐκκόψαι, τὰ πρῶτα αὐτῆς προαιροῦντες σπέρματα, πρὶν τελέως ἐκτραχυνθῆναι τὴν ἄκανθαν. Σεσιγημένου δὲ τηνικαῦτα τοῦ κατὰ τὸ Πνεῦμα ζητήματος, διὰ τοῦτο πλατύτερον μὲν οὐδὲν προσέθεσαν· τοῖς μέντοι γε συνετῶς ἀναγινώσκουσιν, αὐτάρκης καὶ ἡ περὶ τοῦ Πνεύματος ἐν ἐκείνῃ τῇ πίστει διδασκαλία. Ὥσπερ (92) εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν πιστεύειν, οὕτω καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα πιστεύειν ἐδογμάτισαν· μήτε ἑτέραν τινὰ φύσιν ἐπεισάγοντες τῇ θείᾳ καὶ μακαρίᾳ Τριάδι· μήτε τι τῶν ἐκ τῆς Τριάδος ἀποτέμνοντες, εἰς τὴν τῆς πίστεως ἔκθεσιν. Ἐπεὶ δὲ πρόσφατον ὁ Σατανᾶς διασαλεύειν τὰς Ἐκκλησίας ἐπιχειρῶν, ἐνέβαλέ τισι περὶ τοῦ Πνεύματος διστα- γμὸν, ἀναγκαῖον ἐπὶ τὴν πηγὴν ἀνατρέχειν τῆς πίστεως, ἐξ ἧς καὶ οἱ κατὰ Νίκαιαν Πατέρες ἀναρυσάμενοι, τὴν ἔκθεσιν τῆς πίστεως ἐποίησαν. Τίς C οὖν ἡμῶν ἡ τῆς πίστεως τελειότης; Ἡ τοῦ Κυρίου παράδοσις, ἣν μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς ἐνετείλατο, προστάξας· *Πορευθέντες μαθητεύσατε* (93) *πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος* Δῆλον ὅτι τὴν ἐντολὴν ἐδεξάμεθα, οὐ μόνον εἰς τὸ βαπτίζειν οὕτως, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ μαθητεύειν οὕτως. Ὡς διὰ ταύτης τῆς ἐντολῆς, καὶ τὴν Σαβελλίου νόσον ἀποκλεισθῆναι, τῶν τριῶν ὑποστάσεων καθαρῶς ἡμῖν παραδοθεισῶν· καὶ τῶν Ἀνομοίων (94) καὶ τῶν Ἀρειανῶν καὶ τῶν Πνευματομάχων ἐμφραγῆναι (95) τὰ στόματα· τῶν προσώπων καὶ τῶν ὑποστάσεων τριῶν δηλουμένων, D τῆς δὲ φύσεως καὶ τῆς θεότητος μιᾶς ὁμολογηθείσης. Ἀνάγκη τοίνυν οὕτως ἡμᾶς βαπτίζειν, ὡς ἐδιδάχθημεν· καὶ οὕτω πιστεύειν, ὡς ἐβαπτίσθημεν, καὶ οὕτω δοξάζειν, ὡς ἐπιστεύσαμεν. Πολλὰ γὰρ τῇ διανοίᾳ περισκοποῦντες, καὶ πανταχοῦ στραφέντες τοῖς λογισμοῖς, οὐδὲν ἐπινοῆσαι δυνάμεθα μεταξὺ τοῦ Κτίστου καὶ τῆς κτίσεως· ὥστε εἰ τῆς θεότητος τὸ

[a] Matth. xxviii, 19.

(89) Id est, *de Spiritu sancto.*

(90) Al. add. τε καὶ ἀσάλευτον.

(91) *Εὔχομαι.* Forte εὐχόμεθα.

(92) Al. ins. γάρ.

(93) *Πορευθέντες μαθητεύσατε.* Ita multi *Matth.* xxviii, 19. Alii inserunt, οὖν, alii, νῦν, ut Hilarius initio libri ii *De Trinitate*, et ad *Psal.* lxv, 7. *Euntes nunc docete.*

(94) *Ἀνομοίων.* Eunomiani ita vulgo dicti sunt propter τὸ ἀνόμοιον, et Ἀνομοιουσιασταί Basilio, ob ἀνομοιούσιον, vel, ut loquitur Severus, *Anomœousiam.* id est, *dissimilem substantiam.*

(95) *Ἐμφραγῆναι.* Al. ἀποφραγῆναι.

Digitized by Google Распознавание текста

πνεῦμα χωρίζομεν, ἀνάγκης (96) μετὰ τῶν κτισμάτων αὐτὸ καταριθμεῖν. Εἰ δὲ κτίσμα τολμήσοιμεν εἰπεῖν, πῶς δυνατὸν ἐν τῷ βαπτίσματι μιχθῆναι; Τὴν πολυθεΐαν οὕτως ὡς καὶ τὴν ἀθεΐαν κακίζομεν· καὶ οὔτε τρεῖς ἀρχὰς, οὔτε τρεῖς θεοὺς, οὔτε τρεῖς διαφόρους καταγγέλλομεν φύσεις· ἀλλὰ ἀρχὴν τῶν ὅλων τὸν Πατέρα γινώσκοντες, οὔτε τινὰ τῶν τριῶν (97) ὑποστάσεων ἀθετοῦμεν, καὶ τὸ σεμνὸν τῶν τριῶν Γραφῶν, καὶ τὰς ἐφ' ἑκαστον μαρτυρίας προσάγοντες. Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ μέτρον ἐπιστολῆς ἐκφεύγει τὸ περὶ τούτων λεπτολογεῖν, καὶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ἐπιστύσαμεν ἀρκεσθήσεσθαι τῷ κεφαλαίῳ τῆς ἡμετέρας ἐκθέσεως, καὶ τὰ λοιπὰ προσθήσειν οἰκοθεν· *Δίδου γὰρ, φησὶ, σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται·* καὶ ταῦτα ἀποχρώντως γεγραφέναι νομίζομεν. Οἷς ἀρκεῖ βραχεῖαν προσθεῖναι παράκλησιν. Παρακαλοῦμεν γὰρ μένειν ὑμᾶς υἱοὺς εἰρήνης· ἵνα πληρώσητε τὴν ἀποστολικὴν ἐντολὴν, *σύμψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες*, καὶ τῶν παθημάτων τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ κεκοινωνηκότες. Μὴ δῶτε τῷ πονηρῷ διαζεῦξαι τὰ καλῶς συνημμένα, μήτε τοῖς λύκοις ἑαυτοὺς εὐάλωτοτέρους ποιήσητε τῇ διχοστασίᾳ, τὰς ἐκείνων βεβαιοῦντες εὐχάς. Ἐμάθομεν γὰρ ὅσους ἄθλους ὑπὲρ τῆς ὀρθοδοξίας ὑπέστητε. Τὰς οὖν ἀπειλὰς καὶ τὰς ἀνάγκας τὰς παρὰ τῶν ὑπεναντίων νικήσαντες, μηδένα δῶτε διαστάσει καιρόν· μήποτε κατὰ βραχὺ παρεισρυόμενον μῖσος, ἐὰν σχῇ τόπον, μεγάλους ὑμῖν χρημνοὺς ὑποθήσει. Ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς δοξολογίαις τὸ Πνεῦμα Πατρὶ καὶ Υἱῷ (98) συνδοξάζειν, καὶ εἰδέναι τοῦτο, ὅτι οἱ τὴν ἀσυγχώρητον ἁμαρτίαν, διὰ τῆς εἰς τὸ Πνεῦμα βλασφημίας ἐξαμαρτάνοντες, εἰκῇ παραιτοῦνται τὴν πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς κοινωνίαν. Μετὰ γὰρ ἐκείνων κατακριθήσονται. Εὐχόμεθα δὲ ὑμᾶς ἄτμητον τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας ἀφιλονείκως φυλάξαντας, εἰρηνικῶς μὲν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι τὸν λειπόμενον διάγειν χρόνον, ἐνδόξως δὲ ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως παραστῆναι τῷ τοῦ Χριστοῦ βήματι.

[90] Joan. XIX, 6. [91] Joan. VIII, 44. [92] Joan. III, 13. [93] Ephes. IV, 10. [94] Hebr. I, 14.

(21) Θεὸς *λέγεται.* Hujusmodi excerptum exstat quidem in *Parallelis* Damascenicis ex ms. cod. Rupefucaldino vulgatis, tom. II, pag. 785, ubi tribuitur Amphilochio Iconiensi episcopo. Sed pauculis immutatis idem occurrit apud Theophilum Antiochenum lib. I *ad Autolycum*, § 4, unde sua forte hauserit Amphilochius. Adisis nostræ *Biblioth. PP.* tom. II, pag. 79, not. 6.

Digitized by Google Распознавание текста

ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΚΟΝΙΟΥ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΕΣΟΠΕΝΤΗΚΟΣΤΗΝ

Καὶ εἰς τὸν παράλυτον, καὶ εἰς τὸ, « Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν. »

—

AMPHILOCHII EPISCOPI ICONII

IN MESOPENTECOSTEN (22),

In paralyticum [96], et in illud : « Nolite judicare secundum faciem [98]. »

(Edit. Christ. Frid. Matthæi cum *Gregorii Thessalonicensis Orat. X*, Mosquæ, 1776, in-8°, ex codice membran. sæc. XII, qui est bibliothecæ synodalis num. CCXXI.)

—

In Sabbato dixit Dominus ad paralyticum : *Surgens, tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam;* et propterea dicebat Judæis : *Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me, Patris* [96]. Quod autem Jesus, propter paralytici curationem vi omnipotentis voluntatis suæ effectam, hæc verba Judæis dixerit, ex iis quæ nuper lecta sunt, demonstratio petenda est. Inde enim probavit Dominus suam cum Patre consubstantialitatem. Si enim dixisset Dominus : Mea doctrina non est Patris, sed mea est, se a Patre separasset, ab ipsius substantia se alienum fecisset, salutis humanæ abjecisset œconomiam. Cum autem dixerit : *Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me, Patris*, ostendit se Patri esse consubstantialem, unamque et eamdem esse doctrinam Patris, Filii et Spiritus sancti. Enimvero unus est Filius Patris Verbum; et unus Spiritus Patris, Spiritus sanctus (23). Num igitur fieri possit, alia docere Verbum, alia Spiritum sanctum? Minime, minime; dicit enim beatus Apostolus : *Nemo scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est : ita et quæ Dei sunt nemo cognovit, nisi Spiritus Dei* [97]. Rursus autem Jesum, propter paralytici curationem vi omnipotentis voluntatis suæ effectam, sic Judæis fuisse locutum, ex illo etiam probatur, quod Dominum modo audieris dicentem : *Unum opus feci, et omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem (non quia ex Moyse est, sed ex patribus), et in Sabbato circumciditis hominem. Si circumcisionem accipit homo in Sabbato, ut non solvatur lex Moysi, mihi indignamini, quia totum hominem saluum feci in Sabbato? Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate.* Quoniam autem sic locutus est Dominus propter curationem para-

A Ἐν Σαββάτῳ πρὸς τὸν παράλυτον ὁ Κύριος ἔλεγεν· *Ἔγειρε ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου·* καὶ τούτου χάριν πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἔλεγεν, *Ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμή, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με Πατρός.* Καὶ ὅτι διὰ τὴν πρὸς τὸν παράλυτον αὐτεξούσιον θεραπείαν ὁ Κύριος πρὸς τοὺς Ἰουδαίους τούτους εἶπεν τοὺς λόγους, ἐκ τῶν ἀρτίως ἀναγνωσθέντων λάμβανε τὴν ἀπόδειξιν. Ἔνθεν γὰρ ὁ Κύριος φανερώτερον ἐμήνυσεν τὸ ἀπαράλλακτον ἑαυτοῦ καὶ τοῦ Πατρός. Εἰ ἦν γὰρ ὁ Κύριος εἰρηκὼς, Ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστι τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἐμή ἐστιν· ἐχώριζεν ἑαυτὸν τοῦ Πατρὸς, ξένον ἐποίει τῆς οὐσίας, ἠλλοτρίου τῆς οἰκονομίας. Εἰρηκὼς δὲ, *Ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμή, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με Πατρὸς*, ἔδειξε τὸ B ἀπαράλλακτον τῆς οὐσίας, καὶ ὅτι μία διδαχὴ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. Εἷς γὰρ ὁ Λόγος Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, καὶ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Πῶς ἕτερα διδάξει ὁ Λόγος, καὶ πῶς ἕτερα κατηχήσει τὸ ἅγιον Πνεῦμα; Οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστι, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον τὸν λέγοντα· *Οὐδεὶς οἶδεν τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ κατοικοῦν ἐν αὐτῷ· οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ ἐν αὐτῷ.* Καὶ ὅτι διὰ τὴν πρὸς τὸν παράλυτον αὐτεξούσιον θεραπείαν, καθὼς προεῖπον, ὁ Κύριος προσήκατο τούτους τοὺς λόγους, ἤκουες ἀρτίως τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Ἓν ἔργον ἐποίησα, καὶ πάντες θαυμάζετε· διὰ τοῦτο Μωσῆς ὑμῖν* C *ἔδωκε τὴν περιτομὴν (οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ Μωσέως ἐστὶν, ἀλλ' ἐκ τῶν πατέρων), καὶ ἐν Σαββάτῳ περιτέμνετε ἄνθρωπον. Εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν Σαββάτῳ, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωσέως, ἐμοὶ χολᾶτε, ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ*

[96] Joan. VII, 16. [98] I Cor. II, 11. [96] Joan. VII, 16. [97] I Cor. II, 11.

(22) *Mesopentecoste* solemnitas est, quæ per dies octo celebratur, et incipit ab hebdomadæ quartæ post Pascha feria quarta, et desinit in feriam quartam quintæ hebdomadæ. SUICERUS.

(23) Forte hoc comma, quod τῷ *Filioque procedit* prima facie adversari videtur, editori Mosquensi persuasit ut hoc fragmentum e tenebris, in quibus non immerito jacebat, erueret. EDIT.

Digitized by Google Распознавание текста

ἐποίησα ἐν Σαββάτῳ; Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε. Ὅτι δὲ διὰ τὴν τοῦ παραλύτου θεραπείαν ὁ Κύριος τοὺς λόγους τούτους προσήκατο, ἐκ τοῦ νόμου δεικνὺς αὐτοὺς παρανόμους, λέγει πρὸς αὐτούς, καθὼς ἠκούετε· *Εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν Σαββάτῳ*, καὶ ἐν Σαββάτῳ περιτέμνεται βρέφος, ἵνα μὴ ἀκυρωθῇ ὁ ὀκταήμερος νόμος, νόμῳ νόμον ἀνατρέποντες ὑμεῖς ἀνατρέπετε τὸν νόμον, καὶ *ἐμοὶ χολᾶτε, ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν Σαββάτῳ*, οὐχ ἱδρώσας, ἀλλὰ θαυματουργήσας! Ἐν Σαββάτῳ οὐ δεῖ ἐργάζεσθαι, ἀλλὰ πάντας ἀργοὺς εἶναι. Τίνος ἕνεκεν παρ' ὑμῖν, Ἰουδαῖοι, γυνὴ ἐν Σαββάτῳ τίκτει, καὶ μαῖα θορυβεῖται, καὶ σπάργανα τινάσσεται, καὶ φύσις καθαίρεται, καὶ θήλη πρὸς γαλακτοτροφίαν εὐτρεπίζεται; Γυνὴ τίκτει, καὶ φύσις νόμου περιγίνεται, καὶ Θεὸς οὐ θαυματουργεῖ; Εἰπέ μοι, ἐν Σαββάτῳ περιτέμνεται ἄνθρωπος, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος, ἐμοὶ χολᾶτε ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν Σαββάτῳ; *Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε.* Καταδέχομαι ὑφ' ὑμῶν τῶν ἐχθρῶν δικάζεσθαι, ὅπως, ἐν ᾧ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε. Τίς λύει τὸ Σάββατον· ὑμεῖς οἱ ἐν τῷ Σαββάτῳ περιτέμνοντες, καὶ ξίφος ὀξύνοντες, καὶ τομὴν ἐπάγοντες, καὶ μέλος χωρίζοντες, καὶ τὸν τόπον αἱμάττειν παρασκευάζοντες, ἢ ἐγὼ ὁ εἰρηκὼς λόγῳ, *Ἔγειρε ἆρον τὸν κράβαττόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου;* Εἰ μὴ ἐνήργησεν ὁ λόγος, ἔλυσα οὖν τὸ Σάββατον ματαιολογήσας· εἰ δὲ προέδραμε τὸν λόγον τὸ ἔργον, τί τὸ Σάββατον ἐκδικεῖτε, καὶ τὸν Δημιουργὸν ἀθετεῖτε; Οὐκ ἐκορέσθητε, ὦ Ἰουδαίων παῖδες, ἐπὶ τριακονταοκτὼ ἔτη ὁρῶντες τὸν παράλυτον τῇ κλίνῃ προσηλωμένον, καὶ τὴν κλίνην κάμνουσαν, καὶ τὸν παράλυτον, νυχθήμερον φορτίον, βαστάζουσαν; Οὐκ ἠγανακτήσατε; οὐ συνεπαθήσατε; καὶ ἵνα μίαν ὥραν ὁ παράλυτος κλίνην βαστάσῃ, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν παράσχῃ, ἀγανακτεῖτε; Οὐκ ἔδει καὶ τούτῳ βοῆσαι, *Ἔστρεψας τὴν κλίνην μου ἐν τῇ ἀῤῥωστίᾳ μου;* Οἶδα, ὦ Φαρισαῖοι, τίνος χάριν ἀγανακτεῖτε· οὐχ ὅτι ἐθεραπεύθη ὁ παράλυτος διαπρίεσθε, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἰσχύσατε τὴν κλίνην κρύψαι· διὰ τοῦτο, τὴν γνώμην ὑμῶν ἐπιστάμενος, ἐκέλευσα βαστάζειν αὐτὸν τὴν κλίνην, ἵνα, κἂν ὑμεῖς σιωπήσητε, ἡ κλίνη τὸ θαῦμα βοήσῃ. Τί διστάζετε, ὦ Φαρισαῖοι; Οὐκ ἔστιν ὁ παράλυτος παρείσακτος, οὐκ ἔστιν ὀλιγοχρόνιος, γνωρίζετε αὐτὸν ἅπαντες· τριακονταοκτὼ ἔτη τῇ κολυμβήθρᾳ τῇ παρ' ὑμῖν παρεσίτευσεν. Οὐκ ἔχετε λέγειν, ὡς ἐπὶ τοῦ ἐκ γενετῆς τυφλοῦ, Οὗτός ἐστιν, Ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν, οὐκ ἔστιν οὗτος. Εἰ μὴ ἤρτησεν ὑμᾶς ὁ τυφλὸς, καὶ τοῦτον κρατήσατε, καὶ εἰς δικαστήριον ἑλκύσατε, ὅπως διὰ πάντων αἰσχύνης πληρωθήσεσθε. *Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε.*

Καὶ, εἰ δοκεῖ, διὰ βραχέων ἐπ' αὐτὴν τὴν περιοχὴν τοῦ παραλύτου ἀναδράμωμεν, διὰ τὸ καὶ τὸν

lytici, Judæos ex ipsa lege legis trangressionis arguens, dicit illis, sicut audivisti : *Si circumcisionem accipit homo in Sabbato*, et in Sabbato circumciditur infans, ne lex octavi diei antiquetur, vos, legem unam altera lege subvertentes, totam legem subvertitis, et *mihi indignamini, quia totum hominem salvum feci in Sabbato*, non laborans, sed omnipotentiam exercens! In Sabbato quidem nulli licet operari, sed omnes otiosos esse mandatum est : quare igitur, etiam inter vos, o Judæi, mulier in Sabbato parit, obstetrix æstuat, pannosque excutit, purgantur viscera, ad lactationem mammæ parantur! Parit in Sabbato mulier, vincit natura legem, Deus autem omnipotentiam suam exercere non potest! Dic mihi; in Sabbato circumciditur homo, ne solvatur lex, vosque mihi indignamini, quia totum hominem salvum feci in Sabbato? *Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate.* A vobis inimicis judicari sustineo, ut in quo judicio judicatis, ipsi postea judicemini. Quis solvit Sabbatum, vos, qui in Sabbato circumciditis, gladium acuentes, sectionem facientes, membrum absciudentes, sanguinis effusionem provocantes; vel ego, qui voce tantum usus, dixi : *Tolle lectum tuum; et vade in domum tuam?* Si sermo effectu caruit, solvi Sabbatum, vaniloquentiæ reus : si autem verbo præcucurrit opus, ut quid Sabbatum quasi violatum ulciscimini, et Creatorem spernitis? Nonne satis vobis fuit per triginta octo annos videre paralyticum lecto affixum, ipsumque lectum pondere laborantem, dum paralytici corpus, diurnum nocturnumque onus, sustinet? Hoc spectaculum nullam vobis indignationem, nullam compassionem movit : nunc autem paralyticum vel unam horam lectum suum bajulantem, dignumque beneficio opus præstantem, non sine indignatione videre sustinetis? Nonne et ille clamare debuit : *Versasti stratum meum in infirmitate mea* [99]? Equidem novi, o Pharisæi, quam ob causam indignamini : non ideo angustiamini, quod sanatus est paralyticus, sed quia lectum ejus occultare non possibile vobis fuit; propterea ego, cogitationem vestram perspiciens, illi lectum suum tollere præcepi, ut, etiam vobis tacentibus, ipse lectus miraculum proclamaret. Quare dubitatis, o Pharisæi? Non fraudulenter huc adductus est paralyticus, non recens infirmitas; nostis eum omnes, triginta octo abhinc annis, prope piscinam vestram ex erogata stipe viventem. De hoc non potestis, sicut de cæco a nativitate, in varias sententias abire, dicentes : Hic est, Est aliquis illi similis, Non est hic [99]. Quod si a cæco illo non victa est audacia vestra, et hunc paralyticum tenete, ad tribunal trahite, ut in omnibus abundet ignominia vestra. *Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate.*

Sed paucis, si placet, paralytici historiam retractemus, siquidem ipse Dominus illam memoriæ tra-

[99] Psal. XL, 4. [99] Joan. IX, 8, 9.

Digitized by Google Распознавание текста

didit. Quem enim memoravit Dominus, quomodo nos silentio præterire possumus? Aut quis miretur nos mirabilia Domini enarrare? Præsens enim festivitas Domini est; mediator est Dominus, media est festivitas : porro quod est medium, ab extremitatibus firmamentum accipit, ideoque præsens festivitas duplicem Resurrectionis gratiam obtinet : medium enim locum tenens inter Resurrectionem et Pentecosten, Resurrectionem memorat, Pentecosten indigitat, Ascensionem quasi tuba prænuntiat. Qualia sint igitur quæ de paralytico exponuntur, discite vos, verbi divini negotiatores, ut spiritualium bonorum thesaurum lucrifaciatis. Certe memoria tenes verba evangelistæ dicentis : *Post hæc erat festus dies Judæorum, et ascendit Jesus Jerosolymam. Erat autem Jerosolymis piscina quæ* B *cognominatur Hebraice Bethsaida, quinque porticus habens. In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum; erat autem quidam homo ibi triginta et octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Jesus* (qui omnia novit priusquam fiant), *et cognovisset quia jam multum tempus haberet, dicit ei : Vis sanus fieri?* O curationem Domini ab omni vana gloria alienam! Non exspectat invocationem ægrotorum, sed semetipse laborantibus obvium præbere festinat : cum enim sol justitiæ sit, radios beneficentiæ suæ super omnes late effundit. *Erat*, inquit, *Jerosolymis, ad portam Probaticam, piscina quæ cognominatur Hebraice Bethsaida, quinque porticus habens. In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum.* Alluditur ad spiritualem Judæorum infirmitatem. Quinque sunt numero porticus multitudine infirmorum repletæ; quinque enim sensibus laborat populus Judaicus, visu, olfactu, gustu, auditu, tactu : hos omnes sensus infirmos habebant Judæorum filii. Non sanum habebant visum, siquidem miracula videntes, nihil curabant; non beneficiorum memorem gustum, siquidem manna manducantes cucumerum desiderio tenebantur[1]; non sincerum olfactum, siquidem unguento Dominico diabolicum fœtorem præponebant; non purum auditum, siquidem draconis inferni sibilis potius quam gloriosis prophetarum vocibus se deciles præbuerunt; non utilem tactum, siquidem idola D quasi deos colentes, Deum viventem contempsere. Verumtamen Christus, sensuum fabricator, et creaturarum conditor, corporearum simul et voluntariarum infirmitatum sanationem præstitit. Ille enim paralyticus duplici flagello vapulabat, corpus habens morbo solutum, animamque peccatis mutilatam; ideoque Dominus, qui corporis et animæ medicus exsistebat, corpus firmat, spiritum illuminat; corpori lectum, animæ jugum virtutis tollere præcipit. Quid enim? Videns Dominus illum paralyticum, dicit illi, quod scitis omnes : *Vis sanus fieri?* Hic autem Judæorum filii Domino obloquuntur,

A Κύριον ἀπομνημονεῦσαι τοῦ παραλύτου· εἰ γὰρ ὁ Κύριος αὐτοῦ ἐμνημόνευσε, πῶς ἡμεῖς λήθην ποιησώμεθα; Τότε τίς θαυμάζει, ὅτε τὰ τοῦ Κυρίου θαύματα διηγεῖται; Τοῦ γὰρ Κυρίου καὶ ἡ παροῦσα ἑορτή· μεσίτης ὁ Κύριος, μέση καὶ ἡ ἑορτή· ἀεὶ δὲ τὸ μέσον τοῖς ἄκροις ἠσφάλισται· διὰ τοῦτο καὶ ἡ παροῦσα ἑορτὴ διπλῆν τῆς Ἀναστάσεως τὴν χάριν κέκτηται. Ὑπὸ γὰρ τῆς Ἀναστάσεως καὶ τῆς Πεντηκοστῆς μεσολαβουμένη, τὴν Ἀνάστασιν ὑπέδειξε, τὴν Πεντηκοστὴν δακτυλαδεικτεῖ, τὴν Ἀνάληψιν σαλπίζει. Τίς οὖν ἡ παροῦσα τοῦ παραλύτου πραγματεία, γνωρίσατε, οἱ τοῦ λόγου φιλέμποροι, ὅπως διὰ πάντων τῆς πνευματικῆς ὠφελείας τὴν ἐνθήκην καρπώσησθε. Φέρεις μνήμην πάντως τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου βοῶντος· *Μετὰ ταῦτα* B *ἦν ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα. Ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις κολυμβήθρα ἡ ἐπιλεγομένη Ἑβραϊστὶ Βηθεσδά, πέντε στοὰς ἔχουσα. Ἐν ταύταις κατέκειτο πλῆθος πολὺ τῶν ἀσθενούντων, τυφλῶν, χωλῶν, ξηρῶν. Ἦν δέ τις ἄνθρωπος ἐκεῖ τριάκοντα καὶ ὀκτὼ ἔτη ἔχων ἐν τῇ ἀσθενείᾳ αὐτοῦ. Τοῦτον ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς*, (ὁ τὰ πάντα εἰδὼς πρὶν γενέσεως αὐτῶν), *καὶ γνοὺς, ὅτι πολὺν ἤδη χρόνον ἔχει, λέγει αὐτῷ, Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι;* Ὦ τῆς τοῦ Κυρίου ἀκενοδόξου θεραπείας! Οὐκ ἐκδέχεται παρακληθῆναι ὑπὸ τῶν ἀῤῥώστων, αὐτὸς ἐπείγει ἑαυτὸν πρὸς τοὺς πάσχοντας· ἥλιος γὰρ ὢν δικαιοσύνης, ἐπὶ πάντας ἁπλοῖ τὰς ἀκτῖνας τῆς εὐεργεσίας. *Ἦν δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἐπὶ τῇ* C *Προβατικῇ, κολυμβήθρα ἡ ἐπιλεγομένη Ἑβραϊστὶ Βηθεσδά, πέντε στοὰς ἔχουσα· ἐν ταύταις κατέκειτο πλῆθος πολὺ τῶν ἀσθενούντων, τυφλῶν, χωλῶν, ξηρῶν.* Σύμβολον τοῦτο τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀῤῥωστίας, αἱ πέντε στοαὶ, αἵτινες ἐπεπληροῦντο ἀῤῥώστων. Καὶ γὰρ ἀῤῥωστεῖ ὁ Ἰουδαϊκὸς λαὸς διὰ τῶν πέντε αἰσθήσεων, ὁράσεως, ὀσφρήσεως, γεύσεως, ἀκοῆς, ἁφῆς, δι' ἁπάντων ἠῤῥώστουν οἱ Ἰουδαίων παῖδες. Οὐκ εἶχον καθαρὸν ὀφθαλμὸν, ὁρῶντες τὰ θαύματα καὶ παροροῦντες· οὐκ εἶχον γεῦσιν εὐχάριστον, μάννα τρώγοντες καὶ συκεοῦς ἐπιζητοῦντες· οὐκ εἶχον ὀσφρησιν εἰλικρινῆ, τοῦ Δεσποτικοῦ μύρου τὴν διαβολικὴν δυσωδίαν προκρίναντες· οὐκ εἶχον ἀκοὴν καθαρὰν, τῶν δρακοντιαίων συ- D ρισμάτων, καὶ οὐ προφητικῶν καυχημάτων, πειθόμενοι· οὐκ εἶχον τὴν ἁφὴν συνεργητικὴν, εἰδωλα θεολογοῦντες, καὶ τοῦ ζῶντος Θεοῦ καταφρονοῦντες. Ἀλλ' ὅμως ἐπιδημήσας τῇ ἐνσάρκῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ ὁ Δεσπότης Χριστὸς, ὁ καὶ τῶν αἰσθήσεων ποιητὴς καὶ τῶν κτισμάτων δημιουργὸς, ἐν ταυτῷ καὶ τῶν σωματικῶν παθῶν καὶ τῶν προαιρετικῶν πταισμάτων τὴν διόρθωσιν ἐποιήσατο. Οὗτος γὰρ ὁ προκείμενος παράλυτος διπλῆν ἐπεφέρετο τὴν μάστιγα· τῷ μὲν σώματι, νόσῳ διελύετο, τὴν δὲ ψυχὴν ταῖς ἁμαρτίαις ἐξήρθρωτο. Διὸ καὶ ὁ Κύριος, ὡς τῶν ἑκατέρων ἰατρὸς, καὶ τὸ σῶμα συσφίγγει, καὶ τὸ πνεῦμα φωτίζει, καὶ τῷ μὲν σώματι τὴν κλίνην

[1] Num. xi, 5.

Digitized by Google Распознавание текста

φέρειν ἐκέλευσε, τῇ δὲ ψυχῇ τὴν ἀρετὴν βαστάζειν ἐπέτρεπε. Τί γάρ; Ἰδὼν ὁ Κύριος τοῦτον τὸν παράλυτον, ἔφη πρὸς αὐτὸν, καθὼς οἴδατε πάντες, *Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι;* Ἀλλ' ἐνταῦθα ἐπιλαμβάνονται οἱ Ἰουδαίων παῖδες τῷ Κυρίῳ λέγοντες· Εἰ Θεὸς ἦν ὁ Χριστὸς, πῶς ἐπηρώτα τὸν παράλυτον, *Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι;* Τῇ νόσῳ συνείχετο, τριάκοντα καὶ ὀκτὼ ἔτη εἶχεν ἐν τῇ ἀῤῥωστίᾳ, τῇ κολυμβήθρᾳ παρέμενεν, ἵνα τὸ πάθος ἀποῤῥίψηται, καὶ ἐπερωτᾷ τοῦτον, *Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι;* Ποῖος Θεὸς ὁ ἐρωτῶν; Ἐνταῦθα ὁ Κύριος οὐχ ὡς ἀγνοῶν ἐπερωτᾷ, ἀλλ' ὡς διὰ πάντων τὴν διόρθωσιν χαρίσασθαι βουλόμενος. Εἰ τοῦ σώματος μόνου ἡ ἀσθένεια ἦν, οὐκ ἂν ἔλεγεν ὁ Κύριος πρὸς τὸν παράλυτον, *Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι;* εἰδὼς, ὅτι θέλει, ὃ θέλει· ἀλλ' ἐπειδὴ ψυχικῶν πταισμάτων ἦν ὀλίσθημα, τούτου ἕνεκεν ἐπερωτᾷ τὸν παράλυτον λέγων· *Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι;* τουτέστι, Παραφυλάττῃ ἀπὸ τοῦ λοιποῦ μὴ ἁμαρτάνειν; *Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι,* δὸς τὴν συγκατάθεσιν, καὶ λάβε τὴν ἴασιν, ἐπειδὴ οὐδὲν ἀνάγκῃ μετέρχομαι· ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ διὰ τοῦ προφήτου βοήσας ἐκ πολλῶν τῶν χρόνων· *Ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται.* Ἐπεὶ οὖν αὐτεξούσιον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, καὶ ψυχικῶς ὁ παράλυτος ἦν διαλελυμένος, τούτου ἕνεκεν ὁ Κύριος, ἵνα μὴ ἄμισθον αὐτῷ τὴν θεραπείαν παράσχῃ, ἐπηρώτα τοῦτον λέγων, αἰτῶν τὴν συγκατάθεσιν, *Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι;* Ἐπὶ τῶν σωματικῶν παθῶν οὐδ' ὅλως ἐπηρώτα ὁ Κύριος λέγων, *Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι;* ὡς οὔτε τὴν αἱμορροοῦσαν, οὔτε τὸν λεπρὸν, οὔτε τοὺς δύο τυφλοὺς ἐπηρώτησεν. Ὅπου γὰρ ψυχικὸν ἤδει πάθος, ἐπερωτᾷ, συγκατάθεσιν βουλόμενος δέξασθαι· εἰ μὴ δέξηται συγκατάθεσιν, ἴασιν οὐ παρέχει.

dicentes : Si Deus esset Christus, num interrogaret paralyticum, *Vis sanus fieri?* Morbo tenebatur ille, triginta et octo annos habebat in infirmitate sua, ad piscinam permanens, ut curationem acciperet; et interrogat illum, *Vis sanus fieri?* Qualis est Deus iste interrogator? Non quasi aliquid nesciens paralyticum interrogat Dominus ; ideo autem interrogat, quod omnimodam illi sanationem largiri volebat. Si corporis tantum curanda esset infirmitas, non diceret paralytico Dominus : *Vis sanus fieri?* Scit enim eum velle, quod reipsa vult. Sed quia a lapsu spirituali sanandus erat, propterea dicit : *Vis sanus fieri?* hoc est, A peccando deinceps cavebis? *Vis sanus fieri?* da assensum, et sanitatem recipe: nihil enim nisi a libera voluntate requiro. Ego enim sum qui olim per prophetam clamavi : *Si volueritis, et audieritis me, bona terræ comedetis. Quod si nolueritis et non audieritis me, gladius devorabit vos*[3]. Quoniam igitur animal liberum est homo, et spirituali paralysim patiebatur paralyticus, idcirco Dominus, ne illum absque ipsius merito curaret, illius assensum tali interrogatione postulavit : *Vis sanus fieri?* Dicens autem Dominus, *Vis sanus fieri?* nequaquam de corporis passionibus interrogabat paralyticum, sicut nec hæmorrhoissam, nec leprosum, nec duos cæcos de carnali infirmitate interrogavit. Tum enim interrogat, cum spiritualem esse morbum cognoscit, assensum videlicet requirens, nec prius sanationem collaturus, quam assensus confessionem exceperit.

Ἔστι δὲ πάντως εἰπεῖν τινα· Τί οὖν; καὶ οἱ δύο τυφλοὶ ἁμαρτιῶν ἔφερον γνώρισμα, ὅτι κἀκείνους ἐπηρώτησε λέγων ὁ Κύριος, *Τί θέλετε, ἵνα ποιήσω ὑμῖν;* Μὴ κἀκεῖνοι οἱ ἀναγεγραμμένοι ἐν τοῖς Θείοις Εὐαγγελίοις δύο τυφλοὶ συνετυφλοῦντο τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τὸ ψυχικὸν βλέμμα οὐκ ὠξυδόρκουν περὶ τὸν Κύριον; Οὐκ εἶχον τελείαν τὴν γνῶσιν, ἀμφέβαλλον περὶ τὴν ὁμολογίαν· διὸ καὶ ὁ Κύριος ὑπερτίθεται τὴν ἴασιν, ἵνα κρατύνῃ τὴν πίστιν. Ἔστι δὲ πάντως εἰπεῖν τινα· Καταψηφίζει τῶν τυφλῶν, πιστοὶ ἦσαν οἱ ἄνδρες. Οὐχὶ, ἀλλὰ μόνον ἤκουσαν [ὅτι] Ὁ Κύριος παροδεύει, [καὶ] ἐβόησαν λέγοντες· *Ἐλέησον ἡμᾶς, Κύριε, υἱὲ Δαβίδ.* Πῶς τοίνυν ἁμαρτωλοὶ, οἱ ταύτην τὴν φωνὴν βοήσαντες, ἄκουε ὁ ἀντιλέγων. Διὰ ταύτην τὴν φωνὴν, ἣν πρώτην ἔῤῥηξαν, καὶ τὴν ὑπέρθεσιν τῆς ἴάσεως ἐποιήσατο, ἐπειδὴ παρακαλοῦντες ἔλεγον· *Ἐλέησον ἡμᾶς, υἱὲ Δαβίδ.* Ποῖος υἱὸς Δαβὶδ τοσαύτην δύναμιν παρέχει, ἢ τοσαύτας θαυματουργίας ἐποίησεν; Ὡραῖος ὁ Ἀβεσσαλὼμ, ἀλλὰ πατροκτόνος ἐφάνη· ποθητὸς ὁ Ἀμνὼν, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν διέφθειρε· σοφὸς ὁ Σολομὼν, ἀλλ' εἰς τὸ τέλος ὠλίσθησεν. Ἐπεὶ οὖν ὡς υἱῷ Δαβὶδ προσῆλθον, καὶ οὐχὶ Θεὸν, κραταιὸν δοκοῦντες αὐτὸν καὶ ἐπιστήμονα

Erit sane qui dicat : Quid igitur? in ipsis duobus cæcis peccati deprehendit indicium, siquidem et illos interrogavit Dominus, dicens : *Quid vultis ut faciam vobis*[4]? Num illi duo cæci, qui in divinis Evangeliis memorantur, præter communem carnalium oculorum cæcitatem, spiritualis etiam visus infirmitatem patiebantur, non plane quæ ad Dominum pertinebant perspicientes? Perfectam cognitionem non habuerunt, ambiguamque edidere confessionem ; quamobrem curationem differt Dominus, ut illorum fidem roboret. Sed dicet aliquis : Calumniatur cæcos ; viri enim erant fideles. Minime : sed tantummodo audientes quia Dominus transiret, clamaverunt dicentes : *Miserere nostri, Domine, fili David*[5]. Quisquis igitur contradicis, audi quomodo peccatores sint, qui hanc vocem emisere. Hæc ipsa precatio, quam primum edidere, causa differendæ curationis exstitit, quoniam Dominum invocantes dixerunt : *Miserere nostri, fili David.* Ecquis filius David tantam exserit potentiam, tantaque edere potuit prodigia? Pulcherrimus Absalon, sed parricida; amabilis Amnon, sed propriæ sororis corruptor ; sapiens Salomon, sed in fine lapsus est. Quoniam ergo Jesum convenerunt duo cæci, ut filium David, minime vero

[1] Isa. I, 19, 20. [2] Matth. XX, 32. [3] Ibid. 31.

Digitized by Google Распознавание текста

ut Deum, illum scilicet pro potentissimo peritissimoque medico habentes, nedum pro Deo gloriosissimo; ideo clamantibus illis, *Miserere nostri, fili David*, non dedit responsum, ut fidei illorum proficiendi locum daret. Curatione igitur paulisper dilata, cæcorum anima illuminata est; et paulo post, ubi illos, spiritualiter illuminatos fidei lucem accepisse novit Dominus, interrogavit eos dicens: *Creditis quia hoc possum facere*[5]? Quid respondent cæci, quorum jam fides profecerat? *Etiam, Domine*[6]. Jam non dicunt, Etiam, fili David, sed, Etiam, Domine. Ex curationis dilatione sapientiores facti, perfectam confessionem edere festinant, dicentes: *Etiam, Domine;* credimus quia hoc potes facere. Tunc fidei illorum profectum indicans Dominus, respondit: *Secundum fidem vestram fiat vobis*[7]: innuens scilicet, eos, nisi fide profecissent, non fuisse visum recuperaturos. Propterea Dominus, quia non tam corpore quam anima debilitatus jacebat paralyticus, propter peccatorum corruptionem, interrogavit eum dicens: *Vis sanus fieri?* Paralyticus autem, ignorans quis eum alloqueretur, respondit Domino dicens: Volo sanus fieri. [*Sed quid dixi, Volo?*] Bene interrogas num velim; jam enim velle desino, siquidem jam diu est quod volo, et nihil sum consecutus; quare id velle perseverem quod non apprehendo? Volo sanus fieri; in lecto consenui, sepulcro loquaci assimilatus sum, mortuus sum vivens, nihil mihi pejus accidere potest; thema juramenti omnibus factus sum; triginta et octo effluxere anni, ex quo huic piscinæ assideo, et nemo compatitur. Venditur donum Dei, negotiantur illud Pharisæi; unus singulis annis sanatur, et cum primus ordine cæteris præferri deberet, præfertur divitior. Abest a piscina justitia, obtinet iniquitas. Num justa aliquando superveniet administratio, ut aqua tandem mercimonium esse desinat, et omnibus liberaliter donetur? Dominus autem ad paralyticum: Quomodo homo uni eidemque loco affixus de his disserere valeat? En me ut ignorantem alloquitur! Egone, piscinæ Dominus, quæ ad illam spectant nesciverim? Bene novi Judæorum negotiationem; quamobrem veni piscinam commutaturus. Ecce ego illam aboleo, ipsique baptismatis lavacrum substituo. In illa unus quotannis sanatur; in hoc innumeri quotidie regenerabuntur; in illam angelum descendere jussi, in hoc ego ipse, angelorum creator, descendi. Responde igitur interroganti: *Vis sanus fieri?* id est, Credisne quod talia facere possim ego qui loquor tecum? Paralyticus autem, caput aliquantulum sublevans, supremam quidem Domini potestatem confessus est; sed veterem consuetudinem secutus, respondit: Etiam, Domine; *Hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam; dum venio enim ego,*

ἰατρὸν, οὐχὶ δὲ ἔνδοξον Θεὸν, βοώντων τῶν τυφλῶν, *Ἐλέησον ἡμᾶς, υἱὲ Δαβίδ*, οὐκ ἔδωκεν αὐτοῖς ἀπόκρισιν, ἵνα τὴν πίστιν αὐτῶν προκόψαι παρασκευάσῃ. Διὸ τὴν ὑπέρθεσιν οἱ τυφλοὶ δεξάμενοι, κατὰ ψυχὴν ἐφωτίσθησαν, καὶ μετ' ὀλίγον, ὡς εἶδεν ὁ Κύριος, ὅτι κατὰ ψυχὴν ἐφωτίσθησαν, καὶ ἐδέξαντο τὸν φωστῆρα τῆς πίστεως, ἐπηρώτα ὁ Κύριος λέγων αὐτοῖς· *Πιστεύετε, ὅτι δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι;* Τί οὖν οἱ τυφλοὶ, προκόψαντες, φασίν; *Ναὶ, Κύριε.* Οὐκέτι εἶπον, Ναὶ, υἱὲ Δαβίδ· ἀλλὰ, *Ναὶ, Κύριε.* Ὑπεμνήσθησαν τῆς ἀναβολῆς, διὸ παραυτὰ τὴν ὁμολογίαν ποιοῦνται λέγοντες· Ναὶ, Κύριε, πιστεύομεν, ὅτι δύνασαι τοῦτο ποιῆσαι. Εἶτα δεικνὺς ὁ Κύριος, ὅτι τῇ πίστει προέκοψαν, ἀπεκρίνατο λέγων· *Κατὰ τὴν πίστιν ὑμῶν γενηθήτω ὑμῖν*, ὡς, εἰ μὴ προέκοψαν τῇ πίστει, τὸ βλέπον οὐκ ἐδέχοντο. Διὰ τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ὁ Κύριος, ἐπειδὴ ὁ παράλυτος μᾶλλον ψυχικῶς ἦν ἐξηρθρωμένος, τῇ τῶν ἁμαρτημάτων καταφθορᾷ, ἐπηρώτα τοῦτον ὁ Κύριος λέγων· *Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι;* Ὁ δὲ παράλυτος, μὴ εἰδὼς ἔτι, τίς ἐστιν ὁ λαλῶν, ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν Κύριον λέγων· Θέλω ὑγιὴς γενέσθαι· καλῶς ἐπηρώτησας [εἰ] θέλω· οὐκέτι γὰρ θέλω· πολλοστὸν γὰρ θελήσας, οὐδὲν ἤνυσα· τί λοιπὸν θέλω, ὃ οὐ λαμβάνω; Θέλω ὑγιὴς γενέσθαι, κατεγήρασα τῇ κλίνῃ, τάφος εἰμὶ πολύλαλος, τέθνηκα ζῶν, οὐδὲν καινότερον ὑπομένειν μέλλω, ὅρκον μὲ πάντες λαμβάνουσιν· τριάκοντα καὶ ὀκτὼ ἔτη ἔχω παραμένων τῇ κολυμβήθρᾳ, καὶ οὐδεὶς συμπαθεῖ. Πιπράσκεται τὸ δῶρον, καπηλεύουσιν αὐτῷ Φαρισαίων παῖδες· εἷς τῷ ἐνιαυτῷ καθαίρεται, καὶ, δέον τὸν πρῶτον προτιμᾶσθαι, ὁ εὐπορώτερος τοίνυν προκρίνεται· ἄκριτος ἡ κολυμβήθρα, ἄδικα τὰ παρόντα· ἆρα ἔσται ἐπισκοπή τις δικαία, ἵνα μὴ τὸ ὕδωρ καπηλεύηται, ἀλλὰ πᾶσιν ἀφθόνως δίδωται; Ὁ δὲ Κύριος πρὸς τὸν παράλυτον· Τί ἐν ἑνὶ τόπῳ κατακείμενος πελάζει τῷ λογισμῷ; Ὡς ἀγνοοῦντί μοι διαλέγει. Τῆς κολυμβήθρας δεσπόζω, καὶ οὐκ οἶδα τὰ γινόμενα; Ἔγνων τὴν Ἰουδαίων πραγματείαν; Διὰ τοῦτο παρεγενόμην ἀνταλλάξαι τὴν κολυμβήθραν, καὶ νῦν ταύτην παύω, καὶ τὴν τοῦ βαπτίσματος ἀνοίγω. Ἐν ταύτῃ εἷς κατ' ἔτος καθαίρεται, ἐκεῖ ἀναριθμητοι καθ' ἑκάστην ἀναγεννηθήσονται· ἐν ταύτῃ ἄγγελον ἀπέστειλα, ἐν ἐκείνῃ ἐγὼ ὁ τῶν ἀγγέλων ποιητὴς κατῆλθον. Διὸ πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἀποκρίθητι· *Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι;* τουτέστι, Πιστεύεις, ὅτι ἐν τούτοις δυνατός εἰμι ὁ λαλῶν σοι; Ὁ δὲ παράλυτος, μικρὸν ἀνανεύσας, καὶ τὴν δεσποτείαν τοῦ Κυρίου γνωρίσας, τῇ συνηθείᾳ ἔτι συνεχόμενος, ἀπεκρίνατο λέγων, ἅπερ ἴστε σαφῶς γινώσκοντες· Ναὶ, Κύριε, *ἄνθρωπον οὐκ ἔχω, ἵνα, ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ, βάλῃ με εἰς τὴν κολυμβήθραν· ἐν ᾧ δὲ ἔρχομαι ἐγὼ, ἄλλος πρό ἐμοῦ καταβαίνει.* Ὁ δὲ Κύριος πρὸς τὸν παράλυτον· Τί βαμβαίνεις (24), παράλυτε; Ἀρκεῖ σοι τὸ

[5] Matth. IX, 28. [6] ibid. [7] ibid. 29.

(24) *Βαμβαίνεις. Lexicon.* inedit.: *Βαμβαίνει*· διστάζει, τρέμει τοῖς ποσὶ, καὶ τῇ γλώσσῃ ἀσήμως φθέγγεται, ὑφ' τρόμου ἠχεῖ τοὺς ὀδόντας. Ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ποδῶν τῶν μὴ ἑδραίαν τὴν φυγὴν ἐχόν-

Digitized by Google Распознавание текста

γνωρίσαι μὲ Κύριον· μὴ φαντάζου περὶ πολλὰ, μὴ εἰς τὴν ταραχὴν τῆς κολυμβήθρας ἀφόρα· τετάρακται τὰ Ἰουδαϊκὰ, τῆς ἐμῆς πηγῆς τὴν ὀγδοάδα ἔχε· ἃ ἐπιζητεῖς, οἶδα. Εἰ γὰρ καὶ ἄνθρωπον οὐκ ἔχεις, ἀλλὰ παρέστηκά σοι ὁ ἐνανθρωπήσας Θεός. Διὸ ἄκουσόν μου, καὶ *ἐγερθεὶς ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου.* Δρίμυξον Ἰουδαίους, θάμβησον δαίμονας, κάπνισον τοὺς ἀντιλέγοντας, πληροφόρησον τοὺς κακόφρονας, λῦσον τὴν τοῦ Σαββάτου ἀργίαν, ἀντὶ δικολόγου τὴν κλίνην φέρε. Ταῦτα ἀκούσας ὁ παράλυτος, καὶ τὸ πάθος παραχρῆμα ἀποθέμενος τῷ τοῦ Κυρίου λόγῳ, τὸ πρόσταγμα ἀπεπλήρου, καὶ τὴν κλίνην ἐβάσταζεν, καὶ τοὺς Ἰουδαίους, κωλῦσαι θέλοντας διὰ τὸ Σάββατον καὶ λέγοντας, *Οὐκ ἔξεστίν σοι ἆραι τὸν κράββατον, ὅτι Σάββατον* ἐστιν, ἀπεσόβει, ὡς πρόσταγμα πληρῶν τοῦ κελεύσαντος, λέγων πρὸς αὐτούς· *Ὁ ποιήσας με ὑγιῆ, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, Ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει.* Τῶν δὲ ἀνόμων Ἰουδαίων αἰτιωμένων τὸν Κύριον καὶ ἐρωτώντων, τίς ἐστιν ὁ ἰασάμενός σε καὶ προστάξας ἆραι τὸν κράββατόν σου; καὶ δίκην κυνῶν ὑλακτούντων κατὰ τοῦ τεθεραπευκότος, ἐνέμεινεν ὁ ἰαθεὶς μαρτυρικῶς ἀγωνισάμενος κατὰ τῶν μιαιφόνων. Εὑρίσκει αὐτὸν μετὰ ταῦτα πάλιν ὁ Κύριος, καὶ λέγει αὐτῷ, *Ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται.* Ὁρᾷς, ἀγαπητὲ, ὅτι διὰ τὰς ἁμαρτίας τοσοῦτον χρόνον τῇ ἀσθενείᾳ κατείχετο; Ἐπιστρέψωμεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς, ὅπως τῆς προσκαίρου ταύτης κολάσεως ῥυσθῶμεν, καὶ τῆς αἰωνίου γεέννης ἐκφύγωμεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

alius ante me descendit. Dominus autem dixit paralytico: Quid balbutis, o paralytice? Sufficit tibi quod me confessus sis Dominum. Noli plura excogitare; non jam de piscinæ turbatione sollicitus esto: turbata sunt Judaica, accipe fontis mei ogdoadem. Quid exspectas, novi; hominem non habes, sed adsum tibi ego homo-Deus. Audi ergo me: *Surgens tolle grabatum tuum et vade in domum tuam.* Punge Judæos, terre dæmones, suffoca contradicentes, extorque fidem incredulis, solve Sabbati otium; tolle grabatum, hunc causidicum habe. His auditis, paralyticus, verbo Domini sanatam infirmitatem sentiens, quod jussus erat facit; lectum bajulat, Judæosque obnitentes propter Sabbatum, dicentesque: *Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum*, repellit, illis objiciens auctoritatem jubentis: *Qui me*, inquit, *sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, et ambula.* Cum autem impii Judæi, accusantes Dominum, interrogarent paralyticum, quis esset qui eum sanum fecerat et grabatum tollere præceperat, adversusque sanationis auctorem more canum latrarent, perseveravit qui sanatus fuerat, martyrem agens, homicidis illis obluctari. Postea occurrens ei Dominus, ipsi dixit: *Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.* Viden', dilecte, quod in peccatis causa sit cur tam diuturna infirmitate laboraverit? Convertamur ergo et nos, ut et illius vindictæ temporalis immunes simus, et æternam gehennam effugiamus, per Christum Jesum, Dominum nostrum, cui gloria et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

των. Ἔστιν οὖν βαΐνω, καὶ κατὰ διπλασιασμὸν βαβαΐνω, καὶ πλεονασμοῦ τοῦ μ, βαμβαΐνω. Eodem etiam modo explicatur in *Lexico* inedito Cyrilli, cujus apographum est apud me. *Βαμβαίνει*· διστάζει, τρέμει τοῖς ποσὶ, καὶ τῇ γλώττῃ ἀσήμως φθέγγεται.

Digitized by Google Распознавание текста

DIDYMUS ALEXANDRINUS.

NOTITIA.

(*Bibliotheca Græca* Fabricii, ed. Harles., tom. IX, pag. 269.)

Didymus, Alexandrinus, Didymo, Alexandrino grammatico chalcentero annis prope quadringentis junior, nec cum monacho Ægyptio (*a*) Didymo (de quo Socrates IV, 33) confundendus, parva ætate quadrimulus, cum adhuc etiam prima litterarum ignoraret elementa, oculorum usum amisit; sed majore inde desiderio scientiæ verique luminis inflammatus, precibus et audiendi meditandique impigro studio tantum profecit, ut non modo (*b*) grammaticæ, rhetoricæ, dialecticæ, geometriæ, arithmeticæ, musicæ et astronomiæ, cæteræque philosophiæ adyta penetraverit, sed et sacrarum litterarum insigni peritia instructus, doctorem Ecclesiæ præstiterit tanto magis eximium, quanto etiam magis vitæ exemplo et morum sanctitate celebratum. Vivebat adhuc, catechetæ, hoc est professoris theologiæ, Alexandrini fungens munere, cum Hieronymus a. C. 392 librum suum *De scriptoribus ecclesiasticis* componeret, quo tempore annum octogesimum tertium ætatis testatur eum excessisse, quod ego attigisse interpretor. Nam quinque et octoginta cum excessit annos, (*c*) obiit a. 396, decennio postquam eum frequentarant Hieronymus et Rufinus: ne de Palladio et Ambrosio, Alexandro, Evagrio, Isidoro innumerisque aliis, qui ejus audiendi causa concurrerunt, jam memorem.

DIDYMI SCRIPTA QUÆ EXSTANT (*d*).

1. *Liber* insignis *de Spiritu S.* Græce quidem

(*a*) De aliis Didymis Jonsius III, 2. [Add. Lambec. *Comm. de bibl. Cæsar.* VII, p. 39.]

(*b*) Vide Socratem IV, 25; Sozom. III, 15; Rufin. XI, 7, *Hist.*; Theodoritum IV, 29; *Tripartitam* VIII, 8, Cassiodorum c. 5 *Inst. divin. lit.*; Nicephorum IX, 17, et e recentioribus Tillemontium tom. X, p. 387 seq. Porro illustre Didymus exemplum est ex iis qui, oculorum luce orbati, magnam doctrinæ laudem obtinuere: quales commemorantur alii nonnulli a Jacobo Gutherio in *Tiresia* sive *Diatriba de cæcitatis et sapientiæ conjunctione.* FABR. — Conf. G. Cave *Hist. lit. SS. eccl.* tom. I, p. 253; L. Ell. du Pin *Nouv. Biblioth.* II, p. 129; J. Basnagii *Animadvers. in Didymum et ejus Opera*, in Canisii *Lection. antiquæ* tom. I, p. 197 sqq. Disputat præcipue contra Baronium, qui ex uno Didymo duos finxerat. G. Stolle *Nachricht von den Kirchenvätern*, pag. 288; R. Ceillier *Hist. gén. des AA. ecclés.*, tom. VII, p. 727; J. G. Walch. *Hist. eccl. N. T.*, pag. 1364. Jac. Bruckeri *Hist. crit. philos.*, tom III, periodi II pag 471 sqq., et in appendice s. vol. VI, pag. 549 sqq. Hambergeri z. N. part. II, pag. 899 sqq. — *Veterum testimonia de Didymo Alexandrino cæco: ex quibus tres libri* De Trinitate, *nuper detecti, eidem asseruntur. Ferdinandus Mingarellus, theologus Camaldulensis, collegit, atque animadverss. adjecit.* Romæ, 1764, 4° (qui in secunda animadversione probabiliter demonstravit, Didymum videri ann. C. 335, auctore Athanasio, catechetæ munus obtinuisse, et in animadv. III, contra Tillemontium disputans, annum mortis refert ad ann. C. 395). Saxium in *Onom.* I, pag. 398 sqq., qui, « Obiit Didymus, ait, circa ann. C. 395. Hieronymus saltem librum suum *De scriptoribus eccles.* ann. 393 scribens, sic de eo, cap. 109, *Virit usque*, inquit, *hodie, et octogesimum tertium ætatis excessit annum.* » Atque Schroeckh. in *Hist. eccl. Christ.* part. VII, pag. 74 sqq., qui inter alia observat, Didymum ab Hieronymo, illius discipulo, quidem laudari, sed tamen in *Apol. advers. Rufin.* lib. I, pag. 135, tom. II Opp., lib. II, pag. 147, 148, culpari, quod Origenis fuerit in quibusdam placitis sectator atque admirator. HARL.

(*c*) Ita Sigebertus Gemblacensis, cum quo non difficile fuerit conciliare Palladium, ex cujus sententia ad annum 399 Didymi obitum referendum colligit Tillemontius tom. X *Memor.* pag. 392-796. Annos 85 ætatis Didymo tribuit Palladius cap. 4 *Lausiacæ historiæ.*

(*d*) In variis codd. occurrunt libri aut fragmenta Opp. Didymi. In bibl. Bodleiana secund. *Cat. cod. Angliæ*, etc., in cod. Barocc. CLIV, in catena in L priores psalmos (verum quod in pluribus catenarum editt. et codd. Anglicis, Venetis, Vindob., Gallicis, etc., servata sunt illius loca, istarum mentionem facere desinam) n. 277. In cod. Oliv. Cromwell. (pariter in codd. Coislin. LXXXIII et CCLXXXII sec. Montfauc. *Bibl. Coisl.*, p. 139 et 399). In Palladii *Histor. Lausiaca*, n. 58, *Vita*, etc., Didymi. — N. 1242, in cod. Laudi, VII, epp. canonicæ, cum glossis Bedæ, Didymi et Clementis. — Oxoniæ in cod. XII collegii Jesu, s. n. catal. 2031, Didymus *De Spiritu S.* — Idem opusc. Cantabrigiæ in cod. collegii Caio-Gonv. LXV, 5, sive catal. n. 755, et in cod. CXCVIII Pembroch., sive n. 2126 catal. — Idem in cod. eccl. Dunelmens. CXLVI, s. n. 261 cat., tom. II. — In cod. XI eccl. Hereford. s. n. 1603 cat. — Inter codd. Vossian. ibid. n. 2145, et n. 2290, *Did.* Περὶ αὐτ μέτρα μαρμάρων καὶ παντοίων ξύλων. In bibl. Jacobæa, n. 7883, Didymi opuscula

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

intercidit, sed ab Hieronymo circa a. 386 Latine e Græco versus exstat ex illius versione inter Hieronymi Opera, in Joan. Martianæi editione, tom. IV, præter auctoris et interpretis (*a*) mentem discerptus in libros tres. Meminit Augustinus, lib. II *Quæst. in Exod.*, cap. 25; Niceph. IX, 17. Prodiit separatim primum Coloniæ ann. 1531, 8, deinde libri III quatuor exemplarium collatione a multis mendis expurgati, Joanne a Fuchte curante, Helmstadii 1614, 8. Occurrit et in quibusdam *Bibliothecæ Patrum* editionibus, Paris. 1589, 1654. Plura hujus scripti loca illustrat Caspar Barthius in *Adversariis*. Analysin ejus summaque capita vide, si lubet, apud Abrahamum Scultetum, tom. IV *Medullæ Patrum*, pag. 428. FABR.—Leidæ inter codd. Scaliger. vid. *Cat. bibl. Leid.*, p. 339, 2. HARL.—Excerpta ex hoc libro vernaculo sermone leguntur in Roesler. *Bibl. der Kirchenv.*, VI, p. 384 seq.

2. Cum eodem libro *De Spiritu S.* lucem viderunt primum, sed itidem Latine tantum, Didymi *Breves enarrationes in Epistolas canonicas*, Coloniæ, 1531, 8; fallitur enim Caveus, qui a Canisio primum editas scribit. Exstant et in editionibus Patrum omnibus, Paris. ann. 1575, tom. VI, ann. 1589, 1644, 1654, tom. IX; Colon. 1618, et Lugd. 1677, tom. IV. Illas *Enarrationes* ex Græco Latine vertendas curavit Cassiodorus ab Epiphanio scholastico, ut ipse narrat cap. 8 *De institut. divinarum litterarum: Sed cum de reliquis canonicis Epistolis magna nos cogitatio fatigaret, subito nobis codex Didymi, Græco stylo conscriptus, in expositionem septem canonicarum Epistolarum, Domino largiente, concessus est, qui ab Epiphanio, viro disertissimo, Divinitate juvante, translatus est.* Labbeus (*b*) testatur, se hasce Didymi *Enarrationes* (*c*) vidisse mss. in quodam codice antiquo cœnobii S. Mariæ Montis Dei, una cum Clementis Alexandrini *Adumbrationibus* in easdem Epistolas, quarum et ibidem Cassiodorus mentionem facit.

3. *Liber adversus Manichæos*, sive major certe libri pars, nam integer non videtur ad nos pervenisse, quoniam in eo non reperiuntur hæc verba, quæ ex Didymo *adversus Manichæos* laudat Damascenus in *Parallelis*, pag. 507: Φιλοῦσι τὰ ἁμαρτήματα ἐκ πλήθους ὕλων καὶ εὐθηνίας τῶν ἀναγκαίων πίπτεσθαι. Quantum vero illius libri habemus, e Græco vertit Franciscus Turrianus, e cujus versione dedit Latine primus Antonius Possevinus in *Apparatu S.*, ad calcem litteræ D, Venet. 1603, Colon. 1608, fol.; deinde Henr. Canisius tomo V *Lectionum antiquarum*, Ingolstad. 1604, 4, pag. 17. Hinc in *Bibliothecis Patrum* Colon. et Lugd., tomo IV. Græce porro primus exhibuit cum nova versione Franciscus Combefis. in parte secunda *Auctarii novissimi*, pag. 21-32, Paris., 1672, fol. (*d*). Donaverat ipsi Græcum apographum suum ex Italia redux Emericus Bigotius. Antequam Græce prodiret, initium ex illo produxit Petrus Possinus *ad S. Nili epistolas*, pag. 342.

4. *De Trinitate libri tres.* Fabricius inter scripta deperdita retulerat Περὶ Τριάδος, *De S. Trinitate libros* III, et de iis ea quæ sequuntur scripserat: « Incertum an iidem cum libris duobus *Contra Arianos*, atque simul cum illis computato libro *De Spiritu S.* vel *Sectarum* volumine (*e*). Meminit Socrates IV, 25, qui μέγιστον συνήγορον τῆς οἰκείας πίστεως habitum ab Ecclesia suæ ætatis Didymum, eodem loco testatur. » Sed detexit eos Joan. Aloysius Mingarelli in cod. quodam Græco Patris cujusdam incerti, atque de eorum librorum origine opusc., sermone Italico, et separatim et tom. XI Calogeræ, *Nuova racolta d'opuscoli scient.*, etc., editum composuit. Illius vestigia secutus est frater Ferdinandus Mingarellus in opere supra jam citato, *Veterum testimonia de Didymo Alexandrino*, etc. In prima animadv. docet, hunc Didymum Cæcum Alexandrinæ monachum fuisse; in animadv. IV operam dat demonstrare Didymi libros III *De Trinitate*, ex aliorum opinione deperditos, eosdem esse quos frater ipsius ab umbris revocasset, et verisimillimum esse existimat, Didymum libros duos *contra Arianos* Eunomio, et tres *De Trinitate* Lucio oppo-

quædam.—Vindobonæ in codd. Cæsar. Didymi lib. vel potius fragmentum libri *Contra Manichæos* in cod. CV. Fragmenta quædam miscell. in cod. CLXIV, n. 6; alia fragmenta in cod. CLXVII et CLXVIII. V. Lambec. *Comment.* vol. IV, pag. 50, ibique Kollar.; ibid. pag. 364 sqq., pag. 392 seqq. et 395.—Monachii in cod. CCXXXVIII, *Did.* Περὶ τῶν μαρμάρων καὶ παντοίων ξύλων μετρήσεως, ex Anatalio, v. *Cat. codd. gr. Bauar.*, p. 82, et in cod. Parisin. MMCDLXXV, n. 2, et in *Cat. codd. bibl. Paris. publ.*, II, p. 508, dicitur opus ineditum: sed alius Didymus Alexandr. videtur fuisse auctor.—Venetiis in Naniano cod. XXIII, s. catena in Psalmos insunt plura Didymi loca, quæ omnia Mingarellius exscripsit in *Codd. gr. mss. apud Nanios*, pag. 19 sqq., et in animadv. quinta veterum testimon. de Didymo supra laudatorum. HARL.

(*a*) Cave credas Eliæ du Pin, qui ab Hieronymo in tres libros distinctum scribit; nam unum librum agnoscit Hieronymus in *Catalogo*, c. 109, et lib. II *in Rufin.*, et, qui Hieronymi versionem legit, Ratramnus lib. II *contra Græcos*, cap. 5.

(*b*) Tom. I *De scriptoribus eccles.*, pag. 230. FABR.—In cod. Coislin. CCXXIV, fol. 112, *Epistolæ catholicæ*, cum commentariis Chrysostomi, Origenis, Didymi et aliorum. V. Montfauc. *Bibl. Coislin.*, p. 275. HARL.

(*c*) Opusculum hocce cum fragmentis Græcis exhibent *Quæstiones ac vindiciæ Didymianæ, sive Didymi Alex. enarratio in Epistolas catholicas Latina, Græco exemplari magnam partem e Græcis scholiis restituta*, ed. Lücke. Gottingæ, 1829-32, in 4°. EDIT.

(*d*) Græce ex Combefisii *Auctario*, et Lat. interprete Turriano, in H. Canisii *Lect. antiq.*, ed. J. Basnagii, tom. I, p. 197 sqq.; Gallandius in *Bibl. PP.*, tom. VI, p. 309 sqq. Conf. Lambec. *Comm. de bibl. Cæsar.* IV, p. 50 sqq. de cod. CV, ibique notas Kollarii. HARL.

(*e*) Hoc ultimum contendit Mingarell. in *Veterum testimoniis* citatis, animadv. IV, quoniam omnes in illo libro *De Trinitate* ante Macedonianam hæreses ortæ memorentur.

Digitized by Google Распознавание текста

suisse. In animadv. v reliqua Didymi Alex. scripta, partim edita, partim inedita adhuc perlustrat. In additamento respondet anonymo cuidam Romanensi, qui in : *Gazette littéraire de l'Europe*, ann. 1764, evincere studuit, librum istum haud profectum esse a Didymo Cæco. Conf. longas censuras in *Novis act. eruditor.*, Lips. men. Jun. 1768, pag. 248 sqq.; et (Schroeckh.) in *Nova bibl. theol.*, tom. VII, Lips. 1766, 8, part. IV, p. 303-312; atque Schroeckh. in *Hist. eccl. Christ.*, VII, p. 85. — Lucem viderunt *Didymi libri tres de Trinitate*, a Joan. Aloysio Mingarello, Gr. et Lat. Bonon., 1769, fol. V. Mauri Boni *Degli autori classici, Bibliot. portatile*, etc., part. I, Venet. 1793, pag. 287. HARL.

SCRIPTA DIDYMI DEPERDITA.

Συγγραφέα et sacrorum expositorem scriptorum, qui multos S. Scripturæ libros explicaverit, laudat Palladius in *Lausiaca* (pag. 15 edit. Meursii), et in *Vitis Patrum* Rosweidi, pag. 751. Quin in Heraclidis *Paradiso* (in iisdem *Vitis*, pag. 710) legas Testamentum Vetus ac Novum ad verbum interpretatum esse, sectas autem omnes tam subtiliter firmiterque, exposita super ipsas ratione disseruisse, ut omnium scientiam veterum peritiamque transiret. *Hujus aliquanti dicta*, inquit Rufinus lib. XI *Hist. eccles.*, cap. 7, *vel communiter disputata vel proponentibus responsa, adhibitis notariis descripsere, quæ etiam nunc in magna admiratione habentur. Nos tamen, qui et vivæ vocis ejus ex parte aliqua fuimus auditores, et ea, quæ a nonnullis dicente eo descripta, legimus; longe majorem gratiam et divinum nescio quid, ac supra humanam vocem sonans, in illis magis sermonibus, qui de ore ipsius proferebantur, cognovimus.*

Εἰς τὸν Λὼτ καὶ τὸν Δαβίδ. Citat Joan. Damascenus in *Sacris Parallelis*, pag. 789, tom. II Opp.

In Jobum commentarii. Hieron. cap. 109 *Catalogi.* Fragmenta plurima in catena Patrum Græcorum ad Jobi librum.

Λόγος εἰς τὸν Ἰώβ. Damascenus in *Parallel.*, pag. 789.

Commentarii in Psalmos omnes. Hieron. cap. 109 *Catalogi*, et epist. 89 ad Augustin.; Nicephorus IX, 17. Fragmenta bene multa in catena ad Psalmos Corderiana; et in codd. catenar. in Psalmos.

In Proverbia. Cassiodorus cap. 5 *Institut. divin. lit.*, *in quo libro Didymum expositorem in Græca lingua reperimus, qui ab amico nostro viro disertissimo Epiphanio in Latinum sermonem diligentissime, Domino juvante, translatus est.* Ex hoc commentario fragmenta in catena Patrum ad Proverbia, quam Latine Theodorus Peltanus edidit, et in catena Corderiana ad Lucæ VIII, 5.

In Ecclesiastem. Joan. Damascenus in *Sacris parallelis*, pag. 685.

In Canticum canticor. Catena a Meursio edita pag. 19.

In Isaiæ postrema a quadragesimo usque capita, tomi XVIII. Hieronymus *Prologo in Isaiam. Didymus, cujus amicitiis nuper usi sumus, ab eo loco ubi scriptum est* (XXXIX, 13) : Consolamini, consolamini populum meum, sacerdotes, loquimini ad cor Jerusalem, *usque ad finem voluminis, decem et octo edidit tomos.* Meminit et capite 109 *Catalogi* et Nicephorus IX, 17. Citat Damascenus pluribus locis *Sacr. parallel.* pag. 307, 341, 677, 721, 781.

In Jeremiam citat catena Ghisleriana tom. I, pag. 39; tom. II, pag. 704, 753.

In Oseam libri III, ad Hieronymum scripti, teste ipso Hieronymo cap. 109 *De S. E.* et *Apologia ultima in Rufin.* p. 164, et Prœm. *in Oseam et Zachariam.* Citat Damascenus in *Parallelis*, pag. 778. Hieronymi verba ex Prœmio *in Oseam* ascribere placet : *Ante annos circiter viginti duos, cum essem Alexandriæ, vidi Didymum et eum frequenter audivi, virum sui temporis eruditissimum, rogavique eum, ut, quod Origenes non fecerat, ipse compleret, et scriberet in Osee commentarios : qui tres libros me petente dictavit, quinque alios in Zachariam.*

In Zachariam libri V, Hieronymo rogante scripti. Id. Prœmio *in Zachariam : Didymus quinque explanationum libros me rogante dictavit, quos cum aliis tribus in Osee et mihi προσεφώνησεν. Sed tota eorum ἐξήγησις allegorica fuit, et historiæ vix pauca tetigerunt.*

Etiam *in Michæam* scripsisse Didymum tres libros, notat Tillemontius tom. X *Memor.*, pag. 393; sed decepit eum corruptus Prœmii Hieronymiani *in Zachariam* locus : *quos cum tribus aliis in Osee et Michæa προσεφώνησεν*, pro, *et mihi προσεφώνησεν*, ut e mss. cod. recte Martianæus restituit.

In Evangelium Matthæi. Meminit *Hieron.* cap. 109 *Catalogi* et Prœm. *in Matthæum; Nicephorus* IX, 17. Citat Damascenus pag. 676 *Parallel.* In catena edita ad Matthæum, nusquam, quod miratus sum, Didymi nomen occurrit.

In Evangelium Joannis. Hieron. c. 109 *Catalogi;* Nicephorus IX, 17. Citat Damascenus pag. 754, et sæpius auctor catenæ Patrum Græcorum editæ in Joannem.

[*In Acta apostolorum.* V. J. Christoph. Wolfii *Anecdota Gr.*, tom. IV, pag. 1 sqq., ubi inter excerpta ex catena ms. *in Acta apost. et Epp. cathol.* multas Didymi interpretationes, ex ejus comment. *in Acta apost.* sumptas, Gr. attulit, Latine vertit, et hinc inde explicuit. — In cod. Coislin. XXV, qui complectitur Acta apostolorum et Epp. catholicas cum commentariis ex Chrysostomo, Ammonio presbytero, Didymo, aliisque Patribus et auctoribus collectis et in ordinem digestis ab Andrea presbytero. Vid. Montfauc. *Bibl. Coislin.*, p. 75 sq. et p. 263, de cod. CCII, qui continet Acta apostolor. cum Chrysostomi, Didymi aliorumque commentariis, et pag. 264, in cod. CCIV, s. catena in Epistolas Pauli. — Leidæ inter codd. Vossian. Didymus ad cap. III Actorum apostol., vers. 19 et 21, Gr. V. *Cat. bibl. Leid.*, pag. 401, n. 4. — Vindobonæ in cod. Cæs. CCLI, qui continet anonymi locos communes

Digitized by Google Распознавание текста

asceticos de interpretationibus divinorum præceptorum Domini ex varior. Patrum opp. collectos, fol. 187 exstat Didymi fragmentum expositionis in *Acta apostolorum*. V. Lambec. *Comment.* V, p. 524 sqq. HARL.]

In Epistolam ad Galatas (vel certe in illum locum ubi Petri a Paulo reprehensi fit mentio). Hieron. epist. 89, ad Augustin.

In Epistolam ad Ephesios commentarioli. Hieron. *I in Rufin.* et Procem. *in Epist. ad Ephes.*

In Epistolam ad Corinthios. Hieron. epist. 31, ad Pammachium : *Origenes, Dionysius, Pierius, Eusebius Cæsariensis, Didymus, Apollinaris, latissime hanc Epistolam interpretati sunt*. Citat Damascenus in *Parallelis*, pag. 721.

Sectarum volumen (*a*). Didymus ipse libro *De Spiritu S.*, tom. IX Opp. Hieron., pag. 323 : *Quod autem ab aliis capiatur Spiritus S. et non alia capiat, et nunc et in* Sectarum *volumine, prout potuimus, expressimus.* Et pag. 328 : *Hoc ipsum, quod subsistit Spiritus, sapientiæ est, et natura ejus nihil est aliud, nisi Spiritus veritatis et Spiritus Dei, de quibus jam abundanter in* Sectarum *volumine disputavimus.* Memorat et Didymi *adversus sectas* opus Heraclides in *Paradiso*, c. 1, p. 710. Ab hoc non distinguendum *dogmatum volumen*, cujus meminit, p. 332. *Ex quibus ostenditur, esse Spiritum S. creatorem, ut jam in* Dogmatum volumine *breviter ostendimus.* Hic est *Liber de dogmatibus*, cujus et Hieronymus, cap. 109 *Catalogi* mentionem facit. Et Theodoritus IV, 29, *Hist.* testatur, eodem tempore Ephraimum Edessæ, et Alexandriæ Didymum κατὰ τῶν ἀντιπάλων τῆς ἀληθείας δογμάτων scripta composuisse. Sed quæ Stobæus *Eclog. ethic.*, pag. 15, ex Didymo *Περὶ αἱρέσεως* affert, petita sunt ex Didymi alterius (*b*), ethnici scriptoris, libro *Περὶ φιλοσοφίας Πυθαγορικῆς*, quem laudat Clemens Alex. I *Strom.*, pag. 369, et cujus *Περὶ τῶν Πλάτωνι ἀρεσκόντων*, laudat Eusebius XI, 23, *Præparat.*, *Epitomen*, Stobæus *Florileg.*, serm. 101, pag. 557. Vide Joan. Christophori Wolfii dissertationem, qua *Philosophumena*, quæ sub Origenis feruntur nomine, pro illo Didymi *Sectarum* volumine haberi non posse, neque volumen *Dogmatum* Didymi Alex. a *Sectarum* volumine diversum esse disputat adversus Christophorum Augustum Heumannum. Prodiit illa dissertatio una cum secundis laudati Wolfii ad *Φιλοσοφουμένων* scriptorem curis Hamburgi 1714, 8. FABR.

Contra Arianos libri II. Hieron., cap. 109, *De S. E.*; Nicephorus IX, 17, *Hist.* Videtur respicere Didymus ipse sub extremum *explanat. in I Joannis*, Arianos perstringens, *Horum*, inquit, *singula examinationem, ut fuit possibile, in aliis habuerunt.*

Πρὸς φιλόσοφον. Damascenus, pag. 643 *Parallel.*

Liber ad Rufinum, quare moriantur infantes, cum propter peccata corpora acceperint. Hieronymus *Apologia ultima ad Rufin.*, pag. 164 : *Exstat liber Didymi ad te, quo sciscitanti tibi respondit, non eos multa peccasse, et ideo corporum carceres tantum eis tetigisse sufficere. Magister meus et tuus eo tempore quo tu ab eo ista quærebas.*

De impari numero, sive septenario. Hieron. *Apologia pro libris adversus Jovinianum.*

Περὶ ἀσωμάτου. Damascen., pag. 780 *Parallel.*

Ὑπομνήματα εἰς τὰ *Περὶ ἀρχῶν* Ὠριγένους, *In libros Origenis* De principiis *commentaria* apologetica, adversus ejus adversarios, quos calumniari, quæ non intelligerent, arguit, teste Socrate, IV, 25. His præcipue in se odium multorum et invectivas contraxit bonus Didymus : atque propter hos commentarios factum est, ut etiam post fata sit cum Origene et Evagrio proscriptus non uno in concilio. Vide cardinalis H. Norisii *Diss. de synodo quinta*, capite 7, ubi contra Halloisium docet, a quinta synodo generali utique fuisse damnatos Evagrium Didymumque a. 553, neque in hoc errasse concilium Lateranense sub Martino papa, a. 649, synodumque sextam *in Trullo* a. 680, et septimam 787 Nicænam, quæ exemplum illud concilii quinti sunt secutæ. Argumenta Norisii labefactare non potuit Joan. Garnerius in Diss. de eadem quinta synodo quam Liberati *Breviario* subjunxit. Hieronymus lib. II *in Rufin.*, pag. 148 : *Quid respondebis pro Didymo, qui certe in Trinitate catholicus est, cujus etiam nos* De Spiritu S. *librum in Latinam linguam vertimus? Certe hic in his quæ ab hæreticis in Origenis operibus* (ex Rufini scilicet opinione) *addita sunt, et in ipsos* Περὶ ἀρχῶν, *quos tu interpretatus es, libros breves dictavit commentariolos, quibus non negaret, ab Origene scripta, quæ scripta sunt, sed nos simplices homines non posse intelligere, quæ dicuntur, et quo sensu in bonam partem accipi debeant, persuadere conatur, hoc duntaxat de Filio et Spiritu S. Cæterum in aliis dogmatibus et Eusebius et Didymus apertissime in Origenis scita concedunt, et quod omnes Ecclesiæ reprobant, catholice et pie dictum esse defendunt.* Idem *Apologia postrema*, pag. 163 : *In Didymo memoriam prædicamus, et super Trinitate, fidei puritatem. Sed in cæteris, quæ Origeni male credidit, nos ab eo retrahimus. Magistrorum enim non vitia imitanda sunt, sed virtutes.* Adde pag. 159.

De providentia et judicio Dei in hac vita, ne eremus, jussit Didymus (*c*) observare diligenter varietatem corporum rerumque, quibus mundi decus constat, et rationes, quibus Deus per aspera nos ad virtutem ducit ac sapientiam. Τοὺς *Περὶ προνοίας καὶ κρίσεως* κατὰ σαυτὸν ἀεὶ γύμναζε λόγους, φησὶν ὁ μέγας καὶ γνωστικὸς διδάσκαλος Δίδυμος, καὶ τούτων τὰς ὕλας διὰ μνήμης φέρειν πειράθητι. Καὶ τοὺς μὲν *Περὶ κρίσεως* λόγους ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν σωμά-

(*a*) V. supra ad n. 4. HARL.

(*b*) Incertum, sitne hic Didymus Heraclidæ filius, grammaticus et musicus, Nerone clarus imperante, Suidæ memoratus, cujus libro *Περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν Ἀριστοξενείων τε καὶ Πυθαγορείων*, usi Ptolemæus et Porphyrius, ut dixi supra, lib. II, cap. 13.

(*c*) Apud Socratem IV *Hist.*, c. 23, pag. 237.

Digitized by Google Распознавание текста

των καὶ κατὰ τὸν κόσμον εὑρήσεις. Τοὺς δὲ *Περὶ προρολας*, ἐν τοῖς τρόποις τοῖς ἀπὸ κακίας καὶ ἀγνωσίας ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἢ ἐπὶ τὴν γνῶσιν ἡμᾶς ἐπανάγουσι. *Sermones* De providentia et de judicio Dei, *assidua meditatione tecum ipse recole, ait magnus doctor et spiritali scientia instructus, Didymus, eorumque sermonum materias fac in memoria circumferas. Omnes enim fere in his labuntur. Et sermones quidem ac rationes* de judicio, *in differentia cor-*

A *porum et in partibus mundi reperies. Sermones autem* De providentia, *in modis illis, quibus a vitio et ignorantia ad virtutem et cognitionem ducimur, deprehendes.*

Styli simplicitatem significare, non vitium reprehendere voluit Hieronymus, quando Præf. ad librum Didymi *De Spiritu S.* scripsit : *Imperitus sermone est, sed non scientia, apostolicum virum ex ipso stylo exprimens, tam sensus lumine quam simplicitate verborum.*

DIDYMI ALEXANDRINI

DE TRINITATE

LIBRI TRES

PRIMUM EX PASSIONEIANO CODICE GRÆCE EDITI,

LATINE CONVERSI, AC NOTIS ILLUSTRATI

A D. JOANNE ALOYSIO MINGARELLIO

CANONICO REGULARI ORDINIS S. AUGUSTINI CONGREGAT. RHENANÆ S. SALVATORIS, SACRÆ THEOL. LECT. EMERITO, SACRÆ CONGR. INDICIS CONSULTORE, ET IN BONONIENSI ARCHIGYMNASIO GRÆCARUM LITTERARUM LECTORE PUBLICO.

(Bononiæ, typis Lælii a Vulpe. 1769, in-fol.)

—

DE DIDYMO COMMENTARIUS

Ad nobilissimum præsulem D. Franciscum Carafam Minturnensium ducis filium, Patrensium archiepiscopum, apostolica legatione Venetiis functum, et sacræ congregationis Episcoporum ac Regularium negotiis præpositæ a secretis.

—

LIBER PRIMUS.

DE AUCTORE TRIUM, QUOS NUNC EDIMUS, LIBRORUM DIDYMO.

—

[I–X*] Cum veteres omnes Passioneianæ bibliothecæ membranas, librosve calamo exaratos seu Græcos seu Latinos humaniter mihi a præclarissimo cardinali Dominico Passioneio traditos, imo domum ad me paulatim missos, anno 1768, accurate recensuissem, ac recensionem ipsam, indicemque a me elaboratum evolverem, plura quidem in iis reperiri luce digna opuscula deprehendi, nullum tamen tribus *De Trinitate* libris, quos nunc edo, anteponendum existimavi. Itaque cum illorum nonnulla, domini non permissu modo, sed pene etiam jussu aut manu mea exscripserim, quæ Græca erant, aut exscribenda curaverim, quæ Latina : tres ta-

B men hosce libros, etsi initio mutilos, mihi potissimum excolendos esse duxi : cupido enim me statim incessit illos, Deo Opt. Max. opem ferente, aliquando evulgandi. Sed quanti id laboris futurum esset, jam tum animo prospiciebam. Nam Græcum aliud opus postquam descripsissem, quod mutilum et ipsum initio est, evulgatum postea fuisse comperi. Investigandum igitur erat primum, an hi editi unquam forent, ne *bis ad eumdem* lapidem, quod veteri proverbio prohibemur, offenderem. Exscribi deinde illos a me ipso oportebat, quod nullus mihi idoneus præsto esset amanuensis; Latine insuper vertendi, ac præterea adnotationibus illu-

* His numeris repræsentantur paginæ editionis Mingarelli.

Digitized by Google Распознавание текста

strandi erant. Verum illud præ omnibus sollicitum me tenebat, quod cujusnam auctoris essent, ignorabam. Pigebat enim sine auctoris nomine evulgare, sed pigebat multo magis ejus auctoris nomen inscribere, a quo scriptos esse certum mihi necdum videretur; etsi enim multis ducerer conjecturis, ut illos huic potius, quam alteri tribuerem auctori, hisce tamen conjecturis nimis fidendum non arbitrabar, quod et nonnulla opinioni meæ aliquantulum officere tunc viderentur, et nullum toto in opere locum invenire possem, qui invictum mihi solus argumentum ad detegendum scriptoris nomen suppeditaret : si quid enim occurrebat, quod hujusmodi videretur, id re maturius examinata probabilitatis fines non excedere deprehendebam. Fateor itaque tandiu me de operis auctore dubitasse, quandiu scholia, sive adnotationes in totum opus non absolvi. His vero ad exitum perductis, ac singulis auctoris verbis diligenter perpensis, in ea tandem sententia acquiescendum duxi, ut genuinus operis auctor sit Didymus Alexandrinus. Argumentum, quo innitor, multiplex quidem videtur, sed reipsa unicum est : tantamque mihi vim habere visum fuit, ut tuto jam Didymi nomen in operis fronte inscribere me posse statuerim : illud tamen profiteor, huic me sententiæ tunc duntaxat firmiter adhæsurum, cum ea doctis sapientibusque viris, quibus Italia, et reliqua redundat Europa, probabitur, quorum et doctrinam, et ingenium summopere miror, quosque ut magistros suspicio. Argumentum porro, quod dixi, fusius mox in hoc libro persequar; quamvis enim unum sit, tam multa sunt tamen, ex quibus veluti coalescit, ut longiorem desideret orationem. Cæterum huc totum redigitur, ut fieri omnino non possit, ut Didymus ille non sit, cui omnia cum Didymo paria sint. Librum *De Spiritu sancto* edidit Didymus, edidit et iste auctor : imo sæpius in his libris ita loquitur, ut ea supplere videatur, quæ ibi minus fuse persecutus est. Sæculo quarto uterque floruit; uterque Alexandrinus fuit; uterque catechista; uterque filios genuit; uterque tres *De Trinitate* libros scripsit; uterque in Trinitate catholicus fuit; uterque strenue contra Arianos ac Macedonianos semper decertavit : uterque λόγους, seu libros *contra Arianos* edidit; neuter satis caute de gratia loquitur; uterque in poetis versatus; uterque Deum vocat ἀμεγέθη, id est magnitudinis, nempe [XI] quantitatis expertem : uterque de impari numero scripsit : utrumque imitati sunt Ambrosius ac Hieronymus; uterque de hæreticorum sectis scripsisse videtur; uterque de se demisse sentit; uterque memoria singulari præditus fuit; eadem tamen utriusque σφάλματα μνημονικά, sive iidem lapsus memoriæ vitio : uterque nonnulla citat apocrypha; eosdem uterque hæreticos obiter confutat; Origenis uterque studiosus, et imitator A et in multis sectator : uterque certa Scripturæ loca eodem modo legit; uterque eosdem Scripturæ libros, de quorum olim auctoritate a multis dubitabatur, ut canonicos habuit; eædem utriusque omissiones, eædem Scripturarum interpretationes, eædem frigiditates, idem stylus, eadem argumentandi methodus, eadem dubitanter loquendi ratio, eadem ab utroque dogmata inculcata, eædem utriusque sæpius formulæ, eædem Scripturarum textuum mutationes, eadem Scripturas citandi ratio, iidem mores, eædem opiniones, eædem parum accuratæ locutiones : innumerabilia demum in hoc opere sunt, quæ etsi aliis convenire queant, Didymo tamen potissimum consentanea sunt; nihil contra in toto opere legitur, quod ab eo dissonum sit. Quid B ergo superest, nisi ut Didymum hujus operis auctorem esse pro certo habeamus? Possem hic equidem finem loquendi facere; horum enim pleraque in adnotationibus ostendi : verum cum plures sint, qui adnotationes legere negligunt, cumque labor lectori minuendus sit, hæc ipsa veluti totidem lineamenta ac notas simul colligens, sic ea persequar, ne nimis longus sim, ut nec omnia recenseam, et lectorem identidem ad notas ipsas amandem. Incipio autem ab eo loco, quo primum motus sum, ut Didymo opus hoc tribuerem, etsi postea compererim rationem inde ductam non esse invictam.

Cap. I. *Theologus noster bis citat librum suum* De Spiritu sancto.

C Suum ergo librum *De Spiritu sancto* bis citat auctor noster : primum scilicet pagina 374*, ubi sic loquitur : « Animæ et angeli sunt... mortales, quatenus mente aliquando corrumpuntur : nam ex mutatione est quando labuntur in peccatum, ex quo supervenit mors. Juxta quem modum Paulus scribit : *Et in deliciis vivens vidua, mortua est*[1] : etsi ea nondum ex hac vita migraverit, sicut jam explicatum est in λόγῳ (id est, libro, aut sermone) *De Spiritu sancto...* » Deinde pagina 425, ubi hæc legimus : *ac insuper aliis etiam oraculis quæ afferuntur in* λόγῳ De Spiritu sancto, etc. Quæ autem citat, exstant in Didymi libro *De Spiritu sancto*, quem Hieronymus Latine vertit, ut monui in notis ad ea D loca.

Confecta ergo res est, inquies : nec dubitandum jam, quin tres hi libri a Didymo dictati sint. Ita et ego olim, fateor, ratiocinabar; sed postquam omnia maturius expendi, argumentum hoc non mediocribus difficultatibus obnoxium esse deprehendi. Nimirum secundus liber operis, quod nunc edo, *De Spiritu sancto* et ipse inscribitur. Itaque existimare quis potest, primo quidem in loco, nempe pagina 374, respici segm. 67 : in altero autem respici caput 15 secundi libri, aut aliud, si quod est, caput in quo textus Biblici a Macedonianis catholicæ Ecclesiæ objecti afferantur. Huc accedit quod secundus

[1] I Tim. v, 6.

*Paginas intellige editionis Mingarelli quas typis grandioribus in textu expressimus.

Digitized by Google Распознавание текста

liber tribus in locis mutilus est, nimirum pag. 225, 235 et 292. Quidni ergo quis putet, ea auctorem loca respicere secundi libri, quæ modo desiderantur?

Diu hæc, ut verum fatear, sollicitum me habuere. Verum in eam tandem descendi sententiam, ut putarem citari utrobique non secundum hujus operis librum; sed librum *De Spiritu sancto* ab Hieronymo Latine versum. Tribus autem rationibus id confirmo.

Nam primo dubium valde est, an secundi libri titulus ab auctore ipso sit inscriptus, an vero a librariis. Equidem non eum modo titulum, sed et indicem capitum, qui proxime post titulum sequitur, et singulorum capitum argumenta ab his, non ab illo addita esse existimo; auctoris vero mentem hanc fuisse, ut tres hi libri hoc vel alio affini modo inscriberentur : *Περὶ θεολογίας* (vel *Περὶ τῆς Τριάδος*) βιβλίον α'. *Περὶ τῆς Τριάδος* βιβλίον β'. *Περὶ τῆς Τριάδος* βιβλίον γ', id est, *De Trinitate* liber I; [XII] *De Trinitate* liber II; *De Trinitate* liber III.

Quod enim spectat ad argumenta initio capitum inscripta, ea auctoris non esse, sed studiosi amanuensis, colligi videtur cum ex iis, quæ dixi pag. 1, not. 3; tum ex eo quod is qui illa apposuit initio operis, idem quasi defatigatus ea omisit a capite 15 usque ad postremum libri primi, ac toto libro tertio : tum demum ex argumento capitis 18 libri primi : ibi enim legitur, ὀνόματα λέγονται. auctor vero non λέγονται dictasset, sed λέγεται. sic enim semper loqui consuevit. Quod vero attinet ad argumentorum series, sive indices capitum, qui præponuntur libro secundo, ac tertio, ii adeo oscitanter, ac male concinnati sunt, ut auctori tribui non possint, quin injuria ipsi inferatur. Quæ cum ita sint, ne titulum quidem, qui exstat pag. 107, auctori tribuerim, sed librario, cum præsertim non libro secundo, sed indici capitum secundi libri, proxime inscribatur. Cæterum sive hic titulus ab auctore dictatus fuerit, sive a librario adjectus, non ita accipiendus est, ut sit genuinus secundi libri titulus, sed ita ut sit ejus veluti argumentum : nempe verus, ut dixi, titulus est : *De Trinitate liber secundus.* Itaque verba illa, *Liber secundus, de Spiritu sancto*, hoc tantum indicant, in secundo libro sermonem esse de Spiritu sancto, sicut in primo sermo fuit de Filio. Alioquin scribendum fuisset : *Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος · βιβλίον β'*, non vero : *βιβλίον β' · Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.*

Secundo concedamus, ea quæ pag. 374 habet auctor, referri forsitan posse cum ad secundum hujus operis librum, tum ad librum *De Spiritu sancto.* At illud certe, quod ait pag. 425, vix ac ne vix quidem ad secundum hujus operis librum referre licet. Nam postquam tria ibi attulit Scripturæ loca, quibus hæretici ad deprimendam Spiritus sancti naturam abutebantur, subdit, eos aliis etiam hujusmodi testimoniis abusos esse, hæc vero se in libro *De Spiritu sancto* attulisse. At quænam, quæso, sunt hæc *alia* testimonia in secundo hujus operis libro allata? Si excipias illud : *Nisi quis*, etc., quod cap. 13 affertur, vix ullum aliud in secundo libro invenies : id enim potissimum in secundo auctor spectat, ut argumenta ac testimonia afferat, quibus Spiritus sancti divinitas ostenditur, quemadmodum in tertio id potissimum spectat, ut ea Scripturæ loca afferat, quibus perperam explicatis catholicæ Ecclesiæ dogma hæretici impugnabant. At contra in libro *De Spiritu sancto* multa profert Scripturæ loca iis similia, quæ pag. 425 attulit in hoc opere, ut ostendi in notis.

Tertio librum suum *De Spiritu sancto* dum citat duobus in locis auctor noster, utrobique λόγον eum vocat, non βιβλίον. Inde autem colligo spectari ab eo non secundum hujus operis librum, sed librum *De Spiritu sancto* ab Hieronymo Latine conversum; nec enim ita promiscue duo ea nomina accipiuntur, ut nullum inter ipsa discrimen sit. Nomen quidem λόγος optime libro *De Spiritu sancto* convenire, jam ostendi pag. 374. At secundus *De Trinitate* liber magis proprie βιβλίον, quam λόγος nuncupatur. Nam tres hi libri βιβλία, non λόγοι vocantur in codice Passioneiano : qua de causa merito a Socrate quoque eosdem, ut equidem opinor, indicante βιβλία denominantur. Quin imo auctor ipse libro III, pag. 345, λόγον secernit a βιβλίῳ, cum sic loquitur : *in primo* λόγῳ *cap.* 10, *et in hoc* βιβλίῳ *cap.* 14. Videtur ergo vocabulo λόγος opusculum designare aliud a primo hujus operis libro. Quod ut clarius adhuc appareat, animadvertendum est, terdecies in his libris a theologo nostro citari primum λόγον, octies autem primum, aut secundum βιβλίον. Quæcunque vero citat ex primo, aut secundo βιβλίῳ, ea omnia, aut fere omnia in primo, vel altero ex tribus hisce libris inveniri, si pauca excipias, quæ in capitibus deperditis exstabant. At contra tredecim ea loca, quæ citat ex primo λόγῳ, in primo hujus operis libro non reperiri, nisi forte unum, aut duo, de quibus dubitare licet, utrum in primo libro inveniantur. Quis autem credat, tredecim ea loca omnia, aut fere omnia in paucis illis primi libri capitibus exstitisse quæ interierunt? Apparet ergo non temere distingui a theologo nostro λόγον a βιβλίῳ, ut proinde cum citat *primum* λόγον, aut cum citat λόγον *De Spiritu sancto*, non primum, [XIII] aut secundum hujus operis librum allegare putandus sit, sed alia opuscula.

Cap. II. *Citat auctor noster λόγους, quos scripsit contra Arianos.*

Duos Didymum λόγους, id est, sermones contra Arianos edidisse testantur vetusti scriptores, quorum testimonia simul congesta in Appendice lectori exhibui. Id autem in theologum nostrum quadrare liquet cum ex iis, quæ dixi pag. 435, atque alibi, tum etiam ex his quæ mox dicam.

Cap. III. *Se contra Arianos semper pugnasse affirmat theologus noster.*

Præterea auctor noster pag. 202, se Arianis ac

Digitized by Google Распознавание текста

Macedonianis *pro virili parte semper obstitisse* ait, ac pro catholica de Trinitate doctrina *in medium semper prodiisse ad litem aut intentandam, aut sustinendam*. At quisnam est post Athanasii ætatem Græcus sæculi quarti scriptor, ad quem aptius hæc referre possimus, quam Didymus Alexandrinus? quem Rufinus, Socrates, Sozomenus, Hieronymus, Theodoretus ut catholicæ de Trinitate doctrinæ strenuum propugnatorem prædicant; quique et in libro *De Spiritu sancto*, et in sermonibus *contra Arianos*, et in libro, seu libris *De sectis*, et *De dogmatibus* contra eos hæreticos ex professo scripsit: qui denique in enarrationibus in Epistolas catholicas, atque in commentariis sacræ Scripturæ, quorum fragmenta in catenis exstant, nullam etiabi sinit occasionem, quin catholica de Trinitate dogmata inculcet, aut Arianos, Macedonianos, aliosque hæreticos perperam de illa sentientes refellat? Rem ita se habere, observabit diligens lector in catena *in Psalmos* ad psalmum cii, vers. 20, et alibi, in catena *in Acta* tom. IV *Anecdot.* Wolfii, pag. 6, 9, 14, 19, atque in aliis catenis quæ jam impressæ sunt. Ego enim ne nullum ex innumerabilibus exemplis quæ afferri queunt, protulisse videar, omissis iis quæ edita jam sunt, unum duntaxat exscribo ex catena ms. *in libros Regum*, quæ exstat in codice Græco XVI bibliothecæ Venetæ S. Marci. Ibi enim ad versiculum 22 capitis XXII libri II Regum, qui incipit, Ὅτι ἐφύλαξα τὰς ὁδοὺς Κυρίου, hæc leguntur pag. 129: Διδύμου. Ὅτι ἐφύλαξα, φησὶ, τὰς ὁδοὺς Κυρίου. Ταῦτα οὐκ ἀλαζονικῶς φησιν, ὥς τινες οἴονται· ἀλλ' ἀνατιθεὶς τῷ Θεῷ τὴν αἰτίαν τῶν κατορθωμάτων. Φυλάσσει δὲ τὰς ὁδοὺς Κυρίου ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ πορευόμενος· καὶ οὐκ ἀσεβεῖ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ, ὁ ὀρθῶς περὶ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων διειληφώς· ἀμέμπτως περὶ Θεοῦ ἐννοῶν καὶ ἁγίως περὶ Χριστοῦ διαλαμβάνων· καὶ εὐσεβῶς περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνθυμούμενος· καὶ περὶ τῶν ἄλλων δογμάτων ὃν δεῖ τρόπον δοξάζων. Quæ sic verto: « Didymi. *Quia custodivi*, inquit, *vias Domini* [1]. Hæc non arroganter dicit, ut quidam putant; sed Deum agnoscens ut causam eorum quæ a se gesta sunt, ac ea illi tribuens. Custodit autem vias Domini is qui in mandatis ejus ambulat: et impie non agit a Deo suo [2] is qui recte de veritatis dogmatibus disserit, irreprehense de Deo sentiens, et sancte de Christo disserens, et pie de Spiritu sancto cogitans, et de aliis dogmatibus ita ut oportet sentiens. » Quis hominem vel paucis hisce in verbis non agnoscit catholicam de Trinitate doctrinam inculcandi percupidum? At quanto magis in cæteris quæ exstant ejusdem operibus atque fragmentis?

Cap. IV. *Tres de Trinitate libros dictavit auctor noster, ut Didymus.*

Quin tres a Didymo libros *De Trinitate* dictatos esse testantur aperte Socrates, Cassiodorus, et Anselmus Havelbergensis in testimoniis a me in Appendice allatis. Hujusmodi vero opus respicere videtur et Hieronymus in libro *De script. eccles.* cap. 120, cum ait: *Responderunt ei* (nempe Eunomio) *Apollinarius, Didymus*, etc. Id autem quam belle auctori nostro conveniat, me vel tacente omnes vident. Itaque ad alia statim progredior.

[XIV] Cap. V. *De impari numero scripsit ut Didymus.*

Undecim scilicet scriptores, qui de impari numero scripserant, numerat Hieronymus in epistola ad Pammachium, ut dixi pag. 268, not. 5, quorum sextus est Didymus. Ego vero rationem hinc duco non contemnendam, qua confirmem tres hosce libros esse Didymi. Fuse enim de impari numero, id est de septenario, agit theologus noster lib. II, cap. 14. Itaque cum illa Hieronymi epistola post editos hosce libros scripta fuerit, valde probabile est, eosdem ab ipso respici; multo enim fusius de impari numero hic agit auctor noster, quam plerique ex aliis Patribus, quos Hieronymus nominat: nimirum undecim illi sunt Clemens, Hippolytus, Origenes, Dionysius, Eusebius, Didymus, Tertullianus, Cyprianus, Victorinus, Lactantius, Hilarius: quorum nullus mea quidem sententia opus edidit, quod *de impari numero* inscripserit, sed obiter omnes de eodem in suis operibus locuti sunt. Nullius vero opus citat Hieronymus nisi Cypriani; ait enim: *Quorum Cyprianus de septenario, id est de impari numero disserens quæ et quanta dixerit, ad Fortunatum liber illius testimonio est.* Jam vero quæ Cyprianus in libro, sive epistola ad Fortunatum de septenario scripsit pag. 522 editionis Venetæ anni 1728, multo minus copiosa sunt, quam quæ de eodem numero disputat auctor noster. Quod si reliquorum opera quæ exstant evolveris, invenies Tertullianum quoque, Clementem Alexandrinum, atque Origenem variis in locis, Hilarium tractatu *in psalmum* CXVIII, tom. I, pag. 409, et Lactantium lib. VII *Instit.* cap. 14, minus fuse de hac re locutos esse, quam theologum nostrum. De Hippolyto autem, Dionysio, Eusebio, Victorino nihil dico, quod duorum quidem opera interierint, alii vero in his quæ supersunt operibus aut parum, aut nihil de impari numero disserant, si Eusebium Cæsariensem excipias, qui ubinam de illo sermonem habeat, ignoro, sed locum is facile, opinor, inveniet qui ejus commentarios *in Psalmos*, atque *in Isaiam* a Montfauconio editos, aut alia ejusdem modi opera Eusebii percurrerit. Mihi enim illud in præsens sufficit, ut valde verisimile sit hosce auctoris nostri libros ab Hieronymo indicari.

Cap. VI. *Perbelle auctori nostro congruunt quæ de Didymo testantur veteres, eum nempe et de sectis, et contra Manichæos scripsisse, et primam ad Corinthios Pauli Epistolam latissime interpretatum esse, et plures alios e sacris libris commentariis, aut commentariolis illustrasse.*

Hactenus rationes satis efficaces attulimus, mox

[1] Psal. XVII, 22. [2] Ibid.

Digitized by Google Распознавание текста

alias adhuc validiores prolaturi. Sed antequam ad has veniamus, nonnullas hic addere conjecturas placet. Suum *Sectarum* volumen bis memorat Didymus in libro *De Sp. S.*, num. 5 et 21. Opinati autem sunt aliqui, id magna saltem ex parte adhuc exstare, idem nempe esse cum eo quod *Philosophumena* inscribitur. Nonnulli etiam diversum ab illo non esse censuerunt, quod *Dogmatum* volumen Didymus ipse vocat in libro *De Sp. S.*, num. 32. Quarum opinionum primam gravibus obnoxiam esse difficultatibus multi ostenderunt, altera levibus conjecturis duntaxat innititur. Quod si talibus ego rationibus acquiescerem, contendere forsitan et ipse possem, hos *De Trinitate* libros nihil aliud esse, quam *Sectarum* volumen : hujusmodi enim suspicio ex duobus postremis tertii libri capitibus oriri posset. Nam capite quidem 41 repente auctor noster ad Montanistarum hæresim orationem convertit, ac non modo ea refellit, quæ contra catholicam de Trinitate doctrinam docebant, sed et alia eorum deliramenta : tum subdit : *Ita adversus alias hæreses modeste ac sapienter, ut possumus, pugnamus.* Ac statim postea Manichæos confutare aggreditur cap. 42, cujus utinam postremam partem nobis ætas non invidisset. Hujusmodi tamen ego suspicione non moveor, sed tres hosce *De Trinitate* libros a *Sectarum* volumine omnino alios esse existimo : tum quia quæ de Montanistarum, Manichæorum, aliorumque hæreticorum sectis dicit auctor, obiter duntaxat, ac [XV] veluti appendicis loco dici videntur : tum etiam quia *Sectarum* volumen ante librum *De Spiritu sancto*, tres vero hi libri post eumdem meo quidem judicio dictati sunt. Illud itaque tantum aio, ei qui *De hæresibus* vel *sectis*, scripserit, optime convenire, ut postrema illa duo capita dictaverit. Id enim Didymo in more positum esse animadverti, ut ad eadem sæpius sicut in uno eodemque opere, ita etiam in diversis redeat. Quod vere a me dici is fatebitur, qui attente singula quæ exstant illius opera aut fragmenta expenderit, atque inter se contulerit.

Adversus Manichæos sane peculiare opus ipse edidit, quod aut totum, aut bona saltem ex parte etiamnum exstat. Sed adversus eosdem passim disputat etiam in *Enarrationibus in Epistolas catholicas*. Eosdemque ut refellat, a proposito parumper aberrat in libro *De Spiritu sancto*, num. 45, occasione arrepta ex illis Isaiæ verbis : *Inferens nobis juxta misericordiam suam*[a]. Cuinam ergo magis, quam Didymo convenire arbitrabimur quod in trium horum librorum auctore observamus, ut Manichæos non modo obiter, paucisque verbis refellat paginis 383, 388, et 396 ; verum etiam capite 42 tertii libri fusius, ut modo dicebamus, contra eos scribat, atque a proposito argumento ad illos confutandos digrediatur?

Quoniam vero conjecturis nunc indulgemus, illud etiam animadversione dignum reor, quod cum plurimos Scripturæ libros commentariis, aut commentariolis Didymus explanaverit, ut constat cum ex Hieronymo, tum ex catenis aut impressis, aut calamo exaratis : si *Indicem locorum sacræ Scripturæ* tribus hisce in libris allegatorum expenderis, tria hæc vera esse comperies : primo, ex iis libris, quos commentariis Didymus interpretatus est, cujusmodi sunt Epistola prima ad Corinthios, Isaias, Psalmi, etc., plurimos ab auctore nostro textus afferri ; secundo, ex iis libris, quos brevibus commentariolis illustravit, pauciores : ex iis demum quos nullo modo interpretatus est, aut nullum textum aut paucissimos allegari. Qua de causa nullum in eo indice locum reperies ex Machabæorum libris desumptum, nullum ex libro Judith, nullum ex libro Esther, nullum ex libro Ruth ; vix unum aut alterum, aut saltem perpauca ex libris Josue, Judicum, Paralipomenon, Esdræ, ac, ut de aliis taceam, plerorumque ex prophetis, quos minores vocant.

Demum, ne in singulis immorer, illud quoque animadvertas velim, tribus hisce libris Scripturarum loca quæ afferuntur, ita passim explicari, ut facile auctorem agnoscas in Scripturarum campo summopere exercitatum : cujusmodi profecto fuit Didymus ; talem enim se prodit non modo in commentariis in Scripturam, sed vel in ipso libro *De Spiritu sancto*.

CAP. VII. *Auctorem nostrum item ut Didymum imitati sunt Ambrosius, Hieronymus, aliique fortasse nonnulli.*

Sed jam ad potiores Didymi Alexandrini notas transeamus. Harum postrema profecto ea non est, quod sancti Ecclesiæ Patres Ambrosius ac Hieronymus haud pauca ex ejus libris mutuati sint, aut imitati. Nam quod attinet quidem ad Ambrosium, id aperte fatetur Rufinus Aquileiensis, cujus verba protuli pag. 51, not. 5. Id ipsum vero probant monachi S. Mauri tom. II operum Ambrosii pag. 597 in Admonitione in ejusdem Ambrosii libros *De Spiritu sancto* inscriptos. Ibi enim loca ipsa indicant quæ Ambrosius ex Didymi libro *De Spiritu sancto* mutuatus fuit. Quod vero pertinet ad Hieronymum, fatetur ipsemet sæpius, multa se ex Didymo, quem suum magistrum vocat, desumpsisse. Id ita esse comperiet lector, si Hieronymi loca in *Veterum Testimoniis* a me allata percurrat. Id scilicet præstitit Hieronymus in commentariis potissimum *in Epistolam ad Galatas, in Epistolam ad Ephesios, in Matthæum, in Osee, in Zachariam, in Isaiam*, etc.

Itaque si ex auctore etiam nostro plura mutuatos esse Ambrosium, ac Hieronymum constet, nonne id quoque indicio erit, tres hosce libros a Didymo dictatos esse? Atqui plura hinc mutuatum, aut imitatum esse Ambrosium ostendi jam in notis. Lege, quæso, quæ dixi pag. 275, not. 9 : videbis enim totum fere Ambrosii librum *De mysteriis*, anno

[a] Isa. LXIII, 7.

Digitized by Google Распознавание текста

[XVI] Christi 387 scriptum, e capite 14 secundi ex his libris expressum esse. Lege etiam, si libet, quæ dicta a me sunt pag. 51, not. 5, pag. 233, not. 1, pag. 246, not. 4, et pag. 357, not. 5.

Quod si quas præterea locorum Scripturæ interpretationes in auctore nostro inveniamus iis persimiles, quas in memoratis Hieronymi commentariis legimus, nonne id quoque argumento erit, ex illis eas esse, quas tacito auctoris nomine, ut solebat, ex Didymo sæpius deprompsit ipse Hieronymus? non quod ex hoc opere eas hauserit, ut puto, sed quod valde credibile sit, unum eumdemque Scripturæ locum eodem fere modo plerumque a Didymo explicatum esse in hoc opere, atque in commentariis in Scripturam. Ut vero perspicias, quam vere dixerim, non parvam in Hieronymo, et auctore nostro interpretationum similitudinem observari, lege quæ adnotavi pag. 233, not. 3, pag. 177, not. 4, pag. 98, not. 9, pag. 270, not. 3, pag. 271, not. 3, et alibi.

Sed præter Ambrosium ac Hieronymum alii etiam fortasse auctorem nostrum imitati sunt: ego tamen unum duntaxat hic nominabo, cujus nomen pondus aliquod addit sententiæ meæ, quod et Alexandrinus fuerit, ut Didymus, et haud multis post hujus obitum annis Alexandriæ scripserit, Cyrillum nempe Alexandrinæ Ecclesiæ patriarcham. Utrum is porro auctorem nostrum revera imitatus sit, judicet lector, postquam ea legerit quæ dixi pag. 39, not. 2, de voce ἀμεγέθης, et pag. 301, not. 8, ac pag. 303, in pluribus notis. Illa præterea, quæ theologus noster habet pag. 8, lin. 1, et sequentibus, cum iis conferat quæ Cyrillus scripsit lib. I *in Julianum* pag. 31 edit. Lipsiensis anni 1696, quæque ita se habent: Ὀρθῶς δὴ μάλα· δόξα γὰρ Κυρίου κρύπτει λόγον, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ πᾶς περὶ αὐτοῦ λόγος ἀσθενεῖ· καὶ τῆς ἀξίας κατόπιν ἔρχεται· ἔστι γὰρ ἀπάσης ἐννοίας ἐπέκεινα· βλέπομεν δὲ δι' ἐσόπτρου, καὶ ἐν αἰνίγματι, τὰ περὶ αὐτοῦ, καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος. Non parvam enim inter hujusmodi loca similitudinem, qui ea contulerit, deprehendet.

Cap. VIII. *Auctor noster fuit Alexandrinus ut Didymus.*

Videndum nunc, cujas fuerit theologus noster: si enim ipsum Alexandrinum fuisse compertum fuerit, multo eum fidentius poterimus hac de causa Didymum appellare. At talem reipsa fuisse auctorem nostrum, satis mihi indicari videtur conjecturis, quas subjicio; vix enim fieri potest, ut simul omnes alteri congruant, quam scriptori Alexandrino.

Ac primum quidem auctoris loquela manifestum eum facit [5]. Nihil nunc loquar de ejus stylo, quem Alexandrini hominis esse censeo: nihil de allegoricis, quas identidem affert, Scripturæ interpretationibus, quibus Alexandrina maxime schola oblectabatur; nihil de Origenianis locutionibus ab eo adhibitis, et Alexandrino scriptori magnopere congruentibus; nihil de studio, quod in poetas eum impendisse apparet: nihil demum de dialecticis quibusdam ejus subtilitatibus, quas Alexandriæ potissimum viguisse Didymi ætate, nemo ignorat: hæc enim omnia quantam vim habeant, facile per se intelliget lector eruditus. At vocabula quoque ipsa, quibus theologus noster utitur, Alexandrinum scriptorem subindicant sæpenumero. Alexandrina videtur vox περιοδία, ab Athanasio quoque adhibita ad *curationem* denotandam, ut dixi pag. 268, not. 2: eam certe apud nullum alium scriptorem hactenus ego inveni, qui Alexandrinus non foret. Itaque tandiu Alexandrinam esse opinabor, quandiu ea in aliis scriptoribus, iisque nec Ægyptiis, neque Alexandrinæ scholæ alumnis, neque Alexandriæ proximis reperiatur: quod fieri tamen posse non inficior. Alexandrina simili modo est, ut puto, vox ἀμεγέθης· hujusmodi enim epithetum haud scio an Deo ullus alius tribuerit, quam Didymus, ac post ipsum Cyrillus Alexandrinus, ut dixi pag. 39, not. 2. Alexandrina fortasse est vox ἀνεθελησία, ab auctore nostro usurpata, atque ab eodem Cyrillo in locis a Suicero allegatis. Alexandrinam esse verisimile est vocem οὐρανοί eo sensu acceptam, quo occurrit pag. 201, ut ibidem indicavi. [XVII] Alexandrinam itidem esse conjicio vocem ἀθεΐα, quæ legitur pag. 32, quamque ab Athanasio in fragmentis commentariorum *in Matthæum* pag. 310 tom. II *Collectionis novæ* Montfauconianæ adhibitam invenio. Denique, ne singula persequar, Alexandrinam quodammodo, parum scilicet elegantem, dialectum redolent plura ex vocabulis, quæ in *Græcarum vocum Indice* a me adnotata sunt, ea potissimum videlicet, quæ fastidiosæ aures, Atticorum elegantiorumque aliorum scriptorum stylo assuetæ ferre vix possunt.

Alexandrino præterea scriptori maxime congruunt quæ legimus pag. 201: *Nec eos piget*, inquit, ... *pelagus* (πέλαγος) *trajicere, ac multorum deinceps dierum iter ... perficere.* Ut enim testatur Strabo, lib. XVII, p. 545, πέλαγος, seu *pelagus* vocabatur cum Ægyptiacum mare, tum palus Mareotis, quorum illud a Septentrione, hæc a meridie Alexandrinam regionem alluit: qua de causa eamdem regionem ibidem dicit ἀμφίκλυστον δυσὶ πελάγεσι, id est, *quæ duobus pelagis alluitur*: Alexandrinæ vero urbis τὸ παράλιον μέρος, id est *partem in ora maritima sitam*, lib. II *contra Apionem*, segm. 4, Josephus memorat. Quin etiam optime in Alexandrinum theologum quadrant cum ea, quæ pag. 398 docet auctor noster de quotidiana corporis et sanguinis Domini communione, ut ibi adnotavi, tum illa, quæ de quotidiana baptismi administratione scribit, ut videre licet, pag. 273, not. 1; tum etiam quæ de ambitiosorum dissidiis attingit, pag. 308, quæque de oratione Manassis sensit, quam ut

[5] Matth. XXVI, 73.

Digitized by Google Распознавание текста

sacræ Scripturæ partem citat pag. 399; tum demum, quod pag. 184 *cosmographum* vocet Moysem, librum scilicet Geneseos, ut puto, respiciens, qui in codice Alexandrino, et a Philone, atque Clemente Alexandrinis inscribitur γένεσις κόσμου, id est, *origo mundi*, ut monet vir clariss. Mazochius initio *Spicilegii*.

Omnibus hisce conjecturis illud insuper adjungendum est, quod a theologo nostro ita passim Scripturas allegari observaverim, ut Alexandrinum se prodat. Id autem pluribus modis ostendo. Nam primo ubi lectio Græcæ editionis alia est a lectione vulgatæ Latinæ translationis, sæpissime auctor noster eam sequitur lectionem, quam secutus est vulgatus interpres. At vero Alexandrinum codicem sæpissime cum vulgato concordare, testatur Simonius in Dissertatione de manuscriptis Novi Testamenti codicibus, pag. 61. Deinde Alexandrina sacrorum Bibliorum exemplaria non omnino emendata, sed additamentis quibusdam aucta fuisse constat ex Hieronymi libro XVI *in Isaiam*, tom. IV, pag. 696 editionis Veronensis. Ibi enim postquam versiculum undecimum capitis LVIII sic attulit, ut in emendatis LXX Interpretum exemplaribus legebatur, hæc subjicit : « Quod in Alexandrinis exemplaribus in principio hujus capituli additum est : *Et adhuc in te erit laus mea semper;* et in fine : *Et ossa tua quasi herba orientur* ... in Hebraico non habentur, sed ne in Septuaginta quidem emendatis, et veris exemplaribus. » Nimirum tres potissimum erant Didymi ætate versionis LXX Interpretum editiones, ut nos docet ipse Hieronymus *Prologo in Paralipomena*, seu libro II *in Rufinum*, segm. 27, tom. II, pag. 521, ubi hæc scribit : *Si LXX Interpretum pura, et ut ab eis in Græcum versa est editio permaneret, superflue me... impelleres, ut tibi Hebræa volumina Latino sermone transferrem ... Nunc vero cum pro varietate regionum diversa ferantur exemplaria,... Alexandria, et Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat auctorem, Constantinopolis usque ad Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ inter has provinciæ Palæstinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius, et Pamphilus vulgaverunt : totusque orbis hac inter se trifaria varietate compugnat.* Ita Hieronymus. Ac revera in codice Alexandrino, qui quarto, ut aliqui, aut saltem sexto sæculo exaratus est, ut alii volunt, inveniri *scholia in textum introducta, rara quidem ipsa, textusque vere* ἐξηγητικά, testatur Millius in Prolegomenis, p. 143; Didymum vero non semper quidem, sed plerumque tamen Alexandrina exemplaria secutum esse non dubito. Ita exempli gratia in *Enarrationibus* ad caput I Epistolæ primæ Petri citat psalmum XXXVIII hoc modo : *Peregrinus ego* (mendosa enim est editionis lectio, *ergo*) *in terra*. Voces vero, *in terra*, leguntur quidem in codice Alexandrino, sed desunt in Græca Bibliorum [XVIII] editione. Simili modo ipse Didymus in fragmento, quod affert Hieronymus in epistola 119 ad Minervium et Alexandrum, sequitur lectionem codicis Alexandrini. Nam cum in Epistola I ad Cor. cap. XV, vers. 51, Græca Biblia habeant : *Omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur;* codex vero Alexandrinus, cui consentit vulgata Latina translatio, habeat : *Omnes quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur :* Didymus utramque ibi quidem lectionem memorat, sed secundam alteri anteponit, ac sequitur. Cum itaque noster etiam theologus Scripturæ loca ita alleget, ut in illius allegationibus et additamenta occurrant aliquando, et passim Alexandrinarum membranarum lectiones sequatur, Alexandrinum hac etiam in re scriptorem agnoscimus.

Et quod spectat quidem ad additamenta, de iis cum in notis, tum in *rerum Indice* ad vocem *Additamenta*, lectorem monui. Quod vero ad codicis Alexandrini lectiones attinet, pluribus exemplis quod dixi confirmandum est : si cui vero id molestum futurum sit, is eadem præteriens, ad cætera, quæ subjiciam, transiliat. Itaque primo, in Epist. ad Philipp. III, 8, Græca Biblia habent, Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου μου · codex Alexandrinus pro μου habet ἡμῶν · noster vero theologus hunc sequitur, pag. 3. Secundo, in Ep. ad Gal. II, 16, Biblia Græca habent, διότι οὐ δικαιωθήσεται · Alexandrinæ vero membranæ pro διότι habent ὅτι, ut legit auctor, pag. 4. Tertio, in ead. Ep. II, 14, Græca Biblia habent Πέτρῳ, codex Alex. κηφᾷ, ut auctor noster, pag. 168 et 387. Quarto, in Ep. ad Hebr. XIII, 9, Biblia Græca habent περιφέρεσθε, auctor noster pag. 6, et codex Alexandrinus παραφέρεσθε. Quinto, in Ep. I ad Cor. VIII, 2, Græca Biblia habent, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκα, auctor noster pag. 8, omissa voce οὐδέν, legit, οὔπω ἔγνωκεν · simili autem modo legitur in codice Alexandrino, nempe οὔπω ἔγνω. Sexto, in Ep. I Joan. I, 3, Biblia Græca habent, ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν, auctor noster pag. 21, et codex Alexandrinus, ἀπαγγέλλομεν καὶ ὑμῖν. Septimo, apud Joannem I, 18, Græca Biblia habent, ὁ μονογενὴς Υἱός, auctor noster pag. 76 et alibi legit, ὁ μονογενὴς Θεός, quo modo legit Origenes Alexandrinus, ut monui pag. 76, not. 5. Octavo, in Ep. Jac. IV, 12, Græca Biblia carent vocibus καὶ κριτής; at noster auctor illa legit pag. 27, ut et codex Alexandrinus. Nono, in Ep. ad Hebr. I, 1, Græca Biblia habent ἐπ' ἐσχάτων, auctor vero noster pag. 33, et cod. Alex. ἐπ' ἐσχάτου. Decimo, in Ep. ad Ephes. III, 14, Biblia Græca habent, Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, codex Alexandr., et auctor noster, pag. 49, omittunt omnia hæc verba, τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Undecimo, in Act. V, 32, Græca Biblia habent αὐτοῦ μάρτυρες · auctor noster pag. 55 omittit vocem αὐτοῦ, ut cod. Alexandrinus. Duodecimo, in Ep. ad Philipp. III, 3, Biblia Græca habent, Πνεύματι Θεῷ · auctor noster hanc lectionem vitiosam esse contendit pag. 246, ac legit Πνεύματι Θεοῦ, quo modo legitur et in codice Alexandrino. Hæc, ni fallor, sufficiunt, ut ap-

Digitized by Google Распознавание текста

pareat auctorem nostrum Alexandrinis Bibliorum exemplaribus usum esse.

Demum, ut alias mittam conjecturas, quæ lectori erudito opus hoc legenti facile in mentem venire possunt, unum tantum ejus locum addam, quo magis magisque roboratur opinio mea de patria, aut saltem domicilio auctoris nostri. Exstat is pag. 308, in qua cum nihil legatur, quod Alexandrino homini non conveniat, tum illud maxime Alexandrini est, quod Deum Opt. Max. unum ac trinum orat, ut *Nili fluenta sint plena, et maxima annonæ ubertas.* Ne vero cogar ea repetere, quæ alibi dicta sunt, lege, quæso, notas meas ad illum locum. Ego enim ad alia statim progredior.

CAP. IX. *Ecclesiæ Alexandrinæ catechista fuit auctor noster ut Didymus.*

Alexandrinæ Ecclesiæ catechistam a S. Athanasio factum fuisse Didymum, pauci ignorant, præfectum scilicet eum fuisse celebri scholæ a S. Marco evangelista, ut testatur Hieronymus, fundatæ, cui scholæ viri magni Pantænus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Heraclas, S. Dionysius, Athenodorus, Pierius, S. Petrus Martyr, S. Macarius, aliique præfuerant. Quodnam vero esset Alexandrini catechistæ munus, [XIX] ex Eusebii *Historia ecclesiastica* lib. VI, cap. 10, discimus. Ad eum scilicet spectabat non modo rudiores primis fidei elementis imbuere, ut nomen ipsum catechistæ sonat, verum etiam primo sacras litteras interpretari; eam enim scholam vocat ibidem Eusebius διδασκαλεῖον τῶν ἱερῶν λόγων· deinde *divinorum dogmatum thesaurus*, ut Eusebii verbis utar, *partim viva voce, partim scriptis exponere auditoribus :* demum hæreticorum sophismata refellere : etsi enim hoc aperte non memoret Eusebius, dubitandum tamen non est, quin unum ex præcipuis illius catechistæ muneribus fuerit. Id certe a Didymo egregie præstitum esse constat.

Jam vero hæc omnia in theologum nostrum apprime quadrare quis non videt? Illud in primis quadrat, quod is Alexandrinæ Ecclesiæ fuerit catechista. Quid enim, quæso, aliud sunt illi *alternorum dierum conventus*, quos pag. 304 ipsemet commemorat, nisi conventus, in quibus suas habebat catecheses? In iis enim conventibus se *una cum* suis, id est cum discipulis, sanctæ Trinitatis *commemorationem factitare* consuevisse ait, *ac semper Trinitatem ipsam pro viribus celebrasse, nec ullo unquam tempore non prædicasse, eos valde in suam ipsorum perniciem peccare, qui præclarum aliquid* ad catholicam de Trinitate fidem spectans *vel discere negligant, vel docere.* Aptissime sane hæc in catechistam Alexandrinum convenire, ostendi jam in notis ad eum locum. Cum enim Alexandriæ, non vero in reliqua Ægypto, synaxes alternis diebus reipsa haberentur, vix dubitandum videtur, quin Didymus quoque alternis diebus suas συνουσίας, id est suos congressus, aut conventus habuerit. Quod vero istos cœtus συνουσίας potius vocet auctor noster, quam synaxes, id ex eo fieri videtur, quod hujusmodi denominatio iis cœtibus maxime conveniat, quibus non episcopus, non presbyter præerat, sed catechista sacris ordinibus non initiatus. Aliud enim est *docere in ecclesia*, aliud vero *docere in catechesibus*, ut colligo ex hisce Joannis Jerosolymitani episcopi verbis apud Hieronymum in libro adversus eumdem Joannem, segm. 11, pag. 419 : *Quæ... in ecclesia docemus, et in catechesibus.* Primum illud in ecclesia Alexandrina post Arii tempora episcopo reservatum erat, si fides habenda est Sozomeno, qui lib. VII, cap. 19, scribit, *apud Alexandrinos solum civitatis Alexandrinæ episcopum* ἐπ' ἐκκλησίας (id est *in ecclesia*) *docere : quam consuetudinem*, inquit, *cum antea non fuisset, introductam esse ferunt, ex quo Arius presbyter de doctrina fide disserens, nova dogmata invexit.* Quæ verba etsi stricto sensu fortasse accipienda non sint, ex iis tamen conjicere posse videmur, Didymum non in ecclesia, sed alibi, synaxium diebus catecheses suas habuisse : ideoque hac etiam de causa eos conventus magis proprie συνουσίας, quam synaxes nuncupari.

Sed alia adhuc sunt in auctore nostro loca, quæ ipsum catechistam fuisse indicant. Sæpius enim is filios suos, ac filiorum suorum filios memorat, *propter quos*, inquit, *se viventem laborare;* sæpius etiam de iis meminit, qui *una cum ipso* conveniebant. De primis loquens ait : Οἱ ἐξ ἐμοῦ, οἱ παιδία ἃ ἔδωκέν μοι Θεός· de aliis autem sic loquitur : Οἱ σὺν ἡμῖν, et οἱ σὺν ἐμοί. Etsi vero primos illos non spirituales, sed carnales auctoris filios fuisse conjiciam, secundos tamen, quos vocat τοὺς σὺν ἐμοί, eos ipsos fuisse verisimile est, qui *una cum ipso* in conventibus, aut συνουσίαις, quas dixi, ad eum audiendum confluebant.

Quod demum spectat ad catechistæ munia, quam præclare iis functus fuerit theologus noster, dicere supervacaneum est. Ex iis enim, quæ hactenus dixi, apparet eum et in sacrarum litterarum studio, atque interpretatione quammaxime versatum fuisse, et divina dogmata cum viva voce, tum scriptis strenue propugnasse, eaque ab hæreticorum dicteriis, objectisque vindicasse. In iis igitur formulis potius, quas modo memoravi, paulisper immoremur : ut majus inde, si fieri potest, opinioni meæ robur accedat.

CAP. X. *Filios genuit et auctor noster et Didymus.*

Nihil itaque crebrius in precationibus huic operi insertis memorat auctor noster, quam filios suos, ut jam dixi. [XX] Eorum meminit pagg. 202, 203, 305, 307, 308, ac demum 319. Quæri ergo posset primo, utrum auctor noster, aut Didymus monachus fuerit : deinde utrum de filiis spiritalibus, an de carnalibus ea loca intelligenda sint. Verum prima quæstio et a proposito meo aliena est, neque ad solvendam alteram omnino necessaria. Fieri enim potest, ut liberis operam prius dederit Didymus, ac deinde, uxore aut defuncta, aut consentiente, aut etiam, ut Theonas fecit a Cassiano memoratus col-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

latione XXI, cap. 1, eadem invita, in monasterium se receperit. Sive ergo monachus fuerit Didymus, ut eum appellat Victor Tununensis, sive non fuerit, solvenda adhuc restat altera ex propositis quæstionibus. Verum haud scio an ea nobis supersint monumenta, quibus ita dilui possit, ut lectori omnino satisfaciamus, qui probabilibus conjecturis contentus esse nolit. Duo tamen hæc statuere posse mihi videor : primum sive loca, quæ indicavi, de spiritalibus filiis accipiantur, sive de carnalibus, optime Didymo ea convenire ; secundum, verisimilius esse auctorem nostrum de carnalibus filiis loqui.

Ut autem a primo exordiar, si ea loca de spiritalibus filiis *per catechesim*, ut Cyrillus Jerosolymitanus loquitur, genitis intelligantur, quam bene ea Didymo congruant, nemo non videt : fuit enim is Alexandrinæ Ecclesiæ catechista, ut vero ait Clemens initio primi Stromatis, Πατέρας τοὺς κατηχήσαντάς φαμεν. Sin autem de filiis carnalibus theologi nostri verba interpretemur, cuinam, quæso, ex omnibus quarti sæculi Patribus Alexandrinis aptius convenire possunt, quam Didymo ? qui, cum cæcus foret, nullis ordinibus sacris initiatus esse poterat ? Etsi enim nonnulli tunc presbyteri, et episcopi uxore non destituti fuisse perhibeantur, ut Synesius Ptolemaidis, ut S. Hilarius Pictaviensium, ut S. Pacianus Barcinonensium episcopi, nulli tamen ex hisce tribui potest hoc opus ; nec ullum præterea ex omni antiquitate Patrem novi, aut presbyterum, aut episcopum, qui de filiis suis carnalibus tam sæpe mentionem fecerit, ac eos veluti ostentarit, ut auctor noster facit : dedecere scilicet existimabant, ut opinor, ita se gerere eum, qui sacris ordinibus initiatus sit. Huc accedit quod non modo filios suos commemorat auctor noster, verum etiam nepotes, seu *filiorum suorum filios*. At id quoque adamussim quadrat in Didymum, quod et ditissime vixerit, et hos libros post tertium ac septuagesimum circiter vitæ annum dictasse videatur, si eos revera dictavit, ut puto.

Quod vero ea quæ numeravi, auctoris nostri loca de carnalibus multo verisimilius, quam de spiritalibus, filiis accipiantur, multis conjecturis confirmari potest, quæ non omnes tamen ejusdem sunt roboris. Afferam prius leviores, tum veniam ad graviores

Nimirum primo in commentariis *in Psalmos* ad versic. 157 psalmi CXVIII, pag. 502 catenæ Corderianæ perinde loqui videtur Didymus, quasi uxor ipsi fuerit, ac liberi : ita enim ait : *Adversariæ potestates per domesticos, per uxorem litigiosam, et garrulam, et iracundam nos tentant, ut peccemus....* Τὰ γὰρ κρυπτὰ Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν· τὰ δὲ φανερὰ ἡμῖν καὶ τοῖς τέκνοις ἡμῶν. Similique modo in libro *adversus Manichæos*, pag. 213. *Videmus*, inquit, *hæc semper in nobis ipsis accidere : quæ enim filios docemus, cum volumus eos secundum disciplinam instituere, ut disciplina utantur, non sic tamen utuntur, ut instituti a nobis sunt.*

Secundo, in citatis locis auctor noster non solum nihil omnino habet, quod indicet eum loqui de filiis spiritalibus, sed ita e contrario loquitur, ut, meo quidem judicio, carnales potius filios designet. Etsi enim filii spiritales, aut discipuli sæpius vocentur a Patribus παιδία, υἱοί, aut τέκνα, nempe *filii ;* haud scio tamen an eorum ullus de discipulis suis loquens hac locutione usus unquam fuerit : οἱ ἐξ ἐμοῦ, id est, *ii, qui* (sunt) *ex me*, nempe, *qui orti sunt ex me*. At auctor noster sæpius eam usurpat, ut videre licet in locis superius allegatis.

Tertio, non filiorum duntaxat is meminit, inquiens eos *esse ex ipso* (nempe natos ex ipso) ac *sibi a Domino datos*, sed istorum quoque filios memorat, eosque vocat alicubi quidem τοὺς ἀπ' αὐτῶν ὄντας, id est, *qui ab ipsis sunt*, nempe, *qui ab eis geniti sunt ;* alibi vero παιδία τῶν παιδίων, id est, *filios filiorum*. Quin præterea pro nepotibus orat nondum natis, sed in posterum orituris, [XXI] dum ait, τοὺς ἀπ' αὐτῶν ἐσομένους. Deo in summa commendat non tantum se, ac filios suos, sed *et natos natorum et qui nascentur ab illis*. At si hæc omnia de filiis, ac nepotibus spiritalibus, sive de discipulis, et de discipulorum discipulis, ac demum de iis, quos discipulorum discipuli edocturi erant, intelligerentur, nimis continuata esset, meo judicio, sine ulla necessitate, allegoria. Ac sane quis alius scriptor unquam discipulorum suorum discipulos, *filios filiorum suorum* nuncupavit, iis præsertim in locis, ubi oratio simplex sit, nec translationibus referta ?

Quarto, memorat theologus noster cum eos, quos vocat τοὺς ἐξ ἐμοῦ, tum eos, quos appellat τοὺς σὺν ἡμῖν, et τοὺς σὺν ἐμοί, nempe memorat cum filios suos, tum eos, quos *una cum se ipso* esse ait. Videntur autem hæc satis commode explicari, si dixerimus, aut priore formula carnales Didymi filios, secunda vero illos, qui *una cum ipso* ad catecheses conveniebant, designari ; aut primos eosdem esse cum secundis, quod scilicet Didymi filii una cum Didymo ipso vitam degerent.

Quinto, auctor noster pag. 319 ait : *Simul cum filiis, quos dedit mihi* (Deus), *et filiorum filiis, propter quos etiam virentes laboramus*. Pagina vero 307 illud a sancta Trinitate petit, ut possint universi *iis qui indigent, largiri pro viribus*, incipientes a propinquis, et consanguineis, atque domesticis. Hæc autem et aptissime ei tribuuntur omnia, cui filii carnales sint, nec possunt cuncta de discipulis probabiliter intelligi : si enim de his primo in loco loqueretur, filios duntaxat commemorasset, non vero filiorum etiam filios : nam propter filios quidem dicere poterat, se viventem laborare, non vero propter illos qui non erant ejus discipuli, sed discipulorum suorum discipuli, pro quibus proinde non Didymus ipse laborabat, sed ipsi discipuli.

Sexto, quemadmodum ex Isidori Pelusiotæ epistolis unam, quæ Evagrio inscripta est, celebri Evagrio Didymi discipulo scriptam vult Tillemontius

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

tomo X, in Evagrio; et epistolam 125 libri I Gregorio Nysseno missam idem arbitratur tom. XV, ubi agit de S. Isidoro Pelusiota ; ac demum epistola 109 libri I, Marathonio monacho inscripta, ad eum Marathonium data videtur qui episcopus Nicomediensis creatus fuit : ita cum tres etiam sint ejusdem S. Isidori epistolæ, ut monui pag. 477, quarum duæ inscribuntur Didymo, nempe 330 et 331 libri primi, tertia autem Didymo scholastico, nempe 206 libri sexti, videntur hæ quoque Didymo nostro scriptæ. Nam quod attinet ad binas priores, in utraque de quibusdam Davidis verbis agit S. Isidorus, in secunda vero Didymum, ad quem scribit, ex eo laudat, quod, *cum et ingenii acumine polleat, et Scripturarum sensum sagaciter perscrutetur, nihil est quod eum latere possit : nam cum omnia*, inquit, *in juvenili ætate præclare collegeris, requietem in senectute habes.* Hæc vero omnia Didymo nostro mirifice conveniunt. Quidni ergo suspicemur tertiam quoque eidem Didymo scriptam esse? Non ausim id equidem asseverare. Scholastici tamen titulus, de quo legendum Cangii Glossarium, recte ei tribui potuit, qui et scholæ Alexandrinæ præerat, et pluribus scientiis eruditus erat. Quod si ad ipsum epistola isthæc missa est, fuerunt ei sine dubio liberi, iique plures, ut allata etiam theologi nostri verba indicant. Sic enim incipit epistola : *Filium tuum maximum a natu minimo dissidere, teque ejus rei ferunt conscium, fingere tamen quasi nescias.* Quæ mirum in modum conveniunt auctori nostro : eum enim quietis amantissimum fuisse, ac mansuetum, atque ab ejusmodi contentionibus alienum, plurima hujus de Trinitate operis loca manifestant.

Demum, Libanius in epistola 321 Sebastiano Manichæo, Ægypti duci, Rhetorium commendat, quem et discipulum suum dicit, et hominem non pecuniosum, et in oratoribus ac poetis versatum, Didymi autem filium : *Duo*, inquit, *in primis me ipsi* (Rhetorio) *benevolum reddunt. Cum enim meus sit discipulus, filius præterea est διδασκάλου, id est doctoris, seu magistri. Didymum sane tu non ignoras, nisi et magnam civitatem ignores, in qua doctrinæ suæ copiam aliis ipse fecit, noctu et interdiu fluens.* Et in epistola 320, *Rhetorius iste nobiscum versatus est; ego vero patris ejus disciplina usus sum; et mihi quidem per illum poetas, illi vero per me rhetoras* [XXII] *nosse contigit... Ille nunc in Ægyptum venit fundum paternum non amplum occupaturus : patrem enim ibi habet.* Hactenus Libanius. Utrum vero is de Didymo nostro sermonem habeat, penes lectorem judicium sit. Ei sane, de quo Libanius, omnia cum Didymo nostro conveniunt adamussim : in Didymum enim nostrum perbelle quadrat, quod vocetur διδάσκαλος, id est doctor; quod filium in oratorum ac poetarum lectione versari, atque erudiri curaverit; quod fuerit in poetis et ipse summopere versatus; quod Sebastiano notus non esse nequiverit; quod ab iis omnibus cognitus fuerit, qui magnam Ægypti civitatem, videlicet Alexandriam, non ignorarent; quod Ægyptius exstiterit; quod doctrinæ suæ copiam aliis fecerit; quod noctu et interdiu docuerit; quod filium habuerit non pecuniosum. Itaque tandiu de Didymo nostro sermonem a Libanio haberi credere licet, quandiu aut alius Didymus deprehensus sit, qui Libanii ætate Alexandriæ floruerit, ac Didymo nostro notior, vel saltem æque notus fuerit, aut ratio aliqua afferatur, ob quam de Didymo nostro Libanius nequeat intelligi. At inquies, Didymum illum Libanius vocat magistrum, ac præceptorem suum : id autem Didymo nostro vix ac ne vix quidem congruit : nec enim Libanius Alexandriam profectus unquam esse videtur, nec Didymum nostrum utpote cæcum Antiochiam, aut Athenas, aut Nicomediam, aut Constantinopolim, aut Nicæam perrexisse verisimile est : quibus in urbibus moratum esse constat Libanium. Huc autem accedit, quod Didymi nostri æqualis foret Libanius : hic enim anno Christi 314 natus est, Didymus autem anno circiter 310 ortus fuit. Sed ejusmodi hæc non sunt, ut inanem reddant conjecturam meam. Libanius enim utpote paulo junior, Didymi nostri discipulus esse potuit, atque Alexandriæ forsitan aliquando fuit, cum in oratione *in eos qui molestum ipsum appellabant*, segm. 7 sic loquatur : *In Ægypto quampluribus, apud Athenas tribus metum injeci, a curia utrobique advocatus.* Quin imo si *magnæ civitatis* nomine Alexandriam superius designavit Libanius, ut videtur, vix in dubium revocari potest, quin eadem in urbe poetis in Didymi gymnasio operam dederit adolescens. Sed jam ad theologum nostrum redeamus, et quo sæculo scripserit, investigemus.

Cap. XI. *Auctor noster sæculo* IV *floruit ut Didymus.*

Hos de Trinitate libros post annum Domini 379 scriptos fuisse aperte patet ex pag. 406 : ibi enim Basilium Magnum citat auctor ut jam defunctum. Sed tempus ipsum, quo hæc dictata sint, nusquam in hoc opere aperte designatur. Tam multæ tamen sunt conjecturæ, quæ illum quarto sæculo vixisse denotant, ut dubitandum non videatur, quin quarto sæculo reipsa scripserit ut Didymus; nam primo, etsi de Filio ex professo agat, nusquam tamen aut Nestorianam, aut Eutychianam hæresim memorat, cum plerarumque ex antiquioribus hæresibus mentionem faciat. Secundo, Arianis exprobrat, pag. 227, quod Marathonium Nicomediensium episcopum creandum curarint : id autem cum quarto sæculo contigerit, scriptorem indicat quarti sæculi; Marathonii enim nomen haud multos post ejus ætatem annos vix cuiquam notum fuisse videtur. Tertio, Origenianis quibusdam locutionibus utitur, quas post Didymi obitum sæculo quinto circiter ineunte suspectas evasisse constat : iis autem usus non esset auctor noster, si tum scripsisset, cum ab Hieronymo jam exagitatæ fuerant, atque a Theophilo Alexandrino condemnatæ; quod contigit ipso quinti sæculi initio. Quarto, de Macedonianis ubi-

Digitized by Google Распознавание текста

que sic loquitur, ut eorum hæresim non ut vetustam, sed ut recentem confutare videatur, ac primos ejus defensores impugnare. Demum sive dogmata spectentur, quæ is inculcat, sive peculiares, quibus adhæsit, opiniones, sive disciplina ecclesiastica, quam alicubi attingit, cujusmodi est disciplina arcani, orantium conversio ad orientem, oratoriorum usus atque constructio, ecclesiarum ornatus ex auro, argento, ebore ab Hieronymo etiam in epist. 130, segm. 14, memoratus, continua baptismi administratio, creberrima Eucharistiæ sumptio, et alia his affinia, nihil in hoc opere invenietur, quod auctori [XXIII] quarti sæculi non congruat. Quæ cum ita sint, eadem ipsum ætate qua Didymum floruisse non dubito.

A

Cap. XII. *Auctor noster Deum vocat* ἀμεγέθη *ut Didymus.*

Sed aliud hic argumentum addere placet, quod non parvi ponderis esse existimo. Illud autem ex eo duco, quod auctor noster Deum sæpius in hoc opere dicat esse ἀμεγέθη · quam vocem cum in epistola ad clarissimum præsulem Joannem Archintum Bononiæ tunc prolegatum commemorassem, ac vertissem, *quantitate carentem*, Gallicus quidam scriptor ea de hoc vocabulo pronuntiavit, quæ mihi probari nequeunt. Verum ei satis superque a me jam responsum est pag. 39, not. 2, et pag. 112, not. 1. Nunc itaque nihil aliud superest, nisi ut argumentum meum paucis exponam. Nimirum constat primo, Deo magnitudinem a Patribus tribui, ut citatis locis diximus : neque vero eam duntaxat *magnitudinem*, quæ Græce μεγαλωσύνη dicitur, aut μεγαλειότης, sed etiam μέγεθος. Ita Chrysostomus tom. I editionis Montfauconianæ, pag. 457, ait : Τοῦ μεγέθους καὶ τῆς ἰσχύος τοῦ πεποιηκότος αὐτά· et Basilius Deum vocat ἀόριστον μέγεθος apud Fabricium in *Bibl. Græc.* vol. VIII, pag. 100; a Josepho autem lib. II *contra Apionem*, segm. 22, Deus ipse appellatur τὴν μορφὴν καὶ μέγεθος ἡμῖν ἀφανέστατος, sive, ut alii legunt, ἄφατος. Constat secundo, in sacra Scriptura, Dei quidem μεγαλωσύνην, aut μεγαλειότητα memorari, nusquam tamen, ni fallor, Dei μέγεθος aut μέγαθος nominari. Tertio, nullum hactenus inveni Didymo vetustiorem Patrem, a quo Deus dictus sit ἀμεγέθης. Constat denique Deum a Didymo Alexandrino in commentariis *in Psalmos* dictum esse ἀμεγέθη, ut monui not. 1, pag. 112. Id autem ex eo fortasse factum est, quod is, utpote diligentissimus Scripturarum interpres, scrutator, atque indagator, observarit, μέγεθος nusquam Deo tribui in Scripturis. His præmissis cum et auctor noster Deum sæpius in hoc opere dicat esse ἀμεγέθη, non immerito mihi videor hinc quoque colligere posse, ipsum unum, eumdemque esse cum Didymo Alexandrino. Fateor alium quoque Alexandrinum scriptorem, nempe S. Cyrillum, eodem modo de Deo locutum postea esse, ut monui not. 2, pag. 39, cum Deum et ipse aperte dixerit ἀμεγέθη, sed hujusmodi locutionem ex Didymo Cyrillum mutuatum esse conjicere licet, cum et aliis in locis Didymum ipsum imitatus esse videatur, ut superius suspicari me dixi. Et de hac quidem re satis : aliam itaque rationem transeamus.

B

C

D

Cap. XIII. *In poetis versatus erat auctor noster ut Didymus.*

Cum plurimi ex Græcis Patribus Didymo vetustioribus aut supparibus, profanos scriptores, ac præsertim poetas citent, ut ex eorum operibus appareat mirum non est, si auctores *externos*, id est profanos theologus quoque noster haud raro allegat. Illud potius mirum videri debet, potuisse hinc nescio quem colligere, opus hocce Didymi ætate multo recentius esse : cui cum satis jam occurrerim in notis, mihi nunc vicissim videor ex hoc ipso contrariam conjecturam ducere posse, ut operis auctorem Didymum esse magis magisque confirmem. Didymum enim in poetarum maxime, ac rhetorum quoque operibus versatum fuisse testantur Sozomenus, Theodoretus, ac Nicephorus in *Testimoniis*, quæ in Appendice attuli. Ipse vero Didymus in commentariis *in Acta apostolorum* ad caput VII, tomo IV *Anecdot.* Wolfii, pag. 23, docet, *doctrinam externam non omnino contemnendam esse; in laude enim ponitur, quod Moses omni sapientia Ægyptiorum fuerit instructus, sicut et de Daniele, et sociis ejus Judæis prædicatur, quod omnes in Chaldæorum philosophia, affinibusque scientiis superarint.* Quin catechistas omnes Alexandrinos Didymi præcessores Pantænum, Clementem, Origenem, Dionysium, Ammonium, aliosque *externæ* quoque sapientiæ operam impendisse constat : inter quos Clemens atque Origenes quantum non modo in sacra, verum etiam in profana eruditione excelluerint, nemo [XXIV] ignorat. Nam Clementis quidem opera profanorum poetarum ac philosophorum allegationibus ubique referta sunt. Alter vero non modo in libris *contra Celsum* pro Christiana religione scriptis Euripidem, Homerum, aliosque citat, ut patet ex tom. I pag. 349, 393, et 730, editionis Parisiensis anni 1733; verum etiam discipulum suum S. Gregorium Thaumaturgum hortatur pag. 3 ejusdem tomi, ut geometriæ, atque astronomiæ operam navet, quod hujusmodi scientiæ Christiano homini ad intelligendas, explicandasque sacras Scripturas conferre queant. Quæ cum ita sint, rationem hanc paucis ita concludimus. Theologus noster Pindarum, Homerum, Sophoclem, Orpheum, Diagoram, Platonem Comicum, Sibyllina carmina, aliorumque poetarum, quorum nomina reticet, versus sæpius citat; Platonem quoque allegat, Aristotelem, Porphyrium, ac Mercurium Trismegistum, cujus nomine inscripti libri ut genuini tunc habebantur. Atqui hoc ei maxime convenit, quem in poetis, aliisque scriptoribus ethnicis versatum fuisse constat, cujusmodi fuit Didymus. Ergo tantum abest, ut hoc opinioni nostræ quidquam officiat, ut potius hæc ratio non seorsum quidem sumpta, sed

Digitized by Google Распознавание текста

aliis conjecturis, ac rationibus juncta sententiam nostram probabiliorem reddat.

Cap. XIV. *Origenianas locutiones habet theologus noster ut Didymus.*

Apertissimum Origenis propugnatorem vocat Didymum Hieronymus. Quo autem sensu id accipiendum sit, quæve sint, aut quales Origenis opiniones, quibus adhæserit Didymus, non inquiram modo. Illud mihi in præsens sufficit, ut quemadmodum in Didymo, ita et in theologo nostro multæ occurrant et iis locutionibus, quas in Rufino Aquileiensi, in Joanne episcopo Hierosolymitano, aliisque ut Origenianas insectatus est Hieronymus ipse, Theophilus Alexandrinus, et alii Patres. At hujusmodi reipsa sunt primo quæ de imagine Dei ab homine per peccatum amissa docet auctor noster pag. 255; deinde quæ sæpius scribit de *apatheia*, id est, *imperturbatione*, aut immunitate a perturbationibus animi, quas vulgo *passiones* dicunt; ac demum quod pagg. 32 et 151 affirmat, cum in illa quidem ait: *Quicunque initium dicere voluerint, finem etiam confitentur*: in hac vero: *Nam revera quidquid initium accepit, habebit etiam finem.*

Fateor tres hasce theologi nostri, aliasque hujusmodi locutiones recto sensu accipi posse, ac reipsa ab aliis Patribus esse adhibitas. At ne in Didymi quidem operibus quæ exstant, ulla fortasse est Origeniana locutio, quam catholice explicare nequeamus: quas vero in theologo nostro reperimus Origenismum redolentes, plerasque ut Origenianas labe infectas ab Hieronymo, aliisve habitas fuisse ostendi in notis, ut proinde nihil nunc restet aliud, nisi ut de sententia, quam pag. 32 et 151 exstare dixi, aliquid addam; nihil enim de ipsa in notis dictum fuit. In Origenistis igitur hanc quoque reprehensam fuisse didici e S. Anastasio Sinaita, qui in *Hodego* apud Gretserum tom. XIV, pag. 149, hæc scripsit: « Ait sanctus Basilius sermone *in Hexaemeron: Omne illud quod principium habet, habere itidem finem*.... Quod dictum crebro nobis objiciunt vanissimi Origenistæ, ut inde præexistentiam animarum in cœlis ante corpora extundant. » Ita Anastasius. Ego vero cum verba, quæ is Basilio tribuit, in Basilii homiliis *in Hexaemeron* non invenerim, utrum ea Basilii sint, ignoro. Sed eadem in theologo nostro exstare certum est.

Quod vero hactenus dixi de Origenianis locutionibus, id ipsum de iis dictum volo, quæ post Didymi obitum Pelagianæ aut Semipelagianæ vocari cœperunt, quæque a theologo nostro item ut a Didymo usurpatæ sunt: cujusmodi est illa, qua auctor noster ait pag. 270, *fidem a nobis incipere*. Nam istæ quoque inter Origenianas recenseri possunt, quippe quas auctor noster ex Origene desumpsit, ut monui not. 1, pag. 270.

[XXV] Cap. XV. *Iidem in theologo nostro, atque in Didymo occurrunt memoriæ lapsus.*

Ne illud quidem parvi faciendum est, quod cum in scriptore nostro, tum in Didymo animadverti, non raro utrumque, dum Scripturæ loca allegat, memoriæ vitio lapsum esse. Et quod attinet quidem ad theologum nostrum, singula hujusmodi errata diligenter ipse in paginarum margine adnotavi; multa etiam in *rerum Indice* ad vocem *Memoriæ* indicata sunt.

Quod autem spectat ad Didymum, etsi pleraque, aut omnia, quæ exstant, illius opera tribus hisce de Trinitate libris breviora sint, hujusmodi tamen lapsus in iis quoque deprehendi. Ita, verbi gratia, in libro *adv. Manichæos* pag. 207, postquam attulit ex Paulo hæc verba, *Ut sit sancta*, et cætera, quæ exstant in Ep. I ad Corinthios, statim subjungit: *Imo etiam in Epistola ad Corinthios*, etc. Quin continuo post hæc verba rursus labitur; ait enim: *Et paulo post eosdem* (Corinthios) *alloquitur*, etc.; verba enim, quæ is allegat, non *paulo post*, sed paulo ante, imo proxime superius exstant apud Paulum. Simili modo in commentariis *in Acta apostolorum*, quorum commentariorum pauca fragmenta Wolfius edidit, Petrus pro Paulo nominatur pag. 23 tom. IV *Anecdotorum* ejusdem Wolfii. In libro etiam *De Sp. sancto* plura ex hujusmodi erratis inveni, ac de iis lectorem monui pag. 3, not. 2, et pag. 62, not. 2. Demum in *Enarrationibus in Epistolas catholicas* plurima quidem Scripturæ testimonia profert, sed vix duobus, tribusve in locis libros nominat, ex quibus ea desumpta sunt, quasi vereatur ne in hujusmodi errata incidat: verum omnes memoriæ lapsus vitare non potuit; exponens enim quartum caput epistolæ I Petri, allegat octavum versiculum capitis V Epistolæ ad Romanos, tum hæc addit: « Et mox ait: *Pro impiis*. » Quasi hæc verba, *pro impiis*, post octavum versiculum sequantur, cum exstent versiculo sexto ejusdem capitis.

Sed et aliam adjicere placet animadversionem, quæ pluris adhuc facienda est; aliqua enim ex hisce erratis non modo similia, sed eadem plane in utroque auctore esse comperi. Ita, exempli gratia, Pauli verba, *Ut sit sancta corpore, et spiritu*, theologus quidem noster, pag. 160, reperiri ait in Epistola ad Hebræos, cum exstent in prima ad Corinthios. Didymus vero in libro *adversus Manichæos* eadem verba sic affert, ut ea non in prima ad Corinthios exstare affirmet, sed alio in loco, ut monui pag. 160, not. 10. Simile quid pag. 388, not. 9, et alibi observatum est.

Cap. XVI. *Memoria tamen pollebat singulari theologus noster ut Didymus.*

Sed cum *opere in longo fas* sit *obrepere somnum*, ut Flaccus ait, mirum nemini videri debet, quod auctorem nostrum, dum innumerabilia citat Scripturæ loca, memoria interdum fefellerit: illud potius omnes mirabuntur, tanta eum memoria pollere, ut tam multa præsto semper habeat Bibliorum testimonia. At id ipsum Didymo Alexandrino apprime congruit, quod illum memoria summopere valuisse cum omnes uno ore testentur veteres, tum

Digitized by Google Распознавание текста

ejus opera confirment, maxime vero liber *De Spiritu sancto*, *Enarrationes in Epistolas catholicas*, et quæ supersunt fragmenta commentariorum ipsius in sacra Biblia : hujusmodi enim libros a cæco dictari potuisse vix in animum induceremus, nisi ex indubitatis constaret monumentis eum non hæc modo, verum alia longe plura, imo, ut Hieronymus loquitur, *innumerabilia* opera dictasse. Novi equidem primis Ecclesiæ sæculis plurimos fuisse Christianos, qui divina volumina nocturna diurnaque manu versantes memoriter ea ediscebant. Quin plures etiam exstitisse non inficiabor, qui integra Biblia fideliter sine scripto recitare possent, ut vult auctor *Antiquitatum Critices* tom. I, ac Joannes Lyronus monachus S. Mauri tom. III *Rerum singularium ad litteras, historiamque spectantium*, a viro clariss. Casto Innocente Ansaldio allegatus. At theologus noster non tantum sacros libros maxima saltem ex parte memoria tenuisse videtur, verum etiam omnia Scripturæ loca, quæ usui esse possent, quotiescunque usui [XXVI] futura erant, præ oculis habuit. Aliud autem est Psalmos, verbi causa, aut integra Biblia ita memoria retinere, ut hæc in ecclesia vel dormitans memoriter recitare valeas ; aliud vero ex innumerabilibus præterea Scripturarum testimoniis ea semper in promptu habere atque afferre, quæ ad rem faciant. Illud excellentis memoriæ est ; hoc vero, ut equidem arbitror, excellentissimæ : ac illud quidem Didymum facere potuisse satis probabile est ; hoc vero theologum nostrum, seu Didymum ipsum fecisse certum ac manifestum est.

CAP. XVII. *Eædem in theologo nostro, atque in Didymo quorumdam Scripturæ textuum lectiones.*

Magnam fuisse Didymi ætate in Græcis Bibliorum exemplaribus aut lectionum, aut translationum varietatem, nemo nescius est, ut superius dicebam cap. VIII. Videamus ergo, utrum theologus noster, ac Didymus easdem Biblicorum textuum lectiones secuti sint ; si enim easdem apud utrumque deprehenderimus, erit hoc quoque non leve indicium, quod opinioni nostræ suffragetur. Verum non omnes parvi etiam momenti varietates attendendæ sunt ; sæpe enim contingit ut unum eumdemque Scripturæ locum nunc uno modo legant, nunc alio, vel quod memoriter citent, vel quod minimas, minimique pretii discrepantias negligant, vel demum quod modo unam lectionem sequi malint, modo aliam. Attamen quædam tunc erant in Bibliorum codicibus varietates, quas peculiari animadversione dignas censeo. Ita, exempli gratia, Primo in Epist. II ad Thess., cap. II, vers. 13, Græca quidem editio habet, ἀπ' ἀρχῆς, id est *ab initio* ; Didymus vero in libro *De Spiritu sancto* legit ἀπαρχήν, id est *primitias* ; at auctor quoque noster legit *primitias*, ut dixi pag. 123, not. 4. Secundo, in Epist. ad Romanos cap. VIII, vers. 11, codex Alexandrinus, et Græca editio habent : *per inhabitantem Spiritum ejus in vobis* ; Latina vero Biblia, *propter inhabitantem*, etc. ; theologus autem noster non solum legit, *per inhabitantem*, sed et alteram lectionem ut Macedonianam improbat : at Didymus etiam in libr. *De Spiritu sancto* legit, *per inhabitantem*, ut dixi pag. 180, not. 5. Tertio, auctor noster pag. 247, hæreticos redarguit, quod in Bibliorum exemplaribus ex quodam Amos prophetæ loco vocem *ego* abstulerint ; Didymus vero eumdem prophetæ textum afferens in libro *De Spiritu sancto* num. 14 et 59, cavet ne omittat dictionem *ego*. Quarto, cum apud Joannem cap. I, vers. 18, omnes editiones tam Græcæ, quam Latinæ, imo et Alexandrinus codex habeat, *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris ipse enarravit* ; theologus tamen noster pag. 76, et alibi pro *Unigenitus Filius* legit *Unigenitus Deus* : Didymum vero legisse *Unigenitus Deus*, quamvis certo probare nequeam, quod nullus nunc succurrat locus, in quo textum hunc afferat, hoc tamen modo et eum legisse opinor, cum ejus quoque præcessor Origenes catechista Alexandrinus eadem ratione legerit, ut dixi pag. 76, not. 5. Denique, lectorem rogo, ut ea videat quæ pag. quidem 246, not. 1, scripsi de Pauli verbis, *Spiritui Dei servientes* ; alibi vero de aliis textibus : ego enim cum verear ne longior sim, alia hujusmodi exempla hic afferre supersedeo.

Ac illud potius addo, ab auctore quidem nostro Scripturæ loca sic sæpe afferri, ut sententiæ magis adhæreat, quam verbis ; at eadem se ratione gessisse Didymum is comperiet qui Biblicos textus ab eo allegatos cum Græcis Bibliis contulerit. Attamen cum hoc ipsum non raro ab aliis etiam factum esse videamus, non potest pro nota quadam haberi, qua Didymus a reliquis Patribus secernatur

CAP. XVIII. *Easdem uterque affert certorum Scripturæ textuum interpretationes.*

Alexandrinos catechistas allegoriis, dum Scripturas interpretabantur, delectatos esse norunt theologi. De Didymo autem nostro equidem ea præ oculis habens, quæ in ipsius operibus, aut fragmentis observare me memini, tria hæc statuere posse mihi videor. I. Eum ubi hæreticos refellit, non allegorias sectari consuevisse, sed ex litterali Scripturæ sensu argumenta petere ad eos [XXVII] confutandos. II. Dum Veteris Testamenti libros, aut textus explicabat, allegoriis indulsisse : propterea, ut opinor, quod *omnia in figura contingebant Hebræis* [a]. III. In Novi Testamenti verbis raro eum allegorias expiscatum esse, sed litterali sensui plerumque, aut fere semper adhæsisse.

At tria hæc ipsa in theologo etiam nostro observavi. Sicut enim Didymus in libro *De Sp. sancto* Macedonianos validissimis confutat argumentis e litterali Scripturæ sensu deductis, ita et noster scriptor Arianos, Eunomianos, Macedonianos sic refellit, ut fere omnia argumenta e Scripturis lit-

[a] 1 Cor. x, 11.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

teraliter explicatis derivet. Ac quemadmodum Didymus quinque *Explanationum* libros *in Zachariam* ita dictavit, Hieronymo teste, *ut tota eorum* ἐξήγησις *allegorica fuerit, et historiæ vix pauca tetigerint*, ita theologus noster lib. II, cap. 14, plures simul Zachariæ ipsius textus allegans in quadam digressione, allegorice omnes interpretatur, ac ea fortasse in compendium redigit, quæ in illis *explanationibus* fusius disseruerat : alibi vero sæpius alia Veteris Testamenti loca allegorice exponit. Demum, ut in Didymo, ita et in auctore nostro perpauca, ni fallor, occurrunt Novi Testamenti loca allegorice explanata.

Verum, quod magis notandum est, multæ in his *De Trinitate* libris occurrunt textuum Scripturæ interpretationes, quas si cum iis comparemus quæ in Didymo leguntur, easdem esse invenimus, ut plurimis in notis monui. Nam I, Joelis verba, exempli gratia, *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem*[7], eodem modo explicat Didymus lib. *De Sp. S.* num. 11, ac theologus noster pag. 117. II. Psaltis verba, *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine*[8], auctor noster de Spiritu sancto exponit pag. 278, eademque ratione illa accepit Didymus pluribus in locis, ut dixi ibidem not. 6. III. Ubi Scriptores Veteris Testamenti *brachium Dei*, aut *dexteram Dei* nominant, Didymus Filium Dei interpretatur, ut dixi not. 6 pag. 13; idem vero facit theol. noster in eadem pagina. IV. Christi verba, *Non veni pacem mittere, sed gladium*[9], sic intelligit auctor noster pag. 147, ut nomen *gladii* significet *sapientiam, qua Spiritus sanctus obdurata corda incidit.* Simili modo Didymus in *Enarrationibus* ad caput IV Epistolæ Jacobi : *Veniens Jesus* (inquit). . . . *gladium misit in terram. Sermo namque, et doctrina illius dividit, et abjungit a terrenis, atque materialibus rebus.* V. Verba Pauli, *Elegit nos in ipso ante constitutionem mundi*[10], de Dei præscientia exponit theologus noster pag. 341 ; eademque ratione illa intelligit Didymus in *Enarrationibus*, ut ibidem indicavi. Demum, ne singula afferam, legenda sunt quæ scripsi pag. 50, not. 2, pag. 28, not. 3, pag. 127, n. 3, pag. 177, not. 2, pag. 185, not. 6, p. 252, not. 3, pag. 277, not. 6, pag. 232, not. 7, et alibi passim.

CAP. XIX. *Frigidiuscula quædam, aut certe leviora habet uterque auctor.*

Etsi auctor noster validis plerumque, imo fere semper argumentis hæreticos refellere soleat, ac ea scribere, quæ gravem theologum decent, nihilominus pauca quædam in eo leguntur quæ, meo quidem judicio, frigidiuscula sunt, aut certe leviuscula. Hujusmodi esse opinor quod pag. 264 scribit de nomine περιστερά, numeroque DCCCI, quem ex eo nomine, item ut ex literis α, et ω magno, elici observat. Frigida etiam videntur quæ pag. 18 exstant de Latinis vocabulis, *Plus quam perfectus.* Interpretatio autem verborum Joannis Baptistæ, *Tu es qui venturus es*[11] ? quam habet pag. 21, haud scio an multis arridere queat. Quin etiam levicula compluribus videbuntur quæ occurrunt pag. 345, de verbis Joannis Theologi : *Et Verbum erat apud Deum*[12]. Nonnulla vero alia ejusdem generis non indicamus, quod fieri facile possit, ut quæ a nobis levia, eadem ab aliquibus gravia habeantur. Illud vero diffiteri nemo potest, duos saltem ex apocryphis Veteris Testamenti libris ab ipso citari, librum III Esdræ, p. 294, et orationem Manassis, p. 399 et 434.

At similia plane in Didymo etiam reperi. In libro quidem *De Spiritu sancto* gravissimis Macedonianos redarguit rationibus, atque ita Scripturæ loca ubique fere exponit ut theologum decet. [XXVIII] Sed explicatio, quam num. 50 adhibet verbis Isaiæ, *Congregans dextera Moysem*[13], in quibus Mosis nomine intelligi etiam posse ait legem Mosaicam, haud scio an ejusdem cum cæteris interpretationibus sit gravitatis. Ac illud quoque non satis firmum videbitur cuipiam quod ait in commentariis ad cap. VII *Actorum*, tomo IV *Anecdotorum* Wolfii, nempe verba Salomonis, quæ exstant in Græca Proverbiorum translatione cap. V, *Ne multus sis cum aliena*, de uxore marito juncta accipi non posse, sed de ethnicorum sapientia accipienda esse. Levicula certe est explicatio illa verborum, *Quis ostendit nobis bona*[14] ? quam etsi ex aliorum sententia afferat, non respuit tamen in fragmento quod edidi pag. 278, not. 6 Leviusculum itidem videri potest quod apud Nicetam Heracleensem in catena ms. *in Jobum* legi ad caput I, vers. 2. Cum enim Jobo *septem filios, ac tres filias* fuisse narret ibi sacer scriptor, Didymus binis hisce numeris mystice acceptis *septem* Spiritus sancti dona, ac divinarum personarum *trinitatem* designari ait, ἵνα μάθωμεν τὴν ἐν Τριάδι πίστιν τῆς ἑβδόμης χάριτος εἶναι δημιουργόν, id est, *ut discamus, fidem qua in Trinitatem credimus, septemplicis gratiæ creatricem esse.* Leviusculum denique, ut alia nonnulla præteream, id etiam, ni fallor, est, quod ex *Enarrationibus* mox afferemus.

Quod vero apocrypha Veteris aut Novi Testamenti opuscula a Didymo etiam citata interdum fuerint, tribus ostendo exemplis. Nam I, apud Nicetam in *Catena Græcorum Patrum in B. Job*, Londini anno 1637 edita, librum *Pastoris* allegat pag. 202 : qui tamen ab Athanasio quoque tom. I, pag. 895, et alibi allegatus fuerat. II. In *Enarrationibus* ad cap. III Epistolæ I Joannis apocryphum librum citat, qui λεπτογένεσις, aut μικρογένεσις, id est, *parva Genesis*, nuncupabatur : hæc enim ibi leguntur : *Nam et in libro qui* Leptogenesis *appellatur, ita legitur, quia Cain lapide, aut ligno percusserit Abel : unde deputandum non est, percussione dici solummodo fieri vulnus, sed absolute omnem plagam, quæ lacerationem facit in corpore.* III. In commentariis ad caput VIII Actorum, tom. IV *Anecdotorum*

[7] Joël II, 28. [8] Psal. IV, 7. [9] Matth. X, 34. [10] Ephes. I, 4. [11] Matth. XI, 3. [12] Joan. I, 1 [13] Isa. LXIII, 12. [14] Psal. IV, 6.

Digitized by Google Распознавание текста

Wolfii pag. 35 : *Quia vero*, inquit, *in canonicis libris non exprimitur, quo pervenerit* (Enochus), *in apocryphis in paradisum sublatus memoratur.*

CAP. XX. *Plurima theologus noster loca habet atque argumenta iis persimilia, quæ in editis Didymi operibus reperiuntur.*

Quam plurima in theologo nostro loca esse atque argumenta iis valde affinia, quæ in Didymi opusculis, maximeque in libro *De Spiritu sancto* occurrunt, extra omnem controversiam positum est. Id enim passim ostendi in notis. Ne vero quæ jam scripsi, rursus dicere cogar, lectorem rogo, ut has percurrat, ac eas præsertim quæ exstant a pagina 160 ad 170. Jam vero tantam quoque similitudinem indicium esse opinor non contemnendum, quo nostri operis auctor detegatur, ac unus idemque cum Didymo esse indicetur. At potuit, inquies, theologus iste Didymum imitari. Non diffiteor. Sed primo non illud nunc quæritur, quid fieri omnino potuerit, sed quid probabilius sit. Deinde ita quædam theologi nostri loca quibusdam Didymi locis similia sunt, ut sæpe eædem utrobique lectiones deprehendantur, iidem Scripturæ textus cum iisdem additamentis, iidem memoriæ lapsus, idem denique stylus, ac ratiocinandi modus : quæ omnia ut in duobus auctoribus tam similia sint, vix fieri posse videtur.

CAP. XXI. *Utriusque scripta auctorem produnt eisdem moribus præditum.*

Videndum nunc etiam, quibus moribus præditum se prodat uterque auctor; fieri enim potest ut aliquod et isti nobis indicium subministrent. Quæ in theologo quidem nostro notavi, hæc potissimum sunt : I. Summus pro catholica in Trinitatem fide zelus in toto opere elucet, maximeque pag. 202, ubi paratum se esse profitetur *omnem laborem strenue, ac periculum, si opus fuerit, subire pro hac fide.* II. De se ipso hæc fere scribit pag. 235 : *Maxime nobis toto vitæ decursu, ut nobis quidem videtur, curæ fuit, ut nihil. . . pronuntiaremus* [XXIX] *ex odio in quemquam, et convicium quodlibet, tametsi non injustum, vitavimus.* III. Demisse ac modeste de se ipse sentit, ac loquitur, dum se *indisertum*, ac *peccatorem* vocat pag. 319, atque *indignum* pag. 104. IV. Qui de divinitate disserere velit, ei necessariam esse docet pag. 105, non modo eruditionem, sed pietatem quoque, bona opera, ac meditationem.

Didymum modo cum hujusmodi auctore, qualem descripsimus, comparemus. I. Maximo pro catholica de Trinitate doctrina zelo eum inflammatum fuisse, necesse non est ostendere : adeo manifesta res est cum ex omnibus ejus operibus, tum ex veterum testimoniis. II. A quovis convicio, quod probo viro indignum sit, ita abhorruit, ut in libro *De Spiritu sancto* Macedonium, ac Macedonianos, adversus quos ex professo scribit, ne semel quidem nominet, ut pag. 175 not. 1 animadverti. III. Demisse et ipsum de se sensisse; ac locutum esse constat ex num. 38 et 63 ejusdem libri : utrobique enim se *indisertum* esse fatetur, atque *ab eloquii venustate, ac rhetorica facundia procul abesse.* Demum illud et ipse petit ibidem num. 63, ut *qui ejus volumen legere voluerit, mundet se ab omni opere malo, et cogitationibus pessimis.* Potestne major hac etiam in re inter utrumque intercedere similitudo.

CAP. XXII. *Utriusque stylus idem omnino est.*

Aliud nunc argumentum ex auctoris nostri, Didymique stylo deductum adjiciendum est. Sed antequam id faciam, quærere necesse est, utrum Didymus eloquens ac disertus dici queat. Qua in re dicam ingenue quod sentio. Equidem illum doctissimum fuisse, atque in Scripturæ præsertim studio, et interpretatione tam versatum quam qui maxime, libenter concedo; quin multis, iisque gravibus rationibus hæreticos ab eo refelli, jure nemo inficiari potest. Sed si de ea eloquentia sermo sit quam in Isocrate, in Demosthene, in Æschine, atque adeo in Basilio, in Joanne Chrysostomo, in Gregorio Nazianzeno suspicimus, ab hac longe ipsum abesse existimo. Quamvis enim Græcum exemplar libri *De Spiritu sancto* atque *Enarrationum* interierit, tamen ex Latina horum operum interpretatione, et ex Græcis quæ supersunt ejus opusculis, atque fragmentis rem ita esse intelligimus. Talis scilicet Didymi oratio videtur mihi, qualis auctoris nostri. Nam doctissimus et iste est, et in Scripturarum campo mirum in modum exercitatus, strenue in adversarios decertat, gravissimisque ut plurimum argumentis eos confutat, atque profligat. Sed facundus, disertus, eloquens meo quidem judicio dici nequit.

At emunctæ naris vir Hieronymus, inquies, in Epistola 84 ad Pammachium et Oceanum, *Quid prudentior*, ait, *doctior, eloquentior Eusebio ac Didymo?* Socrates vero lib. IV, cap. 25, ἀλλόγιμον ipsum Didymum vocat, hoc est, ut vertit Valesius, *disertissimum.*

Fateor. Verum Rufinus quoque in *Hist. eccles.* hæc de Didymo testatus est. *Etiam nunc in magna admiratione habentur* (Didymi opera). *Nos tamen qui et vivæ vocis ejus ex parte aliqua fuimus auditores, et ea, quæ a nonnullis dicente eo descripta, legimus longe majorem gratiam, et divinum nescio quid, ac supra humanam vocem sonans, in illis magis sermonibus, qui de ore ipsius proferebantur, agnovimus.* Cum itaque sæpe contingere videamus, ut aliqui ingenio præditi, dum loquuntur, facundi videantur, imo interdum reipsa sint, iique ipsi cum calamum prehendunt, flaccida, aut etiam inepta scribant, ita fieri potest, ut Didymum dicentem quidem vis ingenii atque animi sic incenderet, ut eloquens videretur, et foret; scribentem autem, seu potius dictantem, ardor ille animi deficeret, eaque de causa ejus flaccesceret oratio.

Cæterum quod spectat ad Hieronymi de Didymo judicium, is aut Eusebio duntaxat, non Didymo eloquentiam tribuere censendus est, aut dicendum potius, eloquentem ab ipso vocari Didymum, non quod ejus scripta cum scriptis disertorum virorum,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

quos paulo ante dixi, comparari possint, sed vel propter allatam ex Rufino rationem, vel quia quod sibi proponit Didymus, id multa doctrina, pluribusque modis et argumentis, iisque robustis et efficacibus ostendere consueverit, ac lectoribus [XXX] persuadere. Nam Hieronymus ipse in præfatione libri *De Spiritu sancto* auctorem ejus operis Didymum appellat *imperitum sermone, sed non scientia.* Quin ipse Didymus pro ea, qua præditus erat, modestia candide id fatetur in extremo eodem libro, ubi impressa quidem exemplaria hæc habent: *Sicut enim pietatis sensum nobis audacter juxta nostram conscientiam vindicamus; ita quantum de eo loqui pertinet, venustatem rhetoricam facundiamque, juxta consequentiam textumque sermonis, procul abesse simpliciter confitemur. Studii quippe nostri fuit, de Scripturis sanctis differentibus pie intelligere quæ scripta sunt, et imperitiam mensuramque nostri non ignorare sermonis.* Sed legendum puto ex nostro codice ms. sæpe in notis a me laudato: *Sicut enim pietatis sensum nobis audacter juxta nostram conscientiam vindicamus; ita quantum ad eloquii pertinet venustatem, et rhetoricam facundiam, et consequentiam textumque sermonis, nos procul abesse simpliciter confitemur*, et reliqua, ut superius.

Quod si male nos mereri de Didymo quis existimet, dum *imperitiam sermonis* in ipso agnoscimus, norit non modicam ei laudem a nobis tribui, cum inter eos illum numeramus, quos dicit Psaltes *eruditos corde in sapientia*[18]: hæc enim ipse Didymus in catena Corderiana tom. II, pag. 865, explicat in hunc modum: « Porro *corde eruditus* est *in sapientia* qui secundum mentem ac rationem sapiens evasit, tametsi prolatitio sermone aberret; ita ut vere etiam dicere possit: *Etsi imperitus sermone, non tamen scientia.* » Norit præterea non modo Victorinum martyrem *imperitum sermone* vocari ab Hieronymo tom. IV, pag. 6, edit. Veronensis, sed de propheta quoque sic eum loqui tom. VI, pag. 222: *Ex hoc numero pastorum Amos propheta fuit, imperitus sermone, sed non scientia.* Quid plura? Paulus ipse in II ad Cor., cap. XI, vers. 6, *imperitum sermone, sed non scientia* semetipsum dicit, eo quod scilicet *persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis*, ut ipsemet ait, non uteretur, Græcamque facundiam contemneret, aliam vero quamdam multo sublimiorem sectaretur: qua de causa merito ipsum Dionysius Longinus homo ethnicus inter illos numerat qui sublimi dicendi genere excelluerunt.

Quod vero pertinet ad Socratem, nuncupat is quidem Didymum ἑλλόγιμον, sed vereor ut Valesius non recte ibi interpretatus sit *disertissimum*; ea enim dictio non disertum modo denotat, sed *insignem* etiam, et *doctum*, ut reor. Theodoretus sane in *Hist. eccles.* lib. IV, cap. 2, Athanasium Joviano imperatori expositionem fidei missurum congre-

A gasse ait τοὺς ἐλλογιμωτέρους τῶν ἐπισκόπων Num convocatos ab Athanasio putabimus eos episcopos qui *eloquentiores* forent, an qui insigniores, aut doctrina excellentiores? Origenes quoque tom. I, pag. 30, inquit: Ἐλλογίμων αἱρέσεων, hoc est *insigniorum sectarum:* et apud ipsum Celsus pag. 338, ἐλλογίμοις ἀνδράσι, id est *doctis viris.* Itaque ἐλλόγιμος Suidæ quidem est τίμιος, σεβάσμιος· auctori autem Lexici, quod ms. exstat in 140 Naniano codice, ἐλλόγιμος exponitur λόγιος, ἀξιόλογος.

Hæc habui quæ dicerem de Didymi eloquentia. At si quis eum disertum esse contendat, equidem contentionis vitandæ causa non repugnabo, modo tamen mihi et ipse concedat, eam eloquentiam, quam in libro *De Spiritu sancto*, in *Enarrationibus*, in B libro *adversus Manichæos* admiratur, in theologi etiam nostri opere elucere.

His de utriusque stylo generatim dictis, enucleatius nunc de eadem re agendum est, ac nonnulla singillatim consideranda, ut magis appareat ea quam quærimus similitudo.

Primo itaque parum elegantem esse auctoris nostri orationem, nemo inficiabitur qui elegantiam, ut sic loquar, de facie norit. Quin loca quædam in eo valde perplexa, quædam etiam horrida vocabula, quædam itidem soloœca, aut ὑποσόλοικα. Inelegans est, ut opinor, exempli gratia, verbum ἀγιοτριτσολογῆσαι, aliaque haud pauca ex iis quæ in *vocum Græcarum Indice* recensui, ut paulo etiam superius C dictum fuit. Soloœcum vero est, οἱ δνειδοι, pro τὰ ὀνείδη, vel pro οἱ ὀνειδισμοί. Soloœcum est etiam quod legitur pag. 30, Τριάδα ὀνειδιζούσης, etc., pro ὀνειδίζουσαν.

At nonne similia in Didymo reperimus? Soloœcum est quod in libro *adv. Manichæos* legitur initio: Οὗτοι μεταβάλλειν [XXXI] δύναντες. Soloœcum itidem quod in eadem pagina legere licet: Ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος.... λέγων, pro, λέγοντος. His autem affinia invenimus in Didymi fragmentis tom. IV *Anecdotorum* Wolfii editis, et apud *Catenarum* auctores.

Quod si reponas, librariorum inscitiæ, aut incuriæ tribui hæc posse, qui exaraverint λέγων pro λέγοντος, et δύναντες pro δύνανται, et ita porro; ea dices quæ æquitati consentanea sunt; sed hæc D eadem æquitas postulabit, ut soloœcismi etiam in theologo nostro occurrentes librario tribuantur, qui perperam scripserit, ex. gr. οἱ δνειδοι pro οἱ ὀνειδισμοί, et ὀνειδιζούσης pro ὀνειδίζουσαν.

II. Ab illis quæ præ manibus habet, argumentis digreditur aliquando Didymus ad rem a proposito plane alienam. Ita in libro *De Spiritu sancto*, ne per omnia ejus opera discurram, postquam num. 45 Isaiæ locum valde longum attulit, in quo pauca tantummodo ad propositum pertinentia reperiuntur, totum eum locum, oblitus veluti argumenti, amplissimo commentario illustrat: nec eo contentus alteram repente inserit num. 45 digressionem, in

[18] Psal. LXXXIX, 12.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

qua Manichæos alium Deum bonum, alium justum fingentes refellit. Hujusmodi vero digressiones in nostro etiam theologo inveniet lector. Nam p. 295, verbi gratia, Marci textum haud brevem ita interpretatur, ut ea etiam explanet quæ ad propositum argumentum nihil attinent. Ac simile quid occurrit pag. 260, et sequentibus, ubi Zachariæ locum sic explicari videbis, ut jam non theologum de Spiritus sancti divinitate agentem legere te putes, sed interpretem Scripturas explanantem. Quod paginam quoque 345, aliasque nonnullas legenti continget.

III. Dialectice ac subtiliter in libro *De Spiritu sancto* Didymus ratiocinatur, etsi ibi argumenta e Scripturis tantum ducta proferat. Id ipsum facit et noster.

IV. Vocabulis uterque utitur maxime propriis ad explicanda, seu designanda potius quæ ad Trinitatis mysterium spectant.

V. Ea Scripturæ loca, ex quibus hæreticorum blasphemias refellit, sensu accipit fere semper non mystico, sed litterali, non violento, sed naturali cum theologus noster, tum Didymus.

VI. Nimium subtilis non est Didymus, etsi subtiliter ac dialectice argumentetur. Eademque laus theologo nostro debetur.

VII. Se ipsum citat non raro theologus noster item ut Didymus. Uterque etiam scriptores citans, aut alios aliquos nominans, breve ipsorum elogium passim adjungit. Uterque lectores interdum ad alia præter illa, quæ affert, Scripturæ testimonia quærenda excitat; noster quidem, v. gr., pag. 227 et 344; Didymus vero in locis a me pag. 227 allegatis.

VIII. Nonnulla iterum ac tertio inculcantur cum in libro *De Spiritu sancto*, tum in hoc opere.

IX. Satis longa exscribit interdum Didymus Scripturæ loca, idque sine magna necessitate, ut monui pag. 347. Id ipsum a nostro fieri patet cum ex eadem pag. 347, tum ex pagg. 36, 37, 44, 58, 194, 238 et 383.

Denique dubitanter loqui amat Didymus, ita scilicet ut non quid ipse sentiat, definire velit, sed aliqua lectori examinanda proponat. Hujus rei exempla in Enarrationibus invenies pagg. 50, 54, 55, 71 et 88, *Bibliothecæ Patrum* editionis Parisiensis anni 1644; in libro autem *De Spiritu sancto* pagg. 160, 161, 162, 164 editionis Veronensis. Similia vero exempla in theologo nostro occurrunt pagg. 198, 261, 271, 344 et 417.

Cap. XXIII. *Notabiles quædam in utroque scriptore omissiones.*

Satis multas jam ex iis quæ scripsit auctor noster, conjecturas rationesve deprompsimus. Quidni ex his etiam argumentemur quæ ipse tacuit? cum hæc quoque non mediocriter juvent causam meam. Nusquam igitur in tribus hisce libris (quod mirum cuipiam in veterum Patrum Didymi suppa- A rium lectione minus versato videri potest), nusquam, inquam, hæreticis objicit nec celebre Joannis capitulum, *Tres sunt qui testimonium dant in cœlo* [16], et reliqua, neque Nicæni concilii, neque Constantinopolitani, multoque minus alterius cujusquam synodi definitiones. Præterea argumentum ex traditione petitum attingit [XXXII] quidem alicubi, sed non urget, illud tantum hæreticis veluti obiter exprobrare contentus, novam esse eorum doctrinam, ipsosque *ex inconcussa domo*, ut ipse loquitur pag. 174, nempe ex Ecclesia, egressos esse. Insuper quamvis omnes fere Scripturæ libros citet, libros tamen Machabæorum, librum Judith, ac librum Esther nunquam allegat. Sæpe etiam dum loca e Scriptura, aliisve libris affert, auctorum, B aut librorum, unde desumpta sunt, nomina reticet. Quod vero majore videtur animadversione dignum, Arianos quidem, Macedonianos, ac Eunomianos nominat, sed Semiarianorum, Anomœorum, aliisque similibus nuncupationibus nunquam utitur, etsi hujusmodi vocabula quarto etiam Ecclesiæ sæculo invaluerint, ut ex Epiphanio constat, aliisque Patribus. Postremo Aetii, Apollinarii, Marcelli Ancyrani nominibus parcit; etiamsi enim Aetium quidem pag. 14 confutet, imo ejus verba afferat; Apollinarii vero hæresim memoret pagg. 393 et 396; ac Marcellum refellat, ut verisimile est, libro I, cap. 31 : Aetii tamen, Apollinarii ac Marcelli nomina ne semel quidem commemorat.

C Ita quidem theologus noster se gessit. Quid vero Didymus? Nonne simili his quoque modo? Imo eodem prorsus, ni fallor. Ne ipse quidem Joannis testimonium, *Tres sunt* et cætera, unquam affert neque in *Enarrationibus in primam ipsius Joannis Epistolam;* neque in libro *De Spiritu sancto*, nec alibi. Id autem ex eo factum non dubito, quod in Alexandrinis Bibliorum exemplaribus textus ille desideraretur : cum Arianis ne ab Athanasio quidem unquam objectus sit, nec in Alexandrino, qui superest, codice legatur. Nullius quoque synodi mentionem ullam facit Didymus; satius, ut opinor, esse ducens e Scripturis, quarum auctoritatem agnoscebant hæretici, quam ex synodis, quas illi despiciebant, argumentari. Hanc item ob causam, D ni fallor, ne traditionem quidem magnopere usquam urget, sed obiter tantum eam attingit : ut cum initio libri *De Spiritu sancto* sic loquitur : *Hæc de Spiritu sancto jactitant, quæ neque in Scripturis lectâ, neque a quoquam ecclesiasticorum veterum usurpata sunt.* Veterum enim Patrum testimonia illis objectare supervacaneum fuisset, qui *alios* præter Arium, Eunomium, ac Macedonium *ne audire quidem volebant*, ut ait theologus noster pag. 260, quique cum suas opiniones fidei Patrum doctrinæque contrarias esse non ignorarent, Catholicos ad Scripturam solam provocabant, ut multis post sæculis nefarii apostatæ fecerunt Lu-

[16] I Joan. v, 7 sqq.

Digitized by Google Распознавание текста

therus atque Calvinus : nondum enim cuiquam intoleranda illa atque absurdissima opinio in mentem venerat, ut Patres Nicæno concilio vetustiores de Filii, aut Spiritus sancti divinitate non ita sensissent, quemadmodum catholica sensit Ecclesia.

Libros vero Machabæorum, Judith, et Esther ne Didymus quidem in ullo ex editis operibus allegat, quod sciam : sive quod nulla ipsi eos citandi occasio oblata sit, sive quod illos, utpote historicos, nec memoriæ mandasset, neque commentariis illustrasset.

Quod demum pertinet ad reliquas omissiones, Didymus quoque sæpius testimonia profert, quin libros, aut auctores, unde desumpta sunt, nominet. Eamque edita hactenus illius opera aut legerim olim, aut saltem percurrerim fere omnia, Semiariarorum, Anomœorumque denominationes, atque Aetii, Apollinarii, ac Marcelli nomina nunquam in iis reperire me memini, etiamsi horum omnium hæreses commemoret. Jure igitur ac merito concludere jam licet, maximam esse vel in omissionibus inter utrumque theologum similitudinem.

Fateor equidem, argumentum ex ethnicorum scriptis, maximeque ex iis quæ Orpheo, ac Mercurio Trismegisto tribuebantur, deductum objici a theologo nostro adversariis, a Didymo autem in libro *De Spiritu sancto* prorsus prætermitti. At Didymus ibi non ethnicos confutat, sed hæreticos duntaxat, a quibus Orphei ac Mercurii auctoritas nihili fiebat. Theologus autem noster ethnicos etiam redarguere voluit, ut manifesto patet ex cap. 24 tertii libri. Hi vero Orphei, Mercuriique opera tanti faciebant, ut Theon Alexandrinus, qui Didymi ætate floruit Alexandriæ, ea publice interpretatus sit, quemadmodum pag. 301 dictum est.

[XXXIII] Cap. XXIV. *Nihil in theologo nostro reperitur quod Didymo non conveniat.*

Postremo ne illud quidem exigui momenti est, quod de theologo nostro post diuturnam considerationem vere affirmare posse mihi videor, nihil admodum in eo esse, quod in Didymum optime non quadret. Sic se res habet, benigne lector. Nullus in hoc opere auctor citatur, aut nominatur recentior Didymo; nulla commemoratur hæresis, quæ illum non præcesserit; nullum ex catholicis dogmatibus inculcatur, quod alii Patres aut vetustiores, aut suppares non inculcarint; nullus liber laudatur ut canonicus, quem alii ex Alexandrinis potissimum Patribus ut talem antea non allegassent; nulla tandem in eo reperitur dictio, nulla sententia, quæ Didymi ætati, moribus, stylo, doctrinæ perapposita non sit.

Ac ne illud quidem alienum a proposito nostro est, quod vix unum operis apographum supersit; opus vero ipsum nullus ex Græcis medii ævi scriptoribus, ils præsertim qui post Justiniani tempora scripserunt, commemoraverit. Nec enim ullam hujus rei probabiliorem causam excogitare licet, nisi quod ejus auctor Didymus male ob Origenismum audiret. Eadem namque ex causa factum est, ni fallor, ut *Enarrationum* quoque *in Epistolas catholicas*, ac libri *adversus Manichæos*, quamvis orthodoxam doctrinam continentis, unicum exemplar ms. repertum sit, ex quo imprimerentur; Græcus vero textus cum libri *De Spiritu sancto*, tum *Enarrationum* omnino interierit, ut videtur. Adeo scilicet monachi, atque amanuenses ab iis abhorrebant, qui de violata fide suspecti essent, aut damnati, ut ipsorum opera vel nullo errore infecta exscribere, aut exscribenda curare detrectarent. Hinc factum igitur puto, ut cum aliorum plurimorum, quos enumerare necesse non est, tum etiam Didymi opera aut interierint, aut plerisque ignota fuerint: adeo ut Ægyptius scriptor Cosmas Indicopleustes, p. 483 a me allegatus, manifesto indicet sibi ignotas fuisse Ægyptii nostri theologi *Enarrationes*, cum ait, *neminem ex iis, qui in divinas Scripturas commentaria ediderunt, catholicarum Epistolarum ullam rationem habuisse.* Quinimo Photius ipse, etsi non minori esset eruditione quam improbitate, nullum in *Bibliotheca* ex tam multis Didymi operibus memoravit; in libro autem primo *adversus Manichæos* plures quidem enumerat qui contra eos hæreticos scripserant, Didymum vero prætermittit

Cap. XXV. *Conclusio.*

Atque hæc potissimum sunt quæ pro sententia mea afferenda censui. Nihil itaque aliud nunc reliquum est, nisi ut duo tandem ex his, quæ hactenus dixi, colligam argumenta, quæ quantam vim habeant, lectoris erit judicare. Primum est hujusmodi, sicut initio diximus. Fieri non potest, ut alius a Didymo sit auctor ille, in quo summam cum Didymo quoad omnia similitudinem deprehendimus. Talis autem est theologus noster, ut ostensum fuit. Non est igitur alius a Didymo. Alterum sic se habet. Didymo tribuendum est hoc opus, si nullus omnino, præter Didymum, inveniatur Ægyptius theologus, in quem ea, quæ superius recensui, conveniant universa. Atqui nullum alium reperiet, ni fallor, qui rem hanc attentius examinare voluerit, ac singulos ex Ægyptiis, Alexandrinisve Patribus cum theologo nostro conferre. Didymi ergo esse non immerito affirmamus tres hosce *De Trinitate* libros. Quod erat ostendendum.

Caput postremum. *Nonnulla indicantur quæ objici nobis possunt.*

Libro itaque huic finem tandem imponam, humanissime lector. Quæcunque enim sententiæ meæ objici posse suspicatus sum, quantumvis levia, universa aut in secundo libro ad trutinam revocaturi sumus, aut alibi jam diluimus: pagina nempe 18, 94, 124, 238 et 356. Quæ tamen in *Litteraria ephemeride Parisina* objecta fuerunt, seorsum commemoranda hic sunt, [XXXIV] non cum reliquis permiscenda, ne adversarium videar parvi facere: sed paucis verbis me expediam, quod et alias his quoque occurrerim, et ad finem jam properet oratio.

Digitized by Google Распознавание текста

latione XXI, cap. 1, eadem invita, in monasterium se receperit. Sive ergo monachus fuerit Didymus, ut eum appellat Victor Tununensis, sive non fuerit, solvenda adhuc restat altera ex propositis quæstionibus. Verum haud scio an ea nobis supersint monumenta, quibus ita dilui possit, ut lectori omnino satisfaciamus, qui probabilibus conjecturis contentus esse nolit. Duo tamen hæc statuere posse mihi videor : primum sive loca, quæ indicavi, de spiritalibus filiis accipiantur, sive de carnalibus, optime Didymo ea convenire . secundum, verisimilius esse auctorem nostrum de carnalibus filiis loqui.

Ut autem a primo exordiar, si ea loca de spiritalibus filiis *per catechesim*, ut Cyrillus Jerosolymitanus loquitur, genitis intelligantur, quam bene ea Didymo congruant, nemo non videt : fuit enim is Alexandrinæ Ecclesiæ catechista, ut vero ait Clemens initio primi Stromatis, Πατέρας τοὺς κατηχήσαντάς φαμεν. Sin autem de filiis carnalibus theologi nostri verba interpretemur, cuinam, quæso, ex omnibus quarti sæculi Patribus Alexandrinis aptius convenire possunt, quam Didymo ? qui, cum cæcus foret, nullis ordinibus sacris initiatus esse poterat ? Etsi enim nonnulli tunc presbyteri, et episcopi uxore non destituti fuisse perhibeantur, ut Synesius Ptolemaidis, ut S. Hilarius Pictaviensium, ut S. Pacianus Barcinonensium episcopi, nulli tamen ex hisce tribui potest hoc opus ; nec ullum præterea ex omni antiquitate Patrem novi, aut presbyterum, aut episcopum, qui de filiis suis carnalibus tam sæpe mentionem fecerit, ac eos veluti ostentarit, ut auctor noster facit : dedecere scilicet existimabant, ut opinor, ita se gerere eum, qui sacris ordinibus initiatus sit. Huc accedit quod non modo filios suos commemorat auctor noster, verum etiam nepotes, seu *filiorum suorum filios*. At id quoque adamussim quadrat in Didymum, quod et diutissime vixerit, et hos libros post tertium ac septuagesimum circiter vitæ annum dictasse videatur, si eos revera dictavit, ut puto.

Quod vero ea quæ numeravi, auctoris nostri loca de carnalibus multo verisimilius, quam de spiritalibus, filiis accipiantur, multis conjecturis confirmari potest, quæ non omnes tamen ejusdem sunt roboris. Afferam prius leviores, tum veniam ad graviores

Nimirum primo in commentariis *in Psalmos* ad versic. 157 psalmi CXVIII, pag. 502 catenæ Corderianæ perinde loqui videtur Didymus, quasi uxor ipsi fuerit, ac liberi : ita enim ait : *Adversariæ potestates per domesticos, per uxorem litigiosam, et garrulam, et iracundam nos tentant, ut peccemus....* Τὰ γὰρ κρυπτὰ Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν· τὰ δὲ φανερὰ ἡμῖν καὶ τοῖς τέκνοις ἡμῶν. Similique modo in libro *adversus Manichæos*, pag. 213. *Videmus*, inquit, *hæc semper in nobis ipsis accidere : quæ enim filios docemus, cum volumus eos secundum disciplinam instituere, ut disciplina utantur, non sic tamen utuntur, ut instituti a nobis sunt.*

Secundo, in citatis locis auctor noster non solum nihil omnino habet, quod indicet eum loqui de filiis spiritalibus, sed ita e contrario loquitur, ut, meo quidem judicio, carnales potius filios designet. Etsi enim filii spiritales, aut discipuli sæpius vocentur a Patribus παιδία, υἱοί, aut τέκνα, nempe *filii ;* haud scio tamen an eorum ullus de discipulis suis loquens hac locutione usus unquam fuerit : οἱ ἐξ ἐμοῦ, id est, *ii, qui* (sunt) *ex me*, nempe, *qui orti sunt ex me*. At auctor noster sæpius eam usurpat, ut videre licet in locis superius allegatis.

Tertio, non filiorum duntaxat is meminit, inquiens eos *esse ex ipso* (nempe natos ex ipso) ac *sibi a Domino datos*, sed istorum quoque filios memorat, eosque vocat alicubi quidem τοὺς ἀπ' αὐτῶν ὄντας, id est, *qui ab ipsis sunt*, nempe, *qui ab eis geniti sunt ;* alibi vero παιδία τῶν παιδίων, id est, *filios filiorum*. Quin præterea pro nepotibus orat nondum natis, sed in posterum orituris, [XXI] dum ait, τοὺς ἀπ' αὐτῶν ἐσομένους. Deo in summa commendat non tantum se, ac filios suos, sed *et natos natorum et qui nascentur ab illis*. At si hæc omnia de filiis, ac nepotibus spiritalibus, sive de discipulis, et de discipulorum discipulis, ac demum de iis, quos discipulorum discipuli edocturi erant, intelligerentur, nimis continuata esset, meo judicio, sine ulla necessitate, allegoria. Ac sane quis alius scriptor unquam discipulorum suorum discipulos, *filios filiorum suorum* nuncupavit, iis præsertim in locis, ubi oratio simplex sit, nec translationibus referta?

Quarto, memorat theologus noster cum eos, quos vocat τοὺς ἐξ ἐμοῦ, tum eos, quos appellat τοὺς σὺν ἡμῖν, et τοὺς σὺν ἐμοί, nempe memorat cum filios suos, tum eos, quos *una cum se ipso* esse ait. Videntur autem hæc satis commode explicari, si dixerimus, aut priore formula carnales Didymi filios, secunda vero illos, qui *una cum ipso* ad catecheses conveniebant, designari ; aut primos eosdem esse cum secundis, quod scilicet Didymi filii una cum Didymo ipso vitam degerent.

Quinto, auctor noster pag. 319 ait : *Simul cum filiis, quos dedit mihi* (Deus), *et filiorum filiis, propter quos etiam virentes laboramus*. Pagina vero 307 illud a sancta Trinitate petit, ut possint universi *iis qui indigent, largiri pro viribus*, incipientes a propinquis, et consanguineis, atque domesticis. Hæc autem et aptissime ei tribuuntur omnia, cui filii carnales sint, nec possunt cuncta de discipulis probabiliter intelligi : si enim de his primo in loco loqueretur, filios duntaxat commemorasset, non vero filiorum etiam filios : nam propter filios quidem dicere poterat, se viventem laborare, non vero propter illos qui non erant ejus discipuli, sed discipulorum suorum discipuli, pro quibus proinde non Didymus ipse laborabat, sed ipsi discipuli.

Sexto, quemadmodum ex Isidori Pelusiotæ epistolis unam, quæ Evagrio inscripta est, celebri Evagrio Didymi discipulo scriptam vult Tillemontius

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

tomo X, in **Evagrio**; et epistolam 125 libri 1 Gregorio Nysseno missam idem arbitratur tom. XV, ubi agit de S. Isidoro Pelusiota ; ac demum epistola 109 libri 1, Marathonio monacho inscripta, ad eum Marathonium data videtur qui episcopus Nicomediensis creatus fuit : ita cum tres etiam sint ejusdem S. Isidori epistolæ, ut monui pag. 477, quarum duæ inscribuntur Didymo, nempe 330 et 331 libri primi, tertia autem Didymo scholastico, nempe 206 libri sexti, videntur hæ quoque Didymo nostro scriptæ. Nam quod attinet ad binas priores, in utraque de quibusdam Davidis verbis agit S. Isidorus, in secunda vero Didymum, ad quem scribit, ex eo laudat, quod, *cum et ingenii acumine polleat, et Scripturarum sensum sagaciter perscrutetur, nihil est quod eum latere possit : nam cum omnia*, inquit, *in juvenili ætate præclare collegeris, requietem in senectute habes.* Hæc vero omnia Didymo nostro mirifice conveniunt. Quidni ergo suspicemur tertiam quoque eidem Didymo scriptam esse? Non ausim id equidem asseverare. Scholastici tamen titulus, de quo legendum Cangii Glossarium, recte ei tribui potuit, qui et scholæ Alexandrinæ præerat, et pluribus scientiis eruditus erat. Quod si ad ipsum epistola isthæc missa est, fuerunt ei sine dubio liberi, iique plures, ut allata etiam theologi nostri verba indicant. Sic enim incipit epistola : *Filium tuum maximum a natu minimo dissidere, teque ejus rei ferunt conscium, fingere tamen quasi nescias.* Quæ mirum in modum conveniunt auctori nostro : eum enim quietis amantissimum fuisse, ac mansuetum, atque ab ejusmodi contentionibus alienum, plurima hujus de Trinitate operis loca manifestant.

Demum, Libanius in epistola 321 Sebastiano Manichæo, Ægypti duci, Rhetorium commendat, quem et discipulum suum dicit, et hominem non pecuniosum, et in oratoribus ac poetis versatum, Didymi autem filium : *Duo*, inquit, *in primis me ipsi* (Rhetorio) *benevolum reddunt. Cum enim meus sit discipulus, filius præterea est* διδασκάλου, *id est doctoris, seu magistri. Didymum sane tu non ignoras, nisi et magnam civitatem ignores, in qua doctrinæ suæ copiam aliis ipse fecit, noctu et interdiu fluens.* Et in epistola 320, *Rhetorius iste nobiscum versatus est; ego vero patris ejus disciplina usus sum; et mihi quidem per illum poetas, illi vero per me rhetoras* [XXII] *nosse contigit... Ille nunc in Ægyptum venit fundum paternum non amplum occupaturus : patrem enim ibi habet.* Hactenus Libanius. Utrum vero is de Didymo nostro sermonem habeat, penes lectorem judicium sit. Ei sane, de quo Libanius, omnia cum Didymo nostro conveniunt adamussim : in Didymum enim nostrum perbelle quadrat, quod vocetur διδάσκαλος, id est doctor; quod filium in oratorum ac poetarum lectione versari, atque erudiri curaverit; quod fuerit in poetis et ipse summopere versatus; quod Sebastiano notus non esse nequiverit; quod ab iis omnibus cognitus fuerit, qui magnam Ægypti civitatem, videlicet Alexandriam, non ignorarent; quod Ægyptius exstiterit; quod doctrinæ suæ copiam aliis fecerit; quod noctu et interdiu docuerit; quod filium habuerit non pecuniosum. Itaque tandiu de Didymo nostro sermonem a Libanio haberi credere licet, quandiu aut alius Didymus deprehensus sit, qui Libanii ætate Alexandriæ floruerit, ac Didymo nostro notior, vel saltem æque notus fuerit, aut ratio aliqua afferatur, ob quam de Didymo nostro Libanius nequeat intelligi. At inquies, Didymum illum Libanius vocat magistrum, ac præceptorem suum : id autem Didymo nostro vix ac ne vix quidem congruit : nec enim Libanius Alexandriam profectus unquam esse videtur, nec Didymum nostrum utpote cæcum Antiochiam, aut Athenas, aut Nicomediam, aut Constantinopolim, aut Nicæam perrexisse verisimile est : quibus in urbibus moratum esse constat Libanium. Huc autem accedit, quod Didymi nostri æqualis foret Libanius : hic enim anno Christi 314 natus est, Didymus autem anno circiter 310 ortus fuit. Sed ejusmodi hæc non sunt, ut inanem reddant conjecturam meam. Libanius enim utpote paulo junior, Didymi nostri discipulus esse potuit, atque Alexandriæ forsitan aliquando fuit, cum in oratione *in eos qui molestum ipsum appellabant*, segm. 7 sic loquatur: *In Ægypto quampluribus, apud Athenas tribus metum injeci, a curia utrobique advocatus.* Quin imo si *magnæ civitatis* nomine Alexandriam superius designavit Libanius, ut videtur, vix in dubium revocari potest, quin eadem in urbe poetis in Didymi gymnasio operam dederit adolescens. Sed jam ad theologum nostrum redeamus, et quo sæculo scripserit, investigemus.

Cap. XI. *Auctor noster sæculo* IV *floruit ut Didymus.*

Hos de Trinitate libros post annum Domini 379 scriptos fuisse aperte patet ex pag. 406 : ibi enim Basilium Magnum citat auctor ut jam defunctum. Sed tempus ipsum, quo hæc dictata sint, nusquam in hoc opere aperte designatur. Tam multæ tamen sunt conjecturæ, quæ illum quarto sæculo vixisse denotant, ut dubitandum non videatur, quin quarto sæculo reipsa scripserit ut Didymus; nam primo, etsi de Filio ex professo agat, nusquam tamen aut Nestorianam, aut Eutychianam hæresim memorat, cum plerarumque ex antiquioribus hæresibus mentionem faciat. Secundo, Arianis exprobrat, pag. 227, quod Marathonium Nicomediensium episcopum creandum curarint : id autem cum quarto sæculo contigerit, scriptorem indicat quarti sæculi; Marathonii enim nomen haud multos post ejus ætatem annos vix cuiquam notum fuisse videtur. Tertio, Origenianis quibusdam locutionibus utitur, quas post Didymi obitum sæculo quinto circiter ineunte suspectas evasisse constat : iis autem usus non esset auctor noster, si tum scripsisset, cum ab Hieronymo jam exagitatæ fuerant, atque a Theophilo Alexandrino condemnatæ; quod contigit ipso quinti sæculi initio. Quarto, de Macedonianis ubi-

Digitized by Google Распознавание текста

que sic loquitur, ut eorum hæresim non ut vetustam, sed ut recentem confutare videatur, ac primos ejus defensores impugnare. Demum sive dogmata spectentur, quæ is inculcat, sive peculiares, quibus adhæsit, opiniones, sive disciplina ecclesiastica, quam alicubi attingit, cujusmodi est disciplina arcani, orantium conversio ad orientem, oratoriorum usus atque constructio, ecclesiarum ornatus ex auro, argento, ebore ab Hieronymo etiam in epist. 130, segm. 14, memoratus, continua baptismi administratio, creberrima Eucharistiæ sumptio, et alia his affinia, nihil in hoc opere invenietur, quod auctori [XXIII] quarti sæculi non congruat. Quæ cum ita sint, eadem ipsum ætate qua Didymum floruisse non dubito.

CAP. XII. *Auctor noster Deum vocat* ἀμεγέθη *ut Didymus.*

Sed aliud hic argumentum addere placet, quod non parvi ponderis esse existimo. Illud autem ex eo duco, quod auctor noster Deum sæpius in hoc opere dicat esse ἀμεγέθη · quam vocem cum in epistola ad clarissimum præsulem Joannem Archintum Bononiæ tunc prolegatum commemorassem, ac vertissem, *quantitate carentem*, Gallicus quidam scriptor ea de hoc vocabulo pronuntiavit, quæ mihi probari nequeunt. Verum ei satis superque a me jam responsum est pag. 39, not. 2, et pag. 112, not. 1. Nunc itaque nihil aliud superest, nisi ut argumentum meum paucis exponam. Nimirum constat primo, Deo magnitudinem a Patribus tribui, ut citatis locis diximus : neque vero eam duntaxat *magnitudinem*, quæ Græce μεγαλωσύνη dicitur, aut μεγαλειότης, sed etiam μέγεθος. Ita Chrysostomus tom. I editionis Montfauconianæ, pag. 457, ait : Τοῦ μεγέθους καὶ τῆς ἰσχύος τοῦ πεποιηκότος αὐτά· et Basilius Deum vocat ἀόριστον μέγεθος apud Fabricium in *Bibl. Græc.* vol. VIII, pag. 100; a Josepho autem lib. II *contra Apionem*, segm. 22, Deus ipse appellatur τὴν μορφὴν καὶ μέγεθος ἡμῖν ἀφανέστατος, sive, ut alii legunt, ἄφατος. Constat secundo, in sacra Scriptura, Dei quidem μεγαλωσύνην, aut μεγαλειότητα memorari, nusquam tamen, ni fallor, Dei μέγεθος aut μέγαθος nominari. Tertio, nullum hactenus inveni Didymo vetustiorem Patrem, a quo Deus dictus sit ἀμεγέθης. Constat denique Deum a Didymo Alexandrino in commentariis *in Psalmos* dictum esse ἀμεγέθη, ut monui not. 1, pag. 112. Id autem ex eo fortasse factum est, quod is, utpote diligentissimus Scripturarum interpres, scrutator, atque indagator, observarit, μέγεθος nusquam Deo tribui in Scripturis. His præmissis cum et auctor noster Deum sæpius in hoc opere dicat esse ἀμεγέθη, non immerito mihi videor hinc quoque colligere posse, ipsum unum, eumdemque esse cum Didymo Alexandrino. Fateor alium quoque Alexandrinum scriptorem, nempe S. Cyrillum, eodem modo de Deo locutum postea esse, ut monui not. 2, pag. 39, cum Deum et ipse aperte dixerit ἀμεγέθη, sed hujusmodi locutionem ex Didymo Cyrillum mutuatum esse conjicere licet, cum et alibi in locis Didymum ipsum imitatus esse videatur, ut superius suspicari me dixi. Et de hac quidem re satis : ad aliam itaque rationem transeamus.

CAP. XIII. *In poetis versatus erat auctor noster ut Didymus.*

Cum plurimi ex Græcis Patribus Didymo vetustioribus aut supparibus, profanos scriptores, ac præsertim poetas citent, ut ex eorum operibus apparet, mirum non est, si auctores *externos*, id est profanos theologus quoque noster haud raro allegat. Illud potius mirum videri debet, potuisse hinc nescio quem colligere, opus hocce Didymi ætate multo recentius esse : cui cum satis jam occurrerim in notis, mihi nunc vicissim videor ex hoc ipso contrariam conjecturam ducere posse, ut operis auctorem Didymum esse magis magisque confirmem. Didymum enim in poetarum maxime, ac rhetorum quoque operibus versatum fuisse testantur Sozomenus, Theodoretus, ac Nicephorus in *Testimoniis*, quæ in Appendice attuli. Ipse vero Didymus in commentariis *in Acta apostolorum* ad caput VII, tomo IV *Anecdot.* Wolfii, pag. 23, docet, *doctrinam externam non omnino contemnendam esse; in laude enim ponitur, quod Moses omni sapientia Ægyptiorum fuerit instructus, sicut et de Daniele, et sociis ejus Judæis prædicatur, quod omnes in Chaldæorum philosophia, affinibusque scientiis superarint.* Quin catechistas omnes Alexandrinos Didymi præcessores Pantænum, Clementem, Origenem, Dionysium, Ammonium, aliosque *externæ* quoque sapientiæ operam impendisse constat : inter quos Clemens atque Origenes quantum non modo in sacra, verum etiam in profana eruditione excelluerint, nemo [XXIV] ignorat. Nam Clementis quidem opera profanorum poetarum ac philosophorum allegationibus ubique referta sunt. Alter vero non modo in libris *contra Celsum* pro Christiana religione scriptis Euripidem, Homerum, aliosque citat, ut patet ex tom. I pag. 349, 393, et 730, editionis Parisiensis anni 1733; verum etiam discipulum suum S. Gregorium Thaumaturgum hortatur pag. 3 ejusdem tomi, ut geometriæ, atque astronomiæ operam navet, quod hujusmodi scientiæ Christiano homini ad intelligendas, explicandasque sacras Scripturas conferre queant. Quæ cum ita sint, rationem hanc paucis ita concludimus. Theologus noster Pindarum, Homerum, Sophoclem, Orpheum, Diagoram, Platonem Comicum, Sibyllina carmina, aliorumque poetarum, quorum nomina reticet, versus sæpius citat; Platonem quoque allegat, Aristotelem, Porphyrium, ac Mercurium Trismegistum, cujus nomine inscripti libri ut genuini tunc habebantur. Atqui hoc ei maxime convenit, quem in poetis, aliisque scriptoribus ethnicis versatum fuisse constat, cujusmodi fuit Didymus. Ergo tantum abest, ut hoc opinioni nostræ quidquam officiat, ut potius hæc ratio non seorsum quidem sumpta, sed

Digitized by Google Распознавание текста

aliis conjecturis, ac rationibus juncta sententiam nostram probabiliorem reddat.

CAP. XIV. *Origenianas locutiones habet theologus noster ut Didymus.*

Apertissimum Origenis propugnatorem vocat Didymum Hieronymus. Quo autem sensu id accipiendum sit, quæve sint, aut quales Origenis opiniones, quibus adhæserit Didymus, non inquiram modo. Illud mihi in præsens sufficit, ut quemadmodum in Didymo, ita et in theologo nostro multæ occurrant ex iis locutionibus, quas in Rufino Aquileiensi, in Joanne episcopo Hierosolymitano, aliisque ut Origenianas insectatus est Hieronymus ipse, Theophilus Alexandrinus, et alii Patres. At hujusmodi reipsa sunt primo quæ de imagine Dei ab homine per peccatum amissa docet auctor noster pag. 235; deinde quæ sæpius scribit de *apatheia*, id est, *imperturbatione*, aut immunitate a perturbationibus animi, quas vulgo *passiones* dicunt; ac demum quod pagg. 32 et 151 affirmat, cum in illa quidem ait: *Quicunque initium dicere voluerint, finem etiam confitentur:* in hac vero: *Nam revera quidquid initium accepit, habebit etiam finem.*

Fateor tres hasce theologi nostri, aliasque hujusmodi locutiones recto sensu accipi posse, ac reipsa ab aliis Patribus esse adhibitas. At ne in Didymi quidem operibus quæ exstant, ulla fortasse est Origeniana locutio, quam catholice explicare nequeamus: quas vero in theologo nostro reperimus Origenismum redolentes, plerasque ut Origeniana labe infectas ab Hieronymo, aliisve habitas fuisse ostendi in notis, ut proinde nihil nunc restet aliud, nisi ut de sententia, quam pag. 32 et 151 exstare dixi, aliquid addam; nihil enim de ipsa in notis dictum fuit. In Origenistis igitur hanc quoque reprehensam fuisse didici e S. Anastasio Sinaita, qui in *Hodego* apud Gretserum tom. XIV, pag. 149, hæc scripsit: « Ait sanctus Basilius sermone *in Hexaemeron: Omne illud quod principium habet, habere itidem finem.*... Quod dictum crebro nobis objiciunt vanissimi Origenistæ, ut inde præexsistentiam animarum in cœlis ante corpora extundant. » Ita Anastasius. Ego vero cum verba, quæ is Basilio tribuit, in Basilii homiliis *in Hexaemeron* non invenerim, utrum ea Basilii sint, ignoro. Sed eadem in theologo nostro exstare certum est.

Quod vero hactenus dixi de Origenianis locutionibus, id ipsum de iis dictum volo, quæ post Didymi obitum Pelagianæ aut Semipelagianæ vocari cœperunt, quæque a theologo nostro item ut a Didymo usurpatæ sunt: cujusmodi est illa, qua auctor noster ait pag. 270, *fidem a nobis incipere.* Nam istæ quoque inter Origenianas recenseri possunt, quippe quas auctor noster ex Origene desumpsit, ut monui not. 1, pag. 270.

[XIV] CAP. XV. *Iidem in theologo nostro, atque in Didymo occurrunt memoriæ lapsus.*

Ne illud quidem parvi faciendum est, quod cum in scriptore nostro, tum in Didymo animadverti, non raro utrumque, dum Scripturæ loca allegat, memoriæ vitio lapsum esse. Et quod attinet quidem ad theologum nostrum, singula hujusmodi errata diligenter ipse in paginarum margine adnotavi; multa etiam in *rerum Indice* ad vocem *Memoriæ* indicata sunt.

Quod autem spectat ad Didymum, etsi pleraque, aut omnia, quæ exstant, illius opera tribus hisce de Trinitate libris breviora sint, hujusmodi tamen lapsus in iis quoque deprehendi. Ita, verbi gratia, in libro *adv. Manichæos* pag. 207, postquam attulit ex Paulo hæc verba, *Ut sit sancta*, et cætera, quæ exstant in Ep. I ad Corinthios, statim subjungit: *Imo etiam in Epistola ad Corinthios*, etc. Quin continuo post hæc verba rursus labitur; ait enim: *Et paulo post eosdem* (Corinthios) *alloquitur*, etc.; verba enim, quæ is allegat, non *paulo post*, sed paulo ante, imo proxime superius exstant apud Paulum. Simili modo in commentariis *in Acta apostolorum*, quorum commentariorum pauca fragmenta Wolfius edidit, Petrus pro Paulo nominatur pag. 23 tom. IV *Anecdotorum* ejusdem Wolfii. In libro etiam *De Sp. sancto* plura ex hujusmodi erratis inveni, ac de iis lectorem monui pag. 3, not. 2, et pag. 62, not. 2. Demum in *Enarrationibus in Epistolas catholicas* plurima quidem Scripturæ testimonia profert, sed vix duobus, tribusve in locis libros nominat, ex quibus ea desumpta sunt, quasi vereatur ne in hujusmodi errata incidat: verum omnes memoriæ lapsus vitare non potuit; exponens enim quartum caput epistolæ I Petri, allegat octavum versiculum capitis V Epistolæ ad Romanos, tum hæc addit: « Et mox ait: *Pro impiis.* » Quasi hæc verba, *pro impiis*, post octavum versiculum sequantur, cum exstent versiculo sexto ejusdem capitis.

Sed et aliam adjicere placet animadversionem, quæ pluris adhuc facienda est; aliqua enim ex hisce erratis non modo similia, sed eadem plane in utroque auctore esse comperi. Ita, exempli gratia, Pauli verba, *Ut sit sancta corpore, et spiritu*, theologus quidem noster, pag. 160, reperiri ait in Epistola ad Hebræos, cum exstent in prima ad Corinthios. Didymus vero in libro *adversus Manichæos* eadem verba sic affert, ut ea non in prima ad Corinthios exstare affirmet, sed alio in loco, ut monui pag. 160, not. 10. Simile quid pag. 388, not. 9, et alibi observatum est.

CAP. XVI. *Memoria tamen pollebat singulari theologus noster ut Didymus.*

Sed cum *opere in longo fas* sit *obrepere somnum*, ut Flaccus ait, mirum nemini videri debet, quod auctorem nostrum, dum innumerabilia citat Scripturæ loca, memoria interdum fefellerit: illud potius omnes mirabuntur, tanta eum memoria pollere, ut tam multa præsto semper habeat Bibliorum testimonia. At id ipsum Didymo Alexandrino apprime congruit, quod illum memoria summopere valuisse cum omnes uno ore testentur veteres, tum

Digitized by Google Распознавание текста

ejus opera confirment, maxime vero liber *De Spiritu sancto*, *Enarrationes in Epistolas catholicas*, et quæ supersunt fragmenta commentariorum ipsius in sacra Biblia : hujusmodi enim libros a cæco dictari potuisse vix in animum induceremus, nisi ex indubitatis constaret monumentis eum non hæc modo, verum alia longe plura, imo, ut Hieronymus loquitur, *innumerabilia* opera dictasse. Novi equidem primis Ecclesiæ sæculis plurimos fuisse Christianos, qui divina volumina nocturna diurnaque manu versantes memoriter ea ediscebant. Quin plures etiam exstitisse non inficiabor, qui integra Biblia fideliter sine scripto recitare possent, ut vult auctor *Antiquitatum Criticæ* tom. I, ac Joannes Lyronus monachus S. Mauri tom. III *Rerum singularium ad litteras, historiamque spectantium*, a viro clariss. Casto Innocente Ansaldio allegatus. At theologus noster non tantum sacros libros maxima saltem ex parte memoria tenuisse videtur, verum etiam omnia Scripturæ loca, quæ usui esse possent, quotiescunque usui [XXVI] futura erant, præ oculis habuit. Aliud autem est Psalmos, verbi causa, aut integra Biblia ita memoria retinere, ut hæc in ecclesia vel dormitans memoriter recitare valeas ; aliud vero ex innumerabilibus præterea Scripturarum testimoniis ea semper in promptu habere atque afferre, quæ ad rem faciant. Illud excellentis memoriæ est ; hoc vero, ut equidem arbitror, excellentissimæ : ac illud quidem Didymum facere potuisse satis probabile est ; hoc vero theologum nostrum, seu Didymum ipsum fecisse certum ac manifestum est.

Cap. XVII. *Eædem in theologo nostro, atque in Didymo quorumdam Scripturæ textuum lectiones.*

Magnam fuisse Didymi ætate in Græcis Bibliorum exemplaribus aut lectionum, aut translationum varietatem, nemo nescius est, ut superius dicebam cap. VIII. Videamus ergo, utrum theologus noster, ac Didymus easdem Biblicorum textuum lectiones secuti sint ; si enim easdem apud utrumque deprehenderimus, erit hoc quoque non leve indicium, quod opinioni nostræ suffragetur. Verum non omnes parvi etiam momenti varietates attendendæ sunt ; sæpe enim contingit ut unum eumdemque Scripturæ locum nunc uno modo legant, nunc alio, vel quod memoriter citent, vel quod minimas, minimique pretii discrepantias negligant, vel demum quod modo unam lectionem sequi malint, modo aliam. Attamen quædam tunc erant in Bibliorum codicibus varietates, quas peculiari animadversione dignas censeo. Ita, exempli gratia, Primo in Epist. II ad Thess., cap. II, vers. 13, Græca quidem editio habet, ἀπ' ἀρχῆς, id est *ab initio* ; Didymus vero in libro *De Spiritu sancto* legit ἀπαρχήν, id est *primitias* ; at auctor quoque noster legit *primitias*, ut dixi pag. 123, not. 4. Secundo, in Epist. ad Romanos cap. VIII, vers. 11, codex Alexandrinus, et Græca editio habent : *per inhabitantem Spiritum ejus in vobis* ; Latina vero Biblia, *propter inhabitantem*, etc. ; theologus autem noster non solum legit, *per inhabitantem*, sed et alteram lectionem ut Macedonianam improbat : at Didymus etiam in libr. *De Spiritu sancto* legit, *per inhabitantem*, ut dixi pag. 180, not. 5. Tertio, auctor noster pag. 247, hæreticos redarguit, quod in Bibliorum exemplaribus ex quodam Amos prophetæ loco vocem *ego* abstulerint ; Didymus vero eumdem prophetæ textum afferens in libro *De Spiritu sancto* num. 14 et 59, cavet ne omittat dictionem *ego*. Quarto, cum apud Joannem cap. I, vers. 18, omnes editiones tam Græcæ, quam Latinæ, imo et Alexandrinus codex habeat, *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris ipse enarravit* ; theologus tamen noster pag. 76, et alibi pro *Unigenitus Filius* legit *Unigenitus Deus* : Didymum vero legisse *Unigenitus Deus*, quamvis certo probare nequeam, quod nullus nunc succurrat locus, in quo textum hunc afferat, hoc tamen modo et eum legisse opinor, cum ejus quoque præcessor Origenes catechista Alexandrinus eadem ratione legerit, ut dixi pag. 76, not. 5. Denique, lectorem rogo, ut ea videat quæ pag. quidem 246, not. 1, scripsi de Pauli verbis, *Spiritui Dei servientes* ; alibi vero de aliis textibus : ego enim cum verear ne longior sim, alia hujusmodi exempla hic afferre supersedeo.

Ac illud potius addo, ab auctore quidem nostro Scripturæ loca sic sæpe afferri, ut sententiæ magis adhæreat, quam verbis ; at eadem se ratione gessisse Didymum is comperiet qui Biblicos textus ab eo allegatos cum Græcis Bibliis contulerit. Attamen cum hoc ipsum non raro ab aliis etiam factum esse videamus, non potest pro nota quadam haberi, qua Didymus a reliquis Patribus secernatur

Cap. XVIII. *Easdem uterque affert certorum Scripturæ textuum interpretationes.*

Alexandrinos catechistas allegoriis, dum Scripturas interpretabantur, delectatos esse norunt theologi. De Didymo autem nostro equidem ea præ oculis habens, quæ in ipsius operibus, aut fragmentis observare me memini, tria hæc statuere posse mihi videor. I. Eum ubi hæreticos refellit, non allegorias sectari consuevisse, sed ex litterali Scripturæ sensu argumenta petere ad eos [XXVII] confutandos. II. Dum Veteris Testamenti libros, aut textus explicabat, allegoriis indulsisse : propterea, ut opinor, quod *omnia in figura contingebant* Hebræis [a]. III. In Novi Testamenti verbis raro cum allegorias expiscatum esse, sed litterali sensui plerumque, aut fere semper adhæsisse.

At tria hæc ipsa in theologo etiam nostro observavi. Sicut enim Didymus in libro *De Sp. sancto* Macedonianos validissimis confutat argumentis e litterali Scripturæ sensu deductis, ita et noster scriptor Arianos, Eunomianos, Macedonianos sic refellit, ut fere omnia argumenta e Scripturis lit-

[a] I Cor. x, 11.

Digitized by Google Распознавание текста

teraliter explicatis derivet. Ac quemadmodum Didymus quinque *Explanationum* libros *in Zachariam* ita dictavit, Hieronymo teste, *ut tota eorum* ἐξήγησις *allegorica fuerit, et historiæ vix pauca tetigerint*, ita theologus noster lib. II, cap. 14, plures simul Zachariæ ipsius textus allegans in quadam digressione, allegorice omnes interpretatur, ac ea fortasse in compendium redigit, quæ in illis *explanationibus* fusius disseruerat : alibi vero sæpius alia Veteris Testamenti loca allegorice exponit. Demum, ut in Didymo, ita et in auctore nostro perpauca, ni fallor, occurrunt Novi Testamenti loca allegorice explanata.

Verum, quod magis notandum est, multæ in his *De Trinitate* libris occurrunt textuum Scripturæ interpretationes, quas si cum iis comparemus quæ in Didymo leguntur, easdem esse invenimus, ut plurimis in notis monui. Nam I, Joelis verba, exempli gratia, *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem*[7], eodem modo explicat Didymus lib. *De Sp. S.* num. 11, ac theologus noster pag. 117. II. Psaltis verba, *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine*[8], auctor noster de Spiritu sancto exponit pag. 278, eademque ratione illa accepit Didymus pluribus in locis, ut dixi ibidem not. 6. III. Ubi Scriptores Veteris Testamenti *brachium Dei*, aut *dexteram Dei* nominant, Didymus Filium Dei interpretatur, ut dixi not. 6 pag. 13; idem vero facit theol. noster in eadem pagina. IV. Christi verba, *Non veni pacem mittere, sed gladium*[9], sic intelligit auctor noster pag. 147, ut nomen *gladii* significet *sapientiam, qua Spiritus sanctus obdurata corda incidit.* Simili modo Didymus in *Enarrationibus* ad caput IV Epistolæ Jacobi : *Veniens Jesus* (inquit). . . . *gladium misit in terram. Sermo namque, et doctrina illius dividit, et abjungit a terrenis, atque materialibus rebus.* V. Verba Pauli, *Elegit nos in ipso ante constitutionem mundi*[10], de Dei præscientia exponit theologus noster pag. 341 ; eademque ratione illa intelligit Didymus in *Enarrationibus*, ut ibidem indicavi. Demum, ne singula afferam, legenda sunt quæ scripsi pag. 50, not. 2, pag. 28, not. 3, pag. 127, n. 3, pag. 177, not. 2, pag. 185, not. 6, p. 252, not. 3, pag. 277, not. 6, pag. 232, not. 7, et alibi passim.

CAP. XIX. *Frigidiuscula quædam, aut certe leviora habet uterque auctor.*

Etsi auctor noster validis plerumque, imo fere semper argumentis hæreticos refellere soleat, ac ea scribere, quæ gravem theologum decent, nihilominus pauca quædam in eo leguntur quæ, meo quidem judicio, frigidiuscula sunt, aut certe leviuscula. Hujusmodi esse opinor quod pag. 264 scribit de nomine περιστερά, numeroque DCCCI, quem ex eo nomine, item ut ex literis α, et ω magno, elici observat. Frigida etiam videntur quæ pag. 18 exstant de Latinis vocabulis, *Plus quam perfectus.* Interpretatio autem verborum Joannis Baptistæ, *Tu es qui venturus es*[11] ? quam habet pag. 21, haud scio an multis arridere queat. Quin etiam levicula compluribus videbuntur quæ occurrunt pag. 345, de verbis Joannis Theologi : *Et Verbum erat apud Deum*[12]. Nonnulla vero alia ejusdem generis non indicamus, quod fieri facile possit, ut quæ a nobis levia, eadem ab aliquibus gravia habeantur. Illud vero diffiteri nemo potest, duos saltem ex apocryphis Veteris Testamenti libris ab ipso citari, librum III Esdræ, p. 294, et orationem Manassis, p. 399 et 434.

At similia plane in Didymo etiam reperi. In libro quidem *De Spiritu sancto* gravissimis Macedonianos redarguit rationibus, atque ita Scripturæ loca ubique fere exponit ut theologum decet. [XXVIII] Sed explicatio, quam num. 50 adhibet verbis Isaiæ, *Congregans dextera Moysem*[13], in quibus Mosis nomine intelligi etiam posse ait legem Mosaicam, haud scio an ejusdem cum cæteris interpretationibus sit gravitatis. Ac illud quoque non satis firmum videbitur cuipiam quod ait in commentariis ad cap. VII *Actorum*, tomo IV *Anecdotorum* Wolfii, nempe verba Salomonis, quæ exstant in Græca Proverbiorum translatione cap. V, *Ne multus sis cum aliena*, de uxore marito juncta accipi non posse, sed de ethnicorum sapientia accipienda esse. Levicula certe est explicatio illa verborum, *Quis ostendit nobis bona*[14] ? quam etsi ex aliorum sententia afferat, non respuit tamen in fragmento quod edidi pag. 278, not. 6 Leviusculum itidem videri potest quod apud Nicetam Heracleensem in catena ms. *in Jobum* legi ad caput I, vers. 2. Cum enim Jobo *septem filios, ac tres filias* fuisse narret ibi sacer scriptor, Didymus binis hisce numeris mystice acceptis *septem* Spiritus sancti dona, ac divinarum personarum *trinitatem* designari ait, ἵνα μάθωμεν τὴν ἐν Τριάδι πίστιν τῆς ἑβδόμης χάριτος εἶναι δημιουργόν, id est, *ut discamus, fidem qua in Trinitatem credimus, septemplicis gratiæ creatricem esse.* Leviusculum denique, ut alia nonnulla præteream, id etiam, ni fallor, est, quod ex *Enarrationibus* mox afferemus.

Quod vero apocrypha Veteris aut Novi Testamenti opuscula a Didymo etiam citata interdum fuerint, tribus ostendo exemplis. Nam I, apud Nicetam in *Catena Græcorum Patrum in B. Job*, Londini anno 1637 edita, librum *Pastoris* allegat pag. 202 : qui tamen ab Athanasio quoque tom. I, pag. 895, et alibi allegatus fuerat. II. In *Enarrationibus* ad cap. III Epistolæ I Joannis apocryphum librum citat, qui λεπτογένεσις, aut μικρογένεσις, id est, *parva Genesis*, nuncupabatur : hæc enim ibi leguntur : *Nam et in libro qui* Leptogenesis *appellatur, ita legitur, quia Cain lapide, aut ligno percusserit Abel : unde deputandum non est, percussione dici solummodo fieri vulnus, sed absolute omnem plagam, quæ laceratione facit in corvore.* III. In commentariis ad caput VIII Actorum, tom. IV *Anecdotorum*

[7] Joël II, 28. [8] Psal. IV, 7. [9] Matth. X, 34. [10] Ephes. I, 4. [11] Matth. XI, 3. [12] Joan. I, 1 [13] Isa. LXIII, 12. [14] Psal. IV, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Wolfii pag. 35 : *Quia vero*, inquit, *in canonicis libris non exprimitur, quo pervenerit* (Enochus), *in apocryphis in paradisum sublatus memoratur.*

CAP. XX. *Plurima theologus noster loca habet atque argumenta iis persimilia, quæ in editis Didymi operibus reperiuntur.*

Quam plurima in theologo nostro loca esse atque argumenta iis valde affinia, quæ in Didymi opusculis, maximeque in libro *De Spiritu sancto* occurrunt, extra omnem controversiam positum est. Id enim passim ostendi in notis. Ne vero quæ jam scripsi, rursus dicere cogar, lectorem rogo, ut has percurrat, ac eas præsertim quæ exstant a pagina 160 ad 170. Jam vero tantam quoque similitudinem indicium esse opinor non contemnendum, quo nostri operis auctor detegatur, ac unus idemque cum Didymo esse indicetur. At potuit, inquies, theologus iste Didymum imitari. Non diffiteor. Sed primo non illud nunc quæritur, quid fieri omnino potuerit, sed quid probabilius sit. Deinde ita quædam theologi nostri loca quibusdam Didymi locis similia sunt, ut sæpe eædem utrobique lectiones deprehendantur, iidem Scripturæ textus cum iisdem additamentis, iidem memoriæ lapsus, idem denique stylus, ac ratiocinandi modus : quæ omnia ut in duobus auctoribus tam similia sint, vix fieri posse videtur.

CAP. XXI. *Utriusque scripta auctorem produnt eisdem moribus præditum.*

Videndum nunc etiam, quibus moribus præditum se prodat uterque auctor; fieri enim potest ut aliquod et isti nobis indicium subministrent. Quæ in theologo quidem nostro notavi, hæc potissimum sunt : I. Summus pro catholica in Trinitatem fide zelus in toto opere elucet, maximeque pag. 202, ubi paratum se esse profitetur *omnem laborem strenue, ac periculum, si opus fuerit, subire pro hac fide.* II. De se ipso hæc fere scribit pag. 235 : *Maxime nobis toto vitæ decursu, ut nobis quidem videtur, curæ fuit, ut nihil. . . pronuntiaremus* [XXIX] *ex odio in quemquam, et convicium quodlibet, tametsi non injustum, vitavimus.* III. Demisse ac modeste de se ipse sentit, ac loquitur, dum se *indisertum*, ac *peccatorem* vocat pag. 319, atque *indignum* pag. 104. IV. Qui de divinitate disserere velit, ei necessariam esse docet pag. 105, non modo eruditionem, sed pietatem quoque, bona opera, ac meditationem.

Didymum modo cum hujusmodi auctore, qualem descripsimus, comparemus. I. Maximo pro catholica de Trinitate doctrina zelo eum inflammatum fuisse, necesse non est ostendere : adeo manifesta res est cum ex omnibus ejus operibus, tum ex veterum testimoniis. II. A quovis convicio, quod probo viro indignum sit, ita abhorruit, ut in libro *De Spiritu sancto* Macedonium, ac Macedonianos, adversus quos ex professo scribit, ne semel quidem nominet, ut pag. 175 not. 1 animadverti. III. Demisse et ipsum de se sensisse; ac locutum esse constat ex num. 38 et 63 ejusdem libri : utrobique enim se *indisertum* esse fatetur, atque *ab eloquii venustate, ac rhetorica facundia procul abesse.* Demum illud et ipse petit ibidem num. 63, ut *qui ejus volumen legere voluerit, mundet se ab omni opere malo, et cogitationibus pessimis.* Potestne major hac etiam in re inter utrumque intercedere similitudo.

CAP. XXII. *Utriusque stylus idem omnino est.*

Aliud nunc argumentum ex auctoris nostri, Didymique stylo deductum adjiciendum est. Sed antequam id faciam, quærere necesse est, utrum Didymus eloquens ac disertus dici queat. Qua in re dicam ingenue quod sentio. Equidem illum doctissimum fuisse, atque in Scripturæ præsertim studio, et interpretatione tam versatum quam qui maxime, libenter concedo; quin multis, iisque gravibus rationibus hæreticos ab eo refelli, jure nemo inficiari potest. Sed si de ea eloquentia sermo sit quam in Isocrate, in Demosthene, in Æschine, atque adeo in Basilio, in Joanne Chrysostomo, in Gregorio Nazianzeno suspicimus, ab hac longe ipsum abesse existimo. Quamvis enim Græcum exemplar libri *De Spiritu sancto* atque *Enarrationum* interierit, tamen ex Latina horum operum interpretatione, et ex Græcis quæ supersunt ejus opusculis, atque fragmentis rem ita esse intelligimus. Talis scilicet Didymi oratio videtur mihi, qualis auctoris nostri. Nam doctissimus et iste est, et in Scripturarum campo mirum in modum exercitatus, strenue in adversarios decertat, gravissimisque ut plurimum argumentis eos confutat, atque profligat. Sed facundus, disertus, eloquens meo quidem judicio dici nequit.

At emunctæ naris vir Hieronymus, inquies, in Epistola 84 ad Pammachium et Oceanum, *Quid prudentior*, ait, *doctior, eloquentior Eusebio ac Didymo?* Socrates vero lib. IV, cap. 25, ἀλλόγιμον ipsum Didymum vocat, hoc est, ut vertit Valesius, *disertissimum.*

Fateor. Verum Rufinus quoque in *Hist. eccles.* hæc de Didymo testatus est. *Etiam nunc in magna admiratione habentur* (Didymi opera). *Nos tamen qui et vivæ vocis ejus ex parte aliqua fuimus auditores, et ea, quæ a nonnullis dicente eo descripta, legimus longe majorem gratiam, et divinum nescio quid, ac supra humanam vocem sonans, in illis magis sermonibus, qui de ore ipsius proferebantur, agnovimus.* Cum itaque sæpe contingere videamus, ut aliqui ingenio prædili, dum loquuntur, facundi videantur, imo interdum reipsa sint, iique ipsi cum calamum prehendunt, flaccida, aut etiam inepta scribant, ita fieri potest, ut Didymum dicentem quidem vis ingenii atque animi sic incenderet, ut eloquens videretur, et foret; scribentem autem, seu potius dictantem, ardor ille animi deficeret, eaque de causa ejus flaccesceret oratio.

Cæterum quod spectat ad Hieronymi de Didymo judicium, is aut Eusebio duntaxat, non Didymo eloquentiam tribuere censendus est, aut dicendum potius, eloquentem ab ipso vocari Didymum, non quod ejus scripta cum scriptis disertorum virorum,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

quos paulo ante dixi, comparari possint, sed vel propter allatam ex Rufino rationem, vel quia quod sibi proponit Didymus, id multa doctrina, pluribusque modis et argumentis, iisque robustis et efficacibus ostendere consueverit, ac lectoribus [XXX] persuadere. Nam Hieronymus ipse in præfatione libri *De Spiritu sancto* auctorem ejus operis Didymum appellat *imperitum sermone, sed non scientia.* Quin ipse Didymus pro ea, qua præditus erat, modestia candide id fatetur in extremo eodem libro, ubi impressa quidem exemplaria hæc habent: *Sicut enim pietatis sensum nobis audacter juxta nostram conscientiam vindicamus; ita quantum de eo loqui pertinet, venustatem rhetoricam facundiamque, juxta consequentiam textumque sermonis, procul abesse simpliciter confitemur. Studii quippe nostri fuit, de Scripturis sanctis differentibus pie intelligere quæ scripta sunt, et imperitiam mensuramque nostri non ignorare sermonis.* Sed legendum puto ex nostro codice ms. sæpe in notis a me laudato: *Sicut enim pietatis sensum nobis audacter juxta nostram conscientiam vindicamus; ita quantum ad eloquii pertinet venustatem, et rhetoricam facundiam, et consequentiam textumque sermonis, nos procul abesse simpliciter confitemur*, et reliqua, ut superius.

Quod si male nos mereri de Didymo quis existimet, dum *imperitiam sermonis* in ipso agnoscimus, norit non modicam ei laudem a nobis tribui, cum inter eos illum numeramus, quos dicit Psaltes *eruditos corde in sapientia*[18]: hæc enim ipse Didymus in catena Corderiana tom. II, pag. 865, explicat in hunc modum: « Porro *corde eruditus* est *in sapientia* qui secundum mentem ac rationem sapiens evasit, tametsi prolatitio sermone aberret; ita ut vere etiam dicere possit: *Etsi imperitus sermone, non tamen scientia.* » Norit præterea non modo Victorinum martyrem *imperitum sermone* vocari ab Hieronymo tom. IV, pag. 6, edit. Veronensis, sed de propheta quoque sic eum loqui tom. VI, pag. 222: *Ex hoc numero pastorum Amos propheta fuit, imperitus sermone, sed non scientia.* Quid plura? Paulus ipse in II ad Cor., cap. XI, vers. 6, *imperitum sermone, sed non scientia* semetipsum dicit, eo quod scilicet *persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis*, ut ipsemet ait, non uteretur, Græcamque facundiam contemneret, aliam vero quamdam multo sublimiorem sectaretur: qua de causa merito ipsum Dionysius Longinus homo ethnicus inter illos numerat qui sublimi dicendi genere excelluerunt.

Quod vero pertinet ad Socratem, nuncupat is quidem Didymum ἐλλόγιμον, sed vereor ut Valesius non recte ibi interpretatus sit *disertissimum*; ea enim dictio non disertum modo denotat, sed *insignem* etiam, et *doctum*, ut reor. Theodoretus sane in *Hist. eccles.* lib. IV, cap. 2, Athanasium Joviano imperatori expositionem fidei missurum congregasse ait τοὺς ἐλλογιμωτέρους τῶν ἐπισκόπων Num convocatos ab Athanasio putabimus eos episcopos qui *eloquentiores* forent, an qui insigniores, aut doctrina excellentiores? Origenes quoque tom. I, pag. 30, inquit: Ἐλλογίμων αἱρέσεων, hoc est *insigniorum sectarum*: et apud ipsum Celsus pag. 338, ἐλλογίμοις ἀνδράσι, id est *doctis viris*. Itaque ἐλλόγιμος Suidæ quidem est τίμιος, σεβάσμιος· auctori autem Lexici, quod ms. exstat in 140 Naniano codice, ἐλλόγιμος exponitur λόγιος, ἀξιόλογος.

Hæc habui quæ dicerem de Didymi eloquentia. At si quis eum disertum esse contendat, equidem contentionis vitandæ causa non repugnabo, modo tamen mihi et ipse concedat, eam eloquentiam, quam in libro *De Spiritu sancto*, in *Enarrationibus*, in libro *adversus Manichæos* admiratur, in theologi etiam nostri opere elucere.

His de utriusque stylo generatim dictis, enucleatius nunc de eadem re agendum est, ac nonnulla singillatim consideranda, ut magis appareat ea quam quærimus similitudo.

Primo itaque parum elegantem esse auctoris nostri orationem, nemo inficiabitur qui elegantiam, ut sic loquar, de facie norit. Quin loca quædam in eo valde perplexa, quædam etiam horrida vocabula, quædam itidem solœca, aut ὑποσόλοικα. Inelegans est, ut opinor, exempli gratia, verbum ἀγιοτριτσολογῆσαι, aliaque haud pauca ex iis quæ in *vocum Græcarum Indice* recensui, ut paulo etiam superius dictum fuit. Solœcum vero est, οἱ ὄνειδοι, pro τὰ ὀνείδη, vel pro οἱ ὀνειδισμοί. Solœcum est etiam quod legitur pag. 30, Τριάδα ὀνειδιζούσης, etc., pro ὀνειδίζουσαν.

At nonne similia in Didymo reperimus? Solœcum est quod in libro *adv. Manichæos* legitur initio: Οὗτοι μεταβάλλειν [XXXI] δύναντες. Solœcum itidem quod in eadem pagina legere licet: Ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος.... λέγων, pro, λέγοντος. His affinia invenimus in Didymi fragmentis tom. IV *Anecdotorum* Wolfii editis, et apud *Catenarum* auctores.

Quod si reponas, librariorum inscitiæ, aut incuriæ tribui hæc posse, qui exaraverint λέγων pro λέγοντος, et δύναντες pro δύνανται, et ita porro; ea dices quæ æquitati consentanea sunt; sed hæc eadem æquitas postulabit, ut solœcismi etiam in theologo nostro occurrentes librario tribuantur, qui perperam scripserit, ex. gr. οἱ ὄνειδοι pro οἱ ὀνειδισμοί, et ὀνειδιζούσης pro ὀνειδίζουσαν.

II. Ab illis quæ præ manibus habet, argumentis digreditur aliquando Didymus ad rem a proposito plane alienam. Ita in libro *De Spiritu sancto*, ne per omnia ejus opera discurram, postquam num. 45 Isaiæ locum valde longum attulit, in quo pauca tantummodo ad propositum pertinentia reperiuntur, totum eum locum, oblitus veluti argumenti, amplissimo commentario illustrat: nec eo contentus alteram repente inserit num. 45 digressionem, in

[18] Psal. LXXXIX, 12.

Digitized by Google Распознавание текста

qua Manichæos alium Deum bonum, alium justum fingentes refellit. Hujusmodi vero digressiones in nostro etiam theologo inveniet lector. Nam p. 295, verbi gratia, Marci textum haud brevem ita interpretatur, ut ea etiam explanet quæ ad propositum argumentum nihil attinent. Ac simile quid occurrit pag. 260, et sequentibus, ubi Zachariæ locum sic explicari videbis, ut jam non theologum de Spiritus sancti divinitate agentem legere te putes, sed interpretem Scripturas explanantem. Quod paginam quoque 345, aliasque nonnullas legenti continget.

III. Dialectice ac subtiliter in libro *De Spiritu sancto* Didymus ratiocinatur, etsi ibi argumenta e Scripturis tantum ducta proferat. Id ipsum facit et noster.

IV. Vocabulis uterque utitur maxime propriis ad explicanda, seu designanda potius quæ ad Trinitatis mysterium spectant.

V. Ea Scripturæ loca, ex quibus hæreticorum blasphemias refellit, sensu accipit fere semper non mystico, sed litterali, non violento, sed naturali cum theologus noster, tum Didymus.

VI. Nimium subtilis non est Didymus, etsi subtiliter ac dialectice argumentetur. Eademque laus theologo nostro debetur.

VII. Se ipsum citat non raro theologus noster item ut Didymus. Uterque etiam scriptores citans, aut alios aliquos nominans, breve ipsorum elogium passim adjungit. Uterque lectores interdum ad alia præter illa, quæ affert, Scripturæ testimonia quærenda excitat; noster quidem, v. gr., pag. 227 et 344; Didymus vero in locis a me pag. 227 allegatis.

VIII. Nonnulla iterum ac tertio inculcantur cum in libro *De Spiritu sancto*, tum in hoc opere.

IX. Satis longa exscribit interdum Didymus Scripturæ loca, idque sine magna necessitate, ut monui pag. 347. Id ipsum a nostro fieri patet cum ex eadem pag. 347, tum ex pagg. 36, 37, 44, 58, 194, 238 et 383.

Denique dubitanter loqui amat Didymus, ita scilicet ut non quid ipse sentiat, definire velit, sed aliqua lectori examinanda proponat. Hujus rei exempla in Enarrationibus invenies pagg. 50, 54, 55, 71 et 88, *Bibliothecæ Patrum* editionis Parisiensis anni 1644; in libro autem *De Spiritu sancto* pagg. 160, 161, 162, 164 editionis Veronensis. Similia vero exempla in theologo nostro occurrunt pagg. 198, 261, 271, 344 et 417.

Cap. XXIII. *Notabiles quædam in utroque scriptore omissiones.*

Satis multas jam ex iis quæ scripsit auctor noster, conjecturas rationesve deprompsimus. Quidni ex his etiam argumentemur quæ ipse tacuit? cum hæc quoque non mediocriter juvent causam meam. Nusquam igitur in tribus hisce libris (quod mirum cuipiam in veterum Patrum Didymi suppa-

[16] I Joan. v, 7 sqq.

A rium lectione minus versato videri potest), nusquam, inquam, hæreticis objicit nec celebre Joannis capitulum, *Tres sunt qui testimonium dant in cœlo* [16], et reliqua, neque Nicæni concilii, neque Constantinopolitani, multoque minus alterius cujusquam synodi definitiones. Præterea argumentum ex traditione petitum attingit [XXXII] quidem alicubi, sed non urget, illud tantum hæreticis veluti obiter exprobrare contentus, novam esse eorum doctrinam, ipsosque *ex inconcussa domo*, ut ipse loquitur pag. 174, nempe ex Ecclesia, egressos esse. Insuper quamvis omnes fere Scripturæ libros citet, libros tamen Machabæorum, librum Judith, ac librum Esther nunquam allegat. Sæpe etiam dum loca e Scriptura, aliisve libris affert, auctorum,
B aut librorum, unde desumpta sunt, nomina reticet. Quod vero majore videtur animadversione dignum, Arianos quidem, Macedonianos, ac Eunomianos nominat, sed Semiarianorum, Anomœorum, aliisque similibus nuncupationibus nunquam utitur, etsi hujusmodi vocabula quarto etiam Ecclesiæ sæculo invaluerint, ut ex Epiphanio constat, aliisque Patribus. Postremo Aetii, Apollinarii, Marcelli Ancyrani nominibus parcit; etiamsi enim Aetium quidem pag. 14 confutet, imo ejus verba afferat; Apollinarii vero hæresim memoret pagg. 393 et 396; ac Marcellum refellat, ut verisimile est, libro I, cap. 31 : Aetii tamen, Apollinarii ac Marcelli nomina ne semel quidem commemorat.

C Ita quidem theologus noster se gessit. Quid vero Didymus? Nonne simili his quoque modo? Imo eodem prorsus, ni fallor. Ne ipse quidem Joannis testimonium, *Tres sunt* et cætera, unquam affert neque in *Enarrationibus in primam ipsius Joannis Epistolam;* neque in libro *De Spiritu sancto*, nec alibi. Id autem ex eo factum non dubito, quod in Alexandrinis Bibliorum exemplaribus textus ille desideraretur : cum Arianis ne ab Athanasio quidem unquam objectus sit, nec in Alexandrino, qui superest, codice legatur. Nullius quoque synodi mentionem ullam facit Didymus; satius, ut opinor, esse ducens e Scripturis, quarum auctoritatem agnoscebant hæretici, quam ex synodis, quas illi despiciebant, argumentari. Hanc item ob causam,
D ni fallor, ne traditionem quidem magnopere usquam urget, sed obiter tantum eam attingit : ut cum initio libri *De Spiritu sancto* sic loquitur : *Hæc de Spiritu sancto jactitant, quæ neque in Scripturis lectâ, neque a quoquam ecclesiasticorum veterum usurpata sunt.* Veterum enim Patrum testimonia illis objectare supervacaneum fuisset, qui *alios* præter Arium, Eunomium, ac Macedonium *ne audire quidem volebant*, ut ait theologus noster pag. 260, quique cum suas opiniones fidei Patrum doctrinæque contrarias esse non ignorarent, Catholicos ad Scripturam solam provocabant, ut multis post sæculis nefarii apostatæ fecerunt Lu-

Digitized by Google Распознавание текста

therus atque Calvinus : nondum enim cuiquam intoleranda illa atque absurdissima opinio in mentem venerat, ut Patres Nicæno concilio vetustiores de Filii, aut Spiritus sancti divinitate non ita sensissent, quemadmodum catholica sensit Ecclesia.

Libros vero Machabæorum, Judith, et Esther ne Didymus quidem in ullo ex editis operibus allegat, quod sciam : sive quod nulla ipsi eos citandi occasio oblata sit, sive quod illos, utpote historicos, nec memoriæ mandasset, neque commentariis illustrasset.

Quod demum pertinet ad reliquas omissiones, Didymus quoque sæpius testimonia profert, quin libros, aut auctores, unde desumpta sunt, nominet. Cumque edita hactenus illius opera aut legerim olim, aut saltem percurrerim fere omnia, Semiarianorum, Anomœorumque denominationes, atque Aetii, Apollinarii, ac Marcelli nomina nunquam in iis reperire me memini, etiamsi horum omnium hæreses commemoret. Jure igitur ac merito concludere jam licet, maximam esse vel in omissionibus inter utrumque theologum similitudinem.

Fateor equidem, argumentum ex ethnicorum scriptis, maximeque ex iis quæ Orpheo, ac Mercurio Trismegisto tribuebantur, deductum objici a theologo nostro adversariis, a Didymo autem in libro *De Spiritu sancto* prorsus prætermitti. At Didymus ibi non ethnicos confutat, sed hæreticos duntaxat, a quibus Orphei ac Mercurii auctoritas nihili fiebat. Theologus autem noster ethnicos etiam redarguere voluit, ut manifesto patet ex cap. 24 tertii libri. Hi vero Orphei, Mercuriique opera tanti faciebant, ut Theon Alexandrinus, qui Didymi ætate floruit Alexandriæ, ea publice interpretatus sit, quemadmodum pag. 301 dictum est.

[XXIII] Cap. XXIV. *Nihil in theologo nostro reperitur quod Didymo non conveniat.*

Postremo ne illud quidem exigui momenti est, quod de theologo nostro post diuturnam considerationem vere affirmare posse mihi videor, nihil admodum in eo esse, quod in Didymum optime non quadret. Sic se res habet, benigne lector. Nullus in hoc opere auctor citatur, aut nominatur recentior Didymo; nulla commemoratur hæresis, quæ illum non præcesserit; nullum ex catholicis dogmatibus inculcatur, quod alii Patres aut vetustiores, aut suppares non inculcarint; nullus liber laudatur ut canonicus, quem alii ex Alexandrinis potissimum Patribus ut talem antea non allegassent; nulla tandem in eo reperitur dictio, nulla sententia, quæ Didymi ætati, moribus, stylo, doctrinæ perapposita non sit.

Ac ne illud quidem alienum a proposito nostro est, quod vix unum operis apographum supersit; opus vero ipsum nullus ex Græcis medii ævi scriptoribus, iis præsertim qui post Justiniani tempora scripserunt, commemoraverit. Nec enim ullam hujus rei probabiliorem causam excogitare licet, nisi quod ejus auctor Didymus male ob Origenismum audiret. Eadem namque ex causa factum est, ni fallor, ut *Enarrationum* quoque *in Epistolas catholicas*, ac libri *adversus Manichæos*, quamvis orthodoxam doctrinam continentis, unicum exemplar ms. repertum sit, ex quo imprimerentur; Græcus vero textus cum libri *De Spiritu sancto*, tum *Enarrationum* omnino interierit, ut videtur. Adeo scilicet monachi, atque amanuenses ab iis abhorrebant, qui de violata fide suspecti essent, aut damnati, ut ipsorum opera vel nullo errore infecta exscribere, aut exscribenda curare detrectarent. Hinc factum igitur puto, ut cum aliorum plurimorum, quos enumerare necesse non est, tum etiam Didymi opera aut interierint, aut plerisque ignota fuerint: adeo ut Ægyptius scriptor Cosmas Indicopleustes, p. 483 a me allegatus, manifesto indicet sibi ignotas fuisse Ægyptii nostri theologi *Enarrationes*, cum ait, *neminem ex iis, qui in divinas Scripturas commentaria ediderunt, catholicarum Epistolarum ullam rationem habuisse.* Quinimo Photius ipse, etsi non minori esset eruditione quam improbitate, nullum in *Bibliotheca* ex tam multis Didymi operibus memoravit; in libro autem primo *adversus Manichæos* plures quidem enumerat qui contra eos hæreticos scripserant, Didymum vero prætermittit

Cap. XXV. *Conclusio.*

Atque hæc potissimum sunt quæ pro sententia mea afferenda censui. Nihil itaque aliud nunc reliquum est, nisi ut duo tandem ex his, quæ hactenus dixi, colligam argumenta, quæ quantam vim habeant, lectoris erit judicare. Primum est hujusmodi, sicut initio diximus. Fieri non potest, ut alius a Didymo sit auctor ille, in quo summam cum Didymo quoad omnia similitudinem deprehendimus. Talis autem est theologus noster, ut ostensum fuit. Non est igitur alius a Didymo. Alterum sic se habet. Didymo tribuendum est hoc opus, si nullus omnino, præter Didymum, inveniatur Ægyptius theologus, in quem ea, quæ superius recensui, conveniant universa. Atqui nullum alium reperiet, ni fallor, qui rem hanc attentius examinare voluerit, ac singulos ex Ægyptiis, Alexandrinisve Patribus cum theologo nostro conferre. Didymi ergo esse non immerito affirmamus tres hosce *De Trinitate* libros. Quod erat ostendendum.

Caput postremum. *Nonnulla indicantur quæ objici nobis possunt.*

Libro itaque huic finem tandem imponam, humanissime lector. Quæcunque enim sententiæ meæ objici posse suspicatus sum, quantumvis levia, universa aut in secundo libro ad trutinam revocaturi sumus, aut alibi jam diluimus: pagina nempe 18, 94, 124, 238 et 356. Quæ tamen in *Litteraria ephemeride Parisina* objecta fuerunt, seorsum commemoranda hic sunt, [XXIV] non cum reliquis permiscenda, ne adversarium videar parvi facere: sed paucis verbis me expediam, quod et alias his quoque occurrerim, et ad finem jam properet oratio.

Digitized by Google Распознавание текста

Sunt ergo hujusmodi. I. Didymus a Socrate ἐλλόγιμος, id est *eloquens* dictus est; theologus vero noster non est ejusmodi. II. Deum vocat auctor iste ἀμεγέθη, et ἀνείδεον, hoc est *magnitudinis expertem ac formæ.* At Petri Lombardi est isthæc locutio, aut alterius cujusdam theologi Lombardo supparis. III. Vocabulum ἀνεθελησία, quod hic auctor adhibet, unum est ex iis, quæ multo post Didymi ætatem cuderunt scholastici; significat enim *nonvoluntatem*, seu *noluntatem.* IV. Didymus ἐν πάσῃ παιδεύσει, id est *in omni doctrina*, versatus erat, teste Socrate; theologus vero hicce ne geographiæ quidem elementa norat: Golgotham enim montem *terræ centrum* vocat. Denique cum Orpheum, Mercurium Trismegistum, Pindarum, aliosque ethnicos alleget, et quidem de sacrosancto Trinitatis mysterio disputans, A videtur esse monachus aliquis medii ævi; nec enim ita se gessisset ullus ex Patribus quarti sæculi. Ita ille. Primum autem argumentum solutum est paulo ante. Alterum infirmum esse patet: vocabulum enim ἀμεγέθης alia quidem, imo contraria significatione a Longino in libro *Περὶ ὕψους* adhibitum fuerat, eodem autem, quo in hisce *De Trinitate* libris, sensu usurpatum fuisse etiam a Didymo jam ostendimus superius cap. 12, itemque pag. 39, 84, 112. Tertium paulo superius diluimus cap. 8, et pag. 131, et rursus pag. 148; quartum, pag. 33; quintum denique, pag. 69, atque in notis ad 27 caput secundi libri. Lege, quæso, omnia hæcce quæ indicavi loca; apparebit enim, ut confido, rationibus ab adversario allatis non infirmari sententiam meam, B sed confirmari.

LIBER SECUNDUS.

DE DIDYMI PLACITIS ATQUE OPINIONIBUS.

Quoniam trium, quos in lucem nunc primum edimus, librorum auctorem fuisse Didymum, satis, nisi mea me fallit opinio, superiore libro ostensum fuit; de hujus viri placitis parumper nunc loqui operæ pretium esse existimo, Francisce Carafa præsul amplissime, ac proposito meo summopere consentaneum. Etsi enim plures de ipsius vita, scriptisque egerint perdiligenter, nemo tamen hactenus, quem norim, illius opiniones satis accurate persecutus est. Itaque ipse priora illa omittens, de postremis hisce duntaxat agam, non quod arbitrer tuto nos ubique jam posse incedere, ac veluti pedem figere (pleraque enim alia theologi hujusce opera ex quibus major posset lux affulgere, interciderunt), sed quod nova afferre posse mihi videar, eaque tibi veritatis amantissimo non omnino injucunda fore confidam. Ita enim his de rebus scribere animus est, ut Didymo generatim nec favere certum sit, neque adversari, sed illa tantummodo, quæ vera mihi, aut verisimiliora videbuntur, breviter proponere, atque amplecti; quæ autem obscuriora fuerint, atque incerta, in medio relinquere. Ac ne multis te verbis inutiliter nunc detineam, exordior statim in hunc modum.

CAP. I. *De levioribus Jacobi Basnagii in Didymum accusationibus.*

Plurima Didymum in *Enarrationibus*, atque in libro *adv. Manichæos*, *veritati minus consentanea* docuisse, affirmat homo heterodoxus Jacobus Basnagius tomo I *Lectionum antiquarum* Canisii, pag. 199, ubi ea omnia commemorat, ob quæ merito ipsum redargui posse arbitratur. Cum autem hujusmodi accusationum aliæ leviores sint, graviores aliæ; de levioribus nunc breviter dicam, de gravioribus fusius in posterum.

Primo igitur sic eum accusat. *Nescio quos*, inquit, *evangelistas carpit* in I Joan. [XXXV] *quasi antiquæ legi nimis addicti præcepta nova repudiarent.* C Sed equidem miror, ut dicam id quod res est Didymo talia objici. Affert ibi Didymus ipse hæc Epistolæ, quam explanat, verba: *Charissimi, non novum mandatum scribo vobis* [17], etc. Tum ea sic explicare aggreditur: *Quia forte derogabant aliqui evangelistæ tunc doctrinæ, tanquam heri et nuper inceptæ, docet quia mandatum scribit non tunc primitus hominibus datum.* Quis porro non videt, vocabulum, *evangelistæ*, non esse hic nominativum pluralem casum (pudet me, lector, ad grammatica te revocare), sed esse genitivum singularem, quo Joannes ipse Epistolæ illius auctor designatur?

Ait secundo Basnagius: « Homines pravos, et D jam æterno damnatos supplicio pœnitentiam olim acturos, ut et dæmonas, credidit... Quinimo de conversione diaboli, quasi jam facta, loqui videtur (*in Ep. Judæ*, p. 88): *Ostenditur enim ex communi sensu, quem habemus de cunctis animabus, quoniam cum sint liberi arbitrii, et conversio sit facta diaboli, quod non sit malus.* ». Sed hic quoque te miror, Basnagi, nec vocabulum *conversio* intellexisse, et, quod pejus est, Didymi verba tam infideliter proferre. Ea sic se habent: *Nec est diabolus terrena substantia; habuit enim aliquando divinam gloriam, et sanctam Dei scientiam, licet conversus de magnitudine tanta ceciderit. Ostenditur itaque ex communi sensu, quem habemus de cunctis rationalibus, quoniam, cum sint liberi arbitrii, et conversio sit*

[17] I Joan. II, 7.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

facta diaboli, natura non malus est. Cur, quæso, addita vocula *quod* sententiam omnem perturbasti, atque in Latinam Didymearum *Enarrationum* interpretationem, quæ satis cæteroqui per se inelegans est, novum barbarismum invexisti? Cur loco vocis *rationalibus*, quæ naturas ratione non destitutas denotat, subrogas vocem *animabus?* Cur denique vocabulum, *natura*, quod nullo modo omittendum erat, omisisti? Falsum sane est, *diabolum non esse malum:* sed verum est, *diabolum non esse natura malum.* Illud falso tribuis Didymo; hoc vere dixit Didymus: eo enim sensu negat diabolum esse *natura malum*, quo *natura malum* eum dicebant Manichæi, quos ibi refellit theologus noster: ita scilicet vult ipsum esse malum, ut *ex electione* malus factus sit, non *ex necessitate naturæ suæ* sit malus.

Quod vero spectat ad diaboli *conversionem*, rectissime eam admisit Didymus cum in allato loco, tum in opere, quod nunc edo, pag. 150 et seqnenti, tum demum in libro *De Spiritu sancto*, num. 12 et alibi. Nec enim *conversio*, quam Græce τροπὴν dicit Didymus, *pœnitentiam* tantummodo significat, ut tu putas, quod veteres Patres aut non legeris, aut non intellexeris; sed quamcunque animi, aut voluntatis mutationem, sive mala fiat ex bona, seu vicissim bona efficiatur ex mala. Nihil ergo aliud vult ibi Didymus, nisi diabolum non esse conditum malum, sed prius fuisse bonum, tum factum esse malum, ideoque non necessario, sed libere.

Tertio Didymum reprehendit Basnagius hisce verbis: « Judam optimum fuisse cum eligeretur a Christo, sed postea a recto tramite deviasse probabat ex eo, quod Christus miserit oves inter lupos. Judei enim fuerunt illi rapaces lupi; oves vero apostoli: Judas fuit ovis; debuit igitur inter bonos recenseri. » Ita Basnagius. Verum quo melius intelligamus, si fieri potest, quid sit id quod ei non probatur, Didymi verba exscribenda sunt. Is ergo libro *adv. Manichæos*, cap. 11, sic loquitur: « Et de Juda scriptum est, quod esset filius perditionis. Sic enim Dominus de eo dixit: *Nemo ex discipulis meis periit, nisi filius perditionis* [18]. Eum vocavit *filium perditionis*, quia fecit quæ digna interitu erant: non enim cum erat unus ex apostolis, et una cum illis ministrabat Salvatori, talis erat; sed cum factus est proditor Filii Dei, et Magistri, amans argentum perditionis. Et quia non erat natura malus, pariter cum aliis discipulis omnibus audivit: *Ecce ego mitto vos tanquam oves in medio luporum* [19]. Si lupos dicit eos qui peccant; oves vero eos, qui virtuti operam navant; Judas autem natura malus erat, non erat ovis Christi, quia non est aptus ad vacandum virtuti qui natura malus est. » Amabo te, Basnagi, quid his in verbis reprehensione dignum putas? Si illud crimini vertis Didymo, quod dixerit, Judam [XXXVI] fuisse bonum, cum erat unus ex apostolis, et antequam Dominum proderet; id dixisse Didymum non modo non inficior, sed et addo, bis id ab eo affirmari in his etiam *De Trinitate libris*, pag. 187, et segm. 67, seu pag. 181, not. Tuum ergo erit ostendere, id falso dici: ego sane qua ratione probare hoc possis, non video. Sin autem Didymi non sententiam redarguis, sed ratiocinationem, id redarguis quod non intelligis. Nec enim argumentatur, ut tu putas, Didymus ad hunc modum. Judas erat ovis Christi: ergo non erat malus. Sed hoc pacto. Judas erat ovis Christi: ergo non erat natura malus, sensu Manichæo; sed factus est postea malus ex mutatione liberæ voluntatis. Quæ argumentatio ab eo tantum despici potest, qui Manichæorum systema ignoret. Id autem nunc exponere meum non est.

Quarto Didymum ita carpit Basnagius. « Inter eas sententias, » quas nempe ex Didymo affert S. Maximus, « legitur una vix admittenda, quam tamen Maximus sibi propriam facit: *Peccata non ex voluntate, lex condonat, et Deus pene despicit, ut qui sit clemens ac misericors, nec vel eorum, quæ voluntaria sunt, immitis ultor exsistat.* » Hactenus Basnagius. Ego vero antequam dico quid sentiam, Græca Didymi verba profero e Maximi sermone 55, pag. 660. Τὰ μὲν ἀκούσια ἁμαρτήματα, inquit, καὶ νόμος συγχωρεῖ, καὶ Θεὸς παροραῖ φιλάνθρωπος ὢν καὶ οὐκ ἀπηνὴς καὶ τῶν ἑκουσίων..... Reliqua desiderantur. Eamdem autem sententiam eodem modo affert ex Didymo Joannes Damascenus in *Parallelis*, tit. 21, pag. 520, nisi quod pro adjectivo ἑκουσίων legitur ibi adverbium ἑκουσίως, id est *voluntarie*.

His præmissis, fateor equidem consuevisse Didymum divinam clementiam valde extollere, ut ex his etiam *De Trinitate* libris cognosci potest. Sed allatam a Maximo sententiam jure posse reprehendi inficias eo. Duas nempe ipsa habet partes. Prima quidem sic ad verbum convertenda est: *Involuntaria quidem peccata, et lex condonat, et Deus dissimulat, cum sit benignus, non crudelis.* At quis ob hæc Didymum insimulet? cum de peccatis loquatur, quæ sint simpliciter *involuntaria*, non de iis quæ theologi appellant *voluntaria in causa*. Quod vero attinet ad alteram sententiæ partem, quis eam aut probare ausit, aut improbare, cum sit mutila et sensu carens? Combefisius quidem, cujus translatione utitur Basnagius, ita sententiam perfecit ut ipsi placuit. Possem ego eodem jure aliter eam complere, ac legere, exempli gratia: Καὶ τῶν ἑκουσίων τιμωρός ἐστι, id est, *et voluntariorum vindex est*. Sed quidquid sit id quod suppleri oporteat, illud pro certo habere posse mihi videor, cum hæc Didymi sententia Maximo ac Damasceno, quos integram legisse verisimile est, probata fuerit, haud magni referre si non probatur Basnagio. Sed ab hisce jam tricis expediti ad graviora transeamus, reliquas Basnagii in Didymum accusationes memoraturi suo loco.

[18] Joan. XVII, 12. [19] Matth. X, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

CAP. II. *De visibilitate Dei.*

Deum a beatis mentibus cum angelicis, tum humanis, per lumen gloriæ intuitive conspici; eorum vero animabus, qui purgatione non indigeant, hujusmodi visionem ante extremum judicii diem concedi: duo sunt catholicæ Ecclesiæ dogmata, de quibus quid tradiderit Didymus, videndum est.

Quod spectat ad primum, non ea nunc rursus persequar, quæ copiose alias dixi in epistola ad clariss. præsulem Joann. Archintum: sed quæcunque in Didymo notavi, ad novem capita revocans, paucis rem expedio. I. Deum a nulla creata intelligentia comprehendi posse docet in *Enarrationibus in Ep. I Joan.* cap. I, et libro I *De Trin.* pag. 26, et alibi. II. Stultissimos Eunomianos fuse confutat *Enarratione in Ep.* I *Joan.* cap. III, quod se Deum perfecte cognoscere affirmarent. III. Corporeis oculis videri Deum non posse tradit *Enarr. ad cap.* IV *Ep. I Joannis*, et lib. III *De Trin.* cap. 16. IV. Deum ab Moyse, Abrahamo, Isaia visum non esse in hac vita, multis verbis probat ad caput IV Epistolæ I Joannis, argumento inde potissimum ducto, quod Deus *sensibiliter* videri nequeat omnino. V. Juxta Didymum aliud est videre, aliud inspicere, etsi nonnunquam alterum sumatur pro altero; et aliud est sensibiliter, aliud intellectualiter [XXXVII] Deum percipere. Sic enim loquitur ad caput I Ep. I Joannis: « Quia vero *inspiciendi* sermo intellectualem significat perceptionem, manifestant etiam hoc illa verba: *Beati mundo corde, quoniam ipsi inspicient Deum* [20]. Hæc itaque differentia *videndi* et *inspiciendi* sic maneat, quomodo utraque sunt simul. Nam aliquando intelligibilis inspectio *visionis* voce significatur; ut est illud: « *Qui videt me, videt et Patrem* [21], » non quia Patrem quis oculis carnis vidit; quisquis enim est ex Deo, videt Deum. » VI. Deum et in Scripturis vocari ἀόρατον, id est *invisibilem* [22], nec ab ulla creatura sive angelica, sive humana *videri* posse pluries ait: ut lib. I *De Trin.* pag. 26, lib. II, pag. 191, et alibi. Hæc autem catholico sensu ab eo dici, mox apparebit. VII. Manichæorum impiam opinionem refellit ad caput IV Epistolæ I Joannis, quod duos comminiscerentur deos, alterum Veteris Testamenti visibilem, alterum Novi Testamenti invisibilem. VIII. Angelis Filium ante Incarnationem fuisse invisibilem, æque ac Patrem; post Incarnationem vero ab ipsis visum esse docet lib. I *De Trin.* pag. 84, ex Pauli apostoli testimonio. Quæ ita accipienda existimo, ut vidisse dicantur a Didymo angeli Filium incarnatum aut corporeis oculis, aut eo modo quem in citata ad Archintum epistola explicavi. IX. Catholicum dogma tam clare tradit multis in locis, Deum a beatis mentibus videri docens, ut nullus mihi superesse videatur dubitandi locus. Lege, quæso, quæ in hanc rem habet lib. II *De Trin.* pag. 171 et 216, et ad caput III Ep. I Joannis: sed ea potissimum quæ fuse ac locupletissime edisserit ad caput IV ejusdem Epistolæ exponens Joannis verba: *Deum nemo vidit unquam* [23]. Ego enim brevitatis causa hæc non affero.

Quod vero ad alterum dogma pertinet, nullum hactenus in Didymo locum me legere memini, ubi perspicue id confirmetur: etsi enim creatas intelligentias cum angelicas, tum humanas haud obscure admittat, quæ beatæ jam sint, quibusque proinde beatificam visionem ab eo tribui credibile sit; haud scio tamen an beatitatem hujusmodi re ipsa in intuitiva Dei visione, qua jam fruantur, sitam esse dilucide affirmet ullo in loco. Illud tantum scio, nullum mihi ejus opera legenti usque adhuc testimonium occurrisse, quod catholico huic dogmati adversaretur.

Quocirca nihil aliud restat, nisi ut præcipua, quæ in Didymo notavi loca de justorum statu post mortem, lectori exhibeam. I. Igitur Millenariorum opinionem aperte respuit in *Enarr. ad cap.* I *Ep. I Petri. Si ergo in cœlis*, inquit, *fidelibus hæc servatur hæreditas, frivola quædam et tepida proferunt aliqui putantes eam se percipere in terrena Jerusalem. Mille annis existimant esse deliciarum præmia proprietate recepturos*, et reliqua. II. *Omnes qui secundum Christum finiuntur, in Abrahæ sinum proficisci* ait ibidem, et lib. III *De Trinitate* pag. 425. III. Sinum hujusmodi vocare videtur *locum æthereum* in fragmento quod exscripsi ex pagina 92 ms. codicis 23 Græci bibliothecæ Venetæ S. Marci titulum hunc præ se ferentis: Ἐκλογαὶ ἑρμηνειῶν εἰς τὰς Παροιμίας Σολομῶντος ἐκ διαφόρων Πατέρων, id est, *Selectæ interpretationes in Parabolas Salomonis ex diversis Patribus excerptæ.* Explicans enim ibi Didymus Salomonis locum, ὅτι εὐθεῖς κατασκηνώσουσι γῆν, id est, *quia recti tentoria figent in terra*, quæ exstant vers. 21 capitis II Proverbiorum, et verba respiciens Christi apud Matthæum inquientis, *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram* [24], sic loquitur: Τῶν πραέων τόπος αἰθέριος ὤν· ὡς πρὸς τὸν ὑπερκείμενον οὐρανόν· γῆ τῶν οἰκούντων ἐστίν. Ἐν αὐτῇ τοίνυν οἱ πραεῖς κατασκηνώσουσιν· εἰς αὐτὸν προσδεχόμενοι τὸν οὐρανὸν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ. Μήπω γὰρ τῶν ἐπαγγελιῶν τυχόντες οὐκ οἰκοῦσιν· ἀλλὰ κατασκηνοῦσιν· id est, *Mitium locus cum sit æthereus, respectu superioris cœli, terra est illorum qui ibi habitant. In ipsa ergo mites tentoria figent, exspectantes dum in cœlo ipso appareant ante faciem Dei: cum enim necdum adepti sint repromissiones, in ea non habitant, sed tentoria habent.* IV. Electos *salutem primum, deinde coronam gloriæ consequi* docet in libro *De Spiritu sancto* num. 8. V. Eos, qui jam nunc beati sint, admittit in *Enarrationibus ad caput* I, *vers.* 12, *Epist. I Petri*, dum ad ea verba, *In quæ concupiscunt angeli prospicere*, hæc scribit: *Non ab re est etiam intelligi de sanctis angelis, et simpliciter cunctis* [XXXVIII] *beatis*

[20] Matth. V, 8. [21] Joan. XIV, 9. [22] I Tim. I, 17. [23] Joan. I, 18. [24] Matth. V, 4.

Digitized by Google Распознавание текста

rationalibus hoc dictum, cum omnes appetitum habeant prospicere ea quæ in fine sæculi sunt agenda. VI. Eos qui Dei visione jam fruantur, ponere videtur in alio fragmento, quod exscripsi ex pagina 99 codicis nuper memorati, ubi explanat hæc verba : Χρηστοὶ ἔσονται οἰκήτορες γῆς, ἄκακοι δὲ ὑπολειφθήσονται ἐν αὐτῇ, id est, *Boni erunt habitatores terræ; malitiæ vero expertes relinquentur in ea :* quæ verba in Latinis Bibliis non leguntur, sed in Græca Francofurtensi editione exstant cap. II Proverb. vers. 20. Hæc ergo ibi habet Didymus : Διὰ τοῦ χρηστοῦ καὶ ἀκάκου δηλοῦται ὁ ἔχων πρακτικὴν ἀρετήν· τοῦ θεωρητικοῦ παρισταμένου βίου δι' εὐθύτητος καὶ ὁσιότητος. Οὐ μάτην δὲ περὶ τῶν τοιούτων τὸ ὑπολειφθήσεσθαι αὐτοὺς ἐν τῇ θείᾳ γῇ εἴρηται· οὐ γὰρ μεταχισθησαν ἀπ' αὐτῆς οἱ περιεχόμενοι τῶν λεχθεισῶν ἀρετῶν. Ἡμῶν γὰρ, φησὶ, τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. Περὶ τῆς εἰρημένης γῆς καὶ ὁ Ψαλμῳδὸς ἔλεγεν· Πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Κυρίου ἐν γῇ ζώντων, id est, Per *bonum* et *malitiæ expertem* denotatur is qui practicam virtutem habet; per *rectitudinem* vero et *sanctitatem* significatur vita contemplativa. Non frustra autem de hujusmodi hominibus dictum est, *fore ut relinquantur in divina terra;* nec enim translati sunt ex ea homines memoratis virtutibus adhærentes. Nam Paulus ait : *Conversatio nostra in cœlis est* [35]. De prædicta terra Psaltes quoque dixit : *Credo videre bona Domini in terra viventium* [36]. VII. *Beatorum hæreditatem in infinitum permansuram* ait ad cap. I Ep. I Petri. Denique nos cum Christo post resurrectionem regnaturos esse docet lib. I *De Trinitate* pag. 95, et lib. II pag. 258.

Ex his porro omnibus simul collectis atque collatis locis inferre posse videmur, hanc fuisse Didymi de proborum statu post obitum sententiam. Eorum scilicet animas, nisi purgatione indigeant, in cœlesti quodam, sive æthereo loco detineri, ibique aut Dei visione frui, aut certe beatitate aliqua beatas esse : easdem vero sive ante resurrectionem, sive potius post illam in superius cœlum ascensuras esse : postquam autem ipsæ corporibus in resurrectione rursus conjunctæ fuerint, fore ut nos omnes, Electi nempe, cum Christo in æternum regnemus, ac beatifica Dei visione perfruamur.

CAP. III. — *De timore servili.*

De timore servili non recte sensisse visus est Didymus auctori notularum, quæ *Enarrationibus* appositæ leguntur in margine Parisinæ, qua utor, editionis *Bibliothecæ Patrum* anno 1644 evulgatæ. Ad caput enim II Epistolæ I Petri pag. 57 hæc adnotavit : *Caute lege : nam videtur damnare timorem pœnæ, seu servilem, tanquam irrationabilem ; cum tamen ex se bonus, et utilis sit, eo modo quo S. Thomas exponit* 2-2, *q.* 19, *art.* 4. *Vide concilium Trid. sess.* VI, *c.* 6 *et canone* 8. Ita Didymum accusat notularum auctor. Sed plane immerito, nisi meus A me fallit amor non Didymi, sed veritatis. Quis enim de timore servili perperam sensisse dixerit eum, qui et hujusmodi timorem utilem esse agnoscit, et eum commendat, ac veluti pædagogum, quo ad charitatem ducamur, ipsum habet? qui præterea illum duntaxat pœnæ, et quidem temporalis, timorem, quo quis ab officio deterreatur, explodit? qui demum charitatem timore servili perfectiorem, ac præstantiorem ducit? Ad hæc tamen capita rediguntur, ni fallor, quæcunque de servili timore docuit Didymus, aut certe quæ ipse in Didymo hactenus observavi.

Nam primo ejus timoris utilitatem agnoscit in libro *Adversus Manichæos* cap. 17, ubi hæc habet : *Quem enim peccasse pœnitet, ideo pœnitet, ut ab ira* B *in peccantes futura fugiat, non amplius peccando.* Eumdem commendat in illa Enarratione, quam carpit memoratus notularum auctor. Nam ad cap. 4, pag. 66, exponens hæc verba : *Si autem initium a nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio* [37] ? Sic loquitur : *Per hoc, certamen, multumque timorem fidelibus infert, quatenus caute discent judicem, ad quem habere poterunt sine dubio rationem. Hos ergo excitans, ad timorem ejus invitat, dicens, non credentes divinæ doctrinæ inevitabilem et indeclinabilem suscepturos scilicet ultionem. quam* finem *eorum nominavit.* Timorem [XXXIX] vero hunc quasi pædagogum quemdam, quo ad Dei amorem ducamur, describit in fragmento, quod olim exscripsi ex pag. 92 membranei codicis 23 C bibliothecæ Venetæ S. Marci paulo ante commemorati. Etenim Salomonis verba, φοβοῦ δὲ τὸν Κύριον, id est, *time autem Dominum*, quæ exstant in Prov. III, 7, sic ibi interpretatur : Φόβου τις Κυρίου καταφρονῶν πρὸ τῆς τελείας ἀγάπης τῆς ἔξω βαλλούσης τὸν φόβον, οὐ κτήσεται ταύτην· οὐδὲ φθάσει τὴν τελειότητα μὴ παιδαγωγηθεὶς τῷ φόβῳ κωλύοντι τοῦ κακοῦ τὴν ἐνέργειαν. Μεθ' ὃν ἡ ἀγάπη προσάγει τῷ κρείττονί τε καὶ ἀγαθῷ. *Qui Dei timorem*, inquit, *contemnit, antequam perfectam charitatem habeat, quæ foras mittit timorem, hanc non assequetur ; neque ad perfectionem perveniet, nisi timor quasi pædagogus quidam eum a perpetrando malo prohibeat ; post timorem vero charitas ad id quod præstantius est* D [vel, *ad Deum*], *et ad bonum adducit.* Respicit autem hic Didymus versiculum 18 cap. IV epist. I Joannis : *Perfecta charitas mittit foras timorem.*

Deinde ubi timorem servilem deprimit Didymus, ibi aut illi charitatem anteponit, ut in libro *De Spiritu sancto*, num. 42, ubi hæc legimus : « Rursum refocillans eos, et consolans, et provocans sperare meliora ; quibus loquebatur, ait : *Non enim accepistis iterum spiritum servitutis in timore*, id est, non similitudine servorum, metu et terrore pœnarum vos abstinetis a vitiis, quia habetis vobis datum a Patre Spiritum adoptionis, id est Spiritum sanctum. » Aut de timore loquitur, qui injuste

[35] Philipp. III, 20. [36] Psal. XXVI, 13. [37] I Petr. IV, 17.

Digitized by Google Распознавание текста

ab hominibus injiciatur, ut nos ab officio deterreant. Ita in eadem Enarratione, cui notula illa apposita est, cap. 3, pag. 64, ubi Petri verba : *Cujus estis filiæ, bene facientes, nec timentes ullam perturbationem* [28], explanat in hunc modum : *Invitat mulieres, per bona opera matrem habere Saram, et super omnia consistere, nec habere timorem illum, quem rationabiliter perfecta charitas mittit foras; quoniam pœnæ magis est, non Dei. Hunc enim per omnia divinus interdicit sermo, alicubi quidem dicens : « Quis est, ut timeas hominem mortalem* [29] *? » alicubi autem : « Nolite timere eos qui occidunt corpus* [30] *; » et alia his vicina.* Et apud Joannem Damascenum in *Parallelis* pag. 307, ita loquitur idem Didymus : *Fieri non potest, ut qui vere timet Deum, meticulosus sit, cum dictum fuerit : « Præter ipsum ne timeas alium. »*

Quæ cum ita sint, apparet jam, ut reor, rectissime Didymum de timore servili locutum esse. At non ita loquitur, inquies, in loco, quem notularum auctor reprehendit. Antequam respondeam, ac locum ipsum afferam, duo animadvertere necesse est : primo Enarrationes illas esse non modo ineleganter conversas e Græco, verum etiam sive vetusti amanuensis, sive typographorum incuria, sive alia de causa, mendis refertas : hanc itaque a lectore veniam peto, ut eum locum a me non ostentationis causa, sed quod ita necessitas ferat, emendatum afferri patiatur. Deinde sæpe contingere notandum est, ut in vetustis membranis voces *Deus* ac *Dominus* inter se confundantur, quemadmodum norunt qui in iis versati sunt; imo sæpius factum esse, ut ubi membranæ habebant *Dominus*, typographi impresserint *Deus*, et viceversa : quod compendiarias utriusque vocis scripturas probe a se invicem non secernerent. His adnotatis Didymi locum exscribo. Propositis itaque Petri verbis : *Servi obedite cum omni timore dominis vestris* [31], etc., ita loquitur theologus noster : *Non passibilem timorem servos habere præcipit apud dominos; hic enim irrationabilis, et ad irrationabilia constitutus est; sed eum qui cum disciplina, et recta ratione consistit; cujus proprium est reverentia. Qui enim propter Christum et doctrinam ejus Deum* (pro *Deum* puto scriptum fuisse in membranis *dominum*, id est *herum*) *timet, cum reverentia ei subjectus est : cum ille qui per* (aut barbarus interpres, aut indoctus librarius posuit *per* pro *propter*) *verbera, aliaque tormenta timet Deum* (hic quoque pro *Deum* legendum puto *dominum*), *passibilem timorem habere videt* (pro *videt* lego *videtur*). *Hac significatione et hic, post alia, utitur ad feminas dicens : « Considerantes vestram in timore castam conversationem* [32]. » *Et frequenter Scriptura hæc de timore tali modo perloquitur.* Ita se habet Didymi locus a censore reprehensus. Quid autem censoria virgula dignum insit in his verbis, non video : præsertim cum timorem [XL] duntaxat Didymus improbet *passibilem*, sive ἐμπαθῆ, ac de illo timore tantummodo loquatur, quo servi dominos juxta Apostolum timere debent, aut non timere : revera enim non *propter verbera*, sed *propter Christum* heros servi timere debent.

CAP. IV. — *De hominis spiritu ab anima diverso.*

Didymum redarguit Gennadius in libro *De ecclesiasticis dogmatibus*, quod *tertium in substantia hominis spiritum admiserit : sed spiritus*, inquit, *ipsa est anima, pro spiritali natura, vel pro eo quod spiret in corpore, spiritus appellatus.* Reipsa vero etsi cum in libro *Adv. Manichæos*, tum in libro *De Spiritu sancto*, num. 54 docuerit Didymus, vocabulo spiritus animam interdum significari; quin tamen tria ipse in homine distinxerit, corpus, animam et spiritum, dubitari nequit. Ut enim libri III *De Trinitate*, caput 31 prætermittam, ubi sententiam hujusmodi indicat potius, quam amplectitur; apertissime pro ea pugnat in libro *De Spiritu sancto*, num. 54, 55 et 59, eamdemque manifesto admittit apud Corderium in Catena ad vers. 14 psalmi L, pag. 1002 : etenim in Psaltis verbis, *Spiritu principali confirma me*, intelligi posse ait nomine *spiritus* aut Spiritum sanctum, aut τὸ τοῦ ἀνθρώπου (πνεῦμα) τὸ ἐν αὐτῷ ἕτερον ὂν τῆς τοῦ ἀνθρώπου ψυχῆς, id est *hominis spiritum, qui in ipso est, ab hominis anima distinctum.*

At sententia hujusmodi non Gennadio solum displicuit, sed et sancto doctori Thomæ, qui in *Explanatione Epistolæ I Pauli ad Thessal.* ad hæc verba [33] : *Ut integer spiritus vester, et anima, et corpus.... servetur*, sic loquitur : *Occasione verborum istorum dixerunt quidam, quod in homine aliud est spiritus, et aliud anima; ponentes duas in homine animas : unam quæ animat, aliam quæ ratiocinatur. Et hæc sunt reprobata in Ecclesiasticis dogmatibus. Unde sciendum quod hæc non differunt secundum essentiam, sed secundum potentiam. In anima enim nostra sunt quædam vires, quæ sunt actus corporalium organorum, sicut sunt potentiæ sensitivæ partis. Aliæ sunt quæ non sunt actus talium organorum, sed sunt abstractæ ab eis, sicut sunt potentiæ intellectivæ partis : et hæ dicuntur spiritus, quasi immateriales, et separatæ aliquo modo a corpore, in quantum non sunt actus corporis : et dicuntur etiam mens.... In quantum autem animat, dicitur anima, quia hoc est ei vroprium.* Hactenus S. Thomas.

Jam vero quamvis huic opinioni Didymum adhæsisse concedamus, quod a nemine, qui sincere agat, negari potest; æquitatis tamen amor ac veritatis id a nobis exposcit, ut nonnulla hic animadvertere ne omittamus, quæ ipsum valeant aliquantulum excusare. Primum enim longissime is abfuit ab illa hæresi, quam Apollinarius eadem fere opinione abusus excogitavit : qui cum in homine tria et ipse distingueret, corpus, animam,

[28] I Petr. III, 6. [29] Isa. LI, 12. [30] Matth. X, 28. [31] I Petr. II, 18. [32] I Petr. III, 16. [33] I Thess. V, 23.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

et λόγον, id est mentem, seu rationem; duo quidem priora a Verbo assumpta fuisse fatebatur, mente autem Christum caruisse contendebat, ejusque animam ἄλογον, id est, ratione destitutam appellabat. Atque hanc fortasse Apollinarii sententiam spectabat Michael Glycas, cum in *Quæstionibus Biblicis* necdum editis quæstione 20, pag. 262 codicis Naniani scripsit : Ἡ αἵρεσις ἡ ἐκ τριῶν λέγουσα συγκεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, σώματος δηλονότι, ψυχῆς ἀλόγου, καὶ ψυχῆς νοερᾶς, id est, *hæresis quæ hominem ex tribus rebus coalescere dicit, corpore videlicet, anima rationis experte et anima intelligente.*

Deinde sententiam suam clare nusquam explicat Didymus. Nam spiritum quidem hominis a Scriptura sæpius memorari ait, eumdemque spiritum tertium quiddam in homine, præter animam et corpus, esse contendit, duobus potissimum Pauli testimoniis innixus, quorum primum in Ep. I ad Thessal. cap. v, vers. 23, sic se habet : *Ut integer spiritus vester, et anima, et corpus..., servetur;* alterum vero in Ep. I ad Cor. cap. II, vers. 11, exstat, et est hujusmodi : *Quis enim scit hominum ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in eo est?* At quid hujusce *spiritus* vocabulo intelligendum velit, non declarat. Quod si hominem tribus substantiis, corpore, anima rationali, et spiritu, constare [XLI] existimasset, rejicienda profecto hujusmodi opinio foret; sed ita eum sensisse, haud scio an tuto affirmari possit. Potuit enim *spiritus* nomine animum ab anima rationis experte distinctum intelligere. Quæ si fuit ejus opinio, non videtur tam confidenter improbanda, ut eam improbat Gennadius. Lactantius sane in libro *De opificio Dei* cap. 18, non tam facilem solutu censuit quæstionem, qua quæritur, utrum animus idem sit cum anima. *Sequitur*, inquit, *alia et ipsa inextricabilis quæstio : idemne sit anima, et animus; an vero aliud sit illud, quo vivimus, aliud autem quo sentimus, et sapimus. Non desunt argumenta in utramque partem.* Potuit etiam vocabulo *spiritus* non tertiam quamdam substantiam intelligere Didymus, sed λόγον, id est mentem, aut aliud quidpiam ab anima distinctum non ea distinctione, per quam substantia distinguitur a substantia, sed qua modus distinguitur a substantia, seu qua rei modus distinguitur ab ipsa re, cujus est modus.

Verum quæcunque fuerit theologi nostri sententia, eodem quo ipse modo et Augustinus, et Hieronymus locuti sunt. Nam ille quidem in tractatu *De Symbolo* tria in homine distinguit, spiritum, animam, et corpus. Hic vero lib. II *Comment. in Amos* cap. 5, pag. 279, sic loquitur : « *Iste qui « creat spiritum;* » *quem in hoc loco non Spiritum sanctum, ut hæretici suspicantur; sed ventum intelligimus, sive spiritum hominis; quia « nemo scit quæ sunt in homine, nisi spiritus qui in eo est* [34]*...;* » *vel certe spiritum, animam debemus accipere.* Et in *Comment. in Epist. ad Ephes.* lib. III, cap. 4, pag. 632 : *Signati autem sumus Spiritu Dei sancto, ut et spiritus noster et anima imprimantur signaculo Dei.* Et cap. 5 ejusdem libri pag. 648 : *Necnon et illud est disserendum, quomodo uni atque eidem dicatur quasi viventi, « Surge qui dormis* [35]*, » et quasi mortuo, « Exsurge a mortuis* [36]*. » Igitur quia et spiritus est hominis, quem semper in bonam partem scriptum meminimus, et anima, cujus et infirmitates, et mortes legimus peccatorum; id quod nunc dicitur, « Surge qui dormis, » referatur ad spiritum : et quod sequitur, « Exsurge a mortuis, » animæ coaptetur.* « Anima enim quæ peccaverit, ipsa morietur [37]. » *Spiritus autem mortem nunquam omnino legimus.* Demum in epistola 120, ad Hedibiam, exponens Hieronymus ipse allata Pauli verba : *Ut integer. spiritus vester, et anima, et corpus* [38], etc., post explosam hæreticorum explicationem, quatuor alias affert interpretationes, atque inter cæteras Didymi etiam opinionem. Illa quidem, quam Hieronymus ipse amplectitur, in eo sita est, ut *spiritus* nomine Paulus non Spiritum sanctum, ut volebant hæretici, sed Spiritus sancti dona designet. Quam vero Didymus probavit, una est ex tribus, quas hisce verbis exponit sanctus doctor : *Multi simpliciter hunc locum de resurrectione intelligunt; ut et spiritus, et anima, et corpus in adventu Domini integra conserventur. Alii ex hoc loco triplicem in homine volunt affirmare substantiam : spiritus, quo sentimus; animæ, qua vivimus; corporis, quo incedimus. Sunt qui ex anima tantum, et corpore subsistere hominem disserentes, spiritum in eo tertium non substantiam velint intelligi, sed efficientiam, per quam et mens in nobis, et sensus, et cogitatio, et animus appellantur, et utique non sunt tot substantiæ, quot nomina. Cumque illud eis oppositum fuerit* [39]*, « Benedicite, spiritus et animæ justorum Domino, » Scripturam non recipiunt, dicentes eam in Hebraico non haberi. Nos autem in præsenti loco, ut supra diximus, spiritum, qui cum anima et corpore integer conservatur, non substantiam Spiritus sancti, qui non potest interire, sed gratias ejus, donationesque accipimus, quæ nostra vel virtute, vel vitio et accenduntur, et exstinguuntur in nobis.*

Cap. V. *De processione Spiritus sancti.*

Catholice Didymum de processione Spiritus sancti sensisse, quod hunc non a Patre solum, sed et a Filio procedere docuerit, tam certum est quam quod maxime. Quid enim clarius, magisque Photianorum blasphemiæ contrarium, quam quæ in libro *De Spiritu sancto* hac de re legimus? Numero quidem 34 ejus libri Filium de Spiritu sancto sic loquentem inducit : *Ex Patre* [XLII] *et me est : hoc enim ipsum quod subsistit, et loquitur, a Patre, et me illi est.* Numero autem 37, sic loquitur : *Neque enim quid aliud est Filius, exceptis his quæ ei dantur a*

[34] I Cor. II, 11. [35] Ephes. V, 14. [36] ibid. [37] Ezech. XVIII, 20. [38] I Thess. V, 23. [39] Dan. III, 86.

Digitized by Google Распознавание текста

Patre; neque alia substantia est Spiritus sancti, præter id quod datur ei a Filio.

At in libris *De Trinitate*, inquies, sæpius ait Didymus Spiritum sanctum a Patre quidem procedere, in Filio autem aut apud Filium manere. Verum hæc item ut alia ejusdem modi, quæ regerere quis posset, satis jam tractata ac diluta sunt a me in epistola ad præclarissimum præsulem Joannem Archintum. Nempe dum ait Didymus, *Filium manere apud Patrem*, nihil aliud vult, nisi eam indicare, quam theologi vocant divinarum personarum *circuminsessionem*. Idque ex eo etiam confirmare licet, quod libro II, pag. 300, aperte dicat, Spiritum sanctum manere apud Patrem; nec enim apud Patrem ita manet profecto, ut ab ipso Patre non procedat.

CAP. VI. *De divina gratia.*

Cum ante exortas, damnatasve Pelagianorum ac Semipelagianorum hæreses obierit Didymus, mirum nemini videri debet, si ita caute de divina gratia locutus ubique non sit, ut ii qui post Pelagiana tempora scripserunt. Nimirum nonnulla in eo reperiri candide fateor, quæ si quinto, aut sexto Ecclesiæ sæculo dictata forent, vix ac ne vix quidem a Semipelagianismi labe immunia sincero theologo videri possent. Verum sæpe contingit, ut una eademque locutio non eamdem semper vim habeat, ac sententiam, sed diversis temporibus diverso modo accipiatur. Quid ergo miremur, si de eo quidem maxime sollicitus semper fuerit Didymus, ut arbitrii libertatem astrueret, eamque ita defenderit, ut divinæ gratiæ necessitatem non semper expresse nominarit, sed lectori aliquando subintelligendam reliquerit; cum ea floruerit tempestate, qua Manichæi quidem libertatem arbitrii de medio tollentes Ecclesiam vexabant, Pelagius vero libertatem arbitrii nimis extollendo, divinæ gratiæ ad bona ac salutaria opera perpetranda necessitatem nondum sustulerat?

Quæ cum ita se habeant, nullus, ut reor, Didymi locus theologo æquitatis amanti talis videbitur, ut persuadere valeat, Didymum erroribus, qui in Pelagio aut in Semipelagianis postea damnati sunt, adhæsisse. Ac in his quidem *De Trinitate* libris nihil tale exstare, satis a me ostensum puto cum in epistola, quam paulo ante memoravi, tum in adnotationibus pag. 11 et 270. Quod vero spectat ad alia Didymi opera, id ipsum nunc breviter demonstrandum est. Sed antequam hoc præstem, quatuor proponere placet effata, sive dogmata, quæ ab eo potissimum inculcata animadverti.

Primo nempe docet, fidem esse ex divina gratia. Id aperte tradit cum in libro *De Spiritu sancto*, num. 9 his verbis: *Fidei effectus est particeps, quæ ex Spiritu sancto venit;* tum in loco, quem mox afferam ex pag. 189 catenæ *in Joannem*. At *fidei* nomine quis neget designatam ab eo fuisse etiam *fidem incipientem*, sive initium fidei? Ab eo sane, qui ante scribebat, quam fidem incipientem Semipelagiani a fide adulta, ut sic loquar, secernerent, et hanc, non illam divinæ gratiæ tribuerent, exigi jure non potest, ut apertis verbis dicat, ex divina gratia esse non incipientem modo, sed et provectam fidem.

Secundo docet, gratiam nobiscum *cooperari*. Nam capite 1 *Enarrationis in Epist. Jacobi*: Qui fruitur, inquit, *corona deliciarum*, et qui habet gratiam Dei cooperantem, *coronam gratiarum* percipit. » Similique modo in catena Corderiana ad vers. 11 psalmi L, pag. 993: τὴν Θεοῦ συνέργειαν, id est *Dei cooperationem*, seu gratiam cooperantem, ex qua virtus sit, agnoscit, ut patebit ex verbis mox afferendis.

Tertio docet, non viribus nostris, sed divinæ gratiæ tribuendum esse, si non delinquamus. Nam in citato catenæ Corderianæ loco sic loquitur: *Ne, si non delinquerent, propriis viribus, non vero* Θεοῦ συνεργείᾳ, id est *Dei cooperationi, virtutem ascriberent*. Et capite 5 *Enarrationis in Ep. I Joannis* explicans hæc verba, *Qui natus est ex Deo, servat semetipsum, et malignus non tangit eum* [40], aperte ait, hominem non solis suis viribus, sed per gratiam *servare se* a peccato; nam ut custodiæ nostræ divina [XLIII] custodia adjungatur necessarium esse affirmat; sic enim loquitur: *Si quis autem semetipsum servat, orat divinitus custodiri, ut intactus permaneat a maligno. Præceptum namque custodiæ, quæ studio nostro fit, hoc est quod ait:* « *Custodi tuum cor* [41]; » *et post pauca:* « *Custodite vos ab idolis* [42]. » *Custodiæ vero divinæ exemplum est quod ait:* « *Domine, servabis nos, et custodies nos.* » *Et illud:* « *Sub umbra alarum tuarum protege me* [43]. » *Et illud:* « *Pater sancte, custodi eos* [44]. »

Demum *omnia* omnino opera, quæ ad salutem conferant, ideoque etiam initium fidei, ex divina gratia esse pluribus in locis asseverat. Ita in Corderiana catena ad vers. 20 psalmi XCIII pag. 936: *Curam*, inquit, *nostri habes, Domine. Unde si quid adest nobis boni, scimus id ipsum, quantumcunque est, a te etiam exsistere.* Et lib. II *De Trin.* pag. 167 hæc habet: *Quod nempe sine Spiritus sancti adventu nulla nobis ad Deum sit vis aut spes.* Et pag. 282 affirmat, *nullum creaturam bonum habere sine Spiritu sancto.* Ac demum in libro *De Spiritu sancto* num. 44, hæc dictavit: *Dominus videlicet noster, atque Salvator infert nobis secundum misericordiam suam omnia quæ nos provehant ad salutem.* Quis ergo inficietur jam recte Didymum de necessitate divinæ gratiæ sensisse? Videndum tamen adhuc est quænam ipsi exprobrari posse videantur, aut exprobrata jam fuerint ab aliquibus. Quatuor autem, ni fallor, hæc potissimum sunt.

Primum exstat in catena *in Joannem* pag. 189, ubi explicans Domini verba, *Omnis qui audivit a Patre, et didicit, venit ad me*, quæ in Joanne exstant cap. VI, vers. 45, sic loquitur: Κατ' εἰκόνα καὶ

[40] I Joan. V, 18. [41] Prov. IV, 23. [42] Ezech. XIV, 6. [43] Psal. XI, 8. [44] Joan. XVII, 11.

Digitized by Google Распознавание текста

ὁμοίωσιν, καὶ αὐτὸ τοῦτο [legendum fortasse, καὶ αὐτῷ τούτῳ] λογικοῦ γενομένου τοῦ ἀνθρώπου, ἐνεσπαρμέναι εἰσὶν αὐτῷ ὑπὸ Θεοῦ αἱ περὶ ἐπαινετῶν πράξεων ἔννοιαι, ἀλλὰ καὶ τῆς γνώσεως τῆς ἀληθείας. Ὁ τοίνυν κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας ἀκούσας, καὶ μαθὼν παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἔρχεται διὰ πίστεως πρὸς τὸν Κύριον. Quæ sic vertit interpres : *Ad imaginem ac similitudinem suam efformato, atque hoc ipso ratione prædito homini, quasi semina quædam, ac rerum recte gerendarum dictamina indita sunt a Deo, cognitionisque veritatis. Quisquis igitur communes illos instinctus audit, ac discit a Patre, per fidem ad Christum venit.* Ita interpres : qui vocem ἔννοιαι cur verterit primum *dictamina*, deinde *instinctus*, ignoro : ea enim *notiones*, sive, ut vulgo loquuntur philosophi, *ideas* designat. Ac ne illud quidem scio, cur voculam κατά, id est *juxta*, secundo loco omiserit in Latina interpretatione. Didymi ergo locum ad verbum imprimi reddemus : nec enim æquum est, ut ea translatione utamur, quæ Didymi mentem accurate non referat. *Cum juxta imaginem, et similitudinem factus sit homo, atque hoc ipso rationalis factus sit, insertæ sunt ipsi a Deo notiones de laudabilibus actionibus, imo et de cognitione veritatis. Qui ergo juxta communes notiones* « *audivit, et didicit a Patre, venit* » *per fidem ad Dominum.* » Jam vero in his verbis nihil esse contendo, quod orthodoxum non sit : nec enim ait : *Communes tantum recti bonique notiones sufficiunt ut quis veniat ad Dominum :* sed ait, illos per fidem venire ad Dominum, qui non modo juxta communes notiones *audiverint*, sed etiam *didicerint a Patre :* hisce autem verbis divinam gratiam cum a Christo Domino in citato loco, ut docet Augustinus, tum a Didymo hic significari dubitandum non est. Quod ut manifestius appareat, legenda sunt quæ scripsit in lib. *De Spiritu sancto* num. 31 ; ibi enim divinæ gratiæ tribuendum esse docet, quod quis fiat *docibilis Dei*, id est, *a Patre audiat, et discat.* Quod vero attinet ad communes recti verique notiones homini a Deo insertas, quas admittit Didymus, viderint alii, utrum innatæ dicendæ sint, necne : ego illud tantum addo, eas cum ab aliis Patribus agnosci, tum etiam a Prospero divinæ gratiæ propugnatore gravissimo, qui ait : *Genitam nobiscum agnoscite legem.*

Alter theologi nostri locus exstat in fragmentis a Christophoro Wolfio evulgatis, ad cap. v vers. 32. Exponit enim ibi hæc Actorum verba, *Et spiritus sanctus, quem dedit Deus obedientibus sibi*[45], in hunc modum : *Non solum in hoc*, inquit, *sed et aliis Scripturæ locis significatur, Spiritum sanctum dari, si nos ipsi occasionem et causam illud accipiendi suppeditemus. Obedire enim Deo est res arbitrii nostri, sicut et credere, quibus scilicet convenienter Spiritus sanctus datus est, tanquam donis* [XLIV] *gratiæ ejus affectis. His affine est illud :* « *Dabit Spiritum sanctum petentibus ab ipso*[46]. » Pelagianismum autem redolere videntur hæc Wolfio. Ac revera si denotarent posse hominem sine gratiæ auxilio mereri ut accipiat Spiritum sanctum, aut ullam gratiam, Pelagiana sine dubio forent. Sed hanc esse Didymi verborum sententiam, non concedo. Imo cum ab eo dictata sint, quem constat sæpius docuisse, fidem esse ex gratia, nullumque bonum, quo provehamur ad salutem, nobis esse sine gratia ; et insuper ab eo qui illud perpetuo spectavit, dum Scripturas explanabat, ut Manichæos refelleret, ac nullam esse rationalem creaturam natura, ac necessario malam, capta undecunque posset occasione, demonstraret ; idcirco nihil aliud hic eum voluisse crediderim, nisi libertatem hominis Deo obtemperantis, divinamque gratiam non respuentis astruere : de eo autem nequaquam Didymum cogitasse, ut gratiæ salutaria opera prævenientis necessitatem excluderet.

Quid ? quod locus, de quo agimus, paulo perplexior videtur, ut dubitare non temere liceat, an revera ita dictaverit Didymus, ut legit Wolfius. Græca enim sic legit : Τὸ γὰρ πειθαρχεῖν Θεῷ προαιρετικὸν, ὥσπερ τὸ πιστεύειν, οἷς κατὰ ἀναλογίαν δέδοται τὸ Πνεῦμα, τοῖς τῶν χαρισμάτων αὐτοῦ τυγχάνουσι. Quæ ad verbum conversa sic sonant : *Nam obedire Deo, voluntarium est* [seu, *liberum est*], *sicut et credere, iis quibus juxta analogiam datus est Spiritus, qui dona ipsius consequuntur.* Cum vero pigeat me in grammatico vocum examine tempus terere, missum hoc faciens sic argumentor. Aut lectio, quam Wolfius exhibet, mendosa est, aut genuina. Si mendosam quis eam esse reponat, tandiu ergo incerta est Didymi hoc in loco sententia ac mens, quandiu non constat, quomodo emendandus sit iste locus. Sin autem genuinam esse dixeris, ea duntaxat Didymi verbis interpretatio adhibenda est, quam ferre possunt. Vocula ergo οἷς, id est *iis quibus*, referenda est ad dictionem προαιρετικόν, id est *liberum ;* nec enim referri potest ad verbum πιστεύειν, id est *credere :* alioquin non de fide theologica qua credimus in Deum, loqueretur Didymus, sed de fide quam habemus viris gratia sanctificante donatis : quod est absurdum. At si vox οἷς referenda est ad vocem προαιρετικόν, quis non videt, Didymi verba a qualibet Pelagianismi suspicione immunia esse ? Loci enim sententia hæc est : iis liberum esse Deo obedire, et credere, qui Spiritus sancti dona consequantur.

Supervacaneum vero foret in aliis hujus modi locis explicandis immorari, in quibus ait Didymus, Spiritum sanctum illis conferri, aut in illis habitare, *qui digni adventu ejus exstiterint*, ut loquitur num. 28 libri *De Spiritu sancto*, *quive se dignos ejus munere præparaverint*, ut ait ibidem num. 37. His enim formulis, quas non raro etiam in libris *De Trinitate* habet, perspicuum est dignos eos dici adventu Spiritus sancti, qui præcedentes gratias non respuerint, sed divina adjuvante gratia a vitiis

[45] Act. v, 32. [46] Luc. xi, 13.

Digitized by Google Распознавание текста

liberati sint. *His enim tantummodo Spiritus sanctus inseritur*, inquit ipse num. 49 ejusdem libri *De Spiritu sancto, qui vitiis derelictis, virtutum sectantur chorum, et juxta eas, et per eas in fide Christi victitant.*

Tertius locus exstat libro I *De Trin.* pag. 51. *Creatura*, inquit, *per participationem habet bonitatem, imitatione exprimens pro suis ipsius viribus, si ita loqui fas est, innatam, et perfectam Dei bonitatem, et per hanc salva facta.* Verum non casu, sed consulto addit Didymus: *per hanc* (Dei bonitatem) *salva facta*, et, *si ita loqui fas est.* Vires ergo humanæ quas memorat, non sunt mere naturales, sed cum divina gratia cooperantes. Quo sensu in libro etiam *De Spiritu sancto* num. 22, ait: *Cum autem Filius imago sit Dei invisibilis, et forma substantiæ ejus; quicunque ad hanc imaginem, vel formam imaginantur atque formantur, adducentur in similitudinem Dei, juxta vires tamen humani profectus, istiusmodi formam et imaginem consequentes.* Cæterum verba hæc, *pro suis ipsius viribus*; et, *juxta vires humani profectus*, æque valere opinor, atque ista, *quantum homini possibile est.*

Postremus locus exstat in *Enarrationibus ad cap.* I *Epist. I Petri.* Ibi verba Petri,[47] *Electis.... secundum præscientiam Dei Patris*, sic explicat: «His concordant quæ a Paulo dicta sunt ita: *Sicut* [XLV] *elegit nos in ipso ante originem mundi esse sanctos et immaculatos coram eo in dilectione, prædestinans nos in adoptionem filiorum*[48]. Licet enim quidam dicant, quoniam semper, et ante mundum, rationabilium natura sit; verumtamen prævidens Deus fidem, et actus hominum, quæ [*legendum puto*, qui] aguntur per evangelicam doctrinam, præscienter *elegit eos in Christo ante mundi originem*, jam tunc *prædestinans eos filios* esse participio sanctos *adoptionis*. Præscientia enim nihil aliud est putanda, quam contemplatio futurorum: quæ non est jam præscientia postea, sed scientia, dum ea quæ primitus contemplata sunt, veniunt ad effectum. Licet igitur *secundum præscientiam electi* erant quibus Petrus scribit; verumtamen exsistentibus eis Petrus loquitur. Abjicit itaque fabulam Manichæorum de naturis et intellectus præsens.»

Parum vero hæc arrident censori illi, qui in *Enarrationum* margine breves notas apposuit; arbitratur enim is, ut opinor, aut saltem suspicatur, Didymum hic loqui de prædestinatione quæ subsequatur naturalium meritorum prævisionem, aut saltem de prædestinatione ad gloriam. At, nisi ego fallor, Didymus neque de prædestinatione ad gloriam loquitur, neque de prædestinatione ad gratiam ex prævisis meritis naturalibus: nullam enim neque gloriæ, nec meritorum naturalium mentionem facit; nam sermonem habet de prædestinatione ad gratiam adoptionis, sive sanctificantem, quæ prædestinatio subsequatur præscientiam meritorum per gratiam acquisitorum, fidei nempe potissimum et operum salutarium. Ut enim Didymus ipse ait in iisdem *Enarrationibus ad caput* III *Epist. I Joannis: Filii Dei sumus jam a præsenti sæculo..... dum constat in nobis, sicut possibile est, in præsenti vita filiorum adoptio.*

Cap. VII. *De apatheia.*

Vocabulum ἀπάθεια, quod, spectata ejus origine, *impatibilitatem*, sive *immunitatem a passione* significat, post Didymi obitum Catholicis valde suspectum evasit, quod eo Pelagiani turpiter abusi sint. Cum igitur Didymus ipse illud usurpaverit, videamus nunc, utrum pravo an recto sensu id acceperit. Quod priusquam perpendam, animadvertere opus est, tribus præcipue modis eam vocem olim sumptam esse. Nam primo dicitur ἀπαθής, sive *impassibilis* absolute et simpliciter. Atque hoc sensu Didymus lib. II *De Trin.* pag. 211, ait: *Qui vero impassibilis est, Deus est.* In libro autem *De Spiritu sancto* num. 9, vocat Spiritum sanctum *impassibilem*. Secundo ἀπαθής dicitur ille, qui, ut verbis utar Hieronymi *ad Ctesiphontem* scribentis, *ad virtutum summitatem cum venerit meditatione, et assidua ipsarum virtutum exercitatione, passiones, seu perturbationes ita de mente exstirpaverit, ut nulla fibra radixque vitiorum in eo resideat: adeo ut ne in nocte quidem ea patiatur quæ hominum sunt, nec cogitatione vitiorum aliqua titilletur.* Hoc sensu quosdam sanctos homines evadere *impassibiles*, docuerunt Pelagiani. Quo autem illorum absurdior foret opinio, illud etiam aliquando saltem addiderunt, posse hominem solis naturæ viribus ad hujusmodi statum pervenire. His Augustinus in libro *De dono perseverantiæ*, cap. 2, hoc Ecclesiæ dogma opponit: *In quantacunque justitia sine qualibuscunque peccatis in hoc corruptibili corpore nemo vivit.* Cum gratia nempe ordinaria, ut ego interpretor. Demum ἀπάθεια, sive *impatibilitas* sumitur etiam *pro eo statu*, inquit Cotelerius tomo I *Patrum apostolicorum*, pag. 548, *in quo positus vir sanctus, per gratiam Dei minus crebris, minoribusque tentationibus obnoxius est, nec gravioribus peccatis succumbit.* Ac sane ἀπάθειαν sic definit S. Maximus centuria I *De charitate*, cap. 36, ut sit *pacatus animæ status, secundum quem difficulter movetur anima erga malitiam.* Sanctus vero Isaacus Syrus, libro II *Sermonum*, sermone 34, pag. 200 Naniani codicis eosdem sermones continentis: Τί ἐστιν, inquit, ἡ ἀπάθεια ἡ ἀνθρωπίνη; Ἀπάθεια οὐ τὸ μὴ αἰσθηθῆναι τῶν παθῶν ἐστιν· ἀλλὰ τὸ μὴ δέξασθαι τὰ πάθη· ἐκ πολλῶν γὰρ καὶ ποικίλων ἀρετῶν ὧν ἐκτήσαντο τῶν φανερῶν καὶ κρυπτῶν, ἠσθένησαν αὐτοῖς τὰ πάθη· καὶ οὐ δύνανται εὐχερῶς ἐπαναστῆναι κατὰ τῆς ψυχῆς, i. e. *Quid est humana impatibilitas? Impatibilitas* [XLVI] *non in eo sita est, ut passiones non sentiantur, sed in eo ut passiones non recipiantur: nam ex multis variisque virtutibus cum manifestis, tum occultis, quas acquisiverunt debiles factæ sunt*

[47] I Petr. I, 1, 2. [48] Ephes. I, 4, 5.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

eorum passiones, nec possint istæ contra animam facile insurgere. Hoc ferme sensu vulgo intelliguntur Irenæi, Justini, Clementis Alexandrini, Basilii, et aliorum loca, in quibus Justorum ἀπάθεια memoratur. Ego vero hanc explicationem non solum rejicere non audeo, sed etiam libenter eam amplector, ac illud tantum adjicio, mihi quidem eorum Patrum loca legenti visum esse, ipsos interdum *apatheiæ* nomine nihil aliud designare voluisse, quam statum illum, in quo aut per baptismum, aut per pœnitentiam homo ab omni peccati sorde mundatus sit : adeo ut πάθος non tam *passionem*, quam *peccatum* nonnunquam sonet; ideoque ἀπαθής aliquando non tam is dicatur, qui *passionis*, aut *passionum*, quam qui *peccati actualis expers* fuerit.

Sed jam tempus est, ut quid hac de re Didymus senserit, inquiramus. Loca igitur, in quibus humanam ἀπάθειαν is commemorat, hæc potissimum inveni. Primus occurrit lib. I *De Trin.* pag. 71, ubi affirmat, qui Christi *consortes* sint, eos esse ἀπαθείας [sive *impatibilitatis*] *Christi ipsius participes.* Alter exstat lib. III *De Trin.*, pag. 367, ubi sic loquitur theologus noster : *Nos sibi conformes faciens* (Christus Dominus), *in apatheiam* [sive *impatibilitatem*] *transtulit.* Tertius legitur in libro *De Sp. S.* num, 11 : *Deus autem* [codex noster, *Deus enim*] *largitor bonorum spem quam promisit, reddet* [rectius codex noster, *reddit*] *in virtute Spiritus sancti his, qui habent illum; gaudio* [codex noster : *et gaudio*], *et pace complet eos, qui imperturbatam, et sedatam cogitationem possidentes, lætas habent mentes, et ab omni perturbationum tempestate tranquillas.*

Verum neque his, nec aliis hujusmodi, si qua sunt in Didymo, ostenditur, eum pravo sensu humanam apatheiam admisisse. Nostræ vero æquitatis est, apatheiæ vocabulum recto sensu in Didymo, ut in aliis Patribus facimus, interpretari, donec certa proferantur argumenta quæ illum perperam sensisse demonstrent. Nam I, S. Hieronymus et in *Epistola* quidem *ad Ctesiphontem*, et in *Proœmio* libri quarti in *Jeremiam* plures nominat Pelagianæ apatheiæ defensores, Origenem, Rufinum, Evagrium, Jovinianum, aliosque; Didymum tamen nusquam hac de re objurgat, etsi multis aliis in locis, alias ob causas eum accusando, illius nomini non pepercerit. II. Vox ἐμπαθής apud Didymum non hominem denotat *passionibus obnoxium*, sed *passionibus succumbentem.* Dictione igitur contraria ἀπαθής non eum designare putandus est, qui nullis passionibus obnoxius sit, aut nunquam iis succumbat, sed eum qui passionibus succumbere non solet. Quod autem vox ἐμπαθής ita sumatur a Didymo, ostensum a me fuit not. ad pag. 129, idque confirmare licet ex ejus verbis, quæ in *Enarrationibus ad caput* III *Epistolæ Jacobi* legimus. *Pacem*, inquit, *quam dat* (mundus), *ad corporeos actus invitat amatores concupiscentiæ, et passibiles eos facit; Jesus autem vacem præbens, amicos Dei constituit.* Nec enim dubito, quin ἐμπαθεῖς Græce dixerit Didymus quos Epiphanius Scholasticus, seu quicunque illarum fuerit *Enarrationum* interpres, vocat *passibiles;* id est passionibus succumbentes. III. Vox πάθος, id est *passio*, ita accipi videtur a Didymo lib. II *De Trin.*, pag. 129, ut *peccatum* valeat : vox vero ἐμπαθής ita, ut eum significet, qui peccet. Mirum itaque esse non debet, si etiam ἀπαθῆ eum interpreter, qui per Dei gratiam sanctificantem a peccatis mundatus fuit. IV. Vocabulo ἀφθαρσία, quod idem valet atque ἀπάθεια, *virtutem* aliquando denotari docet Didymus in catena *in Psalmos*, quæ exstat in codice Græco XVII Bibliothecæ Venetæ S. Marci; pagina enim 22 explicans hæc psalmi noni verba, *Infixæ sunt gentes in corruptione, quam fecerunt*, sic loquitur : Καὶ μὴν καὶ τῆς ἀρετῆς ἀφθαρσίας λεγομένης ἐν τῷ· Ἡ χάρις μετὰ τῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον ἡμῶν ἐν ἀφθαρσίᾳ· ἡ ἐναντίως ἔχουσα κακία λέγοιτ' ἂν εἰκότως διαφθορὰ καὶ φθορά, id est, *Atqui cum et virtus dicatur* incorruptio *in illo textu* (Ephes. VI, 24) : « *Gratia cum iis qui diligunt Dominum nostrum in incorruptione;* » *merito contraria virtuti nequitia dicitur* corruptio. V. Humanam apatheiam stricto sensu acceptam rejectam fuisse a Didymo colligo ex lib. III *De Trin.* pag. 316; ab anima enim [XLVII] quæ corpus sibi subjectum teneat, et Dei cogitationibus impleatur, reddi corpus ipsum ἀπαθές non ait, sed ipsam *nihil* reddere illud *veluti* ἀπαθές. VI. Si singula ex allatis antea Didymi locis expendamus, manifesto apparebit, summum illum virtutum et apatheiæ apicem, quem ex Hieronymo descripsimus, neutiquam ab ipso indicari; multoque minus posse hominem, Didymi sententia, ad eum statum sine divina gratia pervenire : ubique enim de iis omnibus loquitur, qui gratia sanctificante donati sint.

Denique omnem scrupulum tollit ipse Didymus, dum Pelagianam apatheiam aperte rejicit : nam et in loco, quem attuli pag. 255, docet, *impossibile esse homini vitam ad perfectam legis normam exigere;* et affinia scribit lib. II *De Trin.*, pag. 168 et 192.

At Didymus, inquiet quis, libro II *De Trin.*, pag. 255, eos qui baptizantur, ait fieri ἀναμαρτήτους, id est, *impeccabiles.* Sed quis non videt, vocem ἀναμάρτητος non sumi ibi eo sensu, quem reprehendit Hieronymus in epistola ad Ctesiphontem, nec aliud ibidem significari a Didymo, quam omnia in baptismo peccata deleri? Alioquin Pelagianam ἀναμαρτησίαν tribuisse dicendus esset omnibus baptizatis : quod ne verisimile quidem est.

Quæ cum sic se habeant, immunem a Pelagiano errore fuisse Didymum concludere jam liceret, nisi quidam adhuc locus superesset, qui negotium facessere queat : de quo proinde pauca dicenda sunt. Exstat is tomo IV *Anecdotorum* Wolfii, ubi explanans Didymus ista Actorum verba [49], *Hæc erat plena operibus bonis et eleemosynis*, sic loquitur :

[49] Act. IX, 36.

Digitized by Google Распознавание текста

Quoniam nonnu..i, qui negligenter in studio perfectæ virtutis versantur, fieri posse negant, ut homo inculpabilem vitam agat; præsenti loco Scripturæ confutari possunt, quo Dorcas plena fu'sse dicitur bonis operibus omnibus, et erogatis in pauperes eleemosynis. Qui enim ita vitam instruit, eum sine sordibus vivere consequens est.

At ne hæc quidem censuræ digna existimo. Ab illo enim dicuntur, qui aperte docuit, ut jam monui, *non posse hominis vitam ad perfectam legis normam exigi.* Quapropter cum hominem inculpabilem vitam agentem hic nominat, non eum intelligit, opinor, qui in nullum unquam ne veniale quidem vel levissimum peccatum labatur, sed qui graviter quidem nunquam, venialiter autem multo rarius delinquat, quam cæteri vulgo homines. Quanquam posse hominem justum, cum gratia extraordinaria, vitare omnia peccata etiam venialia, ne ipse quidem Augustinus negat. *Qui dicunt,* inquit libro II *De peccatorum meritis et remissione* cap. 6, segm. 7, *esse posse in hac vita hominem sine peccato, non est eis continuo incauta temeritate obsistendum. Si enim posse negaverimus; et hominis libero arbitrio, qui hoc volendo appetit, et Dei virtuti vel misericordiæ, qui hoc adjuvando efficit, derogabimus. . . . . Si a me quæratur, utrum homo sine peccato possit esse in hac vita, confitebor posse per Dei gratiam, et liberum ejus arbitrium.* Imo aliquos reipsa fuisse, vel esse homines justos sine peccato, præter Christum Dominum, ac B. Virginem, confidenter negare non audet in libro *De perfectione justitiæ*, cap. 21, segm. 44. *Scio enim,* inquit, *quibusdam esse visum : quorum de hac re sententiam non audeo reprehendere, quanquam nec defendere valeam.*

CAP. VIII. *De cœlis.*

Cœlos anima intelligentiaque præditos esse, adeo aperte negat Didymus lib. I *De Trin.*, pag. 97, et lib. II, pag. 192, ut jure statui posse existimem, ipsum Origenianis hac in re nequaquam suffragatum esse. Quid ergo sibi vult, inquies, cum ait lib. II, pag. 114, cœlos a Spiritu sancto *corroboratos* esse, atque *sanctificatos?* Respicit ibi, atque adeo explicat Psaltis illud : *Verbo Domini cœli firmati sunt* [50], etc. Eum vero locum accipi posse cum de cœlorum substantia, tum de angelis cœlorum incolis, docet ipsemet lib. II, pag. 174. Itaque cum cœlos quidem vocat *res inanimatas*, et *creaturas irrationales*, de cœlorum substantia loquitur; cum vero eos a Spiritu sanctificatos dicit, alteram sequitur interpretationem. Lege, quæso, quæ scripsi not. ad pag. 87 et 114.

[XLVII] CAP. IX. *De peccato originali.*

Inter cæteros errores, quos Didymum in *Enarrationibus*, atque in libro *adv. Manichæos* docuisse suspicatur Jacobus Basnagius, hunc etiam recenset, quod *peccatum originale negasse videatur.* Sed injustam plane ac falsam esse hujusmodi accusationem, ostensum a me fuit in not. ad pag. 257. Quis vero non miretur, eum Didymo errorem tribui a Basnagio, quem aperte explodit ipse Didymus cum in libro *adv. Manichæos*, ut monui pagina jam citata, tum capite 5, 19, *Enarrationis in Epistolam primam Joannis*, ubi explicat hæc verba : *Totus mundus in maligno positus est.* Horum enim interpretationem sic exorditur : « *Mundus*, id est, mundi amatores maligno ortui sunt subjecti. *Totus*, ait, quod omnes sub peccato nascimur, quoniam ipse ortus in vitio est. » Quid amplius exigi ab eo potest, qui tum hæc dictabat, cum peccatum originale necdum negaverant Pelagiani?

Sed argumentum paulisper expendamus Basnagii, quod is affert in hunc fere modum. Pauli verba, *Eramus natura filii iræ* [51], ita accipit Didymus in libro *adv. Manichæos*, ut vocem *natura* significare dicat *vere.* « At φύσει, inquit, nequaquam significat *vere.* et Apostolus voluit, nos Dei vindictam ob peccatum originale mereri; quod tamen ibi Didymus non commemorat, ideoque peccatum originale negasse videtur. »

Sed Hieronymus quoque libro I *Comment. In Epistolam ad Ephesios* cap. II, ea Pauli verba sic exponit, ut neque peccati originalis mentionem faciat, et vocabulum φύσει ambiguum esse affirmet, ut verti etiam possit *prorsus*, sive *omnino.* Nunquid ergo Hieronymum quoque inter eos numerabimus, qui tam turpiter erraruni, ut peccatum originale non agnoverint?

CAP. X. *De animarum præexsistentia.*

Origeniano de animarum præexsistentia errore infectum fuisse Didymum, adeo clare testatur multis in locis Hieronymus, ut dubitare omnino non liceat, quin ipse a sancto doctore, ut pravæ illius doctrinæ patronus habitus fuerit. Ut enim ea præteream quæ de Didymo scripsit ille lib. I *adv. Rufinum*, segm. 6, et lib. II, segm. 16, ac lib. III, segm. 12, quid apertius his quæ legimus segm. 28 libri tertii? Rufinum ibi sic alloquitur : *Hinc est et illa tua arcana interrogatio, quare moriantur infantes, cum propter peccata, corpora acceperint. Exstat liber Didymi ad te, quo sciscitanti tibi respondit, non eos multa peccasse, et ideo corporum carceres 'antum eis tetigisse sufficere.* Quapropter Didymum ab Origenismi labe defendere nemo potest, quin probet aut Didymi scripta, ob quæ ipsum Hieronymus accusat, ab Origenistis corrupta, vel ficta fuisse, idque Hieronymum ignorasse : aut id Hieronymo propositum fuisse, ut Didymum calumniaretur : aut denique illum Didymi mentem probe non assecutum, ea Origeniano sensu dicta existimasse, quæ catholico dictaverat Didymus. Quorum primum ne verisimile quidem videtur : alterum dici non potest quin maxima maximo doctori, sanctissimoque viro injuria temere inferatur: tertium vero nulla omnino ratione confirmare jam licet, quod et pleraque Di-

[50] Psal. XXXII, 6. [51] Ephes. II, 3.

Digitized by Google Распознавание текста

dymi scripta interierint, et circa quintæ synodi tempora, ac post eam synodum quamplurimi, quibus fortasse ea legere datum erat, eamdem, quam Hieronymus, Didymo notam inusserint. Quæ cum ita sint, in dubium revocari non potest, quin aliqua saltem ex Didymi scriptis, quæ interciderunt, Origeniana labe inquinata fuerint : ac illud tantum nobis integrum est quærere, utrum hujusmodi sint etiam quæ supersunt.

Itaque, ut in præexsistentia animarum sistamus, nullum ejus vestigium neque in libro *adv. Manichæos*, neque in libro *De Spiritu sancto*, nec in fragmentis, quæ Didymo in *Catenis* tribuuntur, observare me memini. In libris vero *De Trinitate* nonnullæ quidem occurrunt locutiones, quæ ad Origenianum hunc errorem referri queant, cujusmodi est illa quæ pag. 248 legitur : *Pro terra rursus donat cœlum* ; sed singulas catholico sensu commode accipi posse ostendi, ni fallor, in notis, ut videre licet pag. 87 et 114, [XLIX] 314 et 248, aliisque locis ibi indicatis. Quin vel ipse Augustinus post damnatum jam ab Ecclesia Origenismum, cum quadam ex hujusmodi locutionibus usus esset, eam in *Retractationibus* lib. I, cap. 1, sibi quidem non omnino arridere indicat, sed ut absurdam non respuit : sic enim eam retractat : « Alio loco cum agerem de animo, dixi : *Securior rediturus in cœlum. Iturus* autem, quam *rediturus*, dixissem securius, propter eos qui putant animos humanos pro meritis peccatorum suorum de cœlo lapsos sive dejectos, in corpora ista detrudi. Sed ego propterea non dubitavi dicere, quia ita dixi, *in cœlum*, tanquam dicerem, *ad Deum*. . . . . Et in libro Ecclesiastæ scriptum est : *Spiritus revertatur ad Deum, qui dedit illum* [82]. »

Reliquum est ergo ut quæstionem hanc omnem ad *Enarrationes* contrahamus : in his enim eum, de quo loquimur, errorem nonnulli se detexisse arbitrati sunt. Locus autem, quem reprehendunt, exstat initio *Enarrationis in primam Petri Epistolam*, ubi explicatis litteraliter his verbis, *advenis dispersionis Ponti*, in hunc modum pergit : « Si quid autem supra textum hic potest intelligi, animadvertendum est hoc de animæ ratione, quasi *advenam* eam velit agnosci. Unde etiam dictum videtur : *Peregrinus ergo* [legendum, *ego*] *in terra, et advena, sicut omnes patres mei* [83]. Et iterum : *Heu me! quoniam incolatus meus prolongatus est* [84]. Advenæ siquidem fiunt hominum animæ corporibus copulatæ, dum in eis temporaliter esse constituuntur. Nam si essent ex ea substantia, vera corpora essent habitatrices terræ. Denique animæ habentes compassionem carnis, esse in habitatione carnea nuncupantur, et velatione, quanquam advenæ sunt in terram [lego, *in terra*], sed magis assimilantur indigenis. Unde et terrores inferuntur [*respicit Didymus versiculum* 13 *capitis* VIII *Apocalypsis*] super A *habitatores terræ* : rapientes utique ea quæ terrena sunt, et terreni indutos imagine. » Ita Didymus. Qui vero notas in margine adjecit : *Caute lege*, inquit, *nam subdole videtur insinuare hæresim Origenis de præexsistentia animarum ante corpora, et mundum visibilem.*

Sed equidem, ut verum fatear, cur non possint catholico hæc sensu accipi, non video. Nulla enim hic præexsistentiæ, nulla præcedentium peccatorum mentio, sed temporaneæ duntaxat animarum in corporibus habitationis : nec aliud spectare mihi videtur Didymus, nisi ut moneat, non esse animas ex terrena substantia ; alioquin dicerentur non *advenæ*, sed *habitatrices terræ* ; eas vero animas, quæ *habent compassionem carnis*, id est, quæ B carnalia desideria, passionesque sectantur, *indigenis* potius quam *advenis assimilari.*

Quid ? quod absurdam Origenis de præexsistentia opinionem aperte ibidem post paucissima verba commemorans Didymus, ita quibusdam eam tribuit, ut indicare videatur sibi illam non arridere, aut ita certe, ut illam ibi non amplectatur. Ut enim paulo superius diximus, afferens Pauli verba, *Sicut elegit nos in ipso ante originem mundi esse sanctos* [85], sic ea exponit : *Licet enim quidam dicant, quoniam semper et ante mundum rationabilium substantia sit ; verumtamen prævidens Deus fidem, et actus hominum ... præscienter elegit eos in Christo ante mundi originem.*

C At si hæc ita se habent, qui fit ergo, inquies, ut Hieronymus Origenianum de præexsistentia errorem Didymo tribuat ? Nempe Hieronymus ea Didymi scripta respicit quæ jam nulla sunt ; nos vero ea duntaxat quæ adhuc exstant.

Cap. XI. *De carnis resurrectione.*

Transeamus modo ad carnis resurrectionem ; nam de ista quoque perperam senserunt Origenistæ. De Didymo autem sic statuo : nullum exstare, aut nullum certe mihi notum esse locum, in quo de resurrectione ea docuerit quæ docuisse dicitur Origenes. Cum enim in canonibus, sive anathematismis *contra Origenem* sæculo sexto conditis accusetur ipse Origenes, aut saltem Origeniani, quod corD pus Domini post resurrectionem æthereum et sphæricum evasisse voluerint, ac nostra item corpora post resurrectionem ætherea fore, et [L] sphærica, imo tandem substantiam corporum in nihilum abituram censuerint ; nihil tale unquam in ullo Didymi opere invenire potui : quin e contrario in multa incidi loca, quibus satis aperte se catholicæ Ecclesiæ doctrinam sequi indicat. Unum exempli causa profero ex Corderiana catena *in Joannem*. Exstat vero pag. 159, ubi exponitur versiculus 29 quinti capitis, qui est hujusmodi : *Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei.* Didymi autem verba Latine a Corderio sic versa sunt : *Illud,*

[82] Eccle. XII, 7. [83] Psal. XXXVIII, 13. [84] Psal. CXIX, 5. [85] Ephes. I, 4, 5.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

« *Omnes qui in monumentis sunt,* » *idem est ac si dicat : Omnes mortui. Alioquin enim eorum qui a feris igneve consumpti sunt, corpora non resurgerent. Verum quandoquidem omnium mortalium futura sit resurrectio, illi etiam eorum, qui* in monumentis *sunt, numero censendi. Quod si contentiosius contradicant, sciendum iis, sicut qui bona malaque perpetrarunt, non sunt corpora, quæ in monumentis recondita sunt, sic neque Verbum prohibiturum ipsos quominus corpora sua igni aliave ratione absumpta resumant.* Quid clarius? Non ætherea, non sphærica assumpturos nos esse dicit corpora, sed τὰ πυρὶ ἢ ἄλλως ἀναλωθέντα, id est ea ipsa quæ ante obitum habebamus, etsi forte ab igne, aut alia cuacunque ratione absumpta fuerint.

Superest itaque tantum, ut potiora quædam Didymi loca lectori exhibeam, ut judicare queat, utrum orthodoxa sint, necne.

Primum desumo ex Nicetæ catena *in Jobum*, pag. 187, Græca tamen verba omittens brevitatis ergo ac ea Latine tantum, sed fideliter, et ad verbum a me conversa afferens. Explicat ibi Didymus nonum decimumque versiculum septimi capitis, ubi Græca translatio hæc habet : *Si enim homo descenderit in infernum, non amplius ascendet, neque revertetur in propriam domum, neque agnoscet eum amplius locus ejus.* Quæ dum exponit, sic loquitur : *Alii vero dicunt : Non ut neget resurrectionem* (Jobus), *hæc dicit : sed ita loquitur primum quidem ut homines caducos esse ac debiles ostendat : deinde quia qui semel mortuus est, in hanc corruptibilem vitam non revertetur, neque quisquam ipsum videbit ea facientem quæ facere consueverat. Itaque verbis illis,* « *Non amplius ascendet ex inferno,* » *conjungenda sunt verba hæc,* « *In propriam domum non revertetur.* » *Ut sensus sit : Resurget quidem, non revertetur tamen in suam domum. Sed probabilis quidem est hæc interpretatio; verior autem est prior illa, quod nempe ignorabat justus* (*Jobus*) *quæ pertinent ad resurrectionem.* Ita Didymus, nihil, ut opinor, affirmans, quod Ecclesiæ doctrinæ de corporum resurrectione adversetur : etsi ex duabus, quas indicat, interpretationibus eam amplecti videatur, quæ minus probabilis est.

Alter locus legitur tom. IV *Anecdotorum* Wolfii. Affert ibi Didymus ex vers. 26 capitis II Actorum verba Psaltis : *Insuper et caro mea requiescet* (sive *habitabit*) *in spe :* tum hæc subjungit, quæ Wolfii translationem a me alicubi fideliter emendatam sequens affero. *Quoniam Jesus, in quantum mortem subiit, carnem, quam salutis nostræ causa assumpserat, deposuit, ut eam tertia die ex morte resuscitaret; merito hanc sui ipsius carnem in spe habitasse dicit; ob exspectationem scilicet* [sive *spem*] *resurrectionis.* Hactenus Didymus nihil dicit non orthodoxum : nulla hic mentio ætherei, sphæricive corporis, sed unius tantum ejusdemque carnis, quæ primum a Domino assumpta fuerit, tum quodammodo deposita, ac demum iterum assumpta in resurrectione.

Sed pergit loqui Didymus in hunc modum : *Si qui vero hæc ex persona Davidis dici opinatur, desinat sese simpliciorum sententiæ de resurrectione opponere. Quamvis enim hi demonstrare ad oculum non possint quod credunt; pie tamen se gerunt, cum aiunt carnem resurgere, ut spiritale et incorruptibile corpus sit. sicut enim mortuus qui resurgit, post resurrectionem vivus est, non vero mortuus; ita caro resuscitata post resurrectionem spiritale et incorruptibile corpus est.* Huic autem loco non dissimilis est alter, qui in extremis enarrationibus legitur, et est hujusmodi. « Scriptum namque de hujusmodi justis est (*Dan.* XII, 3) : *Fulgebunt sicut claritas firmamenti, et intelligentes erunt sicut astra.* Propterea namque sancti resurgentes a mortuis cum incorruptibili et spirituali corpore, solis et lunæ, et siderum gloriæ comparantur. » Hisce autem in locis [LI] dum resurgentium corpora *spiritalia et incorruptibilia* vocat, respicit sine dubio Pauli verba : *Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale*[56]. Itemque illa : *Et mortui resurgent incorrupti*[57].

Suspicionem tamen alicui, ne quid dissimulem, movere potest quod *carnem* a *corpore* veluti distinguere videatur Didymus, dum ait, *carnem resurgere, ut spiritale et incorruptibile corpus sit.* Joannem enim Jerosolymitanum redarguit Hieronymus, quod de mortuorum resurrectione loquens, *corporis*, non *carnis* vocabulo usus esset : ex quo infert, eum de resurrectione idem cum Origene sensisse. *Alia*, inquit, *carnis, alia corporis definitio est : omnis caro est corpus, non omne corpus est caro. Caro est proprie quæ sanguine, venis, ossibus, nervisque constringitur. Corpus quanquam et caro dicatur, interdum tamen æthereum, vel aereum nominatur.... Vides, nos intelligere subtilitates vestras, et arcana, quæ in cubiculis, et inter perfectos loquimini... Patet quare corporis, et non carnis resurrectionem dixeris : scilicet ut nos rudes carnem te dicere putaremus in corpore, et hi qui perfecti sunt, intelligerent carnem in corpore denegari.. In Symbolo fidei... omne Christiani dogmatis sacramentum,* carnis resurrectione *concluditur. Et tu intantum in corporis, et iterum corporis, et tertio corporis, et usque novies corporis vel sermone, vel numero immoraris, nec semel nominans carnem.* Hæc Hieronymus *adversus Joannem*, quæ in Didymum etiam convenire posse censeat quis.

Verum antequam Didymum damnes, lector, æquum est, ut hæc quoque animadvertas : primo, resuscitatorum corpora nec aerea, nec ætherea, nec sphærica ab ipso hic dici, nec alibi, quod sciam; secundo, hæc multo ante dictasse Didymum, quam subtilem istam carnis a corpore distinctionem exposuisset Hieronymus, suspectumque reddidisset *corporis* vocabulum; tertio, ideo fortasse corporis potius, quam carnis

[56] I Cor. XV, 44. [57] Ibid. 52.

Digitized by Google Распознавание текста

nomine usum esse theologum nostrum, quod Paulus citato in loco dixerit, *resurget corpus spirituale*. Postremo *simpliciorum* sententiam defendi hic a Didymo; Origenistis autem in more positum fuisse, ut non seipsos, sed Catholicos *simplicium* titulo donarent, ut centies indicat Hieronymus.

Nunc bina alia corollidis loco exscribere possem Didymi de resurrectione fragmenta ab Hieronymo allata in epistola 119, *ad Minervium et Alexandrum*. Sed cum valde longa sint, nihilque in eis dicatur, quod se recte non habeat, satius duco illa prætermittere; satis enim ex his quæ hactenus dixi, constare videtur, rectene Didymus de carnis resurrectione senserit, an secus.

Cap. XII. *De pœnarum reprobis inflictarum æternitate.*

Quod vero pertinet ad pœnarum dæmonibus ac reprobis inflictarum æternitatem, nihil iis addere necesse est, quæ jam dixi pag. 131, not., aliisque in notis ibidem indicatis. Nam plura quidem alia in Didymi scriptis inveni loca, in quibus inferni supplicia æterna diceret; sed ne unum quidem hactenus reperi, ubi ea sempiterna fore inficiaretur.

Cap. XIII. *De angelis.*

Cum haud pauca de angelis in Didymo loca, eaque aut animadversionis, aut censuræ digna viderim, operæ pretium erit simul hic omnia, vel certe potissima lectori indicare, quo facilius valeat ipsius hac de re omni opinationes cognoscere.

Primo itaque ipsum in ea fuisse suspicor opinione, ut angeli non omni omnino corpore destituti sint, sed respectu nostrum tantummodo dicantur *incorporei*. Verum satis de hoc dixi in epistola ad præclarissimum præsulem Joannem Archintum (*a*).

Secundo, bonos angelos proborum hominum, malos vero improborum custodes esse docet, si auctor ipse fragmenti est, quod sub ejus nomine scriptum reperi in Naniano codice alias a me pag. 277 inter notas memorato. Nam pagina 328 ejus codicis hæc legi: Διδύμου. [Lil] Τοὺς μὲν ἁγίους φωταγωγοὶ φυλάττουσιν ἄγγελοι· τοὺς δε φαύλους σκοτεινοί, id est: *Didymi. Sanctos quidem custodiunt angeli lucis, malos vero angeli tenebrarum.*

Tertio, quemdam ab ipso angelorum ordinem admissum esse suspicor, qui in Scriptura vocentur *Æones*, sive *Sæcula*, ut dixi pag. 133, not. De qua opinione legenda sunt quæ scripsit Cotelerius tomo I *Patrum apostolicorum*, pag. 403, not. 18, et p. 406.

Quarto, dæmones ab immundis spiritibus distinguere videtur in libro *De Spiritu sancto*, num. 56. Ibi enim primum vocabulo *spiritus* nuncupari ait *supernas rationabilesque virtutes*, id est sanctos angelos: deinde *rationales quoque alias creaturas, et de bono in malum sponte propria profluentes* vocari *spiritus pessimos* et *spiritus immundos*. Tum demum subjungit, *spiritus quoque dæmones in Evangeliis appellari.*

Quinto, angelos apostatas in terram e cœlo deturbatos fuisse ait apud Wolfium tomo IV *Anecdotorum* pag. 26 (ad vers. 38 capitis VII Actuum apost. infra): *Cum ibi*, inquit (nempe in cœlo), *adhuc essent angeli apostatæ, terræ affectum affixerant: ex quo illud consecutum est, ut e cœlo in terram projicerentur.* Simili modo Irenæus lib. IV, cap. 16: *Angeli quidem transgressi*, inquit, *decciderunt in terram.* Atque, ut alios præteream, Pantaleon diaconus atque Chartophylax in 32 Naniano codice pag. 187, Κατὰ τοῦ ἀποστάτου (ait) καὶ πονηροῦ Σατανᾶ· τοῦ ὡς ἀστραπὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὴν γῆν κατασπασθέντος σὺν τοῖς ἀκαθάρτοις καὶ πονηροῖς αὐτοῦ πνεύμασιν, id est, *Contra apostatam et malum Satanam, qui ut fulgur e cœlo in terram detractus est una cum immundis suis malisque spiritibus.* At cum Didymum, tum alios ita loquentes nihil aliud spectasse crediderim, quam quod Isaias ait cap. XIV, vers. 12: *Quomodo cecidisti de cœlo, Lucifer?... corruisti in terram.* Ubi tamen statim subjungit propheta: *Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci.* Hæc enim omnia de diabolo intellecta fuisse a Didymo constat ex iis quæ legere licet in catena *in Joannem* ad cap. III, vers. 13, pag. 94.

Sexto, de angelis rebellibus non satis recte alicubi loqui videri potest, dum de iis ut *in via* olim exsistentibus egit. Namque in *Enarrationibus*, ad versiculum 9 Epistolæ Judæ hæc legimus: *Nec est diabolus terrena substantia; habuit enim aliquando divinam gloriam, et sanctam Dei scientiam, licet conversus de magnitudine tanta ceciderit.* In libro autem *De Spiritu sancto*, num. 12, postquam sanctos angelos naturæ mutabilis esse affirmavit, hæc verba addit: *Licet in beatitudine et sanctimonia perseverent.* Ac paulo post subjungit, si unum saltem angelum convertibilis, id est mutabilis naturæ esse ostenderimus, merito dici posse omnes omnino angelos esse mutabilis naturæ, *licet*, inquit, *non sint conversi in beatitudine perseverantes.* At si juxta Didymum angeli qui non peccavere, in beatitudine perseverarunt, sequi videtur, ut eos qui peccarunt, ex beatitudine excidisse existimaverit, ideoque angelis, cum *in via* adhuc exsistebant, beatitudinem tribuerit.

Attamen, ut verum fatear, vix in animum inducere queo, Didymum in ea fuisse sententia, ut angeli reprobi beatifica Dei visione aliquando potiti sint, qua postmodum privati fuerint. Nam et allata loca recto sensu satis commode exponi posse reor, nec alibi usquam, quod sciam, ejusmodi opinionem secutus est.

Quod attinet itaque ad primum locum, equidem cum videam *Enarrationum* editionem mendis refertam esse, ut dicebam superius, sive ob typographorum incuriam, sive quod unicus ille codex manuscriptus, ex quo primum impressæ sunt, mendosus foret; proinde conjicio, Latinum earumdem *Enarrationum* interpretem non scripsisse *divinam glo-*

(*a*) Exstat infra.

Digitized by Google Распознавание текста

riam, sed, *divinam gratiam ;* tum pro dictione *gratiam* irrepsisse vocem *gloriam :* quo nihil facilius, cum in vestustis membranis compendiariæ utriusque vocis scripturæ parum a se invicem absint, ut sic loquar, ac valde similes sint. Quod si retinendum omnino quis velit vocabulum *gloriam,* Didymum *divinæ gloriæ* nomine non beatificam visionem designasse respondebo, sed splendorem gratiæ ac donorum supernaturalium Satanæ a Conditore collatorum. Nam vox δόξα, sive *gloria* sæpe a Didymo ita accipitur, ut *claritatem* splendoremque significet, sicut alibi monuimus : nec proprie sancti angeli [LIII] dicuntur *habere divinam gloriam,* id est beatificam visionem· sed *frui divina gloria,* aut potius *cœlesti gloria.*

In altero autem loco, quem superius attigimus, ideo sanctos angelos *in beatitudine perseverare* ait, ut puto, quod aut illos spectet quatenus *in patria,* non *in via* exsistentes; aut per anticipationem loquens *beatitudinem* vocet eum statum, in quo erant cum adhuc essent *in via;* aut demum quia creati sunt *in beatitudine imperfecta,* ut docet S. Thomas. In eodem sane libro *De Spiritu sancto* num. 61, statum ex quo excidit Satanas, exponens Didymus inquit : *Unde et convertibilis* (Satanas) *atque mutabilis, e sanctitate decidit atque virtute.* Et in *Enarrationibus* ad caput 1 Epist. I Petri : *In infinitum beatorum permanebit hæreditas.* Ac demum in libro *adversus Manichæos* cap. 1, diabolum vocat *principem malorum, et primum qui a virtute defecit :* cap. vero 12 : *Factus,* inquit, *ut esset bonus, potestatem virtutis capiendæ imperfectam et mancam servavit* (diabolus); *potestatem vero vitii suscipiendi ad actum perduxit.*

Septimo, Verbi incarnationem non prius angelis, quam nobis notam esse factam, imo eam per nos angelis innotuisse docet lib. III *De Trin.,* pag. 392. Quod tamen explicatione aliqua indigere nemo non videt, ne illud consequatur, ut beatæ Virgini ac pastoribus, quibus Salvatoris nativitas ab angelis nuntiata est, prius notam fuisse incarnationem voluerit Didymus, quam Gabrieli archangelo, et angelis, qui Salvatoris adventum Mariæ ipsi, ac pastoribus annuntiarunt. Sanctus Thomas sane angelos a principio suæ beatitudinis præscivisse docet mysterium incarnationis, quoad substantiam tamen, non vero quoad omnes circumstantias. Quæ sententia facile cum Didymi verbis conciliari potest.

Octavo, de angelis lapsis duobus in locis loquens Didymus, aliquorum resipiscentiam, emendationem, ac salutem per Christum ab eis obtentam commemorat. Primus locus exstat capite 1 Enarrationis *in Epistolam I Petri,* et a Basnagio tom. I *Lect. Antiqq.* Canisii pag. 199, sic redarguitur · « Homines pravos, et jam æterno damnatos supplicio pœnitentiam olim acturos, ut et dæmonas, credidit (Didymus). *Nam licet,* inquit, *quidam angeli sint pravi, attamen detenti supplicio resipiscent unde ciderunt.* » Ita Basnagius. Sed integrum Didymi locum exscribere operæ pretium est. Explicat ibi enarrator versiculos 10, 11 ac 12 capitis primi, in quibus hæc inter cætera leguntur : *De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetæ... quibus revelatum est, quod non ipsis, vobis autem ministrabant hæc, quæ nunc annuntiata sunt vobis... in quæ concupiscunt angeli prospicere.* Postrema autem hæc verba ita interpretatur : « Sic exponitur, si quis existimaverit, *quæsitam a prophetis salutem* in fine esse mundi : quod in omnibus, et in summo est appetitu; quando ipsius quidem causa alia cuncta fiunt, ipsum vero cujus causa nullius agitur. » [*Mendosam hic esse lectionem perspicuum est : an delenda vox* cujus? (*a*)] « Non abs re est etiam intelligi de sanctis angelis, et simpliciter cunctis beatis rationalibus hoc dictum, cum omnes appetitum habeant prospicere ea quæ in fine sæculi sunt agenda. Si vero alium quemdam statum fecerunt beatum (per ea quæ revelata sunt a Spiritu sancto eis qui Evangelium susceperunt) præter eum qui ductus est [*lego,* dictus est]; dicendum est et concupiscere in eum prospicere angelos, qui in transgressione quadam inventi sunt. Nam licet quidam eorum pravi sint, attamen detenti supplicio, resipiscentes unde ciderunt (quod etiam studiosis hominibus compromittitur), habebunt desiderium vel per fenestras ea respicere. » Totum hunc locum attuli, ut videat lector, eum alicubi valde obscurum esse, sive id ex Latini interpretis barbarie repetendum sit, sive ex vetustorum amanuensium, sive ex typographorum mendis. Quocunque autem modo se res habeat, equidem ægre adducor ut credam genuinam esse lectionem vocabuli *resipiscentes.* Nonne multo concinnior sententia erit, si legerimus : *respicientes unde ciderunt?* Quis unquam audivit hujusmodi locutionem, *resipiscentes unde ciderunt?* aut quidnam tandem valet? Cæterum sive *respicientes* [LIV] legendum sit, *sive resipiscentes,* falsum omnino est quod ait Basnagius. Didymus enim nec de hominibus reprobis, nec de dæmonibus loquitur, sed de quibusdam angelis lapsis, quibus Deus pœnitentiæ locum concesserit, eo quod minus peccarint, sive *in transgressione quadam inventi sint.*

Multo enim clarius id ipsum affirmare videtur in altero loco qui exstat in eadem Enarratione, cap. III, ad hæc Petri verba : *Qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, ut vitæ æternæ hæredes efficeremur, profectus in cœlos, subjectis sibi angelis, et potestatibus, et virtutibus.* Ea enim sic exponit : « Sicut per Filium Dei, quod Verbum est, seu Ratio, essentiam cuncta rationalia, et ut essent, habuerunt; sic per eum omnium eorum salus effecta est. Qui enim [*fortasse legendum,* quia enim] non substantialiter, sed acquisitive sanctitatem habent, cum creaturæ sunt [*videtur legendum,* sint], jure purgatio facta est

(*a*) Vide notas ad hunc locum in nova recensione infra. EDIT

Digitized by Google Распознавание текста

circa cuncta hoc modo habentia bonitatem. Unde etiam sublimi ore [*legendum puto*, sublimiorem] correctionem suscipiunt. *Pacificavit* enim Jesus *per sanguinem crucis suæ quæ in cœlis, et quæ in terra sunt*[88], omne bellum destruens et tumultum. Mox etenim in descensu ejus, et nativitate facta de Virgine dictum est : *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax*[89]. Concorditer autem et in præsentibus dictum est, quia, cum resurrexisset a mortuis, et sederet in dextera in excelsis, *profectus in cœlum, subjecti sunt angeli ei, potestates atque virtutes.* Sicut enim homines abstinentes a peccatis, subjecti sunt; ita et superiora rationalia correcta spontaneis culpis, quæ [*lego*, quas] forsitan habuerunt, ei subjecta sunt, completa dispensatione habita pro salute cunctorum. Possibile est autem aliquos hujusmodi spontaneis passionis voluntatibus abstinentes dicere, quia non omnino mutatio facta significatur subditorum animalium superiorum. » Hactenus Didymus. Qui adeo perspicue hic loquitur, ut negari jam non possit, quin aliquos angelos *spontanearum culparum* reos, salvos per Jesum Christum factos esse existimaverit, ac *purgatos* atque *correctos*.

Ex hoc tamen dumtaxat loco jure inferri non potest, ut opinor, ei omnem Origeniani systematis absurditatem probatam fuisse. Nam primo non de dæmonibus agit, sed de angelis lapsis, nempe non de omnibus lapsis angelis, sed de quibusdam. Deinde non de peccatis mortalibus, ob quæ inferni pœnas meruerint, videtur loqui, sed de culpis venialibus : ut proinde tertium quoddam angelorum genus admisisse videatur, qui medii sint inter sanctos angelos, et angelos reprobos, sive dæmones. In scriptis sane, quæ hodie supersunt, quæque ipse legerim, nusquam indicat, ni fallor, ullam ex reprobis creaturis ab inferni pœnis liberatam fuisse, aut liberatum iri : quin e contrario sæpius docet, ut superius dixi, reproborum supplicia fore sempiterna. Ideo autem in hanc de angelorum quorumdam emendatione sententiam Didymum venisse conjicio, ut magis magisque sese Manichæis opponeret : mihi enim ipsius *Enarrationes* legenti vix alia de causa opus illud composuisse videtur, quam ut pestiferam istorum hæresim confutaret. Cum itaque Catholicis illud objicere, ac dictitare non cessarent Manichæi, dæmones esse *natura* malos, idque Didymus falsum esse ostendere vellet; eo adductus est, ut diceret, aliquos quidem ex angelis lapsis, quod minus, aut venialiter peccaverint, damnatos non esse, sed pœnitentiæ locum relictum eis fuisse; alios vero, quod mortaliter peccaverint, et ἐξ οἰκείας γνώμης ἀδόκιμοι καὶ βέβηλοι, ut ipse lib. II *De Trin.*, cap. 6, p. 148 loquitur, facti fuerint, æternis suppliciis cruciatum iri.

CAP. XIV. *De Origenismo generatim spectato.*

Plures quarti sæculi Patres de Origenismo accusatos fuisse, pauci sunt theologi qui ignorent. Accusatus fuit S. Gregorius Nyssenus, quem ab hac nota defendit S. Germanus patriarcha Constantinopolitanus, ut testatur Photius in *Bibliotheca* cod. CCXXXIII. Accusatus est S. Isidorus Pelusiota, pro quo Stephanum Gobarum Tritheitam, ut hoc [LV] ab eo crimen depelleret, scripsisse affirmat ibidem Photius cod. 232. Accusatus est S. Joannes Chrysostomus a Theophilo Alexandrino. Theophili vero liber *contra Chrysostomum* scriptus, Latine conversus est a S. Hieronymo, ejusque translationis fragmentum affert Facundus Hermianensis lib. VI, cap. 5. Accusatus fuit denique, ne omnes enumerem, S. Hilarius Pictaviensis.

Cum itaque omnes hosce de Origenismo injuria accusatos fuisse nemo jam dubitet, suspicari fortasse quis posset, Didymum quoque immerito de eodem accusatum fuisse; nam ante sextum Ecclesiæ sæculum nullus omnino scriptor, præter S. Hieronymum, hanc ei notam inussit, ni fallor : sed contra multi summis eum laudibus extulerunt, ut Socrates, Sozomenus, Theodoretus. Mirum autem videri potest, quod nusquam eum reprehenderit magnus ille Origenistarum adversarius S. Epiphanius, neque in *Epistola ad Joannem episcopum Jerosolymitanum* (etsi in ea de Origenistis loquens Rufinum, ac Palladium incuset), neque in *Panario*, ubi de omnibus hæresibus, ac præcipuis earum patronis sermonem habet, neque in ullo alio opere. Quin illud etiam admirationem aliquam habere potest, quod neque Augustinus in libro *De hæresibus* Didymum memoret, nec Gelasius apocrypha recensens opera ullum Didymi opus nominet, neque Theophilus Alexandrinus Origenistarum, et Origeniani systematis damnator, mentionem Didymi unquam faciat in epistolis contra Origenem atque Origenistas scriptis, ac in Nitrienses quidem monachos invehatur, neminem vero commemoret, quem Origenianis erroribus a Didymo imbutum affirmet. Imo ne in synodo quidem, quam in Nitria ad condemnandos Origenistas habuit ipse Theophilus, ulla Didymi mentio facta est : ut ex eo colligo, quod Hieronymus in epistola 133 *ad Ctesiphontem* pag. 1023 et sequenti, multos enumerans, ac nominans, qui in eo concilio damnati sunt, Didymum non commemorat.

At quamvis hæc ita se habeant, si probari tamen posset quod Baronius et Natalis Alexander aiunt, Melaniam seniorem Origenianis erroribus a Didymo imbutam fuisse, nullus jam relinqueretur de Didymi Origenismo dubitandi locus. Sed utrum id efficaci aliquo argumento confirmari possit, haud scio.

Quid ergo tandem, inquies, statuendum est? Fuitne Didymus Origenista, annon? Satis fortasse jam alibi quid mihi probetur, indicavi. Nimirum pro compertis hæc tantum habenda existimo, quæ ex *veterum testimoniis* constant in extremo hoc volumine a me editis. Primo, Origenis eruditionem summum in modum mirabatur Didymus. Quis vero eam non miretur? Secundo, in iis omnibus quæ ad sanctissimam Trinitatem spectant, orthodoxus sine dubio exstitit, ipso id fatente Hieronymo, sed Orige-

[88] Coloss. I, 20. [89] Luc. II, 14.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

nis tamen quoad hæc propugnator apertissimus fuit, quod eum de Trinitate catholice sensisse contenderet. Tertio, in iis quæ exstant scriptis plures adhibet locutiones, quas antea Origenes usurpaverat, quæque etiamsi catholicum sensum habere queant, post Didymi tamen obitum suspectæ evaserunt, tum scilicet cum earum nonnullas quidem a Pelagianis, alias vero ab Origenianorum errorum patronis pravo sensu adhiberi compertum est. Denique cum sæculo quinto maximæ auctoritatis vir Hieronymus, et a sexto sæculo, sive a quintæ synodi tempore usque ad hanc ætatem alii plurimi, quorum verba in *veterum Testimoniis*, de quibus modo dicebam, legi possunt, Didymum ut Origenistam habuerint, imo anathemate perculerint, dubitari merito non potest, quin ipse inter Origenistas numerandus sit.

Sed quo sensu, ut ita dicam, fuerit Origenista, id est, cum tot sint errores Origeni tributi, quibusnam adhæserit Didymus, haud scio an tuto definiri queat. Nam in scriptis quidem, quæ supersunt, vix ulla alia certo apparet Origeniana opinio, præter eam, quam capite superiori attuli, de angelis quibusdam, quorum lapsus ejusmodi fuerit, ut æternis suppliciis non statim cum reprobis angelis damnati sint, sed pœnitentiæ locus eis concessus fuerit. Ex omnibus autem veteribus scriptoribus, qui Didymum Origenismi accusarunt, ne unus quidem est qui loca aliqua ex Didymo deprompta, atque Origenistarum blasphemias continentia nobis reliquerit, [LVI] imo ne unus quidem est (si Hieronymum exceperis, de quo mox dicam) qui eos saltem Didymi libros nominaverit, in quibus easdem blasphemias a Didymo doceri existimaverit.

Fateor quidem, in Latina Evagrii scholastici interpretatione lib. IV, cap. 38, legi : *Retulerunt etiam iidem Patres multas alias Didymi, Evagrii, ac Theodori blasphemias, quas studiose admodum ex eorum libris excerpserant.* Sed verba hæc, *ex eorum libris*, de suo addidit Latinus interpres, cum in Græco fonte, ex quo locum attuli pag. 485, non legantur; is enim habet : Τὰ περὶ τούτων ἐκλεξαμένοις, non vero παρὰ τούτων, ut proinde vertendum potius sit : *qui studiose admodum quæ ad hanc rem* [aut, *quæ ad hos*] *spectabant, selegerunt :* vel, *quæ de his retulerunt* (nempe aut de Didymo, Evagrio, ac Theodoro Mopsuesteno, aut *de his* blasphemiis : ambigua est enim vox Græca) *selegerant.*

Fateor etiam multis post Evagrii ætatem sæculis ea scripsisse Nicephorum, quæ Latinæ huic ipsius Evagrii verborum interpretationi consentanea sunt. Nam in testimonio, quod attulit pag. 496 ex libro XVII, cap. 27, sic loquitur Nicephorus : Παρὰ τῶν κακῶς συγγραφέντων ἐκείνοις ἀπολεξάμενοι, hoc est, *Cum ipsas blasphemias ex iis, quæ perperam ab illis* (Didymo nempe, Evagrio et Theodoro) *scripta fuerant, collegissent.* Verum citata Evagrii verba præ oculis hic habuisse, imo fere exscripsisse videtur Nicephorus, ut ex utriusque locis inter se collatis conjicere licet. Id autem, si sic se habet, haud magni hac in re Nicephori auctoritas momenti est. Apud Evagrium enim legi profecto debet τὰ περὶ τούτων, non vero παρὰ τούτων, aut τὰ παρὰ τούτων. Etenim si παρὰ τούτων, aut τὰ παρὰ τούτων legere quis velit, aut hiulcam ibi, aut inelegantem reddet Nicephori orationem.

Solus ergo nobis modo relinquitur Hieronymus, quem certo constet non aliorum fidei, seu narrationi innixum, nec fragmentis e Didymo excerptis, e quibus sæpe vera auctoris sententia colligi nequit, Didymum ut Origenistam traduxisse, sed ex ipsis Didymi operibus, iisque genuinis (nihil est enim cur de hoc dubitemus) accusationem suam deprompsisse. Etsi enim quandiu in vivis fuit Didymus, magnis eum laudibus extulerit, ac *videntem prophetam, et Didymum videntem*, et *oculos habentem sponsæ de Cantico canticorum*, et *magistrum suum* eum appellarit, paucisque post ejus obitum annis *sanctum Didymum* ipsum nominarit, imo pluribus annis post scriptos in Rufinum libros Didymum memorans se illius amicum fuisse veluti gloriatus fuerit his verbis : *Cujus nuper amicitiis usi sumus :* in libris tamen *contra Rufinum* editis non modo Didymum Origeniano systemate præexsistentiæ animarum imbutum fuisse affirmat, verum etiam libros indicat, in quibus hujusmodi systema ipse Didymus secutus fuerat, commentariolos scilicet in Origenis libros *De principiis*, a Socrate etiam memoratos, et librum ad Rufinum *De morte infantium.* Quis autem negare ausit, locupletissimum testem esse Hieronymum, maximaque pollentem auctoritate ?

At Rufinus Aquileiensis, inquies, manifeste indicat libro II *Invectivarum* sive *Apologiæ* num. 43, immerito Didymum ab Hieronymo *inter eos qui diversa ab Ecclesiis doceant, collocari.* Fateor. Verum antequam solemni judicio Origenes Alexandriæ ac Romæ condemnaretur, hæc scripsit Rufinus, quod in ea tum esset opinione, ut censeret quæstionem de animarum præexsistentia ad fidem non pertinere, sed esse adiaphoram. Id enim aperte affirmat cum alibi, tum maxime in *Apologia*, sive *Epistola ad Anastasium papam*, ubi de erroribus in Origene ab Hieronymo reprehensis loquens, catholicæ quidem Ecclesiæ dogmata esse profitetur et veram veræ carnis resurrectionem, et pœnarum inferni æternitatem; sed quod spectat ad animarum originem, tres ait esse sententias, quæ salva fide defendi possint: primam scilicet de animæ diffusione per traducem; alteram, quod *formatis in utero corporibus Deus quotidie faciat animas, et infundat;* tertiam Origenis, *quod factas jam olim, id est, tunc cum omnia Deus creavit ex nihilo, nunc eas judicio suo dispenset in corpore.* Ex tribus autem hisce opinionibus quam sequi debeat, se ignorare subjungit. Quapropter mirum non est, si Didymum nunquam contraria catholicæ Ecclesiæ [LVII] dogmatibus tradidisse ait Rufinus, etsi Didymus ipse Origenis opi-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

sionem de animarum præexsistentia aut defenderit, aut saltem non omnino improbabilem esse duxerit.

Quod autem in eodem secundo libro, segm. 8, queritur Rufinus, Hieronymum, dum Origenem ac Didymum redarguit, *reos nec interrogatos, nec respondentes condemnare; et non solum non respondentes, sed nec præsentes; et non solum non præsentes, sed et mortuos; et non solum mortuos, sed et eos quos semper ante laudaverat; et non solum eos quos laudaverat, sed et eos, quos secutus fuerat, et magistros habuerat*: videtur id quidem alicujus esse ponderis, sed tanti non est, ut certo ostendat Didymum nostrum (nam de Origene loqui mei non est instituti) ab omni Origeniano errore alienum fuisse : fortasse enim commentariolos Didymi, quos diximus, librumque *ad Rufinum* nondum legerat Hieronymus, cum de ipso Didymo tanquam de theologo omni exceptione majori locutus est, *videntem prophetam* eum nuncupans.

Quanquam mihi de difficili hac quæstione cogitanti illud in mentem venit, alia etiam nos posse via incedere, ac eo tandem pervenire, ut et Hieronymum, et Rufinum, et alios Didymi cum laudatores, tum vituperatores, et ipsum magna ex parte Didymum non sine verisimilitudine tueamur. Nimirum cum Hieronymus ab iis, quos Origenismi insimulat, Origeniana dogmata non palam, sed clanculum disseminata fuisse affirmet sæpius, Didymum vero usque ad annum Christi quadringentesimum nunquam non commendaverit; idcirco suspicor, ne in iis quidem Didymi scriptis, quæ interciderunt, Origenismum ita clare prædicatum fuisse, ut nullus catholicæ interpretationi locus relinqueretur, etsi multæ in iis occurrerent locutiones Origenianæ. Id si verum esse ponamus, recte omnia se habebunt. Nam primo, desperata non erit Didymi causa, si nihil eum dictasse censeamus, quod orthodoxo sensu accipi non posset : in libro autem *De morte infantium* non tam ex sua, quam ex Origenis sententia, de qua a Rufino interrogatus fuerat, locutum esse. Secundo, mirum non erit, si Didymum Hieronymus affirmaverit *apertissime in Origenis scita concedere* : cum enim plures locutiones ab Origene adhibitas, quales in libris de Trinitate nos invenimus, in Didymo reperisset, quas ab Origenistis pravo sensu pronuntiari noverat; Didymum vero ipsum in iis quæ ad Trinitatem spectant, acerrimum Origenis defensorem esse constaret; nihil dubitavit, quin pravo sensu dictata forent quæcunque in Didymi operibus sapiebant Origenismum : ex quo factum est, ut ipse utpote summo catholicæ fidei zelo inflammatus non modo Origenismum radicitus exstirpandum, atque ab Epiphanio, a Theophilo Alexandrino, et a Romano episcopo in primis condemnandum curaret, verum etiam omnes, quorum auctoritate sese tuebantur Origenistæ, quosque Origenismo infectos esse censebat, fidelibus denuntiaret, quo isti facilius sibi ab errore cavere possent. Tertio, excusandus in eo erit Rufinus, quod ægre ferret, eum tam aperte ut heterodoxum damnari, qui Origenismum aperte non prædicasset, imo multa Origenianæ doctrinæ capita apertissime rejecisset. Denique ne illud quidem mirabimur, quod Didymum alii quidem, tametsi ab Origeniana doctrina alieni, maxime laudaverint, alii vero eum contra vituperaverint.

Cap. XV. *De nuptiis.*

Hunc præterea Didymo errorem tribuit Jacobus Basnagius in *Animadversionibus*, pag. 199, quod nuptias Veteris Testamenti tempore malas fuisse docuerit. Revera autem in libro *adversus Manichæos* cap. 9, ita de nuptiis loquitur theologus noster, ut, si oscitanter legatur ille locus, videri possit ita sensisse ut vult Basnagius. At mihi quidem ejus verba perpendenti (id enim theologum præstare oportet, qui de theologicis operibus judicium ferre, multoque magis qui ea reprehendere velit) videtur injuste accusari Didymus a Basnagio. Tuum erit, lector, judicare, uter Didymi mentem assecutus sit, Basnagius, an ego. Sed res altius [LVIII] repetenda est quo clariora sint quæ dicturi sumus.

Inter cætera itaque argumenta, quibus exsecrabiles Manichæi utebantur, quoddam erat ex illis Scripturæ locis deductum, in quibus *caro peccati*, aut *corpus peccati* nominatur : inde enim colligebant admittendam esse carnem *natura*, et necessario *malam*. Hanc rationem ut infirmet Didymus, ostendit *carnem peccati* dici non ex eo quod natura sit mala, sed quod homo ipsa carne abutatur ad peccandum. Hoc demonstrato locum Pauli affert, ubi Deus dicitur *misisse Filium suum in similitudine carnis peccati* [60]. Ideo autem Christi carnem nuncupatam ait *similitudinem carnis peccati*, quia etsi esset vera caro, non, ut volebant Manichæi, simulata, non erat tamen ex coitu. Quod si corpus ex coitu conceptum sumpsisset Salvator, existimatus utique esset, inquit, originali peccato et ipse obnoxius.

His præmissis hæc subdit, quæ ex Turriani interpretatione affero : « Si vero dixerint, *Si caro peccati est quæ ex conjunctione viri et feminæ nata est, malæ sunt nuptiæ;* audiant isti, quod ante adventum Salvatoris, qui abstulit peccatum mundi, si omnes homines, sicut alia cum peccato agebant, sic etiam nuptias cum peccato habebant. Unde similiter de corporibus ex connubio natis intelligendum est : quia post peccatum facta fuit conjunctio Adæ cum Eva, idcirco dicta est *caro peccati* [*malim vertere*, dicta sunt *caro peccati*]..... Verumtamen per adventum Christi, sicut ab aliis rebus ablatum est peccatum, sic etiam a nuptiis. Itaque nunc qui secundum Evangelium vivunt, habere possunt *honorabiles nuptias et torum immaculatum*.... Ex quo fit ut neque

[60] Rom. VIII, 3.

Digitized by Google Распознавание текста

peccatum sit conjugium. Aliter etiam dici potest magis physice. Divina quædam res est virginitas, et tanquam in virtutibus exsistit. Si quis igitur nuptias cum virginitate conferens, ipsas dicat peccatum esse, non absolute sunt peccatum : malum enim non comparatione boni malum est; siquidem per se tale est. » Hactenus Didymus : quem pravo hæc sensu dictasse equidem persuasum non habeo.

Nam primo, quis credat eum, qui perpetuus Manichæorum adversarius fuit, nuptias damnasse, ut Manichæi faciebant, idque in eo libro quem scripsit *adversus Manichæos?* Secundo, sanctos Veteris Testamenti sanctis Novi Testamenti æquales esse vult Didymus, idque fuse probare nititur in *Enarrationibus*. At quis nescit plerosque saltem e sanctis Vetusti Testamenti viris uxore non caruisse? Tertio, Græcum hujus loci textum non omnino sincerum ad nos pervenisse perspicuum est : nam ubi Turrianus vertit : *Audiant isti, quod ante adventum Salvatoris, qui abstulit peccatum mundi, si omnes homines* et reliqua ; quid, quæso, sibi vult vocula illa *si?* nonne perplexam reddit, imo hiulcam orationem? Eadem tamen est Græci etiam textus lectio. Itaque meo quidem judicio corruptus est, ac mendosus ea ipsa in parte, qua maxime innititur Basnagius. Quarto, si nuptias ante Christi adventum malas fuisse opinatus fuisset Didymus, continuo alteram responsionem non addidisset : *Si quis nuptias cum virginitate conferens, ipsas dicat peccatum esse, non absolute sunt peccatum*, etc. Postremo, quod caput est, postulat æquitas, ut tam turpis error Didymo non tribuatur, nisi saltem in allatis verbis, licet alicubi mendosis, perspicue is appareat. Verum si attente singula Didymi verba expenderimus, nullum inveniemus, quod eum condemnare nos cogat. Dum enim ait, *Nuptias cum peccato habebant*, nihil aliud denotat, ut puto, nisi peccatum originale, quod per Christum deletum est, ac deletur. Si enim verbis hisce indicaretur, malas olim fuisse omnes nuptias, sequeretur ut verba etiam quæ proxime antecedunt, *Alia cum peccato agebant*, significarent malas fuisse quaslibet illorum omnium actiones, qui ante Christi adventum fuere : quo nihil non modo absurdius excogitari potest, sed ne Didymo quidem magis contrarium. Nam et sanctos Veteris Testamenti laudat in omnibus qui exstant libris; et omnem quoad hoc dubitationem tollunt quæ in *Enarrationibus* ad caput I Epistolæ I Petri disserit ipse Didymus de duplici Christi adventu, sensibili altero, altero intelligibili, cujus participes fuisse [LIX] ait sanctos Veteris Testamenti. Quibus similia libro III *De Trin.* cap. 28, dictavit, pag. 312. Quod vero subjungit Didymus, *per Christi adventum sicut ab aliis rebus, sic a nuptiis ablatum esse peccatum*, id quoque de peccato originali intelligendum puto. Demum quæ addit *de honorabilibus nuptiis*, non eo spectant, ut nuptiæ in Veteri Testamento *honorabiles* esse non possent, etsi nondum ad sacramenti dignitatem evectæ; honorabiles enim reipsa fuere in Abrahamo, aliisque sanctis ex Christi venturi meritis : sed, ut ego censeo, nullam aliam ob causam ea verba adjecit Didymus, nisi ut alium Manichæorum errorem refelleret, qui nuptias omnes sive in Veteri, sive in Novo Testamento malas esse docebant. His præmissis, judicet lector, utrum allatus Didymi locus merito accusetur a Basnagio.

Cap. XVI. *De Epistola secunda Petri.*

Secundam Petri epistolam in deuterocanonicis Scripturis numerari norunt theologi. Itaque si de ea hoc tantum dixisset Didymus, *ipsam non esse in Canone*, excusatione dignus foret : necdum enim in Scripturarum Canonem ab omnibus, nec solemni universalis Ecclesiæ decreto relata fuerat. Verum ipsam præterea *falsatam* dicit. His enim verbis enarrationem *in hanc epistolam* concludit : *Non est igitur ignorandum, præsentem epistolam esse falsatam : quæ licet publicetur, non tamen in Canone est.*

Adjectam fuisse ab aliquo hanc clausulam suspicatur Basnagius. Cujus opinionem libenter equidem amplecterer, si nossem qua ratione certo confirmari possit. Sed, cum id ignorem, illud duntaxat tuto hac in re statuere posse mihi videor, epistolam hanc ut sacrarum Scripturarum librum, aut partem agnitam a Didymo fuisse. In libris enim *De Trinitate* Petro sæpius eam tribuit, et instar aliorum Scripturæ librorum citat; in *Enarrationibus* vero ipsam quoque una cum aliis Catholicis epistolis interpretatur : ac demum in allatis verbis opus *publicatum* illam nuncupat. Quid autem librorum *publicatorum* vocabulo designet, intelligere licet ex iis quæ is dictavit in commentariis *in Acta*, ad vers. 39 capitis VIII. Ibi enim postquam Enochum *translatum* fuisse dixit, id est ex loco in locum delatum, subjungit : *Quoniam vero* ἐν ταῖς δεδημοσιευμέναις βίβλοις, id est, *in libris publicatis, non exprimitur quo is pervenerit ; in apocryphis dicitur, eum in paradisum translatum esse.*

Quid autem sibi velit Didymus, cum eam Epistolam *falsatam* esse affirmat, nescire me fateor. Exprobrat quidem ipse hæreticis libro II *De Trinitate*, quod plura Scripturæ loca depravare, seu *falsare* conati sint; quin etiam exemplaria sic *falsata* in Orthodoxorum manus venisse conqueritur; nusquam tamen aut ipse, aut ullus alius e veteribus Patribus scripsit, Ecclesiam sinceris Scripturarum exemplaribus destitutam fuisse. Credibile itaque non videtur, hanc esse Didymi mentem, ut genuina secundæ Petri epistolæ exemplaria amissa velit ab Ecclesia. At si id reipsa voluisset, absurda plane esset illius sententia.

Cap. XVII. *De Didymi fama post obitum valde obscurata.*

Satis jam ea quæ in Didymi scriptis aut jure, aut injuria reprehensa fuere, persecuti sumus. Superest nunc tantum, ut de illius existimatione ac fama summopere post obitum obscurata dicamus;

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ipsum enim a pluribus damnatum atque anathemate perculsum fuisse post quintum Ecclesiæ sæculum, nemo nescius est. Sed cum hujusmodi argumentum et controversiæ, et periculi plenum esse videam, ac meas insuper vires ei pro dignitate tractando impares esse agnoscam, nihil aliud faciam, nisi breviter, sed sincere attingam quæcunque cum adversus Didymum, tum pro illo afferri posse existimo; ut omnibus inter se collatis judicium lector ferre queat. Exordior autem a primis, hoc est ab iis, quæ bonam Didymi existimationem obscurarunt.

[LX] Quanquam in hisce fusius describendis immorari necesse non est, cum et vulgo nota sint, et superius a nobis indicata, et fusius in *Testimoniis veterum* a me collectis exposita legi queant. Ad duo autem hæc capita revocantur universa. I. Quod Didymum Hieronymus perversis Origenianorum sententiis infectum fuisse affirmaverit. II. Quod etiamsi in Actis quintæ œcumenicæ synodi Didymum ne semel quidem memoratum legamus, tamen ab illa synodo aut ipsum, aut dogmata quæ is sequeretur, damnata fuisse plurimi asseveraverint, ipsumque ipsimet damnarint, nempe Cyrillus Scythopolitanus, Evagrius Scholasticus, S. Sophronius, Heraclius imperator, synodus Lateranensis sub Martino I habita, S. Anastasius Sinaita, synodus sexta generalis, Constantinus Pogonatus imperator, Leo II papa, synodus quinisexta, liber Diurnus Romanorum Pontificum, Theodorus patriarcha Ierosolymitanus, Tarasius patriarcha Constantinopolitanus, synodus septima generalis, S. Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus, aliique nonnulli. Nec enim singulos ad unum numerare necesse est, cum plerosque, atque adeo illos omnes, quorum magna est auctoritas, nominarim.

Quæ autem pro Didymo afferri posse censeo, hæc potissimum sunt. I. Quamvis Hieronymus Didymum ut Origenistam in libris *adversus Rufinum* aliquot post ipsius Didymi obitum annos scriptis traduxerit; tamen et illum antea semper commendaverat, et eumdem utpote in Ecclesiæ pace et communione jam demortuum, *sanctum Didymum* appellavit in epistola 71, *ad Lucinium*. Novi equidem vocabulum, *sancti*, a Veronensi editore ibi expunctum esse: sed cum illud et in vetusto membraneo codice bibliothecæ nostræ Bononiensis epistolas Hieronymi continente ipse legerim, et in antiquis aliis membranis, et vero in impressis etiam exemplaribus legi constet; proinde retinendum esse non dubito. Huc accedit quod Hieronymus ipse Didymi amicum se fuisse gloriatus sit pluribus annis postquam libros *in Rufinum* evulgaverat, ut superius dictum est. Ex quibus omnibus illud consequitur, ut Didymi memoriam quasi heterodoxi damnatique hominis aversatus non sit. II. Didymum nullus unquam alius scriptor ut heterodoxum traduxit usque ad sextum sæculum, quod sciam: quin multi e contrario illum magnopere commendarunt. III. In synodo Nitriensi ad condemnandum Origenismum sub Theophilo Alexandrino episcopo post Didymi obitum congregata, quamvis plures Origenistæ nominatim damnati sint, nulla tamen Didymi mentio facta est. Itaque suspicari quispiam forsitan potest, aut aliqua Didymi scripta postmodum ab Origenistis corrupta fuisse, aut suppositititium aliquem fetum sub ejus nomine ab iisdem evulgatum bonæ illius existimationi plurimum nocuisse. IV. In actis quintæ synodi Didymi nomen nusquam exstat, ut dixi. V. Ne Justinianus quidem imperator Didymum unquam nominat in ullo e scriptis, quæ contra Origenem edidit. VI. Nullum exstat antiquum monumentum, quod nos doceat, quandonam Didymi opera accurate, ut par est, et canonice examinata sint; nullum item, in quo illa Didymi opera nominentur, quæ condemnatione digna existimata sint aut declarata a quinta synodo. Ex quo sequitur, ut suspicari possit aliquis Didymi defensor, eos qui ipsum a quinta synodo condemnatum fuisse affirmarunt, non ideo sic locutos esse, quod eum nominatim damnatum crediderint, sed quod implicite ipsum quoque, aut saltem aliqua illius opera proscripta tunc fuisse censuerint a quinta synodo, cum hæc Origenem ejusque errores damnavit: propterea scilicet quod canone XI addiderit hæc verba: *Et eos qui similia prædictis hæreticis sapuerunt, et sapiunt.* VII. Justinianus imperator in epistola nuper a viro clariss. Bandinio evulgata, *hæresum* quidem *auctores* anathemate nominatim feriendos esse ait; illos vero qui *hæresum auctores secuti sunt*, suppresso nomine, ac generali formula condemnandos esse, adhibitis nempe his verbis: *Omnes quoque cum ipso sentientes.* Atque ita revera se gessit quinta synodus canone XI, ut modo dictum est. Verisimile itaque non videtur, quintam ipsam synodum Constantinopoli sub Justiniano habitam, aut aliud Constantinopolitanum [LXI] concilium, quod paulo ante ipsam, ut nonnulli opinantur, sub eodem imperatore ad condemnandum Origenem convocatum fuerit, Didymo nominatim anathema dixisse; sed contentam fuisse synodum credibile est Origenem anathemate percellere: Justiniano enim morem gessere, quantum licuit, illi Patres. VIII. Cyrillus Scythopolitanus, qui paulo post habitum quintum concilium S. Sabæ vitam scripsit, postquam in eadem dixit, Origenem a quinta synodo damnatum esse, non subjungit, condemnatum esse etiam Didymum, sed damnata fuisse *illa quæ de præexistentia et restitutione dicta sunt a Didymo.* Similique modo nonnulli alii locuti sunt. IX. Gregorius Magnus, qui synodi Acta præ manibus se habuisse testatur lib. XII, epist. 7, tria tantum capitula, et unam personam, nempe Theodorum Mopsuestenum, in eodem concilio damnata fuisse scribit lib. II, epist. 36. Itaque ignota ipsi fuit Didymi condemnatio. X. Tarasius patriarcha Constantinopolitanus in synodica, quæ

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

exstat act. 3 septimæ synodi, affirmat, a Nicæna prima synodo damnatum fuisse Arium, Aetium, Eunomium, etc. : attamen nec Aetius, nec Eunomius a concilio Nicæno commemorati sunt; implicite ergo tantum damnati ab illo dici possunt. Simili modo liber Diurnus Romanorum pontificum, synodus pseudoseptima, ac Photius Diodorum a quinta synodo damnatum aiunt, etsi Diodorus nusquam a quinta synodo nominetur. Et Hieronymus in *epistola ad Pammachium et Avitum* de Patribus Nicænis scribit : *Latenter Origenem fontem Arii percusserunt.* Quidni ergo plures ex iis qui Didymum a quinta synodo condemnatum dicunt, ita intelligi poterunt, ut implicite ac *latenter* ab ea damnatum voluerint, non vero explicite, ac nominatim? XI. Liberatus diaconus in *Breviario* cap. 23, Cassiodorus in *Divinis lectionibus* cap. 1, Nicolaus I in *epistola ad Michaelem imperatorem*, Eustratius in *Vita sancti Eutychii*, apud Bollandianos tom. I Aprilis, pag. 554, seu cap. 3, num. 19, aliique Origenem quidem a quinta synodo damnatum fuisse tradunt, Didymum vero non nominant. Imo Cassiodorus non mediocribus ipsum laudibus prosequitur. XII. Adeo obscura est hæc de Didymi condemnatione historia, ut nihil certi de ejus tempore, de modo, de auctoribus definiri posse videatur : alii enim in fine quinti concilii, alii initio damnatum volunt : alii non Didymum, sed Didymi scripta : alii non a quinta synodo, sed ab alio Constantinopolitano concilio ante quintam synodum habito : alii non a concilio, sed a Justiniano ipso damnatum suspicantur, qui edictum suum a pluribus episcopis, in concilio tamen non congregatis, subscriptione probandum curaverit. XIII. Tantum abest, ut constet Didymum a quinta synodo damnatum esse, ut ne ipsum quidem Origenem condemnatum ab illa fuisse censeant Halloixius et Fabrius : quorum sententiam etsi nunc non amplectar, tamen hæc ex Fabrio adnotabo : 1, Justinianum imperatorem in litteris datis ad quintam synodum quarto Nonas Maii, id est eo ipso die, quo cœpta est synodus, hortari quidem Patres ut tria capitula damnent, de Origene autem, ac Origenistis nihil dicere; 2. epistolam Justiniani *ad synodum Constantinopolitanam* de Origene, ejusque sectatoribus datam esse anno 25 imperii Justiniani; synodum vero quintam anno 27 cœptam esse atque absolutam; 3, Menam, ad quem scripta est epistola adnexa tractatui a Justiniano *adversus Origenem* scripto, obiisse ante initium quintæ synodi. Hæc tamen non eo adnotavi, quod censeam, Origenem in quinta synodo damnatum non fuisse, et canone XI, pro voce *Origenem* legendum esse *Dioscorum*, ut opinatur Halloixius; sed quod probare videantur, Didymum a quinta synodo œcumenica damnatum non esse, sed, si damnatus est, ab alio concilio damnatum fuisse. XIV. Romanos Pontifices Vigilium, Pelagium I et II, ac S. Gregorium Magnum quintæ synodi gesta probasse duntaxat quoad trium capitulorum damnationem contendit Fabrius in Prodromo Velitari. Postremo S. Maximus, S. Joannes Damascenus, S. Nico, Theodulfus Aurelianensis, S. Thomas Aquinas, aliique plures Didymum ut [LXII] doctorem citant; Joannes vero de Columna *sanctum doctorem*, et Guido Terrena *doctorem Græcorum maximum* eum vocant, ut constat ex eorum verbis pag. 497 a me allatis : Trithemius vero *vita præclarum* dicit : imo in Actis sacrosanctæ et œcumenicæ synodi Florentinæ non allegatur tantum, verum etiam *magnus Didymus* nuncupatur.

Hæc sunt potissimum quæ et contra Didymum, et pro Didymo breviter attingenda ratus sum. Ex his judicium ferat lector; nam ego quidem in obscura adeo, difficilique quæstione tanto auctoritatis pondere me premi sentio ab iis qui Didymo adversati sunt, ut ne hiscere quidem audeam.

Finem itaque tandem his libris impono. Si quid autem in iis non satis caute aut vere dixisse videbimur, *docti ab aliquo, facile et libenter*, ut Marci Tullii verbis utar, *sententiam commutabimus. Non enim parum cognosse, sed in parum cognito stulte et diu perseverasse, turpe est : propterea quod alterum communi hominum infirmitati, alterum singulari uniuscujusque vitio est attributum.* Sed Romanæ in primis Ecclesiæ Ecclesiarum omnium magistræ judicio cum hæc, tum alia quæcunque edidi, subjecta volo. Tu vero, præsul amplissime, tenue hoc munusculum, ut meæ in te observantiæ monumentum, ac veteris amicitiæ nostræ pignus, benigne excipe : si enim tibi hæc, qualiacunque sint, non displicuisse cognovero, nihil jam erit cur suscepti me laboris pœniteat.

VETERUM DE DIDYMO TESTIMONIA.

I.

Didymus ipse lib. De Spiritu sancto, *num.* 5

Quod autem ab aliis capiatur Spiritus sanctus et non alia capiat, et nunc, et in *Sectarum* volumine, prout potuimus, expressimus.

Et num. 21.

Spiritus sanctus . . . dictus est *Spiritus sapientiæ* . . . et natura ejus nihil est aliud, nisi *Spiritus veritatis et Spiritus Dei* : de quibus jam abundanter in *Sectarum* volumine disputavimus.

Digitized by Google Распознавание текста

Et num. 32.

Ex quibus ostenditur, esse Spiritum sanctum creatorem, ut jam in *Dogmatum* volumine breviter osendimus.

Et num 58.

Hæc interim juxta possibilitatem ingenii nostri, quot res spiritus significaret, attigimus, suo tempore quid unumquodque significet, si Christus tribuerit, disserturi.

Et in enarratione in I Epist. Joannis *cap.* v.

Verus Filius Dei est Jesus Christus, verus Deus exsistens. Et considera quemadmodum consubstantialis Patri, et non idem numero secundum Sabellium Filius sit cum Patre, etc. . . . Horum itaque singulæ examinationem (ut fuit possibile) in aliis habuerunt.

Et in libris De Trinitate *haud raro de se ipse loquitur. Lege potissimum pag.* 202, 233, 263, 305, *et* 319.

II.

Libanius (*natus anno* 314, *et mortuus anno circiter* 384) *in epist.* 321 *ad Sebastianum, pag.* 155, *editionis Amstelædamensis anni* 1738, *de Didymo nostro fortasse loquitur, cum hæc scribit :*

Ἔξεις δὲ τοιγαροῦν Ῥητόριον, οὐ φαύλην παραψυχήν, ἀλλὰ πολλῶν μὲν ῥητόρων, οὐκ ἐλαττόνων δὲ ποιητῶν ἀφιγμένον, καὶ ὄντα ἀγαθὸν καὶ τοῦτο κἀκεῖνο. Σὲ μὲν οὖν αὐτῷ φίλον ποιεῖ τά τε ἐμὰ γράμματα, καὶ τὸ τὰς σοῖς οἰκείοις συμπεφοιτηκέναι τὸν ἄνδρα. Τούτῳ δὲ εὖνουν ἐμὲ δύο ποιεῖ τὰ μέγιστα. Μαθητὴς γὰρ ὢν ἐμὸς, διδασκάλου μοι παῖς ἐστι· πάντως δὲ οἶν Δίδυμον οὐκ ἀγνοεῖς, εἰ μὴ καὶ τὴν μεγάλην ἀγνοεῖς πόλιν, ἐν ᾗ τῆς αὐτοῦ παιδείας ἐκεῖνος μετεδίδου νύκτα καὶ ἡμέραν ῥέων. Ἀλλ' ὅπως οὗτος ἐγκρατὴς γένοιτο τῶν κτημάτων ἐφ' ἅπερ ἥκει. Μικρὰ μὲν γὰρ ταῦτα, πένητι δὲ παραμυθία. Ῥητόριος δὲ τῶν οὐκ εὐπόρων. Ἔστι δέ σοι δύναμις ἐν Αἰγύπτῳ, ἃ ἧς οἱ μὲν ἄλλοι χρήματα εἰργάσαντο, σὺ δὲ δόξαν ἀγαθὴν τῇ πρὸς τὸ δίκαιον συμμαχίᾳ.

Rhetorium vero hunc non leve habebis solatium multos quidem rhetores, nec pauciores poetas pervagatum, ex utraque vero parte egregium. Te igitur amicum illi faciant tum litteræ meæ, tum illud quod cum necessariis tuis familiariter est versatus. Duo vero in primis me ipsi benevolum reddunt. Cum enim meus sit discipulus, filius præterea est præceptoris. Didymum sane tu non ignoras, nisi et magnam illam civitatem ignores, in qua doctrinæ suæ copiam aliis ipse fecit, noctu et interdiu fluens. Fac itaque, ut teneat fundos, quorum causa venit. Parvi illi quidem sunt, pauperi tamen solatio. Rhetorius vero non est ex pecuniosis. Jam potes aliquid in Ægypto, cujus ope alii quidem opes congesserunt, tu vero nominis famam tuo justi æquique studio tibi peperisti.

III.

S. Ambrosius *in libris* De Spiritu sancto (*scriptis anno* 381), *et in libro* De mysteriis, *plura ex Didymo sumpsisse videtur. Lege quæ scripsi pag.* 51, *not.* 5, *et pag.* 275, *not.* 9.

IV

Evagrius Ponticus, primum archidiaconus Constantinopolitanus, tum monachus et abbas (*natus anno* 345 *et mortuus anno* 399), *in libro* Contemplativo, *ut testatur Cassiodorus loco mox afferendo, hæc scripsit, quæ nos e Socratis* Historia Eccl. lib. IV, *cap.* 23, *afferimus :*

« Τοὺς Περὶ Προνοίας καὶ Κρίσεως, κατὰ σεαυτὸν ἀεὶ γύμναζε λόγους, » φησὶν ὁ μέγας καὶ γνωστικὸς διδάσκαλος Δίδυμος, « καὶ τούτων τὰς ὕλας διὰ μνήμης φέρειν πειράθητι· ἅπαντες γὰρ σχεδὸν ἐν τούτοις προσπταίουσι. Καὶ τοὺς μὲν Περὶ κρίσεως λόγους, ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν σωμάτων καὶ κατὰ τὸν κόσμον εὑρήσεις· τοὺς δὲ Περὶ Προνοίας, ἐν τοῖς τρόποις τοῖς ἀπὸ κακίας καὶ ἀγνωσίας, ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἢ ἐπὶ τὴν γνῶσιν ἡμᾶς ἐπανάγουσι. » Τοσαῦτα μὲν ἐκ τῶν Εὐαγρίου ἐνταῦθα παρεθέμεθα· ἐγένετο δὲ καὶ ἄλλος ἀνὴρ θαυμάσιος ἐν τοῖς μοναχοῖς, ᾧ ὄνομα Ἀμμώνιος.

Sermones De *providentia*, et *De judicio Dei*, assidua meditatione tecum ipse recole, *ait magnus ille doctor, et spirituali scientia instructus, Didymus ;* eorumque sermonum materias fac in memoria circumferas. Omnes enim fere in his labuntur. Et sermones quidem ac rationes *De judicio* in differentia corporum, et in partibus mundi reperies. Sermones autem *De Providentia* in modis illis, quibus a vitio, et ignorantia ad virtutem, et cognitionem ducimur, deprehendes. *Atque hæc ex Evagrii libris desumpta, hic inseruimus. Fuit etiam alius quidam inter monachos vir mirabilis, nomine Ammonius.*

V.

S. *Hieronymus in* Chronico (*quod editum fuit anno* 380) *tom. VIII ed. Veron. pag.* 812, *ad annum Domini* 376.

Didymus Alexandrinus multa de nostro dogmate per notarios commentatur, qui post quintum nativitatis suæ annum luminibus orbatus, elementorum quoque ignarus fuit.

In prologo in translationem homiliarum Origenis in Jeremiam et Ezechielem *ad Vincentium presbyterum* (*scripto anno circiter* 381) *tom. V pag.* 742.

Magnum est quidem, amice, quod postulas, ut Origenem faciam Latinum, et hominem, juxta Didymi, Videntis sententiam, alterum post apostolorum (*alii*, post apostolos) Ecclesiarum magistrum etiam Romanis auribus donem.

In epist. 36 ad Damasum (*scripta anno* 384) *tom. I pag.* 159.

Et ut verius loquar, Didymi *De Spiritu sancto* librum in manibus habeo, quem translatum tibi cupio dedicare, ne me existimes tantummodo dormitare, qui lectionem sine stylo somnum putas.

In præfatione *ad Paulinianum* in librum Didymi De Spiritu sancto (*edita anno circiter* 387) *tom. II pag.* 106.

Cum in Babylone versarer. . . . volui garrire aliquid de Spiritu sancto, et cœptum opusculum ejusdem urbis pontifici dedicare . . . Itaque, mi Pauliniane frater, quia supradictus pontifex Damasus, qui me ad hoc opus primus impulerat, jam dormit in Christo. . . canticum quod cantare non potui in terra aliena, hic a vobis in Judæa provocatus immurmuro . . . . . et ut auctorem titulo fatear, malui alieni operis interpres exsistere, quam, ut quidam faciunt, alienis me coloribus adornare. . . Didymus vero meus, oculum habens Sponsæ de Cantico canticorum, et illa lumina, quæ in candentes segetes sublimari Jesus

Digitized by Google Распознавание текста

præcepit, procul altius intuetur ; et antiquum nobis morem reddidit, ut Videns vocetur propheta. Cer qui hunc legerit, Latinorum furta cognoscet, et contemnet rivulos, cum cœperit haurire de fontibu Imperitus sermone est, et non scientia : apostolicum virum ex ipso sermone exprimens, tam sensuu lumine, quam simplicitate verborum.

In Prologo *commentariorum* in Epistolam ad Galatas (*scripto anno* 387) *tom. VII pag.* 370.

Origenis commentarios sum secutus. . . . Prætermitto Didymum Videntem meum, et Laodicenum. . Qui et ipsi nonnullos super hac re commentariolos reliquerunt. E quibus si vel pauca decerperem, fier aliquid quod non penitus contemneretur. Itaque, ut simpliciter fatear, legi hæc omnia, et in mente m plurima coacervans, accito notario, vel mea, vel aliena dictavi, nec ordinis, nec verborum interdu nec sensuum memoriam retentans.

In Prologo *commentariorum* in Epist. ad Ephesios (*scripto anno* 387) *tom. VII pag.* 539.

Non quo ab adolescentia aut legere unquam, aut doctos viros ea quæ nesciebam interrogare cessav rim, et me ipsum tantum, ut plerique, habuerim magistrum. Denique nuper ob hanc vel maxime causa Alexandriam perrexi, ut viderem Didymum, et ab eo in Scripturis omnibus quæ habebam dubia scis tarer. . . . Illud quoque in Præfatione commoneo, ut sciatis. . . . Apollinarium etiam et Didymum quo dam commentariolos edidisse, e quibus licet pauca decerpsimus, et nonnulla, quæ nobis videbantur adjecimus, sive subtraximus, ut studiosus statim in principio lector agnoscat, hoc opus vel alienum es se, vel nostrum.

In libro De scriptoribus ecclesiasticis (*qui scriptus est anno* 392) *tom. II pag.* 925, *cap.* 109.

Didymus Alexandrinus captus a parva ætate oculis, et ob id elementorum quoque ignarus, tantum miraculum sui omnibus præbuit, ut dialecticam quoque, et geometriam, quæ vel maxime visu indiget, usque ad perfectum didicerit. Is plura opera et nobilia conscripsit, commentarios *in psalmos omnes*, commentarios *in Evangelium Matthæi et Joannis*, et *De dogmatibus*, et *contra Arianos* libros duos, et *de Spiritu sancto* librum unum, quem ego in Latinum verti : *in Isaiam* tomos decem et octo: *in Osee*, ad me scribens, commentariorum libros tres : et *in Zachariam*, meo rogatu, libros quinque : et *commentarios in Job*, et infinita alia, quæ digerere proprii indicis est. Vivit usque hodie, et octogesimum tertium ætatis excessit annum.

Δίδυμος Ἀλεξανδρεὺς, ἐκ νέας ἡλικίας βλαβε τὰς ὄψεις, καὶ διὰ τοῦτ' ἄπειρος τῶν στοιχείων, τα σοῦτον θαῦμα πᾶσι παρέσχετο, ὥστε τὴν διαλεκτικὴ καὶ γεωμετρικὴν, ἥ τις μάλιστα ὁράσεως χρῄζει, ε ἄκρον ἐκμεμαθηκέναι. Ὃς πολλὰ καὶ περιφανῆ συν ἐταξε, τουτέστιν ὑπομνήματα *εἰς πάντας τοὺς ψαλ μούς* · ὑπομνήματα *εἰς Ματθαῖον καὶ Ἰωάννην* καὶ *Περὶ δογμάτων* · καὶ *κατὰ Ἀρειανῶν* λόγου δύο · καὶ *περὶ Πνεύματος ἁγίου* λόγον ἕνα, ὃν τινα ἐγὼ εἰς Ῥωμαϊκὸν μετέφρασα. *Εἰς Ὡσηὲ* πρὸ ἐμὲ γράφων ὑπομνημάτων λόγους τρεῖς. *Εἰς Ζα χαρίαν* ἐμοῦ παρακαλέσαντος λόγους πέντε. Ὑπο μνήματα *εἰς τὸν Ἰώβ* · καὶ ἄλλα ἄπειρα, ἃπιν διηγήσασθαι ἰδίου ἐστὶ καταλόγου. Περίεστιν ἄχρ τοῦδε, καὶ ὀγδοηκοστὸν τρίτον ἐπλήρωσεν ἐνιαυτόν

Et capite 120 *ejusdem libri pag.* 931.

Responderunt ei [Eunomio] Apollinarius, Didymus, Basilius Cæsariensis etc.

Ὅτινι ἀντέγραψαν Ἀπολλινάριος, Δίδυμος, Βασί λειος Καισαρείας, κ. τ. λ.

Et cap. 126 *ejusdem libri pag.* 935.

Ambrosius Alexandrinus, auditor Didymi, scripsit adversum Apollinarium, etc.

Ἀμβρόσιος Ἀλεξανδρεὺς, ἀκροατὴς Διδύμου, ἔγρα ψε κατὰ Ἀπολλινάριον [*legendum* κατὰ Ἀπολλινα ρίου], κ. τ. λ.

Et cap. 135, *ejusdem libri pag.* 939.

Hieronymus... hæc scripsi... *De Spiritu sancto* Didymi, quem in Latinum transtuli, librum unum.

Ἱερώνυμος... τάδε συνέταξα.... *Περὶ Πνεύματος ἁγίου*, Διδύμου, ὃν εἰς Ῥωμαϊκὸν μετέβαλον, λόγον ἕνα.

In epist. 48, ad Pammachium *pro libris* Contra Jovinianum (*scripta anno* 393) *tom.* I, pag. 230.

Nunc enumerandum mihi est, qui ecclesiasticorum de impari numero disputarint : Clemens, Hippolytus, Origenes, Dionysius, Eusebius, Didymus, etc.

In epist. 49, ad Pammachium (*scripta anno* 393) *tom.* I, *pag.* 233.

Origenes, Dionysius, Pierius, Eusebius Cæsariensis, Didymus, Apollinaris latissime hanc epistolam (nempe primam ad Corinthios) interpretati sunt.... Revolve omnium, quos supra memoravi, commentarios, et Ecclesiarum bibliothecis fruere, et magis concito gradu ad optata cœptaque pervenies.

In epist. 50, ad Domnionem (*scripta anno* 393) *tom.* I, *pag.* 235, *ironice sic loquitur :*

Frustra ergo Alexandri verti commentarios.... et, ut humana contemnam, sine causa Gregorium Nazianzenum, et Didymum in Scripturis sanctis catechistas habui.... Inventus est homo absque præceptore perfectus.... qui eloquentia Tullium, argumentis Aristotelem, prudentia Platonem, eruditione Aristarchum, multitudine librorum Chalcenterum, Didymum scientia Scripturarum, omnesque sui temporis vincat tractatores.

In epist. 68, ad Castrutium (*scripta anno* 397) *tom.* I, *pag.* 408.

Brevem tibi fabulam referam, quæ infantiæ meæ temporibus accidit. Beatus Antonius cum a sancto Athanasio Alexandriæ episcopo propter confutationem hæreticorum, in urbem Alexandriam esset accitus, et isset ad eum Didymus vir eruditissimus, captus oculis, inter cæteras sermocinationes, quas de Scripturis sanctis habebant, cum ejus admiraretur ingenium, et acumen animi collaudaret, sciscitans ait : Num tristis es, quod oculis carnis careas? cum ille pudore reticeret; secundo tertioque interrogans, tandem elicuit, ut mœrorem animi simpliciter fateretur. Cui Antonius : Miror, ait, prudentem virum ejus rei dolere damno, quam formicæ, et muscæ, et culices habent, et non lætari illius possessione, quam sancti soli, et apostoli meruerunt. Ex quo pervides, quod multo melius sit spiritu videre, quam carne; et illos oculos possidere, in quos peccati festuca non possit incidere.

In epist. 71, ad Lucinium (*scripta anno* 398) *tom.* I, *pag.* 432.

Origenis, et sancti Didymi pauca transtulimus, volentes nostris ex parte ostendere, quid Græca doctrina retineret.

Digitized by Google Распознавание текста

In Prologo *comment.* in Matthæum (*scripto anno* 398) *tom.* VII, *pag.* 6.

Legisse me fateor ante annos plurimos *in Matthæum* Origenis viginti quinque volumina... Et Theophili Antiochenæ urbis episcopi commentarios : Hippolyti quoque martyris... ac Didymi Alexandrini.... e quibus etiamsi parva carperem, dignum aliquid memoria scriberetur.

In epist. 73, ad Evangelum (*scripta anno* 398) *pag.* 439. (*Vide et Bedam in* Quæstionibus in Genesim.)

Illuc devolutus est (Origenes), ut eum (Melchisedech) angelum diceret..... Transivi ad Didymum sectatorem ejus (*nempe* Origenis), et vidi hominem pedibus in magistri isse sententiam.

In epist. 84, ad Pammachium et Oceanum (*scripta anno* 400) pag. 520.

Apollinarium Laodicenum audivi Antiochiæ frequenter, et colui... Jam canis spargebatur caput, et magistrum potius, quam discipulum decebat. Perrexi tamen Alexandriam, audivi Didymum : in multis ei gratias ago. Quod nescivi, didici ; quod sciebam, illo docente, non perdidi... Horum omnium frequenter in opusculis meis facio mentionem. Certe Apollinarii et Didymi inter se dogma contrarium est. Rapiat me ergo utraque turma diversum altrinsecus, quia magistrum utrumque confiteor.... Et audet quidam proferre litteras meas ad Didymum, quasi ad magistrum. Grande crimen discipuli, si hominem eruditum, et senem magistrum dixerim. Et tamen volo inspicere ipsam epistolam, quæ tanto tempore in calumniam reservata est. Nihil præter honorem et salutationem continet.

Et pag. 527.

Quis prudentior, doctior, eloquentior Eusebio, ac Didymo, assertoribus Origenis? quorum alter sex voluminibus τῆς ἀπολογίας ita eum, ut se, sensisse confirmat; alter sic ejus errores nititur excusare, ut tamen illius esse fateatur : non scriptum negans, sed sensum scribentis edisserens. Aliud est, si qua ab hæreticis addita sunt, aliud si quis quasi bene dicta defendat.

Et pag. 528.

Sexti libri Eusebii super Origenis defensione principium usque ad mille ferme versus liber iste, qui Pamphili dicitur, continet : et in reliquis scriptor ejusdem operis profert testimonia, quibus nititur approbare Origenem fuisse catholicum... Ex quo ostenditur, vel Didymi, vel cujuslibet alterius esse opusculum, qui sexti libri capite detruncato cætera membra sociarit.

In libro primo adv. Rufinum (*scripto anno* 402) *tom.* II, *pag.* 462, *num.* 6.

Quæ cum legissem, contulissemque cum Græco, illico animadverti quæ Origenes de Patre, et Filio, et Spiritu sancto impie dixerat, et quæ Romanæ aures ferre non poterant, in meliorem partem ab interprete commutata. Cætera autem dogmata, de angelorum ruina, de animarum lapsu, de resurrectionis præstigiis, de mundo, vel intermundiis Epicuri, de restitutione omnium in æqualem statum, et multo his deteriora, quæ longum esset retexere, vel ita vertisse, ut in Græco invenerat, vel de commentariolis Didymi, qui Origenis apertissimus propugnator est, exaggerata, et firmiora posuisse, ut qui in Trinitate catholicum (*Origenem*) legerat, in aliis hæreticum non caveret.

Et num. 13.

An injuria tibi facta est, quod pro te Apollinarium Didymumque sectatus sum?

Et num. 16.

Ego enim in commentariis *ad Ephesios* sic Origenem, et Didymum, et Apollinarium secutus sum (qui certe contraria inter se habent dogmata), ut fidei meæ non amitterem veritatem. Commentarii quid operis habent? Alterius dicta edisserunt.

Et num. 21.

In epistolam Pauli ad Ephesios tria Origenes scripsit volumina. Didymus quoque, et Apollinarius propria opuscula condidere. Quos ego vel transferens, vel imitans, quid in Prologo ejusdem operis scripserim, subjiciam : « Illud quoque in *Præfatione* commoneo, ut sciatis, Origenem tria volumina in hanc epistolam conscripsisse... Apollinarium etiam, et Didymum quosdam commentariolos edidisse ex quibus » etc. ut *supra col.* 217.

Et in libro secundo adv. Rufinum *num.* 11, *pag.* 502.

In primo libro *Περὶ Ἀρχῶν*, ubi Origenes lingua sacrilega blasphemavit, quod Filius Patrem non videat, tu etiam causas reddis, quasi ex persona ejus, qui scripsit et Didymi interpretaris σχόλιον, in quo ille casso labore conatur alienum errorem defendere, quod Origenes quidem bene dixerit; sed nos simplices homines, et cicures Enniani nec illius sapientiam, nec tuam, qui interpretatus es, intelligere possumus.

Et num. 16.

Sed forsitan hic, ut Arianus, ab hæreticis addita, in occasionem sui traxit erroris, ne solus male sensisse contra Ecclesiam putaretur. Quid respondebis pro Didymo, qui certe in Trinitate catholicus est? Cujus etiam nos *De Spiritu sancto* librum in Latinam linguam vertimus. Certe hic in his quæ ab hæreticis in Origenis operibus addita sunt, consentire non potuit; et in ipsius *Περὶ Ἀρχῶν*, quos tu interpretatus es, libris breves dictavit commentariolos, quibus non negaret ab Origene scripta, quæ scripta sunt; sed nos simplices homines non posse intelligere quæ dicuntur; et quo sensu in bonam partem accipi debeant, persuadere conatur. Hoc duntaxat de Filio, et Spiritu sancto. Cæterum in aliis dogmatibus et Eusebius, et Didymus apertissime in Origenis scita concedunt, et quod omnes Ecclesiæ reprobant, catholice et pie dictum esse defendunt.

Et num. 34.

Origenes tuus.... in omnibus libris suis post LXX Interpretes Judæorum translationes explanat et edisserit. Eusebius quoque, et Didymus idem faciunt.

Et lib. III, *num.* 12, *pag.* 541.

In Cæsariensi bibliotheca, Eusebii sex volumina reperi *ἀπολογίας ὑπὲρ Ὠριγένους* · quæ cum legissem, primum eum librum deprehendi, quem tu solus sub nomine martyris edidisti, de Filio, et Spiritu sancto

Digitized by Google Распознавание текста

in bonam partem plerisque blasphemiis commutatis : et hoc vel Didymum, vel te, vel alium fecisse nescio quem, quod tu apertissime in libris *Περὶ Ἀρχῶν* fecisse convinceris.

Et num. 13.

Si ergo Apollinarii sunt, et Origenis, quæ sub aliorum nomine posui ; quomodo in libris tuis mihi crimen impingis, quod quando scribo : Alius hoc dicit : Quidam sic suspicatur, *alius* ille, et *quidam*, ego sim? Inter Apollinarium, et Didymum explanationis, styli, et dogmatum magna diversitas est. Cum in uno capitulo diversas pono sententias, num contrarios sensus sequi credendus sum?

Et num. 27.

In laude, et detractione mea quia varius exstitisti, miro acumine argumentatus es, sic tibi licere de me et bene, et male dicere, quomodo et mihi licuerit Origenem, et Didymum reprehendere, quos ante laudaverim..., In Origene miramur scientiam Scripturarum, et tamen dogmatum non recipimus falsitatem. In Didymo vero et memoriam prædicamus, et super Trinitate fidei puritatem, sed in cæteris quæ Origeni male credidit, nos ab eo retrahimus. Magistrorum enim non vitia imitanda sunt, sed virtutes.

Et num. 28.

Hinc est et illa tua arcana interrogatio, quare moriantur infantes ; cum propter peccata, corpora acceperint. Exstat liber Didymi ad te, quo sciscitanti tibi respondit, non eos multa peccasse, et ideo corporum carceres tantum eis tetigisse sufficere. Magister meus et tuus eo tempore, quo tu ab eo ista quærebas, tres *Explanationum in Osee prophetam* libros ad me, me rogante, dictavit. Ex quo apparet quid me, quid te docuerit.

In epist. 112, ad Augustinum (*scripta anno* 404) *num.* 4, *tom.* I, *pag.* 733.

Ad quæ primum respondeo, debuisse prudentiam tuam præfatiunculæ commentariorum meorum meminisse, dicentis ex persona mea.... « Prætermitto Didymum Videntem meum » etc., *ut supra col.* 217.

Et num. 20, *pag.* 747.

Maxime in explanatione Psalmorum, quos apud Græcos interpretati sunt multis voluminibus, primus Origenes.... sextus Didymus Alexandrinus. Feruntur et diversorum in paucos Psalmos opuscula : sed nunc de integro Psalmorum corpore dicimus.

In epist. 119, ad Minervium et Alexandrum (*scripta anno* 406) *num.* 1 *et* 5, *pag.* 794 *et* 795.

Itaque et ego tempore coarctatus, singulorum vobis, qui in sacram Scripturam commentariolos reliquerunt, sententias protuli, et ad verbum pleraque interpretatus sum ; ut me liberem quæstione, et vobis veterum Tractatorum mittatur auctoritas... Didymus non pedibus, sed verbis in Origenis transiens sententiam, contraria via gradiitur. *Ecce mysterium vobis loquor : Omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur* [61]. Quod ita disseruit.... *Deinde affert Hieronymus Didymi fragmentum : tum subjungit :* « Quodque sequitur juxta Græcos ἐν ἀτόμῳ.... idem Didymus ita explanavit. » *Tum aliud satis longum Didymi fragmentum affert.*

In Præfatione in Osee prophetam (*scripta anno* 406) *tom.* VI, *pag.* 23.

Unde ante annos circiter viginti duos, cum, rogatu sanctæ et venerabilis socrus, imo matris tuæ Paulæ (illud enim nomen carnis, hoc spiritus est : quæ monasteriorum, et Scripturarum semper amore flagravit), essem Alexandriæ, vidi Didymum, et eum frequenter audivi, virum sui temporis eruditissimum, rogavique eum, ut quod Origenes non fecerat, ipse compleret, et scriberet in Osee commentarios : qui tres libros, me petente, dictavit ; quinque quoque alios *in Zachariam*... Hæc dico, ut noveris quos in prophetæ hujus campo habuerim præcursores : quos tamen, ut simpliciter et non superbe (sicut quidam meorum amicorum semper insibilat) tuæ prudentiæ fatear, non in omnibus sum secutus ; ut judex potius operis eorum quam interpres exsisterem, diceremque quid mihi videretur in singulis.

In Præfatione in Zachariam prophetam (*scripta anno* 406) *tom.* VI, *pag.* 778.

Scripsit in hunc prophetam Origenes duo volumina, usque ad tertium partem libri a principio. Hippolytus quoque edidit commentarios, et Didymus quinque *Explanationum* libros, me rogante, dictavit, quos cum aliis tribus *in Osee* et mihi προσεφώνησεν· sed tota eorum ἐξήγησις allegorica fuit ; et historiæ vix pauca tetigerunt. Itaque imitari cupiens illum patremfamilias, *qui profert de thesauro suo nova, et vetera* [62] ; et Sponsam de Cantico canticorum, quæ dicit : *Nova cum veteribus, fratruelis meus, servavi tibi* [63] : historiæ Hebræorum tropologiam nostrorum miscui.

In epistola 121, ad Algasiam (*scripta anno* 407) *num.* 6, *pag.* 862.

Origenis, et Didymi in hanc parabolam explanationem invenire non potui ; et utrum abolita sit temporum vetustate, an ipsi non scripserint, incertum habeo.

In commentariis in Danielem (*scriptis anno* 407) *cap.* 3, *tom.* V, *pag.* 641, *Didymum mea quidem sententia potissimum respiciens Hieronymus hæc scribit :*

Et ex præsenti loco, et ex eo quod sequitur : *Benedicite, spiritus et animæ justorum, Domino* [64] ; et in Psalmis : *Sacrificium Deo spiritus contribulatus ; cor contritum, et humiliatum Deus non despicit* [65], sunt qui alium velint esse spiritum in homine, excepto Spiritu sancto, et aliam animam. Sed laborandum eis erit, quomodo absque carne, et gratia Spiritus sancti, duæ substantiæ, et duo interiores homines in uno homine esse dicantur.

In epistola 120, ad Hedibiam (*scripta anno* 407) *num.* 12, *pag.* 842.

Alii ex hoc loco, nempe ex I ad Thessal. v 23, triplicem in homine volunt affirmare substantiam ; spiritus, quo sentimus ; animæ, qua vivimus ; corporis, quo incedimus

[61] I Cor. xv, 51. [62] Matth. xiii, 35. [63] Cant. vii, 13. [64] Dan. iii, 86. [65] Psal. l, 19.

Digitized by Google Распознавание текста

In **Præfatione**, *seu* **Prologo** commentariorum in Isaiam (*scripto anno* 410), *tom.* IV, *pag.* 6.

Didymus, cujus amicitiis nuper usi sumus, ab eo loco ubi scriptum est (*Isa.* XL, 1): *Consolamini, consolamini populum meum, sacerdotes: loquimini ad cor Jerusalem* usque ad finem voluminis (Isaiæ) decem et octo edidit tomos.

VI.

S. *Isidorus Pelusiota* (*qui obiit anno circiter* 449) *septem* Didymo *inscripsit epistolas, quæ exstant libro primo* Epistolarum *ipsius num.* 199, 201, 204, 205, 281, 330 *et* 331. *Has Didymo nostro scriptas fuisse conjicio. Postrema vero sic incipit:*

Διδύμῳ.	*Didymo.*
Ἀγχίνους ὤν, καὶ συνετῶς ἐρευνῶν, οὐδὲν δύνασαι ἀγνοεῖν· πάντα γὰρ καλῶς ἀθροίσας ἐν νεότητι, ἔχεις ἐν γήρει ἀνάπαυσιν.	Cum tu et ingenii acumine polleas, et Scripturarum sensum sagaciter perscruteris, nihil est, quod te latere possit. Nam cum omnia in juvenili ætate præclare collegeris, requietem in senectute habes.

Ipse S. Isidorus tres Didymo Scholastico inscripsit epistolas, nempe 205 *libri quarti, et* 206, *ac* 207 *libri quinti. Utrum vero et hæ Didymo nostro scriptæ sint, judicet lector. Nos ducentesimam sextam quinti libri hic subjicimus.*

Διδύμῳ Σχολαστικῷ.	*Didymo Scholastico.*
Τὸν πρεσβύτατόν σου τῶν παίδων πρὸς τὸν νεώτατον διαφέρεσθαί τινές φασι, καί σε μὲν εἰδέναι, περιποιεῖσθαι δὲ μὴ εἰδέναι. Θᾶττον τοίνυν ἀποθέμενος τὴν ἐκούσιον ἄγνοιαν, πειράθητι αὐτοὺς εἰς φιλίαν συναλλάξαι, μήποτέ τι ἀνήκεστον τεχθείη κακόν· οὐ γάρ τι χρηστὸν ἡ φιλονεικία ὠδίνει· ἵν' ὥσπερ τοῦ εἶναι μετὰ τὴν Προνοιαν αὐτοῖς κατέστης αἴτιος, οὕτω καὶ τοῦ εὖ εἶναι κατασταίης.	Filium tuum maximum a natu minimo valde dissidere, teque ejus rei ferunt conscium, fingere tamen, quasi nescias. Deposita itaque spontanea illa ignorantia, conare, quæso, illos ad mutuum adigere amorem, ne immedicabile hinc malum exsistat. Discordia enim boni nihil gignit. Sic fiet, ut quemadmodum illos parens genuisti, sic et bene illis ut sit, efficias.

VII.

Heraclides Cyprius (*qui anno* 399 *Constantinopoli diaconus est ordinatus*) *in opere quod inscribitur* Paradisus, *apud Rosveydum in* Vitis Patrum, *pag.* 944, *editionis Antuerpiensis anni* 1628, *hæc scripsit de Didymo juxta vetustam ejus operis translationem: si tamen Heraclidi tribuendum est illud opus, ex parte saltem ut opinatur Fabricius, non autem Palladio.*

Plures autem viri digni habitaculo beatorum, feminæ quoque obierunt tunc in Alexandrinæ Ecclesiæ civitate: in quibus Didymus erat, oculorum quidem lumine destitutus, divinarum tamen Scripturarum peritia pollens: quem ego intra decem annos diversis temporibus quater vidisse me memini, quique post octoginta et quinque annos vitæ terminum fecit. Hic igitur quem loquor, captus est oculis, ut ipse retulit mihi, cum quartum ageret ætatis suæ annum: qui neque magistris traditus litterarum, neque prima unquam elementa cognoscens, habebat insitum bonum semper incolume, naturalem magistrum conscientiam suam. Quem tanta gratia scientiæ spiritualis ornabat, ut in eo evidentissime quod scriptum adimpleretur: Dominus cæcos sapientes facit [66]. Testamentum quidem Vetus ac Novum ad verbum interpretatus est: sectas autem omnes tam subtiliter firmiterque exposita super ipsas ratione disseruit, ut omnium scientiam veterum peritiamque transiret. Qui cum me cogeret quondam ut orationem in cella ipsius facerem, nec tamen ejus acquiescerem jussioni, hoc referendo dicebat: Ad istud, inquit, hospitium ter benedictus Antonius, dum me visitare dignatur, ingressus est; et rogatus a me ut in hoc loco flecteret genua, et precem funderet, statim fecit, ac secundo noluit se rogari; ipsis me rebus docens sanctorum voluntatibus obedire. Quamobrem si vestigia ipsius, inquit, sectaris ac vitam quemadmodum monachus, et pro acquirendis virtutibus peregrinus, nolo contendas. Hoc quoque idem retulit mihi: Cum, inquit, grandi quadam sollicitudine ac tristitia fatigarer propter Juliani imperatoris infelicissimam vitam, ita ut quadam die usque ad vespertinas profundæ noctis horas non attingerem panem, anxietate confectus; forte accidit ut somno residens occuparer, et in quadam transmigratione animæ revelationem talem viderem: Quatuor equites cum albis equis per diversa discurrentes clamantesque: Dicite Didymo: Hodie hora septima Julianus mortuus est: surge igitur, et cibum sume, et ad Athanasii episcopi domum mitte, ut ipse quoque cognoscat hoc. Notavit itaque, sicut ipse dicebat, et mensem, et septimanam, et diem, et horam: et sic omnia sicut audierat approbavit. Retulit etiam mihi et de puella quadam, etc.

VIII.

Rufinus Aquileiensis libro II Historiæ ecclesiasticæ (*quem scripsit anno circiter* 400), *cap.* 7, *pag.* 276, *tom. I*, Operum ed. Veron. *anni* 1745.

Verum cum apud Alexandriam populos, et urbem nebulosi doctoris tetra perfidiæ caligo suffunderet, velut lampadem quamdam divina luce fulgentem Didymum Dominus accendit. De cujus vita, atque institutis, quoniam ad Ecclesiæ gloriam Dei munere concessus creditur, licet in transcursu, necessario tamen commemoranda nobis pauca videntur. Is namque in parva ætate, cum adhuc etiam prima litterarum ignoraret elementa, luminibus orbatus, majore desiderio scientiæ veri luminis inflammatur: nec desperationem cupita adipiscendi passus est, cum audisset scriptum in Evangelio: *Quod apud homines impossibile est, possibile est apud Deum* [67]. Hac igitur divina pollicitatione confisus indesinenter Dominum deprecabatur, non ut oculorum carnalium visum, sed ut illuminationem cordis acciperet. Miscebat tamen precibus studia, ac laborem, et juges continuatasque vigilias, non ad legendum, sed ad audiendum adhibebat, ut quod aliis visus, hoc illi conferret auditus. Cum vero post lucubrationis laborem, somnus, ut fieri solet, legentibus advenisset, Didymus silentium illud non ad quietem, vel otium datum ducens, tanquam animal ruminans cibum, quem ceperat, ex integro revocabat, et ea quæ dudum, percurrentibus aliis, ex librorum lectione cognoverat, memoria et animo retexebat, ut non tam audisse quæ lecta fuerant, quam descripsisse ea mentis suæ paginis videretur. Ita brevi, Deo docente, in tantam divinarum humanarumque rerum

[66] Psal. CXLV, 8. [67] Luc. XVIII, 27.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

eruditionem ac scientiam venit, ut scholæ ecclesiasticæ doctor exsisteret, Athanasio episcopo, cæterisque sapientibus in Ecclesia viris Dei admodum probatus : sed et in cæteris sive dialecticæ, sive geometriæ, astronomiæ quoque, vel arithmeticæ disciplinis ita esset paratus, ut nullus unquam philosophorum aliquas ex his artibus proponens, obtinere eum, vel concludere quiverit, sed statim ut responsiones ejus acciperet, magistrum eum etiam illius de qua proposuisset, crederet disciplinæ. Hujus aliquanti dicta, vel communiter disputata, vel proponentibus responsa, adhibitis notariis descripsere : quæ etiam nunc in magna admiratione habentur. Nos tamen qui et vivæ vocis ejus ex parte aliqua fuimus auditores, et ea, quæ a nonnullis dicente eo descripta, legimus, longe majorem gratiam, et divinum nescio quid, ac supra humanam vocem sonans, in illis magis sermonibus, qui de ore ipsius proferebantur, agnovimus. Hunc etiam beatus Antonius cum fidei Athanasii testimonium laturus adversum Arianos de Thebaide Alexandriam descendisset, magnificis consolatus est verbis : Nihil te, inquit, offendat, o Didyme, quod carnalibus oculis videris orbatus. Desunt enim tibi oculi illi, quos mures, et muscæ et lacertæ habent. Sed lætare quia habes oculos quos angeli habent, et quibus Deus videtur, per quos tibi magnum scientiæ lumen accenditur. Florebat igitur Ægyptus ea tempestate non solum eruditis in Christiana philosophia viris, verum etiam his qui per vastam eremum commanentes, signa et prodigia apostolica simplicitate vitæ, et cordis sinceritate faciebant.

Lib. I Apologiæ in Hieronymum *num.* 4 (*pag.* 352, *tom. I*, Operum *Rufini*) *Rufinus ipse Hieronymum sic loquentem facit* :

Si Origenes aliquid de divinæ dispensationis secretioribus suspicatus est, nemo recipiat..... etiamsi Gregorius ille Ponticus, vir apostolicarum virtutum : etiamsi iste alius Nazianzenus, et Didymus videns propheta, ambo magistri mei, quibus sapientius in fide Christi nihil habuit mundus. Omnes isti ut Origenes erraverunt

Lib. II, *ejusdem* Apologiæ (*scripto anno circiter* 401) *num.* 8, *pag.* 361, *tom.* I, Opp. *Ruf.*

Nunquid illum imitabimur, qui reos nec interrogatos, nec respondentes condemnat, et non solum non respondentes, sed nec præsentes; et non solum non præsentes, sed et mortuos; et non solum mortuos, sed et eos, quos semper ante laudaverat · et non solum eos, quos laudaverat, sed et eos, quos secutus fuerat, et magistros habuerat ?

Et num. 9, *atque alibi Hieronymi verba affert in quibus de Didymo sermo est : sed hæc omittimus, utpote jam superius allata.*

Et num. 12, *pag.* 366.

Cæterum iste qui in tota vita sua non totos triginta dies Alexandriæ, ubi erat Didymus, commoratus est, per totos pene libellos suos longe lateque se jactat Didymi videntis esse discipulum, et καθηγητήν, id est præceptorem, in Scripturis sanctis habuisse Didymum. Et omnis ista jactantia in uno mense quæsita est. Ego qui sex annis Dei causa commoratus sum, et iterum post intervallum aliquod aliis duobus ubi Didymus, de quo tu solo te jactas, et ubi alii nihilominus illo non inferiores, quos tu ne facie tenus quidem nosti, Serapion, et Menites, viri natura, et moribus, et eruditione germani : ubi Paulus senex Petri martyris discipulus : et, ut ad eremi magistros veniam, quibus et attentius, et frequentius vacabamus, ubi Macarius Antonii discipulus, et alter Macarius, et Isidorus, et Pambas, omnes amici Dei, qui nos hæc docebant, quæ ipsi a Deo discebant : quantam ego, si hoc ita deceret, aut expediret, de his omnibus habere jactantiæ materiam possem ? Sed erubesco hæc etiam retexens, dum volo tibi ostendere, non, ut tu dicis, nostro ingenio magistros, sed, quod plus doleo, magistris defuisse magis ingenium nostrum. Verum quid stultus ego sanctos enumero Christianos viros ?

Et num. 23, *pag.* 377.

Sed quoniam polliciti sumus probaturos nos, quomodo laceret (Hieronymus) virum omnium admiratione dignum Ambrosium episcopum.... unam adhuc ipsius *Præfationem* ponemus, ex qua videatis vel tantum virum quam fœde et indigne laceret, vel iterum quomodo Didymum usque ad cœlum efferat laudibus, quem rursus usque ad inferna demergit

Et num. 25, *pag.* 378.

Etiamsi secutus est (S. Ambrosius) Græcos catholicos nostrorum scriptores, et aliquid de eorum scriptis præsumpsit, non continuo hæc debuit tua esse summa cura, hic labor, hoc studium, ut pro hac causa interpretareris librum Didymi *De sancto Spiritu*, ut furta illius cognoscerentur, qui fortassis etiam necessitatem scribendi passus est, ut insanientibus tunc hæreticis responderet.... Si tu Origenem, quem alterum post apostolos dicis, recte facis imitari, quid concidis eum, qui secutus est Didymum, quem nihilominus et prophetam nominas, et apostolicum virum designas ? Si ergo neque tanto ac tali viro Ambrosio pepercisti.... et Didymum ipsum hunc, quem nunc prophetam videntem, et oculum habentem Sponsæ de Cantico canticorum, et apostolicum virum sensuum nomine designas, iterum eum perversum doctorem criminaris, et inter hæreticorum consortia, tua censoria, ut ais, virgula segregas.... si, inquam, istos omnes, quos tuo ore laudasti, tuo ore rursum condemnas, quid ego, ad istos pulex, de me conquerar, si me nunc laceres ?

Et num. 26, *pag.* 380

Verum hæc quoquomodo sint, quæcunque habes tu cum istis vel antiquis, vel novellis scriptoribus, sive eos tu apostolos, sive eos venerarios scribas, sive prophetas eos tu, sive perversos doctores voces, ad me ista quid spectant ? Tu pro his varietatibus tuis, pro contumeliis, et lacerationibus bonorum, recte pœnitentiam egeris, si tamen egeris.

Et num. 35, *pag.* 390.

Quid ergo mirum est, si me minimum, et nullius numeri hominem laceret, si Ambrosium secet, si Hilarium, si Lactantium, si Didymum reprehendat ?

Et num. 43, *pag.* 398.

Ostendi etiam, quam indigne ministros, et sacerdotes Christi laceraverit (Hieronymus).... Didymum etiam, quem dudum inter videntes prophetas, et apostolos posuerat, nunc inter eos, qui diversa ab Ecclesiis doceant, collocarit.

Digitized by Google Распознавание текста

IX.

Rufinus Palæstinus in libro De fide *num.* 52 (*pag.* 610, *appendicis tom.* I, Operum *Rufini Aquileiensis*) *eodem plane modo Arianorum argumentum quoddam refert, quo Didymus in hoc opere* De Trin. *lib.* I, *pag.* 8.

X.

S. Augustinus in epist. 82 (*scripta anno* 405) *cap.* 3, *num.* 23, *pag.* 199, *tomi* II.

Cum tu tam plures nominatim commemoraveris, qui te in eo, quod astruis, præcesserunt; petens ut in eo, si te reprehendo errantem, patiar te errare cum talibus; quorum ego, fateor, neminem legi: sed cum sint ferme sex, vel septem, horum quatuor auctoritatem tu quoque infringis. Nam Laodicenum, cujus nomen taces, de Ecclesia dicis nuper egressum; Alexandrum autem veterem hæreticum; Origenem vero ac Didymum reprehensos abs te lego in recentioribus opusculis tuis, et non mediocriter, nec de mediocribus quæstionibus, quamvis Origenem mirabiliter ante laudaveris.

Et lib. II Quæstionum in Heptateuchum (*scripto anno circiter* 419) *quæst.* 25, *pag.* 429, *partis* I, *tom.* III.

Digitus autem Dei, sicut Evangelium manifestissime loquitur, Spiritus sanctus intelligitur.... Quis enim dementissimus dixerit digitum Dei in hoc signo potuisse conatus magorum impedire, et in superioribus nequivisse? Omnino ergo certa causa est, quare illa facere huc usque permissi sunt. Commendatur enim fortasse Trinitas, et quod verum est, summi philosophi gentium, quantum in eorum litteris indagatur, sine Spiritu sancto philosophati sunt, quamvis de Patre, et Filio non tacuerint: quod etiam Didymus in libro suo meminit, quem scripsit *De Spiritu sancto*.

XI.

Philippus Sidetes, seu Sidensis (*qui haud multo post sæculi quinti initia floruit, atque a Socrate libro* VII, Hist. eccl., *cap.* 27, *citatur*) *in opere, quod amplius non exstat, de Didymo loquebatur, ut colligitur ex fragmento quod Henricus Dodwellus ex codice Barocciano* 142 *edidit Oxoniæ anno* 1689, *ad calcem* Dissertationum in S. Irenæum, *pag.*, 488. *Hæc enim inter cætera leguntur in eo fragmento:*

Καί φησι Φίλιππος ὁ Σιδητής, ἐν λόγῳ κδ' · Τοῦ διδασκαλείου τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθηναγόρας πρῶτος ἠγήσατο ... Τέταρτος προέστη τῆς Χριστιανικῆς διατριβῆς Ὠριγένης · μετὰ Ὠριγένην Ἡρακλᾶς · μετὰ τοῦτον Διονύσιος · μετὰ τοῦτον Πιέριος · μετὰ Πιέριον Θεόγνωστος · μετὰ τοῦτον Σεραπίων · μετὰ τοῦτον Πέτρος ὁ μέγας ἐπίσκοπος, μάρτυρ γενόμενος · μετὰ Πέτρον Μακάριος, ὃν Πολιτικὸν ἐκάλουν οἱ ἐπιχώριοι · μετὰ τοῦτον Δίδυμος · μετὰ Δίδυμον Ῥόδων, ὃς καὶ μετῆγαγε κατὰ Φίλιππον τὴν διατριβὴν ἐν τῇ αὐτῇ [*legendum suspicor* αὐτοῦ] πόλει τῇ Σίδῃ κατὰ τοὺς χρόνους τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου · τούτῳ Ῥόδωνι λέγει μαθητεῦσαι ὁ Φίλιππος.

Inquit etiam Philippus Sidetes sermone 24: Scholæ præfuit Alexandrinæ primus Athenagoras.... Quartus Christianæ scholæ præfuit Origenes; post Origenem Heraclas; post hunc Dionysius; post quem Pierius; post Pierium Theognostus; post hunc Serapion; post quem magnus ille episcopus Petrus, martyrio inclytus; post Petrum Macarius, Politicus a conterraneis cognominatus; post illum Didymus; post Didymum Rhodon, qui etiam Philippi temporibus [*ita vertit Dodwellus; sed verti etiam potest:* qui etiam juxta Philippi testimonium] scholam transtulit in ipsam [*vel* in ipsius] Philippi civitatem Sidem, imperante magno Theodosio. Hujus Rhodonis se discipulum fuisse ait Philippus.

XII.

Palladius in Historia Lausiaca (*scripta anno circiter* 420) *cap.* ..., *tom.* XIII, Bibl. Patrum, *pag.* 904, *ed. Parisien. anni* 1644. *Locum contuli cum codice ms. Naniano.*

Πλεῖστον μὲν οὖν σύστημα χοροῦ ἁγίου ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἐτελειώθησαν τότε ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ, ἄξιοι εὑρεθέντες τῆς γῆς τῶν πραέων. Ἐν οἷς τελειοῦται καὶ ὁ μακάριος Δίδυμος ὁ συγγραφεὺς ὁ ἀπὸ ὀμμάτων γενόμενος · οὗ καὶ συντυχίας ἔσχηκα τέσσαρας, ἐκ διαλημμάτων [*lege*, διαλειμμ.] ἀπερχόμενος πρὸς αὐτὸν, ἐπὶ δέκα ἔτη. Τελειοῦται δὲ οὗτος, ἐτῶν ὀγδοήκοντα πέντε. Οὗτος ἀπ' ὀμμάτων ὑπῆρχεν, ὡς αὐτός μοι διηγήσατο, τετραέτης τὰς ὄψεις ἀποβαλών, μήτε γραμμάτων [*codex Nanianus*, γράμματα] μεμαθηκὼς, μήτε παρὰ διδασκάλοις φοιτήσας (εἶχε γὰρ τὸν κατὰ φύσιν διδάσκαλον ἐρρωμένον · τὸ ἴδιον συνειδός) · ὃς τοσαύτῃ χάριτι ἐκεκόσμητο γνώσεως πνευματικῆς, ὡς καθ' ἱστορίαν πληροῦσθαι τὸ γεγραμμένον · *Κύριος σοφοῖ τυφλούς*. Παλαιὰν μὲν γὰρ καὶ Καινὴν γραφὴν (*cod. Nanianus*, Διαθήκην) ἡρμήνευσε κατὰ λέξιν. Τῶν δὲ δογμάτων οὕτως ἐπεμελήθη λεπτῶς καὶ πάνυ ἰσχυρῶς ἐκθέμενος τὸν περὶ αὐτῶν λόγον, ὡς πάντας ὑπερβεβηκέναι τοὺς ἀρχαίους ἐν γνώσει. Τούτου ποτὲ ἀναγκάζοντός με ποιῆσαι εὐχὴν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ μὴ βουλομένου μου, ἔλεγέν μοι διηγούμενος, ὅτι « Εἰς τὴν κέλλαν ταύτην τρίτον εἰσῆλθεν ὁ μακάριος Ἀντώνιος ἐπισκεψόμενός με, καὶ παρακληθεὶς παρ' ἐμοῦ ποιῆσαι εὐχὴν, εὐθὺς ἐκλινεν γόνυ ἐν τούτῳ τῷ κελλίῳ, καὶ οὐ παρεσκεύασέ με δευτερῶσαι τὸν λόγον, ἕως με παιδεύσας ἐν τῇ ὑπακοῇ. Ὥστε οὖν, εἰ κατ' ἴχνος βαίνεις καὶ σὺ τῆς ἐκείνου [*cod. Nan.*, αὐτοῦ] πολιτείας, δσα τε [*cod. Nan.*, ὡς ἅτε] μονάζων, καὶ ἐξ ἀρετὴν ξενιτεύων, ἀπόθου πᾶσαν φιλονεικίαν. »

Plurimus ergo cœtus sanctorum virorum, et mulierum tunc fuit consummatus in Ecclesia Alexandrina, qui sunt inventi digni terra mitium. Inter quos consummatur etiam beatus scriptor Didymus, qui fuit orbus. Cum quo fuit mihi quater congressio, cum decem annorum interjecto intervallo ad eum proficiscerer. Is autem consummatur natus annos octoginta quinque. Fuit autem is orbus, ut qui, cum esset quatuor annos natus, oculos amiserit, ut ipse mihi narravit: et neque litteras didicit, neque ventitavit ad præceptores (habebat enim secundum naturam magistram firmam ac validam, propriam conscientiam). Tanta autem spiritalis cognitionis fuit exornatus gratia, ut revera impleretur in eo quod scriptum est: *Dominus illuminat cæcos*[68]. Vetus enim et Novum Testamentum interpretabatur ad verbum. Dogmata autem subtiliter, et tam strenue exponebat, ut omnes veteres scientia superarit. Is cum aliquando me cogeret in cella facere orationem, ego autem nollem, mihi dixit narrans: « Ter in hanc cellam ingressus est beatus Antonius ut me viseret: qui a me rogatus ut faceret orationem, statim genuflexit in hac cella neque commisit, ut quod dixeram iterum repeterem, re ipsa quidem docens in obedientia. Quare si tu quoque ejus vitæ vestigia sequeris ut qui sis monachus, et hospes ob virtutem, omnem depone contentionem ». Hic ipse hoc quoque mihi narravit. « Cum quadam die, aiebat, de vita miseri Juliani imperatoris, utpote persecutoris, essem sollicitus, et animo angerer; accidit ut propter

[68] Psal. CXLV, 8

Digitized by Google Распознавание текста

hanc sollicitudinem, ad vesperam usque seram nihil comederem : et cum in sedili sederem, me somnus opprimeret, et viderem in exstasi equos albos cum insessoribus percurrentes, et annuntiantes : Dicite Didymo : Hodie hora septima mortuus est Julianus. Surge ergo, et comede : et quod tu scis, domum mitte ad episcopum Athanasium, ut ille quoque sciat. » Notavi autem, inquit, et horam, et diem, et hebdomadam, et mensem; et sic inveni.

Ὁ αὐτὸς [*cod. Nan. addit*, οὗτος] διηγήσατό μ καὶ τοῦτο, ὅτι « Ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν φροντίζοντός μ περὶ τῆς ζωῆς Ἰουλιανοῦ τοῦ ἀθλίου βασιλέως διώκτου, καὶ ἀδημονοῦντός μου, ἔτυχέ ποτε ἄχρ ἐσπέρας βαθείας μηδενὸς γεύσασθαί με, ἔνεκεν τ της τῆς φροντίδος· καὶ καθεζομένου μου ἐν τῷ θρ νῳ, κατενεχθῆναι ὕπνῳ, καὶ ἰδεῖν ἐν ἐκστάσει ἵππου λευκοὺς διατρέχοντας μετὰ τῶν ἐπιβατῶν καὶ κηρύ τοντας· Εἴπατε Διδύμῳ· Σήμερον ἑβδόμην ὥρα [*cod. Nan.*, ἑβδόμῃ ὥρᾳ] ἐτελεύτησεν Ἰουλιανό Ἀναστὰς οὖν φάγε σὺ, καὶ γνῶσιν ἀπόστειλον τῷ ἐπισκόπῳ Ἀθανασίῳ ἐν τῇ οἰκείᾳ, ἵνα κἀκεῖνος γν περὶ τούτου. » Καὶ ἐσημειωσάμην, φησὶ, καὶ τὴν ὥραν, καὶ τὴν ἡμέραν, καὶ τὴν ἑβδομάδα, καὶ τὸν μῆνα καὶ εὕρηται οὕτως.

Ibidem cap. 4, *pag.* 905.

Narravit autem mihi quoque hic beatus de quadam ancilla nomine Alexandra, quæ, etc.

Διηγήσατό μοι Δίδυμος ὁ συγγραφεὺς [*codex Na nianus habet*. Ὁ μακάριος οὗτος διηγήσατό μοι περὶ παιδίσκης τινὸς ὀνόματι Ἀλεξάνδρας· ἥτις κ. τ. λ.

Ibidem cap. 12, *pag.* 914.

Vetus autem et Novum Testamentum dicebat memoriter; et in doctorum virorum Origenis, et Didymi, et Pierii, et Stephani scriptis ita erat versatus, ut sexagies centena millia versuum proferret.

Παλαιὰν δὲ καὶ Καινὴν Γραφὴν ἀπεστήθισεν· κα ἐν συγγράμμασιν ἀνδρῶν λογάδων Ὠριγένους τ καὶ Διδύμου [*voces*, καὶ Διδύμου, *desunt in codice Naniano*], καὶ Πιερίου, καὶ Στεφάνου διῆλθεν μυριά δας ἑξακοσίας.

Apud Rosveydum in Vitis Patrum *cum duplex sit* Historiæ Lausiacæ editio, *una longior, brevior altera, in breviori hæc leguntur pag.* 986 :

In sanctis Patribus Didymus fuit sacrorum expositor librorum, qui multos libros ex divinis Scripturis exposuit. Hic absque oculis fuit, cujus et notitiam habui. Hic septuaginta quinque annorum defunctus est. Iste cæcus cum esset, ut ipse mihi narravit, quatuor annorum in infantia visum amiserat, nec litteras noverat, neque apud magistros fuit. Habuit autem naturalem magistrum robustissimum propriam conscientiam; qui tanta gratia ornabatur scientiæ, ut Vetus et Novum Testamentum interpretaretur ad verbum. Liberale autem studium ita exsecutus est subtiliter, et minutissime exponens sermonem, ut omnes superaret antiquos scientia. Compellebat autem me ut in cella ejus facerem orationem. Et non acquiescente me, dicebat mihi, referens : « Quia in cellulam istam tertio ingressus est beatus Antonius, visitans me : et deprecatus a me, ut orationem faceret, statim inclinavit genua in hoc domicilio, et non compulit me repetere sermonem, erudiens me ad obedientiam. » Narravit autem mihi et hoc : « Quia cum essem sollicitus propter vitam Juliani imperatoris miserabilis, et nimis tristarer, quadam die usque ad alteram vesperam non gustavi panem propter sollicitudinem. Et evenit, et in cathedra sedente me, oppressus somno video in excessu equos albos discurrentes, cum sessoribus dicentibus : Dicite Didymo, quia hodie hora diei septima mortuus est Julianus : Surge ergo, comede, et mitte, et nuntia hoc Athanasio episcopo, ut et ille noverit. » Et annotavi statim horam, mensem, et septimanam, et diem : inventumque est ita, quemadmodum oppresso somno videbatur. Retulit autem et mihi de ancilla cujusdam, etc.

XIII

Auctor operis, quod inscribitur falso : Ἱερωνύμου ἡ κατ' Αἴγυπτον τῶν μοναχῶν ἱστορία, id est, Historia monachorum Ægyptiorum, *auctore Hieronymo* (*quod opus Montfauconius in* Bibliotheca Coisliniana, *pag.* 138, *testatur exstare in codice* 83 ejus Bibliothecæ) *describens Vitas sanctorum Patrum, teste eodem Montfauconio, inter cæteros vitam quoque scribit* alterius Didymi oculatissimi.

XIV.

Paulus Orosius (*qui scripsit, ut putat vir clariss. Vallarsius, commentarium in* prophetas minores tres *Osee, Joel, et Amos, inter annum* 420, *et* 430) *tom.* I Operum *Rufini ed. Veron. pag.* 394, *in* Prologo *Didymum respicere videtur, dum hæc scribit :*

Apud Græcos, et apud Syros exstitere nonnulli, qui scripta eorum (nempe duodecim prophetarum) disserere niterentur.

Et lib. I *ejusdem commentarii pag.* 395.

Non me autem fugit quanta doctorum hominum fuerit in loci istius opinione contentio, ita ut regiones integræ super ejus assertione dissentiant. Nam Palæstina et Ægyptus, aliique omnes, qui Origenis auctoritate plurimum cominoventur, conjugium istud ab Osee propheta negant corporaliter institutum. Sed quomodo pleraque prophetis in spiritu gesta narrantur, ita has aiunt cum meretrice nuptias in verbo tantum fuisse completas.

XV.

S. Cyrillus Alexandrinus, libro primo in Julianum (*anno circiter* 433 *scripto*) *Didymum imitatus esse videtur, pag.* 31 *et* 33, *editionis Lipsiensis anni* 1696. *Lege pag.* 105, *et* 301 *et sqq. lib.* III De Trinitate *in hoc volumine.*

XVI.

Socrates (*qui* Historiam ecclesiasticam *scripsit post annum* 439) *lib.* IV, *cap.* 24, 25 *et* 26.

Cum igitur imperator Valens lege lata præcepisset, ut orthodoxi tam qui Alexandriæ, quam qui in reliqua Ægypto erant, fugarentur, vastata protinus ac subversa sunt omnia.... Sub idem tempus

Τοῦ τοίνυν βασιλέως Οὐάλεντος νόμῳ κελεύσαντος διώκεσθαι τούς τ' ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τοὺς κατ' Αἴγυπτον, πάντα ἐπορθεῖτο καὶ ἀνετρέπετο ... Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ ἕτερον ἄνδρα πιστὸν ἔδειξεν

Digitized by Google Распознавание текста

ὁ Θεὸς, δι' αὐτοῦ μαρτυρηθῆναι δικαιώσας τὴν πίστιν. Δίδυμος γὰρ ἀνὴρ θαυμαστὸς καὶ ἐλλόγιμος, κατὰ τὸν αὐτὸν ἤνθησε χρόνον, πάσῃ διαπρέψας παιδεύσει. Οὗτος κομιδῇ νέος ὢν, καὶ τὰ πρῶτα τῶν γραμμάτων στοιχεῖα μαθὼν, τῷ τῆς ὀφθαλμίας περιέπεσε πάθει· καὶ κακῶς διατεθεὶς, τὸ ὁρατικὸν ἀπέβαλεν. Ὁ Θεὸς δὲ αὐτῷ ἀντὶ τῶν αἰσθητῶν ὀφθαλμῶν παρέσχε τοὺς νοητούς· ἃ γὰρ δι' ὀφθαλμῶν παιδευθῆναι οὐκ ἴσχυσε, ταῦτα δι' ἀκοῆς ἐξεμάνθανε. Ἐκ παιδὸς γὰρ ὢν εὐφυὴς, καὶ ψυχῆς λαχὼν ἀγαθῆς, ἐνίκα τοὺς εὐφυεῖς καὶ ὀξύτατα βλέποντας. Γραμματικῆς τε γὰρ τοὺς κανόνας ῥᾳδίως κατώρθου, καὶ ῥητορικῆς πάλιν θᾶττον ἐλάμβανεν. Ἐλθὼν δὲ ἐπὶ τὰ φιλόσοφα, θαυμαστῶς πως καὶ τὴν διαλεκτικὴν ἐξέμαθε, καὶ ἀριθμητικήν τε καὶ μουσικὴν, καὶ τὰ ἄλλα τῶν φιλοσόφων μαθήματα ἐν τῇ ψυχῇ κατέθετο, ὡς προθύμως αὐτὸν ἅπαντᾶν πρὸς τοὺς ταῦτα δι' ὀφθαλμῶν κατορθώσαντας. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖα λόγια Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης οὕτως ἀκριβῶς ἐγνώκει, ὥστε πολλὰ μὲν ἐκδοῦναι βιβλία· ὑπαγορεῦσαι δὲ καὶ τὰ *Περὶ Τριάδος* τρία βιβλία· ἑρμηνεῦσαι δὲ καὶ τὰ *Περὶ ἀρχῶν* Ὠριγένους· *Ὑπομνήματά* τε ἐκδοὺς εἰς αὐτὰ, δι' ὧν συνίστησιν, ὡς εἴη ἄριστα γεγραμμένα. Καὶ μάτην ἐρεσχελοῦσιν οἱ κατηγορεῖν τὸν ἄνδρα καὶ τὰ βιβλία διασύρειν σπουδάζοντες· μὴ δὲ γὰρ αὐτοὺς δύνασθαί φησιν ἐλεῖν τὴν τοῦ ἀνδρὸς σύνεσιν. Εἴ τις οὖν τὴν πολυμαθῆ καὶ τὸ διάπυρον τῆς ψυχῆς Διδύμου γνῶναι προῄρηται, ἐντυχὼν τοῖς πεπονημένοις αὐτῷ βιβλίοις μαθήσεται τοῦτο. Λέγεται καὶ Ἀντώνιον ἤδη πρότερον κατὰ τὸν Οὐάλεντος χρόνον, ὅτε διὰ τοὺς Ἀρειανοὺς ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἐκ τῆς ἐρήμου κατῆλθεν, ἐντυχεῖν τῷ Διδύμῳ, καὶ μαθόντα τὴν τοῦ ἀνδρὸς σύνεσιν, εἰπεῖν πρὸς αὐτόν· « Μηδέν, ὦ Δίδυμε, ταραττέτω σε ἡ τῶν αἰσθητῶν ὀφθαλμῶν ἀποβολή· τοιοῦτοι γάρ σοι λείπουσιν ὀφθαλμοὶ, οἷς καὶ μυῖαι καὶ κώνωπες βλέψαι ἰσχύουσιν· χαῖρε δὲ ὅτι ἔχεις ὀφθαλμοὺς, οἷς καὶ ἄγγελοι βλέπουσι, δι' ὧν καὶ ὁ Θεὸς θεωρεῖται, καὶ τὸ αὐτοῦ φῶς καταλαμβάνεται. » Ταῦτα μὲν ἤδη πρότερον παρὰ τοῦ θεοφιλοῦς Ἀντωνίου πρὸς Δίδυμον εἴρητο· τότε δὲ μέγιστος συνήγορος τῆς οἰκείας πίστεως ἐφαίνετο Δίδυμος, πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς ἁπάντων, καὶ σοφίσματα ἀναλύων αὐτῶν, καὶ τοὺς κιβδήλους καὶ δολεροὺς αὐτῶν λόγους ἐξελέγχων. Ἀλλὰ Δίδυμον μὲν τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀρειανίζουσιν ἡ τοῦ Θεοῦ ἀντέταξε πρόνοια· ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν Βασίλειόν τε τὸν Καισαρέα, καὶ Γρηγόριον τὸν Ναζιανζηνόν.

alium quoque fidelem virum Deus in medium produxit, eo consilio, ut fides testimonio et assertione ejus roboraretur. Didymus enim, vir plane admirabilis ac disertissimus, per id temporis in omni genere doctrinæ florebat. Hic admodum adolescens, cum jam prima litterarum elementa didicisset, in morbum oculorum incidit.: quo quidem graviter vexatus, videndi facultatem penitus amisit. Verum Deus pro corporalibus oculis spiritales ei largitus est. Nam ea, quæ oculorum visu percipere non poterat, didicit audiendo. Cum enim a puero egregia esset indole, et excellenti ingenio præditus, æquales suos, qui oculorum acie pollebant, longe superavit. Quippe et grammaticæ præcepta facile addidicit, et rhetoricæ multo adhuc celerius. Inde ad philosophiam transgressus, admirabili facilitate dialecticam, arithmeticam et musicam perdidicit, et reliquas philosophorum disciplinas adeo penitus in animo suo recondidit, ut adversus illos, qui eas artes oculorum beneficio perceperant, prompte atque alacriter disputaret. Sed et divina oracula, quæ tam in Vetere, quam in Novo Testamento continentur, adeo perfecte norat, ut multos in ea conscriberet libros; ac præterea *De Trinitate* tres libros dictavit : et Origenis libros *De principiis* interpretatus est, editis in eos commentariis, quibus illos recte scriptos esse asserit, frustraque contendere eos, qui virum illum accusare, et libros ejus calumniari conantur : neque enim excellentem hominis sapientiam, inquit, intelligentia assequi possunt. Si quis igitur multiplicem Didymi eruditionem, et animi ejus ardorem cognoscere desiderat, id ex libris, qui ab illo sunt elaborati, facile perspiciet. Cum hoc Didymo Antonius monachus diu ante Valentis tempora collocutus esse dicitur, tunc cum propter Arianos, relicta solitudine, venit Alexandriam; perspectaque hominis doctrina, hæc ei dixisse : « Nihil te moveat, o Didyme, jactura corporalium oculorum. Ejusmodi enim oculis orbatus es, quibus et muscæ, et culices videre possunt. Gaude potius, quod illos habeas oculos, quibus angeli vident; quibus Deus cernitur, et lux ejus comprehenditur. Et istud quidem diu ante hæc tempora ab Antonio dictum est Didymo. Tunc vero maximus fidei patronus, ac propugnator Didymus habebatur, quippe qui adversus Arianos validissime disputaret, eorumque sophisticas cavillationes dissolveret, et falsos, ac fraudulentos eorum sermones refelleret. Ac Didymum quidem Arianis, qui Alexandriæ erant, divina opposuit providentia : in aliis autem civitatibus Basilium Cæsariensem, et Gregorium Nazianzenum.

XVII.

Sozomenus (qui anno circiter 450 obiit) lib. III Historiæ eccles., *cap.* 15.

Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ Δίδυμος ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς διέπρεπε, προϊστάμενος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοῦ ἱεροῦ διδασκαλείου τῶν ἱερῶν μαθημάτων. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ παντοδαπὴ σοφία ᾤκει, ποιηταί τε καὶ ῥήτορες, ἀστρονομία τε καὶ γεωμετρία, καὶ ἀριθμοὶ, καὶ δόξαι φιλοσόφων. Πάντων δὲ νῷ μόνῳ καὶ ἀκοῇ εἴδησιν ἐκτήσατο· νέος γὰρ ἔτι τυφλὸς ἐγένετο ἐν τῇ πρώτῃ πείρᾳ τῆς μαθήσεως τῶν στοιχείων. Ἤδη δὲ εἰς ἐφήβους τελῶν, ἐπεθύμησε λόγων καὶ παιδείας· καὶ τοῖς ταῦτα διδάσκουσι φοιτῶν, ἠκροᾶτο μόνον· καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἦλθε σοφίας, ὡς καὶ τῶν ἐν τοῖς μαθήμασι σκολιῶν θεωρημάτων ἐφικέσθαι. Λέγεται δὲ τοὺς χαρακτῆρας τῶν γραμμάτων, σανίδι καταχαραχθέντας εἰς βάθος, ἐκμαθεῖν, ταῖς δακτύλοις ἁπτόμενος· συλλαβὰς δὲ καὶ ὀνόματα καὶ τὰ ἄλλα ἐφεξῆς, καταλήψει νοῦ, καὶ συνεχεῖ ἀκροάσει, καὶ ἀναμνήσει τῶν ἀκοῇ θηρωμένων. Ἦν δὲ οὐ τὸ τυχὸν θαῦμα· καὶ πολλοὶ κατὰ κλέος τοῦ ἀνδρὸς εἰς Ἀλεξάνδρειαν παρεγίνοντο, οἱ μὲν αὐτοῦ ἀκουσόμενοι, οἱ δὲ, ἱστορήσαντες [*f.* ἱστορήσαντες] μόνον. Ἐλύπει δὲ οὐ μετρίως τοὺς Ἀρείου, τῷ δόγματι τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου συνιστάμενος. Ἔπιθε γὰρ ῥᾳδίως, οὐ βίᾳ λόγων τοῦτο ποιεῖν δο-

Sub idem tempus Didymus quoque ecclesiasticus scriptor floruit, scholæ sacrarum disciplinarum in urbe Alexandrina præfectus. Hic omnis generis scientia pectus suum impleverat. Nam et poetas, et oratores; geometriam item, astronomiam, et arithmeticam, et philosophorum opiniones callebat. Harum autem omnium rerum notitiam sola mente, atque auditione erat assecutus. Etenim adhuc puer, cum prima elementa disceret, luminibus orbatus est. Postea vero pubertatis annos ingressus, liberalium disciplinarum cupiditate exarsit : earumque doctores frequentans, aures tantum commodabat. Tantum tamen in omni eruditione profecit, ut difficillima quoque mathematicæ theoremata perceperit. Fertur autem litterarum formas in tabula altius incisas, digitis solum pertractando didicisse; syllabas item, et nomina, ac reliqua deinceps, sola mentis comprehensione, et assidua auditione, rerumque, quas audiverat, recordatione percepisse. Fuit autem non vulgare miraculum. Multique fama ejus impulsi, Alexandriam se contulerunt, alii ejus audiendi, alii tantum visendi causa. Cæterum Arianos non mediocri dolore afficiebat, dum synodi

Digitized by Google Распознавание текста

Nicænæ doctrinam assereret. Persuadebat enim facillime; idque non sermonum violentia, sed pro ea, qua valebat, persuadendi facultate, unumquemque illorum velut arbitrum controversiæ constituens. Omnes autem Catholici singulari benevolentia eum amplectebantur. Sed et monachorum agmina in Ægypto degentium, eum magnopere laudabant, et magnus ille Antonius. Quem quidem ferunt, cum Alexandriam eo tempore venisset, ut Athanasii fidem suo testimonio comprobaret, Didymo hæc dixisse : « Non est grave, nec dolendum, o Didyme, quod oculis careas, quibus lacertæ, mures, et vilissima prædita sunt animalia. Sed beatum potius, et jucundum est, quod perinde atque angeli, oculos habeas, quibus Deum perspicue contemplaris, et veram notitiam exacte percipis. »

κῶν· ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἄγαν πειθοῦς, ἕκαστον αὐτῶν οἱονεὶ κριτὴν καθίστη τῶν ἀμφιβόλων. Τοῖς δὲ ἀπὸ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας περισπούδαστος ἦν. Ἐπῄνει δὲ αὐτὸν καὶ τὰ τάγματα τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μοναχῶν, καὶ Ἀντώνιος ὁ μέγας· ὃν φασι τότε ἐπὶ μαρτυρίᾳ τῆς Ἀθανασίου πίστεως ἐκ τῆς ἐρήμου παραγενόμενον εἰς Ἀλεξάνδρειαν, τάδε πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν· « Οὐ χαλεπὸν, οὐδὲ λύπης ἄξιον, ὦ Δίδυμε, ὀφθαλμῶν ἀπορεῖν σε, ὧν μέτεστι σαύραις καὶ μυσὶ καὶ τοῖς εὐτελέσι ζώοις· μακάριον δὲ καὶ χαρίεν. ὅτι παραπλησίως ἀγγέλοις τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχεις, δι' ὧν τρανῶς τὸ θεῖον κατανοεῖς, καὶ τὴν ἀληθῆ γνῶσιν ἀκριβῶς ὁρᾷς. »

Et lib. VI *cap.* 2.

Eodem die Didymus quoque ecclesiasticus philosophus Alexandriæ degens, cum, utpote imperatore adversus religionem peccante, gravissimo dolore afficeretur, tum propter ipsum vano errore deceptum, tum ob contumeliam Ecclesiarum, jejuniis et orationibus vacabat. Cumque præ nimia sollicitudine ne superveniente quidem nocte cibum sumpsisset, in cathedra sedens somno oppressus est. Ac velut in mentis excessu positus, equos candidos per aerem discurrentes videre sibi visus est, virosque ipsis insidentes, ita clamantes audire : « Nuntiate Didymo hodie Julianum hac ipsa hora peremptum esse; idque ille Athanasio episcopo significet, et surgens comedat. » Et hæc quidem tum a familiari Juliani, tum a Didymo philosopho visa fuisse accepi. Et neuter eorum in iis, quæ viderat, a vero aberravit, sicut postea patefactum est.

Κατ' ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν καὶ Δίδυμος ὁ ἐκκλησιαστικὸς φιλόσοφος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατρίβων, οἷά γε τοῦ βασιλέως εἰς τὴν θρησκείαν διασφαλέντος, περίλυπος ὢν, διά τε αὐτὸν ὡς πεπλανημένον, καὶ διὰ τὴν καταφρόνησιν τῶν Ἐκκλησιῶν, ἐνήστευέ τε καὶ τὸν Θεὸν περὶ τούτου ἱκέτευεν. Ὑπὸ δὲ τῆς μεριμνης, οὐδὲ τῆς νυκτὸς ἐπιγενομένης μεταλαβὼν τροφῆς, ἐπὶ θρόνου καθεζόμενος, εἰς ὕπνον ἠνέχθη· καὶ ὡς ἐν ἐκστάσει γεγονὼς, ἔδοξεν ὁρᾶν ἵππους λευκοὺς ἐν τῷ ἀέρι διατρέχοντας· τοὺς δὲ ἐπ' αὐτῶν ὀχουμένους κηρύττειν, « Ἀγγείλατε Διδύμῳ, σήμερον περὶ τήνδε τὴν ὥραν Ἰουλιανὸν ἀνῃρῆσθαι· καὶ Ἀθανασίῳ τῷ ἐπισκόπῳ τοῦτο μηνυσάτω· καὶ ἀναστὰς ἐσθιέτω. » Καὶ ἃ μὲν τεθέαται ὅ τε Ἰουλιανοῦ οἰκεῖος καὶ ὁ φιλόσοφος, ὧδε γενέσθαι ἐπυθόμην· καὶ οὐδέτερος ἐν οἷς τεθέατο, τῆς ἀληθείας διήμαρτεν, ὡς ἐμηνύθη ὕστερον.

XVIII.

Theodoretus in Historia eccles. (*anno* 450 *scripta*), *lib.* IV, *cap.* 26, *pag.* 70 *tomi III Operum editionis anni* 1642.

Per idem tempus, Edessæ quidem Ephræm admirabilis, Alexandriæ vero florebat Didymus; uterque adversus dogmata veritati contraria libros conscribens. Et Ephræm quidem, Syrorum utens lingua, spiritalis gratiæ radios diffundebat..... Didymus vero, cum a puero luminibus orbatus fuisset, poeticam nihilominus, ac rhetoricam artem didicit. Arithmeticam præterea, ac geometriam, et astronomiam; Aristotelis syllogismos, et Platonis facundiam aurium sensu percepit, non tanquam disciplinas, quæ veritatem docerent, sed velut tela, quibus veritas adversus mendacium uti potest. Sacræ quoque Scripturæ non litteras solum, sed et illarum sensus edidicit. Inter monachos igitur, et virtutis studiosos cultores, isti, quos diximus, tunc temporis enituere. Inter episcopos vero etc.

Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, ἐν Ἐδέσσῃ μὲν Ἐφραὶμ ὁ θαυμάσιος, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ διέπρεπε Δίδυμος, κατὰ τῶν ἀντιπάλων τῆς ἀληθείας δογμάτων συγγράφοντες. Καὶ οὗτος μὲν τῇ Σύρων κεχρημένος φωνῇ, τῆς πνευματικῆς χάριτος τὰς ἀκτῖνας ἤφιει. . . . Ὁ δὲ Δίδυμος, παιδόθεν τῆς ὀπτικῆς ἐστερημένος αἰσθήσεως, καὶ ποιητικῶν καὶ ῥητορικῶν μετέλαχε παιδευμάτων· ἀριθμητικῆς τε καὶ γεωμετρίας, καὶ ἀστρονομίας, καὶ τῶν Ἀριστοτέλους συλλογισμῶν, καὶ τῆς Πλάτωνος εὐεπείας, διὰ τῶν ἀκοῶν εἰσεδέξατο τὰ μαθήματα, οὐχ ὡς ἀλήθειαν ἐκπαιδεύοντα, ἀλλ' ὡς ὅπλα τῆς ἀληθείας κατὰ τοῦ ψεύδους γιγνόμενα. Καὶ μέντοι καὶ τῆς θείας Γραφῆς μεμάθηκεν οὐ μόνον τὰ γράμματα, ἀλλὰ καὶ τὰ τούτων νοήματα. Ἐν μὲν οὖν ἀσκηταῖς καὶ τῆς ἀρετῆς φροντισταῖς, οὗτοι κατ' ἐκεῖνον διέλαμπον τὸν καιρόν. Ἐν ἐπισκόποις δὲ, κ. τ. λ.

XIX.

Faustus Rejensis (*qui anno* 455 *episcopus ordinatus est*) *epist.* 10, *tom.* I Lectt. Antiqq. *Canisii pag.* 364 *editionis Basnagii.*

Legimus enim in quodam receptissimo Patrum tractatu : *Ingredi*, inquit, *et imolere omnia soli est possibile Trinitati.*

XX.

Gennadius (*vel Massiliensis, qui obiit anno* 492, *vel, juxta Ratramnum, Constantinopolitanus episcopus, qui anno* 458 *successit Anatolio*) *in libro* De ecclesiasticis dogmatibus, *cap.* 20, *tom. VIII* Operum *S. Augustini, pag.* 78 *Appendicis.*

Non est tertius in substantia hominis spiritus, sicut Didymus contendit. Sed spiritus ipsa est anima, pro spiritali natura, vel pro eo quod spiret in corpore, spiritus appellatus. Anima vero ex eo vocatur, quod ad vivendum, vel ad vivificandum animet corpus. Tertium vero, qui ab Apostolo cum anima et corpore inducitur, spiritum gratiam sancti Spiritus esse intelligamus, quam orat Apostolus ut integra perseveret in nobis [69], ne nostro vitio aut minuatur, aut fugetur a nobis; quia Spiritus sanctus effugiet fictum [70].

XXI.

Vetustus auctor Vitæ S. Hieronymi (*quem Gennadium esse censent Mabillonius, et Martianæus, Vallarsius*

[69] I Thess. v, 23. [70] Sap. I, 5.

Digitized by Google Распознавание текста

...men octavo aut nono sæculo floruisse putat) tom. XI Operum *S. Hieronymi, editionis Veronensis pag.* 248.

Sicut et de Spiritu sancto Didymi videntis librum in Latinam transtulit (Hieronymus) linguam.

XXII.

S. Gelasius (anno 496 *pontifex electus) in cap.* Sancta Romana, *dist.* 15.

Illa sentimus, quæ prædictum B. Hieronymum sentire cognoscimus : et non solum de Rufino, sed etiam de universis, quos vir sæpius memoratus zelo Dei, et fidei religione reprehendit.

XXIII

...eannes Procopius Gazæus (qui vixit sæculo v *exeunte, et sexto ineunte, circa ann.* 520 *clarus) opus confecit, in quo Didymi loca afferuntur, quodque in codice Græco* 22, *bibliothecæ Venetæ S. Marci sic inscribitur :*

Εἰς τὸν Ἐκκλησιαστήν. *Προκοπίου Χριστιανοῦ σοφιστοῦ ἐξηγητικῶν ἐκλογῶν ἐπιτομὴ, ἀπὸ φωνῆς Γρηγορίου Νύσσης, καὶ Διονυσίου Ἀλεξανδρέως, Ὠριγένους, Εὐαγρίου, Διδύμου, Νείλου, καὶ Ὀλυμπιοδώρου.*

In Ecclesiastem. *Procopii Christiani sophistæ exegeticarum eclogarum epitome excerptarum ab ore Gregorii Nysseni, et Dionysii Alexandrini, Origenis, Evagrii, Didymi, Nili, et Olympiodori.*

XXIV.

Cosmas Indicopleustes (qui anno circiter 540 *scripsit) in* Topographia Christiana, *lib.* VII, *pag.* 292.

Καὶ πάντες δὲ οἱ ὑπομνηματίσαντες τὰς θείας Γραφὰς, οὔτε εἷς αὐτῶν λόγον ἐποιήσατο τῶν καθολικῶν [Ἐπιστολῶν].

Certe nemo ex iis, qui in divinas Scripturas commentaria ediderunt, catholicarum Epistolarum ullam rationem habuit.

XXV.

Cassiodorus in Historia tripartita (*quam scripsit anno* 545), *libro* VIII, *cap.* 1, *pag.* 300, *tom. I editionis Venetæ anni* 1729.

Hæc igitur Evagrius in libro suo *Actuali* commemoravit. In *Contemplativo* autem hæc dicit.... Maximus contemplationum doctor Didymus ait : « De Providentia, atque judicio apud temetipsum semper exerce sermones, et studiorum materiam memoria retine : pene enim omnes in his peccamus : rationemque judicii in corporum differentia, in qua etiam est mundus, invenies; Providentiæ vero, in modis quibus a malitia, vel ignorantia ad virtutes atque scientiæ culmen evehitur. Hæc autem ex Evagrii dictis retulimus.

Et cap. 7 *et* 8 *ejusdem libri, pag.* 304.

Cum igitur imperator Valens lege præcepisset persequendos esse in Alexandria et Ægypto cunctos orthodoxos, omnia vastabantur.... Sic igitur propter consubstantialitatis fidem, viri admirabiles probabiliores effecti sunt, aliosque sanantes, firmiorem operibus ostenderunt fidem. Eo siquidem tempore virum alium fidelem produxit Deus, ut per eum fidei testimonium perhiberet, Didymum mirabilem virum, qui omni tunc doctrina florebat. Is cum parvus adhuc prima litterarum elementa doceretur, passione oculorum perdidit visum. Cui Deus pro visibilibus oculis intelligibiles condonavit. Nam quod per oculos doceri non potuit, auditu vigilanti cognovit. Qui dum a puero fuisset ingeniosus, vincebat etiam acute conspicientes. Facile namque regulas grammaticæ, atque rhetoricæ artis didicit. Cumque venisset ad philosophiam, mirabiliter dialecticam, arithmeticam, musicam, aliasque philosophiæ disciplinas didicit, animoque recondidit; ita ut celeriter obviaverit eis, qui oculis inspectoribus talia didicissent. Sed etiam Vetus, Novumque Testamentum adeo perfecte cognovit, ut multos ederet libros. Qui et de Trinitate tres libros fecit, et Origenis opus *De principiis*, id est, *Περὶ ἀρχῶν* interpretatus, in eis explanationes reliquit eximias. Fertur enim, cum Antonius, Valentis tempore, propter Arianos venisset in Alexandriam, vidisse Didymum, eique dixisse : « Non te conturbet, o Didyme, amissio sensibilium oculorum : tales etenim oculi tibi desunt, quibus et muscæ, et pulices noscere possunt. Sed gaude potius, quoniam habes oculos, quibus etiam angeli contuentur, per quos videtur Deus, et ejus lumen inspicitur. Didymus ab infantia privatus oculis, grammaticam, rhetoricam, arithmeticam, geometriam, et astronomiam, et syllogismos Aristotelis, et eloquentiam Platonis auditu didicit; non quasi hæc veritatem erudirent, sed tanquam adversus mendacium arma veritatis exsisterent.

Et in libro De institutione divinarum litterarum, *cap.* 5, *pag.* 512, *tom.* II.

Quintus codex est Salomonis, cujus primum librum, qui appellatur Proverbia, quadrifaria reperi divisione partitum.... In quo libro Didymum expositorem in Græca lingua reperimus, qui ab amico nostro viro disertissimo Epiphanio in Latinum sermonem diligentissime, Domino juvante, translatus est. Quem Didymum, quamvis carne cæcum, merito beatus Antonius Pater monachorum prophetali lumine vocavit videntem, quando perspicuo corde conspexit, quod corporeis oculis non valet intueri. Mirum est enim dicere, quantis disciplinis, atque artibus audiendo imbutus fuerit, qui ipsos apices quoque litterarum privatus carnali lumine nequibat inspicere. Quod mihi pene impossibile, fateor, videbatur esse, cum legerem : nisi de partibus Asiæ quemdam ad nos venire Eusebium nomine contigisset, qui se infantem quinque annorum sic cæcatum esse narrabat, ut sinistrum ejus oculum fuisse excavatum, orbis profundissimus indicaret : dexter vero globus vitreo colore confusus, sine videndi gratia infructuosis nisibus volvebatur. Hic tantos auctores, tantos libros in memoriæ suæ bibliotheca condiderat, ut legentes probabiliter admoneret, in qua parte codicis quod prædixerat, invenirent.... Quid plura? Fecit credi de Didymo, quem suo præsentabat officio (*alii legunt*, exemplo).

Et capite 8 *ejusdem libri, pag.* 514.

Sed cum de reliquis canonicis Epistolis magna nos cogitatio fatigaret, subito nobis codex Didymi Græco stylo conscriptus in expositionem septem canonicarum Epistolarum, Domino largiente, concessus est, qui ab Epiphanio viro disertissimo, divinitate juvante, translatus est.

Digitized by Google Распознавание текста

XXVI.

Quinta synodus œcumenica (habita anno 553) in Actis, quæ exstant, nusquam Didymum memorat : tantum collatione 8, can. XI, hæc leguntur

Si quis non anathematizat Arium . . . et Origenem . . . et alios omnes hæreticos . . . et eos qui similia prædictis hæreticis sapuerunt vel sapiunt, et usque ad mortem in sua impietate permanserunt, talis anathema esto.

Εἴ τις μὴ ἀναθεματίζει Ἄρειον . . . καὶ Ὠριγένην . . . καὶ τοὺς ἄλλους πάντας αἱρετικοὺς . . . καὶ τοὺς τὰ ὅμοια τῶν προειρημένων αἱρετικῶν φρονήσαντας, ἢ φρονοῦντας, καὶ μέχρι τέλους τῇ οἰκείᾳ ἀσεβείᾳ ἐμμείναντας· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

XXVII.

Barsanuphius (qui scripsit anno circiter 550) seu potius auctor opusculi a Montfauconio in Bibliotheca Coisliniana *pag. 394 editi, quod sic inscribitur : Διδασκαλία τοῦ ἁγίου Βαρσανουφίου ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ ἐπισκόπου Γάζης περὶ τῶν Ὠριγένους, Εὐαγρίου, καὶ Διδύμου φρονημάτων, id est,* Doctrina sancti Barsanuphii, sub Aureliano, episcopo Gazæ, circa opiniones Origenis, Evagrii et Didymi.

Frater quidam interrogavit sanctum senem abbatem Barsanuphium his verbis : « Nesclo, Pater, quo pacto inciderim in libros Origenis, et Didymi, et in *Gnostica* Evagrii, necnon in ejus disciplinæ instituta. Dicunt autem hominum animas non fuisse creatas cum corporibus; sed ipsis præexstitisse, nudasque intelligentias fuisse, id est, incorporeas; similiterque angelos nudas intelligentias fuisse, dæmonasque item nudas intelligentias; atque homines, sive hominum animas ad hujus corporis (animationem) damnatas fuisse; angelos vero ideo angelos factos esse, quod sese conservaverint; dæmonas ex multa nequitia tales effectos esse. Aliaque bene multa similia dicunt illi. Itemque aiunt fore ut futurum illud supplicium finem habeat; itemque futurum esse, ut homines, angeli, et dæmones revertantur, ut prius erant, nudæ intelligentiæ : quod vocant *restitutionem*.

Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν ἅγιον γέροντα τὸν ἀββᾶν Βαρσανούφιον, λέγων· « Οὐκ οἶδα, Πάτερ, πῶς ἐνέπεσα εἰς τὰ βιβλία τοῦ Ὠριγένους, καὶ Διδύμου, καὶ εἰς τὰ *Γνωστικὰ* Εὐαγρίου, καὶ εἰς τὰ τῶν μαθημάτων αὐτοῦ· καὶ λέγουσιν ὅτι οὐκ ἐδημιουργήθησαν αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ μετὰ τῶν σωμάτων, ἀλλὰ προῦπῆρχον αὐτῶν νόες γυμνοὶ οὖσαι, τουτέστιν ἀσώματοι. Ὁμοίως καὶ οἱ ἄγγελοι νόες γυμνοὶ ἦσαν, καὶ οἱ δαίμονες νόες γυμνοὶ ἦσαν. Καὶ οἱ μὲν ἄνθρωποι παραβάντες, κατεδικάσθησαν εἰς τὸ σῶμα τοῦτο. Οἱ δὲ ἄγγελοι γεγόνασιν ἄγγελοι, τηρήσαντες ἑαυτούς· οἱ δὲ δαίμονες ἀπὸ πολλῆς κακίας, τοιοῦτοι γεγόνασιν· καὶ ὅσῳ [*lege* ὅσα] ἄλλα λέγουσιν τοιαῦτα. Καὶ πάλιν, ὅτι δεῖ μέλλουσαν κόλασιν τέλος λαβεῖν· καὶ ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ οἱ ἄγγελοι, καὶ οἱ δαίμονες ἐπανελθεῖν ἧς [*fort.* ὡς] ὑπῆρχον νόες υμνοί· ὃ λέγουσιν *ἀποκατάστασιν*.»

XXVIII.

Cyrillus Scythopolitanus in Vita S. Sabæ (*paulo post annum 554 scripta*) *tom. III* Monumentorum Ecclesiæ Græcæ *a Cotelerio editorum Parisiis anno 1686, pag. 274.*

Agapetus suscepta novæ Lauræ præfectura, quatuor invenit in congregatione monachos. . . . qui occulte Origeniana dogmata susurrabant. Quorum princeps erat vir quidam Palæstinus, Nonnus nomine, qui Christianismum sectari præ se ferens, et pietatem simulans, impiorum gentilium, Judæorum, et Manichæorum dogmata in animo habebat, quæ ab Origene, Evagrio, et Didymo de præexsistentia fabulose fuere prolata.

Ἀγαπητὸς τὴν τῆς Νέας Λαύρας ἡγεμονίαν δεξάμενος, εὗρε τέσσαρας μοναχοὺς . . . . ψιθυρίζοντας ἐν κρυπτῷ τὰ Ὠριγένια [*lege* Ὠριγένεια] δόγματα· ὧν πρῶτος ὑπῆρχεν ἀνήρ τις Παλαιστινὸς, Νόννος καλούμενος, ὅστις Χριστιανίζειν προσποιούμενος καὶ εὐλάβειαν ὑποκρινόμενος, τὰ τῶν ἀθέων Ἑλλήνων, καὶ Ἰουδαίων, καὶ Μανιχαίων δόγματα ἐφρόνει, τὰ ὑπὸ Ὠριγένους, καὶ Εὐαγρίου, καὶ Διδύμου περὶ προϋπάρξεως μεμυθολογημένα.

Et pag. 374 ejusdem Vitæ, *sive act. I conciliі Nicæni secundi, tom. VIII* Conc., *pag. 729*

Itaque cum sancta et universalis quinta synodus Constantinopoli esset coacta, communi et generali anathemati submissi sunt Origenes et Theodorus Mopsuestenus, cum iis quæ de præexsistentia et restitutione dicta sunt ab Evagrio et Didymo.

Τῆς τοίνυν ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς πέμπτης συνόδου ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροισθείσης, κοινῷ καὶ καθολικῷ καθυπεβλήθησαν ἀναθέματι Ὠριγένης τε καὶ Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας, καὶ τὰ περὶ προϋπάρξεως καὶ ἀποκαταστάσεως Εὐαγρίῳ καὶ Διδύμῳ εἰρημένα.

XXIX.

Victor Tununensis (qui scripsit anno circiter 565) in Chronico, *tom. I* Lectt. antiqq. *Casinii editionis Basnagii, pag. 333.*

Anno 39 imperii sui Justinianus Eutychium Constantinopolitanum episcopum, damnatorem trium Capitulorum, et Evagrii eremitæ diaconi, et Didymi monachi et confessoris Alexandrini, quorum laudes supra illustrium virorum ex auctoritate retulimus, exsilio dirigit.

XXX.

Eustratius Constantinopolitanæ Ecclesiæ presbyter in Laudatione in S. Eutychium patriarcham Constantinopolitanum, quam habuit anno 582, apud Bollandianos die 1 Aprilis, pag. 67 et 557, num. 34.

Qui vero hæc docuerunt, ii fuere qui exsecranda insani Origenis, Evagriique ac Didymi dogmata vindicabant, ac profitebantur.

Οἱ δὲ ταῦτα εἰσηγούμενοι ἦσαν οἱ τῶν μυσαρῶν δογμάτων ἀντιποιούμενοι Ὠριγένους τοῦ λήρου, Εὐαγρίου τε καὶ Διδύμου.

XXXI.

Evagrius scholasticus in Historia ecclesiastica (*quam scripsit anno 593*) *lib. IV, cap. 38, pag. 418 ed. Cantabrig. anni 1720.*

Missi sunt Constantinopolim ab Eustochio Rufus abbas monasterii Theodosii, et Conon abbas monasterii Sabæ . . . Et hi quidem de Origene in primis, et de Evagrio ac Didymo agere instituerunt.

Στέλλονται πρὸς τὴν βασιλέως πόλιν [*leg. fort.*, βασιλίδα πόλιν] πρὸς Εὐστοχίου, Ῥοῦφος ἡγούμενος τῆς Θεοδοσίου μονῆς, καὶ Κόνων τῆς Σάβα. . . . Καὶ οὗτοι μὲν τὰ κατὰ τὸν Ὠριγένην πρωτοτύπως ἐκίνουν, καὶ Εὐάγριον, καὶ Δίδυμον.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Et pag. 420 *ejusdem capitis.*

Ἐκ λιβέλλων δὲ ἐπιδεδομένων πρὸς Εὐλογίου, Κόνωνος, Κυριακοῦ, καὶ Παγκρατίου μοναχῶν κατὰ τῶν Ὠριγένους, τοῦ καὶ Ἀδαμαντίου, δογμάτων, καὶ τῶν ἑπομένων τῇ τούτου δυσσεβείᾳ καὶ πλάνῃ, πυνθάνεται Ἰουστινιανὸς τῆς ἁλισθείσης συνόδου περὶ τούτων . . . Ἀναφορὰ τοίνυν γέγονε πρὸς Ἰουστινιανὸν παρὰ τῆς συνόδου μετὰ τὰς γενομένας παρ' αὐτῆς ἐκβοήσεις κατὰ Ὠριγένους καὶ τῶν τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ πεπλανημένων... Ἀνηνέχθησαν αὐτοῖς καὶ Διδύμου, καὶ Εὐαγρίου, καὶ Θεοδώρου ἕτεραι πολλαὶ βλασφημίαι, μάλα σπουδαίως τὰ περὶ τούτων ἐκλεξαμένοις.

Cum autem libelli ab Eulogio, Conone, Cyriaco, et Pancratio monachis dati essent contra dogmata Origenis Adamantii, et contra eos, qui impietatem atque errores illius sequebantur, de his Justinianus synodum, quæ congregata erat, consuluit... Missa est igitur relatio a prædicta synodo ad Justinianum, post acclamationes, quas contra Origenem, et ejusdem cum illo erroris sectatores congesserant.... Retulerunt etiam iidem Patres multas alias Didymi, Evagrii ac Theodori blasphemias, quas studiose admodum (ex eorum libris) excerpserant.

XXXII.

Joannes Moschus cognomento Eucrata** (qui floruit Mauritio imperatore, et ineunte dein sæculo septimo) **in capitibus** Prati Spiritualis, **quæ edidit Cotelerius tom. II** Monumentorum Eccl. Græcæ, **capite 14, pag. 349.

Θεωρεῖ ὁ ἀδελφός τινα ἑφιστάμενον αὐτῷ φοβερὸν τῷ εἴδει, καὶ λέγοντα αὐτῷ· « Ἔρχου καὶ ἴδε τὴν ἀλήθειαν. » Καὶ παραλαβὼν αὐτὸν ἀποφέρει εἰς τόπον σκοτεινὸν καὶ δυσώδη μετὰ πυρός· καὶ δείκνυσιν αὐτῷ ἐν αὐτῷ τῷ πυρὶ Νεστόριον... Εὐάγριον, καὶ Δίδυμον [*hæc tamen postrema verba*, Εὐάγριον καὶ *Δίδυμον desiderari in aliis codicibus adnotat ibi Cotelerius*].

Aspicit frater quemdam astantem sibi specie terribilem, qui dixit : « Veni, cerne veritatem. » Deinde assumens eum duxit in locum tenebrosum, fœtidum, igne ferventem, et ostendit ei in ipso igne Nestorium... Evagrium et Didymum.

XXXIII.

S. Sophronius episcopus Jerosolymitanus** (qui obiit anno circiter 636 aut 638) **in synodica epistola ad Sergium episcopum Constantinopolitanum, quæ inserta est actioni XI synodi sextæ œcumenicæ tom. VII** Conciliorum **editionis Venetæ anni 1729, pag. 913.

Ἀλλ' οὐκ ἐπειδήπερ αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ Θεοῦ χάριτι τὴν φθορὰν ἀπεώσαντο, τὴν πᾶσι κτιστῆς φύσεως [*al.* κτιστοῖς φυσικῶς] ἐμφωλεύουσαν, διὰ τοῦτο καὶ πρὸ σωμάτων αὐτὰς ὑποπτεύσομεν, ἢ πρὸ τῆς τοῦ ὁρωμένου κόσμου παραγωγῆς καὶ συμπήξεως ἐν ἀϊδίῳ τινὶ ζωῇ τελεῖν ἐννοήσομεν, καὶ βίον ἔχειν οὐράνιον φήσομεν, ἄσαρκόν τε καὶ ἀσώματον, ζώσας ζωὴν τὴν ἀΐδιον ἐν οὐρανῷ ποτε μὴ ὑπάρχοντι, ὡς Ὠριγένης ὁ παράφορος βούλεται, καὶ οἱ τούτου συμμύσται καὶ σύμφρονες Δίδυμος, καὶ Εὐάγριος, καὶ ὁ λοιπὸς αὐτῶν μυθομέριμνος ὅμιλος· οἵπερ οὐ τοῦτο μόνον πεπλανημένως δοξάζουσιν Ἑλληνικοῖς ἐμφερόμενοι δόγμασι, καὶ τὴν Χριστιανῶν καταῤῥυποῦντες εὐγένειαν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν σωμάτων τούτων, ὧν νυνὶ περικείμεθα, ἀνοήτως ἀναιροῦσιν ἀνάστασιν, μυρία δεινὰ βατταρίζοντες, τῆς δυσσεβοῦς αὐτῶν μυθοπλαστίας ἐπάξια.

Sed non idcirco quod hominum animæ gratia Dei corruptionem repulerint, quæ omnibus creaturis naturaliter insidet, ideo et ante corpora eas fuisse suspicabimur, vel ante hujus visibilis mundi prolationem, atque compaginem in sempiterna quadam vita positas arbitrabimur, vitamve habuisse cœlestem asseremus, incarneam, seu incorpoream vitam viventes perpetuam in cœlo aliquando non exsistenti, sicut Origenes erroneus constituit, et hujus complices, atque consentanei Didymus, et Evagrius, et reliqua earum fabularum excogitatrix sodalitas ; qui quidem non hoc solum errando pronuntiant paganorum concreti dogmatibus, et Christianorum nobilitatem sordidantes, sed et istorum corporum, quibus nunc sumus amicti, imprudenter perimunt resurrectionem, multa callide balbutientes impiissimis eorum, et fabulosis figmentis condigna.

Et in eadem epistola, pag. 918.

Καὶ πέμπτην ἁγίαν... οἰκουμενικὴν δέχομαι σύνοδον... Ἀναιρεῖ δὲ καὶ ἐκρίπτει πρὸς ὄλεθρον, πρωτοτύπως μὲν Ὠριγένην τὸν ἄφρονα... Εὐαγρίου δὲ σὺν αὐτῷ καὶ Διδύμου τὰ δόγματα· καὶ πάντα αὐτῶν τὰ Ἑλληνικὰ καὶ τερατώδη, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μυθώδη ληρήματα.

Etiam quintum sanctum.... concilium universaliter constitutum suscipio... Perimit autem, et in interitum projicit principaliter quidem Origenem insanum.... Evagrii quoque cum eo, et Didymi dogmata omnia eorum pagana, atque prodigiosa, nec non et fabulosa deliramenta.

Et pag. 923 *in eadem epistola.*

Ἀνάθεμα τοίνυν εἰσαεὶ... ἔστωσαν, πρῶτον μὲν Σίμων ὁ Μάγος... Ὠριγένης ἕτερος, ὁ καὶ Ἀδαμάντιος... Δίδυμος, καὶ Εὐάγριος, οἱ τῆς Ὠριγενιανῆς τερθρείας μυστηριάρχαι παμμίαροι.

Anathema itaque in perpetuum.... sint primum quidem Simon Magus... alter Origenes, qui et Adamantius... Didymus, et Evagrius Origenianæ vanitatis primi secretales fœdissimi.

Tria superiora Sophronii loca ex alia veteri Latina versione exstant etiam pagg. 1258, 1259 et 1261 *ejusdem tomi septimi.*

XXXIV.

Heraclius imperator in Ecthesi (edita anno 639, *et inserta Actis concilii Lateranensis S. Martino pontifice habiti) secretario* 3, *pag.* 206 *tomi VII* Conciliorum.

Καὶ ταύταις [ταῖς οἰκουμενικαῖς πέντε συνόδοις] ἐν ἅπασιν ἀκολουθοῦντες... ἀναθεματίζομεν... Ὠριγένην, Εὐάγριόν τε καὶ Δίδυμον.

Et hæc (œcumenica quinque concilia) in omnibus sequentes... anathematizamus..... Origenem, Evagrium, Didymum.

XXXV.

Auctores, aut unus ex auctoribus Chronici Paschalis, *sive* Alexandrini, *a mundo condito ad Heraclii imperatoris annum vicesimum progredientis (quod opus videtur Ducangio scriptum usque ad annum* 354 *ab uno auctore, inde vero usque ad finem ab alio qui vixerit Heraclio imperante) hæc habet ad olympiadem* CCCXXXIII, *pag.* 344 *edit. Paris. ann.* 1688.

Τούτῳ τῷ ἔτει τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας... γέγονεν ἡ ε' σύνοδος ἐν Κωνσταντινουπόλει κατὰ τῶν δυσ-

Hoc anno imperii Justiniani... celebrata est synodus Constantinopoli contra impia, exsecranda,

Digitized by Google Распознавание текста

Impura, et a Christiana religione prorsus aliena pagana dogmata Origenis, ac Didymi et Evagrii perduellium Dei, et Theodori, etc

A σεβῶν, καὶ μυσαρῶν, καὶ ἀκαθάρτων, καὶ ἀλλοτρίων τοῦ Χριστιανισμοῦ Ἑλληνικῶν δογμάτων Ὠριγένους, καὶ Διδύμου, καὶ Εὐαγρίου, τῶν θεομάχων, καὶ Θεοδώρου, κ. τ. λ.

XXXVI.

S. Antiochus abbas (qui scripsit anno circiter 641) *in homilia* 130 Pandectis, *tom. XII* Biblioth. Patrum *edit. Parisiensis anni* 1644, *pag.* 234

Hactenus hæreticos recensuimus, quorum hæreses exposuit sanctus Epiphanius. Post hos autem fuerunt Evagrius, et Didymus, qui Origenem secuti sunt quod spectat ad præexsistentiam et restitutionem.

Ἕως τῶν ὧδε ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος ἐξέθετο. Μετὰ δὲ τούτους γεγόνασιν Εὐάγριος καὶ Δίδυμος, τὰ Ὠριγένους φρονοῦντες πρὸς ὕπαρξιν [*malim legere* φρονοῦντες προϋπαρξιν] καὶ ἀποκατάστασιν.

XXXVII.

Synodus Lateranensis (anno 649 *habita) secretario* 5, *can.* 18, *pag.* 364 *tomi VII* Conciliorum.

Si quis... non respuit et anathematizat... Sabellium, Arium... Origenem, Didymum, Evagrium, et compendiose omnes alios hæreticos... talis homo condemnatus sit.

Εἴ τις... οὐκ ἀποδάλλεται καὶ ἀναθεματίζει... Σαβέλλιον, Ἄρειον... Ὠριγένην, Δίδυμον, Εὐάγριον, καὶ ἁπλῶς τοὺς ἄλλους ἅπαντας αἱρετικοὺς... ὁ τοιοῦτος ἔῃ κατάκριτος.

XXXVIII.

S. Maximus abbas, theologus et confessor (qui synodo Lateranensi interfuit anno 649) *in* Locis communibus, *tomo II* Operum *editionis Combefisianæ, loca ex Didymi Operibus profert pagg.* 531, 549, 579, 583, 600, 606, 649, 651, 660, 662, 672. *Videndus etiam est codex* 371 *Coislinianus, de quo Montfauconius loquitur in Bibl. Coislin, pag.* 574, *et seqq. Ac præterea videndus codex* 15 *plutei septimi bibliothecæ Mediceæ Laurentianæ, de quo Bandinius in* Catalogo, *pag.* 253.

XXXIX.

S. Anastasius Sinaita in Hodego (*qui liber inter annum* 677 *et* 686 *scriptus ab eo fuit*) *cap.* 5, *pag.* 44, *tom. XIV* Operum *Gretseri edit. Ratisbonensis anni* 1740.

Annis post Chalcedonense concilium centum, sub Justiniano imperatore, quintum œcumenicum actum est concilium, contra Origenem, Didymum, et Evagrium stulte sapientes; quippe qui dicerent animas nostras cum dæmonibus e cœlo in corpora nostra decidisse : et quod pœna (damnatorum) habeat finem ; quodque diabolus in antiquum angelicum denuo restituendus sit ordinem. Damnavit etiam hæc sancta synodus Severum, etc.

Μετὰ χρόνους ρ' τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, γέγονεν ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως ἡ πέμπτη οἰκουμενικὴ σύνοδος κατὰ Ὠριγένους, καὶ Διδύμου, καὶ Εὐαγρίου, τῶν ματαιοφρόνων, λεγόντων τὰς ἡμετέρας ψυχὰς μετὰ τῶν δαιμόνων ἐξ οὐρανοῦ καταπεσεῖν εἰς τὰ σώματα ἡμῶν, καὶ ὅτι τέλος ἔχει ἡ κόλασις, καὶ ἀποκαθίσταται δι' αὐτῆς πάλιν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἀρχαίαν αὐτοῦ τάξιν τὴν ἀγγελικήν. Κατέκρινε δὲ ἡ αὐτὴ ἁγία σύνοδος τὸν Σεβῆρον, κ. τ. λ.

Idem S. Anastasius in oratione 1 De Trinitate, *tom. I* Lect. antiqq. *Canisii edit. Basnagianæ pag.* 446, *nonnulla scribit, in quibus videri potest imitatus quæ scripserat Didymus cum in libro* De Spiritu sancto, *num.* 6, *tum in lib.* II De Trinitate, *cap.* 4, *pag.* 135 *et seq.*

XL.

Macarius episcopus Theopolitanus, nempe Antiochenus, homo hæreticus (in expositione fidei, quæ inserta est actione 8 *synodi sextæ ann.* 680, *quamque Macarius ipse* jampridem *se scripsisse ait) tom. VII* Conciliorum, *pag.* 777, *iterumque pag.* 1208.

Quæ abjecerunt (universales quinque synodi), nos quoque anathematizamus, et... præcipue Arium... Origenem quoque, et Didymum, et Evagrium, et fabulosa horum deliramenta.

Ἅπερ ἀπεδάλλοντο [αἱ οἰκουμενικαὶ πέντε συνοδοι] καὶ ἡμεῖς ἀναθεματίζομεν· καὶ... ἐξαιρέτως Ἄρειον... Ὠριγένην τε καὶ Δίδυμον, καὶ Εὐάγριον, καὶ τὰ μυθώδη τούτων [*al.* τούτου] ληρήματα.

XLI.

Synodus sexta generalis anni 680, *act.* 18, *tom. VII, pag.* 1055, *iterumque pag.* 1303.

Hoc sanctum nostrum universale concilium... sanctis et universalibus quinque synodis in omnibus pie consonuit : nempe... et ultimæ harum quintæ sanctæ synodo, quæ hic congregata est adversus Theodorum Mopsuestenum, Origenem, Didymum et Evagrium.

Ἡ καθ' ἡμᾶς ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος... ταῖς ἁγίαις καὶ οἰκουμενικαῖς πέντε συνόδοις ἐν ἅπασιν εὐσεβῶς ὡμοφώνησε. Φαμὲν δὴ... καὶ τῇ τελευταίᾳ τούτων πέμπτῃ ἁγίᾳ συνόδῳ, τῇ ἐνταῦθα συναθροισθείσῃ κατὰ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας, Ὠριγένους, Διδύμου τε καὶ Εὐαγρίου.

XLII.

Constantinus Pogonatus imperator in edicto anni 681, *quod exstat in fine Actorum concilii sexti generalis, tom. VII, pag.* 1133, *iterumque pag.* 1320, *quodque Baronio spurium aut suspectum videtur.*

Suscipimus quoque eam quæ temporibus Justiniani... congregata est synodus contra Dei impugnatores Origenem, Didymum, et Evagrium.

Δεχόμεθα δὲ καὶ τὴν ἐν χρόνοις Ἰουστινιανοῦ... κεχροτημένην σύνοδον κατ' Ὠριγένους, καὶ Διδύμου, καὶ Εὐαγρίου, τῶν θεομάχων.

XLIII.

Leo II in Epistola ad Constantinum Pogonatum (*scripta anno* 683), *quæ Baronio spuria videtur, tom. VII* Conciliorum, *pag.* 1153.

Simul anathematizamus omnes hæreses... id est, Arium... Origenem, qui et Adamantius, Didymum et Evagrium.

Συναναθεματίζομεν πάσας τὰς αἱρέσεις... τουτέστιν Ἄρειον... Ὠριγένην, τὸν καὶ Ἀδαμάντιον, Δίδυμον, καὶ Εὐάγριον.

Digitized by Google Распознавание текста

XLIV.

Synodus quinisexta (anno 692 habita) can. 1, tom. VII, pag. 1341.

Οἳ Θεόδωρον τὸν Μοψουεστίας τὸν Νεστορίου διδάσκαλον, Ὠριγένην τε [add. καὶ] Δίδυμον, καὶ Εὐάγριον, τοὺς τὰς Ἑλληνικὰς ἀναπλασαμένους μυθοποιίας, καὶ σωμάτων τινῶν καὶ ψυχῶν ἡμῖν περιόδους καὶ ἀλλοιώσεις ἀναπεμπάσαντας ταῖς τοῦ νοῦ παραφοραῖς τε καὶ ὀνειρώξεσι, καὶ εἰς τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἀσεβῶς ἐμπαροινήσαντας ἀναβίωσιν.

Qui (Patres quintæ synodi generalis) Theodorum Mopsuestiæ, Nestorii magistrum, et Origenem, et Didymum, et Evagrium, qui gentiles fabulas rursus fictas retulerunt, et corporum quorumdam, et animarum circuitiones, et immutationes, seu transmigrationes de integro ruminaverunt, suis quibusdam mentis deliriis ac somniis : et in mortuorum resurrectionem impie ac contumeliose insultarunt.

XLV.

Liber diurnus romanorum pontificum (quem Garnerius paulo post annum 714 scriptum putat) in secunda fidei professione, pag. 38.

Hæc igitur sancta atque universalia quatuor concilia, etiam sanctum quintum concilium venerandum assecutum est.... In hoc Origenes cum impiis discipulis, et sequacibus, Didymo, et Evagrio, et qui Creatorem omnium Deum, et omnem rationalem ejus creaturam gentilibus fabulis prosecuti sunt, æternæ sunt condemnationi submissi.

XLVI.

S. Bonifacius martyr, episcopus Moguntinus (qui sedit ab anno 719 ad annum 754), epistola 3, pag. 50, tom. XVI Bibl. Patrum *ed. Paris. ann. 1634.*

Habes, Pater mi, sicut Antonius de Didymo fertur dixisse, oculos, quibus potest Deus videri, et angeli ejus, et supernæ Jerusalem gloriosa gaudia speculari.

XLVII.

S. Joannes Damascenus (qui floruit anno circiter 730, nec obiit ante annum 756) multa affert ex Didymo in Parallelis sacris. *Addendus etiam alter Didymi locus qui exstat in codice 22, plutei octavi bibliothecæ Mediceæ Laurentianæ, de quo Bandinius in* Catalogo, *pag. 370. Ac præterea addenda ex codice Naniano quæ ego attuli, pag. 277.*

XLVIII

Conciliabulum Constantinopolitanum falso septimum universale dictum (quod habitum est anno 754) in definitione quæ inserta est actioni sextæ concilii Nicæni secundi generalis, tom. VIII, pag. 1072, iterumque pag. 1468.

Πρός γε ταύταις ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθοῦσα τῶν ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε ἁγίων Πατέρων ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ τῆς θείας λήξεως· ἥτις ἀνεθεμάτισεν Ὠριγένην, τὸν καὶ Ἀδαμάντιον, Εὐάγριον, Δίδυμον, μετὰ τῶν Ἑλληνικῶν αὐτῶν συγγραμμάτων.

Præterea et quæ Constantinopoli convenit centum sexaginta quinque sanctorum Patrum sub Justiniano divæ recordationis : quæ anathematizavit Origenem, qui et Adamantius dictus est, Evagrium, Didymum, cum paganis conscriptis eorum.

XLIX.

Theodorus patriarcha Jerosolymitanus in Epistola synodica *(scripta anno circiter 754) et inserta actioni 3 concilii septimi generalis, tom. VIII* Conc. *pag. 829. ed. Ven. ann. 1729, iterumque pag. 1370.*

Ἡ πέμπτη συγκεχρότηται σύνοδος... ἥτις... ἀναθεματίσασα Νεστόριον... ἔτι τε Ὠριγένην καὶ Εὐάγριον, Δίδυμον, καὶ πάσας τὰς μυθώδεις καὶ Ἑλληνικὰς αὐτῶν τερατολογίας.

Quinta convenit synodus... quæ... anathematizavit Nestorium... adhuc etiam Origenem, et Evagrium, Didymum quoque, et omnia fabulosa et pagana atque prodigiosa ipsorum eloquia.

L.

Tarasius patriarcha Constantinopolitanus in Epistola ad tres patriarchas *scripta anno 784, inserta actioni 3 concilii Nicæni secundi, tom. VIII* Conciliorum, *pag. 813, iterumque pag. 1364.*

Τῆς δὲ πέμπτης [συνόδου], ὡς ἡ τοῦ Πνεύματος μάχαιρα τὰς ἐξ ἄνωθεν τῶν χρόνων ἐπιπολαζούσας ἀθέσμους αἱρέσεις ἐξέτεμε, καὶ τοὺς ἐφευρέτας αὐτῶν ἐθριάμβευσεν, Ὠριγένην, Δίδυμόν τε καὶ Εὐάγριον· κἀγὼ ἐξωθοῦμαι ὡς αἱρετικῶν τερετισμάτων [al. τερατευμάτων] μυθεύματα.

Denique cum quinta (synodo), quæ sicut machæra Spiritus in superficie quodammodo ex prioribus temporibus navigantes iniquas rescidit hæreses, et inventores patefecit earum, Origenem videlicet, et Didymum, et Evagrium, ita et ego has, utpote portentosas hæreticorum fabulationes, repello.

LI.

Septima synodus œcumenica (anno 787 habita) act. 7 in Definitione, tom. VIII Conc., *pag. 1205, iterumque pag. 1526.*

Καὶ τὰ Ὠριγένους, Εὐαγρίου τε καὶ Διδύμου μυθεύματα ἀναθεματίζομεν, ὡς καὶ ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει συγκροτηθεῖσα πέμπτη σύνοδος.

Et Origenis, et Evagrii, ac Didymi fabulas anathematizamus, sicut et Constantinopoli congregatum quintum concilium egisse dignoscitur.

LII

Theodulfus Aurelianensium episcopus in opusculo De Spiritus sancti processione a Patre Filioque *(quod scripsit anno 809) apud Sirmondum, tom. II, pag. 708.*

Illum sicut et a Patre procedere Hieronymus in libro Didymi, quem de Græco in Latinum transtulit, quod Spiritus sanctus a Patre egrediatur, et a Filio mittatur, non secundum angelorum, prophetarum et apostolorum ministerium, sed ut a Sapientia Dei Spiritum Dei mitti decet, sic docet. Ex quo conficitur et a Filio. *Hactenus Theodulfus, qui deinde sex Didymi loca satis longa affert ex libro* De Spiritu sancto.

LIII.

Incertus auctor Dialogi De origine animarum *inscripti (qui cum S. Gaudioso episcopo, medico, et martyre se familiariter locutum esse ait) tom. IX* Operum *Hieronymi editionis Vallarsianæ pag. 247.*

Fatetur idem ipse Origenes in præfatis opusculis; sed et Eusebius Cæsariensis, et Pamphilus martyr,

Digitized by Google Распознавание текста

Basilius quoque, et Gregorius, Didymusque, et Rufinus similiter in suis, unius substantiæ omnes esse animas, et immortales et rationabiles, liberi arbitrii ac voluntatis, judicandas quoque esse pro his quæ in hac vita gesserunt; esse tamen eas factas a Deo qui universa creavit et condidit. Quando autem factæ sint, olim simul, aut nunc per singulos nascentium, quid periculi esse aiunt alterum e duobus opinari?

LIV.

Incertus auctor Professionis fidei, quæ exstat apud Joann. Alb. Fabricium vol. XI Bibl. Græc. *pag.* 173.

Septem sanctas et generales synodos recipio... Quintam vero... ut et evellentem, et demetentem doctrinas Origenis, Didymi, Evagrii, gentilium dogmatibus incoctorum, qui imprudenti et inepta sententia in ultimum impietatis barathrum delapsi sunt. Nam divinitatis gradus et inferiora subsellia fingebant et excogitabant, animarum præexsistentiam, et illarum (secundum divinitatem nutus sui) effluvia et lapsus in seipsis substituentes et admittentes, illas ad diversa, et varia corpora accedere, et in illa detrudi volebant, et suppliciorum finem, et dæmonum restitutionem in priorem statum, et ventriloquium eructantes, ore aperto fabulabantur, inaniterque jactabant et decantabant.

Τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ συνόδους ἀποδέχομαι... τὴν δὲ πέμπτην.... ὡς διασπάσασάν τε καὶ ἐκθερίσασαν Ὠριγένην, Δίδυμον, καὶ Εὐάγριον, Ἑλληνόφρονι λογισμῷ καὶ ἀσυνέτῳ γνώμῃ εἰς ἔσχατον βυθὸν ἀθεότητος ἐμπεπτωκότας. Βαθμοὺς γὰρ καὶ ὑποβάσεις θεότητος ἀναπλάσαντες, καὶ ψυχῶν προϋπάρξεις, καὶ τῆς πρὸς τὸ θεῖον αὐτῶν νεύσεως ἀποῤῥοίας τε καὶ ἀποπτώσεις ἐν ἑαυτοῖς ὑποστήσαντες, εἰς διάφορά τε καὶ πολυειδῆ σώματα μεταγγίζοντες ταύτας καὶ μεταβάλλοντες, καὶ τέλος κολάσεως, καὶ δαιμόνων ἀποκαταστάσεις, ἀπὸ κοιλίας, τὸ δὴ λεγόμενον, ἐρευγόμενοι, ἀθυροστόμως ἐμυθολόγησάν τε καὶ ἐῤῥαψῴδησαν.

LV.

Incertus auctor opusculi, quod inscribitur: Renuntiatio hæreticorum Armeniorum, *editus a Cotelerio in notis ad lib.* v Constit. apost., *cap.* 13, *pag.* 317, *tom. I edit. Amstelæd. anni* 1724. *Armeniorum autem hæresis sæculo circiter septimo cœpit, aut viguit.*

Quintam rursus Constantinopolitanam (synodum suscipio), actam in scripta dementis Origenis, Evagrii et Didymi.

Τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει αὖθις πέμπτην [σύνοδον ἀποδέχομαι] τὴν κροτηθεῖσαν κατὰ τῶν συγγραμμάτων Ὠριγένους τοῦ παράφρονος, Εὐαγρίου τε καὶ Διδύμου.

LVI.

S. Nicephorus episcopus Constantinopolitanus in Epistola synodica ad Leonem III, Romanum episcopum (*scripta anno* 811), *tom. IX* Conciliorum *edit. Ven. ann.* 1729, *pag.* 312.

Tum quintam rursus (suscipio)... sacram 165 sanctorum Patrum synodum, quæ... impia Theodori, Nestorii, Origenis, Didymi, Evagrii, reliquorumque hæreticorum prædicta sectantium dogmata, dudum quidem ante apud plerosque occulta, per id vero tempus acerbos denuo ramos surculosque proferentia juste excidit: quæ enim ipsi delira et fabulose profitebantur, ea Judæorum et paganorum imaginationi verius, quam Christianorum fidei consentanea erant.

Ἔτι μὴν [ἀποδέχομαι] καὶ τὴν... ἁγίαν πέμπτην σύνοδον τῶν ῥξ' ἁγίων Πατέρων ἡμῶν· ἥτις τὰ Θεοδώρου καὶ Νεστορίου, πρὸς δὲ καὶ Ὠριγένους, Διδύμου τε καὶ Εὐαγρίου, καὶ τῶν ἀμφ' αὐτοὺς κακοδόξων ἀσεβῆ δόγματα, τέως μὲν παρὰ τοῖς πολλοῖς κρυπτόμενα, τηνικαῦτα δὲ πικρῶς ἀναφυέντα καὶ ἀναβλαστήσαντα, ἐξέτεμε. Δι' ὧν γὰρ αὐτοὶ ἐληρῴδουν μυθολογημάτων, Ἰουδαϊκῇ τε καὶ Ἑλληνικῇ μᾶλλον ἢ Χριστιανικῇ δόξῃ ἐπηκολούθησαν.

LVII

S. Theophanes (qui obiit anno 818) *in Chronographia ad annum mundi* 6045, *tom. VI* Hist. Byzantinæ *ed. Venetæ, pag.* 154

Hoc anno sanctum et œcumenicum quintum concilium adversus dementem Origenem, Didymum oculorum lumine privatum, Evagrium, eorumque deliria in gentilium mentem declinantia... celebratum est.

Τούτῳ τῷ ἔτει γέγονεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πέμπτη σύνοδος κατὰ Ὠριγένους τοῦ παράφρονος, καὶ Διδύμου τοῦ ἀπὸ ὀμμάτων, καὶ Εὐαγρίου, καὶ τῆς Ἑλληνόφρονος αὐτῶν ληρῳδίας.

LVIII.

Freculphus episcopus Lexoviensis (qui floruit anno circiter 840) *in* Chronicis, *tomo II, lib.* IV, *cap.* 21, *pag.* 247 *tomi XVI* Bibl. Patr. *ed. Paris. anni* 1654.

Qua tempestate Didymus Alexandrinus, captus parva ætate oculis, et ob id elementorum quoque ignarus, tantum miraculum sui omnibus præbuit, ut dialecticam quoque, et geometriam, quæ vel maxime visu indigent, usque ad perfectum didicerit. Hic plurima nobiliaque scripsit, commentarios *in Psalmos* omnes, commentarios *in Evangelium Matthæi*, et *in Joannis*, et *De dogmatibus*, et *contra Arianos* duos libros, et *De Spiritu sancto* librum unum, quem Hieronymus in Latinum vertit, et *in Isaiam* decem et octo commentarios, et *in Osee* commentariorum libros tres, et *in Zachariam* prophetam libros quinque, et commentarios *in Job*, et infinita alia, quæ digerere proprii judicii [*legendum fortasse* indicis] est.

Idem Freculphus in eodem tomo II, lib. V, *cap.* 3, *pag.* 255.

Responderunt (Eunomio) Apollinaris, Didymus, Basilius Cæsariensis.... Ambrosius Alexandrinus auditor Didymi scripsit adversus Apollinarem.... Hieronymus... hæc scripsit... *De Spiritu sancto* Didymi, quem in Latinum transtulit, librum unum.

LIX.

Rabanus Maurus (qui obiit anno 856), *si Thomæ Valdensi credimus, cujus verba mox afferentur, quædam ex Didymo profert capite* 10 *libri* IV De naturis rerum: *qui tamen liber non exstat inter opera edita Rabani. Exstat quidem tomo II Operum Bedæ liber* De natura rerum; *sed in eo non sunt quæ affert Valdensis.*

LX.

Photius (qui anno 857 *sedem Constantinopolitanam invasit) in* Epistola ad Michaelem Bulgariæ principem,

Digitized by Google Распознавание текста

tom. II Lect. antiqq. *Canisii ed. Basnag., part.* II, *pag.* 391; *et tom. VI* Concil. *pag.* 416, *ubi eadem leguntur, sed cum aliqua lectionum varietate : et apud Euthymium in* Panoplia, *pag.* 38 *membranei cod. Naniani scripti sæculo* XII, *in quo* Panopliæ *textus Græcus exstat necdum editus.*

Ἔτι δὲ κατεδίκασε καὶ ἀνεθεμάτισεν Ὠριγένην, Δίδυμον, Εὐάγριον, παλαιὰ τῶν πιστῶν ἀῤῥωστήματα, ἄνδρας τὴν Ἑλληνικὴν μυθολογίαν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ Ἐκκλησίᾳ παρεισενεγκεῖν φιλονεικήσαντας. Προϋπάρχειν τε γὰρ οὗτοι τὰς ψυχὰς τῶν σωμάτων ἐληρῴδουν, καὶ πολλὰ σώματα τὴν αὐτὴν μετενδύεσθαι [*apud Euthymium in cod. Naniano*, ἐπενδύεσθαι]· δόγμα μιαρὸν καὶ κατάπτυστον, καὶ μόνων, ὡς ἀληθῶς, ἐκείνων τῶν ψυχῶν ἄξιον. Καὶ τέλος δὲ τῆς ἀτελευτήτου κολάσεως ἐψηφίζοντο· ἄλλη, τοῦτο, παράκλησις πρὸς ἁμαρτίαν πᾶσαν καὶ ἀπώλειαν. Καὶ τοῖς πονηροῖς δαίμοσι τὸ ἀρχαῖον ἀξίωμα ἐχαρίζοντο, ἐπαναδραμεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν ἄνωθεν ἀξίαν, ἐξ ἧς ἐξέπεσον, ἀναπλάττοντες. Ἔτι δὲ, οὐδὲ τὰ σώματα ταῖς ψυχαῖς ἐβούλοντο συνανίστασθαι· γυμνὰς δὲ αὐτὰς σωμάτων ἀνιστῶσιν· οὐκ οἶδ' ὅ τι καὶ καλοῦντες ἀνάστασιν, εἴπερ τοῦ πεπτωκότος καὶ θανόντος ἡ ἀνάστασις, οὐχὶ δὲ τοῦ ἀεὶ ἑστῶτος καὶ ἐν ἀῤῥαρσίᾳ διαμένοντος, οἷόν πέρ ἐστιν ἡ ψυχή· οὐδὲ τοῦτο δυσωπηθέντες οἱ ἄθλιοι, ἠλίκον οἷον ἀδίκημα, δι' ὧν λήθουσι [*Euthymius in cod. Nan.*, ληροῦσι], τοῦ δικαίου κριτοῦ κατηγοροῦσι. Πῶς γὰρ οὐκ ἐσχάτην ἀδικίαν αὐτοῦ καταμαρτυροῦσι, τὰ μὲν συναθλήσαντα σώματα ταῖς ψυχαῖς, τοῖς κατ' ἀρετὴν πόνοις, τῶν κοινῶν ἐπάθλων ἀποστερεῖν αὐτὸν βλασφημοῦντες· τὰ δ' αὖ πάλιν συνεξαμαρτόντα, τῆς κοινῆς αἰτίας καὶ πράξεως ἀνεπιτίμητα καταλειπάνειν, μόνας δὲ τὰς ψυχὰς, χωρὶς τῶν συνδιαπραξαμένων σωμάτων, ἢ διπλῆν εἰσπράττειν τιμωρίαν, ἢ διπλῆς ἀξιοῦν μισθαποδοσίας;

Condemnavit insuper (quinta synodus) et anathemate feriit Origenem, Didymum, Evagrium, ab antiquis temporibus in fide languidos, quippe qui in Ecclesiam Dei subintroducere paganorum fabulas tentaverant. Delirabant enim animas ante corpora præexstitisse, necnon unam et eamdem animam multa corpora subingredi. Impium dogma et conspuendum, nullis dignum præter ipsos fautoribus. Finem quoque, et terminum supplicii interminabilis constituebant : quæ est maxima omnium ad peccandum illecebra et præcipitium in ruinam ducens. Sed et impiis dæmonibus suum antiquum locum et dignitatem largiebantur; nam regressum illis ad cœlestem gloriam patefactum iri docebant, unde olim exciderant. Sed nec corpora cum suis animabus conjuncta resurrectura fingebant, sed nudas animas sine corporibus; nescio quam rem interea comminiscentes resurrectionem; siquidem resurrectio illius est, quod conciderat et moriebatur, non ejus quod jugiter consistebat et incorruptibile permanebat, cujusmodi animæ status est : nec intelligebant miseri, aut reverebantur, quam magna injustitia justum interea judicem onerabant. Nam quomodo non contra illum perhibent de summa injustitia testimonium, qui blaspheme pronuntiant, corpora illa, quæ una cum animabus in stadio virtutis decertaverant, præmiis illorum laborum communibus privanda : aut ut quæ una peccaverant, ab omni reatu et pœna pro actibus solverentur; animæ autem solæ et solitariæ ac semotæ a corporibus una operantibus vel duplici pœna, vel duplicata mercede retributionem haberent?

LXI.

Æneas episcopus Parisiensis (*qui floruit anno circiter* 867) *in libro* adversus Græcos, *cap.* 29 *et sequentibus, tom. I* Spicilegii *Acheryani ed. Parisien. ann.* 1723, *pag.* 124.

Hieronymus in libro Didymi, quem de Græco in Latinum transtulit : quod Spiritus sanctus a Patre egrediatur, et a Filio mittatur, non secundum angelorum, prophetarum et apostolorum ministerium, sed ut a Sapientia Dei Spiritum Dei mitti decet, sic docet : ex quo conflitetur et a Filio illum sicut et a Patre procedere. *Hactenus Æneas, qui statim subjicit sex loca ex Didymi libro* De Spiritu sancto *deprompta, sed cum aliqua lectionum varietate.*

LXII.

Ratramnus monachus Corbeiensis, Æneæ Parisiensis æqualis, lib. II contra Græcorum opposita, *cap.* 5, *tom. I* Spicil. *Acheryani, pag.* 76.

Didymus Alexandrinus, corporalibus quidem a puero captus oculis, verum spiritali visione satis illustris, in libro, quem *De Spiritu sancto* scripsit, sic loquitur : « Igitur quicunque, » etc. *Ita Ratramnus, qui deinde allatis plurimis ex Didymo testimoniis fuse probat, Spiritum sanctum ex Didymi doctrina procedere non modo a Patre, verum etiam a Filio : ac tandem caput illud quintum concludit his verbis :* Sufficiunt ista de libro Didymi breviter collecta : qui, dum talia de Spiritu sancto positus Alexandriæ sentiret, et scriberet, nec a Græcis, nec a Græcorum imperatoribus est vel reprehensus, vel communione suspensus... Vos nunc, imperatores moderni, novi sectam erroris instituentes... illorum convincimini non esse discipuli, qui priores vestri fuere, qui catholicam fidem roboravere, qui pravi dogmatis inventa semper expugnavere.

Et cap. 6 *ejusdem libri, pag.* 79.

Paschasius antiquus Romanæ sedis et doctor, et diaconus, in libello, quem de Spiritu sancto scripsit, Didymi sequens Alexandrini vestigia, sic infit : « Non scruteris, » etc.

LXIII.

Anastasius Bibliothecarius (*qui anno* 869, *synodo* VIII *interfuit*) *in* Historia ecclesiastica *ad annum mundi* 6046, *Christi* 546, *seu potius ad annum* 26 *Justiniani, pag.* 34 *ed. Ven.*

Anno imperii Justiniani vicesimo sexto facta est sancta et universalis quinta synodus contra Origenem vesanum, et Didymum cæcum, et Evagrium, atque gentilis sensus eorum deliramentum; et rursus contra Capitula.

LXIV.

S. Ado Viennensis (*qui obiit anno* 874 *circiter*) *in Chronico ad annum* 385, *tom. XVI* Bibl. Patrum *ed. Lugdun. anni* 1677, *pag.* 795.

Didymus Alexandrinus oculis captus, et ob id elementorum quoque ignarus, tantum miraculum sui omnibus præbuit, ut dialecticam quoque, et geometriam, quæ vel maxime visu indigerent, usque ad perfectum didicerit.

Digitized by Google Распознавание текста

LXV.

Auctor catenæ ms. in Joannem, *quæ exstat in codice decimi sæculi Bibliothecæ Coislinianæ, a Montfaucono memoratus in Bibl. Coislin., pag.* 64.

Siquidem ex multis variisque non modo sanctis Patribus, sed etiam reprobatis hæreticis hic liber concinnatus est; nimirum Joanne Chrysostomo Constantinopolis episcopo... Eusebio, et Severo... et Apollinario, et Origene... et Athanasio Alexandrino; interdum etiam Basilio Magno, Gregorio Theologo, Gregorio Nysseno, Isidoro, Epiphanio Cypri, Methodio Patarorum, Anastasio Antiocheno, et Didymo cæco, aliisque multis, quorum nomina reperta non sunt. Ex his itaque omnibus hunc librum mutuatus, nihil ex iis, quæ improbe et flagitiose in hæreticorum scholiis dicta sunt, apposui.

Καὶ γὰρ ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων οὐ μόνον ἁγίων Πατέρων, ἀλλὰ καὶ ἀδοκίμων αἱρετικῶν αὕτη ἡ βίβλος ἐσχεδίασται· λέγω δὴ Ἰωάννου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως... Εὐσεβίου καὶ Σευήρου... Ἀπολιναρίου τε καὶ Ὠριγένους... καὶ Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας· ἐνίοτε δὲ καὶ Βασιλείου τοῦ Μεγάλου, καὶ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ Γρηγορίου Νύσσης, καὶ Ἰσιδώρου, Ἐπιφανίου τε Κύπρου, καὶ Μεθοδίου Πατάρων, Ἀναστασίου Ἀντιοχείας, καὶ Διδύμου τοῦ τυφλοῦ, καὶ ἑτέρων πολλῶν, ὧν τὰ ὀνόματα οὐχ εὑρηνται. Ἐκ τούτων τοίνυν ἁπάντων τὴν βίβλον ταύτην ἐρανισάμενος, οὐδὲν τῶν ἀδοκίμως καὶ κακοσχόλως ἐν τοῖς τῶν αἱρετικῶν σχολίοις εἰρημένων ἐνθεὶς, κ. τ. λ.

LXVI.

Auctor scholiorum, seu catenæ in Psalmos, *quæ exstat in codice Græco decimi sæculi, qui memoratur a Montfaucono in Biblioth. Coislin. pag.* 137, *ex Didymo plura affert: ac semel ait:* Ex Didymo monacho.

LXVII.

Auctor opusculi, quod inscribitur: Ὅροι πίστεως ὀρθοδοξίας, id est, Definitiones fidei orthodoxæ, *quod editum est a Montfaucono in Bibl. Coislin. pag.* 265, *ex codice undecimi circiter sæculi.*

Et (suscipio) alteram Constantinopolitanam (synodum) sub Justiniano... (habitam) contra Origenem, Evagrium et Didymum... Et anathemate damno omnes hæreses a Simone Mago... præcipue autem, 1 Arium, 2 Eunomium.. .. 15 Origenem, 16 Evagrium, 17 Didymum.

Καὶ τὴν αὖθις ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ κατὰ Ὠριγένους, Εὐαγρίου τε καὶ Διδύμου... Καὶ ἀναθεματίζω πᾶσαν αἵρεσιν ἀπὸ Σίμωνος... ἐξαιρέτως δὲ α' Ἄρειον, β' Εὐνόμιον... ιε' Ὠριγένην, ις' Εὐάγριον, ιζ' Δίδυμον.

LXVIII.

Hermannus Contractus in Chronico (quod scriptum est anno 1034), *tom. III* Lect. antiqq. *Canisii edit. Basnagianæ parte* I, *pag.* 214.

371 (*anno*). Didymus Alexandriæ cæcus claruit.

LXIX.

S. Nicon (qui floruit anno circiter 1060 *sub Constantino Duca) in opere inedito, quod inscribitur* Pandectes, *sententias, sive fragmenta affert ex Didymo, ut testatur Montfauconius in Bibl. Coislin. pag.* 111 *et* 191. *Exstat hoc opus ms. etiam Venetiis in Bibliotheca Naniana; sed codex est valde mutilus et imperfectus. Vide etiam* Bibliothecam bibliothecarum *Montf., pag.* 1051.

LXX.

Nicetas metropolita Heracleensis (qui floruit anno circiter 1077) *auctor, seu collector catenæ* in Jobum, *loca ex Didymo passim affert, ut ex. gr. pag.* 11 *edit. Junianæ,* 14, 17, 28, etc.

LXXI.

Antonius, cognomento Melissa, id est Apis (qui floruit, ut Oudinus putat, anno circiter 1080) *in* Sententiis, *libro* I, *ex Didymo quinque loca affert.*

LXXII.

Auctor catenæ ms. in Acta apostolorum, *quæ exstat in cod.* 58 *bibliothecæ Collegii novi Oxoniensis, passim loca ex Didymo deprompta affert. Ex hisce fragmentis plura edidit Joannes Christophorus Volfius tom. III et IV* Anecdotorum: *in præfatione vero tomi* III *laudat* exquisitum collectoris, quicunque demum is sit, in seligendis præstantissimis doctorum sententiis judicii acumen. *De ejus ætate nihil certi habet Volfius quod dicat: sed illud tantummodo certum esse ait, collectorem hunc sæculo saltem sexto recentiorem esse.*

LXXIII.

Theophylactus Bulgarorum archiepiscopus (qui floruit sæculo XI, *et ineunte* XII) *Didymi fragmenta bis affert in commentario* in Acta apostolorum, *cap.* 1, *pag.* 18, *et cap.* 3, *pag.* 42 *tomi tertii* Operum *editionis Venetæ anni* 1758.

LXXIV.

Aliæ incertorum auctorum catenæ, in quibus fragmenta ex Didymo afferuntur. Animadvertat tamen lector non omnes hasce catenas esse inter se diversas. Quænam vero inter se differant, eorum est docere, qui codices consulere queunt, in quibus exaratæ exstant. Didymum ergo allegant, aut memorant.

I. Collectores catenarum quinque in Genesim, *quarum prima memoratur a Lambecio III, pag.* 17, *atque Nesselio, tom. I, pag.* 20. *Secundam edidit Aloysius Lippomanus, qui Didymum allegat pag.* 29, 92, 103, 141, etc. *Tertia exstat cod.* 130 *bibliothecæ Regiæ Parisinæ, ut constat ex tom. II Catalogi codicum ejus bibliothecæ, pag.* 20. *Quarta est in codice* 161, *sæculi* 13, *ejusdem bibliothecæ. Quinta in codice Parisioneano sæculi* XV, *pag.* 44.

II. Auctor catenæ in Exodum, *quæ exstat cod.* 131 *bibl. Regiæ Parisinæ.*

III. Auctor catenæ Græcæ in Pentateuchum, *de qua Fabricius in* Bibl. Gr. *vol. VII, pag.* 729, *quæque edita est tantum Latine.*

Digitized by Google Распознавание текста

IV. Auctores catenarum quinque in Octateuchum, *quarum prima est in codice Græco* 50 *bibliothecæ Regiæ Taurinensis, ut patet ex tomo I Catalogi ejusdem bibliothecæ, pag.* 154. *Secunda in cod.* 15 *Græco bibliothecæ Venetæ S. Marci. Hæc dicitur afferre fragmenta ex Didymo : ego nullum in eo inveni ; sed cum festinanter eam percurrerim, oculos fortasse meos effugere. Tertiam se Venetiis vidisse in codice sæculi* XI *ait Montfauconius in* Diario Italico, *pag.* 433. *Quarta est in codice* 128 *biblioth. Reg. Paris. Quinta ibidem in codice* 129.

V. Auctores catenarum in libros Regum, *quarum primam vidi Venetiis in bibliotheca S. Marci, codice Græco* 16, *et Didymus ibi allegatur pagg.* 46, 68, 79, 129 *et seqq.*, 150, 195 et 199. *Secunda exstat in codice sæculi* X, *de quo agit Montfauconius in bibliotheca Coisliniana, pag.* 44. *Tertia in codice* 133 *biblioth. Reg. Parisiensis. Demum Joannes Rodulphus Cordubensis Didymum allegat in catena* in libros Regum.

VI. Auctores catenarum in Job, *quarum prima memoratur a Montfauconio in biblioth. Coisliniana, pag.* 57, *et dicitur haud multum diversa a catena Nicetæ jam edita. Secunda exstat in codice Passioneiano sæculi* XIV, *pag.* 76 : *eam contuli olim cum catena Nicetæ, ac valde quidem similem comperi, sed aliqua ex parte diversam. Tertia est in Græco codice Naniano. Quarta est in codice Mediceo Laurentiano* 27 *plutei* 5, *qui scriptus est sæculo* XIV *ineunte, ut testatur vir cl. Bandinius, pag.* 52, *Catalogi, qui eam non parum differre ait a catena Nicetæ. Quinto videndus etiam est codex* 19 *plutei* 10 *ejusdem bibliothecæ. Sexta exstat in codice* 134 *biblioth. Reg. Parisinæ. Septima et octava in* 138 et 151 *codice ejusdem bibliothecæ. Nono in codice* 162 *sæculi* XIII, *qui exstat ibidem, leguntur scholia* in Joannem, *in quibus allegatur Didymus. Decima est in codice Bibliothecæ Scorialensis, quem memorat Corderius pag.* XXIII *Indiculi ejus Bibliothecæ vulgati ab ipso Corderio una cum homiliis* XIX *Cyrilli Alexandrini* in Jeremiam.

VII. Auctores catenarum in Psalmos, *quarum prima edita est a Corderio. Secundam vidi Venetiis in bibliotheca S. Marci codice Græco* 17, *et est a Corderiana diversa. Tertia exstat in Bibl. Medicea Laurentiana, ut testatur Bandinius pag.* 34. *Quarta et quinta in codicibus* 79 *et* 221 *biblioth. Regiæ Taurinensis. Sextam a superioribus diversam vidi Venetiis in codice Græco Bibliothecæ Nanianæ. Septima est in codice* 188 *biblioth. Coisl., qui est sæculi* X, *ut testatur Montfauconius Bibl. Coisl. pag.* 244. *Octava in codice sæculi* X *ejusdem bibliothecæ memorato a Montfauconio pag.* 57. *Ex catalogo autem Patrum in hac catena allegatorum colligo eam differre a Corderiana. Nona ibidem in cod.* 80, *in quo etiam Didymus semel vocatur monachus, ut paulo superius dixi pag.* 490. *Decimo aliæ exstant in codicibus* 139, 140, 141, 146, 148, 163, 164, 166, 167, *biblioth. Reg. Parisinæ. Undecimo in codicibus, qui memorantur, tom. I manuscriptorum Angliæ parte* I, *pag.* 20 *et* 121. *Postremo in catena, quæ exstat cod.* 3 *plutei* 6 *bibl. Medic. Laurentianæ Didymum allegari, Montfauconius testatur in* Bibliotheca bibliothecarum *pag.* 256. *At vir cl. Bandinius eum codicem recensens, ac Patres numerans, ex quibus catena contexta est Didymi mentionem non facit.*

VIII. Auctores catenarum in Cantica Vet. et Novi Testamenti. *Primam memorat Fabricius* Bibl. Gr. *vol. VII, pag.* 729. *Secunda exstat in cod.* 159 *biblioth. Vindobonensis, teste Nesselio tom. I, pag.* 235. *Tertia in cod.* 81 *Bibl. Coislin. sæculi* XI, *ut testatur Montfauc. in Bibl. Coisl. paa.* 138. *Quarta in cod.* 274 *ejusdem bibliothecæ, teste Montfauc. ibid. pag.* 389.

IX. Auctores catenarum in Proverbia Salomonis *exstantium. Primo in codice* 31 *bibl. Bavaricæ monachii apud sereniss. Electorem. Videndus etiam codex* 8 *ejusdem bibliothecæ. Secundo in editione Peltani Latina hujusmodi catenæ. Tertio in cod.* 22 *bibliothecæ Venetæ S. Marci. Quarto in codice* 23 *ejusdem bibliothecæ, quem vidi : in eo autem sic inscribitur catena : Ἐκλογαὶ ἑρμηνειῶν εἰς τὰς Παροιμίας Σολομῶντος ἐκ διαφόων Πατέρων, id est,* Interpretationes selectæ in Proverbia Salomonis ex diversis Patribus. *Quinto in codice Passioneiano, qui mihi est* 23. *Sexto in cod.* 194 *Coisliniano sæculi* XVI, *teste Montfauc. pag.* 247 *Bibl. Coisl. Septimo in codice chartaceo* 31 *biblioth. sereniss. Elect. Bavariæ, ut me monuit vir cl. Franciscus Topsl præpositus canonicor. regul. Pollingæ. Octavo in cod.* 8 *ejusdem biblioth. teste Montfauc. in* Bibliotheca bibliothecarum, *pag.* 587. *Nono in codicibus* 151, 154, 172 *et* 174 *biblioth., reg. Parisinæ. Decimo in codice Scorialensi, ut constat ex pag.* 23 *Corderiani Indiculi jam citati.*

X. Auctores catenarum in Ecclesiasten, *quarum primam vidi Venetiis in codice Græco* 22 *bibliothecæ S. Marci. Secunda exstat in cod.* 176 *bibl. Reg. Parisinæ. Aliæ tres vero exstant Oxoniæ in biblioth. Bodleiana, teste Fabricio, vol. VII* Bibl. Græc., *pag.* 751.

XI. Auctores catenarum in Canticum Salomonis, *quarum prima exstat in cod. Græco* 95 *bibl. Reg. Taurinensis, ut disco ex tom. I Catalogi codd. ejus bibl., pag.* 184. *Altera edita est a Meursio, et Didymum allegat, pag.* 19. *Tertia exstat in cod.* 153 *biblioth. Reg. Parisinæ.*

XII. Auctor catenæ in Isaiam, *quæ exstat in codice Scorialensi, ut constat ex Corderiano Indiculo jam citato.*

XIII. Auctores catenarum in Jeremiam : *quarum prima edita est a Ghislerio, et Didymum allegat tom. I, pag.* 39, *ac tom. II, pag.* 704 *et* 753. *Secunda exstat in cod.* 4 *plutei* XI *bibl. Medic. Laur. Lege Bandinium pag.* 500 *Catalogi. Tertia in cod.* 159 *bibl. Reg. Paris.*

XIV. Auctor scholiorum in Danielem, *quæ exstant in cod.* 159 *bibl. Reg. Parisinæ.*

XV. Auctor catenæ in Matthæum, Lucam *et* Joannem, *quæ exstat cod.* 187 *bibl. Reg. Parisinæ.*

XVI. Auctor catenæ in Lucam, *quam Latine conversam edidit Corderius, Didymum allegat ad cap.* 8, *sect.* 5.

XVII. Auctores catenarum in Joannem. *Quarum prima edita est a Corderio, et undecies Didymum allegat. Secunda exstat in cod.* 33 *plutei* 6 *bibl. Medic. Laur. Tertia in codice* 23 *Coisliniano, ut testatur Montfauc. pag.* 67 *Bibl. Coisl. Quarto videndus est codex* 195 *ejusdem bibliothecæ, et quæ Montfauconius de ipso scribit ibidem pag.* 248. *Quinta est in cod.* 209 *bibl. Reg. Parisiensis. Sexto D. Thomas in catena in Evangelia Didymum allegat.*

XVIII. Auctores catenarum in Acta : *quarum primam exstare in codice bibliothecæ Regiæ Parisinæ ante* 600 *annos exarato testatur Richardus Simonius apud Fabricium, vol. VII* Bibl. Græcæ *pag.* 789. *Secunda memoratur infra pag.* 490. *Tertiam collegit Andreas presbyter, et exstat in cod.* 25 *Coisliniano, sæculi* X. *Lege Montfauconium in Bibl. Coisl. pag.* 76 *et* 77. *Quarta exstat in cod.* 202, *olim* 94 *Coisliniano sæculi* XI. *Lege Montfauc. ibid. pag.* 263. *Quinta in cod.* 216 *bibl. Reg. Parisinæ.*

XIX. Auctores catenarum in Epistolas S. Pauli : *quarum prima exstat in bibliotheca Bodleiana, teste Fabricio, vol. VII* Bibl. Gr., *pag.* 790. *Altera in cod.* 204. *Coisliniano sæc.* XI *circiter. Lege Montfauc. Bibl. Coisl. pag.* 264. *Tertia in cod.* 216 *bibl. Reg. Parisinæ.*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/АВР

XX. Auctores catenarum in Epistolas catholicas. *Quarum prima exstat in cod.* 58 *bibliothecæ Colle novi Oxoniensis : eamque memorat Volfius tom. IV* Anecdotorum, *ac in ea Didymum citari docet, fallor. Secunda in codice Coisliniano, quem memorat Montfauconius Bibl. Coisl. pag.* 275, *et scriptu dicit tempore Basilii et Constantini imperatorum. Esse autem hanc catenam diversam, ab ea quæ exst Oxonii, colligo ex Catalogis Patrum in utraque allegatorum. Tertia in cod.* 224 *Coisliniano sæculi teste Montfauc., pag.* 274. *Quarta in cod.* 216 *bibl. Reg. Parisinæ. Quinta in codice sæculi* XII *bibliothcæ Medic. Laurentianæ, teste Bandinio pag.* 102 *Catalogi.*

XXI. Auctores Eclogarum, sive Excerptorum ex Scriptura, et Patribus. Exstant autem hujusmodi Eclog primo in codice 294 *Coisliniano sæculi* XII, *teste Montfauconio pag.* 412 *Bibl. Coisl. Secundo in cod.* 2 *Coisliniano sæculi* XII *ut testatur idem ibid. pag.* 414.

XXII. Demum Montfauconius ipse in Palæographia *pag.* 347 *hæc scribit :* Frequentissime erratum fui maximeque in catenis, ubi... v. gr. Athanasius pro Didymo, quia cum in codicibus litteræ Δ, et A ad modum similes sint, duplex Δ superpositum pro duplici A habitum fuit, et lectum Ἀθανασίου.

LXXV.

Sigebertus Gemblacensis (*qui floruit anno circiter* 1113) *in* Chronico, *quod ab anno* 381, *pergit ad an num* 1113, *hæc habet ad annum* 396 :

Didymus absque oculis anno ætatis 85 Alexandriæ obiit.

LXXVI.

Joannes Zonaras schismaticus (*qui floruit anno circiter* 1118) *in* Annalibus, *lib.* XIII, *tom. II edit. Veneta anni* 1729, *pag.* 53.

Concilii hujus (quinti) indicti causa fuit Origenes, ejusque perversæ opiniones, et sectatores ejus Didymus, atque Evagrius : quorum dogma fuit animas ante corpora exstitisse, et supplicii finem esse, et dæmones pristinam dignitatem recuperaturos, aliaque plura.

Συνήθροιστο δὲ [ἡ πέμπτη σύνοδος] κατὰ τοῦ Ὠριγένους καὶ τῶν ἀλλοκότων ἐκείνου δοξῶν, καὶ τῶν τὰ ἐκείνου πρεσβευσάντων, Διδύμου καὶ Εὐαγρίου· οἵτινες τῶν ψυχῶν προϋπαρξιν ἐδογμάτιζον, καὶ τέλος τῆς κολάσεως ἔλεγον, καὶ τῶν δαιμόνων εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασιν, καὶ ἕτερα πλείονα.

Idem Zonaras in Canone in Deiparam, *qui exstat tom. III* Monumentorum Ecclesiæ Græcæ *a Cotelerio editorum, pag.* 468.

Didymus, Evagrius.

Cum Didymo rursum docet Evagrius animarum præexsistentiam, ex Origene accepta absurda opinione.

Διδυμος, Εὐάγριος.

Σὺν Διδύμῳ διδάσκει πάλιν ὁ Εὐάγριος ψυχῶν προϋπαρξιν, ἐκ τοῦ Ὠριγένους τὴν ἀλλόκοτον δόξαν δεξάμενοι.

Iidem.

Eorumdem sententia est, rursum et dæmones restitutionem in pristinum statum accepturos, atque homines qui nefaria commiserint, cum angelis etiam completuros unitatem, quam insana mente fabulantur.

Οἱ αὐτοί.

Τῶν αὐτῶν ἐστι δόγμα, αὖθις καὶ τοὺς δαίμονας ἀποκατάστασιν μέλλειν εἰληφέναι, καὶ ἀνθρώπων τοὺς ἄθεσμα πράξαντας, καὶ μετὰ ἀγγέλων ἀναπληρῶσαι τὴν ἑνάδα, ἣν μυθεύονται γνώμῃ κακόφρονι.

LXXVII.

Honorius Augustodunensis (*qui floruit anno circiter* 1120) *libro* I De scriptoribus ecclesiasticis, *cap.* 110.

Didymus Alexandrinus captus a parva ætate oculis, et ob hoc quoque elementorum penitus ignarus, tantum miraculum sui omnibus præbuit, ut dialecticam, et geometriam, quæ vel maxime visu indiget, usque ad perfectum didicerit. Hic plurima opera, nobiliaque conscripsit : commentarios *in Psalmos;* commentarios *in Evangelium Matthæi* et *Joannis; De dogmatibus,* et *contra Arianos* libros duos ; *De Spiritu sancto* librum unum, *in Isaiam* tomos octodecim; *in Osee* libros tres; *in Zachariam* quinque ; et commentarios *in Job,* et multa alia.

Et cap. 127 *ejusdem libri.*

Ambrosius Alexandrinus auditor Didymi.

Et cap. 136.

Hieronymus... scripsit... *De Spiritu sancto* librum unum.

LXXVIII.

Georgius Cedrenus (*qui floruit anno circiter* 1130) *in* Compendio historiarum, *tom. I, pag.* 236, *edit. Venetæ anni* 1729.

Eo anno (nempe sexto Constantii) Didymus quidam, vir præclarus, oculis captus, innotuit. Ad hunc magnus ille Antonius Alexandriæ accedens : « Non est, ait, cur ob jacturam oculorum perturberis. Tales enim amisisti oculos, quos etiam muscæ, ac culices damno afficere possunt. Gaude potius, quod oculos habes, qualibus angeli vident. »

Τούτῳ τῷ ἔτει Δίδυμός τις ἐλλόγιμος ἀνὴρ ἀπὸ ὀμμάτων ἐγνωρίζετο. Τούτῳ ἐντυχὼν ὁ μέγας Ἀντώνιος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ εἶπε πρὸς αὐτόν· « Μηδὲν ταραττέτω σε ἡ ἀποβολὴ τῶν ὀμμάτων· τοιοῦτοι γάρ σε λείπουσιν ὀφθαλμοί, οὓς καὶ μυῖαι καὶ κώνωπες βλάψαι ἰσχύουσι· χαῖρε δὲ, ὅτι ἔχεις ὀφθαλμοὺς, οἷς καὶ ἄγγελοι βλέπουσι. »

Et pag. 297.

Anno XXV imperii Justiniani habita est sancta et œcumenica quinta synodus... contra Severum.... necnon contra vecordem Origenem, et eos qui impias ejus opiniones sectabantur, Didymum cæcum, et Evagrium, qui dudum floruerant, et contra capitula ab ipsis exposita, in quibus, Græcarum opinionum ansa arrepta de animarum transitu in alia atque alia corpora, nugabantur animas corporibus

Τῷ κε' ἔτει τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ γέγονεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ε' σύνοδος... κατὰ Σεβήρου... ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ παράφρονος Ὠριγένους, καὶ τῶν τὰ ἐκείνου ἀσεβῆ δόγματα διαδεξαμένων, Διδύμου τοῦ ἀπὸ ὀμμάτων, καὶ Εὐαγρίου, τῶν πάλαι ἀκμασάντων, καὶ τῶν ἐκτεθέντων παρ' αὐτοῖς κεφαλαίοις, ἐν οἷς ἐληρώδουν· προϋπάρχειν τὰς ψυχὰς τῶν σωμάτων, ἐξ Ἑλληνικῶν ὁρμώμε

Digitized by Google Распознавание текста

καὶ δογμάτων, τὴν μετεμψύχωσιν δοξαζόντων, τέλος τε τῆς καλάσεως, καὶ τὰ σώματα ἡμῶν μὴ ἀνίστασθαι τὰ αὐτὰ ἐν τῇ ἀναστάσει, καὶ τὴν τῶν δαιμόνων εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασιν· τὸν δὲ παράδεισον ἀλληγορούντων, καὶ μὴ γεγενῆσθαι, μήτε εἶναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ αἰσθητὸν, μήτε ἐν σαρκὶ πλασθῆναι τὸν Ἀδάμ. Ἄτινα δόγματα ἕως χρόνου τὸ πλέον ἐκρύπτετο· εἰς πλῆθος δὲ ἐπιδιδόντα, καὶ πολλοὺς τῆς Ἐκκλησίας λυμαινόμενα, τηνικαῦτα στηλιτευθέντα ἀνεθεματίσθησαν.

tempore esse priores; nnem suppliciorum fore; non iisdem nos resurrecturos corporibus; dæmonas in integrum restitutum iri; paradisi vocabulum allegorice accipiendum esse; neque sensilem paradisum fuisse a Deo conditum, neque Adamum carneum fuisse effictum. Hæ opiniones cum aliquandiu fere latuissent, tandem in multitudinem eruperunt, multosque ecclesiasticos vitiarunt : itaque tunc damnatæ et proscriptæ sunt.

LXXIX.

Petrus diaconus (*qui obiit post annum* 1140) *in libro* De viris illustribus Casinensibus, *cap.* 36, *seu pag.* 187 Bibliothecæ ecclesiasticæ *editæ a Jo. Alb. Fabricio.*

Paulus e Liguria Romanorum provincia ortus, et ab ipsa infantia, occulto Dei judicio, lumine privatus, et ob hanc rem litteris, et philosophicis studiis ignarus, tantum usque in hodiernum diem de se miraculum præbuit, ut ab omnibus alter Didymus appelletur. Hic postquam scripsit, etc.

LXXX.

Anselmus Havelbergensis (*qui scripsit anno* 1145) *in libro* II Dialogorum, *cap.* 24, *seu pag.* 189 *tom. I* Spicilegii *Acheryani.*

Didymus etiam Græcorum doctor non minimus, qui multos libros edidit, et *De sancta Trinitate* tres libros fecit, et Origenis opus *De principiis*, id est *Περὶ ἀρχῶν*, commentatus, in eis explanationes reliquit eximias : ille, inquam, Didymus oculorum quidem passione visu privatus, sed intus perfecte illuminatus, in libro *De Spiritu sancto*, quem noster Hieronymus, Græca, et Latina, et Hebraica lingua eruditus, transtulit, Spiritum sanctum a Filio quoque procedere, patenter ostendit dicens : *Spiritus sanctus, qui est Spiritus veritatis*, etc.... Hæc ita Didymus.

LXXXI.

Gratianus in decreto (*quod edidit anno circiter* 1151) *parte* III De consecr. *dist.* 5, *cap.* 40, *pag.* 2414, *edit. Venetæ anni* 1604, *longum ex Didymo testimonium affert, ut probet Spiritum sanctum a Patre et Filio procedere. Editores autem decreti hunc ei capiti titulum inscripserunt.* Item Didymus in lib. II *De Spiritu sancto* contra errores Græcorum.

LXXXII.

Alcherus monachus Cisterciensis (*qui floruit medio circiter sæculo* XII, *et cui tribuunt monachi Maurini librum* De spiritu et anima) *capite* 49 *ejus libri, seu tom. VI Operum Augustini in Appendice pag.* 55, *Didymum memorat : sed nihil aliud facit, quam Gennadii verba jam allata pag.* 482 *ex lib.* De dogm. eccl. *exscribit.*

LXXXIII.

Auctor chronici Veingartensis (*qui scripsit anno circiter* 1200) *tom. III* Lectionum antiquarum *Canisii parte* II, *pag.* 594, *edit. Basnagianæ.*

Valens.... regnavit annos XI, Ambrosius, Maximus, Hieronymus claruerunt. *Ita quidem habent exemplaria edita : sed puto, pro* Maximus, *legendum esse*, Didymus.

LXXXIV.

Vincentius Bellovacensis ord. Præd. (*qui obiit anno* 1264) *in* Speculo Historiali, *lib.* XIV, *cap.* 55, *pag.* 190 *edit. Venetæ anni* 1591.

Hieronymus in Chronico, anno Valentiniani octavo : *Didymus Alexandrinus multa de nostro dogmate*, etc. Rufinus secundo libro : *Didymus in parva ætate cum prima adhuc elementa*, etc.

Et cap. 56 *ejusdem libri.*

Hieronymus in libro *Virorum illustrium : Didymus Alexandrinus captus a parva ætate oculis*, etc.

Deinde allato Hieronymi testimonio, hæc subjicit Vincentius Bellovacensis :

Omnium librorum Didymi nullum in armariis, quæ sunt apud nos, uspiam reperi, præter librum *De Spiritu sancto*; quem Hieronymus se in Latinum vertisse testatur, dicens, etc. : *Animadvertendum, in locis Hieronymi ac Rufini a Bellovacensi allatis, si conferantur cum eorum operibus impressis, aliquas deprehendi lectionum varietates.*

LXXXV.

Joannes de Columna Romanus ord. Præd. (*qui anno* 1255 *factus est archiepiscopus Messanensis, et anno* 1263, *vicarius Romæ*) *hæc habet in libro nondum edito* De viris illustribus *in duas partes diviso, quem videtur scripsisse post annum* 1263, *parte* II, *pag.* 59, *codicis membranei, qui asservatur Venetiis in bibliotheca Sanctorum Joannis et Pauli, et ex quo ego ea exscripsi. Vir doctissimus Bernardus de Rubeis eumdem codicem sæculo* XIV *interpolatum, sive auctum esse docet quoad scriptores recentiores. Vide ejus admonitionem præviam in tomum I Operum S. Thomæ.*

Didymus Alexandrinus genere, vir mor. (*nescio, utrum legendum sit* morali, *an* morum, *an* moribus) scientia et doctrina eximius fuit. Is namque, ut dicit Rufinus, in parva ætate cum adhuc etiam prima ignoraret elementa litterarum, luminibus orbatus, majori desiderio veri luminis inflammatus est, nec desperationem cupita addiscendi passus, cum audisset scriptum in Evangelio, *Quod apud homines impossibile est, possibile est apud Deum* [71], hac pollicitatione confisus in Domino, precabatur obnixius, ut illuminationem cordis acciperet; miscebat tamen precibus studia, ac laborem, et juges, continuatasque vigilias non ad legendum, sed ad audiendum adhibebat, ut quod aliis visus, hujus illi conferret auditum. Cum post lucubrationis labores, ut fieri solet, somnus legentibus advenisset, Didymus somnum illum non ad quietem vel otium datum ducens, tanquam mundum animal ruminans cibum quem ceperat, ex integro revocabat, ut non tam audisse quæ lecta fuerant, quam descripsisse mentis suæ paginis videretur. Et ita

[71] Matth. XIX, 26; Luc. XVIII, 27.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

brevi, Deo docente, et tanta divinarum humanarumque rerum eruditione ac scientia venit, ut scholæ ecclesiasticæ Doctor exsisteret, ab Athanasio episcopo cæterisque viris sapientibus in Ecclesia Dei admodum approbatus. Sed in cæteris sive dialecticæ, sive geometriæ, astronomiæ quoque et arithmeticæ disciplinis ita erat peritus, ut nullus unquam philosophorum in aliqua ex his artibus proponens obtinere eum, vel concludere quiverit. Sed statim ut responsionem acciperet, magistrum eum etiam illius, de qua proposuisset, quæreret disciplinæ. Cujus etiam scripta in magna hodie admiratione habentur. Hic, ut dicit Hieronymus, plurimaque nobilia opera scripsit, scilicet commentarios *in* omnes *Psalmos*, commentarios *in Evangeliis Joannis* et *Matthæi*. Item *De dogmatibus contra Arianos* lib. II: item *De Spiritu sancto* lib. unum, quem Hieronymus de Græco in Latinum convertit; *in Isaiam* tomos XVIII; *in Oseæ* lib. III; *in Zachariam* lib. VII. Item commentarios *in libris sancti Job*. De libris autem hujus sancti doctoris apud Latinos penitus invenitur, præter librum *De Spiritu sancto* quem Hieronymus transtulit, ut dictum est. In cujus prologo sic dicit. Volens aliquid *De Spiritu sancto* garrire, malui alieni operis interpres exsistere, quam, ut quidam faciunt, informis cornicula alienis me coloribus adornare. Legi dudum libellos *De Spiritu sancto*, et juxta comici sententiam, de Græcis bonis Latina vidi non bona: nihil ibi virile, nihil districtum, sed totum flaccidum, molle et nitidum. Didymus vero meus oculos habens Sponsæ, et ille lumina illa, quæ *in* candescentes segetes Jesus præcipit sublevari, procul altius intuens, antiquum nobis morem reddens ut propheta vocetur videns. Certe qui hunc legerit, Latinorum furta cognoscet et contemnet rivulos haurire de fontibus. Hunc que cum beatus Antonius fidei Athanasii testimonium laturus adversus Arianos de Thebaide Alexandriam descendisset, magnificis consolatus est verbis. Nihil te, inquit, offendat, o Didyme, quod carnalibus oculis videris orbatus: desunt tibi oculi illi, quos mures, muscæ et lacertæ habent. Sed lætare quod habes oculos, quos angeli habent, per quos tibi magistrum scientiæ lumen accenditur. Sed et Eusebius de eo sic loquitur: Nos qui et vivæ vocis ejus et parte aliqua auditores fuimus, et ea, quæ a nonnullis, docente eo, conscripta sunt, legimus, longe majorem gratiam et divinum nescio quid ac supra humanam vocem sonans, in illis magis sermonibus, qui de ore ipsius proferebantur, agnovimus. Vixit autem annis nonaginta. Floruit autem sub Valentiniano imperatore.

LXXXVI.

Incertus auctor Synopseos imperfectæ vetustorum conciliorum generalium, in fragmento, quod affertur tom. VI Conciliorum *ed. Ven. anni* 1729 *pag.* 417. *Testimonium vero istud hic ideo collocavi, quod videatur idem cum proxime sequenti, aut alterum ex altero exscriptum.*

Rejecit quoque, et anathematizavit sancta illa synodus (quinta) in primis Origenem dementem, et omnia ejus impia dogmata ac scripta, tum Evagrium et Didymum, ut symmystas ejus, ac sequaces, et paganorum dogmatibus scaturientes. Nam et illa corpora quæ nunc gestamus, dementer dixerunt non excitatum iri a Deo; nec esse, et in carne formatum non esse Adamum; et finem esse suppliciorum; ac dæmonum in priorem statum restitutionem. Nec ea tantum, sed et alia quædam præter hæc, quæ quasi arcana celabantur, non omnino traducta sunt in synodo, etiamsi quidam sanctorum Patrum ea haberent, nam et antiquiores hac sancta synodo fuerunt illi tres hæretici. Ubi vero populum ingentem deceperunt hi perversi frutices, tunc et sancta synodus illa congregata illos ac sequaces cum suis blasphemiis anathematizavit.

Ἀπεβάλετο δὲ καὶ ἀνεθεμάτισεν ἡ ἁγία σύνοδος (ἡ πέμπτη) ἐν πρωτοτύπῳ μὲν Ὠριγένην τὸν παράφρονα, καὶ πάντα αὐτοῦ τὰ ἀσεβῆ δόγματα καὶ συγγράμματα, Εὐάγριόν τε καὶ Δίδυμον, ὡς συμμύστας τούτου, καὶ σύμφρονας, καὶ Ἑλληνικοῖς ἐμφορουμένους δόγμασι. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὰ τὰ σώματα, ἃ νῦν περικείμεθα, ἀνοήτως εἶπον μὴ ἀναστήσεσθαι ὑπὸ Θεοῦ, μήτε εἶναι, καὶ ἐν σαρκὶ μὴ πλασθῆναι τὸν Ἀδάμ, καὶ τέλος εἶναι τῆς κολάσεως, καὶ δαιμόνων εἰς τὸ ἀρχαῖον κατάστασιν. Οὐ μόνον δὲ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ἄλλα τινὰ παρά τισιν ἐν τῷ κρυπτῷ κατεχόμενα τελείως οὐκ ἐθριαμβεύθησαν ἐπὶ συνόδῳ, εἰ καί τινες τῶν ἁγίων Πατέρων εἶχον αὐτά. Καὶ γὰρ προγενέστεροι τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου οἱ τρεῖς ὑπῆρχον αὐτοὶ αἱρετικοί· ὁπηνίκα δὲ πολὺν λαὸν τὰ τοιαῦτα πονηρὰ ἐξηπάτησαν βλαστήματα, τηνικαῦτα καὶ αὐτὴ ἡ ἁγία σύνοδος συναθροισθεῖσα, τουτους τε καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῖς καὶ τὰς αὐτῶν βλασφημίας ἀνεθεμάτισεν.

LXXXVII.

Auctor Tractatus contra Græcos (*qui editus dicitur Constantinopoli anno* 1252) *tom. XXVII* Biblioth. Patrum *editionis Lugdun. anni* 1677, *pag.* 612. *Combefisius autem et Fabricius aiunt eum esse scriptum a Pantaleone ordinis Prædicatorum.*

Excommunicavit eadem sancta synodus (quinta) Origenem, et omnia ejus impia scripta, Evagrium et Didymum, et similes, et æqualia sapientes; et doctrinis gentilium contemnentes (*legendum fortasse*, contendentes, *aut* consentientes). Etenim ipsi corpora, in quibus nunc sumus, dixerunt tanquam sine intellectu et insipienter, non esse resurrectura; et quod paradisus sensibilis non est factus a Deo, nec est; et quod Adam non fuit formatus a Deo in carne; et quod pœna reproborum finem habeat; et quod dæmones reducentur in statum pristinum, quem habuerunt scilicet, antequam caderent. Non solum autem hoc, sed et alias infinitas blasphemias colligentes se ipsos immerserunt in profundum. Quæ tamen usque in publicum, vel in manifestationem non prædicaverunt, sed apud aliquos in occulto habebantur, nec potuerunt perfecte æstimari prædicta dogmata de sancta synodo. Quia cum dicti tres hæretici multo antiquiores fuissent prædicto V concilio, multos in diversis partibus mundi attraxerunt sibi. Cumque multum populum cœpissent hujusmodi impia dogmata corrumpere; statim et V concilium voluntate Dei fuit celebratum, ubi ipsos et eorum blasphemias reprobans, eos et omnes similia sequentes anathematis gladio percussit. Insuper et Theodorum, etc.

LXXXVIII.

S. Thomas Aquinas in Expositione continua, *seu* Catena Aurea in evangelistas (*quod opus scripsit paulo post annum* 1262, *illudque se* ex diversis doctorum libris compilasse *ait*) *sæpius Didymi loca affert ex libro* De Spiritu sancto: *quæ si conferantur cum editionibus ejus libri, aliqua lectionum varietas deprehendetur. Nimirum ad caput* XXVIII *Matthæi, seu tom. I V ed. Ven. anni* 1745, *pag.* 495, *legimus:*

Didymus in libro (M) *De Spiritu sancto: Licet autem quis possit exsistere saxei, ut ita dicam, cordis,* etc.

Et ad cap. XIV *Joannis, seu tom. V, pag.* 609.

Didymus *De Spiritu sancto: Sed Spiritum sanctum alium Paracletum nominavit,* etc. *Didymum etiam citat*

Digitized by Google Распознавание текста

S. Thomas, ejusque verba allegat ad caput xv *Joannis pag.* 624, *et rursus pag.* 625. *Et ad caput* xvi, *pag.* 630; *et rursus bis pag.* 631; *itemque pag.* 632.

Et in Summa theologica (*quam scribere cœpit anno* 1265) *parte* III, *quæst.* 66, *art.* 6, *seu tom. XXIV, pag.* 416.

Sed contra est, quod Pelagius papa scribit.... Didymus etiam dicit in libro secundo *De Spiritu sancto: Licet quis possit existere*, etc. *Verum vox illa*, secundo, *irrepsit in editionem Venetam.*

Alibi etiam Didymum citare videtur sub S. Hieronymi nomine: ut I *part., quæst.* 31, *art.* 2, *pag.* 188, *ubi legitur:*

Quia ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis, ut Hieronymus dicit, ideo cum de Trinitate loquimur, cum cautela et modestia est agendum. *Eadem verba affert paulo post, nempe quæst.* 39, *art.* 7, *pag.* 227, *ubi editores hæc notant:* Refertur a Magistro Sententiarum lib. IV dist. 13 in fine; sed in Hieronymo nullibi occurrit. *Ita illi. Ego vero crediderim respici tum a Magistro, tum a S. Thoma initium libri Didymi* De Spiritu sancto. *Lege etiam quæst.* 33, *art.* 4, *pag.* 201.

LXXXIX.

Ptolemæus Lucensis, episcopus Torcellanus, ordinis Prædicatorum (*defunctus paulo post annum* 1325) *in* Historia ecclesiastica *libro* V, *cap.* 27, *seu tom. XI* Rer. Italicar. script., *pag.* 838.

Circa ista etiam tempora fuit Didymus Alexandrinus, qui captus a parva ætate, et oculis orbatus, ut scribit Hieronymus, et ob hoc litterarum ignarus, tantum miraculum sui omnibus præbuit, ut dialecticam et grammaticam vel maximo nisu usque ac perfectum didicerit. Hic plurima volumina conscripsit, videlicet commentarios *in Psalmos* omnes, ut scribit idem doctor: Commentarios *in Evangelium Matthæi* et *Joannis*: et *De dogmatibus contra Arianos* libros II: *De Spiritu sancto* librum I, quem idem doctor dicit transtulisse de Græco in Latinum: *in Isaiam* tomos XVIII: *in Osee* scribens ad Hieronymum lib. III. Longo enim tempore vixit, et extendit se vita ejus usque ad tempora memorati doctoris, propter quod ipse Hieronymus rogavit eum de commentario faciendo supra Zachariam, et fecit libros V. Fecit et commentarios super *Job*, et alia multa non sine magna admiratione divinæ illustrationis in ipso. Hujus Historiam Rufinus lib. XI multo diffusius tradidit.

XC.

Nicephorus Callistus Callisti filius in Historia Ecclesiastica (*quam scripsit anno circiter* 1320) *libro* IX, *cap.* 17, *seu tom. I, pag.* 715, *editionis Parisiensis anni* 1630.

Καιροῖς δ' ἐκείνοις καὶ ὁ ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς Δίδυμος ἐγνωρίζετο, τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατριβῆς προϊστάμενος τῶν ἱερῶν μαθημάτων. Ἦν δὲ οὐ μόνον ἐν τούτῳ τὸ δόκιμος εἶναι κτησάμενος, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης παντοδαπῆς σοφίας ἐπ' ἀκριβὲς ἔχων. Τούς τε γὰρ ποιητὰς καὶ ῥήτορας εἰς ἄκρον ἤσκητο· ἀστρονομίας δὲ, καὶ γεωμετρίας, καὶ ἀριθμῶν ἀναλογίας, οὐδὲν ἐκείνῳ παρεῖτο λαθόν. Ἐπὶ τόσον δὲ τὰς διαφόρους δόξας τῶν φιλοσόφων ἐκρίβωσεν, ὡς ἄλλο μηδὲν εἰδέναι δοκεῖν. Ἃ δὴ πάντα νῷ τε καὶ ἀκοῇ προσεκτήσατο. Νήπιος γὰρ πάμπαν τυφλὸς γενόμενος, εἰς πεῖραν μόνην τῶν στοιχείων ἐλθεῖν· εἰς ἐφήβους δὲ παρελάσας, τῆς τῶν λόγων ἐρασθῆναι παιδείας. Καὶ δὴ τοῖς διδασκαλείοις φοιτῶν ἠκροᾶτο μόνον· εἰς τόσον δ' ἦκε σοφίας δι' ὀλίγου μεγέθει καὶ τάχει φύσεως, ὡς καὶ τὰ τῶν μαθημάτων σκολιὰ καὶ ἀπόῤῥητα τῶν θεωρημάτων εἰς ἄκρον μαθεῖν. Τυφλὸν δ' ὄντα λέγεται μαθεῖν τὰ γράμματα τῇ ἀφῇ τῆς χειρός. Τοὺς γὰρ τῶν γραμμάτων τύπους, σανίδι εἰς βάθος ἐνστιμανθέντας, ἐπαφώμενον γνῶναι· τὰ δ' ἄλλα, συλλαβὰς, καὶ μίξεις, καὶ τὰ ἑξῆς, διανοίας ὀξύτητι τῷ νῷ θηράσαι καὶ ἀκοῇ. Θαῦμα δ' ἦν ἐξαίσιον καὶ ἀκουόμενος καὶ ὁρώμενος. Πολλοὶ μὲν οὖν καὶ εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἦκον, οἱ μὲν κατὰ θέαν μόνην τἀνδρὸς, οἱ δὲ καὶ τῆς ἐνούσης τοῖς λόγοις χαρίτος ἀκουσόμενοι. Τῆς δ' ἐν Νικαίᾳ δόξης ὑπερισταμένος, Ἀρειανοῖς ἀντετάσσετο. Ἦγχε δὲ αὐτοὺς τῇ πειθοῖ τῶν λόγων, ἣν οὐ βίᾳ ποιεῖν ἐδόκει. Τοῖς δ' ἀμφιβαλλομένοις προτείνων τοὺς λόγους, τῶν διαμαχομένων τὴν κρίσιν ἐπέτρεπεν (ὁ δὲ μᾶλλα πειθήνιος ἦν)· τοῖς δὲ ὀρθὸν δοξάζουσι, διὰ τοῦτο ἐράσμιος μάλιστα. Οὐ τούτοις δὲ μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ μοναχοῖς διὰ τιμῆς ἦγετο. Καὶ μᾶλλον ὁ περιβόητος ἐν ἀσκήσει Ἀντώνιος διὰ θαύματος αὐτὸν ἐποιεῖτο. Ὃν φασι τὴν Ἀλεξάνδρειαν κατειληφότα, τὸ βέβαιον τῆς Ἀθανασίου πίστεως μαρτυρούμενον, τοιαῦτα τῷ Διδύμῳ εἰπεῖν· « Οὐ χρεών, ὦ Δίδυμε, λύπαις σαυτὸν ἐκτήκειν, στερούμενον ὀφθαλμῶν, οἷς μέτεστι καὶ μυσὶ καὶ σαύραις καὶ τοῖς ἀφαυροῖς τῶν ζωυφίων· ἥδεσθαι δὲ μᾶλλον καὶ χαίρειν, οἷς παραπλησίως ἀγγέλοις τοῖς ἔνδον ὁρᾷς ὀφθαλμοῖς· οἳ ὧν τρανῶς τὴν ἀκήρατον, καὶ θείαν γνῶσιν κατανοεῖς, καὶ τὴν ἀληθειαν ἀκριβῶς εἰσοράᾳς. Βιβλία δὲ οὗτος καταλέ-

Temporibus autem eis clarus etiam fuit ecclesiasticus scriptor Didymus, scholæ sacrarum disciplinarum Alexandriæ præfectus. Neque vero laudem in ea eruditione tantum meritus fuerat, verum etiam omne genus alterius sapientiæ summo excoluerat studio. Poeticam namque et oratoriam perfecte didicerat; de astronomia autem, et geometria, numerorumque proportionibus, et convenientiis nihil eum latebat. In diversas philosophorum opiniones tanta incubuerat, ut eas exacte perdisceret, cura, ut præterea aliud nihil scire videretur. Quæ sane omnia acumine mentis, et auditionis perceperat. In pueritia namque visum prorsus amisit, cum elementa prima discenda ei essent. Ephebus vero artium liberalium eruditionem adamavit, atque in scholis præceptores audiebat tantum. Eo autem sapientiæ brevi pervenit amplitudine et celeritate ingenii, ut mathematicarum artium obscura, et theorematum, speculationumque arcana exactissime didicerit: et cum cæcus esset, litterarum notitiam manuum contrectatione assecutus esse dicitur; nam earum formas in tabula altius exsculptas sæpius tangendo cognovit. Alia porro, ut syllabas, litterarumque connexiones, et quæ ordine consequuntur cætera, propter naturæ acumen animo et auditu pervestigata percepit · præcipuumque ipse miraculum fuit, cum audiretur, et conspiceretur. Multi quidem vel ut virum eum duntaxat viderent, vel ut suavem gratamque orationem audirent, Alexandriam venere. Pro Nicænis vero decretis pugnans Arianis restitit, eosque orationis suæ suadela, quam vi nulla adhibere videbatur, pressit. Et ad eos, qui secum disputabant, verba faciens, rerum controversarum judicium detulit. Et cum ad morem gerendum, et credendum facilis erat, tum orthodoxis eo nomine charus maxime fuit; nec ab his tantum, sed etiam a monachis Ægyptiis magno honore cultus est. Præcipue vero eum clarissimus ille pietatis exercitio Antonius admiratus est: quem dicunt, cum Alexandriam venisset, ut Athanasio firmæ certæque fidei perhiberet testimonium, hæc ad Didymum prolocutum esse verba: Non est, Didyme, quod te ipsum mœrore conficias, propterea quod oculis careas, quos mures, lacertæ, et vilia animalcula habent: voluptate potius et lætitia efferri te conve-

Digitized by Google Распознавание текста АВК/АВР

nit, qui itidem ut angeli internis maxime vigeas oculis, quibus clare immortalem et divinam cognitionem percipis. Hic hosce reliquit libros. In totum *Psalmorum* librum varios commentarios. *In Osee* et *Zachariam* libros quinque. *In Isaiam* libros duodeviginti. *In Evangelium secundum Matthæum* et *secundum Joannem* non parvos commentarios scripsit. Insuper contra Arianos. Et *De Spiritu sancto :* aliaque scripta plurima composuit.

λοιπε ταῦτα • *Εἰς τὴν τῶν Ψαλμῶν βίβλον* ὅλην διάφορα *Ὑπομνήματα. Εἰς τὸν Ὡσηὲ* καὶ *Ζαχαρίαν* λόγους πέντε. *Εἰς τὸν Ἡσαΐαν* λόγους δεκαοκτώ. *Εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον* καὶ *κατὰ Ἰωάννην* οὐκ ἐλάχιστα *Ὑπομνήματα.* Ἔτι δὲ καὶ *Κατὰ Ἀρειανῶν*, καὶ *Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*, καὶ ἕτερα συγγράμματα πλεῖστα.

Et libro X, *cap.* 35, *seu tom. II, pag.* 82

Sed et Didymus philosophus ecclesiasticus, domicilium Alexandriæ habens, in mœrore maximo fuit cum propter imperatorem, qui tam impiam sequeretur religionem, tum quod Ecclesias tantopere contemni videret. Quapropter jejuniis se macerans, et Deum precibus invocans, cum præ vehementi sollicitudine ne noctu quidem alimenti quidquam sumpsisset, in sella considens somno obrutus est; deinde extasi correptus equos candidos per aerem discurrentes sibi videre est visus : et qui eis insidebant eosque cohibebant equites, elata voce clamantes : Annuntiate Didymo, hac ipsa hora Julianum esse cæsum : hoc ipsum autem magno Athanasio etiam ipse significet, et surgens cibum capiat..... philosophus Didymus Alexandrinus.... viderunt, talia ravit, quam cædes postea renuntiata confirmavit.

Ἀλλὰ καὶ Δίδυμος ὁ τῆς Ἐκκλησίας φιλόσοφος, τὴν Ἀλεξάνδρου οἰκῶν, περίλυπος μάλιστα ἦν, διά τε τὸν κρατοῦντα θρησκεύειν οὕτως ἐλόμενον, καὶ διὰ τῶν Ἐκκλησιῶν καταφρόνησιν. Νηστεύων οὖν διὰ ταῦτα, καὶ τὸν Θεὸν ἱλεούμενος, ὑπὸ τῆς ἄγαν μερίμνης οὐδὲ τῆς νυκτὸς τροφῆς μετασχών, οὕτως ἐπὶ θρόνου καθήμενος, εἰς ὕπνον τρέπεται. Εἰς ἔκστασιν δ' ἐλθών, λευκοὺς ὑπ' ἀέρι τρέχοντας ἵππους ἐδόκει ὁρᾶν· οἱ δ' ἱππόται τούτων ἔποχοι ὄντες, ἐκήρυττον· « Ἀναγγείλατε Διδύμῳ, ὡς περὶ τήνδε τὴν ὥραν ἀνῄρηται Ἰουλιανός· τοῦτο δὲ καὶ Ἀθανασίῳ τῷ πάνυ διαμηνύετω, καὶ ἀναστὰς μετεχέτω τροφῆς.

Quæ Julianus monachus, et ecclesiasticus sunt. Neque illorum quisquam a veritate aberravit, quam cædes postea renuntiata confirmavit.

Et lib. XI, *cap.* 37, *tom. II, pag.* 187.

Valde etiam litterarum et eruditionis studiosus fuit (Ammonius monachus), ita ut Origenis, et Didymi, et Evagrii scripta diligenter et feliciter legeret.

Εἰσάγαν δὲ καὶ φιλολόγος ἐγένετο [Ἀμμώνιος μοναχὸς], ὥστε καὶ τὰ Ὠριγένους, καὶ Διδύμου, καὶ Εὐαγρίου σπουδάσματα γενναίως διεξελθεῖν.

Et cap. 42 *ejusdem libri, seu tom. II, pag.* 196.

Post Ephraim Syrum, celeberrimi in utraque philosophia fuere Didymus Alexandrinus, et Evagrius monachus Ægyptiacus. Cæterum de Didymo, qui fuerit, et quæ scripta post se reliquerit, in nono historiæ hujus libro a me est dictum. De Evagrio autem, etc... Ambo isti in sana fidei doctrina claudicarunt, etsi plura scriptorum tela in veritatis hostes jecerint.

Μετά γε μὴν τὸν Σύρον Ἐφραΐμ, ἐπισημοτάτω ἐγενέσθην καὶ τὴν κατ' ἄμφω φιλοσοφίαν, Δίδυμος ὁ Ἀλεξανδρεὺς, καὶ Εὐάγριος ὁ Αἰγύπτιος. Ἀλλὰ περὶ μὲν Διδύμου, τίς τε ἦν, καὶ ὅσα συγγράμματα καταλέλοιπεν, ἐν τῇ ἐννάτῃ μοι διείληπται τῶν ἱστοριῶν· περὶ δὲ Εὐαγρίου, κ. τ. λ.... Ἄμφω περὶ τὸ ὑγιὲς τῆς πίστεως δόγμα χωλαίνοντες ἦσαν, καίπερ πλεῖστα λόγων θέλη κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἀφιέντες ἐχθρῶν.

Et libro eodem cap. 43, *seu tom. II, pag.* 199 *et seq.*

Hæc igitur ad verbum scribit Evagrius in libro qui inscribitur *Practicus*. Quænam vero in *Gnostico* etiam enarret, audiamus..... Sermones *De Providentia*, et *De judicio*, assidua meditatione tecum ipse recole, *ait magnus ille doctor, et spiritali scientia instructus, Didymus;* eorumque sermonum materias fac in memoria circumferas. Omnes enim fere in his labuntur. Et sermones quidem, ac rationes de judicio, in differentia corporum, et in partibus mundi reperies. Sermones autem de Providentia, in modis illis, quibus a vitio et ignorantia ad virtutem et cognitionem ducimur, deprehendes. *Atque hæc, speciminis causa, ex Evagrii libris desumpta, hic inseruimus.*

Ἐν μὲν οὖν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ αὐτοῦ *Πρακτικῷ* ταῦτα κατὰ λέξιν φησὶν Εὐάγριος. Οἷα δὲ καὶ ἐν τῷ *Γνωστικῷ* αὐτοῦ διέξεισιν, ἀκουσώμεθα... « Τοὺς *Περὶ Προνοίας* καὶ *Κρίσεως* κατὰ σαυτὸν ἀεὶ γύμναζε λόγους, φησὶν ὁ μέγας καὶ γνωστικὸς διδάσκαλος Δίδυμος, καὶ τούτων τὰς ὕλας διὰ μνήμης φέρειν πειράθητι· ἅπαντες γὰρ σχεδὸν ἐν τούτοις προσπταίουσι. Καὶ τοὺς μὲν περὶ κρίσεως λόγους, ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν σωμάτων καὶ τοῦ κόσμου εὑρήσεις· τοὺς δὲ περὶ Προνοίας, ἐν τοῖς τρόποις τοῖς ἀπὸ κακίας καὶ ἀγνωσίας ἐπὶ τὴν ἀρετὴν, ἢ ἐπὶ τὴν γνῶσιν ἡμᾶς ἐπανάγουσιν. » Ταῦτα μὲν, γεύματος χάριν, ἐκ τῶν Εὐαγρίου ὑμῖν παρεθέμεθα.

Et libro XVII, *cap.* 27, *seu tom. II, pag.* 774 *et seq.*

Imperator Justinianus sanctam quintam œcumenicam synodum coegit... cum permulti in Palæstina, qui Origenis dogmata profiterentur, florerent... Postquam Patres (quintæ synodi) ibi in loco uno convenere, causam in primis Origenis, Didymi et Evagrii in medium protulere : videlicet quod Græcorum opiniones rectis Ecclesiæ doctrinis perperam illi immiscuissent : easque opiniones tollendas esse censuere.

Ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς τὴν ἁγίαν πέμπτην οἰκουμενικὴν ἠθροισε σύνοδον... τῶν τὰ Ὠριγένους φρονούντων ἐν Παλαιστίνῃ πολλῶν ἀκμαζόντων... οἳ δὴ κατὰ ταυτὸν γενόμενοι, τὰ κατὰ τὸν Ὠριγένην, Δίδυμόν τε καὶ Εὐάγριον, ἐν πρώτοις ἐκίνουν· ὡς ἄρα εἶεν Ἑλλήνων δόξας τοῖς ὀρθοῖς τῆς Ἐκκλησίας δόγμασι παρασπείροντες, καὶ δέον ἐκ μέσου τούτους γενέσθαι.

Et eodem capite 27, *pag.* 776 *et seq.*

In secunda autem sessione libelli ab Eulogio, Conone, Cyriaco, et Pancratio, monachis Jerosolymitanis, contra impia Origenis, qui et Adamantius dictus est, dogmata, et contra impietatis, et seductionis ejus sectatores oblati, et lecti sunt : Justinianus rursum synodum de eis sententiam dicere

Ἐν δευτέρᾳ δὲ συνελεύσει λιβέλλων ἐπιδεδομένων παρά τε Εὐλογίου, Κόνωνος, Κυριακοῦ, καὶ Παγκρατίου, τῶν μοναχῶν Ἱεροσολυμιτῶν, κατὰ τῶν δυσσεβῶν δογμάτων Ὠριγένους, τοῦ καὶ Ἀδαμαντίου, καὶ τῶν τῇ ἐκείνου δυσσεβείᾳ καὶ πλάνῃ ἑπομένων, ὁ Ἰουστινιανὸς αὖθις τῆς συνόδου περὶ τούτων ἀπεπεν-

Digitized by Google Распознавание текста

ρᾶτο... οἱ δ' αὐτοὶ μοναχοὶ καὶ Διδύμου καὶ Εὐαγρίου καὶ Θεοδώρου ἄλλας πολλὰς βλασφημίας σπουδαίως μάλα παρὰ τῶν κακῶς συγγραφέντων ἐκείνοις ἀποξάμενοι, τῇ συνόδῳ ἀνήνεγκαν. Ἃ δὴ πάντα τῷ ἀναθέματι περιέβαλλον· ἐφεξῆς δὲ πάντα κατέστρωσαν.

A jussit.... iidem monachi perquam diligenter etiam Didymi, et Evagrii, et Theodori alias plures blasphemias, ex eorum perperam scriptis libris collectas, ad synodum retulerunt ; quas omnes anathemate conciderunt ordineque omnes exposuerunt.

Et eodem libro, cap. 29, *tom.* II, *pag.* 781.

Οὔπω συχνὸς, ὡς εἴρηται, μετὰ τὴν πέμπτην σύνοδον παριππεύει καιρὸς... τῶν γὰρ Σευήρου δογμάτων τῆς Ἐκκλησίας ἀπεληλαμένων, καὶ τῶν τἀκείνου φρονούντων, ἔτι δὲ Ὠριγένους, καὶ Διδύμου, καὶ Εὐαγρίου, καὶ τῶν ἄλλων ὡς ἀλλοκότων δογμάτων παραδεδομένων τῷ ἀναθέματι, κ. τ. λ.

Nondum multum, sicut dictum est, a quinta synodo præterierat tempus.... quum namque Severi doctrina ex Ecclesia rejecta, et qui illam secuti fuerant, atque etiam Origenis, et Didymi, et Evagrii, aliorumque aliena atque absurda dogmata anathemate confossa essent, *etc.*

Et pag. 783, *eodem capite.*

Τῇ Ἱεροσολύμων Μακαρίου αὖθις τῷ θρόνῳ ἀποδοθέντος, μετὰ τὴν Εὐστοχίου καθαίρεσιν (καθεῖλε γὰρ τοῦτον μὴ τοῖς ἐκείνου δόγμασιν εἴκειν αἱρούμενον· μεθ' ὃ Ὠριγένην καὶ Δίδυμον ἀναθεμάτισε καὶ Εὐάγριον), Ἰουστινιανὸς τὸ Ῥωμαϊστὶ ὀνομαζόμενον *Ἰδικτον* γράφει.

B Hierosolymis Macario in thronum suum reducto (restituit namque hunc Justinianus, cum Origenem, et Didymum, et Evagrium anathemati subjecisset) post Eustochii exauctorationem, *edictum* (ita enim Latine dicitur) idem imperator scripsit.

XCI.

Guido Terrena, Perpinianus, ex ordine Carmelitarum (defunctus anno 1342) *in* summa de hæresibus, *capite* I *De hæresibus Græcorum, seu pag.* 31 *editionis Coloniensis anni* 1631.

Unde Didymus, doctor Græcorum maximus, in libro de Spiritu Sancto dicit, quod Spiritus Sanctus dicitur Spiritus veritatis, quia procedit a veritate, quum hoc ipsum sit quod profertur a Filio, id est, procedens.

XCII.

Guillelmus Pastrengus Veronensis, Petrarchæ præceptor, clarus anno circiter 1330, *in libro* De viris illustribus. *Qui liber semel quidem impressus fuit Venetiis anno* 1547 *a Michaele Angelo Blondo, ut Montfauconius testatur tom.* XIII *Opp. Chrysost., pag.* 291 ; *sed cum editum exemplar præ manibus non habuerim, exscripsi ejus verba ex codice ms. Bibliothecæ Venetæ Sanctorum Joannis et Pauli, in quo exstant pag.* 13. *Auctor vero ibi vocatur* Guillelmus Pastregicus Veronensis civis et fo i urbis ejusdem aliquando causidicus.

Didymus Alexandrinus a prima ætate luminibus captus, ob idque litterarum ignarus, tantum sui miraculum præbuit, ut dialecticam, et arithmeticam usque ad plenum didicerit. Plurima insignia edidit : commentarios *in Psalmos omnes, in Evangelia Matthæi et Joannis*. Item *De dogmatibus contra Arianos* libros II, *De Spiritu sancto* librum, quem beatus Hieronymus ex Græco in Latinum se vertisse refert. *In Isaiam* tomos XVIII. Item *Osee*, scribens ad Hieronymum, commentariorum libros III. *In Zachariam*, ejusdem Hieronymi exhortatione libros V. *In Job* commentarios. Multaque alia, quæ ipse idem indicare potuit. Obiit LXXX anno jam exacto.

XCIII.

Andreas Dandulus (*anno* 1343 *Venetorum dux*) *in* Chronico *lib.* V, *cap.* 10, *part.* XVI, *seu tom.* XII Rer. Italicar. Script., *pag.* 90.

Vigilius Papa.... in Constantinopoli quintam universalem synodum.... celebravit contra Theodorum.... et contra Origenem, Evagrionem, et Didymum, ac adversus alias hæreses.

XCIV.

Gobelinus Persona (*qui obiit anno circiter* 1420) *in* Cosmodromio, *ætate* VI, *cap.* 18, *seu tom.* I Rerum Germanicarum *edit. Lipsien. anni* 1688, *pag.* 208.

Anno ejus (Valentiniani) sexto Eusebius episcopus Vercellensis moritur. Eo tempore Didymus Alexandrinus multos libros per notarios composuit, licet post quintum annum nativitatis suæ luminibus orbatus, elementorumque ignarus fuit. Cum S. Antonius fidei Athanasii testimonium laturus adversum Arianos de Thebaide Alexandriam descendisset, hunc Didymum consolatus est his verbis : « Nihil te offendat, o Didyme, quod carnalibus oculis videris orbatus : desunt enim tibi illi oculi, quos mures, et muscæ, et lacerti habent : sed lætare quod habes oculos, quos angeli habent, quibus Deus videtur : per quos tibi scientiæ magnum lumen accenditur. Et Hieronymus in libro *De viris illustribus* de illo Didymo scribit, dicens : quod ipse Didymus eo tempore, quando Hieronymus librum prædictum scripsit, octogesimum tertium annum vitæ suæ jam excedebat. Eodem tempore floruit Epiphanius, etc.

XCV.

Thomas Valdensis (*qui obiit anno* 1431) *in* Doctrinali fidei, *lib.* I, *cap.* 31, *seu tom.* I *Operum editionis Venetæ anni* 1757, *pag.* 171.

Sed ostendamus deinceps patronos hujus scholæ, in qua ponit Vicleffus trinitatem naturarum in uno supposito hominis, spiritum, animam, et carnem. Unum enim veterem comperi Didymum in hac sententia reprobatum. Unde Augustinus *De definitionibus rectæ fidei*, capitulo 19 ; et assumit hoc Rabanus *De naturis rerum* libro IV, cap. 10. Augustinus, « Duabus, inquit, substantiis constat homo... Non est tertius in substantia hominis spiritus, ut Didymus contendit, » etc.

Tum allatis Gennadii verbis, quæ is Augustino tribuit, quæque superius ego attuli pag. 482, *subdit Valdensis :*

Hæc Rabanus, et Augustinus. Ecce quam plana verborum serie *trinitas* Vicletti damnabatur in Didymo : quia ultra animam, et carnem, tertiam ab utraque naturam, spiritum assignavit.

Digitized by Google Распознавание текста

XCVI.

In codice ms., qui asservatur in nostra bibliotheca S. Salvatoris Bononiæ, et exaratus est sæculo XV, *pag.* 21, *ubi incipit liber Didymi* De Sp. sancto, *hic titulus legitur :*

Beati Didym Alexandrini liber de Spiritu Sancto, D. Hieronymo interprete.

Montfauconius vero in Bibliotheca bibliothecarum, pag. 127, *recensens codices Vaticanos, hæc scribit :* « Codex 314, sæculo XIV scriptus. S. Didymi de Spiritu sancto. »

Idem, pag. 685, *codices Hibernicos in ædibus Jacobæis asservatos recensens inquit :* « 7883. Didymi opuscula quædam. »

Et pag. 922, *codices Colbertinos recensens, ait :* « Codex 6... Liber Didymi Videntis, *De Spiritu sancto*, D. Hieronymo interprete.

Et pag. 1286, *loquens de codicibus Diviobenignianis, ait :* Super Didymum *De Spiritu sancto* (*codex*) 157.

Demum, ut alia hujusmodi præteream, in Catalogo librorum mss. Angliæ et Hiberniæ, tom. I, *part.* III, *pag.* 109, *ubi recensentur codices mss. in Collegio Caiogonvillensi Cantabrigiæ asservati, hæc legimus codice* 755 : « Didymus Græcus de Spiritu sancto. » *Quæ verba quomodo accipienda sint, ignoro. Bini Angli rogatu meo codicem illum* 755 *Cantabrigiæ quærendum curarunt : sed eum in Collegii modo memorati bibliotheca amplius non exstare compererunt.*

XCVII.

Acta concilii œcumenici Florentini, parte II, *collatione* 22, *quæ habita est anno* 1439.

Habemus apud Latinos translatum per beatum Hieronymum librum magni Didymi *De Spiritu sancto*. Hic Didymus fuit præceptor Hieronymi, et ipsemet Hieronymus de se dicit in epistola, quod jam canis ejus spargebatur caput, et magistrum magis decebat esse, quam discipulum ; tamen perrexit Alexandriam, ut Didymum audiret : et vestri historici, videlicet Theodoretus, et Socrates immensam laudem de scientia sua dicunt. Iste sic dicit : *Spiritus quoque Sanctus*, etc.

Tum afferuntur nonnulla Didymi testimonia ex libro De Sp. Sancto.

XCVIII.

Joannes Trithemius in libro De scriptoribus ecclesiasticis (*quem edidit anno* 1492), *cap.* 75.

Didymus Alexandrinus, captus a parva ætate oculis, et ob hoc elementorum quoque penitus ignarus, tantum miraculum sui præbuit, ut dialecticam et geometriam, quæ vel maxime visu indigent, ad perfectum didicerit. In divinis vero Scripturis doctissimus fuit, beati Hieronymi præceptor, et sancti Antonii amicissimus, ingenio acer, et vita præclarus. Scripsit, Græco sermone, subjecta :

Contra Arianos, lib. II ; *De dogmatibus quoque* lib. I ; *In Epistolas canonicas* lib. VII, *Jacobus*, etc. *Sicuti mor.* ; *De Spiritu sancto* lib. I : *Omnes quidem quæ divina* ; *In librum sancti Job* lib. I ; *In Isaiam prophetam* lib. X ; *In Osee* ad Hieronymum lib. III ; *In Zachariam* ad eumdem lib. V ; *In Evangelium Matthæi*, lib. ', *In Evangelium Joannis*, lib. I ; *In Psalterium* quoque lib. I ; Et quædam alia.

Claruit octogenarius sub Theodosio imperatore, anno Domini 495.

Et cap. 87.

Ambrosius presbyter, natione Alexandrinus, Didymi cæci quondam auditor atque discipulus, quo explanante Scripturas divinas magnifice didicit, et varias in illas explanationes composuit, etc.

XCIX.

Jacobus Merlinus Victurniensis in Apologia pro Origene *ad Patres regalis Collegii Navarræ* (*anno* 1512 *typis evulgata Parisiis*) *fol.* 3 *editionis Venetæ anni* 1513, *a Lazaro Soardo Veneto typographo factæ.*

Quæ omnia, mea sententia, Origenis doctrinam... ab hæretica pravitate prorsus alienam satis indicant atque demonstrant, et qui sibi persuadere tantis, tamque solemnium Patrum testimoniis non valet, Pamphili Martyris apologiam, Didymi, Mirandulæ, Rufini, et aliorum plurium sententias inquirat... Mammæa vero, auctoribus Eusebio, Didymo, et Orosio, Alexandri imperatoris mater, cum de Origenis doctrina magnifica ubique celeberrima audivisset, summo nisu gestire cœpit, quatenus sibi ejus præsentia fieret..... Concludo longe satius esse cum Pamphilo Martyre, Didymo, Aymone, Rufino, et aliis pluribus semper de Origenis doctrina recte sapere, quam inique : nec justum est hoc respuere, quod viri maximi summo studio olim conquirere sudaverunt.

C.

Cœlius Rhodiginus (*natus anno* 1450, *ac mortuus anno* 1520) Lectionum Antiquarum *lib.* III, *cap.* 3, *pag.* 112.

Nonne Alexandrinum Didymum scribit Hieronymus ab ineunte ætate excæcatum, scientiarum adyta secretiora tentasse præcelso animo, et consecutum felicissime? Sed quod mirari satis non est, geometrica theoremata excellenter etiam tenuisse? Mortalis naturæ germina non sunt hæc ; cœlestem redolent majestatem.

Et libro XIX, *cap.* 9, *pag.* 1058.

Didymi Ἐξόδιον nominat *in Rufinum* Hieronymus, et in Exodum commentaria videntur intelligi.

Ita Rhodiginus : sed quod ex Hieronymi libris in Rufinum *citat, in iis equidem non inveni.*

CI.

Auctor Catalogi librorum mss. bibliothecæ Sfortianæ (*quem ex manuscripto codice* 1555 *bibliothecæ Chisianæ edidit Montfauconius in* Bibliotheca bibliothecarum), *pag.* 706, *col.* 2, *sic loquitur de illo ipso codice Pasioneiano, olim Sfortiano, ex quo tres libros, quos edo, exscripsi.*

Cyrilli *De Spiritu sancto* libri tres imperfecti, sine principio primi, et sine fine tertii.

Digitized by Google Распознавание текста

DIDYMI ALEXANDRINI

DE TRINITATE

LIBRI TRES [1].

Didymus certe in Trinitate catholicus est.
S. Hieron. lib. II *adv. Rufinum.*

LIBER PRIMUS.

Index capitum (2) *hujus libri, et priora sex capita desiderantur.*

ΚΕΦ. Ζ'. A

[1 *a*] Ἐκφεύγειν τοιγαροῦν τὸ ἔγκλημα τὸ περὶ τῆς δόξης τῶν κτιστῶν θεῶν τοὺς πιστεύοντας τῷ

1 CAP. VII (3).

Qui (4) ergo (5) Filio (6) credunt, vereri non debent, ne accusentur, quod creatis diis honorem

(1). *Didymi.* Deest titulus in codice; tituli autem loco in ea, quæ nunc prima est, codicis pagina recentior quidam sæculo circiter XV scripsit hæc verba ad marginem, τοῦ θείου Κυρίλλου, id est, *divi Cyrilli.* Equidem Didymi nomen fidenter hic apposui, quod librum *De Spiritu sancto*, quem S. Hieronymus Latine transtulit, quique sine controversia Didymi est, bis auctor alleget ut suum. Quinetiam a S. Augustino citatum, ac Didymo tributum hoc opus, a Didymo autem ipso suas in *Epistolam Joannis primam Enarrationes* in his libris forsitan allegatas fuisse adderem, nisi ea nunc omittenda essent, quæ dubitatione non carent. Sed de his opportunius alibi ac fusius. Nunc illud tantum obiter animadvertere placet, Didymum hunc, celeberrimum illum theologum esse, de quo tam multa veteres scripserunt, quique in œcumenica Florentina synodo, parte II, collatione XXII, dicitur *magnus Didymus.* Codex vero, ex quo ipse opus hoc manu B mea, cum Romæ essem, anno 1759 exscripsi, XI° sæculo exaratus fuit. Erat is amplissimi S. R. E. presbyteri cardinalis Dominici Passionei : at post ejus obitum in Romanam Patrum Eremitarum S. Augustini bibliothecam, quæ *Angelica* dicitur, una cum tota Passioneiana bibliotheca translatus est : ego tamen, grati animi causa, *Passioneianum* illum vocare pergam.

(2) *Index capitum.* Initio secundi ac tertii libri indices capitum atque argumentorum habet codex : itaque dubitandum non videtur, quin exstarent etiam initio primi una cum sex capitibus, quæ interierunt. At cum libro III, cap. 2, argumenta a se antea pro Verbi divinitate allata in compendium redigat Didymus, hanc nobis jacturam aliqua ex parte resarcit ipsemet. Equidem, etsi modica spes erat, fore ut aliud calamo exaratum, atque integrum exemplar inveniretur, tentare tamen volui, eaque etiam de causa duobus ferme abhinc annis epistolam de C tribus hisce libris dedi ad amicissimum mihi, doctrinaque et omnibus virtutibus ornatum præsulem Joannem Archintum, Archintum, inquam, illum, Bononiensium desiderium, nobilissimæque familiæ præclarum lumen, atque *alteram* hoc sæculo *spem.* Sed quo abripior? Redeamus in viam. Ex quo igitur illud, quod dixi, opusculum in undecimo novæ collectionis Calogeranæ tomo edidi, necdum ullum aliud, quod sciam, hujus operis exemplar repertum est : itaque diutius exspectandum non censui, opus vero ipsum ita edere statui, ut est in codice Passioneiano, præsertim cum pluribus et amicorum, et doctissimi in primis, atque eminentissimi card. Nicolai Antonellii litteris excitatus sim.

(3) *Caput septimum.* Vox *caput* deest in Græco et hic, et in sequentibus. [Illam supplevimus.] Pleraque autem capita suum habent in fronte argumentum, non tamen omnia, ut vel e septimo hocce apparet. Qua de causa mihi ea non a Didymo ipso dictata esse, sed a librario, aut a studioso aliquo homine addita fuisse verisimilius videtur, cum præsertim auctoris mentem non omnia accurate referant. In hoc porro capite auctoritate potissimum Pauli apostoli probat Didymus, Dei Filium Deum esse, non servum, aut creaturam.

(4) (1 *a*) Totum hoc Didymi opus in totidem segmenta partitus sum, quot sunt Passioneiani codicis membranæ, seu folia, ut, si quis codicem ipsum consulere voluerit, facili negotio inveniat quod quærit. Hæc ergo nota (1 *a*) significat hic incipere primi segmenti partem primam, nimirum primam paginam illius folii, quod nunc est primum, olim vero erat quintumdecimum, aut sextumdecimum, cum codex erat integer. Nota vero (2 *b*) exempli causa, quæ paulopost apponetur ad initium octavi capitis hujus libri, designat, ibi incipere secundam partem secundi segmenti, seu secundam paginam secundi folii. Quoniam porro tria priora codicis folia magna ex parte mutila sunt, quod litterarum vestigia evanuerint, idcirco servata, ubi lacunæ occurrent, eadem circiter vacuorum spatiorum, ut sunt in codice, intercapedine, ea hic exhibenda curavi. Singulæ uniuscujusque folii paginæ septem ac viginti versus inibi habent. Secunda incipit . σεως Ἰησοῦ· tertia : Καὶ οὐκ ἐξ· quarta : H. περὶ τῶν μυθολογούντων· quinta : Κατὰ τὸν ἐκείνων· sexta : Τοῦτο εἰ καὶ ἐγράφη.

(5) *Qui ergo.* Prima hujus capitis verba, ἐκφεύγειν ἔγκλημα, etc., allegat infra, aut, si malis, respicit Didymus segm. 151 *a*, seu lib. III, cap. 2, argum. 14.

(6) *Filio.* Codex habet τῷ Υἱῷ, sine iota subscri-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

et gloriam referant : hujusmodi enim eos 2 crimi- A Υἱῷ ὁ ἔννομος Παῦλος τῷ θεἰκῷ Πνεύματι σεσοφι-
nationem effugere peritus in lege (7) Paulus, a σμένος ἐγγυᾶται. Ἔτι δὲ καὶ ἀθέους ἀποκαλεῖ τοὺς
divino Spiritu edoctus, fidejussor est. Quinetiam, πρὸ τούτου ἐκτὸς τοῦ Υἱοῦ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα
quia Filius in creaturis non numeratur, *atheos* (8), μόνον ἐγνωκότας (ἐπειδὴ οὐκ ἐν ποιήμασι τελεῖ),
sive Deum non colentes, ipse vocat eos, qui antea γράφων πὴ μὲν, ὅτι *Μνημονεύετε, ὡς ποτε ὑμεῖς*
non Filium, sed Deum Patrem duntaxat cognove- *τὰ ἔθνη ἐν σαρκὶ οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ*
rant. Nam alicubi quidem scribit (9) : *Memores* *τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου·*
estote, quod aliquando vos gentes in carne, qui dici- *ὅτι ἦτε τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ ἀπηλλο-*
mini præputium, ab ea quæ dicitur circumcisio in *τριωμένοι τῆς ἐλπίδος τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι*
carne, manu facta; quia eratis illo tempore sine *τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπίδα μὴ*
Christo, alienati a spe Israel, et hospites testamento- *ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ· πὴ δὲ· Ἀλλὰ*
rum promissionis, spem non habentes, et athei (aut *τότε μὲν οὐκ εἰδότες Θεὸν, ἐδουλεύσατε τοῖς*
sine Deo) in mundo; alibi vero (10) : *Sed tunc* *φύσει μὴ οὖσιν θεοῖς· νῦν δὲ γνόντες Θεὸν,*
quidem ignorantes Deum, iis qui natura non sunt *μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ, πῶς ἐπιστρέ-*
dii, serviebatis. Nunc autem cum cognoveritis Deum, *φετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα,*
imo cogniti sitis a Deo, quomodo convertimini iterum B *οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε; Ἀλλὰ καὶ*
ad infirma et egena elementa, quibus denuo ut olim τοῦ πρεσβυτέρου νόμου τὸ ἀεὶ νέον, καὶ οὐκ εἰς γῆ-
servire vultis (11)? Sed veteris quoque legis no- ρας ἀποκλίνον σωτήριον κήρυγμα, τὸ περὶ Χριστοῦ
vam (12) semper, et nunquam ad senium vergen- καὶ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τὸν [18] ἐκκλησιαστικὸν
tem salutarem de Christo et Spiritu sancto præ- Θεσμὸν προφερέστερον ἡγεῖται διὰ τὸ [19] τέλειον καὶ
dicationem, et ecclesiasticam sanctionem præstan- τὸ μὴ ἔχειν μήτε ἀνομ. . . . . ἐνοχλοῦν
tiorem ducit, eo quod perfectior sit, et non habeat μήτε [20] *μὴν* κάλλιον ἢ μεῖζον. . . . . χρὴ
neque. . . . . neque vero pulchrius, προτεθῆ. . [21] . . . . . λόγῳ ἢ τρόπῳ. . . .
aut (13) majus. . . . . ratione, καλλ. . . . . γὰρ τῷ [22] χρήματι
aut modo. . . . . enim. . . . scribit. . . . . τούτῳ γράφει πεπ. . . . . .
. . . . . *Factus sum* (14). . . . . σι [23] τὸ μὲν, ὅτι *Ἐγενόμην*. . . . . .
secundum (15) *æmulationem persequens Ecclesiam,* . . . . . *κατὰ* [24] *ζῆλον διώκων τὴν Ἐκκλησίαν,*
secundum justitiam, quæ in lege est, factus irrepre- *κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ γενόμενος ἄμεμ-*

pto. Nimirum cum ea littera non pronuntietur, librarii paulatim eam in scribendo negligere cœperunt : itaque mirum non est, si is qui codicem Passioneianum exaravit, eam perpetuo omittit. Ego ubique illam restitui, a scriptura codicis consulto recedens hac in re : quod si alibi necessario ab ea recedendum mihi fuerit, lectorem monebo. Interpunctionem codicis ideo non immutavi, ut, si cui illa, quam in translatione secutus sum, non arriserit, is norit quomodo scripserit librarius. Hæc porro adnotatio ad Græcum fontem pertinet, non ad meam translationem : verum quo res expeditior sit, ac ne cogatur lector notas hasce modo ad Græcum exemplar referre, modo ad Latinam interpretationem, omnes ad hanc apponendas statui.

(7) *Peritus in lege.* Respicere videtur versiculum 21 capitis IX Epist. I ad Corinthios. In Græco est, ἔννομος. Quæ vox apud ethnicos scriptores *legitimus* significat : ita ἔννομον δικαστήριον Polluci est *legitimum dicasterium*, seu legitimus judicum conventus, qui scilicet servato ordine a legibus præscripto coit. In Græcis Bibliis ἔννομος denotat *consentaneum legi*. Ita auctor prologi *in Ecclesiasticum*, ἔννομον βίωσιν dicit *vitam quæ ex legis præscripto ducatur*, etsi interpres ibi verterit *legitimam vitam*. In Proverbiis autem cap. XXXI, vers. 26, fortis mulier dicitur *aperire os*, id est loqui, ἐννόμως. Verum a Didymo Paulus hoc in loco dicitur ἔννομος alio sensu, ut opinor, nimirum ut *legis peritum* denotet. Quo sensu fortasse a Timone in *Sillis* Socrates dictus est ἐννομολέσχης eo versu, quem Laertius in *Socrate*, et Sextus Empiricus libro *adversus Mathematicos* afferunt. Empiricus sane ipse ita eam vocem accepisse videtur, cum subjunxit : Διὸ καὶ ἐννομολέσχης προσέθηκεν, ἅτε τοῦ ἠθικοῦ μέρους ὄντος τοῦ περὶ τῶν νόμων διαλέγεσθαι, id est : *Ac proinde addidit* ἐννομολέσχης, *quod de legibus disputare ad ethicen pertineat.*

(8) *Atheos.* Hoc sensu Aetius Eunomii præceptor, Arianus, cognominatus fuerat *Atheus* eo ipso sæculo, quo hæc scripsit Didymus.

(9) *Scribit.* Ephes. II, 11, 12, ubi Græca editio habet : Διὸ μνημονεύετε, ὅτι ὑμεῖς ποτε. Et paulo post, ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ. Pro : ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ἐλπίδος τοῦ Ἰσραήλ, id est, *alienati a spe Israelis*, eadem editio habet : ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραήλ, quod Vulgatus vertit : *alienati a conversatione Israel.*

(10) *Alibi vero.* Galat. IV, 8. Græca editio habet : τοῖς μὴ φύσει οὖσι θεοῖς. Vocem vero ἄνωθεν, quam verti *ut olim*, habet Græca etiam editio ; sed Vulgatus interpres eam omisit.

(11) *Vultis?* Punctum interrogationis ita scribit librarius, ut hic impressum est in Græco. Quæ vero paulo post Italico charactere impressa sunt, dubiæ lectionis esse scias.

(12) *Novam*, etc. Cum hæc, et ea quæ sequuntur, usque ad verba, κατὰ ζῆλον, mutila sint in codice, et ad legendum perdifficilia, idcirco dubiæ interpretationis sunt, atque lectionis. Ut autem conjicere queat lector, quot circiter verba in proxima lacuna, aliisque paulopost sequentibus, desint, numeros in Græco apposui, quibus significatur, ubi corruptæ lineæ incipiant, et ubi desinant in codice : nimirum linea 18 primæ paginæ incipit a voce ἐκκλησιαστικὸν, decima nona a syllabis λειον, et ita porro.

(13) *Aut.* Librarius voculam ἤ, id est, *aut*, semper scribit sine accentu, sic, ἡ. Ego illum ubique restitui.

(14) *Factus sum.* Citabat hic fortasse aliquem Pauli locum, cujusmodi est ille Epistolæ ad Coloss. I, 25 : Ἡ Ἐκκλησία ἧς ἐγενόμην ἐγὼ διάκονος.

(15) *Secundum.* Philipp. III, 6 et 7. Græca editio, item ut Didymus, habet *Ecclesiam.* Vulgatus vero : *Ecclesiam Dei.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

πος· ἀλλ' ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἡγοῦμαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν. Ἀλλὰ μενοῦνγε καὶ ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν εἶναι διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Ἰησοῦ [1 *b*] Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν· δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω· Ῥωμαίοις δέ· Εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει, ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν, ἢ Πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε, ὃ οὐκ ἐλάβετε. Ἆρα δὲ καὶ πρὸς τί ἀπέβλεπεν, καὶ οἷα διανοηθεὶς, ἀκραιφνοῦς θεογνωσίας εὐθὺς, ἴδια γέγραφεν, Κορινθίοις μὲν τὸ δεύτερον, ὅτι γε εἰ τῷ Υἱῷ τις καταλλαγῇ, τῷ Θεῷ κατηλλάγη· καὶ ὅτι ἐν Χριστῷ ἡ πρὸς τὸν Θεὸν *σύμβασις*, ἐστὶ τοῦ κόσμου; Ἔχει δέ· Ὡς ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν, καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς. Ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν. Δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ· καταλλάγητε τῷ Θεῷ. Καὶ πάλιν, ὡς πάντα τὰ ἄλλα. . . . ἃ παρεὶς ἐκήρυττεν μεγάλα [18] αὐχῶν, ὅτι καὶ τὸ δοκοῦν ἐπονείδιστον εἶναι Χριστῷ διὰ τὴν φιλάνθρωπον αὐτοῦ οἰκονομίαν, πᾶσαν εὐκλειαν καὶ ῥώμην βρύει ἐγὼ. . . . τοῦτο ποιῶν ἐξ ἔργου· ἵνα καὶ ὁ ἐκ τοῦ ἐνδόξου πάθους τὴν ἀγένητον καὶ ἀκήρατον καὶ . . . . . θεότητα μὴ κατοπτεύων [20] Γραφὴν ὑ. . . . . ὀφλοι· ἔλεγεν δὲ τοιάδε [21]· *Οὐκ ἔκρινα τοῦ εἰδέναι τι ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον*· Ῥωμαίοις δέ· *Δικαιοσύνη δὲ Θεοῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας* [24] φησὶ. . . . . ἀπὸ Θεοῦ ἕκαστος [25]. Γαλάταις δέ· *Εἰδότες, ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμεῖς εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν ἐπιστεύσαμεν, ἵνα δικαιωθῶμεν ἐκ πίστεως Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου· ὅτι ἐξ* [2 *a*] *ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ.* Ἐξηγεῖται δὲ καὶ ἑτέρωθι, ὅτι *Οὔτε περι-*

sensibilis. Sed quæ mihi fuerunt ℨ *lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini nostri* (16): *propter quem omnia detrimentum feci, et arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam.* Ad Romanos vero (17) scribens : *Nam si is qui venit, alium Christum prædicat, quem non prædicavimus, aut alium Spiritum accipitis, quem non accepistis.* Quidnam vero spectabat, et qualia cogitabat, cum rursus germanæ ac veræ Dei cognitionis propria scripsit ad Corinthios (18) in secunda Epistola affirmans, si quis Filio reconciliatus fuerit, Deo reconciliatum esse; et mundi cum Deo reconciliationem esse in Christo? Hæc autem habet (19) : *Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi ipsi, non reputans illis delicta ipsorum, et ponens in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo : reconciliamini Deo.* Et rursus, ut alia omnia. . . . . omittens, magnopere gloriabatur, ac prædicabat illud etiam quod Christo propter benignam ejus Incarnationem ignominiosum esse videtur, gloriam undequaque, ac vim veluti effundere. . . . . ut (20) etiam qui in gloriosa Passione increatam, et immortalem, et. . . . . deitatem non agnoscit, Scripturam. . . . . Ait autem in hunc modum : *Non judicavi* (21) *me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum.* Ad Romanos vero scribens ait : *Justitia* (22) *autem Dei per fidem Jesu Christi, in omnes, et super omnes credentes.* . . . . . inquit. . . . . ℨ a Deo unusquisque. Ad Galatas vero : *Scientes* (23) *quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi; et nos in Christum Jesum credidimus, ut justificemur ex fide Christi, et non ex operibus legis : quia ex operibus legis non justificabitur omnis caro.* Alibi vero etiam sic exponit :

(16) *Jesu Christi Domini nostri.* Græca editio habet : Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου μου, id est *Christi Jesu Domini mei.*

(17) *Ad Romanos vero.* Didymum memoria fefellit hoc in loco; nec enim exstant hæc in Epistola ad Romanos scripta, sed in secunda ad Corinth., cap. xi, vers. 4. In libro quoque *De Spiritu sancto* in simile erratum labitur; nam num. 5 (pag. 3, tom. II Operum S. Hieronymi editionis Veronensis) legitur : « Ad Corinthios quoque idem scribens : *Nolite*, inquit, *contristare Spiritum sanctum* : » quæ tamen verba in Epistola invenies ad Ephesios scripta, cap. iv, vers. 30, non vero in Epistolis ad Corinthios. Numero autem 11, pag. 119 a Paulo dicta esse ait in Actis apostolorum quædam verba, quæ a Petro sunt pronuntiata. Duo hæc emendare in sua interpretatione Hieronymus debuisset, si id verum foret, quod nonnulli nescio quibus argumentis inducti censuerunt, eum aliqua in transferendo eo libro addidisse, aut abstulisse, aut immutasse : id quod eum fecisse, in animum inducere nequeo, iis tamen exceptis locis, in quibus is, qui ex una in aliam linguam convertit, vocabulum aliquod in translatione, quo sententia non mutetur, sed declaretur, aliquando cogitur adjicere. Cæterum qui in veterum Patrum lectione versati sunt, norunt, nonnunquam hujusmodi in illis quoque menda occurrere, ac præsertim in Clemente Alexandrino. Quare non est cur miremur, si cæcus quoque, qui memoriter omnia citabat, ac per notarios scribere cogebatur, aliquando in ea inciderit : illud potius mirum summopere, atque adeo instar prodigii est, ipsum tam multa sacrorum librorum loca memoria retinuisse, atque in promptu, quoties usus esset, habuisse, quam multa in hoc opere allegantur; quæ sunt innumerabilia.

(18) *Ad Corinthios.* Lege II ad Cor. v, 18, 19 et 20; nec enim Pauli verba hic allegat, sed sensum.

(19) *Habet.* II Cor. v, 19 et 20.

(90) *Cum articulo.* Didymum hic quoque agnoscimus : solet enim is non raro Græcis nominum articulis non mediocrem vim tribuere, quod *articulus*, ut ait ipse, *in Græco sermone singularitatis significator* sit. Ita in libro *De Spiritu sancto* (pag. 108 edit. Veronensis Operum Hieronymi tom. II). *Unde et cum articulo*, inquit, *ejus meminit, quasi solitarium et unum esse contestans, ubi dici non simpliciter*, Πνεῦμα ἅγιον (sive, ut est in mss. codice nostræ bibliothecæ S. Salvatoris Bononiæ, Πνεῦμα τὸ ἅγιον· neutra enim lectio improbanda), *hoc est, Spiritus sanctus, sed cum additamento articuli*, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, hoc est, *Hic Spiritus sanctus*. Affinia sunt, quæ pag. 123, idem observat. In catena vero *in Psalmos* manu exarata, εἰς hæc psalmi XIV verba : Σύντριψον τὸν βραχίονα τοῦ ἁμαρτωλοῦ, id est : *Contere brachium peccatoris*, hujusmodi articulos itidem inculcat Didymus : hæc enim ibi leguntur : Διδύμου. Μετὰ ἄρθρου ῥηθεὶς ὁ ἁμαρτωλὸς, τὸν διάβολον δηλοῖ, id est : *Didymi. Cum articulo dictus* ὁ ἁμαρτωλός, id est, *ille peccator, diabolum significat.* Exstat vero ea catena Venetiis in membraneo codice sæculi X, in 4, Nanianæ ad sanctos Gervasium ac Protasium Bibliothecæ, qui numero 21 nunc signatus est, ac foliis constat 86. Eum mihi commodavit Joannes Nanius Venetus presbyter ac patricius, qui quanto demissius de se ipse sentit, cum maximis virtutibus exsplendescat, tanto elatius de ipso alii sentiunt.

(91) *Hac dictione.* Theodorus Mopsuestenus in quintodecimo ejus operis, quod subdole inscripserat : *Contra eos, qui affirmant homines peccare natura, non voluntate*, de ista voce hæc recte scripsit apud Leontium Byzantinum : « Εὐδοκία vero, id est beneplacentia, est optima voluntas Dei, quam faciet in iis acquiescens, qui studuerunt se ei dicare, ἀπὸ τοῦ εὖ καὶ καλὰ δοκεῖν αὐτῷ περὶ αὐτῶν, id est ex eo dicto verbo, quod *bene* et bona *placeant* Deo de illis. »

(92) *Quoniam.* Psalm. CXLIX, vers. 4.

Digitized by Google Распознавание текста

centia ante populum, sed post ipsum. Tunc enim in illo *complacebat*, ac pacem mittebat, et gratiam, cum recto ei cultu serviebat : cum vero non recte illum colebat, his contraria prorsus dicit Propheta, pempe : *Cum occideret* (93) *eos, quærebant eum.* Et

A [5 *a*] βραχίονα τοῦ Θεοῦ, καὶ φωτισμὸν τοῦ προσ ὥπου αὐτοῦ, τὸν Υἱὸν ἀνειπών. Καὶ ἐν ρε ψαλμῷ *Μνήσθητι ἡμῶν, Κύριε, ἐν τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ λαοῦ σου.*

in XLIII psalmo : *Brachium* (94) *eorum non salvavit eos, sed dextera tua, et brachium tuum, et illuminatio vultus tui, quoniam* complacuisti *in eis* (95) : dexteram, et brachium Dei (96), et illuminationem vultus ejus, Filium vocans. Et in CV psalmo : *Memento* (97) *nostri, Domine, in beneplacito* (seu *complacentia*) *populi tui.*

14 CAP. X.

De eo quod dicunt : Si omnino generativus (98) est ingenitus Deus, non substantialiter genuit ; *et :* Si ejus essentia mutata est in genimen, non est immutabilis essentia Dei.

Ipsorum est etiam inane hoc et absurdum sophisma, hujusmodi verbis (99) expositum : Si totus (1) generativus est ingenitus Deus, non substantialiter generatus est is, qui generatus est, cum tota ejus substantia habeat hoc quod est generare, non vero generari. Sed audiant responsionem : Si tota lux est generativa, non substantialiter splendorem generat, sed ab extrinseco eum acquirit, cum tota ejus essentia habeat hoc quod est generare, non vero generari. Quod si lux non ab extrinseco splendorem accipit, sed ex tota essentia illum continue generat, ne Deus quidem Filium ab extrinseco sibi additum habuit, sed eum ex tota substantia continue genuit, utpote incorporeus : ex quo fit, ut sit vere Pater. Inferunt rursus, iis quæ Scriptura docet, contraria semper docentes : Si transformata Dei essentia genimen, id est Filius, dicitur, non est immutabilis ejus essentia, cum Filii facturam, quæ Patris propria est, operata sit mutatio. Sed ne hoc quidem quisquam ipsis concedit ut dicant : Hæc enim a Christianis aliena esse, commemorata Scripturæ locutio (2) probat, quæ cuivis hæretico per-

ΚΕΦ. Ι'.

Περὶ τοῦ λέγειν· Εἰ ὅλως ἐστὶ γεννητικὸς ὁ ἀγέννητος Θεὸς, οὐκ οὐσιωδῶς ἐγέννησεν· *καὶ, ὅτε* Εἰ μετεβλήθη ἡ οὐσία αὐτοῦ εἰς γέννημα, οὐκ ἀμετάβλητος ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ.

B Αὐτῶν καὶ τοῦτό ἐστι τὸ εἰκαῖον καὶ πλημμελὲς λέξεσιν τοιαῖσδε τεθέν· Εἰ ὅλος ἐστὶ γεννητικὸς ὁ ἀγέννητος Θεὸς, οὐκ οὐσιωδῶς ὁ γεννηθεὶς ἐγεννήθη, ὅλης ἐχούσης τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ γεννᾶν, ἀλλ' οὐ τὸ γεννᾶσθαι. Ἀλλ' ἀκουέτωσαν· Ὅτιπερ εἰ ὅλον ἐστὶ γεννητικὸν τὸ φῶς, οὐκ οὐσιωδῶς τὸ ἀπαύγασμα γεννᾷ, ἀλλ' ἔξωθεν προσλαμβάνει, ὅλης ἐχούσης τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ γεννᾶν, ἀλλ' οὐ τὸ γεννᾶσθαι· εἰ δὲ τὸ φῶς οὐ προσλαμβάνει ἔξωθεν τὸ ἀπαύγασμα, ἀλλ' ἐκ πάσης τῆς οὐσίας αὐτὸ γεννᾷ ἀδιαστάτως· οὐδ' ὁ Θεὸς ἐπεκτήσατο ἔξωθεν τὸν Υἱὸν, ἀλλ' ἐξ ὅλης τῆς ὑποστάσεως ἐγέννησεν ἀδιαστάτως, ἅτε ἀσώματος. Ὅθεν ἀληθῶς ἐστι Πατήρ. Ἐπάγουσι πάλιν, πανταχοῦ τὴν ἐναντίαν τάξιν τῆς C Γραφῆς διώκοντες· Εἰ μετασχηματισθεῖσα ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ, γέννημα λέγεται· οὐκ ἀμετάβλητος ἡ οὐσία αὐτοῦ, τῆς μεταβολῆς ἐργασαμένης τὴν τοῦ Υἱοῦ ἰδιοποίησιν. Ἀλλ' οὐδεὶς οὐδὲ τοῦτο συγχωρεῖ αὐτοῖς λέγειν· Ἀλλότρια γὰρ εἶναι ταῦτα Χριστιανῶν, ἡ μνημονευθεῖσα ἐλέγχει Γραφὴ, παντὶ αἱρετικῷ ἀντιβαίνουσα παγχαλέπῳ πάθει. Εἰ γὰρ μετασχηματισάμενον τὸ φῶς, ἀπαύγασμα γίνεται,

(93) *Cum occideret.* Psal. LXXVII, vers. 38, ubi Græca editio, pro ἀπέκτεννεν, habet ἀπέκτειναν, quo modo legendum est.

(94) *Brachium.* Psal. XLIII, vers. 4 et 5.

(95) *In eis* [5 *a.*] Cum sexta codicis membrana ab imperito bibliopego loco non suo posita sit, et ad finem translata, quinti segmenti numerum iterare coactus fui, ne omnem numerorum seriem perturbarem.

(96) *Dexteram, et brachium Dei.* In libro quoque *De Spiritu sancto*, num. 20, pag. 127, similiter ait Didymus : *Filius et manus, et dextera, et brachium Patris dicitur.* Et num. 51, pag. 157 : *Quæ est Dextera Dei.... nisi Dominus et Salvator noster ? Ipse enim est dextera Patris*, etc. Ante Didymum vero Clemens Alexandrinus in *Protreptico*, pag. 94 : ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ (scripserat), βραχίων Κυρίου· id est *Logos, seu Verbum Dei, brachium est Domini.*

(97) *Memento.* Psal. CV, vers. 4.

(98) *Generativus.* In Græco, γεννητικός· quæ vox proprie non *generantem* significat, sed eum qui generandi facultatem habeat, seu qui sit, ut multi hodie loquuntur, *generativus.* Pro ὅλως, id est *omnino* legendum puto ὅλος, id est *totus*, ut paulo post.

(99) *Verbis.* Dum ait, *hujuscemodi verbis*, confirmare videtur Didymus id quod paulo ante indicavi, nimirum certum aliquod opus in hoc capite confutari (Vide, quæso, notam 74 pag. 9, et not. 89 pag. 12). Quod si ita se res habeat, verba illa : *Si totus generativus*, et reliqua usque ad. *non generari*, non Didymi sunt hæreticorum argumentum referentis, sed hominis hæretici, aut synodi, aut opusculi illius, quod confutat.

(1) *Si totus.* Hæreticorum argumentum, quod hic refert Didymus, ac refellit, ei simile est, quod Anomœus aliis verbis objicit catholicæ Ecclesiæ in fragmento Eunomianæ Disputationis (apud Canisium tom. I *Lect. Antiqq.*, pag. 184), et Eunomius ipse in libro *Apologetico* (quem primus integrum edidit Joannes Albertus Fabricius, tum Garnierus) num. 9, pag. 621, appendicis ad tom. I Operum S. Basilii. Illudque diluit Augustinus quoque in quinto *De Trinitate*, num. 4, Eunomii et Augustini verba non affero, ne longior sit hæc nota. Utriusque loca adeat lector, si videbitur.

(2) *Scripturæ locutio.* Eam intelligit, qua Filius Hebr. I, 3, dicitur *Splendor gloriæ Patris*, quam superius commemoravit, segm. 4 *a.* Porro vox γραφή, seu *Scriptura*, qua hic utitur Didymus, idem passim valet ac κεφάλαιον, seu *capitulum*, ut in hoc loco. Vide notam 1, pag. 12. Pro, *Scripturæ locutio*, vertere potuissem, *Scriptura* : sic enim cum ab Hieronymo in Didymi libro *De Spiritu sancto*, num. 8, tum a Vulgato interprete redditur vox γραφή, eo etiam sensu accepta quem dixi. Ita Joann. XIX, 37, legimus : *Et alia Scriptura dicit*, id est aliud Scripturæ capitulum. Et Luc IV, 21 : *Hodie impleta est hæc Scriptura.* Verum quo clarior esset sententia, sic transtuli.

Digitized by Google Распознавание текста

α ἀμετάβλητον τὸ φῶς, τῆς μεταβολῆς ἐργαζο- A
ένης τὴν τοῦ ἀπαυγάσματος ἰδιοποίησιν. Εἰ δὲ οὐ
τεβλήθη τὸ φῶς, ἀπαύγασμα γεγέννηκεν, μεῖναν
ὶ αὐτὸ [5 * *b*] φῶς, καὶ ἔχον τὸ ἀπαύγασμα
μφύτως ἐξ αὐτοῦ τέλειον· καὶ ὁ Θεὸς μένει
τρέπτως Θεὸς, ἀπαυγάσματος ἰδίου τυγχάνων Πα-
ρ. οὐκ ἔτι ἔξωθεν αὐτὸ προσλαβών, ἀλλ' ἐκ τῆς
ίας γεννήσας τέλειον.

molesto morbo obsistit. Si enim transformata lux (3) sit splendor, non **15** est immutabilis lux, cum splendoris facturam, quæ lucis propria est, mutatio operetur. Si vero lux, quin mutetur, splendorem generavit, manens ipsa lux, et splendorem habens connaturaliter ex seipsa perfectum: etiam Deus manet immutabiliter Deus, etsi proprii splendoris Pater sit, cum non ab extrinseco illum acceperit, sed ex substantia eum generaverit perfectum.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Περὶ τῶν φλυαρούντων ὡς ἐκ τῆς Πατρὸς *ὀνομασίας παρηλλαγμένη ἐστὶν ἡ οὐσία αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ.*

CAPUT XI.

De iis, qui, cum Patris *denominatio diversa sit* (4) *a denominatione* Filii, *diversam quoque esse effutiunt ejusdem Filii essentiam.*

Αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἀνακυκλοῦντες, καὶ ἕως τοῦ παντὸς παρασημαίνοντες τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος, B
ἐμιαθέως καὶ τοῦτο φάσκουσιν· Ὧν τὰ ὀνόματά
ιτ. διάφορα, τούτων παρηλλάχθαι καὶ τὰς οὐσίας
ναγκη· φησὶν γάρ· Ἡ Πατὴρ λέξις οὐ σημαίνει
τὴν Υἱὸς, οὐδ' αὖ ἡ Υἱὸς ὀνομασία δηλοῖ τὴν Πα-
τρὸς ὑπόστασιν. Ἀκουέτωσαν δὲ, ἓν μὲν, ὅτι εἰ μὴ
καλλήλῳ προσηγορίᾳ πεφανέρωντο αἱ θεῖαι ὑπο-
στάσεις, ποίῳ συμβόλῳ ἄν τις χρησάμενος, μὴ λέγων
τὴν Πατρὸς προσηγορίαν, ἐμήνυσεν αὐτόν τε τὸν Πα-
τέρα, καὶ ὅτι Υἱὸν ἔχει; ἢ μὴ ὀνομάζων τὴν Υἱὸς
καὶ Πνεῦμα προσηγορίαν, προσεφώνησεν αὐτόν τε
τὸν Υἱὸν ἢ τὸ Πνεῦμα, καὶ ὅτι ὁ μὲν Υἱὸς Πατέρα
ἔχει, τὸ δὲ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐστιν Πνεῦμα; Ἕτερον
δὲ, ὅτι ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, πλὴν τοῦ Πατέρα λέ-
γεσθαι τὸν ἀληθῶς ὄντα τοῦτο, καὶ τοῦ Μονογενῆ

Cum eadem de iisdem repetant, et veritatis pulchritudinem omnino adulterent, illud etiam animo in Deum inimico aiunt: Quorum nomina differunt, horum essentias (5) quoque diversas esse necesse est. Vox enim *Pater*, inquiunt (6), non significat vocem *Filius*; neque vice versa *Filii* denominatio Patris hypostasim denotat. Binas vero audiant (7) responsiones. Prima quidem est: Nisi divinæ hypostases (8) convenienti denominatione manifestatæ fuissent, quodnam esset symbolum, quo utentes nos, **16** Patrisque denominationem omittentes, indicare possemus cum ipsum Patrem, tum hoc quod est, eum habere Filium? aut quomodo *Filii* ac *Spiritus* denominatione non utentes, vocare potuissemus cum ipsum Filium, tum Spiritum, et verbis declarare, Filio quidem Patrem esse, Spiritum

(3) *Transformata lux.* Cum Filius a Paulo *splendor* Patris dictus sit, argumentum hoc ex lucis comparatione desumptum passim inculcant Patres qui *contra Arianos* scripserunt. Fortasse autem Didymus ea hic peculiariter refellere in animo habuit, quæ scripserat in *Apologetico*, num. 19, Eunomius. Quanquam his, aliisque a Didymo confutatis affinia alios etiam Anomœorum libros habuisse, ut *Isagogicum* libellum, quem Gregorius Nazianzenus execratur, aut Theognosti opera a Nysseno commemorata, aut Arii *Thaliam*, aut Eunomium ipsum sive in scholiis *in Aetii epistolam*, sive in commentariis in *Epistolam ad Romanos*, sive in suis epistolis, quas Philostorgius Eunomianus cæteris Eunomii scriptis anteponit, sive in libris contra Basilii libros apologeticis, verisimile est.

(4) *Diversa sit.* Codex hoc loco mendum habet. Veram lectionem expressi in translatione. Nimirum legendum est: Ὡς ἐκ τῆς Πατρὸς ὀνομασίας παρηλλαγμένης, παρηλλαγμένη ἐστὶ καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ, aut quid simile. Vide notam proxime sequentem. D

(5) *Essentias.* Vox, οὐσία, si etymon ejus spectes, *essentiam*, valet. Ego veteres Patres, maximeque Augustinum secutus, modo *essentiam* modo *substantiam*, modo *naturam* interpretor, ac, si opus fuerit, vocem ipsam *Usiæ* retinere non dubitaverim. Eunomius porro in *Apologetico*, num. 18, hoc orthodoxis argumentum objicit, et iisdem pene verbis, ut proinde eum locum spectasse Didymus videatur. Οὓς ἐχρῆν, inquit ipse,... παρηλλαγμένων τῶν ὀνομάτων, παρηλλαγμένας ὁμολογεῖν καὶ τὰς οὐσίας, id est, *Quos utique deceret..., cum diversa sint nomina, diversas etiam essentias confiteri.* Lege, si placet, cætera: nec enim totus nobis liber ille exscribendus est.

(6) *Inquiunt.* Vide not. 89, pag. 12, et not. 99, pag. 14. C

(7) *Audiant.* Similem formulam, seu transitionis in respondendo modum adhibet Didymus in libro adversus Manichæos: Εἰ δὲ λέγοιεν (inquit)... ἀκουέτωσαν· Ὅτι περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος, κ. τ. λ.

(8) *Hypostases.* Cum *hypostasis* vocabulum a priscis aliquando Patribus, imo et a Nicæna synodo alicubi ad significandam *essentiam*, sive *substantiam* adhibitum esset, dubitari cœpit Antiochiæ, ut theologi norunt, haud ita multis annis, antequam hæc Didymus dictaret, an *tres* in Deo *hypostases* dicendæ forent. Paulinum Antiochenum secuti nonnulli unam tantum Trinitatis hypostasim, tres vero personas dicendas esse contendebant, veriti scilicet (nec enim de bona eorum fide dubitare volumus), ne tres essentias, aut substantias dicere viderentur. Plerique alii e contrario tres in Trinitate hypostases confidenter dicebant, quod ita cum vetustiores, tum recentiores Patres locuti forent. Anceps inter utramque opinionem hæsit Hieronymus, ita tamen ut a trium hypostasium nuncupatione potius abhorreret: qua de causa Romanum pontificem Damasum consuluit. At Didymus in hoc opere passim *hypostases* in Trinitate pluraliter dicit. Neque vero ipsum ab ea locutione in libro *De Spiritu sancto* abstinuisse existimo, quamvis id opus eo circiter tempore dictaverit, quo illa, quam commemoravi, controversia vigebat. Verum Hieronymus, cui parum *hypostasium* vocabulum probabatur, in Latina ejus operis interpretatione ab eo dedita opera abstinuisse videtur: nulla sane ibi alia nunc vocabula occurrunt, quam *substantiæ*, *subsistentis*, *personarum*, etc., nusquam vero *hypostasium*.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/АВР

vero, Dei Spiritum exsistere? Secunda vero est: In sancta Trinitate, excepto quod Pater dicitur, qui vere est talis, et Unigenitus vocatur, qui naturaliter genitus est, et Spiritus Dei denominatur qui revera est, sicut denominatur, Patris Spiritus: alia omnia nomina sunt eadem; ut, Deus, Dominus, sanctus, justus, bonus, lux, vita. Ergo econtrario in sola beata Trinitate, quorum nomina sunt eadem, illorum etiam substantia una est: ut hoc sequatur, nempe simile a simili repræsentari. Nam veræ, et sempiternæ luci ad veram et sempiternam lucem, et veræ (9). . . . . A

καλεῖσθαι τὸν φυσικῶς γεννηθέντα, καὶ τοῦ Πνεύ Θεοῦ προσαγορεύεσθαι, τὸ ἀκριβῶς τοῦτο ὃ κέκλητ τυγχάνον τοῦ Πατρὸς, τἆλλα πάντα ὀνόματα κα ἐστηκεν τὰ αὐτά· ὡς τὸ, Θεὸς, Κύριος, ἅγιος, δ καιος, ἀγαθὸς, φῶς, ζωή. Οὐκ οὖν τοὐναντίον ἐ τῆς μακαρίας Τριάδος μόνης, ὧν τὰ ὀνόματά ἐστιν τ αὐτὰ, τούτων καὶ ἡ οὐσία μία καθέστηκεν· ἵν' ἀκ λουθῇ τὸ ὑπὸ ὁμοίου ὅμοιον χαρακτηρίζεσθαι. Τ γὰρ ἀληθινῷ καὶ ἀϊδίῳ φωτὶ, πρὸς τὸ ἀληθινὸν κ ἀΐδιον φῶς, καὶ τῇ ὄν . . . . . .

Capp. XII, XIII *et* XIV *desiderantur.*

CAPUT XV.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Deest (10) *initium.*

. . . . . .

egredietur (11) *de ore meo justitia, et sermones mei non revertentur, quia mihi curvabitur omne genu, et omnis lingua jurabit Deum*, hoc est, cognoscet Deum, aut, confitebitur Deo (12). Non est ergo ante Filium Deus et Pater; non æternitate, non essentia, non gloria; sed ipsi æquatur (13): nec prior ipso est, nisi paternitatis ratione. Nam quod hæc unigeniti Filii verba sint, divinus Paulus Romanis scribens declaravit, cum ita ait: **17** *Omnes enim* (14) *stabimus ante tribunal Christi, sicut scriptum est: Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, et omnis lingua confitebitur Deo.* Similiter autem Joannes theologus quoque in Evangelio quidem ait: *In principio* (15) *erat Ver-*

. . . . . .

ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ στόματός μου [6 a] δικαιοσύνη, καὶ οἱ λόγοι μου οὐκ ἀποστραφήσονται· ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ὁμεῖται τὸν Θεόν· ὃ ἐστιν, ἐπιγνώσεται τὸν Θεὸν, ἢ, ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ. Οὐκ ἔστιν οὖν ἔμπροσθεν B τοῦ Υἱοῦ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, οὐ τῷ ἀνάρχῳ, οὐ τῇ οὐσίᾳ, οὐ τῇ δόξῃ, ἀλλ' ἐπ' ἴσης· πλὴν εἰ μή που τῷ τῆς πατρότητος λόγῳ. Ὅτι γὰρ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τὰ ῥήματα, ὁ θεσπέσιος Παῦλος Ῥωμαίοις γράφων ἐσαφήνισεν, οὕτως εἰπών· *Πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, καθὼς γέγραπται· Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος, ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ.* Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ θεολόγος Ἰωάννης, ἐν μὲν τῷ

(9) *Et veræ.* Postrema hujus folii verba in codice sunt hæc: Καὶ τῇ ὄν, ita fortasse supplenda: Καὶ τῇ ὄντως ζωῇ, etc. Nunc inter istud folium, et illud quod sequitur, quodque numero 6 nudiustertius signatum fuit, tria aut quatuor folia desiderantur. Illud enim quod sequitur, et incipit, ἐξελεύσεται, in prima pagina olim, cum codex esset integer, signatum fuit littera majuscula Δ, quæ denotat, hic incipere quartum quaternionem. Quilibet autem quaternio octo foliis constat, nempe sexdecim paginis. Desunt ergo ab initio codicis ad sequens folium, quatuor et viginti folia, sex tantum exceptis, quæ, licet mutila, supersunt tamen.

(10) *Deest.* Filium probat in hoc capite æternum esse, omnipotentem, ac Patri consubstantialem. Vide lib. III, cap. 2, num. 15.

(11) *Egredietur.* Isa. XLV, 23, ex quo supplenda quæ hic desunt. Nimirum ibi legitur: Κατ' ἐμοῦ ὀμνύω, εἰ μὴ ἐξελεύσεται, et reliqua; id est: *Per me juro, nisi egredietur*, et cætera. Vulgatus interpres paulo aliter vertit. Eum consule. Græca editio habet, οἱ λόγοι μου, sine conjunctione καί. Tum pro ὁμεῖται, habet ὀμεῖται, et ita revera legendum est, non vero ὁμεῖται.

(12) *Confitebitur Deo.* Ita Paulus quoque interpretatus est, Rom. XIV, 11.

(13) *Sed ipsi æquatur.* In Græco, ἀλλ' ἐπ' ἴσης, id est, ad verbum, *sed ex æquo.* Malit forsitan quis conjunctim scribere ἐπίσης· ego codicis scripturæ constanter inhæreo. Thomas Magister in *Eclogis nominum Atticorum:* Ἐξίσης (inquit) κάλλιον, ἢ ἐπίσης. Attamen utrumque promiscue Atticis etiam scriptoribus usitatum.

(14) *Omnes enim.* Rom. XIV, 10 et 11, ubi pro καθὰ γέγραπται, legitur: γέγραπται γάρ, id est, *Scriptum est enim.* C

(15) *In principio.* Joan. I, 1-5. In vocibus, καὶ ἡ ζωὴ ἦν, nonnullæ Græcæ editiones perperam omiserunt articulum, qui hoc præsertim in loco non erat omnino negligendus: at eum non omisit Didymus, qui inobservatos hujusmodi articulos, nominibus Πνεῦμα, Υἱὸς, ζωὴ, ἁμαρτωλός, etc., præpositos, prætierire non consueverat. Vide superius notam 90, pag. 12. Quod attinet vero ad ea Joannis verba, ὃ ἐγένετο, id est, *quod factum est*, neminem ex theologis latet, veterum Patrum sive Græcorum, sive Latinorum alios ea conjungere cum antecedentibus, alios cum sequentibus: nimirum alios legere: *Et sine ipso factum est nihil quod factum est:* alios vero post verba: *Et sine ipso factum est nihil*, interpunctionis et clausulæ notam, seu punctum apponere, imo novum versiculum, ut vulgatæ Novi Testamenti editiones Græcæ D faciunt, exordiri sic: *Quod factum est, in ipso vita erat:* quibus ipsis in verbis non defuit qui incisionis notam post voces, *In ipso*, apponeret; ut Græca sic vertenda essent: *Quod fuit in ipso, vita erat.* Ego codicis interpuncta, seu, quod eodem recidit, primam lectionem secutus sum, duabus potissimum de causis. Nam primum quidem ex his, quæ mox sequentur, quæque ad verba illa: *In ipso vita erat*, paulo post habet Didymus, apparet

Digitized by Google Распознавание текста

Εὐαγγελίῳ εἶπεν· Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν. Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων· καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν· ἐν δὲ τῇ Ἀποκαλύψει· Ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος· Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ Παντοκράτωρ. Τὸ, Ὁ ὤν, σημαίνει τὸ ἀεὶ ὂν τῆς θείας ὑποστάσεως, καθὰ καὶ ἀλλαχοῦ ἔφαμεν· ἀόριστος γὰρ ἡ λέξις· ὅθεν ὄνομα ἑαυτοῦ ὁ Θεὸς εἶπεν εἶναι τὸ, Ὁ ὤν. Τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἦν, ποιεῖ προῦπτον καὶ σφόδρα γε συμφανὲς τὸ ἄτοπον καὶ ψευκτὸν τοῦ, Ἦν ὅτε οὐκ ἦν. Ἡ γὰρ λέξις ἡ, Ἦν, ἀπαρέμφατός ἐστιν·

bum, *et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est. In ipso vita erat, et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt;* in Apocalypsi vero : *Qui est, et qui erat* (16), *et qui venturus est : Dominus Deus noster, Omnipotens.* Illud, ὁ Ὤν, nempe, *Qui est*, sempiternam (17) exsistentiam divinæ Hypostasis significat, sicut alibi etiam diximus (18) : indefinita est enim 18 ea dictio : quam ob causam nomen suum Deus dixit (19) esse hoc ipsum, nempe, ὁ Ὤν, sive, *Qui est.* Illud : *In principio erat*, absurditatem ejus hæreticorum locutionis, *Fuit quando non erat* (20),

cum primam illam lectionem secutum esse, qua punctus finalis post verba, *Quod factum est*, apponitur. Deinde hæretici illi ipsi, quos in hoc opere Didymus refellit, ii nempe qui Spiritum sanctum Deum esse negabant, primam illam lectionem, quam exhibet Passionelianus codex, cum dictabat hæc Didymus, respuebant, alteri tenaciter adhærentes, quod eam pravo ipsorum dogmati consentaneam perperam judicarent : sic enim interpretabantur : *Quod factum est in ipso*, nempe Spiritus sanctus, in Filio, sive a Filio creatus, *vita erat.* Rem ita se habere testatur Joannes Chrysostomus homilia v *in Joannem*, sive in hunc ipsum, de quo agimus, Joannis locum; quam quidem eodem circiter tempore habuit Chrysostomus, quo dictabat hæc Didymus. In ea scilicet hæc leguntur tom. VIII, pag. 35 editionis Parisiensis : « Ne vero potes ipsum ea omnia tantum commemorare, quæ et Moyses dixit, subjungit : *Et sine ipso factum est nihil quod factum est*.... Οὐ γὰρ δὴ τὴν τελείαν στιγμὴν τῷ, Οὐδὲ ἕν, ἐπιθήσομεν κατὰ τοὺς αἱρετικούς. Ἐκεῖνοι γὰρ βουλόμενοι τὸ Πνεῦμα κτιστὸν εἰπεῖν, φασίν· Ὃ γέγονεν, ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν (malim sic interpungere : Ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ, ζωὴ ἦν).» Id est, « Neque enim perfectam στιγμὴν (seu punctum) ad verba illa, Οὐδὲ ἕν, id est, *Nihil*, apponemus, ut hæretici faciunt : illi enim cum velint, Spiritum creatum esse, ita legunt : *Quod factum est in ipso, vita erat.* »

(16) *Qui est, et qui erat.* Apocalypsim, de cujus auctoritate nonnulli per ea tempora dubitabant, ut librum canonicum a Joanne scriptum agnovit Didymus in Enarratione quoque in primam ipsius Joannis Epistolam, et in catena in Psalmos a Corderio edita, ad psalmum L; capitulum vero hocce, prout Didymus illud hic affert, non exstat in Apocalypsi. Nam capite quidem I, vers. 8, legitur : Ὁ Κύριος, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὁ παντοκράτωρ, sive, ut Vulgatus, addita voce *Deus*, legit : *Dominus Deus, qui est, et qui erat, et qui venturus est, omnipotens.* Capite vero IV, vers. 8, legitur : Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ Παντοκράτωρ, ὁ ἦν, καὶ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, id est, *Dominus Deus, Omnipotens, qui erat, et qui est, et qui venturus est.* Putandum est ergo, Didymum aut primum ex duobus hisce locis citare, ac verba illa : *Dominus Deus noster*, partim transponere, partim explicationis causa addere : aut potius sensum magis, quam verba ipsa Joannis afferre voluisse, ut alias sæpe cum in hoc opere facit, tum etiam in libro *adversus Manichæos*, in libro *De Spiritu sancto*, et in *Enarrationibus in Epistolas catholicas* : quod passim fecisse Clementem quoque Alexandrinum, et alios Patres, notior res est, quam ut exemplis confirmanda sit. Vide notam 72, pag. 9.

(17) *Sempiternam.* Hoc Dei nomen, ὁ Ὤν, id est, *Qui est*, eodem quo Didymus sensu acceperat ante ipsum Justinus martyr in *Cohortatione ad Græcos*, pag. 25, post Justinum Alexander Alexandrinus in secunda *contra Arium encyclica epistola*, post Alexandrum Gregorius Nazianzenus in oratione, quam Constantinopoli habuit coram Patribus secundi concilii œcumenici. Quærebant autem veteres metaphysici, utrum nomen hoc, τὸ ὄν, sive *ens, univoce* Deo conveniat et creaturis, an *æquivoce.* Ast Patres, neglecta istiusmodi quæstione, Deo duntaxat nomen, ὁ Ὤν, seu, *Qui est*, proprie convenire consentiunt. Id quod ante ipsos non semel scripserat vel ipse Plato.

(18) *Alibi etiam diximus.* Vox ἀλλαχοῦ, id est, *alibi*, opus ab hoc *aliud* videtur indicare : ut cum Enarratione *in primam Joannis Epistolam* ad caput V, pag. 85, ait : *Horum itaque singula examinationem, ut fuit possibile, in aliis habuerunt :* apud scriptores enim ecclesiasticos idem valet ἐν ἑτέροις, atque ἀλλαχοῦ, id est, *alio in loco.* Iis autem verbis Tillemontius (tom. X, pag. 393) respici existimat a Didymo duos libros, quos *contra Arianos* eum scripsisse constat : ejus vero conjecturæ facile ob rationes alibi afferendas assentior, etsi ea, quæ ibi Didymus alibi a se ad examen revocata esse ait, in his etiam *De Trinitate* libris expendantur. Si ergo Didymus aliquod ex superioribus capitibus indicare voluisset, non hac locutione, ut videtur, usus foret, *Ut alibi diximus :* sed alia potius; cujusmodi est illa : ὡς ἤδη ἐλέχθη, id est, *ut jam dictum est*, qua utitur paulo post; aut illa : ὡς προείρηται, id est, *ut antea dictum fuit*, quam habet segm. 95 *b* et 99 *b;* aut alia simili. Posset quis huc trahere quæ in libro *De Spiritu sancto*, num. 30, de hoc Dei nomine, *Qui est*, obiter dixit : at cum ibi *sempiterna Dei exsistentia* expresse non commemoretur, eum indicari locum non existimo. Verosimilius dixeris, aut Enarrationem *in primam Joannis Epistolam*, ea nempe quæ dictavit Didymus ad prima ejus Epistolæ verba : *Quod fuit* (Græce, ἦν, id est, *erat*) *ab initio;* aut binos, quos *contra Arianos* edidit, libros; aut quæ ipse *in Exodum* ad ea capitis III verba : *Ego sum qui sum.* dictavit, hic spectari.

(19) *Deus dixit.* Exod. III, 14.

(20) *Fuit quando non erat.* Id est, *Aliquando non erat*, nempe Filius. Nam ad vitandum *temporis* vocabulum non vertimus : *Fuit tempus quo non exsistebat.* Est autem hæc celebris Arianorum formula, quam Nicæni Patres in Symbolo nominatim ut blasphemam exsecrati sunt. Ante Didymum Alexander Alexandrinus, ut Basilium, aliosque omittam, ex Joannis verbis id ipsum intulerat quod Didymus. Τίς γὰρ ἀκούων (inquit is in secunda *contra Arium encyclica epistola*) Ἰωάννου λέγοντος· Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· οὐ καταγινώσκει τούτων λεγόντων· Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, id est, *Quis, cum Joannem audiat dicentem :* In principio erat Verbum, *istos non condemnet qui aiunt : Fuit quando non erat?*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

perspicuam ac valde manifestam facit, eamque fugiendam esse ostendit. Nam vox, ἦν, id est *erat*, indefinita est : Latine autem vocabulum, quo verbum *indefiniti* esse temporis significatur, ex duabus vocibus, *Plusquam perfectus* (21), componitur, ac vertitur, πλέον ἢ τέλειος. Itaque hic exigit, ut intelligatur superæternus, aut principii expers. Nam qui *erat in principio*, aut, ut quis dixerit, qui *erat* aliquando *principium* (22), quomodo non ita erat, ut nullam causam agnosceret? Aut rursus quomodo tempus quod nondum exsistat, mensura illius esse potest, qui tempus ipsum fecit (23)? Illud : *Erat* **19** *apud Deum*, ostendit eam, quam (24) Filius habet cum Deo Patre, naturæ communionem, atque hoc etiam ostendit, ex quo nempe fuit, si ita loqui fas est, increatus Pater, ipsi coexstitisse Filium qui ex ipso est. Quin etiam illorum verborum, *Erat apud Deum*, sana interpretatio foret, si ita intelligerentur : *Erat secundum Deum*, id est, erat, æque ac Deus, principio carens, non factus, incomprehensibilis (25), bonus, immortalis, omnium rex. Nisi enim in scaturiente hac sapientia res ita se habeat, ne in fonte quidem, ex quo ipsa emanat, sic se habebit. At in ambobus revera ita se habet : nam Joannis scopus, et divinitus traditus ejus sermo, manifestus est, et firmus, non supervacuus, sed solam spectans divinitatem. Illud, *Deus erat Verbum*, probat substantiale esse Verbum, ipsumque esse Deum, sicut Deus est ille, cujus Ver-

A ρωμαϊστὶ δὲ ἡ ἀπαρέμφατος ἐκ δύο λέξεων σύγκειται· PLUSQUAMPERFECTUS· ἑρμηνεύεται δὲ, *πλέον ἢ τέλειος*. Ὥστε νῦν ἀπαιτεῖ νοηθῆναι ὑπεράχρονος ἢ ἄναρχος. Ὁ γὰρ ὢν ἐν τῇ ἀρχῇ, ἢ ἄν τις εἴποι [6 *b*] ἀρχή ποτε ἀναιτίως οὐκ ἦν. Ἢ πάλιν ὁ μηδέπω ὢν χρόνος, τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν πῶς εἶναι μέτρον δύναται; Τὸ, *Ἦν πρὸς τὸν Θεὸν*, παριστᾷ ἦν Υἱὸς ἔχει πρὸς Θεὸν Πατέρα φύσεως οἰκειότητα, καὶ τὸ ἀφ' οὗ ἦν. εἰ θέμις οὕτως εἰπεῖν, ὁ αὐτογενὴς Πατὴρ, συνυπάρχειν αὐτῷ τὸν ἐξ αὐτοῦ Υἱόν. Ἐρρωμένως δὲ νοηθείη ἂν τὸ, *Ἦν πρὸς τὸν Θεὸν*, ὅτι κατὰ τὸν Θεὸν ἦν, ἄναρχος, ἀγένητος, ἀχώρητος, ἀγαθὸς, ἀθάνατος, παμβασιλεύς. Εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἔχει ἐπὶ τῆς βρυθείσης σοφίας ταύτης, οὐχ ἕξει οὐδ' ἐπὶ τῆς πηγῆς τῆς βρυσάσης τὴν σοφίαν. Ἔχει δὲ οὕτως ἑπ' ἀμφοῖν. Ἐπιφανὴς γὰρ, καὶ βέβαιος, καὶ ἀπερίεργος, καὶ πρὸς τὸ θεῖον ὁρῶν μόνον ὁ σκοπὸς, καὶ ὁ θεοπαράδοτος λόγος τοῦ Ἰωάννου. Τὸ, *Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*, συνιστᾷ τὸ οὐσιώδη εἶναι τὸν Λόγον καὶ Θεὸν εἶναι, οἷός ἐστιν Θεὸς ἐκεῖνος οὗ Λόγος ἐστίν· καὶ αὖθις τὸ ἀναίτιον. Τὸ, *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν*, ἀποφαίνει αὐτὸν, ὡς ἤδη ἐλέχθη, μονονουχὶ δημιουργόν· ἀλλ' ὅτι καὶ οὐκ ἐκτίσθη. Εἰ γὰρ μηδὲ ἓν κτιστὸν χωρὶς αὐτοῦ τὸ εἶναι ἐδέξατο, παντί που δῆλον, ὡς αὐτὸς οὐκ ἐγένετο, ἀλλ' ἐγεννήθη θεϊκῶς. Καὶ γὰρ ἀμήχανον ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι ἦκειν, τὸν ὕπαρξιν τοῖς ὅλοις, καὶ τοῖς λογικοῖς οὐσίωσιν καὶ ἀθανασίαν δεδωκότα. Οὐδὲν γὰρ κτιστὸν οὐσιοῦν, ἢ ἀπ-

(21) *Plusquam perfectus.* Binas hasce, seu tres potius dictiones ita hic repræsentandas curavi, ut eas ipse ex codice in meo apographo delineaveram. Quæ autem ex temporis plusquam perfecti appellatione infert Didymus, frigidiuscula esse quis non videt? Equidem miror, viro summa doctrina, magnoque ingenio prædito istiusmodi nugas arridere potuisse. Quin etiam parum se in Latina grammatica profecisse ostendit, cum de verbo, ἦν, sive, *erat*, perinde loquitur, quasi illud sit apud Latinos temporis plusquam perfecti. Ab his porro *plusquam perfectum* dicitur neutro genere, quod subaudiatur vox, *tempus* : Didymus autem masculino illud effert genere, quod ad masculinum nomen χρόνος referat. Sed hujusce modi tricas omittamus : atque illud potius animadvertamus, nullum fortasse aliud in veteribus scriptoribus Græcis exemplum occurrere Latinæ vocis ita adhibitæ, ut retentis elementis *q* et *f*, quæ Græcus sermo non habet, neque vero mutata in oς terminatione Latina *us*, Latinis omnino litteris scribatur. Ego quidem nunquam in quidquam tale incidi : quotiescunque enim Latina vocabula aut ex Latino sermone allegant, aut in Græcam linguam sequioribus sæculis invecta adhibent, Græcis uti elementis consueverunt (*a*). Ita Plutarchus in *Galba* : Ἐν τοῖς ἀρχείοις, inquit, ἃ *πριγκίπια* καλοῦσι Ῥωμαῖοι, id est, *in ducum tabernaculis quæ Latini* principia *vocant* : et Pollux lib. IV, cap. 4 : Τὴν ζώνην, ἣν Ῥωμαῖοι *φασκίαν* καλοῦσι, id est, *zonam, quam Latini* fasciam *vocant* : vocabula vero λίβελλος, δηνάριος, κῆνσος, σπεκουλάτωρ, πραιτώριον, κοδράντης, μίλιον, aliaque hujus generis quamplurima, Græcis semper elementis a Græcis cum auctoribus, tum librariis exarata, omnibus qui hoc studiorum genere delectantur, nota sunt. Neque vero Latinas aliquas

C voces Didymo cognitas fuisse is mirabitur, qui animadverterit Rufinum ac Hieronymum aliquo, etsi non longo, tempore ejus fuisse discipulos : Latinam vero linguam qui tunc in Oriente excolerent, non defuisse : nam et S. Epiphanius, ut in secundo *contra Rufinum* Hieronymus testatur, eam callebat, et Cyrillus Jerosolymitanus, ac Gelasius Cæsareæ in Palæstina episcopus, si Photio fides adhibenda est, *Ecclesiasticam* Rufini *historiam* Græce transtulerunt. Atque hæc docti illius viri gratia dicta sint, qui cum in opusculo a me edito locum hunc Didymi allegatum legisset, conjiciebat opus illud pervetustum esse non posse, in quo Latinæ voces afferrentur.

(22) *Qui erat aliquando principium.* Codex hoc in loco, ut equidem opinor, vitio non caret. Ego sic transtuli, quasi legendum sic : Ὁ γὰρ ὢν ἐν τῇ ἀρχῇ· ἢ ἄν τις εἴποι ἀρχή ποτε· πῶς ἀναιτίως οὐκ ἦν; Malit fortasse quis, ἀναιτίως οὖν ἦν.

D (23) *Fecit.* Hanc rationem alii etiam Patres afferunt, ac nominatim Alexander Alexandrinus in prima *contra Arium Epistola encyclica.* Omnes enim in eo consentiunt, ut tempus a Deo factum dicendum sit, juxta illud Pauli : *Per quem fecit et sæcula* : et illud Ecclesiæ in hymno : *Rex atque factor temporum.* Quo sensu autem id accipiendum sit, viderint philosophi. Scite Augustinus libro *contra sermonem Arianorum*, num. 2 : *Tempus* (inquit) *sine aliquibus creaturæ motibus non potest esse, et ideo per illum* (id est Filium) *facta confitemur et tempora.*

(24) *Quam.* Pro ἦν, id est, *erat*, ἦν, id est, *quam.*

(25) *Incomprehensibilis*, id est, *incapabilis*, ut veteres Latini Patres loquuntur; nempe, qui *capi*, aut comprehendi non potest; id enim valet vox ἀχώρητος.

(*a*) Animadvertas tamen velim Theophilum Antecessorem Græco sermoni plura Latina vocabula Latinis litteris exarata immiscuisse, similique modo Constantinum Pogonatum (t. VII *Concil.*, p. 1133) voce Latina *Sancimus* usum fuisse.

Digitized by Google Распознавание текста

ἀθανατοῦν, ἢ λογικοὺς ποιεῖν δύναται· ἀλλ' ἐκ τῆς ἤδη παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξ οὐκ ὄντων παραχθείσης οὐσίας χρυσοῦ, ἢ ἀργύρου, ἢ χαλκοῦ, ἢ σιδήρου, ἢ ξύλου, ἢ λίθου δημιουργεῖ ἄψυχον καὶ ἄλογον [7 *a*] ἀνδριάντα τυχὸν, ἢ τι ἕτερον· αὐτὸ δὲ οὐσίαν μὴ οὖσαν προσοῖσαι, ἢ ἔμψυχον καὶ λογικὴν ἀναδεῖξαι, μόνης τῆς πανδυνάμου καὶ αὐτοτελοῦς μιᾶς θεϊκῆς φύσεως ἴδιον καὶ ἐξαίρετον τυγχάνει ὄν. Ἐποίησεν δὲ δι' αὐτοῦ ὁ Πατὴρ, ὡς φῶς δι' οἰκείου ἀπαυγάσματος, καὶ ὡς νοῦς διὰ λόγου. Τὸ, Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, ἐπεκδιδάσκει, ὅτι αὐτός ἐστιν ἀνάρχως, ἡ ζωὴ τῆς μιᾶς καὶ ἀνωτάτω φύσεως ὑπάρχων, καὶ μηδαμῶς ὄντων πάντων, αἴτιος ὢν τῶν ὄντων. Διὸ καὶ αὐτός φησιν· Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή· ἐγώ εἰμι τὸ φῶς. Φιλοτιμεῖται δὲ τῷ ἀνάρχῳ τὰς μαρτυρίας τοσαυτάκις εἰπὼν τὸ, Ἦν· ἵνα τῇ συνεχείᾳ τῆς τοιαύτης φωνῆς, ἢ αἱρετικῶν τὰς κωφὰς ἀκοὰς διανοίξῃ, ἢ μηδὲν περὶ τοῦ, Ἦν ὅτε οὐκ ἦν, ἐν τῇ μελλούσῃ καθολικῇ καὶ ἀπαρεγκλίτῳ διαγνώσει πρόφασις ὑπολειφθείη. Τὸ, Καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων, ἐκπαιδεύει αὖθις τὰ αὐτά. Φησὶν γάρ· Αὕτη ἡ ἀγένητος ζωὴ, σύστασις τῆς γενητῆς ἀνθρώπων φύσεως ὑπάρχει. Τὸ, Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν, οὐκ ἀνέχεται τῶν αἱρετικῶν δοξασμάτων. Κρυφίως γὰρ καὶ ἄγαν δριμέως δηλοῖ, ὡς ὄντερ ἄν τις προχρόνιον χρόνον, ἢ ἀκαριαίαν ῥοπὴν, ἢ προαιώνιον αἰῶνα ὑπολάβῃ, φαίνει ἀϊδίως ὡς ἀχώριστον ἀπαύγασμα τοῦ Θεοῦ, καὶ οὔποτε σκοτία ἀνυπαρξίας αὐτὸ κατέλαβεν. Τὸ, Ὁ παντοκράτωρ, οὐδὲ ἑρμηνείας δεῖται. Δείκνυσι γὰρ ἀδιαίρετον ἔχειν πρὸς τὸν Θεὸν Πατέρα καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα αὐτοῦ τὴν βασιλείαν, καὶ εἶναι *ἐπὶ πάντων Θεόν*. [7 *b*] Τὸ, Ὁ ἐρχόμενος, τὸν Υἱὸν δηλοῖ μέλλοντα ἔρχεσθαι τὸ δεύτερον, καὶ κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς.

A bum est : quin etiam probat, nullam ei causam dedisse ut esset. Illud, *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso ne una quidem res facta est*, non modo (26) ipsum conditorem esse demonstrat, ut jam dictum est, sed etiam non esse creatum : si enim *ne una quidem* creatura sine ipso accepit exsistentiam, omnibus manifestum est, ipsum non esse factum, sed genitum divino modo : nam fieri non potest, ut ex nihilo (27) ad exsistentiam veniat is qui omnibus creaturis exsistentiam, rationalibus vero subsistentiam dedit, atque immortalitatem; nulla enim creatura potest aut essentiam dare, aut immortalitatem, aut rationalitatem : sed ex substantia auri, aut argenti, aut æris, aut ferri, aut ligni, aut lapidis jam a Deo e nihilo producta (28) inanimatum, et irrationale simulacrum, exempli causa, effingit, aut aliquid aliud : **20** substantiam vero non exsistentem producere, aut animatam, et rationalem facere, divinæ duntaxat omnipotentis (29), atque unius et per se perfectæ naturæ proprium est, eique soli convenit. *Fecit* (30) autem per ipsum Pater, sicut lux per proprium splendorem, et sicut mens per rationem. Illud, *In ipso vita erat*, nos insuper edocet, ipsum esse ab æterno vitam, cum sit illius, quæ una est, ac suprema, naturæ, et nequaquam eum esse unum ex omnibus (31), cum sit causa eorum quæ sunt. Quam ob causam ipse etiam inquit : *Ego sum vita; ego sum lux* (32). Dicendo autem tam sæpe, *erat*, large nobis, ac prolixe testimonia suppeditat Joannes, quibus Filii æternitas confirmetur : ut continuo ejus vocis usu aut surdas hæreticorum aures aperiat, aut nullus ipsis quoad formulam illam, *Aliquando non erat*, prætextus relinquatur, quo se in futura universali, atque inevitabili agnitione (33) tueantur. Illud, *Et vita erat lux hominum*, eadem rursus docet : hoc

B

C

(26) *Non modo.* Observanda vox μονονουχί, quæ hic, ut alibi quoque apud Didymum, non raro idem valet ac, *non modo* : pro quo nonnulli etiam dicunt, οὐ μονονουχί, ut Eusebius Pamphili.

(27) *Ex nihilo.* Arianam formulam, ἐξ οὐκ ὄντων, sive, ἐκ μὴ ὄντων, perstringit, quam Nicæna synodus cum exsecratione damnaverat in Symbolo. Latinorum veterum Patrum alii verterunt : *Ex iis quæ non sunt;* alii : *Ex nullis substantiis;* alii : *Ex nullis subsistentibus.* Ego, quo sensus magis omnibus perspicuus sit, verti : *Ex nihilo.* Adeo autem celebris erat per ea tempora isthæc formula, ut ex eadem Ariani, uno conflato vocabulo, dicti sint etiam *Exucontii*, quemadmodum testatur S. Athanasius in libro *De synodis Arimini et Seleuciæ.*

(28) *Producta.* In Græco, παραχθείσης. Evidenter autem ex hoc loco confirmari posset, quod de verbo παράγειν dixi not. 28, pag. 6, si confirmatione indigeret. Id cum non animadverterit Harduinus, ubi sextus quintæ synodi *adversus Origenem* anathematismus habet : Ἕνα δὲ νοῦν... παραγαγεῖν πᾶσαν τὴν σωματικὴν φύσιν, transtulit : *Unum autem animum... qui universam prætergressus sit corpoream naturam.* Sed vertendum sine dubio est : *Unam vero mentem..... quæ omnem produxerit corpoream naturam.*

(29) *Omnipotentis.* Accusat Origenem Justinianus imperator in suo contra illum edicto ad Mennam, quod de divina potentia non recte senserit : ipsius vero Origenis verba affert, quibus innititur accusatio. Quin etiam inter anathematismos a quinta synodo *in Origenem* latos hunc octavo loco affert Christianus Lupus, qui tamen inter illos quindecim a Lambecio primum evulgatos nullus est : *Si quis dicit, aut sentit, vel finitam esse Dei potestatem, vel eum tanta fecisse, quanta comprehendere potuit, anathema sit.* Verum, quod spectat saltem ad rem hanc, Origenista non fuit Didymus : nam et hoc in loco, et segmentis 13 *b*, 21 *a*, 37 *a*, 41 *b*, atque alibi Deum dicit modo πανδύναμον, modo παντοκράτορα, modo παντεξούσιον, modo ἀπειροδύναμον, hoc est, *infinita potentia præditum.*

D (30) *Fecit.* Respicit verba superius a se allata : *Omnia per ipsum facta sunt.*

(31) *Ex omnibus.* Pro ὄντων πάντων, malim legere, ἐν τῶν πάντων· id est, *Unum ex omnibus :* ut hoc velit Didymus, cum legimus, *omnia* per Filium facta esse, Filium ipsum voce illa : *Omnia*, non comprehendi. Hoc sensu in libro *De Spiritu sancto*, num. 13 : *Neque enim* (inquit), *unum ex omnibus, sed aliud extra omnia per substantiam ex utroque* (desunt voces, *ex utroque*, in nostro ms. codice) *demonstratus est Spiritus sanctus.*

(32) *Ego sum*, etc. Joan. XI, 25; et XIV, 6.

(33) *Agnitione.* Locutio Biblica, qua extremi judicii dies designatur : hæc enim in Sacris Bibliis ἡμέρα διαγνώσεως, id est, *dies agnitionis*, dicitur Ecclesiastici XXVII, 9; et Sap. III, 18, ubi legitur : *Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis* (Græce, ἐν ἡμέρᾳ διαγνώσεως) *allocutionem.*

Digitized by Google Распознавание текста

enim sibi vult : Increata hæc vita creatam hominum naturam facit subsistentem. Illud, *Et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt*, hæreticas opinationes profligat; arcana enim, et valde acri ratione hoc significat : quodcunque tempus tempore anterius, aut individuum momentum, aut sæcula præcedens sæculum conceperis, in eo *lucere* Verbum sempiterne ut inseparabilem *splendorem* Dei, ac *tenebras* non exsistentiæ nunquam ipsum *comprehendisse*. Illud, *Omnipotens* (34), ne interpretationis quidem indiget : ostendit enim ipsum habere individuum cum **21** Deo Patre, et sancto ejus Spiritu regnum, et esse *super omnia* (35) *Deum*. Illud, *Qui venturus est*, Filium significat, qui iterum venturus est, et vivos ac mortuos judicaturus.

Baptista vero Joannes quoque illud, *Qui est* (36), de Filio dictum esse statuens, manifestum id Domino facit, inquiens : *Tu es* (37) (pro, *Ille, qui es*, quemque adhuc in Virginis utero exsistentem cum Deum agnovissem, dum ipse ego in utero sterilis feminæ essem, per subsultum adoravi) : *An alium exspectamus?* In prima vero Epistola amicus et apostolus Domini Joannes scribit (38) : *Quod fuit* (Græce, ἦν) *ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostræ contrectaverunt de verbo vitæ : et vita manifestata est, et vidimus, et testamur, et annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, et apparuit nobis : Quod vidimus et audivimus, annuntiamus etiam vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit cum Patre, et cum Filio ejus Jesu Christo.* Observa rursus frequentem usum (39) vocis ἦν, id est, *erat*, atque animadverte salutis *societatem*, seu *communionem cum Patre*, aut *cum Unigenito* eos non habere, qui Filium ipsum secundum naturam Deo coæternum esse non confitentur : in hac enim fide, quæ in mystagogia illuminationis (40), seu baptismi, ab omnium Domino tradita fuit, *consortium* illud nobis est, de quo Petrus scripsit (41) : *Ut efficiamini* **22** *divinæ consortes naturæ :* Nam quod creatum est, ac tempori obnoxium, non est divina natura. Illud autem præterea memoria tene, quod *societatem* nostram dixit

A Συνιστῶν τοίνυν καὶ ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης, ὅτι τὸ, *Ὁ ὤν*, περὶ τοῦ Υἱοῦ εἴρηται, δηλοῖ τῷ Δεσπότῃ· *Σὺ εἶ* (ἀντὶ τοῦ, *Ἐκεῖνος ὁ ὤν*, ὃν καὶ ἐν τῇ μήτρᾳ σε ὄντα τῆς Παρθένου, Θεὸν ἐπιγνοὺς αὐτὸς ἐγὼ, ἐν τῇ νηδύϊ τῆς στείρας ὢν, διὰ τῆς σκιρτήσεως προσεκύνησα), *ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν;* Καὶ ἐν τῇ πρώτῃ δὲ Ἐπιστολῇ Ἰωάννης ὁ φίλος καὶ ἀπόστολος τοῦ Κυρίου γράφει· *Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν· ὃ ἐθεασάμεθα καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς· καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, καὶ ἑωράκαμεν, καὶ μαρτυροῦμεν, καὶ ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν Πατέρα καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν. Ὃ ἑωράκαμεν καὶ ἀκηκόαμεν, ἀπαγγέλλομεν καὶ ὑμῖν, ἵνα καὶ ὑμεῖς κοινωνίαν ἔχητε*
B *μεθ' ἡμῶν, καὶ ἡ κοινωνία δὲ ἡ ἡμετέρα μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ μετὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Πρόσχες καὶ αὖθις τῷ πλήθει τοῦ *ἦν*· καὶ ὡς κοινωνίαν σωτηρίας οὐκ ἔχουσιν μετὰ τοῦ Πατρὸς, ἢ τοῦ Μονογενοῦς, οἱ μὴ ὁμολογοῦντες κατὰ φύσιν Υἱὸν εἶναι αὐτὸν συνάναρχον τοῦ Θεοῦ. Πρὸς ταύτην γὰρ ἡμῖν τὴν πίστιν, τὴν παραδοθεῖσαν ἐν τῇ μυσταγωγίᾳ τοῦ φωτίσματος παρὰ τοῦ πάντων Δεσπότου, ἐστὶν ἡ κοινωνία ἣν Πέτρος ἔγραψεν· *Ἵνα γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως.* Τὸ γὰρ κτίσμα καὶ ὑπὸ χρόνον ὄν, οὐ θεία φύσις ἐστίν. Μέμνησο δὲ πρὸς τού-
C τοις, ὅτιπερ *τὴν κοινωνίαν* ἡμῶν εἶπεν *μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ* ἰσοτίμως, καὶ οὐχὶ *διὰ τοῦ*

(34) *Omnipotens.* A verbis Evangelii Joannis transit repente ad locum Apocalypsis ejusdem, quem antea segm. 6 *a*, protulit. Vide not. 16, pag. 17. Filium porro, æque ac Patrem, esse *Omnipotentem* ideo videtur Didymus sæpius inculcare, quod Eunomius id negasset in ea Confessione, quam anno 383 Theodosio imperatori obtulit, quæque exstat tom. I *Lect. antiqq.* Canisii pag. 178. Ibi enim Filium excludens inquit de Patre Eunomius : *Unus est enim et solus Deus Omnipotens, Deus deorum*, etc. Quæ verba refellit S. Gregorius Nyssenus libro primo *contra* ipsum *Eunomium.*

(35) *Super omnia.* Respicit Rom. IX, 5, ubi legitur : Ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός, id est, *Qui est super omnia Deus.*

(36) *Qui est.* Non respicit Exod. III, 14, sed eum, quem dixi, Apocalypsis locum.

(37) *Tu es.* Matth. XI, 3; et Luc. VII, 19, 20.

(38) *Scribit.* Cap. I, vers. 1, 2, 3, ubi pro ἀπαγγέλλομεν καὶ ὑμῖν, Græca editio habet : ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν· quam lectionem sequitur Vulgatus interpres.

(39) *Frequentem usum.* Aut, si malis, *vim, emphasim*, et similia. Didymus porro initio enarrationis *in priorem Joannis Epistolam* de primis ejusdem Epistolæ verbis : *Quod erat ab initio*, eodem, quo hic, modo disserit. *Idem vero* (inquit) *significant hæc verba, quibus ait :* Quod erat ab initio, *quod illud, ubi ait :* Ego sum qui sum.

(40) *Illuminationis.* Baptismum hoc nomine a Patribus passim vocari norunt omnes theologi. Respiciebant scilicet Patres illud Pauli, Hebr. VI, 4 : Τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, id est, *Qui semel sunt illuminati.* Hinc ducta illarum Cyrilli catechesium inscriptio, quæ dicuntur τῶν φωτιζομένων, id est, *Illuminandorum.* Cur vero sic vocetur baptismus, scite exponit Justinus martyr in *prima Apologia*, num. 61. *Vocatur autem* (inquit) *lavacrum illud* φωτισμός, *id est, illuminatio, eo quod mente illuminantur qui hæc discunt.* Prætereundum tamen non est, baptismum ab illuminatione distingui interdum, ut cum is, quem dixi, Cyrillus in prima catechesi, num. 2, ait : Ἐβαπτίσθη, ἀλλ' οὐκ ἐφωτίσθη, id est, *Baptizatus fuit, sed non illuminatus.*

(41) *Petrus scripsit.* In Epis. II, cap. I, vers. 4.
B Animadvertendum vero est, auctorem enarrationis *in secundam* hanc *Petri Epistolam*, eam ipsam Epistolam ut sacri Bibliorum canonis partem non habuisse. Nam primum quidem inquit : *Agnovit autem hæc conscriptor Epistolæ;* quasi Petrum nominare vereatur : tum eam enarrationem concludit his verbis : *Non est igitur ignorandum præsentem Epistolam esse falsatam, quæ licet publicetur, non tamen in canone est.* Quarum tamen locutionum secunda quidem maximam habet vim ad ostendendum quod volo : primæ vero si magnam tribuerimus, jam de enarratione quoque *in primam Petri Epistolam* eas

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Υἱοῦ αὐτοῦ. Καὶ ὁ Ἀμὼς δὲ προφητεύων [8 *a*.] *Παντοκράτορα ὁμοίως τὸν Υἱὸν ὀνομάζει, οὕτω που λέγων· Ὁ οἰκοδομῶν εἰς οὐρανὸν τὴν ἀνάβασιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν αὐτοῦ ἐπὶ γῆς θεμελιῶν· ὁ προσκαλούμενος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐκχέων αὐτὸ ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς· Κύριος ὁ Θεὸς ὁ Παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ.* Περὶ ἧς ἀναβάσεως ψάλλει καὶ Δαυΐδ· *Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος.* Ἄμφω ταῦτα περὶ τοῦ Υἱοῦ. Ὁ γὰρ Πατὴρ οὔτε κατέβη οὔτε ἀνέβη, ὡς ὁ Ἀπόστολος ἑρμηνεύει, γράφων ὧδε· *Τὸ δὲ, ἀνέβη, τί ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι καὶ κατέβη πρῶτον; Ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστιν καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπὲρ ἁπάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα.* Ὡς πάντων, φησὶν, ὑπερανεστηκὼς καὶ ὑπερφέρων ἁπλῶς τῷ τεκόντι Πατρὶ, ἅτε ἀγέννητος. Φανερὸς γάρ ἐστι τοῦτο νοήσας ἀφ' ὧν καὶ αἱ νοεραὶ δυνάμεις, ἐπειδὴ κτίσματα μεμετρημένα τυγχάνουσιν οὖσαι ἐν οὐρανῷ, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ ἄνω τῶν οὐρανῶν, οὐδὲ πληροῦσαι τὰ πάντα εἰσίν. Καὶ Σοφωνίας παντοκράτορα ὡσαύτως ἀναγορεύει αὐτὸν, λέγων· *Αὕτη αὐτοῖς ἀντὶ τῆς ὕβρεως αὐτῶν· διότι ὠνείδισαν καὶ ἐμεγαλύνθησαν ἐπὶ τὸν Κύριον τὸν παντοκράτορα. Ἐπιφανήσεται Κύριος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐξολοθρεύσει Κύριος πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ.* Καὶ Μαλαχίας ἐπομένως ἐκ προσώπου τοῦ Δεσπότου φάσκει· *Διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ ἕως δυσμῶν δεδόξασταί μου τὸ ὄνομα ἐν τοῖς ἔθνεσιν, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά· διότι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσιν, λέγει Κύριος* [8 *b*.] *παντοκράτωρ· ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτό.* Ἡ γὰρ μνήμη τῆς τε ἐπιφανείας καὶ τοῦ δοξάζεσθαι ἐν τοῖς

A *cum Patre et Filio ejus*, æquali utrumque honore afficiens, non vero dixit, *Per Filium* (42) *ejus*. Quin Amos quoque prophetans *omnipotentem* similiter Filium alicubi vocat inquiens : *Qui ædificat* (43) *in cœlo ascensionem suam, et promissionem suam in terra fundans, qui vocat aquam maris, et effundit eam super faciem universæ terræ : Dominus Deus omnipotens, nomen illi.* De qua ascensione David etiam psallit : *Ascendit* (44) *Deus in jubilo, Dominus in voce tubæ.* Horum utrumque de Filio dicitur ; nam Pater neque descendit, neque ascendit : et sic Apostolus interpretatur, dum ita (45) scribit : *Quod autem* (46) *ascendit, quid est, nisi quod et descendit primum? Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia.* Quasi di-
B cat : quippe qui una cum Patre, a quo genitus fuit, omnibus rebus eminentior est, atque præstantior, utpote increatus. Nam id Paulum voluisse, ex eo patet, quod intelligibiles virtutes, cum creaturæ sint expertes immensitatis, et in cœlo, non vero *supra cœlos* exsistunt, neque *implent omnia*. Et Sophonias omnipotentem similiter eum vocat, inquiens : *Hæc eis* (47) *pro contumelia ipsorum : quia exprobraverunt, et magnificati sunt in Dominum omnipotentem. Manifestabitur Dominus super eos, et disperdet Dominus omnes deos gentium terræ, et adorabunt unusquisque ex loco suo.* Et his consentanea scribens Malachias, ex persona **23** Domini ait : *Ab ortu* (48) *enim solis usque ad occasum glorificatum est nomen meum in gentibus, et in omni*
C *loco thymiama offertur nomini meo, et sacrificium mundum ; quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens : vos vero polluitis illud.* Quod enim duobus hisce in locis et *manifesta-*

dubitationes movere incipiemus, quas de enarratione *in secundam Epistolam* mox indicabo. Nam et in illa ad caput 1, et rursus ad cap. II, legimus : *Conscriptor Epistolæ*, pro *Petrus*. E contrario autem in opere, quod nunc edimus, non modo secundam Petri Epistolam sæpius allegat Didymus, verum etiam ex ea ut canonica, et una ex catholicis, id est, universalibus, Epistolis verba profert. Id verum esse apparet cum ex hoc loco, tum e segmentis 11 *a*, 37 *b*, 39 *a*, 43 *a*, 51 *b*, 67 *a*, 90 *b*, 107 *b*, et 119 *b* : ne enim longior sim, loca ipsa non affero. Quinam ergo rem hanc se habere putabimus? Novi equidem Didymi ætate a quibusdam de illius Epistolæ auctoritate dubitatum esse, ut proinde nunc inter eas, quas *deutero-canonicas* vulgo theologi vocant, numeretur. Novi a Didymo in his *De Trinitate* libris tertium quoque Esdræ, qui canonicus minime est, semel allegari. Verum hæc nihil ad rem, præsertim cum tertium Esdræ ut canonicum non citet.
D Equidem igitur conjecerim, aut brevissimam illam, imperfectamque enarrationem, ne dicam abortivum fœtum, Didymi non esse, aut ab iis, quorum intererat vel pravam doctrinam obtrudere, vel Didymi nomen multis olim post ejus mortem invisum infamia afficere, interpolatam fuisse : aut eum tandem, cum libros bosce *De Trinitate* extremis, ut arbitror, vitæ annis conscripserit, opinionem, quam antea amplexus fuerat, seu dubitationem omnem abjecisse. Quod enim ait Basnagius apud Canisium, tom. I *Lect. antiqq.*, pag. 202, clausulæ illius verba : *Non est igitur ignorandum*, et reliqua, *cum cæteris non cohærere*, qua de causa ab aliquo forsitan adjecta esse suspicatur, eo magnopere non moveor.

(42) *Per Filium*. Hæreticos tacite perstringit, qui Deo hymnum glorificationis dicebant his verbis : *Gloria Patri per Filium in Spiritu sancto :* alteram vero formulam : *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto*, aversabantur, ut in meo de tribus hisce libris opusculo animadverti.

(43) *Qui ædificat*. Amos IX, 6, ubi Complutensis editio habet : Ὁ οἰκοδομῶν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνάβασιν, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἐπὶ γῆς θεμελιῶν..... ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς, Κύριος ὄνομα αὐτῷ. Francofurtensis vero habet : ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς, Κύριος Παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ.

(44) *Ascendit*. Psal. XLVI, vers. 5.

(45) *Ita*. Codex, ὧδε, sine iota subscripto, quod tamen semper in eo omittitur. At mea quidem sententia iota illud in hac voce omittendum non est.

(46) *Quod autem*. Ephes. IV, 9 et 10. Sed omittit Didymus intermedia verba, εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς.

(47) *Hæc eis*. Sophon. II, 10 et 11, ubi Francofurtensis editio fere in omnibus cum Didymo consentit. Sed Complutensis habet : Τοῦτο αὐτοῖς..... ἐπὶ τὸν Κύριον τῶν δυνάμεων· ἐπιφανὴς ἔσται κ. τ. λ. Καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας... προσκυνήσουσιν αὐτῷ ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτῶν.

(48) *Ab ortu*. Malach. I, 11 et 12, ubi Græca editio : τὸ ὄνομά μου δεδόξασται.

Digitized by Google Распознавание текста

tio (49) commemoretur, et *glorificatio inter gentes*, Filium significari ostendit, cujus nomen Judæi una cum ctismatolatris, id est creaturarum adoratoribus, *polluunt*. Ipsa vero sermonis consequentia omnipotentem illum esse demonstrat, quatenus omnipotentis imago est, et Unigenitus, qui hac etiam in re imago esse intelligendus est, ut sit omnipotens, sicut ille est. Paulus vero Hebræis scribit : *Qui cum sit* (50) *splendor gloriæ* Patris ; id est, coæternus ipsi, et homousius (51), seu consubstantialis. Ut enim ea, quæ comparationem non admittunt, comparatione aliqua, et exemplo illustrentur, atque hoc saltem modo aliquantulum illud, quod supra mentem est, mente concipiatur (52), dicam (cum parvo id comparans, quod magnum est, et duntaxat magnum), simul atque sol exsistit, e solis natura, et ex toto disco, indivise, et continue, et æquali mensura, totam lucem simul exseri, simulque operari, ac simul calorem rebus, quæ hanc sensationem excipere queunt, præbere ; substantiæ vero, a qua lux, seu lumen effunditur, qualitatem omnem in semetipso exserit ipsum lumen, quippe cum primo ipso momento, non vero posteriori, ab ea profundatur, simulque cum ea et procedat, et subsistat. Quod si splendor, eorum quidem sententia, *aliquando non erat*, ubinam erat ea, ex qua splendor ipse est, lucis substantia, sive hypostasis ? Nam simul cum illo hæc etiam omnino evanescat necesse est. Atqui Daniel quoque prophetans ait : *Et lux* (53) *cum ipso erat ;* id est, Filius cum Patre : quod enim divinitas comparationem omnem excludat, atque excellentissima sit, id maxime ostendit, eum Filium a Patre sine ulla passione genitum fuisse, qui esset, æque ac ipse, et initio carens, et idem cum eo principium habens, simulque et perfectus, et cujuslibet expers discriminis : creaturæ enim, non creatoris (54), mutationis capacis, non immutabilis, judicio subjecti, non judicis, vivificati, non vivificantis, peccato obnoxii, non vero Dei proprium est generare alio modo, et generari : si enim ipse, cum nondum ullum aliud opus factum esset, sæcula fecit, quæ ex temporibus conficiuntur, et omnibus rebus initium dedit, nibil vero ante tempora, et sæcula

ἔθνεσιν, τὸν Υἱὸν σημαίνεσθαι δείκνυσιν οὗ τὸ ὄνομα βεβηλοῦσιν Ἰουδαῖοι σὺν τοῖς κτισματολάτραις. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ ἀκολουθία παντοκράτορα αὐτὸν εἶναι βούλεται, καθ' ὃ εἰκὼν καὶ Μονογενὴς παντοκράτορος κεχρεωστημένος, τὸ καὶ ἐν τούτῳ εἰκὼν νοεῖσθαι τοῦ παντοκράτορος. Καὶ Παῦλος δὲ Ἑβραίοις γράφει · Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Πατρός, τουτ' ἔστιν συνάναρχος καὶ ὁμοούσιος. Ἵνα γὰρ τὰ ἀπαράβλητα παραβολικῶς πως παραδειχθείη, εἰ κἂν οὕτω ποσῶς εἰς νοῦν δειχθείη τὸ ὑπὲρ νοῦν, ἐρῶ (τὸ μέγα καὶ μόνον μέγα μικρῷ συμβάλλων), ὡς ἅμα τε ἥλιος, ἅμα ἐξ ἡλίου φύσεως καὶ ἐξ ὅλου τοῦ δίσκου ἀμερίστως, καὶ ἀδιαστάτως, καὶ ἰσομέτρως ὅλον τὸ φῶς συνεκφαίνεται, καὶ συνενεργεῖ, καὶ συμπαρέχει τὴν θέρμην τοῖς αἰσθήσεως δεκτικοῖς, καὶ τῆς τοῦ προέντος οὐσίας τὸ ἀμέσως, καὶ οὐχ ὕστερον προχεόμενον, καὶ συμπροϊὸν, καὶ συνυφιστάμενον φῶς, ὅλην ἐν ἑαυτῷ διεκφαίνει τὴν ποιότητα. Εἰ δὲ πρὸς τὸ εἰκὸν ἐκείνοις, Ἦν ὅτε οὐκ ἦν, τὸ ἀπαύγασμα · ποῦ ἡ ἀπαυγάζουσα αὐτὸ ὑπόστασις τοῦ φωτός ; Συνδιολισθήσει γάρ που πάντως ἐκείνῳ τοῦτο. Καὶ μὴν καὶ Δανιὴλ προφητεύων εἶπεν · Καὶ φῶς μετ' αὐτοῦ ἦν, ἀντὶ τοῦ, ὁ Υἱὸς μετὰ τοῦ Πατρός. Τοῦτο γὰρ μάλιστα δείκνυσιν τὸ ἀσυνείκαστον καὶ μέγα τῆς θεότητος, ὅτι συνάναρχον αὐτοῦ καὶ σύναρχον, ὁμοῦ δὲ [9 *a*] καὶ τέλειον καὶ ἀπαράλλακτον ἀπαθῶς ἐγέννησεν ὁ Πατήρ. Κτίσματος γὰρ ἴδιον καὶ οὐ κτίστου · τρεπτοῦ καὶ οὐκ ἀτρέπτου · ὑπὸ κρίσιν καὶ οὐ κριτοῦ · ζωοποιουμένου καὶ οὐ ζωοποιοῦντος · ὑπὸ ἁμαρτίαν καὶ οὐ Θεοῦ τὸ μὴ οὕτως γεννῆσαι καὶ γεννηθῆναι. Εἰ γὰρ αὐτὸς, οὕπω ἐνεργείας ἄλλης οὐδεμιᾶς γενομένης, ἐποίησεν τοὺς αἰῶνας, οἳ ἐκ τῶν χρόνων ἀποτελοῦνται, καὶ τοῖς πᾶσιν ἀρχὴν ἐπέθηκεν, οὐδὲν δὲ πρὸ τῶν χρόνων καὶ αἰώνων νοεῖσθαι δύναται, εἰ μὴ ἡ ἀκατάληπτος καὶ ἀληθῶς μόνη πρωτίστη καὶ πρωτουργὸς φύσις, ἡ μόνως οὖσα ἄναρχος καὶ αἰώνιος, καὶ ὕφεσιν πρὸς ἑτέραν οὐκ ἔχουσα · πῶς οὐκ ἀνάρχως ἐκ τῆς ὑποστάσεως γεννηθῆναι πιστεύεται τοῦ Πατρὸς, καὶ οὐκ ἐκ τῆς ἐνεργείας ; Χρόνον γὰρ οὐ διορίζοντος, οὐκ ἔστιν πρότερον καὶ ὕστερον · ἀλλ' ὁ μὴ ὢν ὑπὸ χρόνον, ἀναρχός ἐστιν · ὁ δὲ ἀναρχος ἄκτιστος. Ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔστι χρόνος ἀγένητος, οὕτως οὐδὲ κτίσις ἄχρονος, ἀλλ' ἔχει μέτρον τὸν χρόνον · σὺν αὐτῇ γὰρ καὶ ὁ χρόνος γέγονεν. Καὶ εἰκό-

(49) *Manifestatio*. Clariora hæc in Græco sunt, cum vox *Epiphaneia*, et *manifestationem*, et *adventum* Domini significet.

(50) *Qui cum sit*. Hebr. I, 3. Illud autem hic animadvertendum est, Epistolam ad Hebræos, de cujus auctoritate nonnulli dubitaverant, a Didymo ut canonicam, atque a Paulo scriptam citari.

(51) *Homousius*. Cum adeo celebris sit hæc vox, ut diu potior catholicismi nota habita fuerit, eam in translatione retinere placuit. Ὁμοούσιος autem scribendum est, non, ut quidam perperam fecit, ὁμούσιος, *homousius*, inquam, non *homusius*. Ab ejus vocis usu Didymi ætate S. Cyrillus Jerosolymitanus cum abstinuerit, nonnullis suspectus fuit, quamvis immerito, ut fuse Toutteus probat. At Didymus noster eam passim ac palam prædicat cum in hoc opere, tum enarratione *in primam Joannis Epistolam* pag. 85, ubi ait : *Considera, quemadmodum consubstantialis Patri*, et reliqua ; tum demum in libro *De Spiritu sancto*. Quod enim ait Jacobus Basnagius (tom. I *Lect. antiqq.* Canisii pag. 202), *homousii* vocem ab Hieronymo in Latina ejus libri translatione insertam esse, mea quidem sententia commentitium est, ac nihili plane faciendum, quasi nunquam in ullius hominis mentem venisset.

(52) *Concipiatur*. Pro, εἰς νοῦν δειχθείη, malit fortasse quis legere : εἰς νοῦν δεχθείη.

(53) *Et lux*. Dan. II, 22, ubi Græca editio habet : Καὶ τὸ φῶς μετ' αὐτοῦ ἐστι. Articulus vero ille, τό, a Didymo negligendus non erat hoc in loco, ex his quæ dixi in not. 90 pag. 12. Itaque a librario potius omissum quis credat.

(54) *Creatoris*. Recte codex habet κτίστου, non κτιστοῦ, et alibi κτίστης, nusquam vero κτιστής Recte etiam in Bibliis κτίστης semper legitur : recte in Clemente Alexandrino editum est : κτίσται τῶν αἱρέσεων· et in Herodoto, *Terpsichore*, συγκτίστης, et κτίστης. Perperam vero vulgata Lexica

Digitized by Google Распознавание текста

τως πάντα μὲν ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ μετρεῖται ὡς δεύτερα, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς, ἐπειδὴ ἄναρχος καὶ φύσει Θεός.

A intelligi potest, nisi incomprehensibilis, et vere unica, omnium prima, et primario operans natura, quæ singulari ratione, unitati ejus consentanea, principii expers, ac sempiterna, neque ulla altera inferior est : quomodo non creditur generatus ab æterno ex hypostasi Patris, non vero ex ejus operatione? In illo enim, qui tempus non terminat, neque prius quidquam est, nec posterius; sed qui non est tempori obnoxius, æternus est : qui autem æternus est, increatus est; nam sicut non exsistit tempus non factum, sic ne creatura quidem tempori non obnoxia; sed tempus ei pro mensura est; simul enim cum ipsa tempus quoque factum est : et merito omnia quidem a Conditore mensuram habent, utpote inferiora; ipse vero a nemine, utpote æternus, et natura Deus.

Τὰ δὲ ἴσα θεωρεῖται καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Οὐ γὰρ γέγραπται πότε, *ἐξεπορεύθη*, ἀλλ', *ἐκπορεύεται*. Πῶς δὲ αὐτὴ ἡ ζωὴ ζωοποιεῖται, ἢ τὸ ἀληθινὸν φῶς φωτίζεται; Ἦν δὲ ἄρα τότε θεῖον φῶς, καὶ *ζωὴ αἰώνιος* ἀεὶ, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν λέγει B ὁ ἀψευδὴς καὶ μέγας Θεός· οὐκ ἦν μὴ ὅτε ἀπαύγασμα δόξης, καὶ χαρακτῆρα ὑποστάσεως, καὶ εἰκόνα ἀγαθότητος, καὶ [9 *b*] δύναμιν, καὶ σοφίαν, καὶ δικαιοσύνην Θεοῦ (ἃ ὑπάρχειν τὸν αὐτὸν Μονογενῆ Παῦλος μαρτυρεῖ) οὐκ εἶχεν ὁ Πατήρ· ἀλλ', ὃ μὴ προσῆκεν εἰπεῖν, ὕστερον ὅ τι οὖν *προσέλαβεν*. Εἰ δὲ εἶχεν, ἦν ἀεὶ ὁ ταῦτα ὢν Μονογενής. Οὔτε γὰρ ὁ ταῦτα ὢν ἐκτὸς τοῦ Θεοῦ, οὔτε ὁ Θεὸς χωρὶς τοῦ ὄντος αὐτοῦ ταῦτά ποτε νοηθῆναι δύναται. Ταῦτα δὲ ὑπάρχει ὁ Μονογενὴς, οὐ καθάπερ ἕξις ἡ ἐπιτηδειότης, ἀλλ' οὐσιωδῶς, καθὰ προείρηται. Εἰ δὲ καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς κοσμογονίας, τὰ πρῶτα δένδρα σὺν τοῖς ἐξ αὐτῶν καρποῖς συνυπέστη (καὶ παράδοξον οὐδὲν εἰ σὺν τῇ ῥίζῃ ὁ καρπὸς συνανέτειλεν), πῶς ἀμήχανον κατ' ἀρχὰς τὸν εὐμήχανον Πατέρα μὴ ἔγκαρπον γεγενῆσθαι C τοῦ ἰδίου Υἱοῦ, καὶ εὐθὺς ἐκ τῆς δόξης τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ συνεκλάμψαι τὸ ἀπαύγασμα; Καθὰ οὖν αὐτοῦ ἡ τῆς ἐνανθρωπήσεως κάτω γέννησις ἑτέρᾳ γεννήσει οὐ συγκρίνεται (ἐκ Παρθένου γὰρ ἄρευστος, ἀπήμαντος, ὅπερ ἡ φύσις ἡμῶν οὐκ ἔχει), οὕτω καὶ ἄνω γέννησις ἀκατάληπτος ὑπὲρ τὸ πλέον, καὶ πᾶσαν ἐξαλλάττουσα γέννησιν ὑπάρχει· καὶ οὔτε ἀπιστεῖν χρὴ, οὔτε μὴν ζητεῖν ἢ ἐξηγεῖσθαι τὸν τρόπον ἡμῖν ἀσφαλὲς, τοῖς εἰπεῖν μὴ δυναμένοις. Πῶς παρθένος ἔτεκεν μείνασα παρθένος, μήτε δὲ τὴν ἰδίαν ἡμῶν

Hæc eadem vero de Spiritu sancto etiam dici possunt : nec enim scriptum est usquam (55), *processit*, sed, *procedit* (56). Quomodo autem vita ipsa vivificatur, aut vera lux illuminatur? Nempe (57) cum divina lux, tum *vita æterna* (58) semper exstitit, et ipse mendacii 25 expers, ac magnus Deus semetipsum his nominibus vocat, ac nullus unquam fuit tempus, ut ita loquar, quo splendoremu gloriæ, et figuram substantiæ, et imaginem bonitatis, et virtutem, et sapientiam, et justitiam Dei (hæc enim omnia, Paulo teste, est ipse Unigenitus) non haberet Pater, aut quo quidquam de novo (id enim dicere nefas est [59]) postea acceperit. Quod si Pater ea semper habuit, Unigenitus, qui hæc omnia est, semper exstitit : nam neque qui est hæc, est extra Deum, nec Deus sine illo, qui est ipsemet hæc, concipi unquam potest. Hæc autem omnia est Unigenitus non tanquam habitus, aut habitudo, sed substantialiter, ut antea dictum fuit (60). Quod si initio etiam creationis mundi primæ arbores una cum propriis fructibus substiterunt, ac simul cum radice fructum quoque exortum esse, neutiquam incredibile est; quomodo fieri non posse censebimus, ut sagax universi Conditor (61) Pater proprium Filium, velut fructum (62), in principio habuerit, ac simul cum eo splendor statim ex gloria hypostaseos ipsius eluxerit? Quemadmodum ergo terrena ejus in Incarnatione nativitas nulli alteri nativitati comparari potest (nam et ex Vir-

habent κτιστὴς pro κτίστης. Quæ tamen de Græca voce κτίστης conditorem significante dicta volo. Quod enim spectat ad Thracios illos κτιστάς, de quibus Strabo lib. VII, legenda sunt quæ vir ingenio et eruditione pollens Martorellius scripsit in *Theca Calamaria*, pag. 482 et seqq.

(55) *Usquam*. Lego, γέγραπταί ποτε, pro, γέγραπται πότε. Præcedens autem vox, θεωρεῖται, ad verbum vertenda : *considerantur*.

(56) *Sed, procedit*. Similem Didymi animadversionem invenies cum in libro *De Spir. sancto*, num. 15, ubi : *Bene autem* (inquit) *quod in ipsa sententia non ait, Qui creavi, sed, Qui creo* : tum in ea catena, de qua dixi pag. 13 : ibi enim ad vers. VI psalmi LXV, hæc adnotat Didymus : Ὡς καὶ ἐν τῷ, Ὁ μεταστρέφων. Ἀντὶ γὰρ τοῦ, Ὁ μεταστρέψας, id est ; *Sicut etiam ubi ait : Convertens : id enim positum est pro, Qui convertit, seu, Qui mutavit*. Fatendum est tamen, non semper magni faciendas esse hujusmodi animadversiones, ut ii norunt, qui Hebraicam linguam callent. Quin Didymus ipse segm. 60 *b* discrimen illud parum curasse videtur.

(57) *Nempe*. Pro, ἦν, legi posset, ἦν, id est *si* : et ut mollius flueret oratio : ἦν δὲ ἄρα ἦν. Tum : οὐκ ἦν ὅτε μή. Pro τότε, lego τό τε.

(58) *Æterna*. In prima Joannis V, 20, Filius vocatur *Vita æterna*.

(59) *Nefas est*. Προσῆκεν pro προσήκει adhibere vetat Herodianus in *Philetæro*, pag. 468. At non pauci auctores, iique potissimum, qui circa Didymi tempora scripsere, grammatici illius legi se obnoxios non existimarunt.

(60) *Dictum fuit*. Fortasse cap. 10.

(61) *Sagax Conditor*. In Græco, εὐμήχανον, quam vocem uno vocabulo hic transferre ita, ut tibimet ipse satisfacias, difficile est. Vertere etiam licet : *qui omnia facile molitur*, aut, *qui nullo negotio mundi fabricam exstruxit*. Porro Didymus paronomasiæ causa eo vocabulo usus est : ludit scilicet non ineleganter in dictionibus, ἀμήχανον, et εὐμήχανον.

(62) *Fructum*. Mendum, quod est, ut reor, in codice, sustuleris, si voculam, μή, expunxeris, aut pro, μὴ ἔγκαρπον, *non fructuosum* legeris, μὴ ἄκαρπον, hoc est *non infructuosum*.

Digitized by Google Распознавание текста

centia ante populum, sed post ipsum. Tunc enim in illo *complacebat*, ac pacem mittebat, et gratiam, cum recto ei cultu serviebat : cum vero non recte illum colebat, his contraria prorsus dicit Propheta, pempe : *Cum occideret* (93) *eos, quærebant eum.* Et

A [5 *a*] βραχίονα τοῦ Θεοῦ, καὶ φωτισμὸν τοῦ προσώπου αὐτοῦ, τὸν Υἱὸν ἀνειπών. Καὶ ἐν ῥε ψαλμῷ· *Μνήσθητι ἡμῶν, Κύριε, ἐν τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ λαοῦ σου.*

in XLIII psalmo : *Brachium* (94, *eorum non salvavit eos, sed dextera tua, et brachium tuum, et illuminatio vultus tui, quoniam* complacuisti *in eis* (95) : dexteram, et brachium Dei (96), et illuminationem vultus ejus, Filium vocans. Et in CV psalmo : *Memento* (97) *nostri, Domine, in beneplacito* (seu *complacentia*) *populi tui.*

14 CAP. X.

De eo quod dicunt : Si omnino generativus (98) est ingenitus Deus, non substantialiter genuit ; *et :* Si ejus essentia mutata est in genimen, non est immutabilis essentia Dei.

Ipsorum est etiam inane hoc et absurdum sophisma, hujusmodi verbis (99) expositum : Si totus (1) generativus est ingenitus Deus, non substantialiter generatus est is, qui generatus est, cum tota ejus substantia habeat hoc quod est generare, non vero generari. Sed audiant responsionem : Si tota lux est generativa, non substantialiter splendorem generat, sed ab extrinseco eum acquirit, cum tota ejus essentia habeat hoc quod est generare, non vero generari. Quod si lux non ab extrinseco splendorem accipit, sed ex tota essentia illum continue generat, ne Deus quidem Filium ab extrinseco sibi additum habuit, sed eum ex tota substantia continue genuit, utpote incorporeus : ex quo fit, ut sit vere Pater. Inferunt rursus, iis quæ Scriptura docet, contraria semper docentes : Si transformata Dei essentia genimen, id est Filius, dicitur, non est immutabilis ejus essentia, cum Filii facturam, quæ Patris propria est, operata sit mutatio. Sed ne hoc quidem quisquam ipsis concedit ut dicant : Hæc enim a Christianis aliena esse, commemorata Scripturæ locutio (2) probat, quæ cuivis hæretico per-

ΚΕΦ. Ι'.

Περὶ τοῦ λέγειν· Εἰ ὅλως ἐστὶ γεννητικὸς ὁ ἀγέννητος Θεὸς, οὐκ οὐσιωδῶς ἐγέννησεν· *καὶ, ὅτι* Εἰ μετεβλήθη ἡ οὐσία αὐτοῦ εἰς γέννημα, οὐκ ἀμετάβλητος ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ.

B Αὐτῶν καὶ τοῦτό ἐστι τὸ εἰκαῖον καὶ πλημμελὲς λέξεσιν τοιαῖσδε τεθέν· Εἰ ὅλος ἐστὶ γεννητικὸς ὁ ἀγέννητος Θεὸς, οὐκ οὐσιωδῶς ὁ γεννηθεὶς ἐγεννήθη, ὅλης ἐχούσης τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ γεννᾶν, ἀλλ' οὐ τὸ γεννᾶσθαι. Ἀλλ' ἀκουέτωσαν· Ὅτιπερ εἰ ὅλον ἐστὶ γεννητικὸν τὸ φῶς, οὐκ οὐσιωδῶς τὸ ἀπαύγασμα γεννᾷ, ἀλλ' ἔξωθεν προσλαμβάνει, ὅλης ἐχούσης τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ γεννᾶν, ἀλλ' οὐ τὸ γεννᾶσθαι· εἰ δὲ τὸ φῶς οὐ προσλαμβάνει ἔξωθεν τὸ ἀπαύγασμα, ἀλλ' ἐκ πάσης τῆς οὐσίας αὐτὸ γεννᾷ ἀδιαστάτως· οὐδ' ὁ Θεὸς ἐπεκτήσατο ἔξωθεν τὸν Υἱὸν, ἀλλ' ἐξ ὅλης τῆς ὑποστάσεως ἐγέννησεν ἀδιαστάτως, ἅτε ἀσώματος. Ὅθεν ἀληθῶς ἐστι Πατήρ. Ἐπάγουσι πάλιν, πανταχοῦ τὴν ἐναντίαν τάξιν τῆς C Γραφῆς διώκοντες· Εἰ μετασχηματισθεῖσα ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ, γέννημα λέγεται· οὐκ ἐμετάβλητος ἡ οὐσία αὐτοῦ, τῆς μεταβολῆς ἐργασαμένης τὴν τοῦ Υἱοῦ ἰδιοποίησιν. Ἀλλ' οὐδεὶς οὐδὲ τοῦτο συγχωρεῖ αὐτοῖς λέγειν· Ἀλλότρια γὰρ εἶναι ταῦτα Χριστιανῶν, ἡ μνημονευθεῖσα ἐλέγχει Γραφὴ, παντὶ αἱρετικῷ ἀντιβαίνουσα παγχαλέπῳ πάθει. Εἰ γὰρ μετασχηματισάμενον τὸ φῶς, ἀπαύγασμα γίνεται,

(93) *Cum occideret.* Psal. LXXVII, vers. 38, ubi Græca editio, pro ἀπέκτεννεν, habet ἀπέκτεινεν, quo modo legendum est.

(94) *Brachium.* Psal. XLIII, vers. 4 et 5.

(95) *In eis* [5 *a.*] Cum sexta codicis membrana ab imperito bibliopego loco non suo posita sit, et ad finem translata, quinti segmenti numerum iterare coactus fui, ne omnem numerorum seriem perturbarem.

(96) *Dexteram, et brachium Dei.* In libro quoque *De Spiritu sancto*, num. 20, pag. 127, similiter ait Didymus : *Filius et manus, et dextera, et brachium Patris dicitur.* Et num. 51, pag. 157 : *Quæ est Dextera Dei.... nisi Dominus et Salvator noster ? Ipse enim est dextera Patris*, etc. Ante Didymum vero Clemens Alexandrinus in *Protreptico*, pag. 94 : ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ (scripserat), βραχίων Κυρίου· id est *Logos, seu Verbum Dei, brachium est Domini.*

(97) *Memento.* Psal. CV, vers. 4.

(98) *Generativus.* In Græco, γεννητικός· quæ vox proprie non *generantem* significat, sed eum qui generandi facultatem habeat, seu qui sit, ut multi hodie loquuntur, *generativus.* Pro ὅλως, id est *omnino* legendum puto ὅλος, id est *totus*, ut paulo post.

(99) *Verbis.* Dum ait, *hujuscemodi verbis*, confirmare videtur Didymus id quod paulo ante indicavi, nimirum certum aliquod opus in hoc capite confutari (Vide, quæso, notam 74 pag. 9, et not. 89 pag. 12). Quod si ita se res habeat, verba illa : *Si totus generativus*, et reliqua usque ad. *non generari*, non Didymi sunt hæreticorum argumentum referentis, sed hominis hæretici, aut synodi, aut opusculi illius, quod confutat.

(1) *Si totus.* Hæreticorum argumentum, quod hic refert Didymus, ac refellit, ei simile est, quod Anomœus aliis verbis objicit catholicæ Ecclesiæ in fragmento Eunomianæ Disputationis (apud Canisium tom. I *Lect. Antiqq.*, pag. 184), et Eunomius ipse in libro *Apologetico* (quem primus integrum edidit Joannes Albertus Fabricius, tum Garnierus) num. 9, pag. 621, appendicis ad tom. I Operum S. Basilii. Illudque diluit Augustinus quoque in quinto *De Trinitate*, num. 4, Eunomii et Augustini verba non affero, ne longior sit hæc nota. Utriusque loca adeat lector, si videbitur.

(2) *Scripturæ locutio.* Eam intelligit, qua Filius Hebr. I, 3, dicitur *Splendor gloriæ Patris*, quam superius commemoravit, segm. 4 *a.* Porro vox γραφὴ, seu *Scriptura*, qua hic utitur Didymus, idem passim valet ac κεφάλαιον, seu *capitulum*, ut in hoc loco. Vide notam 1, pag. 12. Pro, *Scripturæ locutio*, vertere potuissem, *Scriptura* : sic enim cum ab Hieronymo in Didymi libro *De Spiritu sancto*, num. 8, tum a Vulgato interprete redditur vox γραφὴ, eo etiam sensu accepta quem dixi. Ita Joann. XIX, 37, legimus : *Et alia Scriptura dicit*, id est aliud Scripturæ capitulum. Et Luc IV, 21 : *Hodie impleta est hæc Scriptura.* Verum quo clarior esset sententia, sic transtuli.

Digitized by Google Распознавание текста

χ ἀμετάβλητον τὸ φῶς, τῆς μεταβολῆς ἐργαζο- A molesto morbo obsistit. Si enim transformata lux (5)
ης τὴν τοῦ ἀπαυγάσματος ἰδιοποίησιν. Εἰ δὲ οὐ sit splendor, non **15** est immutabilis lux, cum
εταβληθὲν τὸ φῶς, ἀπαύγασμα γεγέννηκεν, μεῖναν splendoris facturam, quæ lucis propria est, mu-
ὶ αὐτὸ [5 * *b*] φῶς, καὶ ἔχον τὸ ἀπαύγασμα tatio operetur. Si vero lux, quin mutetur, splendo-
μφύτως ἐξ αὐτοῦ τέλειον· καὶ ὁ Θεὸς μένει rem generavit, manens ipsa lux, et splendorem
ρέπως Θεὸς, ἀπαυγάσματος ἰδίου τυγχάνων Πα- habens connaturaliter ex seipsa perfectum: etiam
ρ, οὐκ ἔτι ἔξωθεν αὐτὸ προσλαβών, ἀλλ' ἐκ τῆς Deus manet immutabiliter Deus, etsi proprii splen-
σίας γεννήσας τέλειον. doris Pater sit, cum non ab extrinseco illum acce-
perit, sed ex substantia eum generaverit perfectum.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

CAPUT XI.

Περὶ τῶν φλυαρούντων ὡς ἐκ τῆς Πατρὸς *ὀνομασίας παρηλλαγμένη ἐστὶν ἡ οὐσία αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ.*

De iis, qui, cum Patris *denominatio diversa sit* (4) *a denominatione* Filii, *diversam quoque esse effutiunt ejusdem Filii essentiam.*

Αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἀνακυκλοῦντες, καὶ ἕως τοῦ B Cum eadem de iisdem repetant, et veritatis pul-
ντὸς παρασημαίνοντες τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος, chritudinem omnino adulterent, illud etiam animo
ριλοθέως καὶ τοῦτο φάσκουσιν· Ὧν τὰ ὀνόματά in Deum inimico aiunt: Quorum nomina differunt,
τι διάφορα, τούτων παρηλλάχθαι καὶ τὰς οὐσίας horum essentias (5) quoque diversas esse necesse
ναγκη· φησὶν γάρ· Ἡ *Πατὴρ* λέξις οὐ σημαίνει est. Vox enim *Pater*, inquiunt (6), non significat
τὴν Υἱὸς, οὐδ' αὖ ἡ *Υἱὸς* ὀνομασία δηλοῖ τὴν Πα- vocem *Filius*; neque vice versa *Filii* denominatio
τρὸς ὑπόστασιν. Ἀκουέτωσαν δὲ, ἓν μὲν, ὅτι εἰ μὴ Patris hypostasim denotat. Binas vero audiant (7)
καλλήλῳ προσηγορίᾳ πεφανέρωντο αἱ θεῖαι ὑπο- responsiones. Prima quidem est: Nisi divinæ hy-
στάσεις, πόθῳ συμβόλῳ ἄν τις χρησάμενος, μὴ λέγων postases (8) convenienti denominatione manifestatæ
τὴν Πατρὸς προσηγορίαν, ἐμήνυσεν αὐτόν τε τὸν Πα- fuissent, quodnam esset symbolum, quo utentes
τέρα, καὶ ὅτι Υἱὸν ἔχει; ἢ μὴ ὀνομάζων τὴν *Υἱὸς* nos, **16** Patrisque denominationem omittentes, indi-
καὶ *Πνεῦμα* προσηγορίαν, προσεφώνησεν αὐτόν τε care possemus cum ipsum Patrem, tum hoc quod
τὸν Υἱὸν ἢ τὸ Πνεῦμα, καὶ ὅτι ὁ μὲν Υἱὸς Πατέρα est, eum habere Filium? aut quomodo *Filii* ac *Spi-*
ἔχει, τὸ δὲ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐστιν Πνεῦμα; Ἕτερον *ritus* denominatione non utentes, vocare potuisse-
δὲ, ὅτι ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, πλὴν τοῦ Πατέρα λέ- mus cum ipsum Filium, tum Spiritum, et verbis
γεσθαι τὸν ἀληθῶς ὄντα τοῦτο, καὶ τοῦ Μονογενῆ declarare, Filio quidem Patrem esse, Spiritum

(5) *Transformata lux.* Cum Filius a Paulo *splendor* Patris dictus sit, argumentum hoc ex lucis comparatione desumptum passim inculcant Patres qui contra *Arianos* scripserunt. Fortasse autem Didymus ea hic peculiariter refellere in animo habuit, quæ scripserat in *Apologetico*, num. 19, Eunomius. Quanquam his, aliisque a Didymo confutatis affinia alios etiam Anomœorum libros habuisse, ut *Isagogicum* libellum, quem Gregorius Nazianzenus exsecratur, aut Theognosti opera a Nysseno commemorata, aut Arii *Thaliam*, aut Eunomium ipsum sive in scholiis *in Aetii epistolam*, sive in commentariis in *Epistolam ad Romanos*, sive in suis epistolis, quas Philostorgius Eunomianus cæteris Eunomii scriptis anteponit, sive in libris contra Basilii libros apologeticis, verisimile est.

(4) *Diversa sit.* Codex hoc loco mendum habet. Veram lectionem expressi in translatione. Nimirum legendum est: Ὡς ἐκ τῆς Πατρὸς ὀνομασίας παρηλλαγμένης, παρηλλαγμένη ἐστὶ καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ, aut quid simile. Vide notam proxime sequentem.

(5) *Essentias.* Vox, οὐσία, si etymon ejus spectes, *essentiam*, valet. Ego veteres Patres, maximeque Augustinum secutus, modo *essentiam* modo *substantiam*, modo *naturam* interpretor, ac, si opus fuerit, vocem ipsam *Usiæ* retinere non dubitaverim. Eunomius porro in *Apologetico*, num. 18, hoc orthodoxis argumentum objicit, et iisdem pene verbis, ut proinde eum locum spectasse Didymus videatur. Οὓς ἐχρῆν, inquit ipse,... παρηλλαγμένων τῶν ὀνομάτων, παρηλλαγμένας ὁμολογεῖν καὶ τὰς οὐσίας, id est, *Quos utique deceret..., cum diversa sint nomina, diversas etiam essentias confiteri.* Lege, si placet, cætera: nec enim totus nobis liber ille exscribendus est.

(6) *Inquiunt.* Vide not. 89, pag. 12, et not. 99, pag. 14.

(7) *Audiant.* Similem formulam, seu transitionis in respondendo modum adhibet Didymus in libro adversus Manichæos: Εἰ δὲ λέγοιεν (inquit)... ἀκουέτωσαν· Ὅτι πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος, κ. τ. λ.

(8) *Hypostases.* Cum *hypostasis* vocabulum a priscis aliquando Patribus, imo et a Nicæna synodo alicubi ad significandam *essentiam*, sive *substantiam* adhibitum esset, dubitari cœpit Antiochiæ, ut theologi norunt, haud ita multis annis, antequam hæc Didymus dictaret, an *tres* in Deo *hypostases* dicendæ forent. Paulinum Antiochenum secuti nonnulli unam tantum Trinitatis hypostasim, tres vero personas dicendas esse contendebant, veriti scilicet (nec enim de bona eorum fide dubitare volumus), ne tres essentias, aut substantias dicere viderentur. Plerique alii e contrario tres in Trinitate hypostases confidenter dicebant, quod ita cum vetustiores, tum recentiores Patres locuti forent. Anceps inter utramque opinionem hæsit Hieronymus, ita tamen ut a trium hypostasium nuncupatione potius abhorreret: qua de causa Romanum pontificem Damasum consuluit. At Didymus in hoc opere passim *hypostases* in Trinitate pluraliter dicit. Neque vero ipsum ab ea locutione in libro *De Spiritu sancto* abstinuisse existimo, quamvis id opus eo circiter tempore dictaverit, quo illa, quam commemoravi, controversia vigebat. Verum Hieronymus, cui parum *hypostasium* vocabulum probabatur, in Latina ejus operis interpretatione ab eo dedita opera abstinuisse videtur: nulla sane ibi alia nunc vocabula occurrunt, quam *substantiæ*, *subsistentis*, *personarum*, etc., nusquam vero *hypostasium*.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ЕВ

vero, Dei Spiritum exsistere? Secunda vero est: In sancta Trinitate, excepto quod Pater dicitur, qui vere est talis, et Unigenitus vocatur, qui naturaliter genitus est, et Spiritus Dei denominatur qui revera est, sicut denominatur, Patris Spiritus: alia omnia nomina sunt eadem; ut, Deus, Dominus, sanctus, justus, bonus, lux, vita. Ergo econtrario in sola beata Trinitate, quorum nomina sunt eadem, illorum etiam substantia una est: ut hoc sequatur, nempe simile a simili repræsentari. Nam veræ, et sempiternæ luci ad veram et sempiternam lucem, et veræ (9). . . . . A

καλεῖσθαι τὸν φυσικῶς γεννηθέντα, καὶ τοῦ Πνεύματος Θεοῦ προσαγορεύεσθαι, τὸ ἀκριβῶς τοῦτο ὃ κέκληται τυγχάνον τοῦ Πατρὸς, τἆλλα πάντα ὀνόματα καθέστηκεν τὰ αὐτά· ὡς τὸ, Θεὸς, Κύριος, ἅγιος, δίκαιος, ἀγαθὸς, φῶς, ζωή. Οὐκ οὖν τοὐναντίον ἐπὶ τῆς μακαρίας Τριάδος μόνης, ὧν τὰ ὀνόματά ἐστιν τὰ αὐτὰ, τούτων καὶ ἡ οὐσία μία καθέστηκεν· ἵν' ἀκολουθῇ τὸ ὑπὸ ὁμοίου ὅμοιον χαρακτηρίζεσθαι. Τῷ γὰρ ἀληθινῷ καὶ ἀϊδίῳ φωτὶ, πρὸς τὸ ἀληθινὸν καὶ ἀΐδιον φῶς, καὶ τῇ ὄν . . . . . .

Capp. XII, XIII *et* XIV *desiderantur.*

CAPUT XV.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Deest (10) *initium.*

. . . . . .

egredietur (11) *de ore meo justitia, et sermones mei non revertentur, quia mihi curvabitur omne genu, et omnis lingua jurabit Deum*, hoc est, cognoscet Deum, aut, confitebitur Deo (12). Non est ergo ante Filium Deus et Pater; non æternitate, non essentia, non gloria; sed ipsi æquatur (13): nec prior ipso est, nisi paternitatis ratione. Nam quod hæc unigeniti Filii verba sint, divinus Paulus Romanis scribens declaravit, cum ita ait: **17** *Omnes enim* (14) *stabimus ante tribunal Christi, sicut scriptum est: Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, et omnis lingua confitebitur Deo.* Similiter autem Joannes theologus quoque in Evangelio quidem ait: *In principio* (15) *erat Ver-*

. . . . . .

ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ στόματός μου [6 *a*] *δικαιοσύνη, καὶ οἱ λόγοι μου οὐκ ἀποστραφήσονται· ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ὀμεῖται τὸν Θεόν·* ὃ ἐστιν, ἐπιγνώσεται τὸν Θεὸν, ἤ, ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ. Οὐκ ἔστιν οὖν ἔμπροσθεν τοῦ Υἱοῦ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, οὐ τῷ ἀνάρχῳ, οὐ τῇ οὐσίᾳ, οὐ τῇ δόξῃ, ἀλλ' ἐπ' ἴσης· πλὴν εἰ μή που τῷ τῆς πατρότητος λόγῳ. Ὅτι γὰρ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τὰ ῥήματα, ὁ θεσπέσιος Παῦλος Ῥωμαίοις γράφων ἐσαφήνισεν, οὕτως εἰπών· *Πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, καθὼς γέγραπται· Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος, ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ.* Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ θεολόγος Ἰωάννης, ἐν μὲν τῷ B

(9) *Et veræ.* Postrema hujus folii verba in codice sunt hæc: Καὶ τῇ ὄν, ita fortasse supplenda: Καὶ τῇ ὄντως ζωῇ, etc. Nunc inter istud folium, et illud quod sequitur, quodque numero 6 nudiustertius signatum fuit, tria aut quatuor folia desiderantur. Illud enim quod sequitur, et incipit, ἐξελεύσεται, in prima pagina olim, cum codex esset integer, signatum fuit littera majuscula Δ, quæ denotat, hic incipere quartum quaternionem. Quilibet autem quaternio octo foliis constat, nempe sexdecim paginis. Desunt ergo ab initio codicis ad sequens folium, quatuor et viginti folia, sex tantum exceptis, quæ, licet mutila, supersunt tamen.

(10) *Deest.* Filium probat in hoc capite æternum esse, omnipotentem, ac Patri consubstantialem. Vide lib. III, cap. 2, num. 15.

(11) *Egredietur.* Isa. XLV, 23, ex quo supplenda quæ hic desunt. Nimirum ibi legitur: Κατ' ἐμοῦ ὀμνύω, εἰ μὴ ἐξελεύσεται, et reliqua; id est: *Per me juro, nisi egredietur*, et cætera. Vulgatus interpres paulo aliter vertit. Eum consule. Græca editio habet, οἱ λόγοι μου, sine conjunctione καί. Tum pro ὀμεῖται, habet ὀμεῖται, et ita revera legendum est, non vero ὀμεῖται. D

(12) *Confitebitur Deo.* Ita Paulus quoque interpretatus est, Rom. XIV, 11.

(13) *Sed ipsi æquatur.* In Græco, ἀλλ' ἐπ' ἴσης, id est, ad verbum, *sed ex æquo.* Malit forsitan quis conjunctim scribere ἐπίσης· ego codicis scripturæ constanter inhæreo. Thomas Magister in *Eclogis nominum Atticorum:* Ἐξίσης (inquit) κάλλιον, ἢ ἐπίσης. Attamen utrumque promiscue Atticis etiam scriptoribus usitatum.

(14) *Omnes enim.* Rom. XIV, 10 et 11, ubi pro καθὰ γέγραπται, legitur: γέγραπται γάρ, id est, *Scriptum est enim.* C

(15) *In principio.* Joan. I, 1-5. In vocibus, καὶ ἡ ζωὴ ἦν, nonnullæ Græcæ editiones perperam omiserunt articulum, qui hoc præsertim in loco non erat omnino negligendus: at eum non omisit Didymus, qui inobservatos hujusmodi articulos, nominibus Πνεῦμα, Υἱὸς, ζωὴ, ἁμαρτωλὸς, etc., præpositos, præterire non consueverat. Vide superius notam 90, pag. 12. Quod attinet vero ad ea Joannis verba, ὃ γέγονεν, id est, *quod factum est*, nominem ex theologis latet, veterum Patrum sive Græcorum, sive Latinorum alios ea conjungere cum antecedentibus, alios cum sequentibus: nimirum alios legere: *Et sine ipso factum est nihil quod factum est:* alios vero post verba: *Et sine ipso factum est nihil*, interpunctionis et clausulæ notam, seu punctum apponere, imo novum versiculum, ut vulgatæ Novi Testamenti editiones Græcæ faciunt, exordiri sic: *Quod factum est, in ipso vita erat:* quibus ipsis in verbis non defuit qui incisionis notam post voces, *In ipso*, apponeret; ut Græca sic vertenda essent: *Quod fuit in ipso, vita erat.* Ego codicis interpuncta, seu, quod eodem recidit, primam lectionem secutus sum, duabus potissimum de causis. Nam primum quidem ex his, quæ mox sequentur, quæque ad verba illa: *In ipso vita erat*, paulo post habet Didymus, apparet

Digitized by Google Распознавание текста

Εὐαγγελίῳ εἶπεν· Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν ὃ γέγονεν. Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων· καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν· ἐν δὲ τῇ Ἀποκαλύψει· Ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος· Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ Παντοκράτωρ. Τὸ, Ὁ ὤν, σημαίνει τὸ ἀεὶ ὂν τῆς θείας ὑποστάσεως, καθὰ καὶ ἀλλαχοῦ ἔφαμεν· ἀόριστος γὰρ ἡ λέξις· ὅθεν ὄνομα ἑαυτοῦ ὁ Θεὸς εἶπεν εἶναι τὸ, Ὁ ὤν. Τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἦν, ποιεῖ προῦπτον καὶ σφόδρα γε συμφανὲς τὸ ἄτοπον καὶ ψευκτὸν τοῦ, Ἦν ὅτε οὐκ ἦν. Ἡ γὰρ λέξις ἡ, Ἦν, ἀπαρέμφατός ἐστιν·

A *bum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est. In ipso vita erat, et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt;* in Apocalypsi vero : *Qui est, et qui erat* (16), *et qui venturus est : Dominus Deus noster, Omnipotens.* Illud, ὁ Ὤν, nempe, *Qui est,* sempiternam (17) exsistentiam divinæ Hypostasis significat, sicut alibi etiam diximus (18) : indefinita est enim **18** ea dictio : quam ob causam nomen suum Deus dixit (19) esse hoc ipsum, nempe, ὁ Ὤν, sive, *Qui est.* Illud : *In principio erat,* absurditatem ejus hæreticorum locutionis, *Fuit quando non erat* (20),

eum primam illam lectionem secutum esse, qua punctus finalis post verba, *Quod factum est,* apponitur. Deinde hæretici illi ipsi, quos in hoc opere Didymus refellit, ii nempe qui Spiritum sanctum Deum esse negabant, primam illam lectionem, quam exhibet Passioneianus codex, cum dictabat hæc Didymus, respuebant, alteri tenaciter adhærentes, quod eam pravo ipsorum dogmati consentaneam perperam judicarent : sic enim interpretabantur : *Quod factum est in ipso,* nempe Spiritus sanctus, in Filio, sive a Filio creatus, *vita erat.* Rem ita se habere testatur Joannes Chrysostomus homilia v *in Joannem,* sive in hunc ipsum, de quo agimus, Joannis locum; quam quidem eodem circiter tempore habuit Chrysostomus, quo dictabat hæc Didymus. In ea scilicet hæc leguntur tom. VIII, pag. 35 editionis Parisiensis : « Ne vero putes ipsum ea omnia tantum commemorare, quæ et Moyses dixit, subjungit : *Et sine ipso factum est nihil quod factum est*.... Οὐ γὰρ δὴ τὴν τελείαν στιγμὴν τῷ, Οὐδὲ ἕν, ἐπιθήσομεν κατὰ τοὺς αἱρετικούς. Ἐκεῖνοι γὰρ βουλόμενοι τὸ Πνεῦμα κτιστὸν εἰπεῖν, φασίν· Ὃ γέγονεν, ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν (malim sic interpungere : Ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ, ζωὴ ἦν).» Id est, « Neque enim perfectam στιγμήν (seu punctum) ad verba illa, Οὐδὲ ἕν, id est, *Nihil,* apponemus, ut hæretici faciunt : illi enim cum velint, Spiritum creatum esse, ita legunt : *Quod factum est in ipso, vita erat.* »

B *cos,* pag. 25, post Justinum Alexander Alexandrinus in secunda *contra Arium encyclica epistola,* post Alexandrum Gregorius Nazianzenus in oratione, quam Constantinopoli habuit coram Patribus secundi concilii œcumenici. Quærebant autem veteres metaphysici, utrum nomen hoc, τὸ ὄν, sive *ens, univoce* Deo conveniat et creaturis, an *æquivoce.* Ast Patres, neglecta istiusmodi quæstione, Deo duntaxat nomen, ὁ Ὤν, seu, *Qui est,* proprie convenire consentiunt. Id quod ante ipsos non semel scripserat vel ipse Plato.

(16) *Qui est, et qui erat.* Apocalypsim, de cujus auctoritate nonnulli per ea tempora dubitabant, ut librum canonicum a Joanne scriptum agnovit Didymus in Enarratione quoque in primam ipsius Joannis Epistolam, et in catena in Psalmos a Corderio edita, ad psalmum L; capitulum vero hocce, prout Didymus illud hic affert, non exstat in Apocalypsi. Nam capite quidem I, vers. 8, legitur : Ὁ Κύριος, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὁ παντοκράτωρ, sive, ut Vulgatus, addita voce *Deus,* legit : *Dominus Deus, qui est, et qui erat, et qui venturus est, omnipotens.* Capite vero IV, vers. 8, legitur : Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ Παντοκράτωρ, ὁ ἦν, καὶ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, id est, *Dominus Deus, Omnipotens, qui erat, et qui est, et qui venturus est.* Putandum est ergo, Didymum aut primum ex duobus hisce locis citare, ac verba illa : *Dominus Deus noster,* partim transponere, partim explicationis causa addere : aut potius sensum magis, quam verba ipsa Joannis afferre voluisse, ut alias sæpe cum in hoc opere facit, tum etiam in libro *adversus Manichæos,* in libro *De Spiritu sancto,* et in *Enarrationibus in Epistolas catholicas :* quod passim fecisse Clementem quoque Alexandrinum, et alios Patres, notior res est, quam ut exemplis confirmanda sit. Vide notam 72, pag. 9.

(17) *Sempiternam.* Hoc Dei nomen, ὁ Ὤν, id est, *Qui est,* eodem quo Didymus sensu acceperat ante ipsum Justinus martyr in *Cohortatione ad Græ-*

C existimat a Didymo duos libros, quos *contra Arianos* eum scripsisse constat : ejus vero conjecturæ facile ob rationes alibi afferendas assentior, etsi ea, quæ ibi Didymus alibi a se ad examen revocata esse ait, in his etiam *De Trinitate* libris expendantur. Si ergo Didymus aliquod ex superioribus capitibus indicare voluisset, non hac locutione, ut videtur, usus foret, *Ut alibi diximus :* sed alia potius; cujusmodi est illa : ὡς ἤδη ἐλέχθη, id est, *ut jam dictum est,* qua utitur paulo post; aut illa : ὡς προείρηται, id est, *ut antea dictum fuit,* quam habet segm. 95 *b* et 99 *b;* aut alia simili. Posset quis huc trahere quæ in libro *De Spiritu sancto,* num. 30, de hoc Dei nomine, *Qui est,* obiter dixit : at cum ibi *sempiterna Dei exsistentia* expresse non commemoretur, eum indicari locum non existimo. Verosimilius dixeris, aut Enarrationem *in primam Joannis Epistolam,* ea nempe quæ dictavit Didymus ad prima ejus Epistolæ verba : *Quod fuit* (Græce, ἦν, id est, *erat*) *ab initio;* aut binos, quos *contra* D *Arianos* edidit, libros; aut quæ ipse *in Exodum* ad ea capitis III verba : *Ego sum qui sum,* dictavit, hic spectari.

(19) *Deus dixit.* Exod. III, 14.

(20) *Fuit quando non erat.* Id est, *Aliquando non erat,* nempe Filius. Nam ad vitandum *temporis* vocabulum non vertimus : *Fuit tempus quo non exsistebat.* Est autem hæc celebris Arianorum formula, quam Nicæni Patres in Symbolo nominatim ut blasphemiam exsecrati sunt. Ante Didymum Alexander Alexandrinus, ut Basilium, alios omittam, ex Joannis verbis id ipsum intulerat quod Didymus. Τίς γὰρ ἀκούων (inquit is in secunda *contra Arium encyclica epistola*) Ἰωάννου λέγοντος· Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· οὐ καταγινώσκει τούτων λεγόντων· Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, id est, *Quis, cum Joannem audiat dicentem :* In principio erat Verbum, *istos non condemnet qui aiunt : Fuit quando non erat?*

Digitized by Google Распознавание текста

perspicuam ac valde manifestam facit, eamque fugiendam esse ostendit. Nam vox, ἦν, id est *erat*, indefinita est : Latine autem vocabulum, quo verbum *indefiniti* esse temporis significatur, ex duabus vocibus, *Plusquam perfectus* (21), componitur, ac vertitur, πλέον ἢ τέλειος. Itaque hic exigit, ut intelligatur superæternus, aut principii expers. Nam qui *erat in principio*, aut, ut quis dixerit, qui *erat* aliquando *principium* (22), quomodo non ita erat, ut nullam causam agnosceret? Aut rursus quomodo tempus quod nondum exsistat, mensura illius esse potest, qui tempus ipsum fecit (23)? Illud : *Erat* **19** *apud Deum*, ostendit eam, quam (24) Filius habet cum Deo Patre, naturæ communionem, atque hoc etiam ostendit, ex quo nempe fuit, si ita loqui fas est, increatus Pater, ipsi coexstitisse Filium qui ex ipso est. Quin etiam illorum verborum, *Erat apud Deum*, sana interpretatio foret, si ita intelligerentur : *Erat secundum Deum*, id est, erat, æque ac Deus, principio carens, non factus, incomprehensibilis (25), bonus, immortalis, omnium rex. Nisi enim in scaturiente hac sapientia res ita se habeat, ne in fonte quidem, ex quo ipsa emanat, sic se habebit. At in ambobus revera ita se habet : nam Joannis scopus, et divinitus traditus ejus sermo, manifestus est, et firmus, non supervacuus, sed solam spectans divinitatem. Illud, *Deus erat Verbum*, probat substantiale esse Verbum, ipsumque esse Deum, sicut Deus est ille, cujus Ver-

A ρωμαϊστὶ δὲ ἡ ἀπαρέμφατος ἐκ δύο λέξεων σύγκειται· PLUSQUAMPERFECTUS· ἑρμηνεύεται δὲ, *πλέον ἢ τέλειος*. Ὥστε νῦν ἀπαιτεῖ νοηθῆναι ὑπεράχρονος ἢ ἄναρχος. Ὁ γὰρ ὢν ἐν τῇ ἀρχῇ, ἢ ἄν τις εἴποι [6 *b*] ἀρχή ποτε ἀναιτίως οὐκ ἦν. Ἡ πάλιν ὁ μηδέπω ὢν χρόνος, τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν πῶς εἶναι μέτρον δύναται; Τὸ, *Ἦν πρὸς τὸν Θεὸν*, παριστᾷ ἦν Υἱὸς ἔχει πρὸς Θεὸν Πατέρα φύσεως οἰκειότητα, καὶ τὸ ἀφ' οὗ ἦν, εἰ θέμις οὕτως εἰπεῖν, ὁ αὐτογενὴς Πατὴρ, συνυπάρχειν αὐτῷ τὸν ἐξ αὐτοῦ Υἱόν. Ἐρρωμένως δὲ νοηθείη ἂν τὸ, *Ἦν πρὸς τὸν Θεὸν*, ὅτι κατὰ τὸν Θεὸν ἦν, ἄναρχος, ἀγένητος, ἀχώρητος, ἀγαθὸς, ἀθάνατος, παμβασιλεύς. Εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἔχει ἐπὶ τῆς βρυθείσης σοφίας ταύτης, οὐχ ἕξει οὐδ' ἐπὶ τῆς πηγῆς τῆς βρυσάσης τὴν σο-

B φίαν. Ἔχει δὲ οὕτως ἐπ' ἀμφοῖν. Ἐπιφανὴς γὰρ, καὶ βέβαιος, καὶ ἀπερίεργος, καὶ πρὸς τὸ θεῖον ὁρῶν μόνον ὁ σκοπὸς, καὶ ὁ θεοπαράδοτος λόγος τοῦ Ἰωάννου. Τὸ, *Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*, συνιστᾷ τὸ οὐσιώδη εἶναι τὸν Λόγον καὶ Θεὸν εἶναι, οἷός ἐστιν Θεὸς ἐκεῖνος οὗ Λόγος ἐστίν· καὶ αὖθις τὸ ἀναίτιον. Τὸ, *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν*, ἀποφαίνει αὐτὸν, ὡς ἤδη ἐλέχθη, μονονουχὶ δημιουργόν· ἀλλ' ὅτι καὶ οὐκ ἐκτίσθη Εἰ γὰρ μηδὲ ἓν κτιστὸν χωρὶς αὐτοῦ τὸ εἶναι ἐδέξατο, παντί που δῆλον, ὡς αὐτὸς οὐκ ἐγένετο, ἀλλ' ἐγεννήθη θεϊκῶς. Καὶ γὰρ ἀμήχανον ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι ἥκειν, τὸν ὕπαρξιν τοῖς ὅλοις, καὶ τοῖς λογικοῖς οὐσίωσιν καὶ ἀθανασίαν δεδωκότα. Οὐδὲν γὰρ κτιστὸν οὐσιοῦν, ἢ ἀπ-

(21) *Plusquam perfectus.* Binas hasce, seu tres potius dictiones ita hic repræsentandas curavi, ut eas ipse ex codice in meo apographo delineaveram. Quæ autem ex temporis plusquam perfecti appellatione infert Didymus, frigidiuscula esse quis non videt? Equidem miror, viro summa doctrina, magnoque ingenio prædito istiusmodi nugas arridere potuisse. Quin etiam parum se in Latina grammatica profecisse ostendit, cum de verbo, ἦν, sive, *erat*, perinde loquitur, quasi illud sit apud Latinos temporis plusquam perfecti. Ab his porro *plusquam perfectum* dicitur neutro genere, quod subaudiatur vox, *tempus* : Didymus autem masculino illud effert genere, quod ad masculinum nomen χρόνος referat. Sed hujusce modi tricas omittamus : atque illud potius animadvertamus, nullum fortasse aliud in veteribus scriptoribus Græcis exemplum occurrere Latinæ vocis ita adhibitæ, ut retentis elementis *q* et *f*, quæ Græcus sermo non habet, neque vero mutata in ος terminatione Latina *us*, Latinis omnino litteris scribatur. Ego quidem nunquam in quidquam tale incidi : quotiescunque enim Latina vocabula aut ex Latino sermone allegant, aut in Græcam linguam sequioribus sæculis invecta adhibent, Græcis uti elementis consueverunt (*a*). Ita Plutarchus in *Galba* : Ἐν τοῖς ἀρχείοις, inquit, ἃ *πριγκίπια* καλοῦσι Ῥωμαῖοι, id est, *in ducum tabernaculis quæ Latini* principia *vocant* : et Pollux lib. IV, cap. 4 : Τὴν ζώνην, ἣν Ῥωμαῖοι *φασκίαν* καλοῦσι, id est, *zonam, quam Latini* fasciam *vocant* : vocabula vero λίβελλος, δηνάριος, κῆνσος, σπεκουλάτωρ, πραιτώριον, κοδράντης, μίλιον, aliaque hujus generis quamplurima, Græcis semper elementis a Græcis cum auctoribus, tum librariis exarata, omnibus qui hoc studiorum genere delectantur, nota sunt. Neque vero Latinas aliquas

C voces Didymo cognitas fuisse is mirabitur, qui animadverterit Rufinum ac Hieronymum aliquo, etsi non longo, tempore ejus fuisse discipulos : Latinam vero linguam qui tunc in Oriente excolerent, non defuisse : nam et S. Epiphanius, ut in secundo *contra Rufinum* Hieronymus testatur, eam callebat, et Cyrillus Jerosolymitanus, ac Gelasius Cæsareæ in Palæstina episcopus, si Photio fides adhibenda est, *Ecclesiasticam* Rufini *historiam* Græce transtulerunt. Atque hæc docti illius viri gratia dicta sint, qui cum in opusculo a me edito locum hunc Didymi allegatum legisset, conjiciebat opus illud pervetustum esse non posse, in quo Latinæ voces afferrentur.

(22) *Qui erat aliquando principium.* Codex hoc in loco, ut equidem opinor, vitio non caret. Ego sic transtuli, quasi legendum sic : Ὁ γὰρ ὢν ἐν τῇ ἀρχῇ· ἢ ἄν τις εἴποι ἀρχή ποτε· πῶς ἀναιτίως οὐκ

D ἦν; Malit fortasse quis, ἀναιτίως οὖν ἦν.

(23) *Fecit.* Hanc rationem alii etiam Patres afferunt, ac nominatim Alexander Alexandrinus in prima *contra Arium Epistola encyclica.* Omnes enim in eo consentiunt, ut tempus a Deo factum dicendum sit, juxta illud Pauli : *Per quem fecit et sæcula* : et illud Ecclesiæ in hymno : *Rex atque factor temporum.* Quo sensu autem id accipiendum sit, viderint philosophi. Scite Augustinus libro *contra sermonem Arianorum*, num. 2 : *Tempus* (inquit) *sine aliquibus creaturæ motibus non potest esse, et ideo per illum* (id est Filium) *facta confitemur et tempora.*

(24) *Quam.* Pro ἦν, id est, *erat*, ἦν, id est, *quam.*

(25) *Incomprehensibilis*, id est, *incapabilis*, ut veteres Latini Patres loquuntur; nempe, qui *capi*, aut comprehendi non potest; id enim valet vox ἀχώρητος.

(*a*) Animadvertas tamen velim Theophilum Antecessorem Græco sermoni plura Latina vocabula Latinis litteris exarata immiscuisse, similique modo Constantinum Pogonatum (t. VII *Concil.*, p. 1133) voce Latina *Sancimus* usum fuisse.

Digitized by Google Распознавание текста

ἀθανατοῦν, ἢ λογικοὺς ποιεῖν δύναται· ἀλλ' ἐκ τῆς ἤδη παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξ οὐκ ὄντων παραχθείσης οὐσίας χρυσοῦ, ἢ ἀργύρου, ἢ χαλκοῦ, ἢ σιδήρου, ἢ ξύλου, ἢ λίθου δημιουργεῖ ἄψυχον καὶ ἄλογον [7 *a*] ἀνδριάντα τυχὸν, ἤ τι ἕτερον· αὐτὸ δὲ οὐσίαν μὴ οὖσαν προοῖσαι, ἢ ἔμψυχον καὶ λογικὴν ἀναδεῖξαι, μόνης τῆς πανδυνάμου καὶ αὐτοτελοῦς μιᾶς θείκης φύσεως ἴδιον καὶ ἐξαίρετον τυγχάνει ὄν. Ἐποίησεν δὲ δι' αὐτοῦ ὁ Πατὴρ, ὡς φῶς δι' οἰκείου ἀπαυγάσματος, καὶ ὡς νοῦς διὰ λόγου. Τὸ, *Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν*, ἐπεκδιδάσκει, ὅτι αὐτός ἐστιν ἀνάρχως, ἡ ζωὴ τῆς μιᾶς καὶ ἀνωτάτω φύσεως ὑπάρχων, καὶ μηδαμῶς ὄντων πάντων, αἴτιος ὢν τῶν ὄντων. Διὸ καὶ αὐτός φησιν· *Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή· ἐγώ εἰμι τὸ φῶς.* Φιλοτιμεῖται δὲ τῷ ἀνάρχῳ τὰς μαρτυρίας τοσαυτάκις εἰπὼν τὸ, *Ἦν*· ἵνα τῇ συνεχείᾳ τῆς τοιαύτης φωνῆς, ἢ αἱρετικῶν τὰς κωφὰς ἀκοὰς διανοίξῃ, ἢ μηδὲν περὶ τοῦ, *Ἦν ὅτε οὐκ ἦν*, ἐν τῇ μελλούσῃ καθολικῇ καὶ ἀπαρεγκλίτῳ διαγνώσει πρόφασις ὑπολειφθείη. Τὸ, *Καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων*, ἐκπαιδεύει αὖθις τὰ αὐτά. Φησὶν γάρ· Αὕτη ἡ ἀγένητος ζωὴ, σύστασις τῆς γενητῆς ἀνθρώπων φύσεως ὑπάρχει. Τὸ, *Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν*, οὐκ ἀνέχεται τῶν αἱρετικῶν δοξασμάτων. Κρυφίως γὰρ καὶ ἄγαν δριμέως δηλοῖ, ὡς ὄνπερ ἂν τις προχρόνιον χρόνον, ἢ ἀκαριαίαν ῥοπὴν, ἢ προαιώνιον αἰῶνα ὑπολάβῃ, φαίνει ἀϊδίως ὡς ἀχώριστον ἀπαύγασμα τοῦ Θεοῦ, καὶ οὔποτε σκοτία ἀνυπαρξίας αὐτὸ κατέλαβεν. Τὸ, *Ὁ παντοκράτωρ*, οὐδὲ ἑρμηνείας δεῖται. Δείκνυσι γὰρ ἀδιαίρετον ἔχειν πρὸς τὸν Θεὸν Πατέρα καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα αὐτοῦ τὴν βασιλείαν, καὶ εἶναι *ἐπὶ πάντων Θεόν*. [7 *b*] Τὸ, *Ὁ ἐρχόμενος*, τὸν Υἱὸν δηλοῖ μέλλοντα ἔρχεσθαι τὸ δεύτερον, καὶ κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς.

bum est : quin etiam probat, nullam ei causam dedisse ut esset. Illud, *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso ne una quidem res facta est*, non modo (26) ipsum conditorem esse demonstrat, ut jam dictum est, sed etiam non esse creatum : si enim *ne una quidem* creatura sine ipso accepit exsistentiam, omnibus manifestum est, ipsum non esse factum, sed genitum divino modo : nam fieri non potest, ut ex nihilo (27) ad exsistentiam veniat is qui omnibus creaturis exsistentiam, rationalibus vero subsistentiam dedit, atque immortalitatem; nulla enim creatura potest aut essentiam dare, aut immortalitatem, aut rationalitatem : sed ex substantia auri, aut argenti, aut æris, aut ferri, aut ligni, aut lapidis jam a Deo e nihilo producta (28) inanimatum, et irrationale simulacrum, exempli causa, effingit, aut aliquid aliud : **20** substantiam vero non exsistentem producere, aut animatam, et rationalem facere, divinæ duntaxat omnipotentis (29), atque unius et per se perfectæ naturæ proprium est, eique soli convenit. *Fecit* (30) autem per ipsum Pater, sicut lux per proprium splendorem, et sicut mens per rationem. Illud, *In ipso vita erat*, nos insuper edocet, ipsum esse ab æterno vitam, cum sit illius, quæ una est, ac suprema, naturæ, et nequaquam eum esse unum ex omnibus (31), cum sit causa eorum quæ sunt. Quam ob causam ipse etiam inquit : *Ego sum vita; ego sum lux* (32). Dicendo autem tam sæpe, *erat*, large nobis, ac prolixe testimonia suppeditat Joannes, quibus Filii æternitas confirmetur : ut continuo ejus vocis usu aut surdas hæreticorum aures aperiat, aut nullus ipsis quoad formulam illam, *Aliquando non erat*, prætextus relinquatur, quo se in futura universali, atque inevitabili agnitione (33) tueantur. Illud, *Et vita erat lux hominum*, eadem rursus docet : hoc

(26) ***Non modo.*** Observanda vox μονονουχί, quæ hic, ut alibi quoque apud Didymum, non raro idem valet ac, *non modo* : pro quo nonnulli etiam dicunt, οὐ μονονουχί, ut Eusebius Pamphili.

(27) ***Ex nihilo.*** Arianam formulam, ἐξ οὐκ ὄντων, sive, ἐκ μὴ ὄντων, perstringit, quam Nicæna synodus cum exsecratione damnaverat in Symbolo. Latinorum veterum Patrum alii verterunt : *Ex iis quæ non sunt*; alii : *Ex nullis substantiis*; alii : *Ex nullis subsistentibus.* Ego, quo sensus magis omnibus perspicuus sit, verti : *Ex nihilo.* Adeo autem celebris erat per ea tempora isthæc formula, ut ex eadem Ariani, uno conflato vocabulo, dicti sint etiam *Exucontii*, quemadmodum testatur S. Athanasius in libro *De synodis Arimini et Seleuciæ*.

(28) ***Producta.*** In Græco, παραχθείσης. Evidenter autem ex hoc loco confirmari posset, quod de verbo παράγειν dixi not. 28, pag. 4, si confirmatione indigeret. Id cum non animadverterit Harduinus, ubi sextus quintæ synodi *adversus Origenem* anathematismus habet : Ἕνα δὲ νοῦν... παραγαγεῖν πᾶσαν τὴν σωματικὴν φύσιν, transtulit : *Unum autem animum... qui universam prætergressus sit corpoream naturam.* Sed vertendum sine dubio est : *Unam vero mentem..... quæ omnem produxerit corpoream naturam.*

(29) ***Omnipotentis.*** Accusat Origenem Justinianus imperator in suo contra illum edicto ad Mennam, quod de divina potentia non recte senserit : ipsius vero Origenis verba affert, quibus innititur accusatio. Quin etiam inter anathematismos a quinta synodo *in Origenem* latos hunc octavo loco affert Christianus Lupus, qui tamen inter illos quindecim a Lambecio primum evulgatos nullus est : *Si quis dicit, aut sentit, vel finitam esse Dei potestatem, vel eum tanta fecisse, quanta comprehendere potuit, anathema sit.* Verum, quod spectat saltem ad rem hanc, Origenista non fuit Didymus : nam et hoc in loco, et segmentis 13 *b*, 21 *a*, 37 *a*, 41 *b*, atque alibi Deum dicit modo πανδύναμον, modo παντοκράτορα, modo παντεξούσιον, modo ἀπειροδύναμον, hoc est, *infinita potentia præditum.*

(30) ***Fecit.*** Respicit verba superius a se allata : *Omnia per ipsum facta sunt.*

(31) ***Ex omnibus.*** Pro ὄντων πάντων, malim legere, ἓν τῶν πάντων· id est, *Unum ex omnibus* : ut hoc velit Didymus, cum legimus, *omnia* per Filium facta esse, Filium ipsum voce illa : *Omnia*, non comprehendi. Hoc sensu in libro *De Spiritu sancto*, num. 13 : *Neque enim* (inquit), *unum ex omnibus, sed aliud extra omnia per substantiam ex utroque* (desunt voces, *ex utroque*, in nostro ms. codice) *demonstratus est Spiritus sanctus.*

(32) *Ego sum*, etc. Joan. XI, 25; et XIV, 6.

(33) ***Agnitione.*** Locutio Biblica, qua extremi judicii dies designatur : hæc enim in Sacris Bibliis ἡμέρα διαγνώσεως, id est, *dies agnitionis*, dicitur Ecclesiastici XXVII, 9; et Sap. III, 18, ubi legitur : *Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis* (Græce, ἐν ἡμέρᾳ διαγνώσεως) *allocutionem.*

Digitized by Google Распознавание текста

enim sibi vult : Increata hæc vita creatam hominum naturam facit subsistentem. Illud, *Et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt*, hæreticas opinationes profligat; arcana enim, et valde acri ratione hoc significat : quodcunque tempus tempore anterius, aut individuum momentum, aut sæcula præcedens sæculum conceperis, in eo *lucere* Verbum sempiterne ut inseparabilem *splendorem* Dei, ac *tenebras* non exsistentiæ nunquam ipsum *comprehendisse*. Illud, *Omnipotens* (34), ne interpretationis quidem indiget : ostendit enim ipsum habere individuum cum **21** Deo Patre, et sancto ejus Spiritu regnum, et esse *super omnia* (35) *Deum*. Illud, *Qui venturus est*, Filium significat, qui iterum venturus est, et vivos ac mortuos judicaturus.

Baptista vero Joannes quoque illud, *Qui est* (36), de Filio dictum esse statuens, manifestum id Domino facit, inquiens : *Tu es* (37) (pro, *Ille, qui es*, quemque adhuc in Virginis utero exsistentem cum Deum agnovissem, dum ipse ego in utero sterilis feminæ essem, per subsultum adoravi) : *An alium exspectamus?* In prima vero Epistola amicus et apostolus Domini Joannes scribit (38) : *Quod fuit* (Græce, ἦν) *ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostræ contrectaverunt de verbo vitæ : et vita manifestata est, et vidimus, et testamur, et annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, et apparuit nobis : Quod vidimus et audivimus, annuntiamus etiam vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit cum Patre, et cum Filio ejus Jesu Christo.* Observa rursus frequentem usum (39) vocis ἦν, id est, *erat*, atque animadverte salutis *societatem*, seu *communionem cum Patre*, aut *cum Unigenito* eos non habere, qui Filium ipsum secundum naturam Deo coæternum esse non confitentur : in hac enim fide, quæ in mystagogia illuminationis (40), seu baptismi, ab omnium Domino tradita fuit, *consortium* illud nobis est, de quo Petrus scripsit (41) : *Ut efficiamini* **22** *divinæ consortes naturæ* : Nam quod creatum est, ac tempori obnoxium, non est divina natura. Illud autem præterea memoria tene, quod *societatem* nostram dixit

A Συνιστῶν τοίνυν καὶ ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης, ὅτι τὸ, Ὁ ὤν, περὶ τοῦ Υἱοῦ εἴρηται, δηλοῖ τῷ Δεσπότῃ· Σὺ εἶ (ἀντὶ τοῦ, Ἐκεῖνος ὁ ὤν, ὃν καὶ ἐν τῇ μήτρᾳ σε ὄντα τῆς Παρθένου, Θεὸν ἐπιγνοὺς αὐτὸς ἐγὼ, ἐν τῇ νηδύϊ τῆς στείρας ὤν, διὰ τῆς σκιρτήσεως προσεκύνησα), ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; Καὶ ἐν τῇ πρώτῃ δὲ Ἐπιστολῇ Ἰωάννης ὁ φίλος καὶ ἀπόστολος τοῦ Κυρίου γράφει· Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν· ὃ ἐθεασάμεθα καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς· καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, καὶ ἑωράκαμεν, καὶ μαρτυροῦμεν, καὶ ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν Πατέρα καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν. Ὃ ἑωράπαμεν καὶ ἀκηκόαμεν, ἀπαγγέλλομεν καὶ ὑμῖν, ἵνα καὶ ὑμεῖς κοινωνίαν ἔχητε

B μεθ' ἡμῶν, καὶ ἡ κοινωνία δὲ ἡ ἡμετέρα μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ μετὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Πρόσχες καὶ αὖθις τῷ πλήθει τοῦ ἦν· καὶ ὡς κοινωνίαν σωτηρίας οὐκ ἔχουσιν μετὰ τοῦ Πατρὸς, ἢ τοῦ Μονογενοῦς, οἱ μὴ ὁμολογοῦντες κατὰ φύσιν Υἱὸν εἶναι αὐτὸν συνάναρχον τοῦ Θεοῦ. Πρὸς ταύτην γὰρ ἡμῖν τὴν πίστιν, τὴν παραδοθεῖσαν ἐν τῇ μυσταγωγίᾳ τοῦ φωτίσματος παρὰ τοῦ πάντων Δεσπότου, ἐστὶν ἡ κοινωνία ἣν Πέτρος ἔγραψεν· Ἵνα γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως. Τὸ γὰρ κτίσμα καὶ ὑπὸ χρόνον ὄν, οὐ θεία φύσις ἐστίν. Μέμνησο δὲ πρὸς τού-

C τοις, ὅτιπερ τὴν κοινωνίαν ἡμῶν εἶπεν μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ ἰσοτίμως, καὶ οὐχὶ Διὰ τοῦ

(34) *Omnipotens.* A verbis Evangelii Joannis transit repente ad locum Apocalypsis ejusdem, quem antea segm. 6 *a*, protulit. Vide not. 16, pag. 17. Filium porro, æque ac Patrem, esse *Omnipotentem* ideo videtur Didymus sæpius inculcare, quod Eunomius id negasset in ea Confessione, quam anno 383 Theodosio imperatori obtulit, quæque exstat tom. I *Lect. antiqq.* Canisii pag. 178. Ibi enim Filium excludens inquit de Patre Eunomius : *Unus est enim et solus Deus Omnipotens, Deus deorum*, etc. Quæ verba refellit S. Gregorius Nyssenus libro primo *contra* ipsum *Eunomium*.

(35) *Super omnia.* Respicit Rom. IX, 5, ubi legitur : Ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός, id est, *Qui est super omnia Deus.*

(36) *Qui est.* Non respicit Exod. III, 14, sed eum, quem dixi, Apocalypsis locum.

(37) *Tu es.* Matth. XI, 3; et Luc. VII, 19, 20.

(38) *Scribit.* Cap. I, vers. 1, 2, 3, ubi pro ἀπαγγέλλομεν καὶ ὑμῖν, Græca editio habet : ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν· quam lectionem sequitur Vulgatus interpres.

(39) *Frequentem usum.* Aut, si malis, *vim, emphasim*, et similia. Didymus porro initio enarrationis *in priorem Joannis Epistolam* de primis ejusdem Epistolæ verbis : *Quod erat ab initio*, eodem, quo hic, modo disserit. *Idem vero* (inquit) *significant hæc verba, quibus ait :* Quod erat ab initio, *quod illud, ubi ait :* Ego sum qui sum.

(40) *Illuminationis.* Baptismum hoc nomine a Patribus passim vocari norunt omnes theologi. Respiciebant scilicet Patres illud Pauli, Hebr. VI, 4 : Τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, id est, *Qui semel sunt illuminati.* Hinc ducta illarum Cyrilli catechesium inscriptio, quæ dicuntur τῶν φωτιζομένων, id est, *Illuminandorum.* Cur vero sic vocetur baptismus, scite exponit Justinus martyr in *prima Apologia*, num. 61. *Vocatur autem* (inquit) *lavacrum illud* φωτισμός, *id est, illuminatio, eo quod mente illuminantur qui hæc discunt.* Prætereundum tamen non est, baptismum ab illuminatione distingui interdum, ut cum is, quem dixi, Cyrillus in prima catechesi, num. 2, ait : Ἐβαπτίσθη, ἀλλ' οὐκ ἐφωτίσθη, id est, *Baptizatus fuit, sed non illuminatus.*

(41) *Petrus scripsit.* In Epis.. II, cap. I, vers. 4. Animadvertendum vero est, auctorem enarrationis *in secundam* hanc *Petri Epistolam*, eam ipsam Epistolam ut sacri Bibliorum canonis partem non habuisse. Nam primum quidem inquit : *Agnovit autem hæc conscriptor Epistolæ;* quasi Petrum nominare vereatur : tum eam enarrationem concludit his verbis : *Non est igitur ignorandum præsentem Epistolam esse falsatam, quæ licet publicetur, non tamen in canone est.* Quarum tamen locutionum secunda quidem maximam habet vim ad ostendendum quod volo : primæ vero si magnam tribuerimus, jam de enarratione quoque *in primam Petri Epistolam* eo

Digitized by Google Распознавание текста АВК/АВ

Υἱοῦ αὐτοῦ. Καὶ ὁ Ἀμὼς δὲ προφητεύων [8 *a.*] *Παντοκράτορα* ὁμοίως τὸν Υἱὸν ὀνομάζει, οὕτω που λέγων· Ὁ οἰκοδομῶν εἰς οὐρανὸν τὴν ἀνάβασιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν αὐτοῦ ἐπὶ γῆς θεμελιῶν· ὁ προσπαλούμενος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐκχέων αὐτὸ ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς· Κύριος ὁ Θεὸς ὁ Παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ. Περὶ ἧς ἀναβάσεως ψάλλει καὶ Δαυΐδ· Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος. Ἄμφω ταῦτα περὶ τοῦ Υἱοῦ. Ὁ γὰρ Πατὴρ οὔτε κατέβη οὔτε ἀνέβη, ὡς ὁ Ἀπόστολος ἑρμηνεύει, γράφων ὧδε· Τὸ δὲ, ἀνέβη, τί ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι καὶ κατέβη πρῶτον; Ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστιν καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπὲρ ἁπάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. Ὡς πάντων, φησὶν, ὑπερανεστηκὼς καὶ ὑπερφέρων ὁμοῦ τῷ τεκόντι Πατρὶ, ἅτε ἀγένητος. Φανερὸς γάρ ἐστι τοῦτο νοήσας ἀφ' ὧν καὶ αἱ νοεραὶ δυνάμεις, ἐπειδὴ κτίσματα μεμετρημένα τυγχάνουσιν οὖσαι ἐν οὐρανῷ, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ ἄνω τῶν οὐρανῶν, οὐδὲ πληροῦσαι τὰ πάντα εἰσίν. Καὶ Σοφωνίας παντοκράτορα ὡσαύτως ἀναγορεύει αὐτὸν, λέγων· Αὕτη αὐτοῖς ἀντὶ τῆς ὕβρεως αὐτῶν· διότι ὠνείδισαν καὶ ἐμεγαλύνθησαν ἐπὶ τὸν Κύριον τὸν παντοκράτορα. Ἐπιφανήσεται Κύριος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐξολοθρεύσει Κύριος πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. Καὶ Μαλαχίας ἐπομένως ἐκ προσώπου τοῦ Δεσπότου φάσκει· Διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ ἕως δυσμῶν δεδόξασταί μου τὸ ὄνομα ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά· διότι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσιν, λέγει Κύριος [8 *b*] παντοκράτωρ· ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτό. Ἡ γὰρ μνήμη τῆς τε ἐπιφανείας καὶ τοῦ δοξάζεσθαι ἐν τοῖς

cum Patre et Filio ejus, æquali utrumque honore afficiens, non vero dixit, *Per Filium* (42) *ejus*. Quin Amos quoque prophetans *omnipotentem* similiter Filium alicubi vocat inquiens : *Qui ædificat* (43) *in cœlo ascensionem suam, et promissionem suam in terra fundans, qui vocat aquam maris, et effundit eam super faciem universæ terræ : Dominus Deus omnipotens, nomen illi.* De qua ascensione David etiam psallit : *Ascendit* (44) *Deus in jubilo, Dominus in voce tubæ.* Horum utrumque de Filio dicitur ; nam Pater neque descendit, neque ascendit : et sic Apostolus interpretatur, dum ita (45) scribit : *Quod autem* (46) *ascendit, quid est, nisi quod et descendit primum? Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia.* Quasi dicat : quippe qui una cum Patre, a quo genitus fuit, omnibus rebus eminentior est, atque præstantior, utpote increatus. Nam id Paulum voluisse, ex eo patet, quod intelligibiles virtutes, cum creaturæ sint expertes immensitatis, et in cœlo, non vero *supra cœlos* exsistunt, neque *implent omnia.* Et Sophonias omnipotentem similiter eum vocat, inquiens : *Hæc eis* (47) *pro contumelia ipsorum : quia exprobraverunt, et magnificati sunt in Dominum omnipotentem. Manifestabitur Dominus super eos, et disperdet Dominus omnes deos gentium terræ, et adorabunt unusquisque ex loco suo.* Et his consentanea scribens Malachias, ex persona **23** Domini ait : *Ab ortu* (48) *enim solis usque ad occasum glorificatum est nomen meum in gentibus, et in omni loco thymiama offertur nomini meo, et sacrificium mundum ; quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens : vos vero polluitis illud.* Quod enim duobus hisce in locis et *manifesta-*

dubitationes movere incipiemus, quas de enarratione *in secundam Epistolam* mox indicabo. Nam et in illa ad caput 1, et rursus ad cap. II, legimus : *Conscriptor Epistolæ*, pro *Petrus*. E contrario autem in opere, quod nunc edimus, non modo secundam Petri Epistolam sæpius allegat Didymus, verum etiam ex ea ut canonica, et una ex catholicis, id est, universalibus, Epistolis verba profert. Id verum esse apparet cum ex hoc loco, tum e segmentis 11 *a*, 37 *b*, 39 *a*, 43 *a*, 51 *b*, 67 *a*, 90 *b*, 107 *b*, et 119 *b* : ne enim longior sim, loca ipsa non affero. Quinam ergo rem hanc se habere putabimus? Novi equidem Didymi ætate a quibusdam de illius Epistolæ auctoritate dubitatum esse, ut proinde nunc inter eas, quas *deutero-canonicas* vulgo theologi vocant, numeretur. Novi a Didymo in his *De Trinitate* libris tertium quoque Esdræ, qui canonicus minime est, semel allegari. Verum hæc nihil ad rem, præsertim cum tertium Esdræ ut canonicum non citet. Equidem igitur conjecerim, aut brevissimam illam, imperfectamque enarrationem, ne dicam abortivum fetum, Didymi non esse, aut ab iis, quorum intererat vel pravam doctrinam obtrudere, vel Didymi nomen multis olim post ejus mortem invisum infamia afficere, interpolatam fuisse : aut eum tandem, cum libros hosce *De Trinitate* extremis, ut arbitror, vitæ annis conscripserit, opinionem, quam antea amplexus fuerat, seu dubitationem omnem abjecisse. Quod enim ait Basnagius apud Canisium, tom. I *Lect. antiqq.*, pag. 202, clausulæ illius verba : *Non est igitur ignorandum*, et reliqua, *cum cæteris non cohærere*, qua de causa ab aliquo forsitan adjecta esse suspicatur, eo magnopere non moveor.

(42) *Per Filium.* Hæreticos tacite perstringit, qui Deo hymnum glorificationis dicebant his verbis : *Gloria Patri per Filium in Spiritu sancto :* alteram vero formulam : *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto*, aversabantur, ut in meo de tribus hisce libris opusculo animadverti.

(43) *Qui ædificat.* Amos IX, 6, ubi Complutensis editio habet : Ὁ οἰκοδομῶν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνάβασιν, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἐπὶ γῆς θεμελιῶν..... ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς, Κύριος ὄνομα αὐτῷ. Francofurtensis vero habet : ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς, Κύριος Παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ.

(44) *Ascendit.* Psal. XLVI, vers. 5.

(45) *Ita.* Codex, ὧδε, sine iota subscripto, quod tamen semper in eo omittitur. At mea quidem sententia iota illud in hac voce omittendum non est.

(46) *Quod autem.* Ephes. IV, 9 et 10. Sed omittit Didymus intermedia verba, εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς.

(47) *Hæc eis.* Sophon. II, 10 et 11, ubi Francofurtensis editio fere in omnibus cum Didymo consentit. Sed Complutensis habet : Τοῦτο αὐτοῖς..... ἐπὶ τὸν Κύριον τῶν δυνάμεων· ἐπιφανὴς ἔσται κ. ἑ. αὐ. Καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας... προσκυνήσουσιν αὐτῷ ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτῶν.

(48) *Ab ortu.* Malach. I, 11 et 12, ubi Græca editio : τὸ ὄνομά μου δεδόξασται.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

tio (49) commemoretur, et *glorificatio inter gentes*, Filium significari ostendit, cujus nomen Judæi una cum ctismatolatris, id est creaturarum adoratoribus, *polluunt*. Ipsa vero sermonis consequentia omnipotentem illum esse demonstrat, quatenus omnipotentis imago est, et Unigenitus, qui hac etiam in re imago esse intelligendus est, ut sit omnipotens, sicut ille est. Paulus vero Hebræis scribit : *Qui cum sit* (50) *splendor gloriæ* Patris; id est, coæternus ipsi, et homousius (51), seu consubstantialis. Ut enim ea, quæ comparationem non admittunt, comparatione aliqua, et exemplo illustrentur, atque hoc saltem modo aliquantulum illud, quod supra mentem est, mente concipiatur (52), dicam (cum parvo id comparans, quod magnum est, et duntaxat magnum), simul atque sol exsistit, e solis natura, et ex toto disco, indivise, et continue, et æquali mensura, totam lucem simul exseri, simulque operari, ac simul calorem rebus, quæ hanc sensationem excipere queunt, præbere; substantiæ vero, a qua lux, seu lumen effunditur, qualitatem omnem in semetipso exserit ipsum lumen, quippe cum primo ipso momento, non vero posteriori, ab ea profundatur, simulque cum ea et procedat, et subsistat. Quod si splendor, eorum quidem sententia, *aliquando non erat*, ubinam erat ea, ex qua splendor ipse est, lucis substantia, sive hypostasis? Nam simul cum illo hæc etiam omnino evanescat necesse est. Atqui Daniel quoque prophetans ait : *Et lux* (53) *cum ipso erat;* id est, 24 Filius cum Patre : quod enim divinitas comparationem omnem excludat, atque excellentissima sit, id maxime ostendit, eum Filium a Patre sine ulla passione genitum fuisse, qui esset, æque ac ipse, et initio carens, et idem cum eo principium habens, simulque et perfectus, et cujuslibet expers discriminis : creaturæ enim, non creatoris (54), mutationis capacis, non immutabilis, judicio subjecti, non judicis, vivificati, non vivificantis, peccato obnoxii, non vero Dei proprium est generare alio modo, et generari : si enim ipse, cum nondum ullum aliud opus factum esset, sæcula fecit, quæ ex temporibus conficiuntur, et omnibus rebus initium dedit, nihil vero ante tempora, et sæcula

ἔθνεσιν, τὸν Υἱὸν σημαίνεσθαι δείκνυσιν οὗ τὸ ὄνομα βεβηλοῦσιν Ἰουδαῖοι σὺν τοῖς κτισματολάτραις. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ ἀκολουθία παντοκράτορα αὐτὸν εἶναι βούλεται, καθ' ὃ εἰκὼν καὶ Μονογενὴς παντοκράτορος κεχρεωστημένος, τὸ καὶ ἐν τούτῳ εἰκὼν νοεῖσθαι τοῦ παντοκράτορος. Καὶ Παῦλος δὲ Ἑβραίοις γράφει· *Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Πατρός*, τουτ' ἔστιν συνάναρχος καὶ ὁμοούσιος. Ἵνα γὰρ τὰ ἀπαράβλητα παραβολικῶς πως παραδειχθείη, εἰ κἂν οὕτω ποσῶς εἰς νοῦν δειχθείη τὸ ὑπὲρ νοῦν, ἐρῶ (τὸ μέγα καὶ μόνον μέγα μικρῷ συμβάλλων), ὡς ἅμα τε ἥλιος, ἅμα ἐξ ἡλίου φύσεως καὶ ἐξ ὅλου τοῦ δίσκου ἀμερίστως, καὶ ἀδιαστάτως, καὶ ἰσομέτρως ὅλον τὸ φῶς συνεκφαίνεται, καὶ συνενεργεῖ, καὶ συμπαρέχει τὴν θέρμην τοῖς αἰσθήσεως δεκτικοῖς, καὶ τῆς τοῦ πρωέντος οὐσίας τὸ ἀμέσως, καὶ οὐχ ὕστερον προχεόμενον, καὶ συμπροῖδν, καὶ συνυφιστάμενον φῶς, ὅλην ἐν ἑαυτῷ διεκφαίνει τὴν ποιότητα. Εἰ δὲ πρὸς τὸ εἰκὸν ἐκείνοις, *Ἦν ὅτε οὐκ ἦν*, τὸ ἀπαύγασμα· ποῦ ἡ ἀπαυγάζουσα αὐτὸ ὑπόστασις τοῦ φωτός; Συνδιολισθήσει γάρ που πάντως ἐκείνῳ τοῦτο. Καὶ μὴν καὶ Δανιὴλ προφητεύων εἶπεν· *Καὶ φῶς μετ' αὐτοῦ ἦν*, ἀντὶ τοῦ, ὁ Υἱὸς μετὰ τοῦ Πατρός. Τοῦτο γὰρ μάλιστα δείκνυσιν τὸ ἀσυνείκαστον καὶ μέγα τῆς θεότητος, ὅτι συνάναρχον αὐτοῦ καὶ σύναρχον, ὁμοῦ δὲ [9 *a*] καὶ τέλειον καὶ ἀπαράλλακτον ἀπαθῶς ἐγέννησεν ὁ Πατήρ. Κτίσματος γὰρ ἴδιον καὶ οὐ κτίστου· τρεπτοῦ καὶ οὐκ ἀτρέπτου· ὑπὸ κρίσιν καὶ οὐ κριτοῦ· ζωοποιουμένου καὶ οὐ ζωοποιοῦντος· ὑπὸ ἁμαρτίαν καὶ οὐ Θεοῦ τὸ μὴ οὕτως γεννῆσαι καὶ γεννηθῆναι. Εἰ γὰρ αὐτὸς, οὕπω ἐνεργείας ἄλλης οὐδεμιᾶς γενομένης, ἐποίησεν τοὺς αἰῶνας, οἳ ἐκ τῶν χρόνων ἀποτελοῦνται, καὶ τοῖς πᾶσιν ἀρχὴν ἐπέθηκεν, οὐδὲν δὲ πρὸ τῶν χρόνων καὶ αἰώνων νοεῖσθαι δύναται, εἰ μὴ ἡ ἀκατάληπτος καὶ ἀληθῶς μόνη πρωτίστη καὶ πρωτουργὸς φύσις, ἡ μόνως οὖσα ἄναρχος καὶ αἰώνιος, καὶ ὕφεσιν πρὸς ἑτέραν οὐκ ἔχουσα· πῶς οὐκ ἀνάρχως ἐκ τῆς ὑποστάσεως γεννηθῆναι πιστεύεται τοῦ Πατρὸς, καὶ οὐκ ἐκ τῆς ἐνεργείας; Χρόνον γὰρ οὐ διορίζοντος, οὐκ ἔστιν πρότερον καὶ ὕστερον· ἀλλ' ὁ μὴ ὢν ὑπὸ χρόνον, ἀναρχός ἐστιν· ὁ δὲ ἀναρχος ἄκτιστος. Ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔστι χρόνος ἀγένητος, οὕτως οὐδὲ κτίσις ἄχρονος, ἀλλ' ἔχει μέτρον τὸν χρόνον· σὺν αὐτῇ γὰρ καὶ ὁ χρόνος γέγονεν. Καὶ εἰκό-

(49) *Manifestatio.* Clariora hæc in Græco sunt, cum vox *Epiphaneia*, et *manifestationem*, et *adventum* Domini significet.

(50) *Qui cum sit.* Hebr. I, 3. Illud autem hic animadvertendum est, Epistolam ad Hebræos, de cujus auctoritate nonnulli dubitaverant, a Didymo ut canonicam, atque a Paulo scriptam citari.

(51) *Homousius.* Cum adeo celebris sit hæc vox, ut diu potior catholicismi nota habita fuerit, eam in translatione retinere placuit. Ὁμοούσιος autem scribendum est, non, ut quidam perperam fecit, ὁμούσιος, *homousius*, inquam, non *homusius*. Ab ejus vocis usu Didymi ætate S. Cyrillus Jerosolymitanus cum abstinuerit, nonnullis suspectus fuit, quamvis immerito, ut fuse Touttæus probat. At Didymus noster eam passim ac palam prædicat cum in hoc opere, tum enarratione *in primam Joannis Epistolam* pag. 85, ubi ait : *Considera, quemadmodum consubstantialis Patri*, et reliqua; tum demum in libro *De Spiritu sancto*. Quod enim ait Jacobus Basnagius (tom. I *Lect. antiqq.* Canisii pag. 202), *homousii* vocem ab Hieronymo in Latina ejus libri translatione insertam esse, mea quidem sententia commentitium est, ac nihili plane faciendum, quasi nunquam in ullius hominis mentem venisset.

(52) *Concipiatur.* Pro, εἰς νοῦν δειχθείη, malit fortasse quis legere : εἰς νοῦν δεχθείη.

(53) *Et lux.* Dan. II, 22, ubi Græca editio habet : Καὶ τὸ φῶς μετ' αὐτοῦ ἐστι. Articulus vero ille, τό, a Didymo negligendus non erat hoc in loco, ex his quæ dixi in not. 90 pag. 12. Itaque a librario potius omissum quis credat.

(54) *Creatoris.* Recte codex habet κτίστου, non κτιστοῦ, et alibi κτίστης, nusquam vero κτιστής Recte etiam in Bibliis κτίστης semper legitur : recte in Clemente Alexandrino editum est : κτίσται τῶν αἱρέσεων· et in Herodoto, *Terpsichore*, συγκτίστης, et κτίστης. Perperam vero vulgata Lexica

Digitized by Google Распознавание текста

ως πάντα μὲν ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ μετρεῖται ὡς A intelligi potest, nisi incomprehensibilis, et vere
δεύτερα, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς, ἐπειδὴ ἄναρχος καὶ unica, omnium prima, et primario operans natura,
φύσει Θεός. quæ singulari ratione, unitati ejus consentanea,

principii expers, ac sempiterna, neque ulla altera inferior est : quomodo non creditur generatus ab æterno ex hypostasi Patris, non vero ex ejus operatione? In illo enim, qui tempus non terminat, neque prius quidquam est, nec posterius; sed qui non est tempori obnoxius, æternus est : qui autem æternus est, increatus est; nam sicut non exsistit tempus non factum, sic ne creatura quidem tempori non obnoxia; sed tempus ei pro mensura est; simul enim cum ipsa tempus quoque factum est : et merito omnia quidem a Conditore mensuram habent, utpote inferiora; ipse vero a nemine, utpote æternus, et natura Deus.

Τὰ δὲ ἴσα θεωρεῖται καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Οὐ γὰρ γέγραπται πότε, *ἐξεπορεύθη*, ἀλλ', *ἐκπορεύεται*. Πῶς δὲ αὐτὴ ἡ ζωὴ ζωοποιεῖται, ἢ τὸ ἀληθινὸν φῶς φωτίζεται; Ἦν δὲ ἄρα τότε θεῖον φῶς, καὶ *ζωὴ αἰώνιος* ἀεὶ, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν λέγει B ὁ ἀψευδὴς καὶ μέγας Θεός· οὐκ ἦν μὴ ὅτε ἀπαύγασμα δόξης, καὶ χαρακτὴρ ὑποστάσεως, καὶ εἰκόνα ἀγαθότητος, καὶ [9 *b*] δύναμιν, καὶ σοφίαν, καὶ δικαιοσύνην Θεοῦ (ἃ ὑπάρχειν τὸν αὐτὸν Μονογενῆ Παῦλος μαρτυρεῖ) οὐκ εἶχεν ὁ Πατὴρ· ἀλλ', ὃ μὴ προσῆκεν εἰπεῖν, ὕστερον ὅ τι οὖν προσέλαβεν. Εἰ δὲ εἶχεν, ἦν ἀεὶ ὁ ταῦτα ὢν Μονογενής. Οὔτε γὰρ ὁ ταῦτα ὢν ἐκτὸς τοῦ Θεοῦ, οὔτε ὁ Θεὸς χωρὶς τοῦ ὄντος αὐτοῦ ταῦτά ποτε νοηθῆναι δύναται. Ταῦτα δὲ ὑπάρχει ὁ Μονογενὴς, οὐ καθάπερ ἕξις ἢ ἐπιτηδειότης, ἀλλ' οὐσιωδῶς, καθὰ προείρηται. Εἰ δὲ καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς κοσμογονίας, τὰ πρῶτα δένδρα σὺν τοῖς ἐξ αὐτῶν καρποῖς συνυπέστη (καὶ παράδοξον οὐδὲν εἰ σὺν τῇ ῥίζῃ ὁ καρπὸς συνανέτειλεν), πῶς ἀμήχανον κατ' ἀρχὰς τὸν εὐμήχανον Πατέρα μὴ ἔγκαρπον γεγενῆσθαι C τοῦ ἰδίου Υἱοῦ, καὶ εὐθὺς ἐκ τῆς δόξης τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ συνεκλάμψαι τὸ ἀπαύγασμα; Καθὰ οὖν αὐτοῦ ἡ τῆς ἐνανθρωπήσεως κάτω γέννησις ἑτέρᾳ γεννήσει οὐ συγκρίνεται (ἐκ Παρθένου γὰρ ἄρευστος, ἀπήμαντος, ὅπερ ἡ φύσις ἡμῶν οὐκ ἔχει), οὕτω καὶ ἄνω γέννησις ἀκατάληπτος ὑπὲρ τὸ πλέον, καὶ πᾶσαν ἐξαλλάττουσα γέννησιν ὑπάρχει· καὶ οὔτε ἀπιστεῖν χρὴ, οὔτε μὴν ζητεῖν ἢ ἐξηγεῖσθαι τὸν τρόπον ἡμῖν ἀσφαλὲς, τοῖς εἰπεῖν μὴ δυναμένοις. Πῶς παρθένος ἔτεκεν μείνασα παρθένος, μήτε δὲ τὴν ἰδίαν ἡμῶν

Hæc eadem vero de Spiritu sancto etiam dici possunt : nec enim scriptum est usquam (55), *processit*, sed, *procedit* (56). Quomodo autem vita ipsa vivificatur, aut vera lux illuminatur? Nempe (57) cum divina lux, tum *vita æterna* (58) semper exstitit, et ipse mendacii **25** expers, ac magnus Deus semetipsum his nominibus vocat, ac nullum unquam fuit tempus, ut ita ioquar, quo splendorem gloriæ, et figuram substantiæ, et imaginem bonitatis, et virtutem, et sapientiam, et justitiam Dei (hæc enim omnia, Paulo teste, est ipse Unigenitus) non haberet Pater, aut quo quidquam de novo (id enim dicere nefas est [59]) postea acceperit. Quod si Pater ea semper habuit, Unigenitus, qui hæc omnia est, semper exstitit : nam neque qui est hæc, est extra Deum, nec Deus sine illo, qui est ipsemet hæc, concipi unquam potest. Hæc autem omnia est Unigenitus non tanquam habitus, aut habitudo, sed substantialiter, ut antea dictum fuit (60). Quod si initio etiam creationis mundi primæ arbores una cum propriis fructibus substiterunt, ac simul cum radice fructum quoque exortum esse, neutiquam incredibile est; quomodo fieri non posse censebimus, ut sagax universi Conditor (61) Pater proprium Filium, velut fructum (62), in principio habuerit, ac simul cum eo splendor statim ex gloria hypostaseos ipsius eluxerit? Quemadmodum ergo terrena ejus in Incarnatione nativitas nulli alteri nativitati comparari potest (nam et ex Vir-

habent κτιστὴς pro κτίστης. Quæ tamen de Græca voce κτίστης conditorem significante dicta volo. Quod enim spectat ad Thracios illos κτιστάς, de quibus Strabo lib. VII, legenda sunt quæ vir ingenio D et eruditione pollens Martorellius scripsit in *Theca Calamaria*, pag. 482 et seqq.

(55) *Usquam*. Lego, γέγραπταί ποτε, pro, γέγραπται πότε. Præcedens autem vox, θεωρεῖται, ad verbum vertenda : *considerantur*.

(56) *Sed, procedit*. Similem Didymi animadversionem invenies cum in libro *De Spir. sancto*, num. 15, ubi : *Bene autem* (inquit) *quod in ipsa sententia non ait, Qui creavi, sed, Qui creo :* tum in ea catena, de qua dixi pag. 13 : ibi enim ad vers. VI psalmi LXV, hæc adnotat Didymus : Ὡς καὶ ἐν τῷ, Ὁ μεταστρέφων. Ἀντὶ γὰρ τοῦ, Ὁ μεταστρέψας, id est : *Sicut etiam ubi ait : Convertens : id enim positum est pro, Qui convertit, seu, Qui mutavit*. Fatendum est tamen, non semper magni faciendas esse hujusmodi animadversiones, ut ii norunt, qui Hebraicam linguam callent. Quin Didymus ipse segm. 60 *b* discrimen illud parum curasse videtur.

(57) *Nempe*. Pro, ἦν, legi posset, ἤν, id est *si* : et ut mollius flueret oratio : ἦν δὲ ἄρα ἦν· Tum : οὐκ ἦν ὅτε μή. Pro τότε, lego τό τε.

(58) *Æterna*. In prima Joannis V, 20, Filius vocatur *Vita æterna*.

(59) *Nefas est*. Προσῆκεν pro προσήκει adhibere vetat Herodianus in *Philetæro*, pag. 468. At non pauci auctores, iique potissimum, qui circa Didymi tempora scripsere, grammatici illius legi se obnoxios non existimarunt.

(60) *Dictum fuit*. Fortasse cap. 10.

(61) *Sagax Conditor*. In Græco, εὐμήχανον, quam vocem uno vocabulo hic transferre ita, ut tibimet ipse satisfacias, difficile est. Vertere etiam licet : *qui omnia facile molitur*, aut, *qui nullo negotio mundi fabricam exstruxit*. Porro Didymus paronomasiæ causa eo vocabulo usus est : ludit scilicet non ineleganter in dictionibus, ἀμήχανον, et εὐμήχανον.

(62) *Fructum*. Mendum, quod est, ut reor, in codice, sustuleris, si voculam, μή, expunxeris, aut pro, μὴ ἔγκαρπον, *non fructuosum* legeris, μὴ ἄκαρπον, hoc est *non infructuosum*.

Digitized by Google Распознавание текста

gine fuit, et sine fluxione (63), ac sine violatione (64). Id quod natura nostra non habet : ita etiam cœlestis (65) nativitas incomprehensibilis maxime est, et a quavis discrepans (66) nativitate. Neque vero aut fidem denegare oportet, aut tuta res nobis est quærere, sive exponere, quomodo ea se habeat, cum ne dicere quidem possimus, quomodo Virgo pepererit manens virgo ; imo ne propriam quidem nostram generationem perspectam habeamus : quod si etiam nostram non ignoraremus, nullo tamen modo Dei quoque generationem cognosceremus, quæ vel ipsis cœlestibus virtutibus (67) **26** incomprehensibilis est. Quare cum stupore prophetes ait, de terrena quidem nativitate : *Et homo est* (68), *et quis cognoscet eum?* id est, *Nemo*. De cœlesti vero : *Generationem* (69) *autem ejus quis enarrabit? quoniam tollitur a terra vita ejus*. Ubi *generationis* nomine (70) nativitatem, *vitæ* vocabulo exsistentiam designat : hoc vero quod est, in immensum supra terram elevatum esse, et omnem mentem excedere, valde mystice exprimit iis vocibus : *Tollitur a terra :* nam quod is omni tempore, quodcunque tandem quis, postquam multa animo versaverit, concipiat, infinite superior sit, et quavis quantitate sine comparatione præstantior, ejusque essentia mente comprehendi nequeat, et sit ipse usquequaque omnino invisibilis, semet ipse circumdans, et nihil extra se habens, et huic illius incomprehensibilitati angelorum quoque multitudo, et omnis cœlestium ordinum populus cedat, exclamant Scripturæ in hunc modum : David quidem in XVII psalmo : *Posuit* (71) *tenebras latibulum suum, in circuitu ejus tabernaculum ejus*. Canticum autem Ambacumi : *Operuit* (72) *cœlos virtus ejus*. Matthæus vero : *Nemo* (73), inquit, *novit Filium, nisi Pater : neque Patrem quis novit, nisi Filius*. Nam quod a creatura gignitur, per communionem, seu relationem alterius ad alterum generatur, neque ejusdem naturæ est cum generante, nec perfectum statim est, nec sine passione procedit : in divinitate vero res contra se habet : nam cum creatura sic generet, generationis auctor contrario modo gignit, non vero similiter ut propriæ

A γέννησιν ἐπισταμένοις · ὅπου γε καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς εἰ ἐγινώσκομεν, οὐ πάντως καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ, ἥτις καὶ ταῖς ἐπουρανίοις δυνάμεσιν ἀκατάληπτος οὖσα τυγχάνει· διὸ σὺν ἐκπλήξει ὁ προφήτης φησὶν, περὶ μὲν τῆς κάτω γεννήσεως· *Καὶ ἄνθρωπός ἐστιν, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν;* ἀντὶ τοῦ, οὐδείς· [10 *a*] περὶ δὲ τῆς ἄνω· *Τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς ἐξηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ* · τὴν γέννησιν, *γενεάν* · τὴν ὕπαρξιν, *ζωήν* · τὸ ὑπερεξεπῆρθαι ἀμέτρως ἀπὸ τῆς γῆς καὶ ὑπερφέρειν παντὸς νοῦ, *αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς* καλέσας μυστικώτατα. Ὅτι γὰρ παντὸς χρόνου ὃν ἂν νοήσῃ τις, πολλὰ κυκλεύσας τῇ διανοίᾳ, ἀπεράντως ἀνώτατος, καὶ ποσότητος πάσης ἀσυγκρίτως ἀμείνων, καὶ τὴν οὐσίαν ἀπερινόητος, καὶ πάντοθεν ἄποπτος εἰς ἅπαν καθέστηκεν, αὐ B τὸς ἑαυτὸν περιβαλών, καὶ οὐδὲν ἑαυτοῦ ἔξωθεν ἔχων · καὶ παραχωρεῖ τῷ τοσούτῳ αὐτοῦ ἀκαταλήπτῳ καὶ ἡ ἀγγέλων πληθὺς, καὶ πᾶς οὐρανίων ταγμάτων δῆμος · ἐκβοῶσιν ὠδαί · ὁ μὲν Δαυὶδ ἐν ιζ' ψαλμῷ· *Ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ* · ἡ δὲ ᾠδὴ Ἀμβακούμ· *Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ* · ὁ δὲ Ματθαῖος· *Οὐδεὶς*, φησὶν, *γινώσκει τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ · οὐδὲ τὸν Πατέρα τις ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ Υἱός*. Τὸ μὲν γὰρ τεχθὲν παρὰ τῆς κτίσεως κατὰ κοινωνίαν ἄλλου πρὸς ἄλλο γεγέννηται, καὶ οὐ συμφυὲς τῷ γεννήσαντι · οὐδὲ τέλειον εὐθὺς καὶ ἀπαθῶς ἐξελήλυθεν. Ἐπὶ δὲ τῆς θεότητος, τὸ ἔμπαλιν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ κτίσις τοιῶσδε, ὁ γενεσιουργὸς ἐναντίως, C καὶ οὐχ ὁμοίως τῶν ἰδίων ποιημάτων, ἀλλ' ὡς οἷδεν ταῦτα μόνη ἡ μακαρία Τριάς. Οὐδὲ γὰρ ἀκατάληπτος, εἰ κατελαμβάνετο · οὐδὲ μυστήριον, εἰ ἐγινώσκετο · οὐδὲ θεῖον, εἰ ἐχωρεῖτο · οὐδὲ δημιουργὸς πάντων, εἰ ἀπὸ χρόνου · οὐδὲ ἀσύνθετος καὶ ἀμερὴς, εἰ πρὸς τὰ σώματα. Καθάπερ γὰρ ἀκούοντες περὶ τοῦ Πατρός · [10 *b*] *Ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ* · καὶ, *ἕως τῶν νεφελῶν ἡ ἀλήθειά αὐτοῦ* · οὐχ ὅρους τιθέαμεν αὐτῷ, ἀλλὰ τὸ ἄδιον πιστεύομεν (οὐ γὰρ ὁμήλιξ αὐτῷ ὁ αἰών) · ὡσαύτως περί τε τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φρονεῖν ὀφείλομεν · ἐπὶ γὰρ τῆς πάντων ἐπικρατούσης μιᾶς φύσεως, εἰς ἣν αὗται αἱ πάντιμοι ὑποστάσεις. Τὰ ἴσα μελῳδεῖ καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ · *Σὺ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ*

(63) *Fluxione*. Codex, ἄρευστος· et ita scribitur etiam in vulgatis lexicis. At equidem non dubito quin ex similium analogia scribendum sit ἄῤῥευστος.

64) *Violatione*. Ne putet quis Græcæ linguæ minus peritus desiderari hoc in loco conjunctionem *kai*, ac legendum esse, ἄῤῥευστος καὶ ἀπήμαντος · nam hujuscemodi asyndeta non raro occurrunt et in Didymo, et in aliis, ut cum ait Didymus seg. 155 *a*, ἀμήχανον, ἀδύνατον, et Clemens Alexandrinus pag. 424, λέγειν τι, πράττειν τι.

(65) *Cœlestis*. In Græco legendum arbitror, καὶ ἡ ἄνω γέννησις.

(66) *Discrepans*. Observa peculiarem usum verbi, ἐξαλλάττω.

(67) *Virtutibus*. Ita vulgo verti solet vox, δυνάμεις, tum etiam cum angelos designat. Hieronymus vertit sæpe, *fortitudines*.

(68) *Et homo*. Frustra hoc in Vulgato int. quæsiveris : sed Græca editio id habet Jerem. XVII, 9.

(69) *Generationem*. Isa. LIII, 8, ubi voculam, δέ, D non habet Græca editio. Vulgatus autem aliter interpretatur.

(70) *Generationis nomine*. Ne locus iste alicui Græcæ linguæ rudi videatur insulsus, quasi nullum, quod quidem ad rem faciat, generationem inter, ac nativitatem discrimen sit, sciendum est, voce γενεάν, quam, *generationem*, cum Vulgato interprete transtuli, non actum ipsum, quo quis generatur, aut nascitur, denotari, sed *genus* potius, *progeniem*, *prosapiam*. Itaque probe a se invicem tria hæc, γενεά, γέννησις et γένεσις, distinguenda. Vide segm. 85 *a*.

(71) *Posuit*. Vers. 13, ubi Græca editio habet, κύκλῳ, sine conjunctione *kai*.

(72) *Operuit*. Abac. III, 2, ubi editio Complutensis habet, ἐπεκάλυψεν. Vulgatus paulo aliter : habet enim *gloria*, pro *virtus*.

(73) *Nemo*. Cap. XI, 27, ubi Græca editio habet : οὐδεὶς ἐπιγινώσκει. Vide Luc. X, 22, ubi legitur, οὐδεὶς γινώσκει. Vide etiam segm. 31 *a*.

Digitized by Google Распознавание текста

τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. Καὶ εἰ μὴ μικρὸν τὸ περὶ τοῦ Πατρὸς γεγράφθαι, Ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων, οὐ μικρὸν οὐδὲ τὸ περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ χρησμῳδηθὲν, ὅτι Προαιώνιος Θεός· δῆλον δ', ὡς ἀπερινόητος, καθὰ δειχθήσεται οὐ πολλῷ ὕστερον. Καὶ καθὰ ὁ Πατὴρ ἔχει ἀθανασίαν, μᾶλλον δὲ αὐτός ἐστιν ἡ ἀθανασία· οὕτως ὁ Υἱός ἐστιν ζωὴ αἰώνιος, ἔστιν δὲ τὸ αὐτό. Καὶ ὥσπερ ὁ Πατὴρ, Εἷς Θεὸς, εἴρηται· οὕτω ὁ Υἱὸς κέκληται Μονογενὴς, Θεὸς Λόγος, καὶ Εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός. Καὶ ὡς Ἰάκωβος περὶ αὐτοῦ γράφει· Εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης καὶ κριτὴς, ὁ μόνος σώζειν δυνάμενος· οὕτω τὸ Πνεῦμα παρὰ Παύλου, Κορινθίοις καὶ Ἐφεσίοις γράψαντος, ὕμνηται, Ἕν, καὶ τὸ αὐτὸ, καὶ μόνον· ἵνα καὶ αὐτῷ τούτῳ τῷ ὡσανεὶ ἀριθμῷ, ἵν' οὕτω λεχθῇ, δείκνυνται φέρουσαι αἱ μακάριαι ὑποστάσεις αὗται τὸ ἐναδικὸν, ἤτοι μοναδικὸν, τῆς πατρικῆς θεότητος. Καὶ εἰ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς ἀληθὲς τὸ, ὁ Θεὸς καὶ Κύριος, ἀψευδὲς καὶ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος. Ὡς γὰρ ἐπεμνήσθημεν πολλαχοῦ, ἥ τε Πρεσβυτέρα Διαθήκη, τὴν ἰσοτιμίαν φυλάξασα διελάλησεν· Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· καὶ, Ἔβρεξεν Κύριος παρὰ Κυρίου· καὶ, Ἐποίησεν ὁ Θεὸς κατ' εἰκόνα Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον· καὶ, Τίς [11 a] Θεὸς πάρεξ τοῦ Κυρίου; καὶ, Τίς Θεὸς πλὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν; Καὶ ἐν τῇ Νέᾳ δὲ Διαθήκῃ, ὁ μὲν Ἰωάννης ἔφη ἅπερ ἤδη ἐλέχθη· ὁ δὲ Θωμᾶς· Ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου· καὶ ὁ Παῦλος· Ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστιν· οὗ δὲ τὸ Πνεῦμα Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία· καὶ πάλιν καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος· Καὶ δῴη Κύριος εὑρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου τῷ Ὀνησιφόρου οἴκῳ. Ὁ δὲ Ἰώβ· Πνεῦμα θεῖον τὸ ποιῆσάν με· καὶ, Πνεῦμα θεῖον τὸ περιόν μοι ἐν ῥισίν. Ταυτὸν δέ ἐστιν τῇ Γραφῇ λέξαι θεῖον, ἢ Θεὸν, ὡς διδάσκουσιν, Παῦλος μὲν Ῥωμαίοις γράφων· Ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης· αἱ δὲ Πράξεις· οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν χρυσῷ, ἢ ἀργύρῳ, ἢ λίθῳ, χαράγματι τέχνης, ἢ ἐνθυμήσεως ἀνθρωπίνης, τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον· Πέτρος δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἐπιστολῇ· Ἵνα διὰ τούτων γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως.. Καὶ ὃν τρόπον ὁ Πατὴρ ἀκατάληπτος, οὕτω καὶ τοῦ Χριστοῦ ὁ πλοῦτος ἀνεξιχνία-

A illius creaturæ faciunt, sed eo modo, quem illa duntaxat cognitum habet, quæ hæc novit, beata Trinitas : nam neque incomprehensibilis esset, si comprehenderetur, nec mysterium foret, si cognosceretur, nec Deus, si caperetur, nec omnium conditor, si certo tempore exsistere cœpisset, nec incompositus, et partibus carens, si cum corporibus **27** conferri posset : quemadmodum enim cum id audimus, quod de Patre dicitur : *A sæculo* (74) *et usque in sæculum tu es;* et : *Usque* (75) *ad nubes veritas ejus*, fines ipsi non ponimus (76), sed ejus æternitatem credimus ; nec enim ipsi coævum est sæculum : eodem modo cum de Filio, tum de Spiritu sancto sentire debemus : nam in una natura omnium domina exsistunt (77) hæ summopere hono-
B randæ hypostases. Similia modulatur David etiam de Filio : *Tu idem* (78) *ipse es, et anni tui non deficient.* Quod si parvum, minusque, quam oporteat, exprimens, non est quod de Patre scriptum fuit : *Qui est* (79) *ante sæcula* ; ne parvum quidem est illud quod de ipso Filio editum fuit oraculum, quo is dicitur, *Ante sæcula* (80) *Deus.* Manifestum vero est, eum mente comprehendi non posse, ut paulo post ostendetur. Et quemadmodum Pater *habet immortalitatem* (81), vel potius ipse est immortalitas ; sic Filius est *vita æterna* (82). Quod unum et idem est. Et sicut Pater dictus est *unus Deus* (83); ita Filius vocatus est *Unigenitus Deus* (84), *Verbum*, et *unus Dominus Jesus Christus* (85). Et sicut Jacobus de illo scribit : *Unus est* (86) *legislator,*
C *et judex, qui solus potest salvare;* sic Spiritus a Paulo Corinthiis, et Ephesiis scribente (87) laudatus est tanquam *unus*, et *idem*, et *solus* : ut vel hoc ipso quasi numero, ut sic loquar, ostendatur, beatas hasce hypostases in unitate, aut singularitate paternæ deitatis exsistere. Ac si de Patre vera est hæc locutio, *Deus, et Dominus ;* vera est etiam de ipso Filio, et de Spiritu. Nam, ut sæpius diximus, cum Vetus, tum Novum Testamentum æquali hasce hypostases honore afficit. Ac Vetus quidem sic loquitur : *Dixit* (88) *Dominus* **28** *Domino meo;* et, *Pluit Dominus a Domino ;* et, *Fecit Deus ad ima-*

(74) *A sæculo.* Psal. LXXXIX, vers. 2.

(75) *Usque.* Psal. CVII, vers. 4, ubi Græca editio pro αὐτοῦ, habet σοῦ, ut Vulgatus interpres.

(76) *Ponimus.* Notandum Ionicum illud, τιθέαμεν, pro τίθεμεν adhibitum.

(77) *Exsistunt.* Pro εἰς ἦν, hoc est, *in quam*, lego εἰσίν, id est *sunt.*

(78) *Tu idem.* Psal. CI, vers. 28, ubi legitur : σὺ δὲ ὁ αὐτός, etc. Eum locum de Filio accipit Paulus quoque Hebr. I, 12.

(79) *Qui est.* Psal. LIV, vers. 21.

(80) *Ante sæcula.* Respicit, ut reor, Psal. LXXIII, vers. 13, qui sic se habet in Græca editione : Ὁ δὲ Θεὸς βασιλεὺς ἡμῶν πρὸ αἰῶνος, εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς, id est, *Deus autem noster ante sæculum, operatus est salutem in medio terræ.* Quem locum infra, nempe segm. 13 *b*, de Filio intelligit Didymus.

(81) *Immortalitatem.* I ad Tim. VI, 16.

(82) *Æterna.* I Joannis cap. V, vers. 20.

(83) *Unus Deus.* I ad Cor. VIII, 6, et alibi.

(84) *Unigenitus Deus.* Respicit Evangelii Joannis cap. I, vers. 18. Nam quamvis ibi cum Græca editio, tum Vulgata translatio nunc habeat : Ὁ Μονογενὴς Υἱός, id est, *Unigenitus Filius;* tamen olim,
D aliqui saltem, pro *Filius*, legebant *Deus.* Constat hoc ex Theodoti excerptis, num. 6, ubi legitur : Ἄντικρυς Θεὸν αὐτὸν δηλοῖ, λέγων· Ὁ μονογενὴς Θεὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο· id est, *Deum illum esse liquido ostendit* (Joannes) *dicens : Unigenitus Deus, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.* Quin etiam Syriaca translatio habet, *Deus.* Vide segm. 62 *a.*

(85) *Jesus Christus.* In prima ad Cor. VIII, 6.

(86) *Unus est.* Jacob. IV, 12, ubi Græca editio paulo aliter habet, nempe : Εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης, ὁ δυνάμενος σῶσαι καὶ ἀπολέσαι, id est : *Unus est legislator, qui potest salvare, et perdere.* Sed voces καὶ κριτής, legit etiam Vulgatus interpres.

(87) *Scribente.* I ad Cor. XII, 13 et 4. Et Ephes II, 18.

(88) *Dixit.* Psal. CIX, vers. 1. Alia quatuor loca proxime sequentia invenies, primum quidem Gen. XIX, 24, ubi : Καὶ Κύριος ἔβρεξεν..... παρὰ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ginem Dei hominem; et, *Quis Deus præter Dominum?* et, *Quis Deus præter Deum nostrum?* In Novo autem Testamento, Joannes quidem dixit quæ jam allata sunt (89): Thomas vero: *Dominus* (90) *meus, et Deus meus.* Et Paulus: *Dominus autem* (91) *Spiritus est; ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas.* Et rursus, Dominum esse Spiritum indicans: *Et det* (92) *Dominus invenire misericordiam a Domino Onesiphori domui.* Job autem: Πνεῦμα θεῖον, id est, *Spiritus* (93) *Deus, qui fecit me;* et: Πνεῦμα θεῖον, id est, *Spiritus Deus, qui superest* (94) *mihi in naribus.* Idem vero sunt in Scriptura θεῖον, et Θεός, hoc est, *Divinitas*, et *Deus*, ut docent Paulus quidem Romanis scribens: *Sempiterna* (95) *quoque ejus virtus, et* θειότης, id est, *Divinitas;* Acta vero: *Non debemus* (96) *æstimare, auro, aut argento, aut lapidi, sculpturæ artis, aut cogitationis humanæ* τὸ θεῖον, id est, *Divinitatem esse similem;* Petrus autem in secunda Epistola: *Ut per hæc* (97) *efficiamini divinæ consortes naturæ.* Et quemadmodum Pater comprehendi non potest, ita Christi divitiæ investigari nequeunt, teste Paulo. Ait enim: *Mihi* (98) *omnium hominum minimo data est gratia, ut evangelizarem in gentibus ininvestigabiles divitias Christi.* Præterea *magnitudinis* (99) *ejus non est finis*, neque *intelligentiæ* (1) *numerus*, juxta David, neque *pacis terminus* (2), juxta Isaiam. Et: *Incorruptibilis* (3) **29** *autem*, inquit, *Spiritus tuus est in omnibus.* Et: *Spiritus* (4) *Domini replevit orbem terrarum.* Nemo enim adeo stupidus invenietur atque hebes (5), ut e sinceris hisce ac genuinis (6) testimoniis immensitatem Unigeniti, et sanctissimi Spiritus non colligat.

Ejusdem vero ponderis sunt, iisdemque vocibus expressa, quæ de utraque hypostasi ab Apostolo scripta sunt; nimirum cum ea, quæ de Patre dicuntur: *Qui est* (7) *super omnes, et per omnia, et in omnibus Deus;* et: *Deus* (8), *et Pater Domini nostri Jesu Christi novit, qui est benedictus in sæcula, quod non mentior.* Tum ea quæ de Filio scripta sunt Romanis: *Qui est* (9) *super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.* Præterea illud: *Plenitudo* (10) *ejus, qui omnia in omnibus adimpletur.* Similia itidem sunt oracula, quæ de tribus hisce personis prolata fuerunt; nimirum cum ea, quæ de Filio scripta sunt Romanis: *Qui est* (9) *super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.* Præterea illud: *Plenitudo* (10) *ejus, qui omnia in omnibus adimpletur.* Similia itidem sunt oracula, quæ de tribus hisce personis prolata fuerunt; nimirum cum ea, quæ de Patre dicuntur: *Qui est* (7) *super omnes, et per omnia, et in omnibus Deus;* et: *Deus* (8), *et Pater Domini nostri Jesu Christi novit, qui est benedictus in sæcula, quod non mentior.* Tum ea quæ de Filio scripta sunt Romanis: *Qui est* (9) *super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.* Præterea illud: *Plenitudo* (10) *ejus, qui omnia in omnibus adimpletur.* Similia itidem sunt oracula, quæ de tribus hisce personis prolata fuerunt; ni-

A στος, κατὰ τὸν Παῦλον, τυγχάνει ὤν. Φησὶν γάρ· *Ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων ἁγίων ἐδόθη ἡ χάρις εὐαγγελίζεσθαι ἐν τοῖς ἔθνεσιν τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ.* Ἀλλὰ καὶ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστιν πέρας, οὔτε τῆς συνέσεως ἀριθμός, κατὰ τὸν Δαυὶδ· οὔτε τῆς εἰρήνης ὅριον, κατὰ Ἡσαΐαν. Καὶ *Τὸ ἄφθαρτον δέ σου*, φησὶν, *πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσιν*· καὶ, *Πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκεν τὴν οἰκουμένην.* Οὐδεὶς γὰρ ἂν οὕτω παχύνους καὶ νοθὴς εὑρεθείη, ὅστις μὴ ἐκ τούτων τῶν ἁπλάστων καὶ καθαρῶν μαρτυριῶν, τὸ ἀπέραντον τοῦ Μονογενοῦς καὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος συνείδοι.

B [11 *b*] Καὶ ἰσόσταθμα, καὶ ὁμοιόλεκτα, τὰ περὶ ἀμφοῖν τῶν ὑποστάσεων γραφέντα παρὰ τοῦ Ἀποστόλου φημὶ, τά τε περὶ τοῦ Πατρὸς διαλεγόμενα· *Ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν Θεός*· καὶ, *Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οἶδεν, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ὅτι οὐ ψεύδομαι*· τά τε περὶ τοῦ Υἱοῦ Ῥωμαίοις γραφέντα· *Ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν*· πρὸς τούτῳ καὶ, *Τὸ πλήρωμα τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσιν πληρουμένου.* Ἔτι ὅμοια τὰ χρησθέντα, περὶ μὲν τοῦ Πατρός· *Ἴνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν*· περὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ· *Ὅπου οὐκ ἔνι Ἕλ-*

Κυρίου. Alterum Gen. I, 27. Tertium et quartum psal. XVII, vers. 34. In iis porro Geneseos verbis, *Pluit Dominus a Domino*, distinctas Patris ac Filii personas ante Didymum agnoverant Irenæus lib. III, cap. 6, Tertullianus lib. *contra Praxeam* cap. 13 et 16, Justinus in *Dialogo cum Tryphone*, aliique postmodum. His adhærere debent catholici theologi, non Judæis, qui illud מאת יהוה, id est, *a Domino*, veluti pronomen habent, quasi valeat, *a semetipso*, ac majorem duntaxat vim sermoni addat.

(89) *Allata sunt.* In hoc capite, segm. 6 *a.*

(90) *Dominus.* Joan. XX, 28.

(91) *Dominus autem.* II ad Cor. III, 17, ubi Vulg. interpres pro, *Spiritus Domini*, habet, *Spiritus Dei.* Vide segm. 74 *b.* Etiam in libro *De Spiritu sancto* num. 54 ad Filium locum hunc refert Didymus, cum inquit: « Nam et Pater Spiritus dicitur... Et Filius Spiritus: *Dominus*, inquit, *Spiritus est.* »

(92) *Et det.* Vide II ad Tim. I, 16 et 18. Didymus enim sensum potius allegans, quam verba, ex duobus locis unum conflat.

(93) *Spiritus.* Job XXXIII, 4. Vertissem, *Spiritus divinus*, sed ob ea quæ sequuntur, coactus fui vertere: *Spiritus Deus.*

(94) *Spiritus... qui superest.* Job XXVII, 3, ubi pro *qui superest*, Complutensis editionis Latina translatio habet, *circumexistens.*

(95) *Sempiterna.* Rom. I, 20.

(96) *Non debemus.* Act. XVII, 29, ubi Græca editio habet: Καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου, id est *et cogitationis hominis.*

(97) *Ut per hæc.* II Petr. I, 4.

(98) *Mihi.* Ephes. III, 8, ubi Græca editio pro ἀνθρώπων, id est *hominum*, habet ἁγίων, hoc est, *sanctorum.* Et deinceps: Ἡ χάρις αὕτη, ἐν τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίσασθαι.

(99) *Magnitudinis.* Psal. CXLIV, vers. 3.

(1) *Intelligentiæ.* Psal. CXLVI, vers. 5.

(2) *Terminus.* Isa. IX, 7, ubi pro ὅριον, Græca editio habet τέλος.

(3) *Incorruptibilis.* Sap. XII, 1, ubi Vulgatus aliter. Græca editio: τὸ γὰρ ἄφθαρτόν σου, etc. Eusebius lib. IV *Hist. eccl.* cap. 13 Clementem Alexandrinum suggillat, propterea quod in *Stromatum* libris *utitur testimoniis Scripturarum, quibus a multis contradici solet: nimirum Sapientiæ, quæ Salomonis dicitur,... et Barnabæ, et Clementis.* At Didymus noster nullum ex apocryphis libris a Clemente citatis allegat in hoc opere, præter tertium Esdræ. Librum vero Sapientiæ, de cujus auctoritate dubitare jam nefas est, sæpius hic, et in libro *De Spir. sancto*, num. 26, allegat.

(4) *Spiritus.* Sap. I, 7.

(5) *Hebes.* Pro, νοθής, lego, νωθής.

(6) *Genuinis.* Καθαρὰς μαρτυρίας, seu *pura testimonia*, eodem sensu dicit, quo argentum, exempli causa, *non adulteratum*, dicitur ἀργύριον καθαρόν.

(7) *Qui est.* Ephes. IV, 6, ubi Græca editio: εἷς Θεὸς ... ὁ ἐπὶ πάντων, κ. τ. λ.

(8) *Deus.* II ad Cor. XI, 31.

(9) *Qui est.* Rom. IX, 5.

(10) *Plenitudo.* Ephes. I, 23, ubi Vulgatus interpres vertit, *adimpletur:* at verti etiam potest, *implet:* quod fortasse Didymi sententiam melius referret.

Digitized by Google Распознавание текста

ἦν καὶ Ἰουδαῖος, βάρβαρος, Σκύθης, δοῦλος, ἐλεύθερος· ἀλλὰ τὰ πάντα ἐν πᾶσιν Χριστός. Καὶ ἑτέρωθι· Ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός. Περὶ δὲ τοῦ Πνεύματος, κατά τε τὰ περὶ αὐτοῦ προσφάτως εἰρημένα, καὶ καθ' ὃ πάντα νοεῖσθαι, καχρεώστηται αὐτῷ· ὅσα ἐστὶν ὁ Πατήρ, ὡς Πνεῦμα αὐτοῦ, δίχα μέντοι τοῦ εἶναι Πατέρα. Ἐξεικονίζει γὰρ καὶ ἐν τούτῳ καὶ ἐν πᾶσιν τὸν Θεόν, ᾗ διαγορεύει· Ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστιν ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ, οὗ ἔδωκεν ἡμῖν· καὶ ἰσοδύναμον τῷ μελῳδηθέντι περὶ τοῦ Θεοῦ Πατρός, Σὺ εἶ μόνος Ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, τὸ περὶ τοῦ Υἱοῦ χρησμῳδηθὲν ἐν πς' ψαλμῷ· Μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ· Ἄνθρωπος, καὶ ἄνθρωπος ἐγενήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ Ὕψιστος· καὶ τὸ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν Εὐαγγελίῳ· Ὑμεῖς λήψεσθε δύναμιν ἐξ ὕψους ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς. Καὶ καθὰ [12 a] μέγας ὁ Πατὴρ πρὸς τοὺς ἄλλους, ὅτι οἶδεν τὸν Υἱόν· οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς μέγας ἐστὶ καὶ διὰ τὸ γινώσκειν τὸν Πατέρα. Ὁμοίως καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Φησὶν γάρ· Οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἀπαράλλακτον τῷ παρὰ Παύλου Ἑβραίοις γραφέντι περὶ τοῦ Πατρός, Ἔπρεπεν γὰρ αὐτῷ, δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, τὸ περὶ τοῦ Υἱοῦ χρησμῳδηθέν· Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος· Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτῶν. Αἱ οὖν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἐν ἴσῳ ἐκτετιμημέναι ἔνδοξοι ὑποστάσεις, ὡς τὴν ἐπὶ πάν-

A mirum de Patre quidem: *Ut sit* (11) *Deus omnia in omnibus.* De Filio autem ipsius: *Ubi non est* (12) *gentilis, et Judæus; barbarus, Scytha, servus, liber; sed omnia in omnibus Christus.* Et alibi: *Ut in nomine* (13) *Jesu omne genu flectatur cœlestium, et terrestrium, et omnis lingua confitebitur, quod unus est Dominus Jesus Christus.* De Spiritu autem, cum juxta ea, quæ paulo ante dicta sunt, tum etiam quatenus omnia in ipso (14) intelligi debent, quæcunque est Pater, cum sit ejus Spiritus, quin tamen sit Pater: Imaginem enim Dei refert cum in hoc, tum in omnibus: qua ratione edicit Scriptura: *In hoc* (15) *cognoscimus, quod in nobis est, ex Spiritu ejus, quem dedit nobis.* Ac illi quidem sententiæ, quam David de Deo Patre modulatus est, B *Tu es* (16) *solus Altissimus in omni terra,* æquivalet id, quod de Filio in LXXXVI psalmo scriptum est: *Mater* (17) *Sion dicet: Homo, et* **30** *homo factus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus.* Et quod de Spiritu sancto in Evangelio legitur: *Vos accipietis* (18) *virtutem ex alto supervenientis Spiritus sancti in vos.* Et sicut magnus est Pater cum ob alia, tum etiam quia novit Filium; ita Filius quoque magnus est ex eo etiam quod cognoscat Patrem (19): similiterque Spiritus sanctus. Ait enim Scriptura: *Sic et quæ* (20) *Dei sunt, nemo novit, nisi Spiritus Dei.* Quod autem de Patre a Paulo Hebræis scriptum fuit, *Decebat* (21) *enim eum, propter quem omnia, et per quem omnia,* nihil plane differt ab eo quod de Filio in Scriptura legitur: C *Omnia* (22) *per ipsum facta sunt:* Et de Spiritu sancto: *Verbo* (23) *Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnes virtutes eorum.* Itaque cum

(11) *Ut sit.* I ad Cor. XV, 28.

(12) *Ubi non est.* Coloss. III, 11, ubi Græca editio: τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσι Χριστός. Quin etiam nonnulla verba intermedia omittit Didymus.

(13) *Ut in nomine.* Philipp. II, 10 et 11. Didymus omittit voces, καὶ καταχθονίων. In Græca editione legitur: ἐξομολογήσηται, et desideratur vocula εἷς, id est *unus.*

(14) *In ipso.* In Græco, αὐτῷ. Fortasse legendum, ἐν αὐτῷ. Vel potius, αὐτό.

(15) *In hoc.* Locum hunc primæ Joannis Epistolæ IV, 13, sæpius recitat infra Didymus, puta segm. 62 *b*, 105 *a*, et alibi: necnon in libro *De Spiritu sancto*, num. 40. Nusquam vero verba ipsa affert prout sunt in Græca editione: in hac enim legitur: Ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν· quæ Vulg. int. ad verbum transtulit.

(16) *Tu es.* Psal. LXXXII, vers. 17 (seu 19), ubi Græca editio non habet vocem, εἶ.

(17) *Mater.* Psal. LXXXVI, vers. 5, ubi Græca editio pro ἐγενήθη, id est *factus est*, habet, ἐγεννήθη, hoc est *natus*, seu *genitus est.*

(18) *Vos accipietis*, etc. Verti etiam recte posset: *supervenientem Spiritu sancto in vos.* Vide notas ad segm. 60 *a*. Hæc porro non in Evangelio exstant sed in Actis apostolorum, cap. I, vers. 8, ubi Græca editio caret vocibus, ὑμεῖς, et, ἐξ ὕψους. Vide not. 17, pag. 3. An ideo Didymum dixisse, *in Evangelio*, putabimus, quod primi capitis Actorum initium, veluti quædam Evangelii pars videatur, cum ibi nonnulla ad Christum Dominum pertinentia, ejusque ad apostolos verba, a Luca referantur?

(19) *Patrem.* Accusat Origenem Hieronymus in libro *contra Joannem Jerosolymitanum*, num. 7, quod Patrem a Filio, Filium a Spiritu scripserit non videri: quin etiam Origenis verba ex primo Περὶ ἀρχῶν ibidem Hieronymus recitat in hunc modum: *Sicut enim incongruum est dicere, quod possit Filius videre Patrem; ita inconveniens est opinari, quod Spiritus sanctus possit videre Filium.* Rufinus e contrario eum Origenis locum catholice explicandum esse contendit lib. I *Invectivarum in Hieronymum*: de visione videlicet, quæ per oculos corporeos habeatur. Eademque ante Rufinum Didymus noster senserat, ut Hieronymus testatur in secundo *contra Rufinum*, quem sic alloquitur num. 11, D pag. 502: « In primo libro Περὶ ἀρχῶν, ubi Origenes lingua sacrilega blasphemavit, quod Filius Patrem non videat, tu etiam causas reddis, quasi ex persona ejus, qui scripsit, et Didymi interpretaris σχόλιον, in quo ille casso labore conatur alienum errorem defendere, quod Origenes quidem bene dixerit, sed nos simplices homines, et cicures Enniani nec illius sapientiam, nec tuam, qui interpretatus es, intelligere possumus. » Quidquid autem sit (nec enim meum est de hac re modo disserere), si ea fuit Origenis opinio, quam ipsi tribuit Hieronymus, ne hac quidem in re Origenistam Didymum fuisse apparet tum ex hoc loco, tum clarius adhuc e segm. 77 *a*.

(20) *Sic et quæ.* I ad Cor. II, 11.

(21) *Decebat.* Hebr. II, 10.

(22) *Omnia.* Joan. I, 3.

(23) *Verbo.* Psal. XXXII, vers. 6. Vide notam 52, pag. 7.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

inclytas hasce hypostases, utpote divinam illam naturam habentes, quæ ita in omnibus rebus est, ut nulla tamen cum re aut permisceatur, aut comparari queat, æquali cum Deo et Patre honore affici videant; quomodo eas sub Deo in rerum omnium censu connumerare possunt (24)? quod tamen faciunt, dum eas statuunt fuisse creatas. Nam sicut fieri nequit, ut Pater non sit et ab æterno, et vere Pater (nec enim in tempore habuit, neque superadditum (25) hoc nomen); sic fieri non **31** potest, ut Filius Verbum, ac ejus Spiritus et ab æterno, et natura, ex ejus hypostasi non sit. Nam simul ac exstitit Pater (concedatur, quæso, ut sic loquar), continue ille quidem genitus fuit, hic vero processit. Itaque nunquam exstitit, quin et esset Unigeniti Pater, et Spiritum suum haberet e semetipso procedentem. Ex eo autem quod sit Pater, colligitur eum neque tempore, nec essentia differre a Filio, aut a Spiritu ipsius. Nam si posterius gigneret, immutaretur, aut converteretur; quodalienum est a deitate, sicut ab eadem alienum est, ut inveniatur, Deum aliquando vocatum non fuisse Patrem, aut talem non exstitisse, eo quod nondum genera visset.

A των θεϊκὴν ἄμικτον καὶ απαράβλητον αὐτοῦ φύσιν διακληρωσάμεναι· πῶς ἂν ἐν πᾶσιν ὑπὸ Θεῷ καθ' ὃ κτιστὰς ψηφίζονται αὐτὰς, συναριθμείησαν; Ὥσπερ γὰρ ἀδύνατόν ἐστιν μὴ τὸν Πατέρα ἀνάρχως τε καὶ ἀληθῶς εἶναι Πατέρα (οὐ γὰρ χρόνῳ οὐδ' ἐπίθετον ἔσχεν τὸ ὄνομα τοῦτο), οὕτως ἀδύνατόν ἐστιν μὴ τὸν Υἱὸν Λόγον καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ ἀνάρχως τε καὶ φύσει εἶναι ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· ἅμα γὰρ Πατὴρ (συγχωρηθῇ δὲ τὸ οὕτως εἰπεῖν), ἀδιαστάτως, ὁ μὲν ἐγεννήθη, τὸ δὲ ἐξεπορεύθη. Καὶ τοῦ εἶναι οὖν Πατέρα τοῦ Μονογενοῦς, καὶ τοῦ ἔχειν τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ ἐκπορευόμενον παρ' αὐτοῦ οὐ παρῄρηται· καὶ διὰ τὸ εἶναι Πατέρα, οὔτε χρόνῳ, οὔτε οὐσίᾳ, διαφέρει τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. Εἰ γὰρ ὕστερον ἐγέννα, μετεβάλλετο ἄν, ἢ τ' οὖν ἐτρέπετο, ὅπερ ἀλλότριον θεότητος, μετὰ τοῦ εὑρίσκεσθαι τὸν Θεόν ποτε μὴ λεγόμενον, ἢ μὴ ὄντα Πατέρα, ὡς μήπου γεγεννηκότα.

B

Hebræis autem quoque comprobat Apostolus æternitatem, et incomprehensibilitatem generationis Filii Dei, cum de Melchisedeco scribit:

Καὶ Ἑβραίοις δὲ ὁ Ἀπόστολος, τὸ ἄναρχον καὶ ἀκατάληπτον τῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ γεννήσεως [12 *b*] παριστῶν, γράφει περὶ τοῦ Μελχισεδέκ·

C

(24) *Possunt.* In codice, συναριθμείησαν, quæ lectio videtur vitiata. Legendum forsitan passive, συναριθμηθείησαν. At legi etiam potest active, συναριθμοίησαν· nec enim desunt in Græcis scriptoribus hujuscemodi Hebraismi, ut sic eos vocem; nominativi casus videlicet ita suspensi, ut suspensus foret hoc loco nominativus, *αἱ ὑποστάσεις*, si legeremus συναριθμοίησαν. Ita Heliodorus lib. I ait: Ὁ δὲ αἰγιαλὸς, μεστὰ πάντα σωμάτων. In Bibliis vero nihil occurrit crebrius. Sic Psal. XVII, vers. 33 legitur: Ὁ Θεός μου, ἄμωμος ἡ ὁδὸς αὐτοῦ, id est *Deus meus, impolluta via ejus.*

(25) *Superadditum ... hic vero processit.* « Alia hæresis (inquit Augustinus in libro *De hæresibus*) sempiterne natum non intelligens Filium, putat illam nativitatem sumpsisse a tempore initium: et tamen volens coæternum Patri Filium confiteri, apud illum fuisse antequam de illo nasceretur, existimat: hoc est, semper eum fuisse, verumtamen semper eum Filium non fuisse, sed ex quo de illo natus est, Filium esse cœpisse. » Quod hisce tam perspicuis verbis nos docuit Augustinus, id ipsum passim alii Patres dixere, iique potissimum, qui Arianas blasphemias confutarunt, quorum dux et antesignanus Alexander Alexandrinus in secunda *contra Arium encyclica Epistola*: Ποῖα δὲ (inquit) παρὰ τὰς Γραφὰς ἐφευρόντες λαλοῦσιν, ἔστι ταῦτα· δόγμα Ἀρείου· Οὐκ ἀεὶ ὁ Θεὸς Πατὴρ ἦν, ἀλλ' ἦν ὅτε ὁ Θεὸς, Πατὴρ οὐκ ἦν· id est: *Quæ autem contra Scripturas excogitarunt, sunt hujusmodi: dogma Arii: Deus non semper fuit Pater, sed aliquando fuit Deus, quin esset Pater.* De aliis Patribus taceo, quippe qui theologis noti sunt: ac nemo catholicus esse aut debet, aut potest, qui tam perversam opinionem exsecrandamque blasphemiam tueatur. Illud tamen a lectore peto, ut hunc quoque Didymi locum perpendat, ac mihi nunquam alias ejus benignitate abusuro, benigne ignoscat, si occasionem hanc nactus Symbolum quoddam, ne pereat, hic adjunxero, ac totum e Græco ad verbum, ut par est, Latine transtulero: facit enim mirifice ad rem nostram. Illud autem sic edo, ut exstat in eo ipso codice ms., qui apocryphum Thomæ Evangelium habet, superiore anno a me editum. Τοῦ Χρυσοστόμου, τὸ ἅγιον σύμβολον· Πιστεύω εἰς ἕνα Θεόν· Πατέρα Παντοκράτορα πιστεύω, οὐκ ἐρευνῶ· πιστεύω, οὐ διώκω τὸν ἀκατάληπτον· πιστεύω, οὐ μετρῶ τὸν ἀμέτρητον. Ἐὰν πιστεύω, φωτίζομαι τὴν ψυχήν· ἐὰν περιεργάζομαι, σκοτίζομαι τοὺς λογισμούς· ἐὰν πιστεύω καλῶς, ἀνυψοῦμαι πρὸς οὐρανόν· ἐὰν ζητήσω περιέργως, καταφέρομαι εἰς βυθόν. Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν, ἀληθινὸν, παντοκράτορα. Ἀρνοῦμαι τοὺς παρὰ τῶν Ἑλλήνων πεπλανημένους (lego, πεπλασμένους) θεούς. Πολυθεΐα γὰρ οὐρανὸν οὐκ οἶκεῖ. Ἕνα μόνον Θεὸν ἀνυμνῶ. Μισῶ τὸν Ἀρειανισμόν. Οὐ λέγω· Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν Πατήρ· ἀλλὰ ἀεὶ Θεὸν τὸν Θεὸν, ἀεὶ Πατέρα αὐτὸν κηρύττω, οὕτως ὄντα Πατέρα, ὡς οἶδεν αὐτός. Πιστεύω εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν Μονογενῆ· τὸν ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ὡς οἶδε μόνος οἶδεν (lege αὐτὸς) ὁ γεννηθείς· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, καὶ δημιουργηθέντα ἐκ τῆς πατρῴας αὐτοῦ οὐσίας· ἀχρόνως ἐκλάμψαντα, καὶ οὐκ ἔξωθεν ἐπεισελθόντα ποθέν· οὐχ ὑποβολιμαῖον, ἢ νόθον υἱὸν, ἀλλὰ γνήσιον ἀπαύγασμα τοῦ γνησίου Πατρός· ἀπαράλλακτον χαρακτῆρα ἀοράτου μορφῆς· οἶδα τὸν Χριστὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὡς Θεόν· οἶδα τὸν Χριστὸν ὁμοούσιον τοῖς ἀνθρώποις, ὡς ἄνθρωπον ἐξ οὐρανοῦ· οἶδα τὸν Χριστὸν ἀόρατον καὶ ὁρώμενον· οἶδα τὸν Χριστὸν ἀψηλάφητον, καὶ χεῖρα (lege, χειρὶ) τοῦ Θωμᾶ ψηλαφούμενον· οἶδα τὸν Χριστὸν χιλιάδας ῥήμασι θρέψαντα, καὶ τοῖς κύμασιν ἐπιβαδίσαντα, καὶ δαίμοσιν ἐπιτάξαντα, καὶ νεκροὺς ἀναστήσαντα, καὶ μυρία ποιήσαντα θαύματα τῇ δυνάμει τῆς οἰκείας θεότητος· οἶδα τὸν Χριστὸν πεινάσαντα, καὶ διψήσαντα, καὶ ἱδρώσαντα τῇ φύσει τῆς ἀνθρωπότητος. Οἶδα τὸν ὡς Θεὸν (lege τὸν αὐτόν, vel potius, τὸν Χριστὸν ἀποθανόντα σαρκί). Οἶδα τὸν Χριστὸν ἀναστάντα σαρκὶ, ἀναστάντα τοῦ σώματος αὐτοῦ τὸν ναόν. Γνωρίζω τῶν δύο φύσεων αὐτοῦ τὸ διάφορον. Οὐ μερίζω τὸν ἕνα Υἱὸν εἰς δύο υἱούς. Πιστεύω καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται· τὸ τῆς Τριάδος πληρωτικόν. Αὐτῷ θαῤῥῶ τὸν ἐμὸν ἁγιασμόν· αὐτῷ θαῤῥῶ τὴν ἐκ τῶν νεκρῶν ἐξανάστασιν. Id est: *Joannis Chrysostomi, sanctum symbolum. Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem. Credo, non perscrutor. Credo, non investigo incomprehensibilem. Credo, non*

D

Digitized by Google Распознавание текста

Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος· μηδὲ ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχων, μηδὲ τέλος ζωῆς ἀφωμοιωμένος τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Ἀφωμοίωτο δὲ, καθὸ οὐκ ἐγενεαλογήθη, ὡς ἔθος ἦν ποιεῖν ταῖς φυλαῖς τοῦ Ἰσραὴλ περὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἐντίμων· διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν τύπον καὶ ὑπογραμμόν τινα τοῦ Δεσπότου, τοῦ ἄνω μὲν ἀμήτορος καὶ ἀχρόνου, κάτω δὲ ἀπάτορος καὶ ἀπὸ χρόνου. Καίτοι ἐπιφανὴς ἱερεὺς γενόμενος ὁ Μελχισεδὲκ, ὡς εὐλογηθῆναι παρ' αὐτοῦ τὸν Ἀβραὰμ, καὶ δεκάτας αὐτῷ τῶν σκύλων παρασχεῖν, καθὰ ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος λέγει· *Θεωρεῖτε δὲ πηλίκος οὗτος ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραάμ·* καὶ πάλιν· Καὶ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, *διὰ Ἀβραὰμ καὶ Λευὶ ὁ δεκάτας λαμβάνων, δεδεκάτωται·* τοῦτ' ἔστιν, διὰ τοῦ προπάτορος Ἀβραάμ. *Ἔτι γὰρ,* φησὶν, *ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ πατρὸς ἦν* (Λευὶ ὁ ἀπόγονος Ἀβραὰμ, παρ' οὗ ἡ δεκάτωσις τῷ Κυρίῳ γενικῶς ἐπινενόηται) *ὅτε συνήντησεν αὐτῷ* (τοῦτ' ἔστιν τῷ Ἀβραὰμ) ὁ Μελχισεδέκ. Τί δὴ οὖν τὸ βούλημα τῆς κενολογίας αὐτῶν, καὶ πῆ τὸ ἄτοπον; Σύνες γάρ· Ὅσοι ἐθέλουσι λέγειν ἀρχὴν, καὶ πέρας ὁμολογοῦσιν· καὶ τῷ γένεσιν ἐπαγγέλλεσθαι, καὶ τὴν ἐκ ταύτης θνῆσιν ἀποδέχονται· καὶ τῷ ἐξ οὐκ ὄντων, ἢ ἐξ ἀνομοίας τῆς θεϊκῆς οὐσίας ὑπολαμβάνειν γεγενῆσθαι θνητόν τε ἅμα καὶ ἀλλότριον, τῆς τοῦ Πατρὸς συνθεότητος ἀποφαίνονται· ὅπερ καὶ λεγόμενον μονονουχὶ καὶ δοξαζόμενον πάσης ἀθεΐας [13 *a*] ἀνάμεστον. Ἀλλὰ πρὸς τὸ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, τὰ ἐκείνων δῆθεν* ἰσχυρά. Ἐγράφη καὶ περὶ τῆς κτίσεως, φησὶν, τὸ, *Ἦν.* Ἔχει γάρ· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος·* καὶ, *Ἦν ἄνθρωπος ἐξ Ἀρμαθὲμ Σιφά.* Οὐδὲν δὲ κοινὸν τῷ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν,* καὶ τῷ, *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν·* οὐδὲ τῷ κτίστῃ πρὸς τὸ κτίσμα. Τὸ γὰρ, *Ἦν,* ἐπὶ τῆς κτίσεως, περὶ μόνου

A *Sine patre* (26), *sine* **32** *matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, assimilatus Filio Dei.* Assimilatus est autem, quatenus contexta non est ejus genealogia, ut mos erat tribuum Israelis, illorum virorum texere, qui apud ipsas (27) illustriores erant; quia scilicet typus ipse erat, et quædam imago Domini, qui in cœlo quidem est sine matre, et sine tempore; in terra vero sine patre, et in tempore. Atqui clarum est sacerdotem fuisse Melchisedecum, adeo ut ab ipso benedictionem acceperit Abrahamus, et spoliorum decimas ipsi præbuerit, sicut idem apostolus testatur inquiens : *Intuemini* (28) *autem quantus sit hic, cui et decimas ex omnibus partitus est Abraham.* Et rursus : *Et* (*ut ita* (29) *dictum sit*) *per Abraham, et*
B *Levi, qui decimas accepit, decimatus est;* hoc est, per proavum (30) Abrahamum. *Adhuc enim* (31), inquit, *in lumbis patris erat* (ipse Levi scilicet pronepos Abrahami, ex quo repetitur ea, quæ in Domino ob generis originem considerata est decimatio), *quando obviavit ei* (nempe Abrahamo) *Melchisedecus.* Quid ergo sibi vult hæc eorum vaniloquentia, imo absurditas? Hoc enim probe intellige. Quicunque initium dicere voluerint, finem etiam confitentur, et dum genituram temporariam admittunt, mortem quoque ex ea derivatam agnoscunt, et dum ex nihilo, aut e substantia divinæ dissimili (32) putant factum esse, mortalem simul, et alienum a paternæ deitatis communione pronuntiant. Id autem vel dicere duntaxat, nedum opinari, omni impietate plena res est. Sed contra illud Joannis, *In*
C *principio erat Verbum,* eorum vires potissimum convertuntur. De creatura etiam, inquiunt, scripta est vox, ἦν, id est, *erat.* Legimus enim : *In prineipio* (33) *fecit Deus cœlum, et terram : terra autem erat invisibilis, et incomposita.* Et : *Erat* (34) *homo ex Hur-*

metior immensum. Si credo, illuminatur anima mea. Si curiosius examino, mens obscuratur. Si recte credo, extollor in cœlum. Si exquisiero curiosius, deorsum feror in profundum. Credo in unum Deum, verum, omnipotentem. Nego deos a Græcis conflctos; deorum enim multitudo in cœlo non habitat. Unum tantum Deum hymnis celebro. Aversor, odio habeo Arianismum. Non dico : Aliquando non erat Pater : *sed Deum semper Deum prædico, Patrem semper Patrem, eo modo Patrem, quem solus novit ipsemet. Credo in Dominum nostrum Jesum Christum, Filium*
D *ejus Unigenitum, ex ipso genitum ante omnia sæcula, eo modo genitum, quem solus novit ille qui genitus fuit. Genitum, non factum, nec creatum. Qui ex Patris substantia ab æterno eluxit, neque ab extrinseco ullatenus irrepsit. Non suppositilium, aut nothum filium, sed genuinum splendorem genuini Patris. Invisibili formæ characterem cujuslibet discriminis expertem. Novi Christum Filium Dei et Patris ut Deum. Novi Christum consubstantialem hominibus, quatenus hominem de cœlo. Novi Christum invisibilem, et visum. Novi Christum intangibilem, et Thomæ manu palpatum. Novi Christum verbo millia hominum nutrientem, et super fluctus ambulantem, et dæmonibus præcipientem, et mortuos suscitantem, et innumerabilia miracula patrantem potestate propriæ deitatis. Novi Christum esurientem, et sitientem, ac sudore manantem in natura humanitatis. Novi Christum carne mortuum. Novi Christum in carne resuscitatum, corporis sui templum suscitantem. Agno-*

sco duarum ejus naturarum discrimen. Non divido unum Filium in duos filios. Credo etiam in Spiritum sanctum, Spiritum veritatis, a Patre procedentem, Trinitatis complementum. In ipso spero meam sanctificationem. In ipso spero resurrectionem ex mortuis.

(26) *Sine Patre.* Hebr. VII, 3, ubi aliquas, nullius tamen momenti, varietates habet Græca editio.

(27) *Apud ipsas.* Malit fortasse quis pro, ἐν αὐτοῖς, nempe, *in Israel,* legere, ἐν αὐταῖς.

(28) *Intuemini.* Hebr. VII, 4, ubi Græca editio · θεωρεῖτε ... δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ πατριάρχης.

(29) *Et ut ita.* Hebr. VII, 9.

(30) *Per proavum.* Aptius vocabulum, quo vocem προπάτορα verterem, non occurrit. Nimirum non avum, non proavum, non progenitorem duntaxat hoc in loco sonat, sed ἀρχηγὸν γένους, ἀρχηγέτην, ῥίζαν τοῦ γένους, πηγὴν τοῦ γένους, id est, auctorem generis, principem generis, radicem generis, prosapiæ fontem : cujusmodi erat Abrahamus ad Christum relatus.

(31) *Adhuc enim.* Hebr. VII, 10.

(32) *Dissimili.* Eucontios, sive Arianos et Anomœos intelligit, ut patet.

(33) *In principio.* Gen. I, 1.

(34) *Erat.* Lib. I Reg. I, 1, ubi Græca editio vocem, ἦν, nunc non habet : sic enim in ea legitur : Καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος εἷς ἐξ Ἀρμαθαΐμ Σιφά, vel, ἐξ Ἀραμαθαΐμ Σωφίμ, juxta Complut. editionem.

Digitized by Google Распознавание текста

mathem Sipha. Verum nihil commune habet illud, *In principio fecit*, cum illo, *In principio erat*, neque creatura **33** cum Creatore. Nam vox, *Erat*, de creatura dicitur duntaxat, et creditur, quatenus significat tempus fluens, quod est etiam limitatum : etenim creatura *erat*, postquam facta fuit ex nihilo : nam prius dixit Moses, Deum illam fecisse; tum subjunxit vocem, *Erat;* ne per se exsistens creatura putaretur. At vero in Deo Verbo singularem, et omnimodam significat initii carentiam. Ait enim : *In principio erat.* Et : *Deus erat.* Illudque : *In principio erat*, creationem ex non exsistentibus, id est ex nihilo, excludit. Quod vero Filius sit ante sæcula exsistens, et factor sæculorum, sic testantur Scripturæ. Paulus Hebræis quidem scribens : *Multifariam* (35), *multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem universorum, per quem fecit et sæcula.* Ipse ergo eorum, quæ sua ipsius sunt, hæres est, tum ut illorum Conditor, tum ut verus Filius. Hæres autem constitutus est, quatenus incarnatus. Corinthiis vero scribens ait in prima Epistola : *Fundamentum* (36) *enim nemo potest ponere, præter id quod positum est quod est Christus Jesus.* Hoc est, principium Filii intelligi non potest : in ipso enim, et per ipsum est omne principium (37). David etiam in LXXIII psalmo de Æterno psallens ait (38) : *Deus autem rex noster ante sæcula operatus est salutem in medio terræ.* Golgotham vero intelligit : locum in ipso medio (39) situm, ac veluti centrum terræ, illum vocans (40) : In quo divina

A τοῦ ῥέοντος χρόνου, τοῦ καὶ περατουμένου, λέγεται καὶ πιστεύεται. Ἦν γὰρ ἡ κτίσις μετὰ τὸ ἐξ οὐκ ὄντων γενέσθαι. Εἶπεν γὰρ προλαβὼν ὅτι ἐποίησεν αὐτὴν, καὶ τότε ἐπήγαγεν τὸ, Ἦν, ἵνα μὴ αὐτόματος νομισθῇ. Ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου, τὸ ὑπεράρχον σημαίνει. Ἐν ἀρχῇ γάρ, φησὶν, ἦν· καὶ, Θεὸς ἦν· καὶ τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἦν, τὸ ἐκ μὴ ὄντων ἐξωθεῖ. Μαρτυροῦσι δὲ, περὶ μὲν τοῦ εἶναι τὸν Υἱὸν προαιώνιον, καὶ ποιητὴν τῶν αἰώνων, ὧδε· Παῦλος ἐπιστέλλων Ἑβραίοις μέν· *Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ, ὃν ἔθηκεν κληρονόμον πάντων· δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν.* Αὐτὸς οὖν τὰ ἑαυτοῦ κληρονομεῖ, καὶ ὡς ποιητὴς αὐτῶν, καὶ
B ὡς ἀληθινὸς Υἱός· ἑτέθη δὲ κληρονόμος, ὡς ἀνθρωπήσας. Κορινθίοις δὲ ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ· *Θεμέλιον γὰρ οὐδεὶς δύναται θεῖναι, παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός·* τοῦτ' ἔστιν, ἀρχὴν ἐπινοηθῆναι τοῦ Υἱοῦ, ἀμήχανον· ἐν αὐτῷ γὰρ καὶ δι' αὐτοῦ πᾶσα ἀρχή. Δαυὶδ δὲ ἐν ογ' ψαλμῷ περὶ τοῦ ἀνάρχου ψάλλων· *Ὁ δὲ Θεὸς* [13 *b*] *βασιλεὺς ἡμῶν, προαιώνιος· εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς.* Λέγει δὲ τὸν Γολγοθᾶν, τόπον μεσώτατον καὶ οἱονεὶ κέντρον τῆς ὑπουρανὸν ὀνομάζων αὐτόν· ἐν ᾧ τῇ μὲν θεϊκῇ αὐτοῦ προγνώσει πρὸ
C αἰῶνος εἰργάσατο ἡμῖν σωτηρίαν ἐν τῇ ἐνανθρωπήσει ὁ Υἱός· τῷ δὲ πράγματι, ὅτε δι' ἀγαθότητα ἔπαθεν ὡς οἶδεν καὶ ἠθέλησεν ὁ ἀπαθὴς ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἕως τῆς καρδίας τῆς γῆς, ὡς εἰπεῖν, ἐγένετο· καθὰ καὶ Ἰεζεκιὴλ προφητεύει τοιάδε· *Αὐτὴν*

(35) *Multifariam.* Hebr. I, 1, 2. Græca editio pro, ἐπ' ἐσχάτου, habet, ἐπ' ἐσχάτων.

(36) *Fundamentum.* I ad Cor. III, 11. Græca editio addit, ἄλλον, et articulum nomini Χριστός.

(37) *Principium.* Vide Coloss. I, 16, 17 et 18.

(38) *Deus.* Psal. LXXIII, vers. 13, ubi Græca editio habet non προαιώνιος, sed πρὸ αἰῶνος. Utrum tamen Didymus vocem, προαιώνιος, revera dictaverit, an vero librarius ex duabus dictionibus, πρὸ αἰῶνος, unam cuderit, valde dubito. Paulo post enim locum hunc explicans ait : *Divina sua præscientia* πρὸ αἰῶνος *operatus est salutem nobis*, etc.

(39) *In ipso medio.* Vocem, *ipso*, addidi, quo propius vim dictionis, μεσώτατον, attingerem, cum vocabulum novum, *mediissimus*, effingere non liceret. Cæterum hac eadem, qua Didymus, locutione haud ita multis ante illum, ut opinor, annis usus fuerat S. Cyrillus Jerosolymitanus catechesi XIII, num. 28. Ibi enim sic loquitur : *Expandit in cruce manus, ut comprehenderet* τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα, id est, *Orbis terrarum fines; medius enim terræ locus est iste Golgothas* (in Græco : Τῆς γὰρ γῆς τὸ μεσώτατον ὁ Γολγοθᾶς οὗτός ἐστιν). *Non meus hic sermo est. Propheta est qui ait :* « *Operatus es salutem in medio terræ.* » Alios etiam Patres affinia de Golgotha monte, aut de urbe Jerusalem, quasi in medio terrarum orbe sitis, scribentes afferre nunc supersedeo, præsertim cum de re agatur theologis nota, ut alias in meo ad Archintum præsulem opusculo indicavi. Vide, si placet, Calmetum, aliosque Scripturæ interpretes tum ad hunc psalmi versiculum, tum ad Ezechielis cap. V, vers. 5, et cap. XXXVIII, vers. 12.

(40) *Illum vocans.* Cum locum hunc in eo, quod modo dixi, opusculo attulissem, incertus, aut mihi quidem certe ignotus auctor in *Litteraria Ephemeride*, quæ Parisiis editur, atque inscribitur : *Gazette littéraire de l'Europe*, ad diem primam Augusti anni proxime elapsi 1764, articulo 5, hæc scripsit : *Socrate rapporte que Didyme était versé* dans toute sorte de doctrine, ἐν πάσῃ παιδεύσει· *et l'auteur des trois livres découverts par le P. Mingarelli n'a pas même les éléments de la géographie : il place le mont Golgotha au milieu du globe, il en fait* le centre de la terre, κέντρον τῆς γῆς. Det, quæso, mihi lector hanc veniam, ut hic tantisper immorer : innoxium enim tam male haberi, æquo animo (fateor) ferre nequeo. Sicubi errat Didymus, erratum non inficior : ignosco, non tueor : ubi vero injuria accusatur, quidni defendam ac propulsem injuriam? Primum itaque cur tam fidenter censor
D iste affirmet, *Golgotham montem in medio globo* a theologo nostro *collocari*, non video. Ego sane in meo illo opusculo dedita opera cavi, ne id asseverarem, quod res certa esse non videretur. Quod si de Cyrillo Jerosolymitano, exempli causa, sermo esset, vix haberem, quod opponerem; Golgotham enim in medio terrarum orbe ab ipso collocari, satis indicare videntur voces illæ, τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα, id est, *orbis terrarum fines :* nam sic vulgo accipitur, ac vertitur vox, οἰκουμένη, quamvis, spectata vocabuli origine, non tam terrarum orbem, quem *globum terraqueum* dicunt, quam eam terrestris globi partem designet, quæ *habitetur.* At si de Didymo sermo sit, res meo quidem judicio non est ita perspicua : nullus enim theologus ignorat, multas *terræ* vocabulum in Scripturis habere significationes : sæpe vero non terrarum orbem, sed *regionem* illam, in qua sacer auctor scribit, aut de qua loquitur, denotari, ut in tertio Regum : *Abstulit effeminatos de terra :* in secundo

Digitized by Google Распознавание текста

Ἰερουσαλὴμ εἰς μέσον τῶν ἐθνῶν τέθεικα αὐτήν καὶ ἐν ῥητ' ψαλμῷ· *Εἰς τὸν αἰῶνα, Κύριε, ὁ λόγος σου διαμένει ἐν τῷ οὐρανῷ.* Καὶ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ ὁ Δεσπότης αἱρετικοῖς που πάντως ἀποκλείων εἶπεν· *Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι· πρὸ τοῦ τοὺς αἰῶνας γενέσθαι, ἐγώ εἰμι.*

A **34** quidem sua præscientia ante sæcula operatus est salutem nobis in incarnatione Filius : re autem ipsa, quando propter suam bonitatem ille, qui impassibilis est, pro nobis sic passus est, ut ipse novit, et voluit, et usque ad cor terræ (41), ut sic loquar, venit. Quo sensu Ezechiel quoque prophetat his-ce verbis : *Ipsam* (42) *Jerusalem in medio gentium posui eam.* Et in CXVIII psalmo : *In æternum* (43), *Domine, Verbum tuum permanet in cœlo.* Et ipse de se ipso Dominus, hæreticis ora omnino obstruens, **35** alicubi ait : *Amen* (44) *amen dico tibi : antequam sæcula fierent, ego sum.*

Περὶ δὲ τοῦ καθεστάναι πάντων ἀσωμάτων τε καὶ σωματοειδῶν δημιουργὸν, οὐχὶ δὲ ὑπουργὸν ἢ μεσίτην, ἐν ταυτῷ δὲ καὶ ἄναρχον· πρὸς ταῖς ἤδη παρατεθείσαις μαρτυρίαις καὶ Δαυὶδ ἐν ῥητ' ψαλμῷ ᾄδει· *Ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν.* Οὐκ εἶπεν, Ὅσα ἐπετράπη. Τίς οὖν καταρνήσαιτ' ἂν, B τῆς αὐτεξουσίου καὶ παντεξουσίου μονάδος οὐσίας

Quod autem Filius non minister, aut mediator sit, sed omnium cum incorporearum, tum corporearum rerum conditor, simulque etiam æternus, præter illa, quæ allata sunt, capitula, David quoque testimonio suo confirmat : nam in CXIII psalmo canit : *Deus* (45) *noster in cœlo, et in terra omnia quæcunque voluit, fecit.* Non ait : *Quæcunque ipsi mandata sunt.* Eum ergo, cujus

Paralipomenon · *Regnavit Athalia super terram,* et alibi. Itaque ut ex theologi nostri verbis jure quis colligere posset, Golgotham montem in medio terrestri globo collocari, ostendendum foret, *terræ* nomine globum terrestrem ab ipso intelligi. Verum id neque ostendit *articuli* illius auctor, neque ostensurus est, ut puto. Didymus enim psalmi locum explicans, nihil affirmat aliud, quam verbis illis, in *medio terræ*, Golgotham indicari, Golgotham vero ipsum a Psalmographo vocari *locum in ipso medio situm, ac veluti centrum terræ.* Quid vero *terræ* nomine a Davide intelligatur, totusne terrarum orbis, an aliquid aliud, non statuit. Sed cum censore liberaliter agamus. Golgotham montem in medio terrarum orbe situm dixerit theologus noster. Nunquid continuo vel ipsa geographiæ elementa ignoravit? Si ita se res habet, quam multis ea nota scriptoribus inurenda erit? Nihil de profanis dicam, qui celebrem Phocensium urbem Delphos in medio terrarum orbe positam falso censuerunt : nihil itaque de Pindaro, qui in sexto *Pythiorum εἶδει* eam vocat ὀμφαλὸν χθονός, id est *umbilicum terræ;* nihil de Sophocle, qui in *Œdipo tyranno* μεσόμφαλα γᾶς, id est *medium terræ umbilicum,* illam dixit : nihil de T. Livio, qui lib. XXXVIII Manlium inquientem inducit : *Etiam Delphos..... umbilicum orbis terrarum Galli spoliaverunt;* nihil demum de Ovidio, qui in *Metamorphosibus* cecinit :

Mediamque tenentes
Orbis humum Delphos.

Horum quidem opinio superstitioni magis consentanea est, quam veritati cum in ea distantia, quæ inter Columnas Herculis, aut locum illum, cujus meridianum circulum quasi primum posuit Ptolemæus, et eos qui ad orientem fines terræ olim habebantur, intercedit, medium circiter locum Delphi non tenerent : sed num propterea scriptores illi quasi geographiæ prorsus ignari habendi sint, an vero qui hanc eis dicam impingat, perinde facere videatur ac si quis, ubi quempiam dicentem audiverit : *Velut inter orbes luna minores,* illico exclamet : *Il n'a pas même les éléments de l'astronomie,* alii viderint. Quod vero spectat ad theologum nostrum, si vel ipsorum geographiæ elementorum ignarus merito haberetur, ignarus eadem de causa habendus esset Irenæus, qui Ecclesias in Palæstina constitutas vocat, τὰς κατὰ μέσα τοῦ κόσμου, id est, *ad mundi meditullium sitas* : ignarus Hieronymus, qui eam opinionem rationibus ex geographia petitis defendit : ignari uno verbo ii Patres, qui cum Jerusalem ab Ezechiele et *umbilicus terræ* dicta sit, et *in medio gentium* ita posita, ut *in circuitu terras* habeat, a Psalte autem in *medio terræ* exhibeatur, *terræ* nomine non Judæam, ut Josephus, sed *mundum,* id est, terrarum orbem intellexerunt. Quid plura? Ignarus elementorum geographiæ erit magnus ille geographus Christophorus Cellarius, qui, cum Jerosolyma sexaginta circiter gradibus distet ab Hispania ulteriori, ac totidem a Gange fluvio, itaque media circiter notis tunc terræ finibus interjaceat, idcirco *non ut anilis fabula* (inquit) *ridenda est illa antiquæ Ecclesiæ opinio, in medio mundo urbem Hierosolymitanam sitam fuisse, et in eadem medietate natum, supplicio affectum, a morte excitatum humani generis reparatorem : scilicet ut omnibus pateret tanta salus, et ex æquo annuntiari omnibus applicarique divina beneficia possent.* Ita Cellarius, etsi homo heterodoxus. At censor multo aliter : *Il n'a pas même les éléments de la géographie : il place le mont Golgotha au milieu du globe.* Quin vultus refricat, C dum typis hæc mando, auctor *Litterariæ Ephemeridis* Florentinæ : nam ad diem 3 Mali hujus anni 1765, non solum Didymo eam, quam dixi, opinionem nimis confidenter tribuit, verum etiam sic loqui non dubitat. *Quanto allo sproposito geografico.... questa cosa è comune agli antichi Padri.* Jam vero cum hæc ita se habeant, equidem Parisinum illum *articulum* a præclaro geometra Jacquiero scriptum esse nunquam in animum inducere potui : geometræ enim esse arbitrabar, quæ certa non sint, ea fidenter non affirmare; nec verisimile videbatur, doctissimo viro ignota fuisse quæ Cellarius hac de re scripserat. *Le mathématicien n'y a point de part,* scite inquit Jacquierus ipse. Nimirum impenso veritatis amore ductus insignis ille mathematicus, meusque in ipsius veritatis amore rivalis, dubitationem nobis omnem sustulit : in epistola enim Parisinæ illi *Ephemeridi* inserta ad diem 3 Febr. anni 1765, hæc scribit : *Le mathématicien, sans autre intérêt que celui de la vérité, déclare.... qu'il n'a point de* D *part à cette critique.* Itaque Florentinæ *Ephemeridis Litterariæ* auctori aliquantulum irascor, quod aureum illud Augustini in Canonicorum Regula monitum non attenderit : *Famulo Dei dicenti quid sibi doleat, sine dubitatione credatur.*

(41) *Cor terræ.* Ideo sic loqui Didymum conjicio, quod respiciat ea Christi Domini nostri verba apud Matthæum : *Sic erit Filius hominis in corde terræ,* etc.

(42) *Ipsam.* Ezech. v, 5, ubi Græca editio : Αὕτη Ἰερουσαλὴμ, ἐν μέσῳ, καὶ τὰ ἔξῃς, id est : *Hæc est Jerusalem; in medio,* et reliqua.

(43) *In æternum.* Psal. CXVIII, vers. 89.

(44) *Amen.* Joan. VIII, 58. Sensum tamen citat Didymus, non verba : ibi enim cum Græca editio, tum Vulgata translatio habent : *Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.* Notanda præterea in Didymo vocis illius, ἀποκλείων, acceptio.

(45) *Deus.* Psal. CXIII, vers. 11. Vide not. 79, p. 11.

Digitized by Google Распознавание текста

essentia libere, ac per se operans sit, quique omnia habeat soli ac mero suo nutui sine cunctatione obsequentia, quis ad unitatem illius essentiæ pertinere inficietur, quæ propria auctoritate agit, et omnem plane habet potestatem? Et in ci psalmo : *Initio* (46) *terram tu, Domine, fundasti, et opera manuum tuarum sunt cœli : ipsi peribunt, tu autem permanes, et omnes sicut vestimentum veterascent, et sicut stragulum circumvolves eos, et mutabuntur : tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.* Hoc est : Tu æternus es, et infinitus. Paulus autem quoque similia scribit, ad Ephesios quidem : *In Deo* (47), *qui omnia creavit* : ad Colossenses autem : *Quoniam* (48) *in ipso condita sunt universa, quæ in cœlis, et quæ in terra sunt, visibilia, et invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates : omnia per ipsum, et in ipso creata sunt : et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant.* Nam eo, qui substantialis imago Dei est, quique est ante omnes, nullus deitate præstantior est, nec supra eum positus, neque vetustior; sicut eo, qui est post omnes, nullus inferior est, ac sub eo positus, neque posterior(49). Et aliter. Si est ante omnes, solus igitur ex solo, et unica ac singulari ratione ante omnem operationem ineffabiliter genitus fuit, et substantialiter est Filius Patris : necesse enim est, ut qui est ante omnes, et omnem naturam modo quodam **36** naturam ipsam transcendente administrat, non sit quidquam ex omnibus, neque creatura habeatur, iisve comparetur, quæ ab ipso producta (50) fuerunt, et omnem, habita ad eum ratione, diversitatem sortita (51) sunt. Et aliter. Illum, quem quis cujuslibet creaturæ factorem esse pronuntiaverit, quemque portantem (52) omnem creaturam, et imaginem Dei, et Filium, cum rei veritatem spectans, tum divinis oraculis convictus nominaverit; eum, inquam, ipsum, quomodo facturam quoque, aut minorem portante omnia Deo, aut juniorem, nisi insanus fuerit, in fidei confessione (53) affirmabit? De nomenclatura vero Dei, et angeli, Filio conveniente, prophetat Malachias sic inquiens : *Veniet* (54) *ad templum suum Dominus quem vos quæritis, et Angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit Dominus, et quis sustinebit diem ingressus ejus? aut quis subsistet in visione ejus?* Hujus oraculi initium Œconomiam, hoc est, Incarnationem designat; quod autem sequitur, secundum Domini adventum indicat, terribilem simul, ac

A ὑπάρχειν τὸν ἐθελουσίως αὐτουργοῦντα, καὶ ἔχοντ: ψιλῷ τῷ οἰκείῳ νεύματι πάντα δίχα μελλήσεως συν- τρέχοντα; καὶ ἐν ρα' ψαλμῷ· *Κατ' ἀρχὰς τὴν γῆ σὺ, Κύριε, ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σο εἰσὶν οἱ οὐρανοί· αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμέ νεις· καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, κα ὡσεὶ περιβόλαιον εἱλίξεις αὐτούς, καὶ ἀλλαγή σονται· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη* [14 *a*] *σο οὐκ ἐκλείψουσιν·* ἀντὶ τοῦ, ἄναρχος ὑπάρχεις κα ἀπέραντος. Καὶ Παῦλος δὲ τὰ ἴσα γράφει, πρὸ Ἐφεσίους μέν· *Ἐν τῷ Θεῷ τὰ πάντα κτίσαντι* πρὸς δὲ Κολασσαεῖς· *Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάν τα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ὁρατὰ* B *καὶ ἀόρατα· εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρ χαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐ τὸν ἐκτίσθη· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκεν.* Τοῦ γὰρ οὐσιωδῶς ἐξεικονίζοντος τὸν Θεὸν, καὶ τοῦ πρὸ πάντων τῇ θεό τητι οὐδεὶς ὑπέρκειται, οὐδὲ πρεσβυτερεύει· ὡς τοῦ μετὰ πάντας οὐδεὶς ὑπόκειται, οὐδὲ ὑστερεύει. Καὶ ἄλλως· Εἰ πρὸ πάντων ἐστὶν μόνος ἐκ μόνου, καὶ μόνως· πρὸ πάσης ἐνεργείας ἀπορρήτως ἐγεννήθη, καὶ οὐσιωδῶς Υἱός ἐστι τοῦ Πατρός. Δεῖ γὰρ τὸν πρὸ πάντων ὄντα, καὶ πάσης φύσεως ὑπερφυῶς ἐπιτρο πεύοντα, μηδὲν εἶναι τῶν πάντων· μηδὲ κτίσμα κατὰ σύγκρισιν νοεῖσθαι τῶν παρ' αὐτοῦ παροισθέντων, καὶ πᾶσαν εἰλιχότων πρὸς αὐτὸν ἐξαλλαγήν. Καὶ ἄλλως· Ὃν ἄν τις παντὸς ποιήματος ποιητὴν ἀπο φήναιτο, καὶ πᾶσαν βαστάζοντα τὴν κτίσιν, καὶ εἰκό C να τοῦ Θεοῦ καὶ Υἱὸν ὀνομάσοι, τῇ τε ἀληθείᾳ προσ- έχων καὶ ὑπὸ τῶν θείων λογίων πληροφορούμενος τοῦτον πῶς ἂν ποίημα, ἢ μικρότερον τοῦ φέροντος τὰ πάντα Θεοῦ, ἢ προγενέστερον ἔχοντα, εἰ μὴ μαί νοιτο, προσομολογήσει; Περὶ δὲ τοῦ Θεὸν καὶ Ἄγγε λον κεκλῆσθαι, προφητεύουσιν, Μαλαχίας μὲν, οὕτως εἰπών· *Ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ Κύριος, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε· καὶ ὁ ἄγγελος τῆς διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε. Ἰδοὺ ἔρχεται Κύριος, καὶ* [14 *b*] *τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ; ἢ τίς ὑπο στήσεται ἐν τῇ ὀπτασίᾳ αὐτοῦ;* Ἡ ἀρχὴ τοῦ ῥη τοῦ, τὴν οἰκονομίαν· τὸ δ' ἑπόμενον, τὴν φοβερὰν καὶ φιλάνθρωπον αὐτοῦ δευτέραν παρουσίαν δηλοῖ. Ἡσαΐας δὲ βοῶν, τρόπῳ ᾧ εἰώθασιν οἱ συγχαίροντες ἀγγέλλειν τοῖς οὔπω τοῦ γενομένου ἡσθημένοις· D *Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, Υἱὸς καὶ ἐδόθη· καὶ κα λεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς Ἄγγε λος· θαυμαστὸς, σύμβουλος, Θεὸς, ἰσχυρὸς, ἐξ- ουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης.* Τοῦτον τὸν Θεὸν Λόγον

(46) *Initio* Psal. ci, vers. 26, 27 et 28. Græca editio, διαμένεις, id est *permanes*. Codex Passionelanus, διαμενεις, sine accentu, quasi incertus fuerit librarius, scriberetne διαμένεις, an διαμενεῖς, id est *permanebis*. Pro, εἱλίξεις, autem, sive, ut habet codex, εἰλίξεις, Græca editio habet, ἑλίξεις. Neutra lectio videtur repudianda. Vide segm. 67 *b*.

(47) *In Deo*. Ephes. III, 9, ubi post, κτίσαντι, additur : Διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, id est *per Jesum Christum*. Conjiciat fortasse quis, librario hæc excidisse, cum Didymus de Filio hic loquatur, non de Deo ac Patre. Vide tamen segm. 90 *a*.

(48) *Quoniam*. Coloss. I, 16 et 17, ubi Græca editio habet : Τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα. Deinde pro, ἐκτίσθη, habet, ἔκτιστα. Pro, *sive throni*, S. Au-

(49) *Et aliter*. Arida ista, ut sic loquar, et jejuna transitione utitur Didymus etiam in libro *contra Manichæos*, nisi quod ibi ait, ἄλλως τε. Verti autem potest : *Et aliter*, vel, *præterea*, vel, *item*.

(50) *Producta*. Vide not. 28, pag. 4, et not. 28, pag. 19.

(51) *Sortita*. In cod. εἰλιχότων. Lege, εἰληχότων.

(52) *Portantem*. Respicit Hebr. I, 3. Vide etiam notam 68, pag. 9.

(53) *In fidei confessione*. Ideo sic transtuli, quod voce illa, προσομολογήσει, videatur mihi Didymus aliquam ex multis fidei *Confessionibus*, quas ea ætate Ariani, Eunomiani, Homœusiani, Macedonianique identidem cudebant, indicare.

(54) *Veniet*. Mal. ch. III, 1 et 2. Græca editio

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

καὶ Ἰακὼβ Ἄγγελον καλεῖ, ὅτε πορευόμενος εἰς Μεσοποταμίαν, κοιμηθεὶς ἶδεν ὄναρ. Φησὶν γάρ· *Καὶ ἰδοὺ κλίμαξ ἐστηριγμένη ἐπὶ τῆς γῆς, ἧς ἡ κεφαλὴ ἐφικνεῖτο εἰς τὸν οὐρανόν· καὶ οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἀνέβαινον καὶ κατέβαινον ἐπ' αὐτῆς· ὁ δὲ Κύριος ἐπεστήρικτο ἐπ' αὐτῆς, καὶ εἶπεν· Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου, ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ· μὴ φοβοῦ· ἡ γῆ ἐφ' ἧς σὺ καθεύδεις, σοὶ δώσω αὐτὴν καὶ τῷ σπέρματί σου· καὶ ἐγὼ ἔσομαι μετὰ σοῦ, καὶ διαφυλάξω σε ἐν τῇ ὁδῷ πάσῃ, ᾗ ἐὰν πορευθῇς, καὶ ἀποστρέψω σε μετὰ σωτηρίας εἰς τὸν οἶκον τοῦ Πατρός σου· καὶ πλατυνθήσεται τὸ σπέρμα σου ἐπὶ λίβα, καὶ θάλασσαν, καὶ βορρᾶν, καὶ ἀνατολάς.* Προεφητεύετο δὲ, διὰ μὲν κλίμακος ὁ σταυρὸς, δι' οὗ οἱ πιστοὶ ἐπὶ τὰς οὐρανίους ἀναβαίνουσιν σκηνάς· ὁ δὲ ἐπὶ τῇ κλίμακι ἐπεστηριγμένος Θεὸς, αὐτὸς ὁ ἑκουσίως τῷ σταυρῷ ὑπὲρ ἡμῶν προσηλωθείς. Καὶ μεθ' ἕτερα· *Ηὔξατο, φησὶν, Ἰακώβ· Ἐὰν ᾖ Κύριος ὁ Θεὸς μετ' ἐμοῦ, καὶ διαφυλάξῃ με ἐν τῇ ὁδῷ ᾗ πορεύομαι, καὶ δῷ μοι ἄρτον φαγεῖν, καὶ ἱμάτιον περιβαλέσθαι,* [15 a.] *καὶ ἀποστρέψῃ με μετὰ σωτηρίας εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου· καὶ ἔσται μοι Κύριος εἰς Θεόν· καὶ ὁ λίθος οὗτος ὃν ἔστησα στήλην, ἔσται μοι οἶκος Θεοῦ· καὶ ἀπὸ πάντων ὧν ἄν μοι δῷς, δεκάτην ἀποδεκατώσω σοι.* Εἶτα πληθυνθεὶς παρὰ τῷ Λάβαν, ἶδεν ἐν τῇ κισσήσει τῶν θρεμμάτων, πάλιν ἐν ὀπτασίᾳ, τὸν ἀνωτέρω ὀφθέντα αὐτῷ Θεόν· καὶ διηγήσατο οὑτωσί· *Εἶπέν μοι ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ καθ' ὕπνον· Ἰακώβ, ἀνάβλεψον τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, καὶ ἴδε τοὺς κριοὺς καὶ τοὺς τράγους ἀναβαίνοντας ἐπὶ τὰ πρόβατα καὶ τὰς αἶγας· οἶδα γὰρ ὅσα σοι Λάβαν ποιήσει. Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὁ ὀφθείς σοι ἐν τῇ ὁδῷ ᾗ ἦρχου, οὗ ἔστησάς μοι στήλην, καὶ ηὔξω μοι ἐκεῖ εὐχήν.* Καὶ ἐν Αἰγύπτῳ δὲ, ὁ αὐτὸς Ἰακὼβ τοῖς υἱοῖς Ἰωσὴφ τούτου τοῦ ἀγγέλου καὶ μεγάλου Θεοῦ τὴν εὐλογίαν αἰτεῖται, εἰπών· *Ὁ Θεὸς, ᾧ εὐηρέστησαν οἱ πατέρες μου Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ ὁ, Θεὸς ὁ τρέφων με ἐκ νεότητός μου ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, ὁ ἄγγελος ὁ ῥυόμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν μου.*

A benignum. Isaias vero ea ratione clamans, qua eventum aliquem iis, qui nondum illum norunt, nuntiare consueverunt (55) qui congratulantur : *Parvulus* (56), inquit, *natus est nobis, et Filius datus est : et vocatur nomen ejus, magni consilii Angelus, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, dominator, princeps pacis.* Hunc Deum Verbum Jacobus quoque Angelum vocat, cum in Mesopotamiam proficiscens somno captus somnium vidit : ait enim Scriptura : *Et ecce* (57) *scala firmata in terra, cujus caput pertingebat ad cœlum, et angeli Dei ascendebant, et descendebant in ea. Dominus autem innitebatur ipsi, et dixit : Ego sum Dominus Deus patrum tuorum, Deus Abrahami, et Deus Isaaci : ne timeas ; terram, in qua dormis, tibi dabo,* B *et semini tuo : Et ego ero tecum, et* **37** *custodiam te in omni via, quacunque perrexeris, et reducam te cum salute in domum patris tui, et dilatabitur semen tuum in austrum, et mare, et boream, et orientem.* Prænuntiabatur autem in scala quidem crux, per quam fideles in cœlestia tabernacula ascendunt : Deus vero qui scalæ innititur, est ipse Deus cruci pro nobis voluntarie affixus. Et post alia : *Vovit* (58), inquit, *Jacob : Si fuerit Dominus Deus mecum, et custodierit me in via, in qua ambulo, et dederit mihi panem ad vescendum, et vestimentum ad induendum, et reduxerit me incolumem in domum patris mei, et erit mihi Dominus in Deum ; et lapis iste, quem erexi in columnam, erit mihi domus Dei ; et ex omnibus quæ dederis mihi, decimas* C *offeram tibi.* Postea cum in Labani domo ditatus fuisset, in coitu pecudum rursus illum vidit in visione, quem antea viderat Deum, et sic eam narravit : *Dixit mihi* (59) *angelus Dei in somno : Jacob, respice oculis tuis, et vide arietes, et hædos ascendentes super pecudes, et capras : novi enim quæcunque Laban tibi faciet. Ego sum Deus quem vidisti in via, in qua ambulabas, ubi erexisti mihi columnam, et vovisti mihi ibi votum.* In Ægypto autem quoque Jacobus ipse Josephi filiis hujus angeli, et magni Dei benedictionem precatur sic inquiens : *Deus* (60), *cui accepti fuerunt patres mei Abrahamus, et Isaacus, Deus qui nutrivit me ab adolescentia mea usque in diem hanc, angelus qui* D *liberavit me a cunctis malis meis.*

pro, αὐτοῦ, habet, ἑαυτοῦ. Deinde : Ἰδοὺ ἔρχεται, λέγει Κύριος παντοκράτωρ· καὶ τίς, κ. τ. λ., id est, *ecce venit, dicit Dominus omnipotens. Et quis*, etc.

(55) *Consueverunt.* Lego, εἰώθασιν.

(56) *Parvulus.* Isa. IX, 6. Inter vocem, ἐδόθη, et voces, καὶ καλεῖται, Græca editio nonnulla habet intermedia, a Didymo omissa.

(57) *Et ecce.* Gen. XXVIII, 12, 13, 15, 21 et 14. Græca editio habet has varietates : Καὶ ἰδοὺ.. ἐν τῇ γῇ,.... ἀφικνεῖτο.... κατέβαινον ἐπ' αὐτῇ (voces, Κύριος ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου, in ea desunt)..... ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ τοῦ πατρός σου..... καθεύδεις ἐπ' αὐτῆς. A versiculo 13 transit Didymus ad 15, ubi Græca editio : Καὶ ἰδοὺ ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ, διαφυλάσσων σε.... οὗ ἂν πορευθῇς. A vers. 15 transit ad 21, ubi Græca editio : Καὶ ἀποστρέψει μετὰ σωτηρίας.... πατρός μου. Demum a vers. 21 redit ad 14, ubi Græca editio : Καὶ πλατυνθήσεται ἐπὶ θάλασσαν, καὶ λίβα, καὶ βορρᾶν (malim βορρᾶν) καὶ ἐπὶ ἀνατολάς.

(58) *Vovit.* Gen. XXVIII, 20-22. Græca Complutensis editio : Ηὔξατο Ἰακὼβ εὐχὴν, λέγων.... μετ' ἐμοῦ· διαφυλάξῃ.... ὁδῷ ταύτῃ ᾗ ἐγὼ πορεύσομαι.... καὶ ἀπὸ πάντων..... ἀποδεκατώσω αὐτά σοι.

(59) *Dixit mihi.* Gen. XXXI, 11 et 12. Post voces, Ἰακώβ, et αἶγας, nonnulla omittit Didymus, quæ in Græca editione exstant, in qua præterea legitur : ἑώρακα γὰρ ὅσα σοι Λάβαν ποιεῖ... Θεός σου ἐν τῷ τόπῳ Θεοῦ, οὗ ἠλειψάς μοι ἐκεῖ στήλην, etc.

(60) *Deus.* Gen. XLVIII, 15. Complutensis editio post πατέρες μου, addit ἐνώπιον αὐτοῦ. Pro ῥυόμενος habet ῥυσάμενος, et omittit vocalem μου.

Digitized by Google Распознавание текста

De iis, qui dicunt : Parem excludit Pater; *et :* Est major Filio; *et :* Aliud est imago, aliud Deus; *et :* Homo etiam dictus est in Scriptura imago, et gloria Dei. *Et de eo quod testatur Scriptura,* nullo modo differre a Filio Patrem.

Περὶ τῶν λεγόντων, ὅτι Ἀσύγκριτος καὶ μείζων ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ· *καὶ, ὅτι* Ἄλλο εἰκὼν καὶ ἄλλο Θεός· *καὶ, ὅτι* Καὶ ἄνθρωπος εἰκὼν Θεοῦ ἐγράφη καὶ δόξα. *Καὶ περὶ τοῦ μαρτυρεῖσθαι κατ' οὐδὲν* διαφέρειν τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα.

Illud vero etiam Patri, eo quod sit ingenitus, tribuunt, ut parem excludat personam, et sit major : Filio autem, ut sit dissimilis (61), eo quod sit genitus : rursus scilicet quæ ad summe ineffabilem deitatem spectant, ea deprimunt, et ad nostræ naturæ conditionem (62) trahunt ; quæque spiritalia sunt, atque intellectu tantum percipiuntur, ea fluxæ materiæ similia esse existimant : cum illa quæ supercœlestia sunt, omnem mentem, et cogitationem superent ; quæ vero terrena sunt, abjecta etiam sint, ac tempore facta, et decremento mortique obnoxia. Sed Ille maxime quidem ab æterno genitus est, cum vero suo Patre, veluti lux cum solis disco, et simul exsistens et simul operans : illud vero etiam habet, ut et sit, et a Scripturis dicatur Deus, Dominus, sanctus, creator, incorruptibilis, vita, lux, et omnia quæcunque est Pater. Ac potius ex pluribus similitudinem habere debet, et æqualitatem, quam ex uno dissimilitudinem. Quomodo autem Adam et Eva, qui geniti non fuerant, neque patrem habuerant, nobis, qui ex ipsis orti sumus, natura æquales fuerunt? Aut qualisnam omnino est ea comparatio, vel mensura, ad quam illum, qui est, ut ipsi inquiunt, ἀνόμοιος, nempe *dissimilis*, referunt, dum in eo insistunt, ut Patrem præstantiorem dicant, atque majorem? cum Scriptura quidem ex una parte neque naturarum in sancta, et æterna, una, individuaque Trinitate distinctionem admittat, neque alteri quidem hoc attribuat (63), ut prior sit, alteri autem, ut posterior : ex alia vero parte duo hæc manifesta sint; primo scilicet necessario non sequi, ut quod majus est, sit heterousium, videlicet alterius essentiæ : deinde comparativa de iis, quæ homousia sunt, id est consubstantialia, non 39 de iis, quæ sunt heterousia, hoc est alterius naturæ, enuntiari. Neque vero temporarium (64) illum dicere tentabunt, quia ne de illo quidem, qui asyncritus (seu parem excludens), et major est, dicitur. Non quoad quantitatem, aut quamdam molem : etenim sine magnitudine (65) est, ac sine latitudine, et a quavis quantitate, et compositione, et

Καὶ τὸ ἀσύγκριτον δὲ καὶ μεῖζον τῷ Πατρὶ διὰ τὸ ἀγέννητον ἀπονέμουσι· τῷ δὲ Υἱῷ τὸ ἀνόμοιον, διὰ τὸ ἔχειν τὸ γεννητὸν, καθέλκοντες πάλιν τὰ περὶ τῆς ἀῤῥητοτάτης θεότητος εἰς τὰ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀποτελέσματα, καὶ τὰ νοητὰ τοῖς τῆς ὕλης ῥεύμασιν συνεξομοιοῦσθαι νομίζοντες. Τὰ μὲν γὰρ ὑπερουράνια πάντα νοῦν καὶ πᾶσαν νόησιν ὑπερβαίνοντα, τὰ δὲ γήϊνα καὶ ταπεινὰ καὶ χρόνῳ γινόμενα καὶ ἀπογινόμενα τυγχάνει. Ἀλλὰ μάλιστα μὲν [15 *b*] ἀνάρχως ἐτέχθη, συνυπάρχων καὶ συμπράττων τῷ ἑαυτοῦ ἀληθινῷ Πατρὶ, ὡς τὸ φῶς τῷ ἡλιακῷ δίσκῳ. Ἔχει δὲ τὸ εἶναι καὶ ἀπὸ Γραφῶν μαρτυρεῖσθαι Θεὸς, Κύριος, ἅγιος, Δημιουργὸς ἄφθαρτος, ζωὴ, φῶς, καὶ πάντα ὅσα ὁ Πατήρ. Καὶ μᾶλλον ἐκ τῶν πλειόνων τὸ ὅμοιον καὶ ἴσον ἔχειν ὀφείλει, ἢπερ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς τὸ ἀνόμοιον. Πῶς δὲ ὁ Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα, οὐ γεννηθέντες, οὐδὲ πατέρα ἐσχηκότες, τοῖς ἐξ αὐτῶν ἡμῖν ἴσοι τῇ φύσει γεγόναμεν; ἢ ποίαν ἁπλῶς παράθεσιν ποιησάμενοι τοῦ, ὡς λέγουσιν, ἀνομοίου; ἢ πῶς παραμετρήσαντες ἐπέστησαν τῷ κρείττονι καὶ μείζονι; Γραφῆς μὲν οὔτε διοριζούσης τῇ φύσει τὴν ἁγίαν καὶ ἄναρχον μίαν καὶ ἀμέριστον Τριάδα, οὐδ' αὖ πάλιν ἀφοριζούσης αὐτῇ τὸ πρώτιστα καὶ τὸ ἔπειτα; δήλων δὲ ὄντων δύο τούτων, ὅτι τε οὐ πάντως τὸ μεῖζον ἑτεροούσιόν ἐστι, καὶ ὅτι καθ' ὅλου τὰ συγκριτικὰ ἐπὶ ὁμοουσίων, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ ἑτεροουσίων λέγεται. Οὐκ ἂν δὲ οὐδ' ἐξ ἐπιβολῆς εἴποιεν καίριον, ὅτι οὐδὲ περὶ τοῦ ἀσυγκρίτου καὶ μείζονος. Οὐ κατὰ μέγεθος, ἤ τινα ὄγκον· ἀμεγέθης γὰρ καὶ ἁπλατής ἐστιν, καὶ πηλικότητος πάσης, καὶ συνθέσεως, καὶ σχήματος ἀναχωρήσας ὁ Θεὸς Λόγος (καθὰ καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα αὐτοῦ), καὶ ὑπὸ μηδενὸς μὲν περιεχόμενος αὐτὸς, πάντα δὲ ἐμπεριέχων· διότι καὶ πάντων ἀρχὴ μεγεθῶν ὡς ποιητής ἐστιν. Ποῦ γὰρ ἐν ταῖς ἀκροτάταις, καὶ ὑπερασωμάτοις, καὶ κρείττοσιν ὑποστάσεσι μέγεθος; Οὐδὲ κατὰ τὸ ἄναρχον· συνυπάρχει γὰρ τῷ Πατρὶ, ὡς ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ μὴ ἔχων πρὸ αὐτοῦ Θεόν. [16 *a*] Καὶ γάρ φησιν· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος.* Καὶ οὐδὲ συμμετρεῖται χρόνῳ Θεὸς, καὶ ποιητὴς ποιήματι

(61) *Dissimilis.* Anomœos, sive Eunomianos hic refellit.

(62) *Conditionem.* Seu *perfectiones*, id est proprietates, qualitates etc. Vide segm. 58 *b*, et 202 *a*.

(63) *Attribuat.* Ludit in vocibus διοριζούσης et ἀφοριζούσης.

(64) *Temporarium.* Utrum aliquod hic mendum lateat, judicet eruditus lector. Equidem suspicor nonnulla deesse, quibus veluti via sterneretur ac transitus ad ea quæ sequuntur : et Patris essentia major ullo modo esse negaretur, quam essentia Filii.

(65) *Sine magnitudine.* Quo clarior esset translatio, maluissem vertere, *sine quantitate*, ut in *Epistola ad Archintum* feci : sed ob ea quæ sequuntur, *quantitatis* vocabulum hic omittere coactus sum. Vox ergo μέγεθος, seu *magnitudo*, quæ apud Marcosios, Irenæo teste, angeli nomen erat, a Didymo sæpe ita usurpatur, ut *quantitatem* valeat, aut, si mavis, *molem*, sive (ut fortasse in Didymi libro *De Spiritu sancto*, num. 26, vertit Hieronymus), *vastitatem*. Itaque cœlos e contrario vocat Didymus segm. 155 *a*, παμμεγεθεστάτους. Jam vero censor ille, cujus memini not. 40, pag. 33, ex eo quod Deum

Digitized by Google Распознавание текста

ἐπεὶ ἀνάγκη αὐτοὺς ἀπαιτεῖ (ὅπερ καὶ ἐννοεῖν σφαλερὸν), πρότερον ὑποστῆσαι τοῦ ἀνάρχου καὶ ἀπερινοήτου Θεοῦ καὶ Πατρὸς χρόνον, καὶ οὕτω συγκρίνειν. Ἄνθρωποι δὲ εἰώθασι μείζονας καλεῖν τοὺς χρόνῳ τὴν γένεσιν προειληφότας, κατὰ τὸν Ἰσαὰκ διατασσόμενον· *Ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάττονι.* Οὐδὲ ὡς αἴτιος· οὐ γὰρ αἴτιος αὐτοῦ. Ἄναρχος γὰρ καὶ ὁ μονογενὴς Υἱὸς ἐδείχθη· ἐπεὶ ὁμοίως αὐτοῦ τε καὶ ἡμῶν μείζων· ὅπερ μὴ γένοιτο εἰπεῖν ἢ ἀκοῦσαι. Οὐδὲ κατὰ τὴν οὐσίαν καὶ τὸ ὅμοιον· ἐξ αὐτοῦ γὰρ ὡς Μονογενὴς παρὰ Πατρὸς πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας, καὶ ὡς χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως πρὸς ἅπαντα ὢν χαρακτὴρ, καὶ ὡς εἰκὼν τοῦ Θεοῦ, ἦν ὁ ἑωρακὼς ἑώρακε τὸν Πατέρα. *Ἐν αὐτῷ γὰρ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος·* ἐπισπᾶται δὲ τοῦτο μαρτυρία καὶ τὸ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν.* Οὐδὲ κατὰ ποιότητος ἐπίτασιν· ἐπεὶ μὴ ποιότητες αἱ θεῖαι καὶ ἀπόῤῥητοι ὑποστάσεις· ἐν σώμασι γὰρ ἡ ποιότης· αἱ δὲ ἀσώματοι, καὶ νοηταί. Ἀλλὰ μηδὲ νοεῖσθαι δύνασθαι περὶ αὐτῶν, ὡς εἴη τοῦ καλοῦ κάλλιον, καὶ τοῦ καλλίονος βέλτιον παραπλησίως τῇ περὶ ἄλλου λεγούσῃ Παύλου φωνῇ· *Νυνὶ δὲ μένει τὰ τρία ταῦτα· πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη· μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη·* διὰ γὰρ τὴν εἰς ἀρετὴν ἐπίτασιν, ἀπένειμεν τῇ ἀγάπῃ τὸ *μείζω*. Ἀγαπήσαντες γὰρ, φησὶ, *πιστεύομεν·* καὶ *πιστεύσαντες, ἐλπίζομεν συμβασιλεῦσαι τῷ Χριστῷ.* Εἰ γὰρ ἀληθὲς τὸ, *Εἷς Θεὸς*, καὶ τὸ, *Ἵνα γένησθε θείας κοινωνοὶ* [16 *b*] *φύσεως*, καὶ οὐχὶ, φύσεων· ἓν εἶναι καὶ τὸ καθ' ἅπαξ καλὸν ἀποδέδεικται, φημὶ δὲ ἡ θεότης. Οὐδὲ κατὰ τὸ ἴσον· διότι, Μέγας καὶ ἐπὶ πάντων, γέγραπται, Θεὸς ὁ Υἱὸς, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Πατρὶ, καὶ, Ὁμνύων καθ' ἑαυτοῦ, ἐπειδὴ μὴ ἔχει τὸν μείζονα. Οὐδὲ κατὰ τὴν δύναμιν. Γέγραπται γάρ· Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν καὶ Θεοῦ σοφίαν· καὶ, *Πάντα ὅσα ἂν ποιῇ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ.* Οὐδὲ κατὰ τὴν δόξαν, ἤ τι ἀξίωμα. *Εἰ γὰρ ἤδεσαν*, φησὶν, *οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.* Καὶ θέλημά ἐστι τοῦ Πατρὸς κατὰ τὸν Ἰωάννην, *Ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα.* Κατά τί οὖν λοιπὸν τὸ *μείζω*,

figura alienus Deus Verbum, quemadmodum etiam Pater, et sanctus illius Spiritus; et a nulla quidem re ipse continetur, omnia vero in se continet, eo quod omnium etiam magnitudinum principium est, utpote earum factor. Quomodo enim in supremis, et incorporeis, et divinis hypostasibus magnitudo, seu quantitas, esse potest? Nec quoad æternitatem; etenim una cum Patre coexsistens est, utpote splendor gloriæ illius, et non habens ante se Deum. Nam, *In principio*, inquit, *erat Verbum.* Neque vero Deus commensuratur tempori, neque factor facturæ: alioquin necessitas eos illuc adiget, ut ante æternum, et creatæ menti incomprehensibilem Deum Patrem, tempus subsistens ponant, ac tum comparationem instituant: quod vel cogitare periculosum est. Consueverunt autem ab hominibus majores vocari illi, qui tempore priores generati sunt, juxta illud Isaaci præceptum: *Major* (66) *serviet minori.* Neque ut causa; nec enim est illius causa: cum Filius quoque unigenitus principio carens ostensus sit: alioquin simili ratione ipso, ac nobis, major esset Pater; quod absit ut dicamus, aut dicenti aures præbeamus (67). **40** Neque quoad essentiam, et similitudinem: ex eo enim est sicut Unigenitus a Patre, plenus gratiæ et veritatis; et sicut character hypostaseos, sive substantiæ, isque talis ut quoad omnia sit character perfecte repræsentans; et sicut imago Dei, quam qui vidit, vidit Patrem: etenim *in ipso* (68) *inhabitat omnis plenitudo divinitatis.* Ex testimonio autem Scripturæ hoc infertur, et ex illis verbis: *Faciamus* (69) *hominem secundum imaginem, et similitudinem nostram.* Neque quoad qualitatis intensionem: quoniam qualitates non sunt, divinæ et ineffabiles personæ: in corporibus enim est qualitas, illæ autem incorporeæ sunt, et intelligibiles. Sed ne illud quidem de ipsis cogitare potestis (70), esse in illis pulchro pulchrius, et pulchriore melius, quo modo Paulus de alia re dixit: *Nunc autem* (71) *manent tria hæc, fides, spes, charitas: major autem ex his est charitas;* nam charitatem majorem (72) dixit, ob in-

hujus operis auctor dicat ἀμεγέθη, aliisque non-**nullis hujusmodi** locutionibus utatur, intulit eum ad **Petri Lombardi tempora** pertinere. *N'est-ce pas là*, inquit, *une phrase de Pierre Lombard, ou de quelqu'autre théologien de son temps?* At Cyrillus quoque Alexandrinus non multis a Didymi obitu annis Deum dixit ἀμεγέθη, id est, *magnitudinis* (nempe *quantitatis*) *expertem*, tom. V, pag. 391. Simili modo *substantiæ* quoque vocabulum quasi Deo indignum nonnulli Patres habuerunt, ac *essentiam* potius, quam substantiam Dei dicendam rati sunt. *Manifestum est* (inquit Augustinus l. VIII *De Trin.*, cap. 5) *Deum abusive substantiam vocari.* Nimirum hi substantiam spectabant, ut a Peripateticis describitur, accidentibus obnoxiam ac veluti *substantem.* Aliis vero hujusmodi locutionibus, quas hodie quis immerito recentiores putaverit, et *scholasticas* nominaverit, passim usus est ante Didymum, ut reliquos omittam, Clemens Alexandrinus; Didymi vero ætate, aut post ipsum, ii potissimum Patres qui contra subtiliores Manichæorum, et Arianorum hæreses scripsere. Vide segm. 58 *a*.

(66) *Major.* Gen. XXV, 23. Græca editio, ἐλάσσονι.

(67) *Aures præbeamus.* Consueverunt Christiani veteres, ubi impium aliquid a quoquam diceretur, aures obturare. Itaque Hieronymus in primo *adversus Rufinum: Lectis*, inquit, *nuper Theophili papæ epistolis, in quibus Origenis exponit errores, dicitur obturasse aures suas.* Athanasius vero in *Epistola ad solitarios: Τίς ἀκούσας οὐ δακρύσει, τάχα καὶ τὴν ἀκοὴν κλείσειε, ἵνα μηδὲ ἑτέρου λέγοντος ἀνέχηται*; id est, *quis hæc audiens non lugeat, aut aures etiam non obturet ne alterum dicentem sustineat?* Morem hunc sæpius respicit Didymus. Vide not. 41, pag. 6, et segm. 55 *a*, etc.

(68) *In ipso.* Coloss. II, 9.

(69) *Faciamus.* Gen. I, 26.

(70) *Potestis.* Lego, δύνασθε.

(71) *Nunc autem.* I Cor. XIII, 13, ubi voces, τὰ τρία ταῦτα postponuntur.

(72) *Majorem.* Videtur legendum in Græco, τὸ μεί-

tensionem, qua in virtutem tendit : ait enim Scriptura : *Diligentes* (73) *credimus, et credentes speramus regnare cum Christo.* Etenim si verum est illud : *Unus* (74) *Deus*, et illud : *Ut efficiamini* (75) *divinæ consortes naturæ*, non vero naturarum; unum quoque esse id, quod omnino bonum est, demonstratur, nempe deitatem. Neque quoad æqualitatem; quia Magnus, et, super omnia Deus dicitur Filius in Scriptura, et Æqualem (76) seipsum faciens Patri, et, Jurans (77) per semetipsum, cum non habeat majorem se. Neque quoad potentiam : scriptum est enim : Christum (78) Dei virtutem, seu potentiam, et Dei sapientiam; et : *Omnia* (79) *quæcunque facit Pater, Filius quoque similiter facit.* Neque quoad gloriam, aut quamdam dignitatem. Ait enim Scriptura : *Si cognovissent* (80), *Dominum gloriæ non crucifixissent.* Et voluntas Patris est, juxta Joannem, *ut omnes* (81) *honorent Filium, sicut honorant Patrem.* Secundum quid ergo restat ut major (82) sit Pater, et dissimilis Filius? Secundum nihil, ut ostensum est. Apostolus itaque hæreticorum impias de unigenito Filio et Deo opiniones 41 rejiciens, et eamdem ipsi cum Patre naturam esse, eamque cœternam prædicans, cum scripsisset, ut superius dictum est : *Qui cum sit* (83) *splendor gloriæ* Patris; subjunxit : *Et character hypostasis, seu substantiæ, ejus.* Et rursus ad Colossenses, et ad Hebræos (84) scripsit : *Qui est* (85) *imago Dei invisibilis.* In Evangelio autem secundum Joannem, Filius suam essentiam Patris characterе obsignatam esse ostendens, ait : *Hunc* (86) *enim Pater signavit Deus.* Propterea scilicet, quod sigillum una cum archetypo subsistat, et æqualem cum eo typum, seu formam habeat, et perfecte, ac vere unitatem naturæ Patris, et Filii, et Spiritus sancti in se ipso ostendat : nam sigillum, item ut character, similitudinem, et genuinam nativitatem significat : alioqui ne Pater quidem ingenitus, atque incomparabilis dicendus jam erit, si ille, qui creatus, et ei dissimilis est, ipsius imago, et character est. Divina hæc, et interpretationis non indigentia oracula recte non intelligentes hæretici, sed et ea pervertentes, et humanis commentis ad impugnanda Dei verba utentes, sic aiunt : Aliud est Deus, aliud imago Dei; sicut aliud

καὶ ἀνόμοιον; Ὡς ἐδείχθη, κατ' οὐδέν. Καὶ γοῦν ὁ Ἀπόστολος, τὰς εἰς τὸν μονογενῆ Υἱὸν καὶ Θεὸν ἀσεβεῖς ὑπολήψεις αἱρετικῶν ἀναστέλλων, τὴν δὲ πρὸς τὸν Πατέρα αὐτοῦ τῆς φύσεως ταυτότητα, ἔτι δὲ καὶ τὸ συνάναρχον κηρύττων, γράψας, ὡς ἀνωτέρω ἐλέχθη, ὡς *Ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης* τοῦ Πατρὸς, ἐπήγαγεν, *καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ.* Καὶ πάλιν πρὸς Κολοσσαεῖς καὶ πρὸς Ἑβραίους ἐπέστειλε· *Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου.* Καὶ ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην δὲ Εὐαγγελίῳ, ὁ Υἱὸς τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν πατρικῷ χαρακτῆρι ἐσφραγίσθαι παριστῶν, εἶπε· *Τοῦτον γὰρ ὁ Πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός·* συνυφεστηκυίας δὲ δῆλον ὅτι τῆς σφραγῖδος τῷ ἀρχετύπῳ, καὶ ἰσοτύπου οὔσης, καὶ ἐν ἑαυτῇ δὲ δεικνυούσης τελείως καὶ ἀληθῶς τὴν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἁγίου μονάδα τῆς φύσεως. Ἡ γὰρ σφραγὶς, ὡς καὶ ὁ χαρακτὴρ τὸ ὅμοιον καὶ ἀνόθευτον σημαίνει· ἐπεὶ καιρὸς [17 *a*] εἰπεῖν καὶ τὸν Πατέρα μὴ ἀγενήτως καὶ ἀσυγκρίτως ἔχειν, εἴπερ ἐξεικονίζεται καὶ χαρακτηρίζεται ὑπὸ γενητοῦ καὶ ἀνομοίου. Τὰ θεῖα ταῦτα καὶ ἑρμηνείας ἀνεπιδεᾶ λόγια μὴ συνέντες ὀρθῶς, διαστρέφοντες δὲ, καὶ ἀνθρωπίνοις νοήμασι μαχόμενοι τοῖς τοῦ Θεοῦ ῥήμασι, φάσκουσιν· Ἄλλο Θεὸς, καὶ ἄλλο εἰκὼν Θεοῦ· ὡς ἄλλο ἄνθρωπος, καὶ ἄλλο εἰκὼν ἀνθρώπου· καὶ τρόπον τινὰ εἰκόνι ἀκινήτῳ τὸν ζῶντα καὶ ἐνεργὸν Θεὸν Λόγον ἀπεικάζουσι· κατ' οὐσίαν δὲ καὶ κατὰ πάντα εἰκὼν ἐστιν ἀπλανεστάτη καὶ ἄναρχος τοῦ Πατρὸς, καὶ οὐ κατὰ μορφὴν καὶ σχῆμα, ὡς ὁ πλαστουργηθεὶς ἢ γεγλυμμένος ἄπνους καὶ οὐκ αὐτοκίνητος ἀνδριάς· οὐδὲ κατὰ εἶδος καὶ χρῶμα ὡς ἡ τεχνητὴ καὶ μιμητὴ ἄφωνος εἰκών. Ταῦτα γὰρ οὐδὲ κατὰ φύσιν, οὐδὲ μὴν εἰς ὅλα τὰ ἄλλα ἐκφαίνουσι τὸν πρωτότυπον. Καὶ Υἱὸς μὲν γὰρ ἀνθρώπου εἰκὼν οὐσίας τοῦ ἑαυτοῦ Πατρός ἐστιν· ἀλλὰ συμβαίνει παραλλάττειν ἡλικίαν, ἢ εἶδος, ἢ γνώμην, ἢ δύναμιν, ἢ ἀξίαν, ἢ τὰ συναμφότερα, ἢ καί τι ἕτερον. Ὁ δὲ Θεὸς Λόγος, ἀπαραλλάκτως καὶ ἀπηκριβωμένως, εἰς ὅλα τὴν ἁπλῆν, καὶ ἀσύνθετον, καὶ ἀποίκιλον πατρικὴν θεότητα φυσικῶς καὶ ἀνάρχως ἐξεικονίζει. Οὐδὲ γὰρ νοεῖν ἔξον, ὡς κατά τι Θεοῦ εἰκὼν καὶ παρά τι· οὐδὲ μὴν γίνεται ἀσυγκρίτου εἰκὼν, οὐδὲ δύναται διὰ τοῦ ἀνομοίου, ἢ μικροτέρου, ἢ ὑπεξουσίου τὸ ἀληθὲς, καὶ ἀρχέτυπον, καὶ μεῖζω, καὶ αὐτεξούσιον, καὶ ἀσύγκριτον φαίνεσθαι. Οὐδ' αὖ διὰ

ζων, ut vocem ipsam indicet Didymus, quam habet Paulus. Malit fortasse quis legere τὸ μεῖζον. Nec deerunt forsitan quibus ne lectio quidem codicis displiceat : cum et paulo post ea occurrat, et a Clemente Alexandrino in tertio *Stromatum* quidam Matthæi locus ita citetur : Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν γραμματέων· ubi tamen Græca Bibliorum editio pro, πλεῖον, habet, πλεῖον. Vide not. 82, hic, et segm. 17 *a*, 83 *a*, 141 *b*.

(73) *Diligentes.* Locum hunc in Scriptura non inveni. Respicit, ut opinor, I Petr. I, 8.

(74) *Unus.* Ephes. IV, 6.

(75) *Ut efficiamini.* II Petr. I, 4.

(76) *Æqualem.* Joan. V, 18.

(77) *Jurans.* Hebr. VI, 13.

(78) *Christum.* I Cor. I, 24.

(79) *Omnia.* Joan. V, 19.

(80) *Si cognovissent.* I Cor. II, 8. Græca editio, ἔγνωσαν, pro ἔδεσαν.

(81) *Ut omnes.* Joan. V, 23.

(82) *Major.* In codice, τὸ μεῖζω. Vide not. 72. supra.

(83) *Qui cum sit.* Hebr. I, 3. Pro, ὡς, lego, ὅς, præsertim cum ita scripserit Paulus. In libro etiam *De Spiritu sancto*, num. 3, Epistolam ad Hebræos ut a Paulo scriptam agnoscit Didymus.

(84) *Et ad Hebræos.* Conjicio legendum esse, ὡς καὶ πρὸς Ἑβραίους, id est, *sicut et ad Hebræos.* Nam verba illa : *Qui est imago*, et cætera, in Epistola ad Hebræos non exstant, etsi eumdem sensum habeant ac illa : *Character* (seu *forma*) *substantiæ ejus*, quæ leguntur in Epistola ad Hebræos.

(85) *Qui est.* Coloss. I, 15.

(86) *Hunc.* Joan. VI, 27.

Digitized by Google Распознавание текста

τσῦ κτίσματος ἡ φυσικὴ μορφὴ τοῦ κτίσαντος κατανοεῖσθαι. Οὐδὲ [17 *b*] γὰρ οὐδὲ ἄλλη φύσις τὴν ἑτέραν ἐν ἑαυτῇ ἐπιδείκνυσιν· ἀλλὰ καὶ ὁ Πατὴρ εὑρίσκεται ἀνυπόστατος γεγενῆσθαι ὅτε αἱρετικοὶ τὸν χαρακτῆρα οὐ διδόασιν ἔχειν αὐτὸν τῆς ὑποστάσεως. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἀόρατος, καὶ ἀσύνθετος, καὶ ἀσχημάτιστος Θεὸς εἰκόνα ἔχει οἵαν ἐκεῖνοι ἐμφαίνουσι μιμητικήν. Παραλύει δὲ τὰ ἐκείνων σαφῶς καὶ ἡ ἐπαγωγή, ἔχουσα· *Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ*. Περὶ δὲ φυσικῆς εἰκόνος ὑφηγεῖται καὶ Μωϋσῆς οὑτωσί· *Ἐγέννησεν Ἀδὰμ τὸν Σὴθ κατὰ τὴν εἰδέαν αὐτοῦ*. Οὐκ ἦν δὲ ἑτεροούσιος ἀναγκαίως ὁ Σὴθ τῷ Ἀδάμ· καὶ ὅμως εἰκόνα τὴν εἰδέαν καὶ ὁμοίωσιν τῆς οὐσίας ἐκάλεσεν. Ἀλλὰ καὶ περὶ ἀνθρώπου, φησὶ, γέγραπται, ὅτι ἔστιν εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ. Ἀλλ' οὐδαμοῦ, ὦ οὗτοι, ἄνθρωπος ἢ ἄλλο πλήμα γέγραπται εἶναι ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως· ἄλλο δέ ἐστιν ἄνθρωπον εἰκόνα εἶναι Θεοῦ, τοῦτ' ἔστι τὸ τεχνηθὲν τοῦ τεχνησαμένου, ὡς δίφρος τοῦ τέκτονος. Σολομὼν γὰρ λέγει· *Ἀναλόγως τῶν κτισμάτων ὁ Γενεσιουργὸς θεωρεῖται*· καὶ ἄλλο ἐστὶν, κατὰ τὸ σύμμορφον, καὶ ταυτούσιον, καὶ συνάναρχον, ἀπαύγασμα εἶναι δόξης, καὶ χαρακτὴρ ὑποστάσεως ἐνυπόστατον καὶ ἀψευδέστατον. Φησὶ γάρ· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα*· ὁ δὲ ἑωρακὼς ἄνθρωπον, οὐχ ἑώρακε τὸν Θεόν· ὡς ὁ θεασάμενος τὸν δίφρον, οὐχ ἑώρακε τὸν τέκτονα. Ἀλλὰ καὶ ἀνάγκη τοῦ μόνου ἀοράτου Θεοῦ μόνην ἀόρατον εἶναι ἐκείνην τὴν εἰκόνα καὶ οὐ τὸν κατ' εἰκόνα ὁρατὸν ἄνθρωπον. Οὔτε οὖν ἄλλῳ ὁμοιός ἐστιν ὁ Υἱὸς· γράφει γάρ· *Τίς ὁμοιωθήσεται τῷ Κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ;* Οὔτε τῷ [18 *a*] ἑαυτοῦ Πατρὶ ἀνόμοιος· *Ἐγὼ γάρ*, φησὶ, *καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν*. Οἱ δὲ κτιστῆς εἰκόνος ἔννοιαν ἐπὶ αὐτοῦ λαμβάνοντες, ἐξομοιοῦνται τῷ Ναβουχοδονόσωρ ποιητὴν ἄψυχον εἰκόνα προσκυνεῖσθαι τυπώσαντι. Καὶ τὸν Ἀδὰμ δὲ διὰ τὴν παρακοὴν ἐκ τοῦ παραδείσου ὁ Θεὸς δικαίως ἔρριψε· τὸν δὲ λῃστὴν, καὶ σὺν αὐτῷ τὸν Ἀδὰμ καὶ τὸ κοινὸν ἡμῶν ὅλον γένος ὁ Υἱὸς εἰσήγαγεν ὡς ἴσος πάντως τῇ θεότητι καὶ ἀγαθότητι καὶ δεσποτείᾳ τῷ ῥίψαντι τυγχάνων. Ποῦ δὲ ἐγράφη ὅτι ἀσύγκριτος ὁ Πατὴρ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Μονογενῆ; ἢ ὅτι ὁ Υἱὸς αὐτοῦ καὶ τῶν πάντων Δημιουργὸς καὶ κριτὴς, κατὰ τὴν θεϊκὴν αὐτοῦ καὶ ὅλων ἐξῃρημένην ἄπειρον φύσιν κτίσμα ἐστίν; ἢ ὅλως, ὅτι ποτὲ οὐκ ἦν; ἢ ποῦ ἰδικῶς ἔφη ὁ Πατὴρ, Ἔκτισά μοι Υἱόν· ἢ ὁ Υἱὸς, Ἐκτίσθην ὑπὸ τοῦ Πατρὸς; ὅπερ ἀκούειν, μήτιγε καὶ λέγειν, φρικτὸν καὶ ψευκτόν. Οὐδαμοῦ μὲν οὖν παντελῶς θείας καὶ πνευματικῆς Γραφῆς εὕρηται ταῦτα. Τοὐναντίον δὲ συγκρίνοντος ἑαυτὸν πρὸς τὸν Πατέρα ἐστὶ πάντα τοῦ Μονογενοῦς τὰ περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ ῥήματα· καὶ ἑνοῦντος ἑαυ-

A est homo, aliud imago hominis : ac vivum, atque operantem Deum Verbum imagini motu destitutæ quodammodo assimilant : cum is et quoad essentiam, et quoad omnia, imago sit Patris omni omnino diversitate carens, et æterna, non vero ad illius formam ac figuram sit, instar simulacri a plaste efficti, aut sculpti, quod inanimum est, nec sua se vi movens : neque secundum illius speciem, et colorem sit, cujusmodi est artificiosa ad imitationem facta, et muta effigies : hujusmodi enim imagines neque quoad naturam, neque ex integro quoad alia prototypum exhibent. Porro hominis etiam filius imago est substantiæ patris sui, sed diversus ab ipso est ætate, aut specie, aut sententia, aut vi, aut dignitate, aut his omnibus simul, aut aliqua B etiam alia re. At Deus Verbum sine ullo discrimine et adamussim quoad omnia simplicem, et incompositam, et varietate carentem Patris deitatem naturaliter, et ab æterno habet ut Patris imago : nam quod ipse sit Dei imago 42 secundum quid, et propter aliquid, ne cogitare quidem licet. Nec vero quidquam illius imago est, qui ejus respectu incomparabilis sit : neque per eum qui dissimilis sit, aut minor, aut subjectus, repræsentari potest ille qui verus sit, et archetypus, et major, et sui ipse juris, et incomparabilis : neque pariter per creaturam naturalis forma Creatoris intelligi potest : nam ne alia quidem ulla natura alteram in semetipsa repræsentat. Quin etiam illud sequitur, ut Pater sit sine substantia, nisi verum sit illud, quod hæretici C negant, ipsum habere characterem substantiæ. Præterea invisibilis, et incompositus, et figura carens Deus imaginem habere non potest, qualem ipsi describunt, quæ scilicet ad imitationem facta fuerit. Horum autem commenta manifeste enervat etiam quod subjicitur, et sic se habet : *Non rapinam* (87) *arbitratus est esse se æqualem Deo*. De naturali vero imagine Moyses quoque sic loquitur : *Adam* (88) *genuit Seth secundum formam suam*. Neque vero fuit Seth alterius necessario substantiæ, habita ratione ad Adamum ; et tamen imaginem (89) vocavit formam, et similitudinem substantiæ. At de homine quoque, inquiunt, scriptum est (90), eum esse imaginem, et gloriam Dei. Sed nullo in loco, o suavissimi, de homine, aut de alia ulla creatura scriD ptum est, eam esse splendorem gloriæ Dei, et characterem substantiæ. Aliud autem est, hominem esse imaginem Dei, id est rem fabrefactam architecti esse imaginem, sicut sella est imago fabri; ait enim Salomon : *Per analogiam* (91) *creaturarum Conditor cernitur*. Aliud vero est, per identitatem formæ, essentiæ, et æternitatis, splendorem esse

(87) *Non rapinam*. Philipp. II, 6.

(88) *Adam*. Gen. V, 3. Græca editio pro, εἰδέαν habet, ἰδέαν. Sensum tamen potius quam verba citat Didymus : quæ, cum clarius reddant quod ipse subjungit, hic affero : Ἔζησε δὲ Ἀδὰμ διακόσια καὶ τριάκοντα ἔτη, καὶ ἐγέννησε κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Σήθ, id est · *Vixit vero Adam* CCXXX *annos, et genuit secundum formam suam, et secundum imaginem suam, et nominavit nomen ejus Seth*.

(89) *Imaginem*. Ex hac voce conjicere licet, librarium nostrum in Genesis loco ante allato omisisse verba illa, καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, id est, *et secundum imaginem suam*.

(90) *Scriptum est*. I Cor. XI, 7.

(91) *Per analogiam*. Sap. XIII, 5.

Digitized by Google Распознавание текста

gloriæ, et characterem hypostaseos, sive substantiæ in Patre subsistentem, et veracissimum. Inquit enim ipse : *Qui vidit* (92) *me, vidit Patrem :* at vero qui vidit hominem, non vidit Deum, sicut qui vidit sellam, non vidit fabrum. Verum necesse etiam est, ut unius invisibilis Dei illa una invisibilis imago sit, non vero visibilis homo, qui est ad imaginem (93). Igitur Filius neque alteri **43** similis est; scriptum est enim : *Quis* (94) *assimilabitur Domino in filiis Dei ?* neque Patri suo dissimilis est : ait enim : *Ego* (95) *et Pater unum sumus.* Qui vero creatam in ipso comminiscuntur imaginem, Nabuchodonosori (96) similes sunt, qui manufactam, et inanimatam imaginem conflavit, ut adoraretur (97). Adamum porro ob inobedientiam e paradiso Deus merito ejecit. Latronem vero, et cum ipso Adamum, et universum nostrum genus illuc Filius introduxit (98), utpote ei, qui expulerat, omnino æqualis deitate, et bonitate, et dominatione. Ubinam vero scriptum legitur (99), Patrem, habita ad suum Unigenitum ratione, esse asyncritum, hoc est, incomparabilem ? aut omnium conditorem, ac judicem Filium ejus spectata ipsius divina, et infinita, et ab omnibus rebus segregata natura creaturam esse? aut omnino aliquando eum non exstitisse? aut ubinam specialim dixit vel Pater : Creavi mihi Filium; vel Filius : Creatus sum a Patre? quod auditu, nedum dictu horrendum est, et omnino fugiendum. Nusquam porro hæc in tota divina, et a divino Spiritu inspirata Scriptura inveniuntur. E contrario autem quæcunque de sua deitate dixit Unigenitus, ea omnia sunt Filii semetipsum comparantis Patri, et unum cum illo, ejusdemque bonoris dignum se demonstrantis. Quin spectata cœlesti infinita generatione, quam nihil omnino exprimere, ac repræsentare valet, neque τέκνον, id est *Natus*, neque παιδίον, id est *puerulus*, neque γέννημα, id est *genimen* (1), unquam dictus fuit : ne scilicet aliquid humile imaginetur quis, aut quod prædictis eorum blasphemiis artificiose confictis suspicionem præbeat. Verum Υἱός, id est *Filius*, dicitur, ob perfectam atque æternam generationem, eamdemque plane cum Patre naturam. Omnia vero illa quæ nonnulli respectu divinitatis **44** humilia esse putant, ut et illud : *Qui misit me Pater* (2), *major me est*, in sacris libris divinitus dictata, ac scripta sunt ob benignam atque ineffabilem ipsius incarnationem, quæ propter nos, et pro nobis facta est : propter quam etiam scriptum fuit, eum angelis minorem factum esse, juxta Apostolum in Epistolis suis inquientem : *Eum autem* (3), *qui modico quam angeli, minoratus est, videmus Jesum, propter passionem mortis.* Ego igitur puto, nec omnino fallor, illum de Patre, et de se ipso, ut bonitatem utriusque, et consubstantialitatem ostenderet, dixisse : *Aut facite* (4) *arborem bonam, et fructum ejus bonum : aut facite arborem malam, et fructum ejus malum. Siquidem ex fructu*, inquit, *arbor cognoscitur.*

A τὸν καὶ ὁμότιμον ἀποφαίνοντος· ἀλλ' οὐδὲ τέκνον ἢ παιδίον ἢ γέννημα εἴρηται πώποτε κατὰ τὴν ἄνω ἄπειρον γέννησιν ἣν οὐδὲν τὸ παράπαν χαρακτηρίσαι δύναται· ἵνα μή τι μικρὸν ἢ ὑπόνοιαν παρέχον ταῖς προλεχθείσαις αὐτῶν σεσοφισμέναις βλασφημίαις φαντασθείη τις· ἀλλ' Υἱὸς διὰ τὸ τέλειον καὶ τὸ ἀνάρχως γεννηθῆναι, καὶ τὸ πρὸς τὸν Πατέρα τῆς φύσεως ἀπαράλλακτον. Ὅλα δὲ τὰ νομιζόμενα παρά τισιν εἶναι πρὸς θεότητα μικρά, καὶ τὸ, *Ὁ πέμψας με Πατὴρ μείζων μού ἐστι*, διὰ τὴν φιλάνθρωπον καὶ ἄῤῥητον [18 *b*] ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ, τὴν δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν γενομένην, ταῖς ἱεραῖς κεχρησμῴδηται βίβλοις· δι' ἣν καὶ ἀγγέλων ἠλαττῶσθαι γέγραπται, κατὰ τὸν Ἀπόστολον ἐπιστείλαντα· *Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου.* Ἐγὼ οὖν οἶμαι καὶ οὐ πάντως διασφάλλομαι, ὅτι περὶ τοῦ Πατρὸς καὶ ἑαυτοῦ εἶπε, τὴν ἀμφοῖν δεικνὺς ἀγαθότητα καὶ ὁμοουσιότητα· *Ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ καλὸν, ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον σαπρὸν καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ σαπρόν· ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ*, φησὶ, *τὸ δένδρον γινώσκεται.*

B

CAP. XVII (5).

Quoniam vero ex his qui Deo bellum inferunt,

C

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Ἐπειδὴ δὲ θεομαχοῦντες οἱ μὲν σὺν τῷ Υἱῷ καὶ

(92) *Qui vidit.* Joan. XIV, 9.
(93) *Ad imaginem.* Vide not. 68, pag. 9.
(94) *Quis.* Psal. LXXXVIII, 7.
(95) *Ego.* Joan. X, 30.
(96) *Nabuchodonosori.* Codex, Ναβουχοδονοσωρ, cum ω, et sine accentu. Græcæ Bibliorum editiones, aliæ, Ναβουχοδονόσορ, aliæ, Ναβουχοδονόσωρ.
(97) *Ut adoraretur.* In Græco, προσκυνεῖσθαι, pro, ὡς προσκυνεῖσθαι· quæ ellipsis Græcis scriptoribus familiaris est.
(98) *Introduxit.* Nempe in regnum cœlorum; quod barbaro, ex Persica scilicet lingua ducto, *Paradisi* nomine a Græcis Patribus passim vocari norunt theologi. Salutem itaque Adami, quem a Christo ad inferos descendente liberatum ait Augustinus in epistola 164, *ad Evodium*, indicat his verbis Didymus Tatianum tacite vellicans, qui primus ταύτην βλασφημίαν id est, *hanc blasphemiam*, quemadmodum Irenæus lib. I, cap. 31, loquitur, excogitavit, ut Adamum inter damnatos ac reprobos numeraret.
(99) *Legitur.* Eunomianos, sive Anomœos carpit, qui cum *homousii* vocem ideo respuerent, quod in Scriptura non legatur, plura tamen de Filio imple affirmabant, quæ in Scriptura neque quoad verba, neque quoad sensum reperiuntur.
(1) *Genimen.* Ea locutio, qua Filius diceretur Patris γέννημα, id est *genimen* seu *germen*, parum nonnullis Patribus probabatur, ut constat ex Gregorii Nysseni libro tertio *contra Eunomium* pag. 105.
(2) *Qui misit.* Joann. XIV, 28, ubi tamen non legitur, Ὁ πέμψας με, sed : Ὅτι ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστι, id est, *quia Pater meus major me est.*
(3) *Eum autem.* Hebr. II, 9.
(4) *Aut facite.* Matth. XII, 33.
(5) *Cap. XVII.* Primam Dei creaturam non esse

Digitized by Google Распознавание текста

τὸ ἅγιον Πνεῦμα τὸ πρῶτον κτισμα εἶναι λέγειν τολ- A
μῶσι· Μακεδόνιος δὲ τὸ Πνεῦμα μόνον· ἐπ' ἐκείνους
μὲν τὸ βάρος τοῦ ἐπιμνησθῆναι τῶν τοιούτων ἀπο-
νενοημένων καὶ κατακρίτων ῥημάτων τρέψειεν ἡ
ἁγία καὶ ὁμοούσιος Τριάς· ἡμεῖς δὲ ὑποδείξομεν,
τὰς θείας παρατιθέμενοι Γραφὰς, τὸ πρῶτον κτίσμα
τοῦ Θεοῦ οὕτω γεγενῆσθαι. Πρῶτον κτίσμα ἐπαρθὲν
ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐρρίφη ὡς ἀστραπὴ, καθὰ αὐτὸς ὁ
κτίσας καλῶς καὶ ὕστερον δικαίως ῥίψας ἐν Εὐαγγε-
λίῳ ἐθεώρησε· λέγει δὲ οὑτωσὶ παρὰ τῷ Ἰώβ·
*Ἀλλ' ἰδοὺ θηρίον παρὰ σοὶ χόρτον ἴσα βουσὶν
ἔσθιον· ἰδοὺ ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ ἐν ὀσφύϊ, ἡ δὲ δύ-
ναμις αὐτοῦ ἐπ' ὀμφαλοῦ γαστρός. Ἔστησεν
οὐρὰν ὡς κυπάρισσον, τὰ δὲ νεῦρα αὐτοῦ συμ-
πέπλεκται· αἱ πλευραὶ χαλκαῖ, ὁ δὲ νῶτος αὐ-
τοῦ σιδηροῦς χυτός. Τοῦτό ἐστιν ἀρχὴ πλά- B
σματος Κυρίου* [19 *a*] *πεποιημένον ἐγκατα-
παίζεσθαι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων.* Ὥστε τὸν διάβολον
πρῶτον κτίσμα εἶναι λέγει, ἑαυτὸν ποιήσαντα ἐγκα-
ταπαίζεσθαι ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, διὰ τὸ ἀνόσιον
αὐτοῦ καὶ κακόβουλον τῆς προαιρέσεως. Οὐκ ἂν δὲ
μετ' αὐτὸν ὁ Υἱὸς, ὁ καὶ τοῦτον δημιουργήσας οὔτε
μὴν τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐκτίσθη.

alii quidem cum Filio Spiritum quoque sanctum esse primam creaturam audent dicere; Macedonius autem Spiritum sanctum duntaxat: in illos quidem fastidium, quod stulta hujusmodi, et damnata deliramenta commemorantes afferunt, vertat sancta et consubstantialis Trinitas; nos autem divinas Scripturas in medium afferendo, primam Dei creaturam sic factam esse ostendemus. Prima creatura superbia elata, ex cœlo ejecta est ut fulgur, sicut ille ipse qui eam præclare creavit, ac jure postea expulit, in Evangelio (6) vidisse se dicit. Sic autem loquitur Scriptura apud Jobum: *Sed ecce* (7) *fera apud te, fenum sicut boves comedens. Ecce fortitudo ejus in lumbis; virtus autem illius in umbilico ventris. Erexit caudam sicut cypressum, nervi autem ejus perplexi sunt. Costæ æreæ, dorsum autem ipsius ferrum fusum. Hoc est principium formationis Dei, factum ut illudatur ab angelis.* Itaque primam creaturam dicit esse diabolum, qui se ipsum a sanctis angelis, ob suam pravitatem, et malam voluntatem, fecit illudi. Post ipsum (8) autem 45 neque Filius, qui illum etiam creavit, neque vere ipse Spiritus Dei creatus fuisse dicendus est.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

*Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. Καὶ ὅτι διὰ τὸ ταὐτὸν
τῆς οὐσίας τὰ αὐτὰ ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ὑπο-
στάσεσιν ὀνόματα λέγονται, πάρεξ τῆς πατρό-
τητος καὶ υἱότητος, καὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ
Πνεύματος· τοῦτο γὰρ ἴδιον ἑκάστης ὑποστά-
σεως ἰδικῶς. Καὶ ὅτι ποτὲ ὁ Πατὴρ, ποτὲ ὁ
Υἱὸς, ποτὲ τὸ Πνεῦμα προστάσσεται. Καὶ ὅτι C
καὶ τὸ τριαδικὸν καὶ τὸ μοναδικὸν ἐν τῇ Γραφῇ
δείκνυται.*

CAP. XVIII.

De sancta Trinitate. Et ob identitatem essentiæ eadem de ambabus personis nomina dici, excepta paternitate, et filiatate, et processione Spiritus: hæc enim singularum peculiariter personarum propria sunt. Et modo Patrem, modo Filium, modo Spiritum primo loco nominari (9). *Et in Scriptura cum trinitatem, tum unitatem Dei demonstrari.*

Ἐκ πάντων δὴ οὖν τῶν εἰρημένων συνέστη ὡς τὰ
ἐκείνων παντοίως ἀλλότρια τῆς ἀληθείας ὄντα τυγχά-
νει. Σοφιστείας γὰρ ἔργον τὸ εὐρεσιλογεῖν· σοφίας
δὲ τὸ μετ' αἰδοῦς καὶ τῆς ἐναρμοττούσης ἀποδοχῆς
διερευνᾷν τὰς Γραφάς. Ἀναγκαῖον δὲ λοιπὸν, τὰς
ἀπειθάνους αὐτῶν συρφετολογίας καὶ διαμάχας παρ-
ελθόντας καὶ τῷ νοητῷ ποτίμῳ ὕδατι τοῦ ἁγίου
Πνεύματος τὰς ἀλμυρὰς, τὸ δὴ λεγόμενον, ἀποκλυ-
σαμένους ἀκοὰς ἐπιδείξαι, ὅτι περ αἱ Γραφαὶ διὰ τὸ
ταὐτὸν τῆς θεότητος ποτὲ μὲν μίαν τῶν θείων ὑπο-
στάσεων, ποτὲ δὲ τὰς τρεῖς ὀνομάζουσιν· καὶ ἑκάστῃ
αὐτῶν ὁμοίως τὸ ἀγαθὸν ἀπονέμουσιν· ὡς ὅτ' ἂν
λέγῃ Μωϋσῆς· *Ἄκουε, Ἰσραήλ· Κύριος ὁ Θεός* D

Ex his porro omnibus, quæ dicta sunt, omnino aliena esse constat a veritate, quæ ab illis affirmantur; sophistæ (10) enim proprium est verba loquaciter fundere (11); sapientis vero est, cum verecundia, et convenienti quæstu (12) Scripturas perserutari. Necesse autem est, ut deinceps ineptas eorum, sordidasque ratiocinationes contentionesque prætereuntes, ac mystica sancti Spiritus poculenta (13) aqua salsas, ut dici solet, aures abstergentes, ostendamus, Scripturas ob identitatem deitatis aliquando quidem unam ex divinis personis, aliquando vero tres nominare, et unicuique ipsarum eodem modo bonitatem attribuere. Ut cum

Filium, nec Spiritum sanctum, ostendit in hoc capite contra Eunomianos ac Macedonianos.

(6) *In Evangelio.* Luc. x, 18. *Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem.*

(7) *Sed ecce.* Job xl, 10, 11, 12, 13 et 14. Complutensis editio habet: Ἀλλὰ δὴ ἰδοὺ θηρία . . . ἐσθίει· ἰδοὺ δὲ . . . ἐπ' ὀσφύϊ . . . αἱ πλευραὶ αὐτοῦ πλευραὶ χάλκειαι· ἡ δὲ ῥᾳχις αὐτοῦ σίδηρος . . . τοῦτ' ἔστιν. . . . ἀγγέλων αὐτοῦ. In Passioneiano autem apographo pro χαλκαί, malim legere, χαλκαῖ.

(8) *Post ipsum.* Similia habemus libro iv *contra Eunomium*, tom. I Operum Basilii, pag. 288.

(9) *Primo loco nominari.* Pro, προστάσσεται, lego, προτάσσεται.

(10) *Sophistæ.* In Græco, σοφιστείας. Hæc autem vox Polluci, apud quem legitur etiam σοφιστία, inelegans videtur ac barbara. Sed tam delicatis auribus non erat theologus noster, ut hæc quasi absona vitaret. Vide segm. 70 *a*.

(11) *Fundere.* Notandum antithetum in vocibus σοφιστείας, et σοφίας. Pro εὐρεσιλογία vero Clemens Alexandrinus εὑρησιλογίαν dixit in octavo *Stromatum*, pag. 924. Ibi enim legitur: καὶ τὰς ἀγοραίους εὑρησιλογίας, id est, ut Latina translatio habet, *et forenses sermonum inventiones*: quæ tamen interpretatio mihi quidem minus arridet.

(12) *Quæstu*, aut, si cui magis placeat, *interpretatione.*

(13) *Poculenta.* Respicit, opinor, illud Pauli in I Cor. xii, 13: *Omnes in uno Spiritu potati sumus.*

Digitized by Google Распознавание текста

ait Moses : *Audi* (14), *Israel : Dominus Deus tuus, Dominus unus est.* Per vocem, *unus*, unam indicans deitatem : per vocem vero *Dominus*, deinde *Deus*, et rursus *Dominus*, Trinitatem significans : a qua hominibus omne mundanum, et supramundanum (15) bonum fuit, atque erit. Et rursus : *Dixit* (16) *Deus : Fiat firmamentum. Et fecit Deus firmamentum. Et vidit Deus, quod esset bonum.* Animadvertendum est, hoc in loco et tres personas nominari, et unamquamque Deum vocari, et consensionem, atque cooperationem demonstrari cum illius, qui dixit, tum illius qui fecit, tum 46 illius qui laudavit. Et rursus : *Præcipit* (17), inquit, *Deus Moysi dicens : Loquere Aaroni et filiis ejus : Sic benedicetis Israelem. Benedicat te Dominus, et custodiat te. Ostendat Dominus faciem suam super te, et misereatur tui. Elevet Dominus vultum suum super te, et det tibi pacem.* Ut tres indicaret personas, non dixit semel : *Dominus benedicat te, et ostendat tibi, et det tibi pacem :* sed ter *Dominum* nominavit. Simili modo prophetant, Aggæus quidem ex persona Patris divinam (18) sententiam proferens, quæ sic se habet : *Confortare* (19), *Zorobabel, quoniam ego vobiscum sum, et Verbum meum bonum, et Spiritus meus in medio vestri :* Isaias autem ab hypostasibus æquali honore dignis, ac per ne perfectis missionem æque honorificam factam fuisse dicens, paucisque verbis omnem ipsarum communionem demonstrans, et clamans : *Et nunc* (20) *Dominus Dominus misit me, et Spiritum suum* (21) : Nec enim frustra bis nominans dixit, *Dominus Dominus*, et postea, *Spiritum suum :* sed ut cum personas, tum unam deitatem ac voluntatem denotaret. David vero (nam ipse quoque hujusmodi capitulo suffragatur [22]) et cantu

σου, Κύριος εἷς ἐστιν. Διὰ τοῦ εἰπεῖν εἷς δηλώσας τὴν μίαν θεότητα· διὰ δὲ τοῦ Κύριος, εἶτα Θεὸς καὶ πάλιν Κύριος, τὴν Τριάδα σημάνας· παρ' ᾗ πᾶν ἐγκόσμιον καὶ ὑπερκόσμιον ἀγαθὸν ὑπῆρξεν καὶ ὑπάρξει τοῖς ἀνθρώποις. Καὶ πάλιν· *Εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω στερέωμα. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα. Καὶ ἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλόν.* Σημειωτέον, ὅτι καὶ τρεῖς ὑποστάσεις, καὶ ἑκάστη Θεὸν ὀνομάζει, καὶ τὴν συμφωνίαν καὶ τὴν συνεργίαν δείκνυσι τοῦ εἰπόντος καὶ τοῦ [19 *b*] ποιήσαντος καὶ τοῦ ἐπαινέσαντος. Καὶ πάλιν, *Προστάττει*, φησὶν, *ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσῇ λέγων· Λάλησον Ἀαρὼν καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ· Οὕτως εὐλογήσετε τὸν Ἰσραήλ· Εὐλογήσαι σε Κύριος, καὶ φυλάξαι σε. Ἐπιφάναι Κύριος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ σὲ καὶ ἐλεήσαι σε. Ἐπάραι Κύριος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ σέ· καὶ δῴη σοι εἰρήνην.* Ἵνα δηλώσῃ τρία πρόσωπα, οὐκ εἶπεν ἅπαξ· *Κύριος εὐλογήσαι σε, καὶ ἐπιφάναι σοι καὶ δῴη σοι εἰρήνην·* ἀλλὰ τρίτον ὠνόμασεν *Κύριον*. Καὶ ὡς ἡνίκα προφητεύουσιν· Ἀγγαῖος μὲν θεόχρηστον ἐκ προσώπου τοῦ Πατρὸς φέρων φωνὴν οὕτως ἔχουσαν· *Ἴσχυε, Ζοροβάβελ, διότι ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι· καὶ ὁ Λόγος μου ὁ ἀγαθὸς, καὶ τὸ Πνεῦμά μου ἐν μέσῳ ὑμῶν·* Ἡσαΐας δὲ ἐξ ὁμοτίμων τῶν αὐτοτελῶν ὑποστάσεων ὁμότιμον τὴν ἀποστολὴν γεγενῆσθαι λέγων καὶ ἐν ὀλίγῃ ῥήσει πᾶσαν κοινωνίαν αὐτῶν ἐνδεικνύμενος καὶ βοῶν· *Καὶ νῦν Κύριος Κύριος ἀπέσταλκέν με καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ.* Οὐ γὰρ ἁπλῶς δεύτερον ὠνόμασεν, *Κύριος Κύριος* καὶ οὕτω *τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ·* ἀλλ' ἵνα καὶ τὰς ὑποστάσεις καὶ τὴν μίαν δηλώσῃ θεότητα καὶ θέλησιν. Δαυὶδ δὲ (καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἀρήγει τῷ τοιῷδε κεφαλαίῳ) καὶ ᾠδῆς ἔμπλεα πάντα ποιεῖ καὶ ἐκφαίνει, ὅπη πίστεως ἔσχε, κατὰ τάσδε τὰς λέ-

(14) *Audi.* Deuter. VI, 4. Græca editio pro ὁ Θεός σου, habet, ὁ Θεὸς ἡμῶν, id est *Deus noster.*

(15) *Mund. et supramundanum.* Id est, naturale, et supernaturale.

(16) *Dixit.* Gen. I, 6-8. Plura intermedia verba omittit Didymus.

(17) *Præcipit.* Numer. VI, 22-26. Græca editio : καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν λέγων... αὐτοῦ λέγων· Οὕτως εὐλογήσετε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, λέγοντες αὐτοῖς· Εὐλογήσαι, κ. τ. λ.

(18) *Divinam.* Sive, Deo afflante prolatam, aut potius, a Deo editam : ut non omnino idem valeat θεόχρηστος, atque θεόπνευστος. Etenim χρᾶν est *responsa dare*, ut homines divinitus inspirati faciunt. Unde χρησμὸς, χρηστήριον, χρησμῳδία, θεόχρηστος, et similia.

(19) *Confortare.* Agg. II, 5 et 6. Sensum potius, quam verba recitat Didymus. Ac sane verba illa, καὶ ὁ λόγος μου ὁ ἀγαθός, id est, *et Verbum meum bonum*, in nulla ex Græcis editionibus leguntur. Didymus tamen ea citat alibi, nempe segm. 54 *b*, tanquam ex Scriptura deprompta. Græca porro Complutensis editio hoc in loco sic habet : Κατίσχυε, Ζοροβάβελ,.... διότι μεθ' ὑμῶν εἰμι..... τὸ ῥῆμα ὃ διεθήκα πρὸς ὑμᾶς (aliæ editiones habent, ὁ λόγος, aliæ, τὸν λόγον ὃν διεθέμην ὑμῖν).... καὶ τὸ Πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν.

(20) *Et nunc.* Isai. XLVIII, 16. Complutensis editio habet : Καὶ νῦν Κύριος ὁ Θεὸς ἀπέστειλέ με. Vocem vero, Κύριος, repetitam habet versiculo sequenti : Οὕτως λέγει Κύριος, Κύριος. Ast editio Francofurtensis anni 1597 iteratam dictionem Κύριος, habet in 16 versiculo, ut Didymus : cujus lectio Hebraico fonti magis consentanea est, in quo legitur nomen *Adonai* junctum nomini tetragrammato.

(21) *Spiritum suum.* Cum Græca duplicem possint habere significationem, ac verti queat tum, *Spiritus ejus*, ut habet Vulg. interpres, tum *Spiritum suum*, ego eam interpretationem hic sequor, quæ Didymo ipsi arrisit, ut apparet ex lib. *De Sp. sancto*, num. 26. Ibi enim hæc legimus : « Ineffabili itaque, et sola fide noto sermone credendum est, Salvatorem dictum esse exisse a Deo, et Spiritum veritatis a Patre egredi, loquente : *Spiritus qui a me egreditur.* Cum enim dicere posset, *de Deo*, sive *de Domino*, sive *de Omnipotente*, nihil horum tetigit, sed ait, *de Patre.* » [Quæ cum in editis libris manca sint, supplenda sunt ex codice ms. nostræ bibliothecæ S. Salvatoris Bononiæ in quo post voces, *a Deo*, legitur : « et Spiritum veritatis a Patre egredi loquente : *Spiritus qui a me egreditur.* Et pulchre. *Qui de Patre*, inquit, *egreditur.* Cum enim etc.]..... Salvatore quoque per prophetam loquente [sicut manifestum esse poterit ei, qui totum perlegerit locum] : *Et Dominus misit me, et Spiritum suum.* Siquidem non solum Filium, sed et Spiritum mittit Deus. »

(22) *Suffragatur.* Codex, ἀρηγείτω. Sed manifestum mendum sustuli.

Digitized by Google Распознавание текста

ξις· ἐν μὲν ιζ' ψαλμῷ· *Τίς θεὸς πάρεξ τοῦ Κυρίου; Καὶ τίς θεὸς, πλὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ὁ θεὸς ὁ περιζωννύων με δύναμιν.* Ἐν δὲ μη'· *Σὺ, ὁ Θεὸς, ἀντιλήπτωρ μου εἶ. Ὁ Θεός μου, τὸ ἔλεος αὐτοῦ προφθάσει με· ὁ Θεός μου δείξει μοι ὑπὲρ τοῖς ἐχθροῖς μου·* ἐν δὲ ζε'· *Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινόν· ᾄσατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ· ᾄσατε τῷ Κυρίῳ· εὐλογήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ.* [20 *a*] Τρίτον γὰρ ὀνομάσας, ἢ Κύριον, ἢ Θεὸν, τὴν Τριάδα παρεδήλωσεν. Ἀλλὰ καὶ Ἄννα εἰς τὰς Βασιλείας προσευχομένη, τὴν Τριάδα ἐπεκαλέσατο, εἰποῦσα· *Ἀδωναὶ, Κύριε, Ἐλωεὶ Σαβαώθ·* ἑρμηνεύεται γὰρ τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ τὸ, Ἀδωναὶ, Κύριος· καὶ πάλιν Ἑλλάδι φωνῇ εἶπε, Κύριος· καὶ τρίτον Ἑβραΐστὶ ἔφη, Ἐλωεὶ Σαβαὼθ, ὅπερ ἐστὶ, *Θεὸς στρατιῶν*, ἤτοι *δυνάμεων*. Ἤδη δὲ νῦν

A omnia replet, et, quæ illius esset fides, declarat his verbis : in psalmo quidem XVII : *Quis Deus* (23) *præter Dominum, et quis Deus præter Deum nostrum? Deus qui præcinxit me virtute.* In LVIII autem : *Tu Deus* (24) *susceptor meus es; Deus* 47 *meus, misericordia ejus præveniet me. Deus meus ostendet mihi in inimicis meis.* In XCV autem : *Cantate* (25) *Domino canticum novum, cantate Domino, omnis terra. Cantate Domino : benedicite nomen ejus.* Ter enim nominando aut Dominum, aut Deum, Trinitatem significavit. Sed et Anna in Regnorum libris orans, Trinitatem invocavit, cum dixit : *Adonai* (26), *Domine, Elohi Sabaoth.* Hebraica enim vox, Adonai, vertitur *Dominus* (27), et rursus Græca voce dixit, Κύριος, hoc est, *Dominus*, et

B tertio Hebraice (28) dixit : Elohi Sabaoth, quod est,

(23) *Quis Deus.* Psal XVII, v. 34 et 35 (seu 32 et 33). Pro, καὶ τίς, Græca editio habet, ἢ τίς, id est, *aut quis.*

(24) *Tu Deus* Psal. LVIII, 10 et 11.

(25) *Cantate.* Psal. XCV, 1 et 2.

(26) *Adonai.* I Reg. I, 11. Complutensis editio pro his quatuor vocibus, binas tantum habet, ut Hebræum exemplar, Κύριε Σαβαώθ. Nonnullæ vero aliæ editiones habent, ut legit Didymus : in his tamen scribitur Ἀδωναΐ, et Ἔλωΐ cum iota simplici.

(27) *Dominus.* Recte Didymus. Nam quamvis nomen יהוה, quod hic habet Hebræum exemplar, aliter vertendum sit; cum tamen Hebræi sacrosanctum illud nomen pronuntiare non auderent, usus obtinuit, ut ejus loco aliud a Christianis etiam pronuntiaretur, plerumque scilicet subrogaretur nomen אדני *Adonai*, quod reipsa valet *Dominus*.

C (28) *Hebraice.* Utrum Didymus Hebraicæ linguæ peritus fuerit, non videtur certo definiri posse. In ejus libro *De Spiritu sancto*, num. 15, hæc leguntur : « Quod si e diverso opposuerint [editi libri habent, *opposuerit*, sed legendum esse, *opposuerint*, ut habet noster codex, ex toto sermonis decursu patet], manifeste de Spiritu sancto hæc dici, quia inferatur ad creationem Spiritus illud, quod sequitur : *Et annuntians in homines* [edita exemplaria habent, *in omnes homines* : sed vocem illam, *omnes*, codex noster non habet, ac eam merito Vallarsius expungendam conjecit] *Christum suum* [in Hebræo habetur : *Annuncians in hominem*; cod. noster : *Et annuntians in hominibus*] *loquelam suam.* » Porro hæc verba : *In Hebræo habetur*, et reliqua, Jacobus Basnagius ab interprete Hieronymo addita esse affirmat. *Deinde vero* (inquit ipse tom. I *Lect. antiqq.*, Canisii p. 202), *aliquoties confugit ad textum Hebraicum, Didymo penitus ignotum.... observabat optime Hieronymus hæc* D *in Hebræo non legi.* Vide heterodoxi hominis miram confidentiam hoc in loco. Primum affirmat, a S. Hieronymo adjecta dicenda esse ea verba : *In Hebræo*, etc., si Hebraicam linguam Didymus ignoravit. Deinde *textum Hebraicum Didymo penitus ignotum fuisse :* quasi homo Alexandrinus Hebraicæ linguæ peritus esse omnino non potuerit. At quibus hæc argumentis probat Basnagius ? Αὐτὸς ἔφα, *Ipse dixit.* Hoc satis superque esse debet. Mihi quidem, ut verum fatear, tanta confidentia non satis probatur : sed brevis adnotationis angustiæ me liberius vagari non patiuntur : itaque perpauca hæc subjunxisse sufficiat. Quod spectat ad primum, præ manibus habebat Didymus Aquilæ, Symmachi, ac Theodotionis translationes, eisque utebatur, ut constat e segm. 163 *a* hujus operis, et ex aliis, qui supersunt, illius libris, et fragmentis, utique aperte testatur Hieronymus in secundo *adversus Rufinum*. Quod attinet ad alterum, illud tantum tanquam certum ausim asseverare, quotiescunque Hebraicas voces in hoc opere transfert Didymus, genuinam atque accuratam esse eam, quam affert, interpretationem, ut videre licet non tantum in hoc loco, sed etiam segm. 193 *a*, in voce *Osanna*; segm. 40 *a*, in vocibus *Bar Jona*; segm. 216 *b*, in voce *Abba*, etc. Quin imo id ipsum in ejus libro *adversus Manichæos* observavi, ubi agit de voce *Satanas*. At quæ in libro *De Spiritu sancto*, num. 44, scribit ipse de voce *Israel*, quæque ab Hieronymo adjecta esse neminem dicturum puto, in causa sunt, ut non certum quidem, probabilius tamen mihi videatur, Didymum Hebraicæ linguæ valde peritum non fuisse. Sed Vallarsius quoque in notis ad eum Didymi locum, pag. 123, verba illa : *In Hebræo*, et cætera, ab Hieronymo adjecta censet : nullam tamen rationem non affert, ut Basnagius. *Adnotationem*, inquit, *ex Hebræo non ex Didymi ingenio, qui Hebraicas litteras penitus ignorabat, sed utique ex Hieronymo profecisse, mihi persuadeo. Nam S. quoque Ambrosius, qui lib.* II De Spiritu sancto *huic ex Amosi loco objectioni respondet, hanc apud Didymum solutionem ex Hebræo se indicat non legisse, cum illam omnino dissimulet.* Ita vir clarissimus. Sed ejus conjectura tanti ponderis esse non videtur, ut ob illam Hieronymum interpretem Didymi non fidelem habere coganur ; fidelis enim sane non fuisset, si quid de suo addidisset, præsertim cum ea de re lectorem in Præfatione non moneat. Non quæram nunc, an S. Ambrosius aliqua e Didymo revera mutuatus sit ; consentientes enim hac in re viros doctissimos video : quin Rufinus ipse, libro II *in Hieronymum*, etsi Ambrosium, quem ab Hieronymo ipso suggillatum putabat, quodammodo tueatur, id tamen non denegat. Ne illud quidem quæram, an S. Hieronymus S. Ambrosium acriter ac mordaciter carpat, quasi multa ex Didymo *furatum*, etsi ægre adducar ut id credam, quidquid hac de re senserit Rufinus in Hieronymum exacerbatus. Illud tantum dicam, quamvis plura ex Didymo Ambrosium deprompsisse concedamus, non omnia tamen eum describere voluisse, quæ Didymus dictaverat. Didymus quidem objectum ab hæreticis prophetæ capitulum : *Creans Spiritum, et annuntians... Christum suum*, ita explicat, ut *spiritus* nomine *ventum* intelligat. At Ambrosius *spiritus* nomine Christi quoque *animam* accipi ibi posse contendit : nulla itaque ipsum necessitas adigebat, ut lectorem moneret, pro *Christum suum*, in Hebræo legi, *loquelam suam*. Quin imo eumdem forsitan sensum esse censuit Ambrosius, sive legas, *Christum suum*, sive legas *loquelam suam*, aut *Sermonem suum*, aut, *Verbum suum*, id est, Filium : cum Didymo e contrario alius videatur sensus, si legas, *Christum suum*, alius vero, si legas, *loquelam suam*.

Digitized by Google Распознавание текста

o Deus exercituum, aut *virtutum*. Quin et Elias Thesbites in tertia Regnorum historia (29), **48** cum orasset, ut mortuum Sidoniæ viduæ filium ad vitam revocaret, ter in ipsum insufflavit, et postea illum resuscitavit : atque ita non modo ostendit se in oratione vivificam Trinitatem invocavisse, sed et nos docuit, non aliam nostram aut fidem, aut in reddenda Deo gloria formulam esse debere. Cum vero iis, qui aquam portabant, præcepit : *Iterum* (30) *hoc facite;* et : *Tertio hoc facite*, tres hasce omnibus hymnis dignas personas æquali vi ubique in omnibus operari, et æqualiter honorandas esse indicavit. Quod si vobis placet, ex divina quoque voce rursus id ipsum, de quo agitur, vobis notum faciam. Nam cum turris, ut est in libro Genesis, ædificaretur, Deus et Pater beatas personas manifestavit, ita Filium suum, et sanctum ejus Spiritum alloquens : *Venite* (31), *descendamus, confundamus ibi linguas eorum, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui.* Moyses autem ad ostendendam, ut opinor, Trinitatis æqualitatem, unam vitem exposuit in tribus propaginibus (32), nusquam vero alteram propaginem altera profundiorem (33) dixit : ne quis scilicet unam personam altera priorem putet, sed tres ad unam deitatem spectare credamus universi. Qua etiam de causa in altari, in quo Trinitas glorificatur, gradus fieri vetuit divina Scriptura (34) : ne scilicet homines, sicut in gradibus, divinas personas ita definirent, ut alteram altera inferiorem dicerent. In summa Vetus Testamentum Novi typum ferens, mystice, et consultissime loquitur, mysterium hocce, quod postea patefactum fuit, ænigmatice potius multis in locis indicans, quam in uno eodemque (35) explanans, ac simul magis illud explicans, quam obscure indicans : ne scilicet aut eos, qui initiati non erant, quique nondum satis firmi, divinæque cognitionis capaces exsistebant, repentina impressione percelleret, aut omni eos damno afficeret; illud enim esset **49** imperitiæ, hoc autem inhumanitatis. Sæpe vero etiam eorum (36), quæ ex occasione uno in loco nobis dixit ad comprehendendum difficilia, solutionem, explicationemque in alio capitulo præbere consuevit. Novum autem Testamentum non jam tanquam in umbra, et sub velo, sed manifesto, et expresse loquitur, ut testantur ii, quorum verba subjicio. Paulus Romanis quidem scribens : *Siqui-*

A καὶ Ἠλίας ὁ Θεσβίτης ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν ἱστορίᾳ, τῆς Σιδωνίας χήρας τὸν υἱὸν νεκρὸν ὄντα ἀναβιῶναι εὐξάμενος, τρίτον ἐνεφύσησεν εἰς αὐτὸν, καὶ οὕτως ἀνέστησεν· ἐκ τούτου μονονουχὶ σημάνας, ὡς αὐτὸς ἐν τῇ προσευχῇ τὴν ζωοποιὸν ἐπεκαλέσατο Τριάδα, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς μὴ ἄλλως πιστεύειν καὶ δοξάζειν διδάξας. Καὶ τοῖς ὑδροφόροις δὲ παρακελευόμενος, *Διισσεύσατε*, καὶ, *Τρισσεύσατε*, τὰς τρεῖς πανυμνήτους ὑποστάσεις ἰσοδυνάμως καὶ ὁμοτίμως πανταχοῦ ἐν πᾶσιν ἐνεργεῖν παρεδήλου. Εἰ δὲ βούλεσθε, γνώριμον ὑμῖν καὶ ἐκ θείας φωνῆς αὖθις τὸ κινούμενον ποιήσω. Ἐν γὰρ βίβλῳ Γενέσεως, ἐν τῇ πυργοποιΐᾳ, ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τὰς μακαρίας ὑποστάσεις ἐξέφηνεν, πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ Πνεῦμα εἰρηκώς· *Δεῦτε καταβάντες συγχέωμεν ἐκεῖ αὐτῶν τὰς γλώσσας, ἵνα μὴ ἀκούσωσιν ἕκαστος τὴν φωνὴν τοῦ πλησίον.* Καὶ Μωϋσῆς δὲ, τὴν ἰσότητα τῆς Τριάδος, ὡς οἶμαι, δηλῶν, ἐξέθετο μίαν ἄμπελον ἐν τρισὶ πυθμέσι, τοῦτον τοῦ ἄλλου πυθμένος οὐδαμοῦ προβαθέστερον εἰρηκώς· ἵνα μή τις τὴν ὑπόστασιν ταύτην ἐκείνης προτερεύειν νομίσῃ, ἀλλὰ τὰς τρεῖς ἐν μιᾷ συντείνειν [20 *b*] θεότητι πάντες πιστεύωμεν. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ θεόπνευστος Γραφὴ ἐκώλυσεν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, ἐν ᾧ ἡ Τριὰς δοξάζεται, ἀναβαθμοὺς ποιεῖν· ὥστε μὴ ὡς ἐν βαθμοῖς διορίζεσθαι ἀνθρώπους, καθ' ὑφεσίν τινα εἶναι τὰς θείας ὑποστάσεις. Καὶ ἁπλῶς ἡ Παλαιὰ Διαθήκη, τύπον φέρουσα τῆς Νέας, μυστικῶς καὶ προμηθεστάτως διαλέγεται· αἰνιττομένη μᾶλλον ἐν πολλοῖς, ἢ φράζουσα ἐν ταυτῷ· καὶ φράζουσα πλέον, ἢπερ αἰνισσομένη τὸ ὕστερον ἐκφανθὲν μυστήριον· ὅπως μήτε πλήξῃ τῇ ἀθρόᾳ προσβολῇ τοὺς ἀμυήτους, καὶ οὔπω ὄντας σταθερούς τε καὶ δεκτικοὺς τῆς θεοπτίας· μήτε μὴν εἰς τὸ παντελὲς ζημιώσῃ· τὸ μὲν γὰρ ἦν ἀπειρίας, τὸ δὲ ἀπανθρωπίας. Πολλάκις δὲ καὶ ἅπερ τυχὸν ἐνταῦθα ἡμῖν δυσεφίκτως ἔφρασε, δι' ἑτέρας γραφῆς τὴν λύσιν παρέσχετο. Ἡ δὲ Νέα οὐκ ἔτι ὡς ἐν σκιᾷ καὶ παραπετάσματι, ἀλλὰ σαφῶς καὶ διαῤῥήδην φράζει, ὡς μαρτυροῦσιν οὗτοι· Παῦλος γράφων, Ῥωμαίοις μὲν, *Εἴπερ εἷς ὁ Θεός*· Γαλάταις δὲ καὶ Κορινθίοις· *Ὁ Θεὸς εἷς ἐστιν.* Καὶ πάλιν δὲ Κορινθίοις τὸ δεύτερον· *Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν.* Ἐνταῦθα διὰ τὸ ταυτὸν τῆς θεότητος, πρώτου ἐμνημόνευσεν τοῦ Υἱοῦ, καὶ οὕτω τοῦ Πατρὸς, εἶτα τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτοῦ· *ποιᾶν νίαν*

(29) *Historia.* III Reg. XVII, 21. Eodem modo Justinus in *Cohortatione ad Græcos*, num. 31, hunc librum citat. Οὐκ ἀπὸ τῆς τρίτης (inquit) τῶν Βασιλειῶν ἱστορίας; κ. τ. λ. *Nonne ex tertia Regnorum historia?* etc.

(30) *Iterum.* III Reg. XVIII, 34. Complutensis editio habet, Δευτερώσατε, et Τρισσεύσατε. Nonnullæ aliæ, Δευτερώσατε, et Τρισσώσατε.

(31) *Venite.* Gen. XI, 7. Complutensis editio : Δεῦτε, καὶ καταβάντες συγχέωμεν αὐτῶν γλῶσσαν... ἕκαστος τῆς φωνῆς. Nonnullæ aliæ editiones habent ut legit Didymus.

(32) *Propaginibus.* Gen. XI., 9 et 10.

(33) *Profundiorem.* Vox, προβαθύς deest in vulgatis lexicis, aut nullo exemplo illustrata affertur, ut in Patricii lexico.

(34) *Scriptura.* Exod. XX, 26. Eodem plane modo, quo Didymus, hunc Exodi locum accepit auctor *Glossarum in Exodum*, anno 1756, in *Fasciculo anecdotorum* a me editus. *Nihil*, inquit pag. 116, *in Trinitate superius, nihil inferius credendum est, ne gradus faciamus, sicut Arius, dicendo Patre Filium minorem, et Filio Spiritum sanctum.*

(35) *Eodemque.* In Græco, ἐν ταυτῷ, quod sumi etiam potest adverbii instar, ut valeat, *simul*, una, sive, ut Vulg. interpres loqui solet, *in unum*.

(36) 24, *Eorum.* In Græco, ἅπερ, pro ὥνπερ. Vide not. 7 pag. 30.

Digitized by Google Распознавание текста

δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ εἶπε τῆς μιᾶς θεότητος, καὶ δόξης, καὶ βασιλείας· πολλὰ γὰρ ἄλλη ἐπὶ Θεοῦ κοινωνία; Ἐφεσίοις δέ· Εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ πάντων, ὁ [21 a] ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν. Εἶτα τοῖς αὐτοῖς· Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται, ἵνα δῷ ὑμῖν, κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ, δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ, εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις. Ὧδε πάλιν ὁμοίως, διὰ τὸ ἰσότιμον τῶν ὑποστάσεων, μετὰ τὸν Πατέρα, πρώτου τοῦ Πνεύματος, καὶ οὕτω τοῦ Υἱοῦ ἐμνημόνευσεν. Καὶ πάλιν Κορινθίοις· Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος, συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Θεόν. Ἑβραίοις δέ· Εἰ γὰρ ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος ἐγένετο βέβαιος, καὶ πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν· πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα, τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας; Ἥτις ἀρχὴν λαβοῦσα λαλεῖσθαι διὰ τοῦ Κυρίου, ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων, εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη, συνεπιμαρτυροῦντος τοῦ Θεοῦ σημείοις τε καὶ τέρασι, καὶ ποικίλαις δυνάμεσι, καὶ Πνεύματος ἁγίου μερισμοῖς, κατὰ τὴν αὐτοῦ θέλησιν. Διὰ οὖν τοῦ, Κυρίου, δεδήλωται ὁ Υἱός· διὰ δὲ τοῦ, Θεοῦ, ὁ Πατήρ· εἶτα καὶ τὸ αὐτεξούσιον καὶ παντοδύναμον τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Καὶ ὁ Υἱὸς δὲ ἔδειξε, τὴν μὲν μίαν θεότητα, διὰ τοῦ εἰπεῖν, Τί με λέγεις ἀγαθόν; Οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός· τὰς δὲ ἰσοτίμους καὶ ἰσοδυνάμους τρεῖς ὑποστάσεις, διὰ τῆς περὶ τὸ βάπτισμα διδαχῆς· μὴ εἰπὼν δὲ πειραστικῶς ἐξετά-

A *dem* (37) *unus est Deus.* Galatis vero, et Corinthiis : *Deus* (38) *unus est.* Et rursus in secunda ad Corinthios : *Gratia* (39) *Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio* (40) *sancti Spiritus cum omnibus vobis.* Hic ob identitatem deitatis primum nominat Filium, deinde Patrem ac postea sanctum ejus Spiritum. *Communicationem* autem, seu communionem Spiritus sancti cum Patre et Filio, dum dixit, unius deitatis, et gloriæ, et dominationis, seu regni communionem indicavit : quæ enim alia est in Deo *communio?* Ad Ephesios vero : *Unus* (41) *Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus, et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus* (42). Deinde ad eosdem : *Hujus* (43) *rei gratia flecto genua mea ad Deum et Pa-*
B *trem* (44), *ex quo omnis paternitas in cœlis, et in terra nominatur, ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum ejus in interiorem hominem* (45) *habitare Christum per fidem in cordibus.* Hoc in loco rursus simili ratione ob æqualitatem honoris, qui singulis personis debetur, post Patrem prius meminit Spiritus, deinde Filii. Et rursus ad Corinthios scribens : *Obsecro* (46) *autem vos, fratres, per Dominum* 50 *nostrum Jesum Christum, et per charitatem Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus pro me ad Deum.* Ad Hebræos autem : *Si enim* (47), *qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, et omnis prævaricatio, et inobedientia accepit justam mercedis retributionem; quomodo nos effugiemus,*
C *si tantam neglexerimus salutem? quæ cum initium acceperit, ad loquendum per Dominum, ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo et signis, et portentis, et variis virtutibus, et Spiritus sancti distributionibus juxta suam voluntatem.* Porro hic *Domini* (48) vocabulo significatur Filius, *Dei*

(37) *Siquidem.* Rom. III, 30. Græca editio ἐπείπερ, pro, εἴπερ.

(38) *Deus.* Galat. III, 20, et I Cor. VIII, 4 et 6.

(39) *Gratia.* II Cor. XIII, 13. Græca editio omittit vocem, ἡμῶν, quam et Vulgatus legit, et Didymus tum hic, tum in libro *De Spiritu sancto*, num. 16, ubi edita exemplaria habent, *sit semper cum omnibus vobis :* sed codex noster omittit binas voces, *sit semper*, ut eas omittit Didymus hoc in loco.

(40) *Communicatio.* Ita vertit Vulg. interpres, ac Hieronymus in Didymi libro jam laudato. Vox tamen *communio* Didymi scopo accommodatior hic videtur.

(41) *Unus.* Ephes. IV, 5 et 6.

(42) *In omnibus.* Græca ed. addit ὑμῖν, id est, *vobis.* Vulgatus int. *nobis.*

(43) *Hujus.* Ephes. III, 14-17. Hoc Scripturæ testimonium, ac duo quæ proxime antecedunt, simili modo Macedonianis objicit Didymus in libro *De Spiritu sancto.*

(44) *Ad Deum et Patrem.* Græca editio : Πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Et paulo post : ἵνα δῴη· quo modo dictavit Didymus segm. 27 *a.* Vide et segm. 88 *a.*

(45) *In interiorem hominem.* Ita Vulg. interpres. Hieronymus vero in Didymi libro *De Spiritu sancto*, num. 24, vertit, *in interiori homine*, atque hæc verba jungit non cum iis quæ antecedunt, sed cum his quæ sequuntur. Hæc enim ibi legimus : « Necnon et illud considerandum, quod in corde, et sensu [cod. noster : *et in sensu*] habitare non potest creatura, nisi Deus, et Sermo ejus, in Spiritu sancto..... Per fidem quippe habitare Christum in interiori homine in Spiritu, ait Apostolus ita scribens : *In Spiritu in interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris* [codex noster mendose, ut videtur : *nostris*]. Ipse quoque, » et reliqua.

(46) *Obsecro.* Non in Epistolis ad Corinthios D scriptis hæc exstant, sed Rom. XV, 30. Vide notam 17, pag. 3.

(47) *Si enim.* Hebr. II, 2-4.

(48) *Domini.* Simili modo Pauli verba accipit in libro *De Spiritu sancto*, num. 13, ubi hæc leguntur : « Unde et Apostolus [codex noster habet, *Paulus*]... alium eum esse ab omnibus angelis demonstrat, dicens : *Cui enim angelorum dixit aliquando : Sede a dextris meis.....* Et post alia : *Quomodo nos effugiemus, tantam negligentes salutem? quæ principium accipiens ad loquendum per Dominum.....* Hoc enim quod ait, *cui angelorum*, æque accipitur, ac si diceret [cod. noster : *dixerit*] : *Nulli :* per angelicum nomen significans omnium substantiam invisibilium creaturarum. Neque enim ulli [emendatum est ex nostro codice sic : *Neque enim nulli*] quidem angelorum, et aliæ cuidam rationabili creaturæ dixit Deus : *Sede a dextris meis.* In commune itaque Sermo pronuntiat, non esse dictum cuiquam creaturæ :

Digitized by Google Распознавание текста

autem voce Pater : deinde auctoritas, quam ex semetipso habet Spiritus sanctus, ejusque omnipotentia, declaratur, Quin Filius quoque unam quidem deitatem ostendit dicendo : *Quid me* (49) *dicis bonum ? nemo bonus, nisi unus Deus :* trium autem personarum æqualem dignitatem, ac potentiam ostendit per ea, quæ docuit de baptismo (50). Cum vero legisperito, qui eum tentando interrogaverat, non responderit : Ne dicas me bonum ; sed : *Quid me dicis bonum ?* ostendit hac responsione et semetipsum bonum esse æque ac Patrem, et ex Patris bonitate suam patefieri bonitatem, et se bonum a bono (51) generatum esse demonstrat. Si enim, inquit, nosti me bonum, et non cum magistri voce connectis hanc vocem (eo sensu quo dictum est illud : *Euge,* (52) *serve bone ;* et illud : *Bonus* (53) *homo ex bono thesauro cordis profert bonum ;* et illud : **51** *Bonus erat* (54) *Samuel cum Deo, et hominibus ;* et illud : *Bonus erat Saul* (55) *filius Cis ex tribu Benjamin, magis procerus inter omnes Israelitas ab humero et sursum ;* et illud : *Bonus canis* (56) *vivus super leonem mortuum*) : Nihil adimas primario bono, sed sicut Deum me agnosce, non alium deitate a Patre, sed hypostasi : una est enim amborum divinitas ; alioquin primum bonum jam non unum esse invenietur : legisti enim, inquit, alicubi, *Bonum esse* (57) tibi *confidere in Domino, quam confidere in homine :* nam *adhærere* (58) *Deo bonum est :* ac vos ego me tanquam bonum *sequi, et post me venire,* semper hortatus sum. Propterea non dixit : Nemo bonus, nisi unus Pater ; sed (59) : *Nemo bonus, nisi unus Deus :* quemad-

σαντι τῷ νομικῷ, Μή με λέγε ἀγαθόν, ἀλλὰ, *Τί με λέγεις* [21 *b*] *ἀγαθόν ;* ἔδειξεν ὡς καὶ αὐτὸς ἀγαθός ἐστιν ἐν ἴσῳ τῷ Πατρὶ, καὶ ἐκ τῆς πατρικῆς ἀγαθότητος ἐκφαίνεται ἡ αὐτοῦ, καὶ δείκνυται ἀπὸ ἀγαθοῦ, ἀγαθὸς γεγεννημένος. Εἰ γὰρ, φησὶν, οἶδάς με ἀγαθὸν, καὶ μὴ συμπλέκεις τῷ διδασκάλῳ τὴν λέξιν (ὡς τὸ, *Εὖ, δοῦλε ἀγαθέ·* καὶ ὡς, *Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας προφέρει τὸ ἀγαθόν·* καὶ ὡς, *Ἀγαθὸς ἦν Σαμουὴλ μετὰ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων·* καὶ, *Ἀγαθὸς ἦν Σαοὺλ υἱὸς Κεὶς, ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, ὑψηλότερος πάντας Ἰσραὴλ ὑπὲρ ὠμίαν καὶ ἐπάνω·* καὶ, *Ἀγαθὸς κύων ὁ ζῶν ὑπὲρ τὸν λέοντα τὸν τεθνηκότα*), μηδὲν παραιροῦ τοῦ πρωτουργοῦ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ὡς Θεόν με ἐπίγνωθι· μὴ ἄλλον τῇ θεότητι τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ τῇ ὑποστάσει· μία γὰρ ἡ ἀμφοτέρων θεότης· ἐπεὶ οὐκ ἔτι τὸ πρῶτον ἀγαθὸν, ἓν εὑρίσκεται. Ἀνέγνως γάρ που, φησὶν, ὡς *Ἀγαθόν σοι πεποιθέναι ἐπὶ τὸν Κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον.* Τὸ γὰρ προσκολλᾶσθαι τῷ Θεῷ, ἀγαθόν ἐστιν· καὶ ὡς ἀγαθῷ, ἀκολουθεῖν μοι, καὶ κατόπιν μου βαίνειν ὑμᾶς ἀεὶ προέτρεψα. Διὸ οὐκ εἶπε μὲν, Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Πατὴρ, ἀλλ', *Οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός·* ὡς καὶ ἐν ἄλλῳ που λέγει· *Τί με λέγετε, Κύριε, Κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε τοὺς ἐμοὺς λόγους ;* Ἡ γὰρ κτίσις, φησὶ, κατὰ μετοχὴν τὴν ἀγαθότητα ἔχει, ἀπομιμουμένη πρὸς δύναμιν τὴν ἑαυτῆς, εἰ θέμις εἰπεῖν, τὴν ἔμφυτον καὶ τελείαν τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα, καὶ δι' αὐτῆς σωζομένη· καὶ ἔστιν ὕπαρξις τοῦ ἐν αὐτῇ ἀγαθοῦ, τὸ μετέχειν τῆς τοῦ Θεοῦ, προσκολλωμένην αὐτῷ τῇ ὑπακοῇ καὶ τῷ πρὸς

Sede a dextris meis. Et hoc in commune de creatura pronuntians [sic emendo ex nostro codice ; editi enim libri habent : *de creatura. Et pronuntians*], de omnibus invisibilibus creaturis ait, eas esse administratores [cod. noster : *administratorios*] spiritus..... Quomodo igitur alius est ab universis creaturis : *Dominus,* per quem *principium ad loquendum acceperat* [cod. noster, *accepit*] illa magna *salus...* ; sed et *Deus,* qui testimonium perhibet *signis et portentis* isti saluti, alius est ab omnibus administratoriis spiritibus : Sic et *Spiritus sanctus,* cujus *divisionibus juxta voluntatem ejus* testimonium perhibet Deus, distribuens eum, non per concisionis [cod. noster, *concisionum*] partes, sed per communionem, quibus eum præstare decreverit, alterius est et ipse substantiæ ab his in quæ dispartitur effusus [codex noster : *dispertitur diffusus*].»

(49) *Quid me.* Matth. xix, 17 ; et Marc. x, 18, et Luc. xviii, 19.

(50) *De baptismo.* Matth. xxviii, 19, *Baptizantes eos in nomine Patris,* et reliqua.

(51) *Bonum a bono.* Eadem plane scribit Didymus in libro *De Spiritu sancto,* num. 53. *Bonus,* inquit, *Dominus noster Jesus Christus, et ex bono Patre generatus est.*

(52) *Euge.* Matth. xxv, 21, et alibi.

(53) *Bonus.* Matth. xii, 35. Græca editio pro, προφέρει τὸ ἀγαθόν, habet, ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά, Vulgatus vero int. *profert bona.*

(54) *Bonus erat.* I Reg. ii, 28 (seu 26). Complutensis editio habet : Ἦν ἀγαθὸν (nempe τὸ παιδάριον Σαμουὴλ) μετὰ Κυρίου καὶ ἀνθρώπων. Vulgatus interpres : *Placebat tam Domino, quam hominibus.*

(55) *Bonus erat Saul.* Vide I Reg. ix, 1 et 2. Inde enim hæc protulit Didymus, sensum tamen potius allegans, quam verba. Sic enim habet Complutensis editio : Καὶ ἦν ἀνὴρ ἐκ τῶν υἱῶν Βενιαμὶν, καὶ ὄνομα αὐτῷ Κὶς..... καὶ τούτῳ υἱὸς, καὶ ὄνομα αὐτῷ Σαοὺλ... ἀγαθὸς, καὶ οὐκ ἦν ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ ἀγαθὸς ὑπὲρ αὐτὸν, ὑπερωμίαν καὶ ἐπάνω ὑψηλὸς ὑπὲρ πᾶσαν τὴν γῆν.

(56) *Bonus canis.* Ecclesiastis ix, 4. Græca editio : Ὁ κύων ὁ ζῶν, αὐτὸς ἀγαθὸς ὑπὲρ τὸν λέοντα τὸν νεκρόν.

(57) *Bonum esse.* Psal. cxvii, 8.

(58) *Adhærere.* Psal. lxxii, 28.

(59) *Nemo.* Marc. x, 18, et Luc. xviii, 19. Simili modo Ambrosius lib. II *De fide,* cap. 1, scripsit : *Et ideo circumspectione cœlesti non dixit : Nemo bonus, nisi unus Pater ; sed : Nemo bonus nisi unus Deus.* Quod si quinque S. doctoris libri *De fide,* aut liber *De incarnationis Dominicæ sacramento,* imo liber ipse *De mysteriis,* cum tribus hisce theologi nostri libris conferrentur, non pauca invenirentur utrobique similia. Nunquid ergo, quemadmodum Ambrosium ipsum in suis *De Spiritu sancto* libris aliqua ex Didymo deprompsisse fatentur eruditi theologi, idque S. Hieronymi, aut Rufini, aut utriusque scilicet, aut, quod verisimilius credere me juvat, Rufini duntaxat testimonio confirmatur ; ita aliqua eumdem Ambrosium in libris *De fide* ex hoc Didymi opere, aut ex duobus libris *contra Arianos* scriptis desumpsisse statim conjiciemus ? Testatur (fateor) Rufinus aliqua sanctum illum Mediolanensium episcopum ex Græcis Patribus in opera sua derivasse, dum hæc de ipso scribit lib. II *in Hieronymum : Qui* (alii legunt, *quod*) *etiamsi secutus est Græcos catholicos nostrorum scriptores, et aliquid de eorum scriptis præsumpsit, non continuo*

Digitized by Google Распознавание текста

αὐτὸν ἐρώτει. Ἐγράφη γὰρ ὡς *Οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ ἀπολοῦνται*· καὶ, *Μακρὰν ἀπέχει ὁ Θεὸς ἀπὸ ἀσεβῶν*· καὶ, *Μακρὰν* [22 *a*] *ἀπὸ ἁμαρτωλῶν ἡ σωτηρία.* Δῆλον δὲ, ὡς σχέσει καὶ διαθέσει, διὰ τὴν πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐναντίωσιν, καὶ τὸ πρὸς ἀρετὴν βράδος· ἀλλ' οὐ τόπῳ. Ὅτι δὲ καὶ αὐτὸς ἀγαθός ἐστιν, ἅτε φύσει τῷ ἀγαθῷ Πατρὶ ὑπάρχων ἓν, αὐτός τε ἐν Ματθαίῳ λέγει· *Εἰ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι;* καὶ πάλιν· *Μαρία τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς.* Ἔλεγε δὲ *ἀγαθὴν μερίδα*, ἑαυτόν. Καὶ συνεξαγγέλλουσι δὲ αὐτῷ οὐκ ἀφανεῖς ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ σφόδρα προσομιλήσαντες τῷ θείῳ Πνεύματι· οἱ δέ εἰσι μεταξὺ τῶν ἄλλων τῶν συνοπαδῶν αὐτοῖς, οὗτοι· ὁ Ἱεροψάλτης ἐν ριζ' ψαλμῷ· *Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι ἀγαθός·* καὶ ἐν τῷ αὐτῷ· *Ἀγαθὸς Κύριος τοῖς ὑπομένουσιν αὐτὸν, ψυχῇ ἐκζητούσῃ αὐτόν*· καὶ Ἡσαΐας· *Κύριος κριτὴς ἀγαθὸς τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ.* Ὅτι δὲ καὶ τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα ἀγαθὸν ὑπάρχει, ὁ μνημονευθεὶς Δαυὶδ ἐν κδ' ψαλμῷ μελῳδεῖ· *Τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με ἐν γῇ εὐθείᾳ.* Πρὸς δὴ τούτοις, εἰ ἀγαθόν ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, καὶ τὰ ῥήματα τοῦ Υἱοῦ· (ἔφη γάρ· *Ἐγὼ*

A modum et alibi ait : *Quid me* (60) *dicitis, Domine, Domine, et non facitis sermones meos?* Creatura enim, inquit, per participationem habet bonitatem, imitatione exprimens pro suis ipsius viribus, si ita loqui fas est, innatam et perfectam Dei bonitatem, et per hanc salva facta (61) : Bonum autem, quod in ipsa **52** exsistit, in eo situm est, ut illius bonitatis, quæ Dei est, particeps fiat, ei per obedientiam, et per amorem erga ipsum, adhærendo. Scriptum est enim : *Qui elongant* (62) *se a te, peribunt ;* et : *Longe* (63) *abest Deus ab impiis ;* et : *Longe a peccatoribus* (64) *salus.* Manifestum porro est, de habitu, et affectu hæc dici, eo quod bono contrarii sint, et ad virtutem tardi peccatores, non autem de loco. Quod autem et ipse bonus sit, utpote natura B *unum* cum bono Patre, ipsemet in Matthæo dicit : *An oculus* (65) *tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Et rursus : *Maria* (66) *bonam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Semetipsum autem dixit *bonam partem.* Idem vero, ac ipse, prædicant viri non obscuri, sed divino Spiritui valde familiares : nempe præter alios, qui ipsos sequuntur, isti. Sacer Psaltes in cxvii psalmo : *Confitemini* (67) *Domino quoniam bonus.* Et in eodem : *Bonus est* (68)

hæc debuit tua esse summa cura,... ut pro hac causa interpretareris librum Didymi De sancto Spiritu, *ut furta illius cognoscerentur.* Ita Rufinus. Quod si illud etiam dicere liceret, quod mihi magni illius doctoris opera legenti contingit, adderem, plures identidem locutiones in eo occurrere, quæ fastidiosis quidem Latinorum grammaticorum auribus durisculæ videntur, sed mihi non minus sapiunt quam cætera, quod scriptorem in iis, etsi minus Latinis, agnoscere videar Græca exprimentem. Atque ut id magis perspicuum sit, quod volo, unum saltem afferre exemplum opus est. In extremo libro *De incarnationis Dominicæ sacramento* hæc de Spiritu sancto scribit Ambrosius : *Spiritus intelligentiæ, sanctus... subtilis, bene mobilis, disertus... inviolabilis... possibilis, stabilis, integer,* et reliqua. Quis, quæso, intelliget, cur Spiritus sanctus *subtilis, bene mobilis, inviolabilis, possibilis, stabilis, integer,* dicatur ab Ambrosio, nisi ab eo respici Græcas voces, λεπτὸν, εὐκίνητον, ἀπήμαντον, δυνατὸν, βέβαιον, ἄρτιον animadvertat? Quin etiam interdum Græcas ipsas voces a Græcis Patribus adhibitas apponit. Nemo tamen, opinor, difficilebitur, facili negotio fieri posse, ut, cum duo eadem de re scribunt, similia, aut etiam aliquando eadem excogitent.

C

quinto *Stromatum ;* alii *natura* fideles et electos esse, ut Basilides. Idcirco subjungit Didymus : *ipsi per obedientiam... adhærendo,* et cætera. In libro quoque *De Spiritu sancto,* num. 45, veluti argumenti sui parumper oblitus, ab eo ad Manichæorum confutationem digreditur. *Arguendus est,* inquit, *ex præsenti capitulo hæreticorum error, qui... alium Deum bonum, alium justum esse* [vocem, *esse,* addo ex nostro codice] *finxerunt..... Salvatore etiam in Evangelio justum, et bonum Patrem liquido attestante :* Pater juste, mundus [cod. noster : *Et mundus,* ut legitur in Græcis Bibliis] te non cognovit... *Et hæc quidem e latere contra hæreticos strictim dicta sunt* [cod. noster : *sint*]. *Tempus autem est,* etc. Enarratio vero *in primam Petri Epistolam,* cap. II, ad ea verba, *genus electum,* et cætera, hanc habet digressiunculam : *Fugiendum est itaque de naturis loqui, quod Manichæi proponunt, dicentes bonam, seu malam naturam, etiam propter præsentes voces. Nam quod eligitur, non ex natura, sed virtutis munere possidetur.* Quin imo in iis *Enarrationibus* identidem ad hunc ipsum sermonem redit. Vocabulum vero illud, ἔμφυτον, valet, *innatum,* nempe *naturalem,* cujusmodi non est creaturæ bonitas, ἔμφυτος, seu *naturalis,* immerito dicta ab hæreticis.

(60) *Quid me.* Luc. VI, 46, ubi Græca editio : Τί δέ με καλεῖτε, Κύριε, Κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε ἃ λέγω ; id est, *Quid autem vocatis me, Domine, Domine ; et non facitis quæ dico?* Clemens quoque Alexandrinus in septimo *Stromatum* bis allegans hunc locum, nempe, pag. 901 et 896, pro καλεῖτε, habet, λέγετε. Nam primo in loco sic citat : Τί με λέγετε, Κύριε, Κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε ἃ λέγω ; In secundo autem : Τί με λέγετε, Κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου ;

D

(62) *Qui elongant.* Psal. LXXII, 26 [seu 27]

(63) *Longe.* Prov. XV, 32 [apud Vulg. 29].

(64) *Longe a peccatoribus.* Psal. CXVIII, 154 [seu 155]. Francofurtensis editio habet : ἡ σωτηρία. Sed Complutensis, ut legit Didymus.

(65) *An oculus.* Matth. XX, 15. Nonnullæ editiones pro εἰ, habent ἦ.

(66) *Maria.* Luc. X, 42.

(67) *Confitemini.* Psal. CXVII, 1 et 29. In libro quoque *De Spiritu sancto,* num. 53, ad Filium refert Didymus hunc psalmi locum.

(68) *Bonus est.* Non in Psalmis hæc exstant, sed in Jeremiæ Thren. III, 25, ubi Complutensis editio habet, ψυχὴ ἡ ζητήσει, id est, *anima quæ quæret.* Francofurtensis : ψυχῇ ἡ ζητήσει, id est, *animæ, quæ quæret.* Vulgato interpreti consentit cæcus noster, quem si memoria fefellit hoc in loco, non fefellerat tamen in libro *De Spiritu sancto,* num. 45; ibi enim hoc testimonium citat ex Jeremia.

(61) *Imitatione exprimens... salva facta,* etc. Affinia scribit Didymus in Enarratione *in primam Joannis Epistolam* ad caput tertium. Scriptoris autem hæc sunt in bello adversus Manichæos exercitati, qualis erat Didymus, et nefanda Basilidis, Valentini, Marcionis dogmata, totamque illam errorum colluviem tacite abominantis. Quorum alii creaturas *natura,* non electione, non libera voluntate, malas comminiscebantur, ut Manichæi ; alii *natura* homines *salvos fieri,* ut Valentinus, teste Clemente in

Digitized by Google Распознавание текста

Dominus exspectantibus eum, animæ exquirenti illum. Et Isaias : *Dominus* (69) *judex bonus domui Israel.* Quod autem sanctus quoque Dei Spiritus bonus sit, memoratus David in XXIV psalmo canit : *Spiritus* (70) *tuus bonus deducet me in terra recta* (71). Ad hæc, si bona est vita æterna, ac si bona sunt verba Filii (ait enim : *Ego sum* (72) *vita :* et **53** rursus : *Verba* (73), *quæ locutus sum vobis, Spiritus sunt, et vita sunt*) ; ac si bona est sancti Spiritus sanctificatio, ejusque in illuminatione, seu baptismo, operatio (nam una cum aliis personis in eo commemoratur, utpote cooperans) ; atque insuper si bona est cœlestium donorum distributio (74) : omnino dicendum est, Filium, et Spiritum sanctum bonum esse. Neque vero ex auditu tantum didicimus, sed etiam oculis, quoad ejus fieri potest, spectavimus in venerandis, et consubstantiali Trinitate personarum proprietatem : Patris quidem, cum e cœlis ait : *Hic est* (75) *Filius meus dilectus :* Unigeniti autem ipsius, cum in terra baptizatus est : sancti vero illius Spiritus, qui unus et solus Spiritus dicitur, cum in columbæ specie (76) descendit, et mansit super ipsum unigenitum Deum et Filium. Nam thesaurus quoque Davidicus in LXXXIV psalmo hujus rei fidem facit ; quod illum scilicet, qui ex nobis terrenis carnem sumpsit, Deus Pater testatus est esse suum Filium. Notus autem omnibus est locus, qui sic se habet : *Veritas* (77) *e terra orta est, justitia e cœlis prospexit.* Similiter, quia deitatis discrepantia non est in tremenda, et immaculata Trinitate, aliquando Patrem cum Filio revelant divina oracula, ut cum ait David quidem : *Dixit* (78) *Dominus Domino meo : Sede a dextris meis :* Paulus autem : *Gratia* (79) *vobis, et pax a Deo Patre, et Domino Jesu Christo.* Aliquando vero Patrem cum Spiritu sancto conjungunt : ut cum Aggæus prophetat : *Quoniam* (80) *ego vobiscum sum, dicit Dominus omnipotens, et Spiritus meus stetit in medio vestrum.* Et rursus : *Non in virtute* (81) *magna, neque in robore, sed in Spi-*

εἰμι ἡ ζωή· καὶ πάλιν· *Τὰ ῥήματα, ἃ λελάληκα ὑμῖν, Πνεῦμά ἐστι, καὶ ζωή ἐστι*) · καὶ εἰ ἀγαθὸν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁ ἁγιασμός, καὶ ἡ ἐν τῷ φωτίσματι ἐνέργεια (συμμνημονεύεται γὰρ ὡς συνεργόν), ἔτι δὲ καὶ ἡ διανομὴ τῶν οὐρανίων δωρημάτων· πάντως ἀγαθὸς ὁ Υἱός, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Οὐκ ἀκοῇ δὲ μόνον ἐδιδάχθημεν, ἀλλὰ καὶ ἐθεασάμεθα, ὡς ἐγχωρεῖ τῆς σεπτῆς καὶ ὁμοουσίου Τριάδος τὸ ἰδικὸν τῶν ὑποστάσεων· τοῦ μὲν Πατρὸς ἐξ οὐρανῶν λέγοντος· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός*· τοῦ δὲ Μονογενοῦς αὐτοῦ ἐπὶ γῆς βαπτιζομένου· [22 *b*] τοῦ δὲ ἑνὸς καὶ μόνου ἁγίου Πνεύματος αὐτοῦ κατιόντος ἐν εἴδει περιστερᾶς, καὶ μένοντος ἐπ' αὐτὸν τὸν μονογενῆ Θεὸν καὶ Υἱόν. Καὶ Δαυϊτικὸν γὰρ θησαύρισμα ἐν πᾶ τοῦτο πιστοῦται ψαλμῷ· ὅτι ὁ σαρκωθεὶς ἐκ τῶν ἡμῶν, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς ἐμαρτυρεῖτο Υἱός. Γνώριμος δὲ πᾶσιν ὁ λόγος, ἔχων ὧδε· *Ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλε, δικαιοσύνη ἐκ τῶν οὐρανῶν διέκυψεν.* Ὁμοίως, διὰ τὸ μὴ εἶναι διαφορὰν θεότητος τῇ φρικτῇ καὶ ἀχράντῳ Τριάδι, ποτὲ τὸν Πατέρα μετὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκφαίνουσι τὰ λόγια, ὡς ὅταν λέγῃ, Δαυὶδ μέν· *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου* · Παῦλος δέ· *Χάρις ὑμῖν, καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ* · ποτὲ δὲ τὸν Πατέρα μετὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος συνάπτουσιν, ὡς ὅταν Ἄγγαῖος προφητεύῃ· *Διότι ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ τὸ Πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν* · καὶ πάλιν· *Οὐκ ἐν δυνάμει μεγάλῃ, οὐδὲ ἐν ἰσχύι, ἀλλ' ἢ ἐν Πνεύματί μου, εἶπε Κύριος παντοκράτωρ.* Ἐγχρονιστέων τῷ ῥητῷ. Ἐπειδὴ γάρ ἐστιν ὅτε οἱ ἑτερόδοξοι, τοῦ Πνεύματος σὺν τῷ Πατρὶ μνημονευομένου, φασὶν ἀνυπόστατον δύναμίν τινα δηλοῦσθαι, ἠσφαλισμένως ἔχει τὸ προκείμενον ῥητόν. Καὶ Ἡσαΐας· *Καὶ νῦν Κύριος ἀπέσταλκέ με, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ* · καὶ πάλιν· *Ἐκεῖ συνήντησαν ἔλαφοι, καὶ ἔδοσαν τὰ πρόσωπα ἀλλήλων· ἀριθμῷ παρήλθοσαν, καὶ μία αὐτῶν οὐκ ἀπώλετο· ἑτέρα τὴν ἑτέραν οὐκ ἐζή-*

(69) *Dominus.* Frustra hæc quæsieris in Vulgata translatione. Græca LXX ea habet Isa. LXIII, 7.

(70) *Spiritus.* Psalmo non XXIV, sed CXLII, vers. 12 [seu 10].

(71) *In terra recta.* Aut, *in terram rectam*, ut est in Vulg. int., utque Hieronymus transfert in Didymi libro *De Spiritu sancto*, num. 53, ubi cum Didymus prius sic citasset : *Spiritus tuus bonus deducet* (sive, ut habet noster codex ms. biblioth. S. Salv. Bononiæ, *dirigel*] *me in terram rectam ;* statim subdit : *Scimus autem in quibusdam exemplaribus scriptum esse : Spiritus sanctus tuus.* Codex quidem noster caret voce illa, *sanctus*, sed mendose, ut reor. Nimirum pro τὸ ἀγαθόν aliquos scripsisse τὸ ἅγιον, conjicio. Quam lectionem mendosam Didymus comperisset, si Hebraicum fontem adiisset. Hieronymus vero, si qua in translatione ejus libri emendare voluisset, ut aliqui suspicati sunt, locum illum Didymi alio nunc modo legeremus.

(72) *Ego sum.* Joan. XI, 25 ; et XIV, 6. *Ego sum... vita.*

(73) *Verba.* Joan. VI, 63 [seu 64]. Græca editio pro, λελάληκα, habet, ἐγὼ λαλῶ. Vulgatus legit, ut Didymus, cum transtulerit : *Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus, et vita sunt.*

(74) *Distributio.* Vide I Cor. XII.

(75) *Hic est.* Matth. III, 17.

(76) *In columbæ specie.* Matthæus, Marcus, et Joannes Spiritum sanctum descendisse aiunt ὡς περιστεράν, id est, *sicut columbam :* Lucas vero, σωματικῷ εἴδει ὡς περιστεράν, id est, *corporali specie sicut columbam.* Negant itaque nonnulli recentiores *columbæ speciem* a Spiritu sancto assumptam esse. At Didymus id expresse affirmat.

(77) *Veritas.* Psal. LXXXIV, 12. Græca editio habet : Καὶ δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

(78) *Dixit.* Psal. CIX, 1.

(79) *Gratia.* Rom. I, 7. Græca editio habet : Πατρὸς ἡμῶν, ut et I Cor. I, 3, et Coloss. I, 2, ubi eadem plane repetit Paulus. In libro quoque *De Spiritu sancto*, num. 16, ea citans Didymus omittit vocem ἡμῶν, seu *nostro.*

(80) *Quoniam.* Agg. II, 5 et 6, ubi nonnulla sunt intermedia, quæ omittit Didymus. Complutensis editio pro Παντοκράτωρ, id est, *Omnipotens*, habet : τῶν δυνάμεων, id est, *virtutum*, sive *exercituum.* Sed aliæ editiones habent ut legit Didymus.

(81) *Non in virtute.* Zachar. IV, 6. Græcæ editio-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

τησαν· διότι Κύριος ἐνετείλατο αὐταῖς, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ συνήγαγεν αὐτάς. Παῦλος δὲ Κορινθίοις· Οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; Καὶ πάλιν· [23 a] Ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ Πνεύματος ἁγίου· καὶ πάλιν· Ἡμῖν δὲ ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. Ἀλλοτε δὲ μόνον τὸν Υἱὸν ὀνομάζουσιν, ὡς ἡνίκα Ἡσαΐας προφητεύῃ· Καὶ νῦν, Κύριε, πατὴρ ἡμῶν εἶ, ἡμεῖς δὲ πηλὸς ἔργα τῶν χειρῶν σου πάντες. Παῦλος δὲ Γαλάταις· Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. Ἀλλοτε σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τὸν Μονογενῆ κηρύττουσιν, ὡς ὅταν Παῦλος Κορινθίοις μὲν ἐπιστέλλῃ· Ἀλλὰ ἀπελούσασθε, ἀλλ' ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· Ῥωμαίοις δέ· Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς μου ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· καὶ πάλιν· Εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει, ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν· ἢ Πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε, ὃ οὐκ ἐλάβετε. Καὶ ἄλλοτε τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατὰ μόνας ἐπιμένηται, ὡς ὁπόταν Ἡσαΐας μὲν προφητεύῃ· Αὐτοὶ ἠπείθησαν, καὶ παρώξυναν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ πάλιν. Κατέβη Πνεῦμα παρὰ Κυρίου, καὶ ὡδήγησεν αὐτούς. Παῦλος δὲ Κορινθίοις γράφει· Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ· καὶ ὡς Στέφανος ἐν ταῖς Πράξεσι φάσκει· Ὑμεῖς τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε. Καὶ πάλιν· Ἡμεῖς ἐσμεν μάρτυρες τῶν ῥημάτων τούτων, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καθὰ ὡς ἐπίπαν εἰώθαμεν λέγειν· Ἡμεῖς μόνοι ἐνταῦθά ἐσμεν, καὶ ὁ Θεός. Καὶ

A ritu meo, ait Dominus omnipotens. Quibus in verbis immorandum est (82) : cum enim interdum heterodoxi Spiritum, si una cum Patre commemoretur, significare dicant quamdam virtutem 54 non subsistentem (83), ad eorum cavendas insidias valet illud, quod superius positum est, testimonium. Et Isaias : *Et nunc* (84) *Dominus misit me, et Spiritum suum.* Et rursus : *Illic* (85) *occurrerunt cervæ, et dederunt* (86) *facies invicem : numero præterierunt* (87), *et una ex ipsis non periit : altera alteram non quæsivit : quia Dominus* (88) *præcepit eis, et Spiritus ejus congregavit eas.* Paulus autem ad Corinthios : *Nescitis* (89), *quod templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis?* Et rursus : *Charitas* (90) *Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum.*

B Et rursus : *Nobis* (91) *autem revelavit Deus per Spiritum suum.* Alias vero solum Filium nominant : ut cum Isaias prophetans ait : *Et nunc* (92), *Domine, pater noster es tu, nos vero lutum, opera manuum tuarum omnes.* Paulus autem ad Galatas : *Quicunque* (93) *enim in Christum baptizati estis, Christum induistis.* Alias cum Spiritu sancto Unigenitum prædicant : ut cum Paulus ad Corinthios scribit : *Sed abluti estis* (94), *sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri.* Ad Romanos autem : *Veritatem* (95) *dico in Christo, non mentior, testimonium simul reddente mecum conscientia mea in Spiritu sancto.* Et rursus : *Nam si* (96) *is, qui venit, alium Jesum prædicat, quem non prædicavimus, aut alium Spiritum accipitis, quem non accepistis.* Alias vero Spiritum sanctum duntaxat commemorant (97) : ut cum Isaias quidem sic prophetat : *Ipsi* (98) *non credide-*

C

nes omittunt voculam, ἡ. Nonnullæ vero post ἰσχύϊ repetunt vocem μεγάλῃ.

(82) *Immorandum est.* Lego, ἐγχρονιστεον..

(83) *Non subsistentem.* Nonnullos ex Macedonianis indicat, qui Spiritum sanctum non creaturam dicebant, sed essentia, seu substantia, ac propria subsistentia carentem. Itaque Augustinus in libro *De hæresibus*, hæresi 52, de Macedonianis hæc scribit : *Sed de Spiritu sancto hoc nolunt credere, creaturam esse dicentes..... Quamvis a nonnullis perhibeantur, non Deum, sed deitatem Patris et Filii dicere Spiritum sanctum, et nullam propriam habere substantiam.* Utramque Macedonianam sectam segm. quidem 26 *a* tacite carpit, in libro autem D *De Spiritu sancto* aperte refellit Didymus : primam quidem passim, alteram vero num. 23, ubi hæc habet : *Unde discentes operatricem..... naturam Spiritus sancti, non abducamur ab his, qui dicunt operationem, et non substantiam Dei esse Spiritum sanctum.*

(84) *Et nunc.* Isa. XLVIII, 16. Vide notam 20, pag. 46.

(85) *Illic.* Isa. XXXIV, 15 et 16. Cum vox ἔλαφοι sit communis generis, in Complutensi editione vertitur, *cervi.* Ego transtuli, *cervæ*, ob nomina feminina, quæ sequuntur, μία, id est, *una*, et ἑτέρα, id est, *altera.*

(86) *Dederunt.* Græca editio, εἶδον, id est, *viderunt.*

(87) *Præterierunt.* Complut. editio, παρῆλθον. Francofurtensis, παρῆλθεν, sed ex errore typographi fortasse. Didymus, παρήλθοσαν. Sic Zachar. I, 6, legitur, κατελάβοσαν, pro κατέλαβον. Et paulo post, nempe vers. 21, ἐξήλθοσαν, pro, ἐξῆλθον· et alibi similes inflexiones, seu terminationes occurrunt, ut εἴδοσαν pro εἶδον, et cætera.

(88) *Quia Dominus.* Græca editio, ὅτι ὁ Κύριος.

(89) *Nescitis.* I Cor. III, 16.

(90) *Charitas.* Rom. V, 5. Vide segm. 73 *b*, et ibi meas notas.

(91) *Nobis.* I Cor. II, 10.

(92) *Et nunc.* Isa. LXIV, 8.

(93) *Quicunque.* Gal. III, 27.

(94) *Sed abluti.* I Cor. VI, 11. Græca editio caret vocibus ἡμῶν, et Χριστοῦ. At Vulgatus eas legit, ut Didymus. In libro autem *De Spiritu sancto*, num. 4, citatur locus a Didymo, juxta editionem Veronensem : *In nomine Jesu Christi;* at codex ms. nostræ bibliothecæ sæpius jam citatus ibi habet : *In nomine Domini nostri Jesu Christi;* qui codex, etsi mendis scateat, plures tamen habet lectiones animadversione dignas.

(95) *Veritatem.* Rom. IX, 1.

(96) *Nam si.* II Cor. XI, 4.

(97) *Commemorant.* In Græco, ἐπιμέμνηται. Subintellige, ἡ Γραφή. Nisi malis legere, ἐπιμέμνηνται.

(98) *Ipsi.* Isa. LXIII, 10. Ita transtuli, ut Hieronymus in libro *De Spiritu sancto*, num. 47, ubi hæ habet Didymus : « Siquidem et ibi post peccatum dicitur ad eos : *Dereliquistis Dominum, et ad iracundiam concitastis sanctum Israel;* et nunc quod *ipsi non crediderunt* [rectius fortasse codex noster : Et nunc æque : *Ipsi non crediderunt*], *et exacerbaverunt Spiritum sanctum ejus.* »

Digitized by Google Распознавание текста

runt, **55** *et exacerbaverunt Spiritum sanctum.* Et rursus : *Descendit* (99) *Spiritus a Domino, et deduxit eos.* Paulus vero ad Corinthios scribit : *Carnalis* (1) *autem homo non recipit quæ sunt Spiritus Dei;* et Stephanus (2) in Actis ait : *Vos* (3) *Spiritui sancto resistitis.* Et rursus : *Nos sumus* (4) *testes horum verborum, et Spiritus sanctus.* Eo plane modo quo dicere consuevimus : Nos soli hic sumus, et Deus. Quin Salvator etiam apud Joannem solius meminit divini Spiritus, dum ait : *Cum autem* (5) *venerit ille, Spiritus veritatis, deducet* (6) *vos in omnem veritatem.* Et Acta similiter de hoc fidem faciunt : *Petro* (7) *autem cogitante de verbo* (8), *dixit ei Spiritus sanctus* (9) : *Surgens descende, et vade cum eis nihil dubitans, quia ego misi illos.* Et rursus : *Hæc dicit* (10) *Spiritus sanctus : Segregate mihi Paulum* (11), *et Barnabam in opus ad quod vocavi eos.* Et rursus Petro dixit Spiritus sanctus (12) : *Surgens vade in domum Cornelii.* Et rursus **56** Acta apostolica cum gratia ae jucunditate in hoc sermone nos detinent : hæc enim continent : *Tunc Paulus repletus Spiritu sancto dixit ad eum* (13). Et insuper : *Petrus* (14) *enim plenus Spiritu sancto dixit ad populum.* Divinarum autem, omnique honore colendarum hypostasium æqualis vis ac potentia in eo etiam similiter significatur, quod Dominus Deus Verbum, per prædictam suam de baptismo hymnis semper celebrandam vocem, æqualitatem honoris

A ὁ Σωτὴρ δὲ παρ' Ἰωάννῃ, μόνου μνημονεύει τοῦ θείκοῦ Πνεύματος, λέγων· *Ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς τὴν ἀλήθειαν πᾶσαν.* Καὶ αἱ Πράξεις ὡσαύτως περὶ τούτου [23 *b*] πιστοῦνται· *Τοῦ δὲ Πέτρου διαλογιζομένου περὶ τοῦ ῥήματος, εἶπεν αὐτῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· Ἀναστὰς κατάβηθι, καὶ πορεύου σὺν αὐτοῖς, μηδὲν διακρινόμενος· διότι ἐγὼ ἀπέσταλκα αὐτούς.* Καὶ πάλιν· *Τάδε λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· Ἀφορίσατέ μοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Βαρνάβαν εἰς τὸ ἔργον, ὃ προσκέκλημαι αὐτούς.* Καὶ πάλιν Πέτρῳ εἶπεν τὸ ἅγιον Πνεῦμα· *Ἀναστὰς πορεύθητι εἰς τὸν οἶκον Κορνηλίου.* Καὶ αὖθις κομψευόμεναι αἱ ἀποστολικαὶ Πράξεις, διατριβὴν παρέχουσι τῷ τοιῷδε λόγῳ· περιέχουσι γάρ· *Τότε ὁ*
B *Παῦλος πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου, εἶπε πρὸς αὐτόν.* Καὶ ἔτι· *Ὁ γὰρ Πέτρος πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου, εἶπε πρὸς τὸν λαόν.* Σημαίνεται δὲ ὁμοίως τὸ ἰσόῤῥοπον καὶ ἰσοδύναμον τῶν παντίμων ὑποστάσεων, καὶ ἐν τῷ τὸν Δεσπότην Θεὸν Λόγον, διὰ τῆς προλεχθείσης αὐτοῦ εἰς τὸ βάπτισμα πανυμνήτου φωνῆς, τὴν ἰσοτιμίαν ἑαυτῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τὴν πρὸς τὸν Πατέρα φυλάξαι· δι' ἣν αἱ ἱεραὶ βίβλοι, ποτὲ μὲν πρώτου μέμνηνται τοῦ Πατρὸς, καὶ οὕτω τοῦ Υἱοῦ, ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ποτὲ δὲ πρώτου ἐπιμέμνηνται τοῦ Υἱοῦ, διὰ τὸ τῆς φύσεως ἀμέριστον, καὶ τῆς θεολογίας τὸ ἀδιάφορον· ὡς ὅταν λέγῃ Ἰὼβ, τρανῶς τὴν Τριάδα δηλῶν· *Ζῇ*

(99) *Descendit.* In Vulgato interprete haud ita facile hæc invenies. Exstant autem in Græca editione Isai. LXIII, 14.

(1) *Carnalis.* I Cor. II, 14. Græca editio, et Vulgatus int. habet, ψυχικός, id est *animalis.* Quin Didymus ipse tum in hoc opere, segm. 28 *b*, 134 *a*, et alibi, tum in libro *De Spiritu sancto*, num. 31, habet, *animalis*, non vero, *carnalis.* Quod si edita tantum ejus libri exemplaria spectemus, videbitur ibi paulo post legisse, *ea quæ Spiritus sunt*, non vero, *ea quæ sunt Spiritus Dei.* At res aliter se habebit, si codicem ms. bibliothecæ nostræ inspicere, ac sequi malimus. En totum locum, ut exstat in editione Veronensi : « Docebit vero non quasi doctor, et magister disciplinæ, quam aliunde est consecutus... sed quasi ipse ars, atque doctrina, et sapientia, veritatisque Spiritus.... audacter alio conclamante : *Docuisti me, Deus, a juventute mea:* atque ita omnes fiunt docti. Dei quoque Filius et sapientia Dei et veritas sic docet participes suos.... Unde et eum docentur solum magistrum vocare discipuli. Has easdem disciplinas, quæ dantur a Patre et Filio in corda credentium Spiritus sanctus ministrat his, qui animales esse desierint. *Animalis quippe homo non percipit ea, quæ Spiritus sunt : arbitrans* esse stultitiam quæ dicuntur. » Codex vero noster habet : *Docebit*, etc... et *Sapientiæ veritatisque Spiritus... audacter alio conclamante :* Docuisti me, Deus, a juventute mea. *Atque :* Omnes fiunt docibiles Dei. *Filius quoque Veritas, et Sapientia Dei sic docet* participes suos... *Unde et eum solum docentur magistrum vocare discipuli. Has easdem igitur disciplinas, quæ dantur*, etc... *his qui animales esse desierunt*, animalis quippe homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, arbitrans, *esse stultitiam quæ dicuntur.*

(2) *Stephanus.* Legendum in Græco, Στέφανος.

(3) *Vos.* Act. VII, 51, ubi legitur, ὑμεῖς ἀεί, et cætera.

(4) *Nos sumus.* Act. V, 32, ubi Græca Biblia habent, αὐτοῦ μάρτυρες, et, Πνεῦμα δέ.

C (5) *Cum autem.* Joan. XVI, 13.

(6) *Deducet.* Sive, *diriget*, ut transfert Hieronymus in Didymi libro *De Spiritu sancto*, num. 33. Vulgatus interpres : *docebit.*

(7) *Petro.* Act. X, 19 et 20. Nonnulla intermedia hic omittuntur.

(8) *Cogitante de verbo.* Hoc est, de re : id enim sæpe valet Hebraismus iste. Quanquam ea etiam *verba* intelligere licet, quæ Petro, dum celebre illud vas descenderet, in visione dicta sunt. Græca editio : ἐνθυμουμένου περὶ τοῦ ὁράματος, hoc est *cogitante de visione.* Vide segm. 102 *b.*

(9) *Sanctus.* Hæc vox deest tum in Græca editione, tum in Vulg. int.

(10) *Hæc dicit.* Act. XIII, 2. Græca editio : εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγ. Ἀφορ. δή μοι τόν τε Βαρνάβαν
D καὶ τὸν Σαῦλον, et reliqua. In libro quidem *De Sp. sancto* num. 8, hæc habet Didymus : « Hinc [codex noster ms. *unde*] et quidam cum supercilio ait : *Hæc dicit Spiritus sanctus.* » Verum ibi non locum hunc respicit, sed Act. XXI, 11, ubi Agabus eo modo *cum supercilio* loquens inducitur. Vide segm. 102 *b.*

(11) *Segr. mihi Paulum.* Pro, *Paulum*, Græca editio habet, *Saulum.* In libro autem *De Spiritu sancto*, num. 23, affertur hic locus in hunc modum in editis exemplaribus : *Separate mihi Barnabam et Saulum*, et cætera. At ibidem codex noster ms. habet, *Paulum.* Conjicere itaque licet, Hieronymum ex Didymo vertisse *Paulum*, ac scitulum aliquem ex Bibliis emendasse, *Saulum.*

(12) *Sp. sanctus.* Act. X, 19 et 20. Sensum tamen citat, non verba.

(13) *Tunc Paulus.* Act. XIII, 9. Sensum magis affert, quam verba.

(14) *Petrus.* Act. IV, 8. Videtur Didymus superiorem locum cum hocce confundere, aut sensum potius, quam ipsa verba utrobique citare voluisse. Vide segm. 107 *b.*

Digitized by Google Распознавание текста

Κύριος, ὃς οὕτω με κέκρικε, καὶ ὁ Παντοκράτωρ ὁ πικράνας μου τὴν ψυχήν· εἰ μὴν ἔτι τῆς πνοῆς μου ἐνούσης, Πνεῦμα δὲ θεῖον τὸ περιόν μοι ἐν ῥισίν. Τὸ ζωοποιοῦν με ἅγιον Πνεῦμα, φησίν, καὶ ἀναπνέειν ἔτι ποιοῦν. Καὶ ὡς ἡνίκα Παῦλος Θεσσαλονικεῦσι τὸ δεύτερον γράφει· *Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ παρακαλέσει ὑμῶν* [24 *a*] *τὰς καρδίας.* Καὶ Γαλάταις· *Παῦλος ἀπόστολος, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπου, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ Πατρός.* Καὶ Κορινθίοις, ὡς προείρηται· *Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος.* Καὶ ὁ Σωτὴρ δέ φησιν· *Ἐλευσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν.* Ποτὲ δὲ πρῶτον τὸ ἅγιον Πνεῦμα ὀνομάζουσιν, μετέπειτα δὲ τὸν Πατέρα, ἢ τὸν Υἱὸν, ὡς ὅταν Δαυὶδ ψάλλῃ· *Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός σου; καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω;* Καὶ ὁ Ἰὼβ, τὸ εὔγνωμον δεικνὺς, φάσκει· *Πνεῦμα θεῖον τὸ ποιῆσάν με· πνοὴ δὲ Παντοκράτορος ἡ διδάσκουσά με.* Καὶ ὡς Παῦλος ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ Κορινθίοις γράφει· *Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶν, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν, ὁ δὲ αὐτὸς Κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν.* Ποτὲ δὲ περὶ δύο ὑποστάσεων διαλέγονται ἀνωνύμως, ὡς ὅτε Ζαχαρίας λέγει· *Εἶπεν Κύριος πρὸς τὸν διάβολον· Ἐπιτιμήσει Κύριος ἐν σοὶ, διάβολε.* Καὶ ἀνωτέρω ἐδείχθη διὰ πλειόνων.

A cum Patre sibi, et Spiritui sancto servaverit. Atque ob hanc æqualitatem sacri libri modo quidem prius mentionem faciunt Patris, tum Filii, aut Spiritus sancti; modo vero prius memorant Filium : quod natura ab iis individuus sit, et quod Dei nomen sine ulla discrepantia omnibus conveniat (15). Ut cum alt Job, Trinitatem manifesto designans : *Viri* (16) *Dominus qui sic me judicavit, et Omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam : si quidem dum adhuc inest halitus meus, Spiritus autem divinus qui superest mihi in naribus :* quasi diceret : Spiritus sanctus, qui me vivificat, et qui adhuc me respirare facit. Et sicut cum Paulus in secunda ad Thessalonicenses scribit : *Ipse* (17) *autem Dominus noster Jesus Christus, et Deus ac Pa-*
B *ter consolabitur corda vestra.* Et ad Galatas : *Paulus* (18) *apostolus non ab homine, neque per hominem, sed per Jesum Christum et Deum Patrem.* Et ad Corinthios, ut antea (19) dictum est : *Gratia* (20) *Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei ac Patris, et communicatio sancti Spiritus.* Salvator vero etiam ait : *Veniemus* (21) *ego et Pater, et* **57** *mansionem apud eum faciemus.* Modo vero primum Spiritum sanctum nominant, deinde Patrem, aut Filium : ut cum David psallit : *Quo ibo* (22) *a Spiritu tuo, et a facie tua quo fugiam?* Et Jobus non ingratum se ostendens ait : *Spiritus* (23) *divinus qui fecit me, halitus vero Omnipotentis docens me.* Et sicut Paulus in prima ad Corinthios Epistola scribit : *Divisiones* (24)
C *autem charismatum sunt, idem autem Spiritus; et divisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus* (25); *et divisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Modo vero de duabus personis loquuntur, quin eas nominent (26) : ut cum Zacharias ait : *Dixit* (27) *Dominus ad diabolum : Increpabit Dominus in te, diabole.* Et ut superius (28) ostensum est fusius.

(15) *Dei nomen... conveniat.* Ad verbum : *et ob theologiæ indifferentiam.* Porro sicut κυριολογεῖν, est, *Dominum vocare*, sic θεολογεῖν est, *Deum vocare*, ut omnibus notum est, iis maxime, qui in Græcorum Patrum lectione versati sunt. Itaque hæc *theologiæ indifferentia*, de qua Didymus, in eo sita est, ut *Dei nomen sine discrimine* divinis personis *tribuatur.*

(16) *Virit.* Job XXVII, 2 et 3. Complutensis editio sic habet, ut Didymus. Nonnullæ aliæ pro Κύριος habent, ὁ Θεός, et pro εἰ μήν habent, ἢ μήν. Qui notas apposuit Francofurtensi editioni, lectionem, εἰ μήν, mendosam dixit : non animadvertens fortasse hebraismum hic latere, ac jurantis esse illud, εἰ, aut, *si.*

(17) *Ipse.* II Thess. II, 16 et 17. Nonnulla omittuntur intermedia. Pro παρακαλέσει Græca editio habet, παρακαλέσαι, sicut et Vulgatus legit.

(18) *Paulus.* Galat. I, 1. Græca editio et Vulgata translatio habent : *non ab hominibus.*

(19) *Antea.* Segm. 20 *b.*

(20) *Gratia.* II Cor. XIII, 13. Explicationis causa addit Didymus verba illa, *et Patris*, quæ segm. 20 *b* non addiderat : ut scilicet clarius indicet, *Dei* nomine se *Deum Patrem* intelligere.

(21) *Veniemus.* Joan. XIV, 23, ubi verba illa, *ego*, et *Pater*, non exstant, sed a Didymo sensum citante hic adduntur : nec ea in Evangelio ipse legit, aut, ut rectius loquar, sibi a suis lecta audivit : sicut manifesto apparet ex libro *De Sp. sancto*, num. 24.
D Ibi enim prius hæc dictavit : « Et Salvator, *Veniemus*, inquit, *ego et Pater* (haud dubium, quin ad eum, qui præcepta ejus servaverit), *et mansionem apud eum faciemus.* » Tum quasi eum pœniteret, quod verba ipsa *sermonis*, id est textus (id enim valet non raro vox λόγος apud Didymum, ut vidimus segm. 22 *b*, et apud alios Patres), hæc statim subjunxit : « Porro sic sermo iste contexitur : *Si quis diligit me... Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus,* » et reliqua.

(22) *Quo ibo.* Psal. CXXXVIII, 6 (seu 7).

(23) *Spiritus.* Job XXXIII, 4. Complutensis editio post Παντοκράτορος, addit ἐστι. Aliæ editiones voculam eam omittunt, ut Didymus tum hic, tum alibi.

(24) *Divisiones.* I Cor. XII, 4-6

(25) *Idem autem Dominus.* Græca editio habet : καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος, quam lectionem sequitur Didymus segm. 26 *a*, et 94 *b*, et, ut videtur, in libro *De Spiritu sancto*, num. 22, cum ibi Vaticanus codex, ac noster, et Vetus editio habeant : *Et ipse Dominus.* Quin etiam vocula ἐστι, quæ mox additur in Græcis Bibliis, ibi similiter omittitur a Didymo, ut hoc in loco.

(26) *Quin eas nominent.* Pro ἀνωνύμως legendum suspicor, ὁμωνύμως, id est, *ambigue.*

(27) *Dixit.* Zachar. III, 2. Græca editio pro ἐπιτιμήσει habet, ἐπιτιμήσαι, hoc est *increpet.*

(28) *Superius.* Initio hujus capitis, sive segm. 19.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ФР

CAP. XIX.

Quod alicubi dicitur de Patre, id alibi de Filio dici, aut de Spiritu sancto, eo quod Trinitas sit in una Deitate.

In una igitur exsistere deitate inclytam Trinitatem, ac Dei appellationem in ea communem esse cum norint hierophantæ (29) nostri, seu mysteriorum doctores; illud ipsum, quod modo de Patre dixerunt, alias alii de Filio, aut de Spiritu sancto prædicant: non quod sibimetipsi contradicant, sed ut nos quoque et hoc ipsum rectæ fidei præcipuum (30) caput noverimus, neque hoc etiam ignoremus, quod scilicet cujuscunque omnino personæ mentionem fecerimus, fide aliam quoque simul, utpote inseparabilem (31), **58** comprehendimus. At fieri non potest, ut veraces, atque ab omni opinione veritatem negante puri, ac immunes, Dei hypophetæ (32), hoc est, ejus oraculorum interpretes, mentiantur, qui simplicem veritatem, ac eam, quæ vere veritas est, id est bonitatem Dei, docent: *Nec enim fas est immundis munda* (33) *attingere*, ut aiunt: ii vero mundi erant, atque ab omni falsa opinione alieni. Hoc porro statim in divina visione inveniemus, quam vidit Isaias. Quidni autem primo totum illum locum, sicuti se habet, in medium afferam? Ait igitur: *Vidi* (34) *Dominum Sabaoth* (35) *sedentem super solium excelsum, et elevatum: et plena domus gloria ejus. Et seraphim stabant circa ipsum: sex alæ uni, et sex alæ uni: et duabus quidem alis velabant facies; duabus autem pedes; duabus autem volabant. Et clamabant alter ad alterum: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth: plenum est cœlum* (36), *et omnis terra gloria ejus.* Et post alia inquit: *Dixit* (37) *mihi: Dic populo: Auditu audite, et non intelligetis; et videntes videbitis, et non cognoscetis: impinguatum enim est cor populi hujus, et auribus suis graviter audierunt, et oculos suos clauserunt, ne forte videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sa-*

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Περὶ τοῦ τὸ νῦν λεχθὲν περὶ τοῦ Πατρὸς, ἄλλοτε περὶ τοῦ Υἱοῦ εἰρῆσθαι, ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διὰ τὸ ἐν μιᾷ θεότητι τὴν Τριάδα ὑπάρχειν.

Ἐν μιᾷ τοιγαροῦν θεότητι οἱ ἱεροφάνται τὴν ἔνδοξον Τριάδα ἐπιστάμενοι, καὶ τὴν θεολογίαν αὐτῆς ἐπίκοινον οὖσαν, ὅπερ νῦν εἰρήκασι περὶ τοῦ Πατρὸς, ἄλλοτε ἄλλοι περὶ τοῦ Υἱοῦ, ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διαγορεύουσιν· οὐκ ἐναντιούμενοι ἑαυτοῖς, ἀλλὰ διὰ τὸ καὶ ἡμᾶς εἰδέναι τοῦτό τε αὐτὸ τῆς ὀρθῆς πίστεως τὸ κέριον· καὶ ὡς οἷας δ' ἂν ὑποστάσεως ἐπιμνησθῶμεν ἐκ παντὸς, καὶ τὴν ἄλλην τῇ πίστει [24 *b*] συνανελάβομεν, ἅτε ἀχώριστον. Ἀψευδεῖν δὲ ἀνάγκη τοὺς ἀψευδεῖς ὑποφήτας Θεοῦ, καὶ δόξης ἀρνουμένης τὴν ἀλήθειαν καθαροὺς τοὺς τὴν ἁπλῆν καὶ ὄντως ἀλήθειαν, τοῦτ' ἔστιν τὴν ἀγαθότητα, τοῦ Θεοῦ διδάσκοντας. Μὴ καθαροῖς γὰρ καθαρῶν ἐφάπτεσθαι μὴ οὐχὶ θεμιτὸν, φασίν· οἱ δὲ ἦσαν καθαροὶ, καὶ πάσης ψευδοδοξίας ἀλλότριοι. Εὑρήσομεν δὲ τοῦτο εὐθὺς εἰς τὴν θεοπτίαν, ἣν ἐθεάσατο Ἡσαΐας. Τί δὲ μὴ πρῶτον ὅλου ἐκείνου, ὡς ἔχει, μνημονεύσω τοῦ χωρίου; Λέγει οὖν· *Ἶδον τὸν Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ. Καὶ σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ· ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνὶ, καὶ ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί· καὶ ταῖς μὲν δυσὶ πτέρυξι κατεκάλυπτον τὰ πρόσωπα, ταῖς δὲ δυσὶ τοὺς πόδας, ταῖς δὲ δυσὶν ἐπέταντο, καὶ ἐκραζον ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος σαβαὼθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ.* Καὶ μεθ' ἕτερά φησιν· *Εἶπέ μοι· Εἰπὲ τῷ λαῷ· Ἀκοῇ ἀκούετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσιν, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσιν· καὶ ἐπιστρέψωσιν, καὶ ἰάσομαι αὐτούς.* Καὶ μεταξὺ ἄλλων ἐπιφέρει· *Καὶ τὸν βασιλέα Κύριον Σα-*

(29) *Hierophantæ.* Vox a profano usu ad sacrum traducta: cujus modi apud Græcos Patres non paucæ occurrunt, ab ethnicis quoque usurpatæ, ut *hieromantæ*, *hypophetæ*, *mystæ*, *mystagogia*, λόγια, sive, *oracula*, χήρυκες, seu *præcones*, χρησμοί, id est *divina responsa*, et alia id genus.

(30) *Præcipuum.* In Græco, τὸ κέριον, quæ vox rursus occurret segm. 120 *a*. Nunquid suspicabimur κύριον legendum esse? Mihi quidem id minus arrideret. An vocem ipsam retinebimus, quippe quæ bis ita scripta fuerit a librario, eoque non omnino indiligenti? Eam fortasse lectionem quis defendat, atque huc κεροπλάστας vel invitos trahat, aut quod apud Homerum Paridi Diomedes ait, κέρ' ἀγλαέ. Ast equidem malim pro κέριον legere καίριον, ut legitur segm. 201 *b*: nam segm. quoque 4 *a* scriptum est ἀκερέους pro ἀκεραίους, et segm. 121 *b*, ἀκέρεον pro ἀκέρκιον. Eo sensu itaque καίριον hic dixit Didymus, quo Timæus Locrus τόπως ἐπικαιρίως, id est, *loca principalia*: ac Lucianus τραύματα καίρια, cujusmodi sunt, quæ a Synesio κροταφιαῖαι πληγαί dicuntur.

(31) *Inseparabilem.* Legi potest Augustinus in primo *De Trinitate*, num. 17: *Denique propter inseparabilitatem*, inquit, *sufficienter aliquando nominatur vel Pater solus, vel Filius solus*, et reliqua.

(32) *Hypophetæ.* Erant apud ethnicos et *prophetæ*, seu vates, et *hypophetæ*, quasi *subvates*, ii scilicet, opinor, qui ridicula illa oracula a perridiculis prophetis accepta interpretabantur, aut evulgabant. Itaque hypophetas non ineleganter vocat Didymus sacros illos Novi Testamenti scriptores, qui prophetarum Veteris Testamenti oracula interpretati sunt.

(33) *Immundis munda.* Socrates in *Phædone* Platonis: Μὴ καθαρῷ γὰρ (inquit) καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ· id est, *Num impuro quidem purum attingere nefas est.* Eodem vero sensu adagium illud Plato adhibet, quo Didymus, et Gregorius Naz. oratione XXXIII. Vox quoque ψευδοδοξία, quæ mox subjicitur, Platonica est.

(34) *Vidi.* Isa. VI, 1-3. Græca editio habet, εἶδον, et εἱστήκεισαν, aliasque nonnullas parvi momenti varietates, quarum plerasque omitto.

(35) *Sabaoth.* Vox Σαβαὼθ hic deest in Græca editione.

(36) *Cœlum, et.* Non leguntur in Græca editione voces, οὐρανὸς, καί.

(37) *Dixit.* Isa. VI, 9, 10. Complutensis editio: Καὶ εἶπε· Πορεύθητι· καὶ εἶπον τῷ λαῷ τούτῳ... ἀκούσετε... συνεῖτε... ἰάσωμαι.

Digitized by Google Распознавание текста

βαὼθ ἶδον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου· καὶ ἀπεστάλη πρὸς μὲ ἓν τῶν σεραφὶμ, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὸν ὀφθέντα τοίνυν Κύριον Σαβαὼθ καὶ [25 *a*] βασιλέα, Ἡσαΐας μὲν οὗτος αὐτὸν τὸν Θεὸν Πατέρα εἶναι οἶδεν· Παῦλος δὲ, ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ἀποστολικῶν Πράξεων, τὸ ἅγιον Πνεῦμα τυγχάνειν ὂν ἀπεφήνατο, τοιῶσδε ἀνειπών· *Καλῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· Πορεύθητι πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ εἰπὲ αὐτῷ· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ τὰ ἑξῆς ὡς πρόκειται.* Ἰωάννης δὲ ἐν Εὐαγγελίῳ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι διωρίσατο· ἔφη γάρ· *Τοσαῦτα σημεῖα πεποιηκότος τοῦ Ἰησοῦ, οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν· ὅτι εἶπεν Ἡσαΐας· Τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ ἐπήρωσεν αὐτῶν τὴν καρδίαν· ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ νοήσωσι τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσομαι αὐτούς.* Καὶ εὐθὺς ἐπάγει· *Ταῦτα δὲ εἶπεν Ἡσαΐας, ὅτε εἶδεν τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ.* Ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἐβεβαίωσε λέγων· *Ἐὰν μὴ πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι, ἀποθανεῖσθε ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν.* Ἐγὼ δὲ οὐκ ἔχω τὸ ἀκριβὲς εἰδέναι, τίνα τρόπον ἐκ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς δουλείας ἐξήγαγε τὸν λαὸν Μωσῆς, ἢ τίνα τρόπον ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐτράφησαν· ἀλλ' ὅτι ἐκ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς δουλείας ἐξήγαγε τὸν λαὸν Μωσῆς, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐτράφησαν, ἐκ τῆς Γραφῆς ἔγνων. Ἐν γὰρ τῷ Δευτερονομίῳ ὁ Κύριος ἔφη· *Καὶ ἤγαγον ὑμᾶς ἐν τῇ ἐρήμῳ τεσσαράκοντα ἔτη, καὶ οὐκ ἐπαλαιώθη τὰ ἱμάτια ὑμῶν ἐπὶ τοῖς σώμασιν ὑμῶν, καὶ τὰ ὑποδήματα τῶν ποδῶν ὑμῶν οὐ διερράγη.* Ἐν δὲ τῷ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ βιβλίῳ ἐν τῷ τέλει τοῦ βιβλίου ἐγράφη· *Καὶ ἔθαψαν τὰ ὀστᾶ Ἰωσὴφ ἐν Σικίμοις, καὶ ἐγένετο ἐν τῷ μνήματι ἐν ᾧ ἔθαψαν τὰ ὀστᾶ Ἰωσὴφ, ἐν τῷ ἀγρῷ ὃν ἐκτήσατο Ἰακὼβ παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμμὼρ τοῦ πατρὸς Σικίμων, ἐν μερίδι ἑκατὸν ἀμνάδων, καὶ ἐγένετο αὐτῷ εἰς κληρονομίαν τοῖς υἱοῖς Ἰωσήφ.* Ἐν δὲ τῷ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ βιβλίῳ ἐν τῷ τέλει τοῦ βιβλίου ἐγράφη· *Καὶ ἔθαψαν τὰ ὀστᾶ Ἰωσὴφ ἐν Σικίμοις, καὶ ἐγένετο ἐν τῷ μνήματι ἐν ᾧ ἔθαψαν τὰ ὀστᾶ Ἰωσὴφ, ἐν τῷ ἀγρῷ ὃν ἐκτήσατο Ἰακὼβ παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμμὼρ τοῦ πατρὸς Σικίμων, ἐν μερίδι ἑκατὸν ἀμνάδων, καὶ ἐγένετο αὐτῷ εἰς κληρονομίαν τοῖς υἱοῖς Ἰωσήφ.* Ἐν δὲ τῷ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ βιβλίῳ ἐν τῷ τέλει τοῦ βιβλίου ἐγράφη· *Καὶ ἔθαψαν τὰ ὀστᾶ Ἰωσὴφ ἐν Σικίμοις, καὶ ἐγένετο ἐν τῷ μνήματι ἐν ᾧ ἔθαψαν τὰ ὀστᾶ Ἰωσὴφ, ἐν τῷ ἀγρῷ ὃν ἐκτήσατο Ἰακὼβ παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμμὼρ τοῦ πατρὸς Σικίμων, ἐν μερίδι ἑκατὸν ἀμνάδων, καὶ ἐγένετο αὐτῷ εἰς κληρονομίαν τοῖς υἱοῖς Ἰωσήφ.*

A *nabo* (38) *eos*. Et inter alia addit : *Et regem* (39) *Dominum Sabaoth vidi oculis meis, et missus est ad me unus e seraphim*. Et quæ sequuntur. Illum ergo, quem vidit, Dominum Sabaoth, et regem, Isaias quidem iste ipsum novit esse (40) Deum Patrem. Paulus autem in libro Actorum apostolicorum Spiritum sanctum esse affirmavit, præconis instar id ita promulgans : *Bene* (41) **59** *Spiritus sanctus locutus est ad patres vestros per Isaiam prophetam dicentem : Vade ad populum istum, et dic ipsi : Aure audietis, et non intelligetis*, et quæ sequuntur, ut antea posita sunt. Joannes autem in Evangelio Filium Dei esse definivit : ait enim : *Cum tanta* (42) *signa fecisset Jesus, non poterant credere : quia dixit Isaias : Excæcavit eorum oculos, et perverlit* B (43) *eorum cor, ut non videant oculis, et non intelligant corde, et convertantur, et sanabo eos*. Et statim subdit : *Hæc* (44) *autem dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus* : id est, Filii Dei. Atque hæc quidem de his hactenus. Alia vero etiam eamdem vim habentia, audi a Davide in psalmo xciv ex persona Dei Patris canente ad lyram in hunc modum : *Tentaverunt* (45) *me patres vestri, et viderunt opera mea quadraginta annis : ideo* (46) *iratus fui generationi huic, et dixi : Semper errant corde : ipsi vero non cognoverunt vias meas ; ut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam*. Paulus Hebræis scribens, ex eodem psalmo ex persona sancti Spiritus definit in hunc modum : *Sicut* (47) *dixit*, inquit, *Spiritus sanctus : Hodie, si vocem meam* (48) *audieritis, ne obduretis corda vestra, sicut in exacerbatione, secundum diem tentationis* (49), *ubi tentaverunt me patres vestri* (50), *et viderunt opera mea quadraginta annis*. Et Stephanus in Actis apostolorum Judæis ex eodem Scripturæ loco pudorem incutiens ait : *Duri* (51) *cervice, et incircumcisi corde, et auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis : sicut patres vestri, ita et vos*. Similiter vero Hebræos ex Ægypto eductos fuisse ac deductos a Domino Moyses dicit in Deuteronomio : *Dominus* (52) enim, inquit, *solus duxit illos, et non erat* **60** *cum illis deus alienus*.

(38) *Sanabo*. In libro quoque *De Spiritu sancto*, num. 29, Didymus dictavit, ἰάσομαι, cum Hieronymus transtulerit : *Et convertentur* (sive, ut habet codex noster, *et convertantur*), *et sanabo illos*.

(39) *Et regem*. Isa. vi, 5, 6. Græca editio ἶδον.

(40) *Esse*. Lego ὄν, pro ὂν. Argumentum porro, quod hic hæreticis objicit, attigerat Didymus etiam in libro *De Spiritu sancto*, num. 29.

(41) *Bene*. Act. xxviii, 25, 26. Græca editio habet ἡμῶν pro ὑμῶν, et λέγον pro λέγοντος. Vox vero αὐτῷ ibi deest. In libro *De Sp. sancto*, num. 5, pro, *bene*, Hieronymus vertit, *sicut*. Itaque verisimile est, Didymi opusculi exemplar, quo is usus est, habuisse καθὼς pro καλῶς. At in eodem libro, num. 29, hunc ipsum locum rursus citat hoc modo : « Ut in fine eorumdem Actuum scribitur : *Bene Spiritus sanctus locutus est per Isaiam prophetam ad patres vestros* [codex noster : *ad patres nostros*], *dicens : Vade ad populum istum, et dic : Aure audietis*, et reliqua. »

(42) *Cum tanta*. Joan. xii, 37-40. Plura omittit intermedia.

(43) *Perverlit*. In Joanne Græca editio habet πεπώρωκεν, id est, *induravit*. Didymus, ἐπήρωσεν, nisi quis librarium conjiciat pro ἐπώρωσεν, scripsisse ἐπήρωσεν. Paulo post Græca Joannis editio habet, ἐπιστραφῶσι καὶ ἰάσωμαι, id est *convertantur, et sanem*, ut legit, et vertit Vulg. interpres.

(44) *Hæc*. Joan. xii, 41, ubi deest vocula δέ.

(45) *Tentaverunt*. Psalm. xciv, 10-12, Græca ed. post ὑμῶν addit, ἐδοκίμασάν με. Tum sequitur, καὶ εἶδον. Pro ταύτῃ, καὶ εἶπον, habet, ἐκείνῃ, καὶ εἶπα.

(46) *Ideo*. Deest vox διό in Græca editione Psalmorum. Sed eam habet Paulus citans hunc locum in Epistola ad Hebræos.

(47) *Sicut*. Hebr. iii, 7-9, ubi legitur : καθὼς λέγει.

(48) *Meam*. Biblia : αὐτοῦ, id est *ejus*.

(49) *Tentationis*. Biblia addunt, ἐν τῇ ἐρήμῳ, id est *in deserto*.

(50) *Vestri*. Græca editio addit, ἐδοκίμασάν με, id est *probaverunt me*. Tum habet : καὶ εἶδον.

(51) *Duri*. Act. vii, 51.

(52) *Dominus*. Deut. xxxii, 12.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Et Jeremias similiter : *Et non* (53) *dixistis* (inquit) : *Ubi est Dominus, qui reduxit nos de terra Ægypti, qui deduxit nos in deserto ?* Isaias autem a Spiritu sancto deductos fuisse dicit : ait enim : *Duxit* (54) *eos per abyssum, sicut equum per desertum, et non laboraverunt; et sicut jumenta per planitiem : descendit Spiritus a Domino, et deduxit illos.* Paulus autem ipsis ducem viæ Christum fuisse docet : *Bibebant* (55) *enim*, inquit, *de spirituali sequente petra; petra autem erat Christus.* Cui consona etiam Judas in catholica, hoc est universali, Epistola scribit : *Qui* (56) *enim Dominus Jesus semel populum ex Ægypto salvavit, secundo eos, qui non crediderunt ipsi, perdidit.* Eorum (57) ergo conatus, qui adorabilem Filium, et divinum Spiritum aiunt esse creaturam, duobus hic modis evertitur : primum scilicet ex eo, quod de utraque persona in Scriptura dicta sint, quæ unam infinitam naturam denotant; deinde ex eo, quod addatur : *Non erat cum illis Deus alienus*, id est *heterousius*, sive alterius substantiæ. Eadem ratione Moyses quidem ait : *Non erit* (58) *pars, neque sors Levitis in terra : Dominus ipse est pars eorum.* Et Jeremias : *Qui formavit* (59), inquit, *omnia, ipse est hæreditas Jacob : Dominus nomen illi.* Ac David in XV psalmo : *Dominus* (60) *pars hæreditatis meæ, et calicis mei.* At vero Paulus Spiritum sanctum hæreditatem esse scribit Ephesiis : *In quo* (61), inquit, *credentes signati sumus Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ.* Similiter ad Corinthios scribit Paulus : *Divisiones* (62) *autem charismatum sunt, idem autem Spiritus : et divisiones ministeriorum sunt, et idem Dominus : et divisiones operationum sunt, idem* (63) *autem Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Ut porro deitatis **61** identitatem ostendat, non modo Spiritus primum meminit hoc in loco, deinde Filii, ac postmodum Patris : sed etiam ille ipse, qui nunc dixit, *Deum omnia operari*, post pauca subdit : *Hæc autem* (64) *omnia operatur unus et idem Spiritus dividens seorsum unicuique, sicut vult :* manifeste, et expresse ostendens, Spiritum esse simul et Deum Patri, ac Filio consubstantialem, et sua præditum auctoritate, ac potestate. Quin audire etiam licet Deum ac Patrem in Isaia dicentem : *Et gloriam* (65) *meam alteri non dabo :* et Joan-

A Ἑβραίους, ὁ μὲν Μωϋσῆς Κύριον λέγει ἐν τῷ Δευτερονομίῳ· *Κύριος* γὰρ, φησὶν, *μόνος ἦγεν αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν θεὸς ἀλλότριος.* Καὶ ὁ Ἱερεμίας ὡσαύτως· *Καὶ οὐκ εἴπατε*, φησίν· *Ποῦ ἐστιν Κύριος ὁ ἀναγαγὼν ὑμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ὁ καθοδηγήσας ὑμᾶς ἐν τῇ ἐρήμῳ ;* Ὁ δέ γε Ἡσαΐας, τὸ ἅγιον Πνεῦμα ὠδηγηκέναι λέγει· *Ἦγαγε γὰρ*, φησὶν, *αὐτοὺς διὰ ἀβύσσου, ὡς ἵππον δι' ἐρήμου, καὶ οὐκ ἐκοπίασαν· καὶ ὡς κτήνη διὰ πεδίου. Κατέβη Πνεῦμα παρὰ Κυρίου, καὶ ὡδήγησεν αὐτούς.* Ὁ δὲ Παῦλος ὁδηγὸν αὐτῶν τὸν Χριστὸν γεγενῆσθαι διδάσκει· *Ἔπινον γὰρ*, φησὶν, *ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός.* Ὧ συνῳδὰ καὶ Ἰούδας καθολικῶς γράφει· *Ἅπαξ γὰρ Κύριος Ἰησοῦς λαὸν ἐξ Αἰγύπτου σώσας, δεύτερον τοὺς μὴ πιστεύσαντας αὐτῷ ἀπώλεσεν.* Ἐνταῦθα οὖν διπλῶς ἀναιρεῖται ἡ ἐπιχείρησις τῶν λεγόντων κτίσμα τὸν σεπτὸν Υἱὸν καὶ τὸ θεῖκὸν Πνεῦμα, ἀπό τε τοῦ περὶ ἑκατέρας ὑποστάσεως κεχρησμῳδῆσθαι τὰ τὴν ἄπειρον μίαν φύσιν κατασημαίνοντα, ἀπό τε τοῦ παρακεῖσθαι, ὅτι *Οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν θεὸς ἀλλότριος*, τοῦτ' ἔστιν ἑτερούσιος. Τὸν ἴσον τρόπον Μωϋσῆς μὲν λέγει· *Οὐκ ἔσται μερὶς, οὐδὲ κλῆρος τοῖς Λευίταις ἐπὶ* [26 *a*] *τῆς γῆς· Κύριος αὐτὸς, μερὶς αὐτῶν·* Ἱερεμίας δέ· *Ὁ πλάσας*, φησὶν, *τὰ πάντα, αὐτὸς κληρονομία τοῦ Ἰακώβ· Κύριος ὄνομα αὐτῷ·* Δαυὶδ δὲ ἐν ιε' ψαλμῷ· *Κύριος, μερὶς τῆς κληρονομίας μου καὶ τοῦ ποτηρίου μου.* Ὁ δέ γε Παῦλος τὸ ἅγιον B Πνεῦμα τὴν κληρονομίαν εἶναι Ἐφεσίοις ἐπιστέλλει· *Ἐν ᾧ*, φησὶν, *πιστεύσαντες, ἐσφραγίσθητε τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ, ὅ ἐστιν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν.* Ὁμοίως Παῦλος Κορινθίοις γράφει· *Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶν, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν, καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν.* Δεικνὺς δὲ τὴν ταυτότητα τῆς θεότητος, οὐ μόνον ἐνταῦθα πρώτου ἐπιμέμνηται τοῦ Πνεύματος, εἶτα τοῦ Υἱοῦ, καὶ οὕτω τοῦ Πατρός· ἀλλὰ καὶ ὁ νῦν εἰρηκὼς τὸν Θεὸν τὰ πάντα ἐνεργεῖν, μετ' ὀλίγον ἐπάγει· *Ταῦτα δὲ πάντα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται·* σαφῶς καὶ διαῤῥήδην αὐτὸ Θεὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ

(53) *Et non.* Jerem. II, 6. Græca editio : εἶπαν pro εἴπατε, et ἡμᾶς utrobique pro ὑμᾶς.

(54) *Duxit.* Isa. LXIII, 13, 14. Edit. τῆς ἀβύσσου.

(55) *Bibebant.* I Cor. X, 4.

(56) *Qui.* Judæ vers. 5. Græca editio : εἰδότας ὑμᾶς ἅπαξ τοῦτο, ὅτι ὁ Κύριος λαὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου... μὴ πιστεύσαντας αὐτῷ ἀπώλεσεν. Vulgatus int. pro, *Dominus*, habet, *Jesus*. Didymus utrumque.

(57) *Eorum*, etc. Anomœos, sive Eunomianos potissimum designat. Macedonius enim, ut ait etiam Didymus segm. 18 *b*, solum Spiritum sanctum, non Filium volebat esse creaturam. Quin de Macedonianis quoque Augustinus in libro *De hæresibus*, hæresi 52, ait : *De Patre et Filio recte sentiunt, quod unius sint ejusdemque substantiæ sive essentiæ.*

(58) *Non erit.* Deut. X, 9, ubi sensus quidem est fere idem, sed verba paululum diversa. Com- D plutensis editio habet : Οὐκ ἔσται τοῖς Λευίταις μερὶς καὶ κλῆρος παρὰ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῶν· Κύριος αὐτὸς κλῆρος αὐτοῦ. Id est : *Non erit Levitis pars et possessio apud fratres suos. Dominus ipse possessio ejus.* Aliæ editiones aliter.

(59) *Qui formavit.* Bis hæc scripsit Jeremias, cap. X, 5, et cap. LI, 19. Utrobique pro τοῦ Ἰακὼβ legitur αὐτοῦ.

(60) *Dominus.* Psal. XV, 5.

(61) *In quo.* Ephes. I, 13, 14. Græca editio : ἐσφραγίσθητε, id est *signati estis*. Et paulo post : ὅς ἐστιν. Segm. 56 *a*, et in lib. *De Spiritu sancto*, num. 5, etiam Didymus dictavit : *signati estis*.

(62) *Divisiones.* I Cor. XII, 4-6.

(63) *Idem.* Omittit voculam ἐστι, ut segm. 24 *a*.

(64) *Hæc autem.* I Cor. XII, 11.

(65) *Et gloriam.* Vocula καὶ deest in Gr. ed.

Digitized by Google Распознавание текста

Γίῳ ἅμα καὶ αὐτεξούσιον παριστῶν. Ἔστιν ἀκοῦσαι καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς παρ' Ἡσαΐᾳ μὲν εἰρηκότος· *Καὶ τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω*· Ἰωάννου δὲ φήσαντος· *Ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν Υἱόν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα* (ἤδη γὰρ ἤδει σαφῶς, ὅτι οὐχ ἑτεροουσίῳ τῷ Μονογενεῖ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἡ δόξα ἀναπέμπεται)· πάλιν τοῦ Μάρκου λέγοντος ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ· *Ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ μοιχαλίδι καὶ ἁμαρτωλῷ, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτόν, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων.* Ὁ Ματθαῖος, τὸ αὐτὸ κεφάλαιον ἐκτιθέμενος, οὐκ εἶπεν, Ἐν τῇ [26 *b*] δόξῃ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ', *Ἐν τῇ τοῦ Υἱοῦ, οὕτω γράψας· Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ· ὅτε καθίσῃ ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ.* Καὶ παρ' Ἰωάννῃ δέ φησιν· *Δόξασόν με τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον παρὰ σοὶ, πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι.*

nem inquientem: *Ut omnes* (66) *honorent Filium, sicut honorant Patrem* (jam enim probe noverat, gloriam, quæ redditur Unigenito, et Spiritui sancto, non reddi *heterousio*, hoc est, ei, qui sit alterius essentiæ) : insuper Marcum dicentem ex persona Christi : *Qui enim* (67) *me erubuerit et verba mea, in generatione ista adultera et peccatrice, et Filius hominis erubescet eum, cum venerit in gloria Patris sui cum angelis sanctis.* Hoc ipsum capitulum exponens Matthæus non dixit, in gloria Patris, sed, *in gloria Filii*, cum ita scripserit : *Cum autem* (68) *venerit Filius hominis in gloria sua, et omnes sancti angeli cum eo, quando sedebit in throno gloriæ suæ.* Et apud Joannem ait : *Glorifica* (69) *me gloria quam habui apud te, antequam mundus esset.*

ΚΕΦ. Κ'.

Περὶ τοῦ, διὰ τὸ ὁμοούσιον καὶ ἰσοδύναμον, κατοικεῖν ἐν πιστοῖς τόν τε Πατέρα, τόν τε Υἱὸν, τό τε ἅγιον Πνεῦμα. Καὶ πρὸς τὴν τῶν ἑτεροδόξων ἀντίθεσιν.

Εὑρήσομεν ἔτι τὸ ὁμοούσιον τῆς Τριάδος, καὶ ὡς ἀπαραλλάκτως πάντα ἐστὶν αὐτῇ δυνατὰ, εἰ ξυνείλωμεν, ὅτι αὐτὴ μόνη, ὑπὲρ τὸ ἄϋλον καὶ ἀόρατον ὦσα, κατ' οὐσίαν μετέχεσθαι δύναται, καὶ πληροῦν ὃν ἔκτισε ναόν· καὶ αὐτῇ οὐ τὸ πρᾶγμα τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ λέξις ἁρμόζει. Ἕπεται γὰρ τῷ μεθεκτῷ τὸ ἄτρεπτον· καὶ τούτῳ τὸ ἄκτιστον, ὃ ἐστιν καὶ ἀναρχον. Οὐδὲν δὲ κτιστὸν, ὅσον ἀπὸ Γραφῶν συνηθείας, μετουσίας τρόπῳ μετέχεσθαι δύναται, ἢ πληροῦν οὐσιωδῶς τὸν ἄνθρωπον· ἀλλὰ μόνῳ τῷ τῆς ἕξεως, τῆς ἀγαθῆς, ἢ τῆς φαύλης. Μεταφορικῶς γὰρ λέγομέν τινας ἀρετῆς καὶ ἐπιστήμης πεπληρῶσθαι, καὶ τεθεωρημένως προφέρειν δύνασθαι τὰ ἀρετῆς καὶ ἐπιστήμης ἐπίχειρα, ὡς οἱ ἀκραιφνῶς τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου Πνεύματος μεταλαχόντες. Μαρτυρεῖται οὖν κατοικεῖν ἐν ἡμῖν ὅ τε Πατὴρ, ὅ τε Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, ὡς ἡνίκα Παῦλος Κορινθίοις τὸ δεύτερον γράφει ἐκ τοῦ Ἱερεμίου· *Ἡμεῖς γὰρ ναὸς Θεοῦ ἐσμεν ζῶντος, καθὼς εἶπεν ὁ Θεός· Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω· καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μου λαός·* καὶ πάλιν· *Οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; καὶ οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ* [27 *a*] σώ-

CAP. XX.

De eo, quod in Scripturis ob consubstantialitatem (70), *et potestatis æqualitatem legimus, habitare in fidelibus et Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum. Et contra heterodoxorum objectionem.*

Præterea consubstantialem esse Trinitatem, ac omnia eam posse sine ullo inter personas discrimine, inveniemus, si hoc animadvertamus, quod cum ipsa (71) sola supra immaterialia et invisibilia omnia posita sit, *participari* secundum essentiam potest, et templum implere, **62** quod condidit; ac si noverimus, non modo hanc eirem convenire, sed etiam ipsum vocabulum. Quod enim est communicabile, est etiam immutabile; quod vero est immutabile, est etiam increatum, seu, quod idem valet, est etiam æternum. Nulla vero creata res, quantum quidem loquendi consuetudo fert a Scripturis servata, per participationem communicari dici potest, aut substantialiter hominem implere valet; sed dumaxat instar habitus boni, aut mali : metaphorice enim aliqui virtute, et scientia repleti esse dicuntur, et speculative proferre posse virtutis et scientiæ dona (72), ut ii qui vere ac sincere Spiritus sancti gratiæ participes facti sunt. In nobis porro habitare et Patrem, et Filium, et Spiritum testantur Scripturæ : ut cum Paulus in secunda ad Corinthios scribit ex Jeremia : *Nos enim* (73) *sumus*

(66) *Ut omnes.* Joan. v, 23.

(67) *Qui enim.* Marc. viii, 38. Græca editio sic habet omnino, ut Didymus. At Vulgatus interpres contrario sensu : *confessus fuerit*, et : *confitebitur.* An suspicari licet librarios ita scripsisse, pro *confessus fuerit*, et, *confundetur?*

(68) *Cum autem.* Matth. xxv, 31. Græca editio pro ὅτε habet τότε, id est, *tunc.*

(69) *Glorifica.* Joan. xvii, 5. Aliqua omittit interpres.

(70) *Ob consubstantialitatem*, etc. Hoc ipsum argumentum fuse persequitur Didymus in libro *De Spiritu sancto*, num. 4, et seqq., et num. 25 et 60. Alicubi vero iisdem verbis mentem suam aperit, quibus hoc in capite.

(71) *Ipsa.* Librarius quasi incertus, scriberetne αὐτη, id est, *hæc*, an αὐτή, id est, *ipsa*, scripsit sine spiritu, ac sine accentu, αυτη.

(72) *Dona.* Ἐπίχειρον est proprie *manupretium*, translate quodvis *præmium*, aut *merces.* Itaque Sophocles, apud Clementem in quarto *Stromatum*, virtutem ait laboris ipsam sui præmium esse, οὐκ ἐκ θυραίων τἀπίχειρα λαμβάνειν, id est, *non aliunde præmia accipere.*

(73) *Nos enim.* II Cor. vi, 16. Græca Epistolarum Pauli editio habet : Ὑμεῖς . . . ἐστε . . . ὅτι ἐνοικήσω . . . . ἔσονταί μοι. Locus vero a Paulo hic allegatus exstat non in Jeremia, ut ait Didymus, sed Levit. xxvi, 12. At cum Apostolus paulo post afferat Jeremiæ verba, *ero vobis in Patrem*, hinc fortasse profecta errati occasio. Quanquam Didymum in citandis Scripturæ locis memoria nonnum-

Digitized by Google Распознавание текста

templum Dei viventis, sicut dicit Deus : Inhabitabo (74) *in ipsis, atque inambulabo, et ero illorum Deus, et ipsi erunt meus populus.* Et rursus : *Nescitis* (75) *quod templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis?* Et : *Nescitis* (76) *quod corpora vestra templum sunt existentis in vobis Spiritus sancti, quem habetis a Deo?* Et ad Ephesios : *Ut det* (77) *vobis secundum divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum ejus in interiorem hominem, habitare Christum per fidem in cordibus vestris.* Et sicut cum Dominus in Joanne ait : *Spiritum* (78) *veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec cognoscit eum : vos autem cognoscitis eum, quia apud vos manet, et in vobis erit;* et rursus : *Si quis* (79) *diligit me, sermonem* **63** *meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.* Atque hoc ei magis manifestum erit, qui norit (80), omnipotentem Deum Verbum et immutabilem mansisse, et a Virgine in utero gestari voluisse. Ipsi vero iterum instant, et ita contradicunt (81). Scriptum est (82) scilicet de Anania (83) quidem : *Cur implevit Satanas cor tuum?* De Juda vero (84), quod *intraverit in ipsum Satanas.* Quibus sic respondendum est. Satanas non *participatus*, neque in animam veluti insiliens, sed eam decipiendo, et mala consilia, ac versutos mores in ea operando, atque otiosam reddendo, sua nequitia replet eum, qui non attendit quod scriptum est : *Non des* (85) *in commotionem pedem tuum, neque dormitat qui custodit te.* Quo modo Elymam filium suum operationis Satanicæ suggestione replevit : nam ei mente (86) et actionibus abomi-

ματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ τοῦ Θεοῦ; Καὶ Ἐφεσίοις· Ἵνα δῴη ὑμῖν, κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ, δυνάμει κραταιωθῆναι, διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν, διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Καὶ ὡς ὅταν ὁ Δεσπότης ἐν Ἰωάννῃ λέγει· Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν, ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτὸ, οὐδὲ γινώσκει αὐτό· ὑμεῖς δὲ γινώσκετε αὐτὸ, ὅτι παρ' ὑμῖν μένει, καὶ ἐν ὑμῖν ἔσται· καὶ πάλιν· Ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει· καὶ ὁ Πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα. Ἔσται δὲ τοῦτο πλέον καταφανὲς τῷ ἐπιστάνοντι, ὅτι θελήσας ὁ πάντα δυνάμενος Θεὸς Λόγος, ἄτρεπτός τε διέμεινεν καὶ ὑπὸ τῆς Παρθένου ἐκυοφορήθη. Οἱ δὲ πάλιν ἐνίστανται ἀντιλέγοντες. Γέγραπται δῆθεν περὶ μὲν Ἀνανία· Διὰ τί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου; περὶ δὲ Ἰούδα, ὡς Εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν ὁ Σατανᾶς. Πρὸς οὓς ῥητέον, ὡς Οὐ μετεχόμενος, οὐδὲ τῇ ψυχῇ ὥσπερ ἐπιβατεύων, ἀλλὰ φενακίζων, καὶ κακοβουλίας, καὶ παλίμβολον τρόπον ἐνεργαζόμενος, καὶ πάρεργον ποιῶν τῆς ἑαυτοῦ πονηρίας, πληροῖ τὸν μὴ προσέχοντα τῷ, Μὴ δῴης εἰς σάλον τὸν πόδα σου, καὶ οὐ μὴ νυστάζει ὁ φυλάσσων σε· καθ' ὃν τρόπον Ἔλυμαν τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπλήρωσεν τῇ ὑποβολῇ πράξεως σατανικῆς· λέγει γὰρ αὐτῷ Παῦλος, μυσαρῷ τὴν γνώμην καὶ τὰς πράξεις τυγχάνοντι, καὶ ἀνάπλεῳ τῆς διαβολικῆς [27 *b*] ὄντι μοχθηρίας, καὶ κατασοφιζομένῳ τοὺς ἁγίους, ὡς δοκεῖν ἐν αὐτῷ οἰκεῖν τὸν ἀρχέκακον πατέρα αὐτοῦ· Ὦ πλήρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας

quam lapsum esse, alias jam dixi. Ita in lib. *De Spiritu sancto*, num. 10, cum ex XII Lucæ capite attulisset versiculos 11 et 12, statim subjungit : *Et in alio Evangelio;* cum tamen continuo non *aliud*, sed rursus idem citet Lucæ Evangelium, afferens ex cap. XXI versiculum 14. Quin etiam num. 60 similem denuo nævum diligens lector animadvertet : ait enim : « Et de Juda loquitur ipse Salvator, quod *intraverit* [codex noster, *intravit*] *in eum Satanas.* » At verba ista : *Intravit autem Satanas in Judam*, quæ tum Græca editio, tum Vulgata translatio habet in Luc. cap. XXXII, vers. 3, non Salvatoris sunt, sed evangelistæ. Simile quid reperies num. 18 ejus libri. Vide etiam quæ dixi pag. 3, not. 2, et pag. 49, not. 11.

(74) *Inhabitabo.* In Levitico sic habet Græca editio : καὶ ἐμπεριπατήσω ἐν ὑμῖν, καὶ ἔσομαι ὑμῶν Θεὸς, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι λαός, id est, *et inambulabo in vobis, et ero vester Deus, et vos eritis mihi populus.*

(75) *Nescitis.* I Cor. III, 16.

(76) *Nescitis.* I Cor. VI, 19. Græca ed. pro τὰ σώματα habet τὸ σῶμα, id est, *corpus.* Vulgatus Int. *membra.* Didymus etiam in libro *De Spiritu sancto*, num. 25, *corpora.*

(77) *Ut det.* Ephes. III, 16, 17. Vide notam 8, pag. 49.

(78) *Spiritum.* Joan. XIV, 17.

(79) *Si quis.* Joan. XIV, 23. Græca editio, ac Didymus ipse segm. 24 *a*, pro ποιησόμεθα habet ποιήσομεν.

(80) *Norit.* Notanda vox, ἐπιστάνοντι.

(81) *Contradicunt.* Hoc ipsum argumentum sibi objicit, ac diluit Didymus in libro *De Spiritu sancto*, num. 60 et 61. Confer, si placet, utriusque operis loca.

(82) *Scriptum est.* Act. V, 3. Vulgatus interpres pro, *implevit*, habet, *tentavit.* Didymus autem in libro etiam *De Spiritu sancto*, num. 18, legit, *complevit*, et num. 60, *implevit :* quin vocem ipsam, *implevit*, ibi urget, argumentum diluens ex ea desumptum. Hæc enim ibi legimus : *Interim nunc disputemus adversum id quod scriptum est :* Quare implevit Satanas cor tuum? *quomodo Satanas mentem alicujus, et principale cordis impleat. . . sed quasi callidus quidam, et nequam ac fallax* (cod. noster : *atque pellax*, pro, *ac fallax*) *fraudulentusque deceptor, in eos animam humanam malitiæ affectus trahit* [rectius codex noster : *trahat*]. *per cogitationes, et incentiva vitiorum, quibus ipse plenus est.* Gregorius Nyssenus quoque in opusculo *ad Ablabium* tom. II, pag. 452 legit : *Quare implevit Satanas*, et cætera.

(83) *De Anania.* Codex, περὶ μὲν Ἀνανία. Putabit quis legendum, περὶ μὲν Ἀνανίου, vel cum locus hic citatus incipiat in Bibliis a voce Ἀνανία, legendum fortasse sic esse : περὶ μὲν Ἀνανίου· Ἀνανία, διὰ τί, et reliqua. Vide tamen segm. 77 *a*.

(84) *De Juda vero.* Luc. XXII, 3.

(85) *Non des.* Psal. CXX, 3. Complutensis editio : μὴ δῴη, id est, *non det*, ut Vulg. interpres. Tum pro, καὶ οὐ μὴ νυστάζει, habet, μηδὲ νυστάξῃ. Mox codex habet Ἔλυμαν pro Ἐλύμαν.

(86) *Mente.* In codice, τὴν γνώμη. Legendum vero, ut patet, τὴν γνώμην.

Digitized by Google Распознавание текста

νἱὲ διαβόλου · ἔτι δὲ καθὼς καὶ τοὺς ψευδοπρεσβύτας ἐπὶ τῆς σεμνοπρεπεστάτης Σωσάννης ἐπλήρωσεν ἀκολάστου γνώμης · ἔχει δὲ οὐτωσί · *Ἦλθον δὲ καὶ οἱ δύο πρεσβύτεροι πλήρεις τῆς· ἀνόμου ἐννοίας.* Καὶ ἵνα μὴ ὄχλον πολὺν τῇ ἀκοῇ παρασκευάζωμεν, πολλὰ ἃ λέγειν εἴχομεν, εἰς τοῦτο παρέντες, συντόμως ἐροῦμεν, ὡς εἴπερ κρατεῖ ὁ λόγος αὐτῶν οὗτος, ὅρα λοιπὸν μὴ μέγα οἴεσθαι τὸ τὴν θείαν γαληνότητα οἰκεῖν ἐν πιστοῖς, ἀλλ' ὡς ἔν γε δὴ μόνῳ τῷ ἔοικεῖν τοῦτο τὴν δόξαν ἔχειν.

A nabili ac diabolica nequitia pleno, et sanctos captiose eludenti, ita ut pater ejus, princeps mali auctor (87), in ipso habitare videretur, dixit Paulus : *O plene* (88) *omni dolo et omni fallacia* (89), *fili diaboli !* Ac præterea quo modo illorum etiam, qui senes falso (90) dicebantur, mentem incontinentia, qua in mulierem pudicissimam Susannam ferebantur, implevit. Sic autem scriptum est : *Venerunt* (91) *autem* **64** *et duo presbyteri pleni iniqua cogitatione.* Ac ne nimiam auribus molestiam comparemus, pluribus, quæ in hanc rem dicere possemus, omissis, breviter dicemus : quod si quid valet hæc eorum objectio, oportet jam (92), ut in posterum ne magni faciamus, quod divina serenitas habitet in fidelibus ; sed spectata duntaxat hominum opinione gloriosum hoc esse statuamus.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

Περὶ τοῦ, διὰ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς φύσεως καὶ τῆς οὐσίας, λαλεῖν ἐν πιστοῖς τὴν Τριάδα.

Καὶ τὸ λαλεῖν δὲ ἐξ ἴσου ἐν ἁγίοις τὰς θείας ὑποστάσεις, τὴν ἀπαραλλαξίαν τῆς φύσεως καὶ ἐξουσίας ἀπαγγέλλει. Ζαχαρίας μὲν γὰρ, οὐχ ὁ προφήτης, ἀλλ' ὁ πατὴρ Ἰωάννου, Κύριον τὸν Θεὸν Ἰσραὴλ διὰ τῶν προφητῶν λελαληκέναι ἔφησεν. Καὶ Παῦλος δὲ ὁμοίως Ἑβραίοις ἐπέστειλεν· *Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ.* Καὶ Κορινθίοις δὲ περὶ τοῦ Υἱοῦ ἔγραψεν · *Ἐπεὶ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ.* Ὁ δέ γε Σωτὴρ παρὰ Ματθαίῳ διδάσκει · *Οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὑμῶν ἐστιν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν.*

CAP. XXI.

De iis locis in quibus, ob naturæ, et substantiæ identitatem, loqui in fidelibus *Trinitas dicitur.*

Ex eo etiam quod in sanctis (93) ex æquo loquantur divinæ hypostases, unam sine ullo discrimine ipsis naturam et potestatem esse apparet. Nam Zacharias quidem, non propheta (94) ille, sed Joannis pater, *Dominum Deum Israelis, per prophetas locutum esse* dixit (95). Paulus autem similiter Hebræis scripsit : *Multifariam* (96) *multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissimis diebus istis locutus est nobis in Filio.* Et ad Corinthios de Filio scripsit : *Quoniam* (97) *experimentum quæritis Christi, qui in me loquitur.* Salvator autem apud Matthæum docet : *Non enim* (98) *vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.*

(87) *Princeps*, etc. Voce, ἀρχέκακος, quæ in vulgatis lexicis deest, usus est non modo Didymus et in hoc opere, et in libro *adversus Manichæos* versus finem, verum etiam Clemens Alexandrinus in *Protreptico*, ubi Satanam dixit quoque, ἄρχοντα τῆς κακίας, id est, *nequitiæ principem.*

(88) *O plene.* Act. XIII, 10.

(89) *Fallacia.* Ita vertit Vulgatus. Hieronymus in lib. *De Spiritu sancto*, num. 60. ubi similia dictasse Didymum dixi, transtulit, *iniquitate.* Hæc enim ibi legimus : *Arguens itaque eum* (Elymam) *apostolus Paulus, atque corripiens ait :* O plene omni iniquitate, et omni dolo [cod. noster : *omni dolo, et omni iniquitate*], fili diaboli, inimice justitiæ Dei. *Quia enim versipellis, et callidus, omnem in se dolum fraudulentiæ* [cod. noster, *dolum fraudulentiamque*] *susceperat, appellatur filius diaboli, quia implebat ipse omne principale illius* [codex noster, omissis vocibus, *ipse omne*, habet : *qui implevit et principale ipsius*] *fraude, et iniquitate . . . . ut ipse Satanas . . . habitare in eodem putaretur.*

(90) *Senes falso.* Ex personis comicis una dicebatur ψευδοκόρη, id est, *virgo falso sic dicta.* Simili fere ratione viros illos Didymus dicit, ψευδοπρεσβύτας.

(91) *Venerunt.* Dan. XIII, 28. Duæ voculæ, *autem et*, desunt in Græca editione. Sed Didymus eumdem locum citans eas habet etiam in libro *De Spiritu sancto*, num. 61, ubi legimus : *Hac autem fallacia etiam presbyteros, qui adversus Susannam in crudelitatem se verterant, intravit : implens animas eorum* [cod noster : *Hac utens fallacia contra presbyteros, qui contra Susannam amorem in crudelitatem verterant, implevit animas eorum*] *incendio libidinis, et sera senii* [cod. noster, *senum*] *voluptate. Scriptum est enim : Venerunt autem et duo presbyteri, pleni iniqua cogitatione.*

(92) *Oportet jam.* Pro ὅρα lego ὥρα. Hæc enim locutio, ὥρα λέγειν, καιρὸς λέγειν, ὥρα οἴεσθαι, et aliæ id genus, non raro occurrunt in Græcis Patribus, ut, exempli gratia, in Cyrillo Alexandrino pag. 12 *Thesauri*, et in Gregorio Nazianzeno orat. 35, ubi hæc locutio ὥρα διαγράφειν, non satis concinne ab interprete redditur : *tempus jam fuerit*, etc.

(93) *In Sanctis.* Nempe in sacris scriptoribus, qui Deo afflante scripserunt. Hos enim passim *Sanctos* per antonomasiam dicit Didymus in hoc opere. Quin etiam eam vocem hoc modo ab ipso adhibitam observavi in libro *De Spiritu sancto*, et in *Enarrationibus in Epistolas catholicas*, atque in aliis etiam Patribus. Ductam vero opinor eam locutionem ex vers. 21 capitis I secundæ Petri Epistolæ : *Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.*

(94) *Non propheta.* Simili ratione loquitur Didymus segm. 109 *b*, communem secutus consuetudinem, ut alterum Zachariam ab altero distinguat. Cæterum Zacharias quoque Joannis pater *prophetasse* dicitur a Luca cap. I, vers. 67. Lucæ verba profert Didymus ipse in lib. *De Spiritu sancto*, num. 8 : sed eo in loco edita exemplaria mendosa sunt : sic enim habent : « Et post alia : *Et Spiritu sancto repletus est Zacharias pater ejus.* Haud dubium quin et Joannes prophetavit. Necnon in Actibus apostolorum, » et cætera. Porro ubi editio habet, *quin et Joannes*, codex noster habet : *quin Joannes et.* Utraque autem lectio, ut puto, emendatione indiget, ac ita legendum est : « Et post alia : *Et Spiritu sancto repletus est Zacharias pater ejus* (haud dubium, quin Joannis), *et prophetavit.* Necnon, » et cætera.

(95) *Dixit.* Luc. I, 68 et 70.

(96) *Multifariam.* Hebr. I, 1 (ap. Vulg. 1 et 2).

(97) *Quoniam.* II Cor. XIII, 3.

(98) *Non enim.* Matth. X, 20.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ER

65 CAP. XXII.

De iis locis in quibus, ob eamdem rationem, id est ob consubstantialitatem Trinitatis, scriptum est, nos vivere Patri, et Filio, et Spiritui sancto.

Hoc ipsum manifestissime in iis etiam locis contemplari docemur, in quibus scriptum est, nos vivere Patri, et Filio, et Spiritui sancto: ut cum Paulus per litteras Romanos sic alloquitur: *Vos* (99) *existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo in Christo Jesu Domino nostro;* et rursus: *Ut qui* (1) *vivunt, non jam sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit, Christo;* et ad Galatas: *Si Spiritu* (2) *vivimus, Spiritu et ambulemus.*

CAP. XXIII.

De iis locis in quibus, ob eam ipsam rationem, cœlestem legem Patris, et Filii, et Spiritus sancti esse *scriptum fuit.*

Ob eam, quam diximus, rationem cœlestem quoque legem Patris, et Filii, et Spiritus sancti esse Scripturæ aiunt. Ita sacer Psaltes in psalmo quidem XXXVI inquit: *Lex* (3) *Dei ejus in corde ipsius.* In XXXIX autem: *Ut facerem* (4), *Deus, voluntatem tuam volui, et legem tuam in medio ventris mei.* Paulus vero scribit Galatis quidem: *Alter* (5) *alterius onera portate, et sic adimplete legem Christi;* et ad Corinthios in prima Epistola: *Factus* (6) *sum iis, qui sine lege erant, tanquam sine lege essem (cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi), ut lucrifacerem eos, qui sine lege erant;* ad Romanos autem: *Nam lex* (7) *Spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati, et mortis;* et rursus Novum ac Vetus Testamentum subindicans, ait: *Nunc* (8) *autem soluti sumus a lege mortui in qua detinebamur, ita ut serviamus in novitate Spiritus, et non in vetustate litteræ;* et rursus: *Scimus* (9) *enim quod lex spiritalis est.*

66 CAP. XXIV.

De iis locis in quibus, ob eamdem causam, id est ob Trinitatis consubstantialitatem, aut homines Dei, *aut* Christiani, *aut* spiritales *nominamur.*

Propter hanc ipsam porro rationem aut homines Dei, aut Christiani, aut spiritales, in sequentibus Scripturæ locis cognominamur. Vidua quidem, quæ in Sareptis (10) erat, Eliæ Thesbitæ dixit: *Quid* (11) *mihi et tibi, vir Dei?* et rursus: *Nunc* (12) *cognovi quod homo Dei sanctus es tu.* Sunamitis autem ad suum

A

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Περὶ τοῦ, διὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ἤγουν διὰ [28 *a*] *τὸ ὁμοούσιον τῆς Τριάδος, γεγράφθαι, ζῆν ἡμᾶς τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι.*

Τοῦτο ἐπιφανέστατα θεωρεῖν διδάσκει, καὶ τὸ γεγράφθαι, ζῆν ἡμᾶς τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· ὡς ὅταν Παῦλος διαλέγεται γράμμασι Ῥωμαίοις· *Ὑμεῖς λογίζεσθε ἑαυτοὺς νεκροὺς μὲν εἶναι τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ Θεῷ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν·* καὶ πάλιν· *Ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι Χριστῷ·* καὶ Γαλάταις· *Εἰ ζῶμεν Πνεύματι, Πνεύματι καὶ στοιχῶμεν.*

B

ΚΕΦ. ΚΓ'.

Περὶ τοῦ, διὰ τὸν λόγον τοῦτον, τὸν ἄνωθεν νόμον *γεγράφθαι* εἶναι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Δι' ὃν ἔφαμεν λόγον καὶ ὁ ἄνωθεν νόμος γέγραπται εἶναι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καθὰ ὁ ἱεροψάλτης λέγει, ἐν μὲν ις' ψαλμῷ· *Ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ, ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ·* ἐν δὲ λθ'· *Τοῦ ποιῆσαι, ὁ Θεὸς, τὸ θέλημά σου ἐβουλήθην, καὶ τὸν νόμον σου ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου.* Καὶ ὡς Παῦλος γράφει Γαλάταις μέν· *Ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, καὶ οὕτως ἀναπληρώσατε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ·* καὶ Κορινθίοις ἐν τῇ α' Ἐπιστολῇ· *Ἐγενόμην τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος, μὴ ὢν ἄνομος Θεοῦ, ἀλλ' ἔννομος Χριστοῦ, ἵνα κερδήσω τοὺς ἀνόμους·* Ῥωμαίοις δέ· *Ὁ γὰρ νόμος τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἠλευθέρωσέν με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου.* Καὶ πάλιν τὴν Νέαν καὶ τὴν Παλαιὰν Διαθήκην αἰνιττόμενός φησιν· *Νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντες ἐν ᾧ κατειχόμεθα, ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι Πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος·* καὶ πάλιν· *Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν.*

C

ΚΕΦ. ΚΔ'.

Περὶ τοῦ, διὰ τὴν αὐτὴν τῆς ὁμοουσιότητος ἐν τῇ Τριάδι αἰτίαν, χρηματίζειν ἡμᾶς [28 *b*] *ἢ ἀνθρώπους Θεοῦ, ἢ Χριστιανούς, ἢ πνευματικούς.*

Χρηματίζομεν τοίνυν διὰ τοῦτο ἢ ἄνθρωποι Θεοῦ, ἢ Χριστιανοί, ἢ πνευματικοί, δι' ὧν φασιν, ἡ μὲν ἐν Σαρέπτοις χήρα πρὸς τὸν Θεσβίτην Ἠλίαν· *Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ;* καὶ πάλιν· *Νῦν ἔγνων, ὅτι ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ ἅγιος εἶ σύ·* ἡ δὲ Σουμανῖτις πρὸς τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα περὶ Ἐλισσαὶ

D

(99) *Vos.* Rom. VI, 11.

(1) *Ut qui.* II ad Cor. V, 15. Vocem Χριστῷ non habet Græca editio, nec Didymus ipse pag. 67.

(2) *Si Spiritu.* Galat. V, 25.

(3) *Lex.* Ps. XXXVI, 33 (seu 31).

(4) *Ut facerem.* Psal. XXXIX, 11. Complut. edit. habet ἠβουλήθην, ac transponit nomen ὁ Θεός.

(5) *Alter.* Galat. VI, 2.

(6) *Factus.* I Cor. IX, 20 et 21. Græcæ editiones pleræque habent Θεῷ et Χριστῷ.

(7) *Nam lex.* Rom. VIII, 2.

(8) *Nunc.* Rom. VII, 6. Græcæ editiones nonnullæ habent ἀποθανόντος. Vulg. *mortis.*

(9) *Scimus.* Rom. VII, 14.

(10) *In Sareptis.* Ad vocem Σαρέπτοις in membranæ margine librarius hanc apposuit notam: τόπος ἐστὶ τῆς Σιδῶνος, id est, *locus est Sidonis.* Nimirum Sarepta, a Plinio quoque lib. V, cap. 19, commemorata, inter Sidonem erat ac Tyrum, in Sidoniorum tamen agro sita.

(11) *Quid.* III Reg. XVII, 18.

(12) *Nunc.* III Reg. XVII, 23 (seu 24). Græca editio caret voce ἅγιος, id est, *sanctus,* quam huc fortasse Didymus transtulit e sequenti loco quarti Regum. Ac pro νῦν ἔγνων habet, ἰδοὺ ἔγνωκα, id est, *ecce cognovi.* Mox codex: Σουμανῖτις pro Σουναμῖτις.

Digitized by Google Распознавание текста

τοῦ προφήτου· *Ἰδοὺ δὴ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ μέγας παραγίνεται πρὸς ἡμᾶς*· αἱ δὲ Βασιλικαὶ ἱστορίαι· *Καὶ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ ἦλθεν ἐξ Ἰούδα, καὶ προεφήτευσεν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἐν Βεθήλ*· ὁ δὲ ἱεροψάλτης ἐν τῇ ἐπιγραφῇ τοῦ πθ' ψαλμοῦ· *Προσευχὴ Μωϋσῆ, ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ*· ὁ δὲ Παῦλος, Τιμοθέῳ γράφων τὸ δεύτερον· *Ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος*· αἱ δὲ Πράξεις· *Ἐγένετο δὲ αὐτοὺς καὶ ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, χρηματίσαι τε πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς Χριστιανούς*· ὁ δὲ Παῦλος Κορινθίοις ἐν Ἐπιστολῇ διαλεγόμενος· *Περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί. Οἴδατε, ὅτι ὅτε ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα ὡς ἀνήγεσθε ἀπαγόμενοι· διὸ γνωρίζω ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν, Κύριος Ἰησοῦς, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ*· καὶ πάλιν· *Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ (μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστιν), καὶ οὐ δύναται γνῶναι, ὅτι πνευματικὸς ἀνακρίνεται· ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν πάντας, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται. Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν*· καὶ πάλιν· *Ἀδελφοί, ἐάν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἐξ ὑμῶν ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοί, καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πραότητος· σκοπῶν σεαυτόν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. Ἀλλήλων* [29 a] *τὰ βάρη βαστάζετε, καὶ οὕτως ἀναπληρώσατε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ.*

A virum de Eliseo prophcta sic loquitur : *Ecce* (13) *vir Dei magnus venit ad nos.* Regum vero historiæ : *Et homo* (14) *Dei venit ex Juda, et prophetavit in altari, quod est in Bethel.* Ac sacer Psaltes in inscriptione psalmi LXXXIX : *Oratio Moysis hominis* (15) *Dei.* Paulus autem secundam Timotheo scribens Epistolam : *Ut* (16) *perfectus* (17) *sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.* Acta vero : *Factum est* (18) *autem, ut etiam annum totum congregarentur ipsi in Ecclesia, et cognominarentur primum Antiochiæ discipuli, Christiani.* Et Paulus Corinthios in Epistola sic alloquitur : *De spiritalibus* (19) *autem, nolo vos ignorare, fratres. Scitis, quod, cum gentes esselis, ad simulacra muta veluti adducebamini sequentes. Ideo notum vobis facio, quod nemo* (20) *potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto.* Et rursus : *Animalis* (21) *autem homo non capit ea quæ sunt Spiritus Dei; stultitia enim sunt illi : et non potest cognoscere quod spiritaliter* (22) *judicatur : spiritalis autem judicat quidem omnes, ipse vero a nemine judicatur. Quis enim* 67 *cognovit mentem* (seu sensum) *Domini qui instruet eum? nos autem mentem* (seu sensum) *Christi habemus.* Et rursus : *Fratres* (23), *et si præoccupatus fuerit homo ex vobis in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, talem instruite in spiritu lenitatis : considerans te ipsum, ne et tu tenteris. Alter alterius onera portate, et sic adimplete legem Christi.*

ΚΕΦ. ΚΕ'.

Περὶ τοῦ, διὰ τὴν αὐτὴν τῆς ὁμουσιότητος τῆς Τριάδος αἰτίαν, τὴν Γραφὴν, ἅπερ νῦν λέγει τοῦ Πατρὸς, ἄλλοτε λέγειν τοῦ Υἱοῦ, ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Μίαν θεότητα καὶ δεσποτείαν ἡ Γραφὴ δηλοῦσα, ἅπερ νῦν λέγει τοῦ Πατρὸς, ἄλλοτε φάσκει τοῦ Υἱοῦ, ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἶναι, ὡς ἡνίκα ὁ Σωτὴρ παρὰ Ματθαίῳ Ἰουδαίοις λέγει· *Ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ.* Καὶ ὡς ὅταν ὁ ἀοίδιμος γράφει Παῦλος Φιλιππησίοις μέν· *Οἱ πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ*· Γαλάταις δέ· *Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ*

CAP. XXV.

De iis locis in quibus, Scripturæ ob eamdem causam, nimirum ob consubstantialitatem Trinitatis, ea quæ alicubi dicunt esse Patris, *alibi dicunt* esse Filii, *aut* Spiritus sancti.

Unam deitatem et dominationem ut ostendant Scripturæ, ea quæ nunc dicunt esse Patris, alibi aiunt esse Filii, aut Spiritus sancti : Ut cum Salvator apud Matthæum Judæis dicit : *Reddite* (24) *quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ sunt Dei, Deo.* Et cum inclytus Paulus scribit ad Philippenses quidem : *Omnes* (25) *enim quærunt quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi :* ad Galatas vero : *Qui autem* (26) *sunt Christi Jesu, carnem crucifixerunt cum passioni-*

(13) *Ecce.* IV Reg. IV, 9. Sensum citat : nam verba in Complutensi editione sunt : Ἰδοὺ δὴ οἶδα, ὅτι ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ ἅγιος οὗτος διαπορεύεται ἐφ' ἡμᾶς· id est, *ecce jam novi quod homo Dei sanctus iste transit ad nos.*

(14) *Et homo.* III Reg. XIII, 1 et 2. Hic quoque citatur sensus. Verba sunt : Καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ παρεγένετο ἐξ Ἰούδα . . . . εἰς Βαιθήλ . . . καὶ ἐπεκάλεσεν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, id est, *Et ecce homo Dei venit ex Juda . . . . in Bethel . . ., et invocavit super altare.*

(15) *Hominis.* Complut. editio : ἀνθρώπῳ, id est, *homini.* Nonnullæ aliæ, ut Didymus.

(16) *Ut.* II Tim. III, 17.

(17) *Perfectus.* Ad dictionem ἄρτιος hæc adnotavit librarius in margine : ὑγιής· ὁλόκληρος· πεπληρωμένος, id est : *sanus, integer, completus.*

(18) *Factum est.* Act. XI, 26. In Græca edit. deest vocula καί, ac nonnulla adduntur intermedia.

(19) *De spiritualibus.* I Cor. XII, 1-3. Vox ὅτε deest in aliquibus editionibus Græcis : sed eam legit Vulg. interpres. Pro ἀνήγεσθε Græca editio habet, ἂν ἤγεσθε.

(20) *Nemo.* Post hanc vocem nonnulla omittit. Græca ed. pro Κύριος Ἰησοῦς habet, Κύριον Ἰησοῦν. Vulgatus int. legit, ut Didymus hoc in loco.

(21) *Animalis.* I Cor. II, 14-16.

(22) *Spiritualiter.* Lego πνευματικῶς, ut est in Græcis Bibliis : quæ paulo post pro πάντας habent πάντα, id est, *omnia.*

(23) *Fratres.* Galat. VI, 1 et 2. Græca editio non habet voces, ἐξ ὑμῶν.

(24) *Reddite.* Matth. XXII, 21 ; Marc. XII, 17 ; Luc. XX, 25.

(25) *Omnes.* Philipp. II, 21. Græca editio : οὐ τὰ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ.

(26) *Qui autem.* Galat. V, 24. Græca ed. non habet vocem Ἰησοῦ.

Digitized by Google Распознавание текста

bus, et concupiscentiis; et ad Corinthios : *Charitas* (27) *enim Christi cohibet nos, hoc judicante* (28). *Et pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit*; et rursus : *Animalis* (29) *autem homo non capit ea quæ sunt Spiritus Dei; stultitia enim sunt illi*; et rursus : *Æmulamini* (30) *autem spiritalia*. Insuper Ecclesiam quoque, quæ simul cum glorificatione, quam Deo exhibet, et cum incruenta latria (31), quam offert, consideratur, in prima quidem ad Corinthios *Dei* **68** *esse* annuntiavit in hunc modum : *Sine* (32) *offensione estote et Judæis, et Græcis, et Ecclesiæ Dei*; et rursus : *Nos* (33) *talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesiæ Dei*. Ad Ephesios autem scribens, ipsam vice versa docuit *esse Christi*, cum sic ait : *Ut exhiberet* (34) *sibi irreprehensibilem Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta, et immaculata*. Si quis enim aliter sentit, is interpretetur quid sibi velit Aggæus propheta, cum inquit : *Magna* (35) *erit gloria domus hujus, novissima super primam*; id est, Ecclesiæ Christi, et glorificationis, quæ in ipsa redditur, præ Synagoga Judæorum, in qua solus Deus Pater vocabatur Deus, et glorificabatur. His porro consentanea sunt quæ de Evangelio quoque scribit Paulus. Nam illud modo dicit esse Dei Patris, nimirum scribens ad Romanos : *Paulus* (36) *servus Jesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei*; et rursus : *Non enim* (37) *erubesco Evangelium : virtus enim Dei est in salutem omni credenti, et Judæo primum, et Græco : justitia enim Dei in eo revelatur* (38) : *justus autem ex fide vivet*; et in II ad Corinthios : *Quoniam* (39) *gratis Evangelium Dei evangelizavi vobis*. Modo autem Dei Unigeniti illud esse Corinthiis scribit : in prima quidem Epistola : *Sed non* (40) *usi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quam excisionem demus Evangelio Christi*; in secunda vero : *Cum venissem* (41) *autem Troadem propter Evangelium Christi*; et rur-

(27) *Charitas*. II Cor. v, 14 et 15.

(28) *Hoc judicante*. Græca editio : κρίναντας τοῦτο, id est, *judicantes hoc*. Post quæ verba nonnulla sequuntur, quæ omittit Didymus.

(29) *Animalis*. I Cor. II, 14.

(30) *Æmulamini*. I Cor. XIV, 1.

(31) *Latria*. *Glorificationem* dicit præcipue hymnum, *Gloria Patri*, et reliqua. *Incruentam* vero *latriam*, seu *cultum*, sacrosanctam liturgiam interpretor : sic enim eam vocat Cyrillus quoque Jerosolymitanus catech. XXIII, num. 8. Ipse autem Didymus segmento 92 *a*, et, quod pluris faciendum est, Ephesina synodus œcumenica anath. XI, eam vocat ἀναίμακτον θυσίαν, id est, *incruentum sacrificium*. Λατρίαν vero, id est, *servitutis*, aut *cultus* nomine *sacrificium* etiam designari cum in Bibliis, tum in Patrum scriptis, norunt theologi. Qua de causa ipsorum Patrum nonnulli Judæos, jam μήτε προφήτας, μήτε λατρείαν, id est, *neque prophetas*, *neque latriam*, nempe *sacrificium*, *habere* affirmant. Utramque porro simul appellationem jungens Athenagoras in *Legatione*, num. 13 : Προσφέρειν δέον (inquit) ἀναίμακτον θυσίαν, καὶ τὴν λογικὴν προσάγειν λατρείαν, id est, *cum incruentam victimam, et rationalem latriam, seu cultum offerre oporteat*. Quam infirma autem sint quæ Albertinus, aliique Calviniani de hujusmodi locutione commenti sunt, non est hujus loci ostendere.

(32) *Sine*. I Cor. X, 32.

(33) *Nos*. I Cor. XI, 16.

(34) *Ut exhiberet*. Ephes. V, 27. Græca editio habet, αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον, ac nonnulla exemplaria habent αὐτός pro αὐτήν · qua de causa Vulg. int. vertit : *Ut exhiberet ipse sibi gloriosam*, et reliqua. Pro σπίλον lego σπῖλον.

(35) *Magna*. Agg. II, 10.

(36) *Paulus*. Rom. I, 1.

(37) *Non enim*. Rom. I, 16 et 17. Græca editio habet : Εὐαγγέλιον Χριστοῦ. At vocem, *Christi*, omittit non modo Didymus, sed et Vulg. interpres.

(38) *Revelatur*. Post hanc vocem nonnulla habet editio, quæ omittit Didymus.

(39) *Quoniam*. II Cor. XI, 7.

(40) *Sed non*. I Cor. IX, 12. Græca editio pro ἐγκοπήν habet, ἐγκοπήν. Sed utraque vox videtur eamdem hic habere significationem, *offendiculi* nempe, sive impedimenti.

(41) *Cum venissem*. II Cor. II, 12.

A ταῖς ἐπιθυμίαις · καὶ Κορινθίοις · Ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς, κρίναντος τοῦτο· καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι · καὶ πάλιν · Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ · μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστιν · καὶ πάλιν · Ζηλοῦτε δὲ τὰ πνευματικά. Ἔτι καὶ τὴν Ἐκκλησίαν, ἥτις νοεῖται σὺν τῇ ἀναπεμπομένῃ ἐν αὐτῇ δόξῃ, καὶ τῇ προσαγομένῃ ἀναιμάκτῳ λατρείᾳ, Κορινθίοις μὲν τὸ πρῶτον γράφων τοῦ Θεοῦ εἶναι, κατήγγειλεν οὑτωσί · Ἀπρόσκοποι καὶ Ἰουδαίοις γίνεσθε, καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ · καὶ πάλιν · Ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν, οὐδὲ αἱ Ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ. Ἐφεσίοις δὲ πάλιν ἐπιστέλλων, τοῦ Χριστοῦ εἶναι αὐτὴν ἐδίδαξεν, ὧδε εἰπών· Ἵνα παραστήσῃ ἑαυτῷ ἄμεμπτον τὴν Ἐκκλησίαν, μὴ ἔχουσαν σπίλον, ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων· ἀλλ' ἵνα ᾖ ἁγία καὶ ἄμωμος. Εἰ γὰρ μὴ ὧδε αὐτῷ ἐδόκει, ἑρμηνεύσει τις, τί βούλεται εἰπὼν [29 *b*] ὁ προφήτης Ἀγγαῖος, ὅτι Μεγάλη ἔσται ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου, ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρώτην · τοῦτ' ἔστιν, τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας, καὶ τῆς ἐν αὐτῇ δοξολογίας, παρὰ τὴν συναγωγὴν Ἰουδαίων, ἐν ᾗ μόνος ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐθεολογεῖτο καὶ ἐδοξάζετο. Ἑπομένως τοίνυν καὶ τὸ Εὐαγγέλιον νῦν μὲν Θεοῦ τοῦ Πατρὸς εἶναι λέγει, γράφων Ῥωμαίοις · Παῦλος, δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ · καὶ πάλιν · Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον. Δύναμις γὰρ B Θεοῦ ἐστιν, εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον, καὶ Ἕλληνι. Δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται · ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται · καὶ Κορινθίοις τὸ δεύτερον· Ὅτι δωρεὰν τὸ τοῦ Θεοῦ Εὐαγγέλιον εὐηγγελισάμην ὑμῖν. Νῦν δὲ Θεοῦ τοῦ μονογενοῦς, αὐτὸ τυγχάνειν ἐπιστέλλει Κορινθίοις, τὸ μὲν α' · Ἀλλ' οὐκ ἐχρησάμεθα τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ · ἀλλὰ πάντα στέγομεν, ἵνα μὴ ἐγκοπήν τινα δῶμεν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ · τὸ δὲ β' · Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν C

D

Digitized by Google Распознавание текста

Τρωάδα εἰς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ· καὶ πάλιν· Δοξάζοντες τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ· καὶ Ῥωμαίοις· Μάρτυρ γάρ μου ἐστὶν ὁ Θεὸς ᾧ λατρεύω ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ τὴν ἱερὰν λειτουργίαν ποτὲ μὲν Θεῷ τῷ Πατρὶ, ποτὲ δὲ Θεῷ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ Υἱῷ ἐκτελεῖσθαι ἴσῃ, γράφας Κορινθίοις, τὸ μὲν α'· Οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος, ὡς ὑπηρέτας Χριστοῦ καὶ οἰκονόμους μυστηρίων Θεοῦ· ὁ δὲ λοιπὸν, ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ· τὸ δὲ δεύτερον· Ἐν παντὶ συνιστῶντες ἑαυτοὺς, ὡς Θεοῦ διάκονοι· καὶ πάλιν· Διάκονοι Χριστοῦ εἰσιν; παραφρονῶν λέγω· ὑπὲρ ἐγώ. Καὶ.....

sus : *Glorificantes* (42) *Deum in obedientia confessionis vestræ in Evangelium Christi;* et ad Romanos : *Testis* (43) *enim mihi est Deus, cui servio in Evangelio Filii ejus.* Quin etiam sacram liturgiam modo quidem Deo Patri, modo autem Deo Unigenito ipsius Filio præstari ac perfici dixit ad Corinthios scribens : in prima quidem Epistola : *Sic nos* (44) *existimet homo ut ministros Christi.* **69** *et dispensatores mysteriorum Dei : quod autem reliquum est, quæritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur;* in secunda vero : *In omnibus* (45) *exhibentes nosmetipsos sicut Dei ministros;* et rursus : *Ministri* (46) *Christi sunt? [præter mentem dico] plus ego.* Et (47).....

ΚΕΦ. ΚΖ'.

CAP. XXVI (48).

(*Initium desideratur.*)

..... *βῳ αὐτοῦ, καὶ ἐγκατελείφθη; ἢ τίς [30 a] ἐπεκαλέσατο αὐτὸν καὶ ὑπερίδεν αὐτόν; Ὅς γὰρ, καὶ οἱ ἔξω φασὶν, πείθεται θεῷ, μάλα τ' ἔκλυεν αὐτοῦ. Τοιγαροῦν οὐδὲν ἐπίκτητον, ἢ ὑφ' ἑτέρου ἐνεργού-*

..... [*Quis permansit* (49) *in timore ejus, et derelictus est? aut quis invocavit eum, et despexit illum?* Ut enim aiunt etiam externi (50), sive profani : *Qui obtemperat deo, illum magis exaudire* (51) **70** *consuevit.* Ut ostendat porro ni-

(42) *Glorificantes.* II Cor. IX, 13.

(43) *Testis.* Rom. I, 9. Nonnulla omittuntur intermedia.

(44) *Sic nos.* I Cor. IV, 1 et 2.

(45) *In omnibus.* II Cor. VI, 4.

(46) *Ministri.* II Cor. XI, 23. Editio Græca habet, λαλῶ, id est, *loquor*, pro, λέγω. Sed Vulg. interpres legit ut Didymus.

(47) *Et. . .* Cum codex quaternionibus constet, quorum singuli quatuor integras membranas habent, nempe octo folia, seu dimidias membranas, quidam satis vetustus, librario tamen recentior, singulorum quaternionum initio suum apposuit numerum : nempe folio 6 apposuit notam δ', folio 14 notam ε', folio 22 notam ς'. Hujus vero sexti quaternionis postrema verba sunt, ὑπὲρ ἐγώ. Καί. Folio autem sequenti, seu tricesimo, a quo incipit septimus quaternio, octo foliis, ut tres præcedentes, constans, apposuit notam ζ'. Attamen inter sextum illum et septimum hunc quaternionem multa desiderari perspicuum est. Quæ cum ita se habeant, primum quidem apparet, mutilum hoc in loco jam tum fuisse codicem, cum eæ notæ appositæ fuerunt : deinde cum verisimile non videatur, ea, quæ desiderantur, tam multa fuisse, ut octo integris foliis continerentur (deest enim duntaxat finis capitis XXV, et initium capitis XXVI, cujus magna pars exstat), suspicari licet librarium ipsum ea omisisse, nullum vero ex iis foliis quæ ab eo exarata sunt, hic deficere.

(48) *Caput XXVI.* Filium esse Deum Patri æqualem probat in hoc capite Didymus ex iis Scripturæ locutionibus, in quibus eadem ipsi ac Patri tribuuntur, et nonnullas solvit hæreticorum objectiones.

(49) *Quis permansit.* Eccli. II, 11 (seu 12). Græca ed. habet ὑπερεῖδεν. Porro librum Ecclesiastici, quem temere heterodoxi rejiciunt, citat Didymus etiam segm. 121 *a*, et 159 *a*. Quin citari etiam putabit quis in lib. *De Spiritu sancto*, n. 10, ut censuit is, qui concinnavit editionem Veronensem. At ibi laudatur a Didymo non Ecclesiasticus, sed versiculus 6 capitis II Proverbiorum, in hunc modum : « *Dominus*, inquit, *dabit sapientiam, et a facie ejus sapientia* [codex noster, *scientia*, quod magis consentaneum est Græcis Bibliis], *et intellectus procedit.* » Vox autem, *procedit*, omittitur in nostro codice, item ut in Græca Bibliorum editione.

(50) *Externi.* In Græco, οἱ ἔξω. Locutio est biblica, Græcis Patribus usitata, qua ii significantur, qui *extra* Ecclesiam sunt. Dicta est autem ex illo Pauli I ad Cor. V, 12 : Τί γάρ μοι τοὺς ἔξω κρίνειν; id est : *Quid enim mihi de iis qui* foris *sunt judicare?* et similibus aliis ejusdem Apostoli locis, quorum unum Didymus noster afferens enarratione *in primam Petri* ad caput tertium, recte sic interpretatur : *Foris dicens eos qui nondum fideles exsistunt.* Hinc titulus Hermiæ libelli, qui inscribitur : *Irrisio* τῶν ἔξω (id est *ethnicorum*) *philosophorum.*

(51) *Exaudire consuevit.* Emendo : Μάλα τ' ἔκλυεν αὐτοῦ. Locutio est enim ex Homero deprompta, mutato tamen plurali *deorum* nomine in singulare *Dei* vocabulum. Nimirum in *Odyssea* quidem lib. ζ' versu 186 legitur : Μάλιστα δέ τ' ἔκλυον αὐτοί, id est, *Maxime autem audiunt ipsi.* In *Iliade* vero lib. α' vers. 218 ; Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα γ' ἔκλυον αὐτοῦ, id est, *Qui diis quidem paruerit, eum magis exaudiverunt*, hoc est, *exaudire consueverunt.* Ac secundum hunc locum respicit Didymus, etsi vocalem τε ex primo sumpsisse videatur. Porro ex eo, quod plura profanorum scriptorum loca a nostro auctore citari dixerim in meo de tribus hisce libris opusculo, quorum non pauca ibi attuli, Gallicus censor in *Litteraria ephemeride*, de qua superius commemoravi, conjicit, aut suspicatur potius, opus hoc ab aliquo *medii ævi* monacho conscriptum esse. *Nous ne dissimulerons point* (inquit ipse) *que nous sommes très-porté à soupçonner que ce manuscrit est de quelque moine du moyen âge. En effet l'auteur..... cite à tout propos* (cur dicat, *à tout propos*, equidem non intelligo) *Mercure Trismégiste, Orphée*, et reliqua. Qua in re unicuique integrum est id opinari, quod maxime placeat. Equidem, si quam ejus argumenti vim esse sentirem, id aperte profiteri non dubitarem. At cum ab iis potissimum ex Græcis Patribus (de Latinis enim nihil dicam) qui ante Didymum scripserunt, vel ejus ætati supparés fuere, Justino scilicet, Irenæo, Athenagora, Tatiano, Clemente Alexandrino, Theophilo Antiochensi, et aliis, profanos auctores eodem modo, iisdemque occasionibus captis, allegari videam, a nonnullis quidem haud raro, ab aliis autem sæpissime : quæ vero in Theologo nostro occurrunt allegationes, nihil habere, quod *medium ævum* sapiat, ut apparebit in posterum : idcirco Gallo scriptori nequeo assentiri. Ideo autem eos Patres ita se ges-

Digitized by Google Распознавание текста

hil cum in semetipso habere, quod acquisitum fuerit, aut quod alter in ipso operatus sit, sed omnia se bona de suo habere, ac secum trahere, unam divinam pacem, cujus non est finis (52), et de qua Isaias locutus est, cum exclamavit : *Domine* (53) *Deus noster, pacem da nobis; omnia enim reddidisti nobis : Domine, extra te alium non novimus :* hanc, inquam, pacem, utpote quæ illius est, eo quod communem cum Patre naturam habeat, et æque Dominus sit, ac ille, propria auctoritate largitur. Ait enim : *Pacem* (54) *relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Idcirco Paulus quoque eodem modo divinum (55) hoc donum ambas increatas hypostases sine ullo discrimine subministrare ait, cum sic ad Romanos alicubi scribit : *Gratia* (56) *vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.* Hoc autem ipsum ita se habere, dignoscere nobis licet etiam ex illis verbis : *Omnia* (57) *quæcunque habet Pater, mea sunt.* Hæc enim non de creatura, hoc est de Christo ut homine, inscite accipienda sunt, sed de divina dignitate, si tamen dignitatem in Deo dicere fas est. Deus enim (inquit) est Pater? Sum et ego; cum Filius ejus unigenitus sim, et verus, et dilectus. Dominus est Pater? Sum et ego omnium Dominus, et hæres, qui vivente Patre in hæreditate dominium exerceo : ac eorum quæ mea ipsius (58) sunt hæres exsisto, tum quatenus ipsorum Creator, tum vero etiam ut germanus Filius : *constitutus* autem sum *hæres* (59), ut incarnatus. Creator et Rex est Pater? Sum ego quoque : dixi (60) enim vobis, fuisse *quemdam regem, et abiisse, ut faceret nuptias filio suo regi.* Immutabilis est Pater? Sum et ego. Scriptum est enim de me (61) : *Tu idem ipse es, et anni tui non deficient.* Impatibilis est Pater? Sum ego quoque, ita ut etiam *participes*, seu *consortes* (62) 71 mei, impatibilitatis participes sint. Æternus est Pater? Sum et ego. Nunquam enim ipse non habuit nomen Patris, et subsistentem in eo gloriæ suæ splendorem, et characterem substantiæ, et imaginem deitatis, nempe me. Vita, et lux, et bonitas, et potentia, et sapientia, et veritas, et omnia, quæ Deo digna sunt, est Pater? Sum et ego, ut antea audistis. Atqui etiam Salvator sum

μενον, ἐν ἑαυτῷ εἶναι· οἶκοθεν δ' ἐπάγεσθαι τἀγαθὰ πάντα παριστῶν, τὴν μίαν θεϊκὴν εἰρήνην, ἧς ὅριον οὐκ ἔστιν· περὶ ἧς Ἡσαΐας διακέκραγεν· *Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰρήνην δὸς ἡμῖν· πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν· Κύριε, ἐκτὸς σοῦ ἄλλον οὐκ οἴδαμεν·* ὡς αὐτοῦ τυγχάνουσαν, διὰ τὸ ἐπίκοινον τῆς φύσεως, καὶ κυριότητος δίδωσιν κατεξουσίαν. Ἔφη γάρ· *Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν.* Διὸ οὐχ ἥκιστα καὶ Παῦλος τοῦτο τὸ θεόδοτον χρῆμα ἄμφω τὰς ἀγενήτους ὑποστάσεις ἀπαραλλάκτως χορηγεῖν ἔφη, Ῥωμαίοις οὕτω που γράψας· *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ·* διάγνωσιν δὲ ἡμῖν, τοῦτ' αὐτὸ οὕτως ἔχειν, παρέσχετο καὶ τὸ, *Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστιν.* Ταῦτα γὰρ οὐκ ἀμαθῶς εἰς τὴν κτίσιν, ἀλλ' εἰς τὴν θεϊκὴν ἀξίαν ἐκλαμβάνεται, εἰ ἀξίαν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ φάναι χρή. Θεὸς γὰρ, φησὶν, ἐστὶν ὁ Πατήρ; εἰμὶ καὶ ἐγώ· Υἱὸς γὰρ αὐτοῦ μονογενὴς, καὶ ἀληθινὸς, καὶ ἀγαπητός. Κύριός ἐστιν ὁ Πατήρ; εἰμὶ καὶ ἐγὼ πάντων Κύριος, καὶ κληρονόμος ζῶντος Πατρὸς, τῆς κληρονομίας δεσπόζων. Κληρονομῶ δὲ τὰ ἐμαυτοῦ, τοῦτο μὲν ὡς ποιητὴς αὐτῶν, τοῦτο δὲ καὶ ὡς γνήσιος Υἱός. Ἐτέθην δὲ κληρονόμος, ὡς ἐνανθρωπήσας. Δημιουργὸς καὶ βασιλεύς ἐστιν ὁ Πατήρ; εἰμί. Εἶπον γὰρ ὑμῖν, ὡς *Ἦν τις βασιλεὺς, καὶ ἐπορεύθη ποιῆσαι γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ.* Ἀτρεπτός ἐστιν ὁ Πατήρ; εἰμὶ καὶ ἐγώ. Κεχρησμῴδηται γὰρ περὶ ἐμοῦ· *Σὺ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν.* Ἀπαθής ἐστιν ὁ Πατήρ; εἰμὶ, ὡς καὶ τοὺς μετόχους μου ἀπαθείας [30 *b*] μεταλαμβάνειν. Ἄναρχος ὁ Πατήρ; εἰμί. Οὐ γὰρ ἦν, ὅτε οὐκ εἶχεν τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τῆς δόξης αὐτοῦ τὸ ἐνυπόστατον ἀπαύγασμα, καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως, καὶ τὴν εἰκόνα τῆς θεότητος, ἐμέ. Ζωὴ, καὶ φῶς, καὶ ἀγαθότης, καὶ δύναμις, καὶ σοφία, καὶ ἀλήθεια, καὶ ὅσα Θεοῦ ἄξιά ἐστιν ὁ Πατήρ; εἰμὶ, ὡς φθάσαντες ἠκούσατε. Καὶ μέντοι καὶ Σωτὴρ ἐγὼ, ἀνατέλλων τὸν ἥλιον ἐπὶ δικαίους καὶ ἁμαρτωλοὺς, καὶ οὐκ ἐπάγων κακὸν ἀντὶ κακοῦ. Φιλάνθρωπος ὁ Πατήρ; εἰμί· ὅπουγε ὑμῶν ἕνεκα ἐμαυτὸν ἐκένωσα, μορφὴν δούλου λαβών· καὶ ῥαπιζόντων, καὶ ἐμπτυόντων, καὶ ἐμπαιζόντων, καὶ σταυρούντων ὑμῶν ἠν-

sisse exsistimo, quod, cum inter homines Græcanicæ eruditionis amantissimos scriberent, venerentur, ne, si aliter se gessissent, veluti rudes, et indocti despicerentur; aut quod majorem hac ratione apud illos fidem sibi conciliare vellent. Præclare S. Ambrosius lib. III *De fide*, cap. 1, cum in primo libro non poetarum versiculos citasset, ut Didymus, sed ex poeticis fabulis comparationem duxisset : *Si quis*, inquit, *contra licitum putat colorem disputationis ejusmodi a poeticis fabulis derivatum, et cum in fide nihil quod vituperare possit invenerit, aliquid in sermone reprehendit; agnoscat non solum sententias, sed etiam versiculos poetarum, Scripturis insertos esse divinis.*

(52) *Finis.* Respicit Isa. IX, 7, ubi legitur : Καὶ τῆς εἰρήνης οὐκ ἔστι τέλος, id est, *et pacis non est finis.*

(53) *Domine.* Isa. XXVI, 12 et 13. Nonnulla omittit intermedia.

(54) *Pacem.* Joann. XIV, 27.

(55) *Divinum.* Recte θεόδοτον dictavit Didymus : sic enim Pindarus Pyth. od. V scripsit, aliique veteres. Itaque vocabulum illud, θεόδοτος, quod in fragmento Didymi apud Joannem Damascenum in *Parallelis*, pag. 685, legitur, mendosum fortasse est.

(56) *Gratia.* Rom. I, 7.

(57) *Omnia.* Joan. XVI, 15.

(58) *Mea ipsius.* Lego ἐμαυτοῦ pro ἑαυτοῦ.

(59) *Constitutus..... hæres.* Respicit Hebr. I, 2.

(60) *Dixi.* Matth. XXII, 2.

(61) *De me.* Vide not. 78, pag. 27.

(62) *Consortes.* Locutio Biblica ex illo psalmi XLIV, ducta : *Præ consortibus* (seu *participibus*) *tuis.* Quod vero spectat ad illam ἀπάθειαν, id est, *impatibilitatem*, cujus nos participes ellici affirmat, quæque Hieronymi accusatione infamis, aut suspecta saltem, dum hæc dictaret Didymus, nondum evaserat, dicam in notis ad segm. 175 *a*, sive ad cap. 12 tertii libri.

Digitized by Google Распознавание текста

ἐχόμην. Πάντα οὖν εἶπε τὰ πατρικὰ τυγχάνειν αὐτοῦ, ὥστε μηδὲν πλέον διδόναι τῷ Θεῷ Πατρὶ, ἢ μόνον τὸ εἶναι Πατέρα Υἱοῦ συνανάρχου καὶ συνυφεστῶτος. Οὕτω πιστεύειν ἀναπείθει καὶ τὸ, *Πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστιν· καὶ τὰ σὰ, ἐμά· καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς.* Εἰ γὰρ μὴ διὰ τὴν φυσικὴν σχέσιν ὧδε ἐλέχθη, καὶ πᾶσιν τοῖς πατρικοῖς οὐσωδῶς δεδόξασται ὁ Υἱός· εἰ μὴ βασιλεία καὶ δεσποτεία μία τυγχάνει· ἆρα, κατά γε λόγον αἱρετικὸν, ἔστιν ἃ μὴ ὑπὸ τὴν τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ Υἱοῦ τελεῖ. Καὶ πάλιν· *Ἐὰν ἐγὼ δοξάζω ἐμαυτὸν, ἡ δόξα μου οὐδέν ἐστιν· ἔστιν ὁ Πατήρ μου ὁ δοξάζων με.* Ἐμοὶ, φησὶν, λέγοντι περὶ τῆς ἐμαυτοῦ θεϊκῆς δόξης, ὅτι *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*, ἀπιστεῖτε· ἀλλ' ἔστιν ὁ μαρτυρῶν μοι Πατὴρ, ὅτι κατὰ φύσιν δοξάζομαι, Υἱὸς μὲν ὢν αὐτοῦ ἀγαπητὸς καὶ ἀληθινὸς, Θεὸς δὲ ὑμῶν καὶ Δεσπότης. Εἶτα λέγει· *Πάτερ, δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε.* Ἴση κἀνταῦθα ἐφυλάχθη τιμή τε καὶ δόξα ταῖς θείαις [31 *a*] ὑποστάσεσιν. Ὃ γὰρ ἂν ὑπολάβωμεν τρόπῳ τὸν Πατέρα δοξάζειν τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, τούτῳ αὐτὸς δοξάζεται ὑπ' αὐτοῦ. Καὶ αὖθις ἐπάγει· *Καὶ νῦν δόξασόν με, Πάτερ, παρὰ σεαυτῷ, τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί.* Φρικτὸν ἀκοῇ, ὅτι ὁ δόξαν ἔχων ἀνάρχως παρὰ τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ (τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, Ἣ εἶχον δόξῃ *πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι*) ὑπὸ αἱρετικῶν οὐ δοξάζεται. Ποία δὲ ἦν αὕτη; Ἦν, ὡς οἶμαι, καὶ Μάρκος ἔφη· Ὅταν *ἔλθῃ ὁ Υἱὸς ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ*· ἀντὶ τοῦ, Τὴν πατρικὴν δόξαν ἔχει, καὶ ἐν αὐτῇ ἥξει τὸ δεύτερον. Ὧν δὲ ἡ δόξα μία, οὐκ ἄλλη καὶ ἄλλη θεότης, καὶ βασιλεία, καὶ προσκύνησις καθέστηκεν. Ὅθεν προπαραγγέλλει· *Πιστεύετε εἰς τὸν Θεὸν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε· ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν.* Τῆς γὰρ θεότητος, φησὶν, διαφορὰν οὐκ ἐχούσης, μίαν πίστεως γνῶσιν περὶ τῆς Τριάδος ἔχειν ὀφείλετε, ἵν' οὕτω κατασκηνώσητε ἐν ἐκείναις ταῖς τρισμακαρίσταις αὐλαῖς, ταῖς πᾶσιν ἁρμοδίαις τε καὶ ἀρκούσαις. Οὐ μόνον γοῦν τὰ ὑφ' ἡγητοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰ Θεοῦ παρέχων, λέγει· *Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι*· προσέχεις κἀνταῦθα τὸ αὐτεξούσιον αὐτοῦ, ὅτι ὡσανεὶ πρὸς μείζονα οὐ πρεσβεύει, ἀλλ' ὡς αὐτοκράτωρ συγχωρεῖ. Ματθαῖος δὲ, συνεισφέρων καὶ αὐτὸς ταῖς περὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ θεολογίαις, ἔφη· *Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός· οὐδὲ τὸν Υἱόν τις ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ Πατήρ.* Πῶς τοίνυν οὗτοι φιλονεικοῦσιν, ὡς εἰδότες, τὸν μὲν Πατέρα ἀσύγχριτον· τὸν δὲ Υἱὸν αὐτοῦ, ἀνόμοιον αὐτῷ· τὴν δὲ οὐσίαν, ἀγεννησίαν· οὐδὲν

ego, qui oriri facio (63) solem super justos, et peccatores, et non induco malum pro malo (64). Benignus est Pater? Sum et ego : quandoquidem me ipsum propter vos exinanivi, formam servi accipiens, vobisque alapis me cædentibus, atque in me conspuentibus, et mihi illudentibus, meque crucifigentibus, hæc universa sustinui. Omnia ergo, quæ Patris sunt, sua dixit esse, ita ut nihil amplius Deo Patri det, nisi hoc solum, quod ipse sit coæterni, ac simul cum eo subsistentis Filii Pater. Sic nos credere jubet etiam oraculum illud : *Omnia* (65) *mea tua sunt, et tua mea, et glorificatus sum in illis.* Si enim non propter naturalem habitudinem id ita dictum fuit, ac si non omnibus, quæ Patris sunt, substantialiter glorificatus est Filius, si demum utriusque regnum ac dominium unum non est, sequitur, juxta hæreticam quidem ratiocinationem, ut quædam sint, quæ non sub Patris, sed sub Filii potestate enumerentur. Et rursus : *Si ego* (66) *glorifico me ipsum, gloria mea nihil est : est Pater meus, qui glorificat me.* Mihi, inquit, de mea divina gloria dicenti : *Ego* (67) *et Pater unum sumus*, non creditis; sed est, qui mihi testimonium perhibet, Pater, secundum naturam glorificari me testans, cum ipsius exsistam dilectus Filius, et verus, vester autem Deus, et Dominus. Deinde inquit : *Pater* (68), *glorifica tuum Filium, ut et Filius tuus glorificet te.* Æqualis hoc etiam in loco divinis servatus est et honor, et gloria personis : quocunque enim modo a Patre glorificari existimaverimus Filium suum, eodem ipse Pater a Filio glorificatur. Et rursus addit : *Et nunc* (69) *glorifica me, Pater, apud temetipsum gloria quam habui, priusquam mundus esset, apud te.* Horrendum auditu est, illum **72** qui gloriam ab æterno habet apud Patrem suum (hoc enim significat (70) illud : *Gloria quam habui priusquam mundus esset*), ab hæreticis non glorificari. Qualis autem erat ista? Ea, ut puto, de qua Marcus etiam ait : *Cum venerit* (71) *Filius in gloria Patris sui :* quod perinde est ac si diceret : Patris gloriam habet, et in hac iterum veniet. Quorum autem una est gloria, alia atque alia non est deitas, et regnum, et adoratio. Qua de causa prius præcipit : *Creditis* (72) *in Deum, et in me credite. In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Quasi dicat : Cum deitatis nullum sit discrimen, unam de Trinitate habere debetis fidei cognitionem : ut ita credentes in illis ter beatissimis aulis, quæ omnibus aptatæ sunt, ac sufficientes, inhabitetis (73). Jam vero non modo doctorem (74) se ostendens,

(63) *Oriri facio.* Vide Matth. v, 45.
(64) *Pro malo.* Vide Rom. XII, 17; et I Petr. III, 9; et Jerem IV, 6, etc.
(65) *Omnia.* Joan. XVII, 10.
(66) *Si ego.* Joan. VIII, 54.
(67) *Ego.* Joan. X, 30.
(68) *Pater.* Joan. XVII, 1.
(69) *Et nunc.* Joan. XVII, 5, ubi Græca editio addit voculam σύ, id est, *tu.*
(70) *Significat.* Vide quæ adnotamus ad segm. 203 *a*. Excidit librariæ vox εἶναι, addenda ante ὑπό.
(71) *Cum venerit.* Marc. VIII, 38.
(72) *Creditis.* Joan. XIV, 1 et 2
(73) *Aulis. . . . . inhabitetis.* Locutio Biblica ex Psalm. LXIV, vers. 4 (seu 5) desumpta, ubi legitur : Κατασκηνώσει ἐν ταῖς αὐλαῖς σου, sive, ut est in Vulg. int., *inhabitabit in atriis tuis.*
(74) *Doctorem.* Lege, ὑφηγητοῦ.

Digitized by Google Распознавание текста

sed etiam Deum, ait : *Dimissa sunt* (75) *tibi peccata.* Ipsum hic quoque vides propria auctoritate agentem : quoniam non rogat, quasi majorem alloquatur, sed, ut plenam habens ipsemet potestatem, condonat. Matthæus autem earum locutionum censui, in quibus unigenitus Filius vocatur Deus, et ipse contribuit, cum inquit : *Nemo* (76) *novit Patrem, nisi Filius, neque Filium quis novit, nisi Pater.* Qui ergo fit, ut hi pervicaciter altercentur (77), quasi probe noverint, Patrem quidem esse asyncritum, hoc est, respectu Filii incomparabilem, Filium vero ipsius ei dissimilem exsistere, ac Patris essentiam esse ἀγεννησίαν, hoc est, *ingenerationem* (78); nihil vero Dei Patris, et Dei unigeniti cognitioni reservatum relinquant; neque demum illud reputent, quod nunquam is qui heterousius sit, id est alterius naturæ, æqualem habet cognitionem ac alter heterousius? Paulus autem similiter scribit Timotheo quidem in prima Epistola : *Præcipio* (79) *tibi coram Deo, qui* **73** *vivificat omnia, et Jesu Christo, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem, ut serves mandatum* (80) *sine macula, irreprehensibile, usque ad adventum Domini Jesu Christi : quem* [*adventum*] *suis temporibus ostendet beatus, et solus potens* (81), *et Rex regnantium, et Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, et lucem habitat inaccessibilem : quem nullus hominum vidit, nec videre potest, cui honor, et gloria* (82) *sempiterna in sæcula sæculorum. Amen.* Hæreticis quidem de solo Patre accipiendum esse visum est illud : *Solus potens, et Rex regnantium*, et reliqua. Sicut vero de ambabus semper prædicandis personis inquit : *Præcipio tibi coram Deo, et Christo Jesu ;* ita ambas easdem, ut deitate unum, hymnis concelebravit in verbis quæ sequuntur. Nec enim ignorabat ipse, ut isti hæretici, illud : *Omnia* (83) *quæcunque habet Pater, mea sunt ;* et illud : *Ut omnes* (84) *honorent Filium, sicut honorant Patrem ;* et illud : *Hic est* (85) *verus Deus et vita æterna ;* et : *Hic* (86) *Deus noster : non reputabitur alter præ*

A ἐξαίρετον τῇ γνώσει τοῦ Θεοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ μονογενοῦς Θεοῦ καταλιμπάνοντες, οὐδὲ λογιζόμενοι, ὅτιπερ οὐδὲν ἑτεροφυὲς ἴσην τῷ ἑτεροουσίῳ κέκτηται γνῶσιν; Παῦλος δὲ ὁμοίως γράφει [31 b] Τιμοθέῳ μὲν ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ· *Προστάσσω σοι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν, φυλάξαι τὴν παραγγελίαν ἄσπιλον, ἀνεπίληπτον, ἕως τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει ὁ μακάριος, καὶ μόνος δυνατὸς, καὶ Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, καὶ φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον· ὃν οὐδεὶς ἀνθρώπων ἶδεν, οὔτε ἰδεῖν δύναται·* B *ᾧ τιμὴ καὶ δόξα αἰώνιος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* Αἱρετικοῖς μὲν γὰρ δέδοκται τῷ Πατρὶ μόνῳ διδόναι τὸ, *Ὁ μόνος δυνατὸς, καὶ Βασιλεὺς βασιλευόντων*, καὶ τὰ ἑξῆς· Ὥσπερ δὲ περὶ ἀμφοῖν τῶν ἀειμνήστων ὑποστάσεων εἶπεν· *Προστάσσω σοι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ·* οὕτως ἐπ' ἀμφοῖν αὐτῶν, ὡς κατὰ ἑνὸς τῇ θεότητι, καὶ τὰ ἑξῆς ὕμνησεν. Οὐ γὰρ, ὡς οὗτοι, ἠγνόησεν αὐτὸς τὸ, *Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστιν·* καὶ τὸ, *Ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα·* καὶ τὸ, *Οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ζωὴ αἰώνιος·* καὶ, *Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν· οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν·* καὶ, *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός·* ἀλλὰ καὶ ἀποτείνεται μᾶλλον τὰ ἐκκείμενα πρὸς τὸν Υἱόν. Ἔχει γάρ· *Παραφυλάξαι τὴν παραγγελίαν ἕως τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνατός.* Δῆλον δ', ὅτι ὁ Υἱὸς δείξει τὴν ἑαυτοῦ ἐπιφάνειαν, τὸ δεύτερον ἐλευσόμενος. Ἐπιτήρει οὖν, ὅτι διὰ τὴν ἰσοτιμίαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ δόξαν τὴν πρώτην αὐτῷ ἀπονέμει. Ῥωμαίοις δέ· *Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασιν νοούμενα καθορᾶται· ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θεότης.* Καὶ ταυτὶ δὲ οὐ ῥέπει πρὸς ποίημα. Οὐ γὰρ ἐν τῷ γεντὸν νοεῖσθαι τὸν Δημιουργὸν, ἡ [32 a] ἀΐδιότης καὶ θεό-

(75) *Dimissa sunt.* Matth. IX, 2 et 5. Vide not. 36, pag. 5.

(76) *Nemo.* Matth. XI, 27. Locum hunc segm. 10 *a* ita protulit Didymus, ut est in Bibliis : hic autem inverso ordine, quo modo eum citat Justinus quoque in prima *Apologia*. Leve scilicet id utrique visum est, ac leve reipsa esset, nisi Valentiniani, ac Marcosii consulto locum corrupissent, quamvis idem revera sensus sit, sive uno, sive altero modo legas. At cum ii hæretici hac inversione abuterentur, ideo Irenæus lib. IV, cap. 6, ita in eos invehitur : *Dominus... dicebat : « Nemo cognoscit Filium nisi Pater, neque Patrem quis cognoscit, nisi Filius... » sic et Matthæus posuit, et Lucas similiter... Illi autem, qui peritiores apostolis volunt esse, sic describunt : « Nemo cognovit Patrem, nisi Filius, nec Filium, nisi Pater, et cui voluerit Filius revelare; » et interpretantur, quasi a nullo cognitus sit verus Deus ante Domini nostri adventum : et eum Deum, qui a prophetis sit annuntiatus, dicunt non esse Patrem Christi.*

(77) *Altercentur.* Codex pro φιλονεικοῦσιν habet φιλονικουσιν.

(78) *Ingenerationem.* Ita loquebatur Eunomius, cujus systema breviter exponit Didymus. Rem ita esse constat cum ex aliis, tum ex Gregorii Nazianzeni oratione 35. D

(79) *Præcipio.* I Tim. VI, 13 et 16. Græca editio pro προστάσσω habet παραγγέλλω.

(80) *Mandatum.* Græca ed. τηρῆσαί σε τὴν ἐντολὴν... μέχρι τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

(81) *Potens.* Græca editio habet δυνάστης, id est *Dynastes*, seu *Dominus*. At Vulgatus int. legit ut Didymus. Tum eadem editio pro καὶ Βασιλεύς, habet ὁ Βασιλεύς. ut legit Vulgatus. Ac paulo post, εἶδεν.

(82) *Gloria.* Aliter Græca editio ; nempe brevius : ᾧ τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον. Ἀμήν, id est *cui honor, et imperium sempiternum. Amen.*

(83) *Omnia.* Joan. XVI, 15.

(84) *Ut omnes.* Joan. V, 23.

(85) *Hic est.* I Joan. V, 20. Græca editio cum articulo : ἡ ζωή.

(86) *Hic.* Baruch III, 22 (apud Vulg. 36).

Digitized by Google Распознавание текста

της αὐτοῦ οὐ γνωρίζεται, τοῦτ' ἔστιν ἡ ἀεὶ καὶ κατὰ ταυτὰ ἔχουσα θεότης. Φιλιππησίοις δέ· *Ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο εἶναι ἴσα θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσεν, μορφὴν δούλου λαβών.* Τί τῆς ἰσότητος ταύτης εὑρίσκεται ἄνισον; Οὐχ ἥρπασε γάρ, φησὶν, οὐκ ἔλαβε τὸ ἴσον εἶναι τῇ φύσει τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Καὶ δὴ ὁ μὴ ὑπ' ἄλλου κενωθείς, ἑαυτὸν δὲ κενώσας, αὐθέντην δεσπότην ὁμοῦ καὶ ἀΐδιον ἑαυτὸν ἐπέδειξεν. Εἰ γὰρ ἐγένετο ἐν δούλου μορφῇ, ἀναμφίλογον, ὡς οὐ διετέλει πρινὴ τοῦτο γένηται ἐν ποιήμασιν, ἀλλ' ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πατρικῇ φύσει ἦν. Ἐπειδὴ μὴ δυνατὸν ἦν ὀφθῆναι, συγκατέδη ἀτρέπτως, ἀφαντασιάστως, ἕως οἰκέτου μορφῆς· καὶ τὰ τοῦ οἰκέτου ἀπώσατο ἄχθη, καὶ ζωῆς φαιδροτέρας δέδωκεν ἀρχήν· ὅθεν καὶ ὅστις ἀνάρχως ἦν, ἐπεγνώσθη. Καὶ τὰ ἄλλα δὲ τὰ ἐπισταλέντα τοῖς αὐτοῖς Φιλιππησίοις, ὅτι ἤδη πως τὸν Υἱὸν, προὔχοντά τε καὶ ὑπερβάλλοντα σὺν τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ, ὅσον πρὸς ἀσυνέτους ἀποφαίνει, ἤδη μοι λέλεκται πρόσθεν ἐν κεφαλαίῳ ζ'· κωλύει δὲ οὐδὲν, καὶ ἀπὸ τῆς ἀρχαίας τοῦτο συστῆσαι Γραφῆς· δεῖ γὰρ μὴ παρέργως κεχρῆσθαι τῇ θεολογίᾳ. Λέγει οὖν παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ ὁ Θεός· *Τὰς νουμηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ Σάββατα, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. Ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν· οὐκέτι ἀνήσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν· κἂν πληρώσητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν· αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. Λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε· ἀφέλετε τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν.* Ὁρᾷς τοίνυν, ὅτι καὶ φθάνει φιλανθρωπία τὴν ἀπειλὴν, ὅσον οὐδέπω διαλλαττόμενος, καὶ μηνιεῖν μακρὰ, μᾶλλον δὲ μηνιεῖν ὅλως οὐκ εἰδώς· καὶ μισεῖ τὰς ἑορτὰς αὐτῶν, ὅ ἐστι τὴν [32 *b*] θρησκείαν, ὡς τῆς τελεωτάτης θεογνωσίας ἀπολειπομένην· παρακελεύεται δὲ βαπτισθῆναι, ὥστε δέξασθαι τὴν πίστιν πρὸς τὸν περὶ τοῦ βαπτίσματος δεσποτικὸν ὅρον. Ἐπιστώσατο δὲ ἡμᾶς καὶ ἀλλαχοῦ ὁ Παῦλος, ἐπὶ λέξεως ἀνακεχραγὼς, μὴ ἔχειν ἑαυτοῦ μείζονα τὸν Υἱόν. Εἰπόντος γὰρ τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ Γενέσει πρὸς τὸν Ἀβραάμ· *Τὸν υἱόν σου προσένεγκέ μοι θυσίαν·* καὶ τοῦτο προθύμως ποιήσαντος, καὶ ἐπάγειν ἐπ'

A *ipso*; et: *Hic est* (87) *Filius meus dilectus.* Quin etiam ad Filium magis spectant quæ allata sunt: sic enim habent: *Ut serves mandatum usque ad adventum Domini Jesu Christi, quem adventum suis temporibus ostendet beatus, et solus potens.* Manifestum est autem, de Filio potius hæc dici; ipse enim est qui suum ipsius adventum ostendet, cum iterum veniet. Observa igitur, Paulum, ob ejus cum Patre æqualitatem, etiam primam gloriam ipsi attribuere. Ad Romanos autem scribit: *Invisibilia* (88) *enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: et sempiterna ejus virtus, ac deitas.* Ne hæc quidem ad eum pertinent qui factus sit: dum enim Conditor conditus seu factus (89) concipitur, ipsius æternitas ac deitas,
B id est ea deitas quæ uno eodemque semper modo se habet (90), non deprehenditur. Ad Philippenses **74** autem: *Qui cum* (91) *in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Quid in hac æqualitate invenitur inæquale? Nec enim rapuit, inquit, non aliunde accepit ut esset natura Deo et Patri æqualis. Et sane qui non ab alio exinanitus est, sed semetipsum exinanivit, is seipsum ostendit Dominum esse propria auctoritate agentem (92) simul et æternum. Si enim in forma servi factus est, indubitate, antequam hoc fieret, inter creaturas non numerabatur; sed in libera erat natura Patris: et quoniam fieri non poterat
C ut aspiceretur, condescendit immutabiliter ac realiter usque ad formam servi, et famuli molestias repulit, et lætioris vitæ initium dedit: unde et qui ab æterno erat, agnitus est. Alia vero quæ iisdem Philippensibus (93) scripta sunt, Filium una cum proprio Patre dignitate præcellentem et superiorem declarare, quantum nostra fert insciția, jam antea in septimo capitulo (94) a me dictum fuit. Nihil autem prohibet quominus hoc ex Veteri etiam Scriptura probemus: divinum enim sermonem obiter ac negligenter tractare nefas est. Ait ergo apud Isaiam Deus: *Neomenias* (95) *vestras et*

(87) *Hic est.* Matth. III, 17, et XVII, 5.

(88) *Invisibilia.* Rom. I, 20. Græca ed. pro θεότης habet θειότης. Vide segm. 11 *a* et 114 *a*, ubi
D legendum omnino esse vult θειότης.

(89) *Factus.* Lego γενητόν pro γεννητόν.

(90) *Modo se habet.* Lego κατὰ ταυτά pro κατὰ ταῦτα, quod mendosum est. Hæc porro locutio, ἡ ἀεὶ καὶ κατὰ ταυτὰ ἔχουσα, aut τὸ κατὰ ταυτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον, Platonica est: ac sæpius a Platone hac potissimum adhibetur, cum de divinitate sermonem habet, ut videre licet in *Timæo*, et alibi. Eam vero *deitatem* sic loquens excludit Didymus, quam Filio tribuebant Ariani.

(91) *Qui cum.* Philipp. II, 6 et 7. Codex Φιλιππησίοις. Græca editio, τὸ εἶναι.

(92) *Agentem.* De voce αὐθέντης, vide Thomam Magistrum pag. 205, in voce δεσποτεία, et quæ ibi adnotata sunt.

(93) *Philippensibus.* Lego Φιλιππησίοις, pro Φιλιππησίοις.

(94) *In VII capitulo.* Quidnam *septimi* κεφαλαίου nomine intelligat, non omnino exploratum mihi est. Quater duntaxat in iis quæ supersunt capitibus Epistolam ad Philippenses scriptam allegavit hactenus Didymus: nimirum cap. 25, segm. 29, cap. 16, segm. 17, cap. 15, segm. 11, et cap. 7, segm. 1. Porro tria priora ex hisce capitibus sane non respicit: ut enim alias omittam conjecturas, credibile non est, tantam in numero mutationem a librario factam esse. Reliquum ergo esset ut illud indicaret, quod caput 7 inscripsimus: præsertim cum ibi locus ex ea epistola afferatur, etsi nullum peculiare ex illo argumentum deducat Didymus. Sed utrum illud caput revera præ oculis ipse habuerit, lector judicet. Mihi quidem illud etiam verisimile videtur, quemadmodum libri tertii caput alterum quinque et quinquaginta habet κεφάλαια, hoc est *capita*, seu *capitula* potius, nempe *argumenta*; ita in libro primo post proœmium caput exstitisse, quo multa hujusmodi κεφάλαια, seu *capitula* continerentur: ac septimum ex iis nic allegari. Vide notas pag. 82.

(95) *Neomenias.* Isa. I, 14-16 Plura omittit intermedia. Græca editio: καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δεη-

Digitized by Google Распознавание текста

Sabbata, et festivitates vestras odit anima mea : facti estis mihi in satietatem ; non amplius remittam peccata vestra ; et si impleveritis orationem, non exaudiam vos ; manus enim vestræ sanguine plenæ sunt ; lavamini, mundi efficiamini, auferte peccata vestra ab animabus vestris. Vides ergo et benignitate præveniri minas, quatenus etsi nondum reconciliatus, nescit tamen diutius irasci, aut potius nescit omnino irasci ; et ipsum eorum festivitates, id est cultum, odisse, utpote ad perfectissimam (96) Dei cognitionem non pertingentem. **75** Jubet autem eos baptizari, ut juxta statutam a Domino baptismi formulam fidem recipiant. Sed alibi quoque fidem nostram Paulus confirmavit, cum expresse dixit, atque exclamavit, Filium non habere majorem se. Cum enim Deus in Genesi dixisset Abrahamo : *Filium* (97) *tuum offer mihi in sacrificium*, idque sine cunctatione faceret Abrahamus, ac manum ense armatam (98) jamjam in filium illaturus esset, vocavit eum angelus Domini, et ait : *Abraham* (99), *ne injicias manum tuam in puerulum, neque ipsi feceris quidquam mali* (1) ; *nunc enim cognovi, quod tu times Deum, et non pepercisti filio tuo dilecto propter me.* Deinde cum Isaaci loco aries ad sacrificandum inventus esset, ac sacrificium, spectato quidem animo, per puerum, spectata vero mactatione, per arietem, jam peregisset Abrahamus, *Vocavit* (2) *ipsum*, inquit Scriptura, *iterum angelus Domini de cœlo dicens : Per memetipsum juravi, dicit Dominus, quia fecisti rem* (3) [*hanc*], *et non pepercisti filio tuo dilecto propter me : nisi* (4) *benedicens benedicam te, et multiplicans multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, et arenam maris* (5), *et benedicentur in te omnes gentes, quia obedisti voci meæ.* Angelus autem ille nec Pater erat, nec vero minister aliquis : minister enim neque jurat per semetipsum, neque benedicit, nec dicere potest : *Non pepercisti filio tuo dilecto propter me*, neque sacrificium Deo oblatum audet prohibere, neque vicissim potestatem habet illud acceptandi. Sed qui sacrificium exposcebat, unigenitus Deus Verbum erat, qui Abrahamo etiam unigenitum largitus fuerat, ut interpretatur Paulus, cum ita scribit ad Hebræos : *Abrahæ* (6) *namque promittens Deus* (quæ et promisit, et fecit), *quoniam neminem habuit, per quem juraret, majorem, juravit per se-*

A αὐτὸν τὴν χεῖρα μαχαίρᾳ ὡπλισμένῃ **μέλλοντος**, ἐκάλεσεν αὐτὸν ἄγγελος Κυρίου, εἰπών· *Ἀβραάμ, μὴ ἐπιβάλῃς τὴν χεῖρά σου ἐπὶ τὸ παιδάριον, μήτε ποιήσῃς αὐτῷ μηθὲν κακόν. Νῦν γὰρ ἔγνων, ὅτι φοβῇ σὺ τὸν Θεὸν, καὶ οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου τοῦ ἀγαπητοῦ δι' ἐμέ.* Εἶτα κριοῦ **πρὸς** τὴν θυσίαν ἀντὶ Ἰσαὰκ εὑρεθέντος, καὶ τῆς **θυσίας** ὑπὸ Ἀβραὰμ πληρωθείσης, τῇ μὲν γνώμῃ διὰ τοῦ παιδὸς, τῇ δὲ σφαγῇ διὰ τοῦ κριοῦ, *Ἐκάλεσεν*, φησὶν, *αὐτὸν ἐκ δευτέρου ἄγγελος Κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λέγων· Κατ' ἐμαυτοῦ ὤμοσα, λέγει Κύριος, οὗ εἵνεκεν ἐποίησας τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου τοῦ ἀγαπητοῦ δι' ἐμέ· εἰ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου, ὡς τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ καὶ* B *τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης· καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη, ἀνθ' ὧν ὑπήκουσας τῆς ἐμῆς φωνῆς.* Ἦν δὲ οὔτε ὁ Πατὴρ, οὔτε μὴν λειτουργὸς ἄγγελος. Οὐ γὰρ ὀμνύει καθ' ἑαυτοῦ λειτουργὸς, ἢ εὐλογεῖ, ἢ λέγει· *Οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου τοῦ ἀγαπητοῦ δι' ἐμέ·* οὐδ' ἀποστῆσαι τὴν τῷ Θεῷ προσαγομένην τολμᾷ θυσίαν, οὐδ' αὖ προσίεσθαι αὐτὴν ἐξουσιάζει. Ἀλλὰ ἦν ὁ τὴν θυσίαν ζητήσας μονογενὴς Θεὸς Λόγος, χαριζόμενος τὸν μονογενῆ τῷ Ἀβραὰμ, ὡς Παῦλος ἑρμηνεύει, γράφων Ἑβραίοις [33 *a*] οὑτωσί· *Τῷ γὰρ Ἀβραὰμ ἐπαγγειλάμενος ὁ Θεὸς* (ἅπερ ἐπηγγείλατό τε καὶ ἐποίησεν), *ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς μείζονος εἶχεν ὀμόσαι, ὤμοσεν καθ' ἑαυτοῦ, λέγων· Εἰ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε.* Καὶ Ῥωμαίοις δὲ, τὸν Υἱὸν αὖθις καθ' ἑαυτοῦ ὀμνύοντα ἐξ- C ηγεῖται· *Πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, καθὼς γέγραπται· Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος, ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ.* Καὶ τὸ ἐκ δεξιῶν δὲ συγκαθέζεσθαι τῷ Πατρὶ, ἔτι δὲ καὶ τὸ θεοφράστῳ γλώττῃ ἀναφθέγγεσθαι τὸν εὐαγγελιστὴν, καθέδραν πρέπουσαν τῷ Υἱῷ τὸν πατρικὸν εἶναι κόλπον· εἰ μὴ σημαίνει τὸ ταυτούσιον, καὶ ὁμότιμον, καὶ τὸ χρῆναι σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι αὐτοῦ προσκυνεῖσθαι τὸν μονογενῆ Θεὸν καὶ Υἱὸν, ἀλλὰ κατὰ ἄνθρωπον οὐ δέον ἐκδέχεσθαι χρὴ τὰ περὶ Θεοῦ γεγραμμένα· μείζων καὶ ἐνδοξότερος κατ' αὐτούς ἐστιν ὁ ἐκ δεξιῶν, ὁ τὸν θεϊκὸν ἄφατον κόλπον, ὡς τὸν χερουβικὸν, ἔχων πολύωπα θρόνον· ὃ μὴ γένοιτο D εἰπεῖν ἐπὶ τῆς ἀῤῥητοτάτης καὶ γαληνοτάτης Τριάδος! Ὁ μὲν γὰρ Δαυὶδ ᾄδει περὶ τοῦ Πατρὸς ἐν ῥ'

σιν... γίνεσθε· ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν.

(96) *Perfectissimam.* Perfectam Dei cognitionem dicit non eo sensu, quo ridicule dicebat Eunomius, sed quatenus per eam Deus creditur non modo unus, sed etiam trinus.

(97) *Filium.* Gen. XXII, 2, ubi tamen non verba a Didymo recitata exstant, sed sensus duntaxat.

(98) *Armatam.* Legendum videtur, ὡπλισμένην.

(99) *Abraham.* Gen. XXII, 11 et 12.

(1) *Mali.* Vox κακόν deest in editis Bibliorum exemplaribus, ac tantum in iis legitur : μηδὲ [pro μήτε] ποιήσῃς αὐτῷ μηδέν [pro μηθέν].

(2) *Vocavit.* Gen. XXII, 15-18. Græca editio pro ἐκ δευτέρου habet δεύτερον.

(3) *Rem.* Complutensis editio : ῥῆμα τοῦτο, id est *verbum hoc*, nempe *rem hanc.*

(4) *Nisi.* Compl. ed. ἢ μήν, id est *profecto.* Didymus pro ἢ habet εἰ, id est *si*, quæ est jurantis particula apud Hebræos. At legendumne est μὴ pro μήν, postquam legeris εἰ? Viderit lector.

(5) *Maris.* Compl. ed. καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης. Tum, aliis interjectis, quæ omittit Didymus : καὶ εὐλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς, ἀνθ' ὧν, et reliqua, ut hic.

(6) *Abrahæ.* Hebr. VI, 13 et 14. Græca Novi Testamenti editio hic habet ἢ pro εἰ. Verba vero illa : *quæ et promisit, et fecit*, a Didymo interpretationis causa addita videntur.

Digitized by Google Распознавание текста

ψαλμῷ· Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου· ὁ δὲ Παῦλος Ἑβραίοις ὑφηγεῖται· Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καθαρισμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ποιησάμενος, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς· ὁ δὲ εὐαγγελιστὴς· Ὁ μονογενὴς Θεὸς, ὁ ὢν ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Πατρὸς, αὐτὸς ἐξηγήσατο.

A *metipsum, dicens* (7) : *Nisi benedicens benedicam te.* Ac in Epistola quoque ad Romanos Scripturæ locum de Filio rursus per semetipsum jurante exponit, inquiens : **76** *Omnes* (8) *enim stabimus ante tribunal Christi : sicut scriptum est* (9) *: Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, et omnis lingua confitebitur Deo.* Quin etiam quod Filius sedeat a dextris Patris, ac præterea quod evangelista Deo afflante loquens sedem Filio convenientem dicat esse sinum Patris, nisi eamdem esse utriusque essentiam, et æqualem ambobus honorem deberi, atque una cum Patre, et ejus Spiritu unigenitum Deum ac Filium adorandum esse significet, sed humano more, quod nefas est, interpretari oporteat quæ de Deo scripta sunt; illud sequetur, ut major, et illustrior, eorum sententia, ille sit, qui a dextris sedet, et cui divinus ineffabilis sinus sit instar cherubici, multisque oculis (10) prædíti throni : quod absit ut dicamus de summe ineffabili, ac serenissima (11) Trinitate. Nam David quidem in psalmo CIX de Patre canit : *Dixit Dominus Domino meo : sede a dextris meis.* Paulus autem Hebræis scribens, ita exponit : *Qui cum* (12) *sit splendor gloriæ Patris, et figura substantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgatione peccatorum facta, sedit ad dexteram majestatis in excelsis;* evangelista vero : *Unigenitus* (13) *Deus, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.*

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Ὁμοίως θεολογία περὶ τοῦ Υἱοῦ ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος· καὶ ὅτι Θεὸς μέγας καὶ ἐπὶ πάντων, πρὸς ὃν οὐ λογισθήσεται ἕτερος· καὶ ἀληθινὸς Θεός· καὶ ζωὴ αἰώνιος· καὶ μόνος Δεσπότης· καὶ μόνος θαυματουργός· καὶ ὕψιστος· καὶ βασιλεύς [33 *b*]· καὶ ἐξουσιαστής· καὶ πάντα ἐν πᾶσι Χριστὸς, καὶ τὰ λοιπά.

B

77 CAP. XXVII.

Ea similiter loca afferuntur, quæ ostendunt Filium esse Deum (14) *; ea nempe, in quibus dicitur, quod* in ipso habitat plenitudo divinitatis; *et quod ipse est* Deus magnus; *et* super omnia; *et*, cujus respectu alter non reputabitur; *et*, verus Deus; *et*, vita æterna; *et*, solus Dominus; *et*, solus mirabilium effector; *et*, altissimus; *et*, Rex; *et*, Dominator; *et*, omnia in omnibus Christus; *et reliqua.*

Τοσαῦτα μὲν καὶ περὶ τούτων ἤρκει· οὐχ ἥρεμοῦσι δὲ οἱ τῶν θείων μύσται, καὶ τὰ τῆς προνοητικωτάτης πάντων Τριάδος ζηλοῦντες· ἀλλ' ἔτι ὑψηλὰ καὶ οἷα περὶ τοῦ Πατρὸς, τοιαῦτα καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ θεολογοῦσιν· ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, καὶ ὅτι Θεὸς μέγας καὶ ἐπὶ πάντων, πρὸς ὃν οὐ λογισθήσεται ἕτερος· καὶ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ζωὴ αἰώνιος, καὶ φῶς τὸ ἀληθινὸν, καὶ μόνος Δεσπότης, καὶ μόνος Ὕψιστος, καὶ μόνος θαυματοποιὸς, καὶ Βασιλεὺς μέγας, καὶ Κύριος πάντων, καὶ Δημιουργὸς, καὶ ἐξουσιαστὴς, καὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ὅριον, καὶ Σωτὴρ, καὶ πάντα ἐν πᾶσιν Χριστὸς, καὶ εὐλογημένος εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ ὅτι μέγα τὸ τῆς εὐ-

Atque hæc quidem de his sufficerent : verum qui res divinas docuerunt, et cum zelo ea quæ ad rerum omnium providentissimam Trinitatem attinent, pertractarunt; sacri magistri, his contenti non sunt : sed alia adhuc de Filii deitate testimonia nobis suppeditant, eaque sublimia, atque C ejusmodi cujusmodi sunt quæ de Patris divinitate scripserunt. Nimirum quod *in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis;* et quod est *Deus magnus;* et *super omnia;* et, *præ quo alter non reputabitur;* et, *verus Deus;* et, *vita æterna;* et, *lux vera;* et, *solus Dominus;* et, *solus Altissimus;* et, *solus miraculorum effector;* et, *Rex magnus;* et, *Dominus omnium;* et, *Creator;* et, *Dominator;* et, *cujus pacis*

(7) *Dicens.* Gen. XXII, 16 et 17.

(8) *Omnes.* Rom. XIV, 10 et 11. Editio : γέγραπται γάρ, pro καθὼς γέγραπται.

(9) *Scriptum est.* Isa. XLV, 23.

(10) *Multis oculis.* Seu *faciebus.* Vide Ezech. I, 18 et 10. In membranæ margine ad vocem πολύωπα librarius, haud scio utrum scholiastæ officio fungens, ac eam dictionem nimis difficilem, aut poeticam existimans, an vero aliter legere jubens scripsit, πολυόμματον. Sed sive πολύωπα, sive πολυόμματον, sive etiam πολυόφθαλμον dicere malueris, parum refert. De hac autem voce, πολύωψ, quæ in vulgatis lexicis desideratur, legendus vir eruditus Martorellius in *Theca calamaria*, pag. 18, ubi πολύωπα recte ἀπὸ τοῦ πολυωπεῖν distinguit, ac πολύωπα *multis faciebus distinctum* vertit. Cherubinis porro quatuor πρόσωπα, seu *facies* tribuuntur ab Ezechiele, eamque ob rem πολύωπες dici a Didymo potuerunt : sed *oculis plenæ* fuisse dicantur : idcirco in translatione, *oculis* potius dixi, quam *faciebus.*

(11) *Serenissima.* Id est, *beatissima.*

(12) *Qui cum.* Hebr. I, 3. Vox, *Patris,* deest in Græca editione, et addita videtur a Didymo explicationis causa. Sed præterea Græca editio habet, δι' ἑαυτοῦ καθ. ποι. τ. ἁμ. ἡμῶν. Didymus vero D voces illas, δι' ἑαυτοῦ, id est, *per semetipsum,* et ἡμῶν, id est, *nostrorum,* non legit : quod mirum non est, cum eas ne Vulgatus quidem int. legerit.

(13) *Unigenitus.* Joan. I, 18. Vide not. 84, pag. 27, et segm. 62 *a.* Græca editio nunc habet : ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. Ita etiam Vulgatus : qui tamen cum verbum e verbo vertat, videtur cum Didymo legisse, αὐτός pro ἐκεῖνος. Origenes quoque catechista Alexandrinus pro *unigenitus Filius,* legit *unigenitus Deus,* in commentariis *in Joannem* tom. IV, pag. 89 et 438 editionis Parisiensis anni 1759. Eodemque modo legit Irenæus.

(14) *Deum.* Pro Θεολογία, lego Θεολογίαι. Quinque porro et quadraginta Christi nomina recenset S. Damasus in suo *De Christi cognomentis* epigrammate, pag. 224 ed. Rom. anni 1754. Sed alia adhuc fortasse plura a Didymo in hoc opere recensentur.

Digitized by Google Распознавание текста

non est finis; et, *Salvator*; et, *omnia in omnibus Christus*; et, *Benedictus in sæcula*; et, quod *magnum est pietatis mysterium* [perspicuum vero est, de Christianorum mysterio hoc dici, apud quos Christus ut increatus Deus hymnis celebratur]; et quod sua deitate populum acquirit, ac liberat: eo quod sit Patri consubstantialis. Sancti (15) ergo, qui nunc a nobis commemorabuntur, quibusque Deus, juxta psalmum XV, *notas* (16) *fecit vias vitæ*, ita de his loquuntur. David in VII quidem psalmo sic orat: *Exsurge* (17), *Domine Deus meus, in præcepto quod mandasti, et synagoga populorum circumdabit te, et propter hanc in altum regredere.* Ipsum a Prophetæ ut Dominum ac Deum agnosci sentis, quem etiam ita precatur: *Exsurge*, in ineffabili tua Incarnatione, eo modo, quem ipsemet præfinisti illis verbis: *Solvite* (18) *templum* **78** *hoc, et tribus diebus excitabo illud.* Nam propter hanc, inquit, quæ nobis inde comparata est, salutem, gentes quidem fide circumdabunt te, tu vero illuc unde ita venisti, ut inseparabilis tamen maneres, regredere; in psalmo autem XLVI: *Deus* (19) *magnus Dominus, et rex magnus super omnem terram*; et in psalmo XLIX: *A solis* (20) *ortu usque ad occasum, ex Sion species decoris ejus: Deus manifeste veniet*; et in LXVII: *Exsurgat* (21) *Deus, et dissipentur inimici ejus*; et: *Iter facite* (22) *ei qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi*; et in LXXXI: *Surge* (23), *Deus, judica terram.* Animadverte hic porro, quomodo unumquodque ex hisce testimoniis quid de Filio sentiendum sit, definiat, et eorum quodlibet sufficiat, ut illum ad unitatem paternæ essentiæ pertinere persuadeamur. Ac illud etiam observa, quod magniloquus scriptor eum, qui in sepulcro, non sine vita (24) tamen exsistens, ideo positus est, ut simul cum vivis eos etiam servaret, qui e vivis excesserant, Deum vocat, atque e monumento surrecturum prænuntiat, eosque judicaturum, qui post tale ac tantum beneficium terrena sapiunt. Scito autem, occasus nomine eum novissima tempora denotare, quibus aspectabili huic mundo solis instar manifeste imminens, apparuit. Et in psalmo LXXVI: *In sancto* (25) *via tua: quis Deus magnus, sicut Deus noster? Tu es Deus, qui facis mirabilia solus.* Incarnatum Deum Verbum celebrat etiam hoc in loco, qui in Judaico templo et crebro versatus est, et docuit, et miracula patravit. In psalmo autem CXVII: *Benedictus* (26) *qui venit in nomine Domini: Deus magnus Dominus, et illuxit nobis.* Quod si Do-

A σεβείας μυστήριον (δῆλον δ' ὡς τὸ Χριστιανῶν παρ' οἷς ἀγένητος Θεὸς ὑμνεῖται ὁ Χριστός)· καὶ ὅτι τῇ ἑαυτοῦ θεότητι περιποιεῖ τὸν λαὸν, διὰ τὸ ὁμοούσιος ἔχειν πρὸς τὸν Πατέρα. Τοιῶσδε τοίνυν περὶ τούτων λέγουσιν οἱ μνημονευθησόμενοι νῦν πρὸς ἡμῶν ἅγιοι· οἷς ὁ Θεὸς, κατὰ τὸν ιε' ψαλμὸν, ἐγνώρισεν ὁδοὺς ζωῆς. Δαυὶδ, ἐν μὲν ζ' ψαλμῷ εὐχόμενος· *Ἐξεγέρθητι, Κύριε ὁ Θεός μου, ἐν προστάγματι ᾧ ἐνετείλω, καὶ συναγωγὴ λαῶν κυκλώσει σε· καὶ ὑπὲρ ταύτης εἰς ὕψος ἐπίστρεψον.* Αἰσθάνῃ, ὡς ὁ προφήτης Κύριον καὶ Θεὸν οἶδεν αὐτὸν, καὶ δέεται αὐτοῦ λέγων· Ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὴν ἐνανθρώπησίν σου, τρόπῳ ᾧ προώρισας τῷ, *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.* Ὑπὲρ ταύτης γάρ φησιν τῆς περιγινομένης B ἡμῖν ἐντεῦθεν σωτηρίας, τὰ μὲν ἔθνη τῇ πίστει κυκλώσει σε· σὺ δὲ, ὅθεν ἦλθες, ἀχωρίστως ἐπάνελθε· ἐν δὲ μς'· *Θεὸς μέγας Κύριος, καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν·* ἐν δὲ μθ'· *Ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν, ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ·* ὁ [34 *a*] *Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει·* ἐν δὲ ξζ'· *Ἀναστήτω ὁ Θεὸς, καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ·* καὶ, *Ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμάς· Κύριος ὄνομα αὐτῷ·* ἐν δὲ πα'· *Ἀνάστα, ὁ Θεός· κρῖνον τὴν γῆν.* Ἄθρει μὲν, πῶς ἑκάστη λέξις ἀνάπτει τὴν περὶ αὐτοῦ δόξαν, καὶ ἐξαρκεῖ πεῖσαι τῆς πατρικῆς μονάδος ὑπάρχειν αὐτὸν οὐσίας· καὶ ὅτι ὁ μεγαλογράφος, τὸν ἐν τάφῳ οὐ δίχα ζωῆς τεθέντα, ἵνα σὺν τοῖς ζῶσιν καὶ τοὺς ἀπελθόντας τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων σώσῃ, C Θεὸν καλεῖ, καὶ ἀνίστασθαι τοῦ μνήματος προφητεύει, κρινοῦντα τοὺς μετὰ τοσαύτην καὶ τηλικαύτην εὐεργεσίαν γηΐνως φρονήσαντας. Ἴσθι δὲ, ὅτι δυσμὰς τοὺς ἐσχάτους λέγει καιρούς. Ἐν αὐτοῖς γὰρ ἐπέστη ἐμφανῶς τῷδε τῷ θεατῷ κόσμῳ· ἐν δὲ ος'· *Ἐν τῷ ἁγίῳ ἡ ὁδός σου· τίς Θεὸς μέγας, ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν; Σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος.* Τὸν σαρκωθέντα Θεὸν Λόγον ἀνευφημεῖ κἀνταῦθα, τὸν ἐν τῷ Ἰουδαϊκῷ ἱερῷ ἐμφιλοχωρήσαντα, καὶ διδάξαντα, καὶ θαυματουργήσαντα· ἐν δὲ τῷ ριζ'· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· Θεὸς μέγας Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν.* Εἰ εὐλόγως παρὰ τῷ προφήτῃ *Θεὸς μέγας*, καὶ εἰ *εὐλογημένος*, ὃ ἐστιν δεδοξασμένος, καὶ βασιλεὺς μέγας, καὶ μόνος θαυμα- D τουργὸς ὑπάρχει ὁ ἐπιφανεὶς ἡμῖν Κύριος (ἔστιν δὲ ὁ Υἱός)· ἀλόγως παρὰ αἱρετικοῖς, μικρότερος τοῦ ἰδίου Πατρὸς ὑπονοεῖται. Οὐκ ἐνδέχεται γὰρ, τὸν αὐτὸν τῇ ἀληθείᾳ, πρώτως μὲν ἔχειν κατὰ τὴν προφητείαν, δευτέρως δὲ κατ' ἐκείνους. Εἰ δὴ πυθόμεθα

(15) *Sancti*. Vide notam 93, pag. 64.
(16) *Notas*. Ex psal. XV, vers. 11.
(17) *Exsurge*. Psal. VII, vers. 7 et 8.
(18) *Solvite*. Joan. II, 19.
(19) *Deus*. Psal. XLVI, vers. 2 (seu 3). Græca editio: Κύριος ὕψιστος, φοβερὸς, καὶ βασιλεύς, et cætera.
(20) *A solis*. Psal. XLIX, vers. 2 et 3.
(21) *Exsurgat*. Psal. LXVII, vers. 1 (seu 2).
(22) *Iter*. Psal. LXVII, vers. 4 (seu 5). Editio: ἐπὶ δυσμῶν.
(23) *Surge*. Psal. LXXXI, vers. 8.
(24) *Non sine vita*. Nam et eo tempore, quo Christi corpus in sepulcro mansit, eidem corpori divina Verbi persona conjuncta fuit.
(25) *In sancto*. Psal. LXXVI, vers. 13 (seu 14). Vox μόνος, id est *solus*, deest in Græca editione, et videtur huc translata ex versiculo 19 psalmi septuagesimi primi, ubi legitur: ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος.
(26) *Benedictus*. Psal. CXVII, vers. 24 et 25. Nonnulla omittit intermedia. Vox autem μέγας, id est, *magnus*, deest in Græca editione.

Digitized by Google Распознавание текста

τοῦ αὐτοῦ ψαλμῳδοῦ, μαθησόμεθα, ὅτι ἐπίσταται, ὡς τὸν Πατέρα, οὕτω καὶ τὸν Υἱὸν, ὑπάρχοντα Θεὸν τῶν προπατόρων. Ἐν γὰρ μς' ψαλμῷ κέκραγεν· Ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη· ὁ Θεὸς κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ· ἄρχοντες λαῶν συνήχθησαν [34 *b*] μετὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ. Συνεκκλησιάσθησαν δὲ μετὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἐνανθρωπήσαντος, περὶ οὗ ᾄδεται ἐν β' ψαλμῷ· Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, κατὰ τοῦ Κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ; Ἡσαΐας δὲ ἀσύγκριτον αὐτὸν, ὡς τὸν Θεὸν Πατέρα, ἀνευφημῶν βοᾷ· Ἀπὸ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσαμεν, οὐδὲ οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν ἴδον Θεὸν, πλὴν σοῦ. Ἄλλον γὰρ οὐκ ἴδομεν Θεὸν, ἢ τὸν ἐκ Παρθένου Μαρίας, κατὰ τὴν σωτήριον ἐνανθρώπησιν τεχθέντα· οὐδὲ ἠκούσαμεν, εἰ μὴ τὸν μαρτυρηθέντα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Πατρός· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός· καὶ πάλιν, ὡς προελέχθη· Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ· καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Θεὸς ἰσχυρὸς, Ἐξουσιαστὴς, Ἄρχων εἰρήνης, Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Μεθ' ἕτερά τε ἐπάγει· Καὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ὅριον. Ὁ Υἱὸς, φησὶν, τοῦ Θεοῦ ἐνανθρωπήσας, ἐγεννήθη παιδίον καὶ ἐδόθη ἡμῖν, φέρων αὐτὸς ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ ταύτης αὐτοῦ τῆς κάτω γεννήσεως τὴν ἀρχήν· τοῦτ' ἔστιν, αὐτὸς ἑαυτοῦ ἀρχὴ τυγχάνων, ἐν τῷ ἀῤῥεύστως ὑπὸ Παρθένου, καὶ ἐξ αὐτῆς ἀῤῥήτως σαρκωθέντα τεχθῆναι, συνουσίας ἀνδρὸς ἀρχὴν οὐ παραδεχομένης. Ὄνομα δὲ αὐτῷ, Θεὸς ἰσχυρὸς, Ἐξουσιαστής. Οὐκ εἶπεν, Ὑπεξούσιος· ἀλλ' ἐφανέρωσεν αὐτοῦ τὴν φύσιν, τὴν δύναμιν, τὴν αὐθεντείαν. Ὅπερ ὄνομα γινώσκων Δαυὶδ, ψάλλει· Γνώτωσαν, ὅτι ὄνομά σοι, Κύριος· σὺ εἶ μόνος Ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· τὸ μόνος, διὰ τὴν μίαν θεότητα εἰπών [35 *a*]. Πατέρα δὲ αὐτὸν μέλλοντος ἐκάλεσεν αἰῶνος ὄντα, καὶ τῶν παρελθόντων αἰώνων δημιουργὸν, διὰ τὸ ἀπὸ χρόνου τοῦ τῆς οἰκονομίας ἐγνῶσθαι αὐτὸν πολὺ τοῖς ἀνθρώποις. Κτιστῆς τοίνυν, καὶ οὐκ ἀκτίστου φύσεως, εἶπεν αὐτὸν Πατέρα· εἷς γὰρ ὁ ἀκτίστου καὶ ὁμοουσίου Υἱοῦ Πατήρ. Παραδεικνὺς δὲ τῆς θεότητος αὐτοῦ τὸ ἀμέγεθες, ἔφη· Τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ὅριον. Καὶ Ἱερεμίας δὲ, ἤτοι Βαρούχ (βίβλος γὰρ μία ἀμφοτέρων), σεμνηγορεῖ περὶ αὐτοῦ· Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν· οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ἐξεῦρεν πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Μετὰ ταῦτα, ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφη. Εἰ οὖν μὴ θεοπρεπῶς νοηθείη, ὅτι διὰ τὸ ταυτὸν τῆς θεότητος ἄμφω τῶν ἀπορῥήτων ὑποστάσεων, ἡ προκειμένη γραφὴ οὕτως ἐῤῥήθη, λείπεται ἀθετήσαντα

minus, qui nobis apparuit, sive illuxit (is autem Filius est), recte dicitur apud Prophetam Deus magnus, si est benedictus, id est glorificatus, si rex magnus, si solus miraculorum effector, perperam hæretici minorem proprio Patre eum esse suspicantur : nec enim fieri potest, ut unus atque idem reipsa et primas teneat, ut vult prophetia, et secundas, ut ipsi volunt. Sane **79** si Psalterii ipsum percontemur, sicut Patrem, sic etiam Filium ab ipso ut Deum proavorum agnosci comperiemus. Nam in psalmo XLVI exclamavit : *Regnavit* (27) *Deus super gentes, Deus sedet super sedem sanctam suam; principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham.* Simul autem convenientes *congregati sunt cum Deo* incarnato, de quo canitur in secundo psalmo : *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus?* Isaias autem ipsum celebrans ut eum, qui asyncritus sit, id est, incomparabilis, æque ac Deus Pater, ita clamat (28) : *A sæculo non audivimus, neque oculi nostri viderunt Deum præter te.* Nec enim alium Deum vidimus, nisi eum, qui ex Virgine Maria in salutari Incarnatione natus est, neque alium audivimus, nisi eum, cui testimonium hoc reddidit Deus Pater : *Hic est Filius meus dilectus;* et rursus, ut antea dictum est (29), exclamavit : *Puer* (30) *natus est nobis, filius et datus est, cujus* ἀρχή, hoc est, *principatus*, seu *principium super humerum ejus : et vocatur nomen ejus Deus fortis, Dominator, Princeps pacis, Pater futuri sæculi.* Post alia vero subdit : *Et pacis* (31) *ejus non est terminus.* Dei Filius [inquit] incarnátus, natus est puer, et datus est nobis, portans ipse super humerum suum hujus suæ terrenæ generationis ἀρχήν, hoc est, *principium*, nempe ipse sui ipsius ἀρχή, seu *principium* existens, dum secluso quovis fluxu (32) a Virgine genitus fuit, ex qua ineffabiliter incarnatus est, quin viri coitus ἀρχήν, id est *initium*, ei præberet. Nomen autem ipsi est, Deus fortis, Dominator : non dixit, subditus ; sed ejus naturam, potentiam, dominationem, atque auctoritatem declaravit. Quod nomen cum David non ignoraret, sic psallit : *Sciant* (33), *quod nomen tibi Dominus : tu es solus Altissimus super omnem terram ;* ubi illud, *solus*, dixit Psaltes ob unitatis deitatis. Patrem autem futuri sæculi, cum sit etiam præteritorum sæculorum creator, ipsum vocavit Isaias, eo quod a tempore **80** œconomiæ, nempe Incarnationis, valde cognitus fuit ab hominibus. Creatam igitur, scilicet humanam, non vero increatam naturam indicavit, cum eum vocavit Patrem : unus enim est in deitate Pater, increati nempe, et consubstantialis Filii. Ut

(27) *Regnavit.* Psal. XLVI, vers. 7 et 8.
(28) *A sæculo.* Isa. LXIV, 4. Græca editio εἶδον.
(29) *Dictum est.* Cap. 15, segm. 14 *b.*
(30) *Puer.* Isa. IX, 6. Complutensis editio post ἐδόθη, addit ἡμῖν· post ἀρχή, addit ἐγενήθη. Demum post, τὸ ὄνομα αὐτοῦ, plura habet, quæ Didymus prætermittit. Vocem vero ἡμῖν, omisit etiam segm. 14 *b.*
(31) *Et pacis.* Isa. IX, 7. Complut. edit. οὐκ ἔσται τέλος.
(32) *Fluxu.* Codex, ἀρεύστως. Lego, ἀῤῥεύστως.
(33) *Sciant.* Psal. LXXXII, vers. 17 (seu 19). Edita Biblia carent vocula εἶ. Vide, si placet, Marci Marini adnotationes ad hunc locum.

Digitized by Google Распознавание текста

autem deitatem ipsius ostendat quantitate ac certa magnitudine carere, ait : *Pacis ejus non est terminus.* Jeremias (34) vero etiam, aut Baruch (nam unus est amborum liber), de illo magnifice loquitur in hunc modum : *Hic est* (35) *Deus noster, et non reputabitur alter præ ipso. Adinvenit omnem viam scientiæ, et tradidit illam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post hæc* (36) *in terris visus est, et cum hominibus conversatus est.* Porro nisi allatus modo Scripturæ locus eo sensu, qui Deum deceat, intelligatur, ut scilicet ob identitatem deitatis ambarum ineffabilium personarum in hunc modum Baruch locutus fuerit, reliquum jam est, ut impie dicas (37) ipsum Deum Patrem, qui genuit, non esse Deum nostrum, neque eum comparari posse cum Filio suo. Concidit ergo, et omnino irrita redditur eorum ratiocinatio, qui calumniando inquiunt, Deum Verbum minorem esse, et ministrum : quomodo enim alius esse potest asyncritus, id est incomparabilis, præ illo Filio, de quo dicitur : *Præ ipso alter non reputabitur?* Et rursus : *Dii* (38), *qui cœlum et terram non fecerunt, pereant in terra. Dominus, qui fecit* (39) *cœlos in intelligentia, ipse est Deus* **81** *vivus, et verus :* quia scilicet nulla alia est vera deitas, nisi deitas genuini Filii Dei, per quem, et a quo, una cum toto mundo, cœli etiam producti sunt (40). Sed Paulus quoque, virorum ille præstantissimus Paulus, eamdem cum prophetis servans locutionum seriem, de Filio convenientes rationes reddit; etenim ad Titum quidem scribit : *Exspectantes* (41) *beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei, et Salvatoris Jesu Christi : qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, et*

A εἰπεῖν, ὅτι ὁ τεκὼν αὐτὸς Θεὸς καὶ Πατήρ, οὐ Θεὸς ἡμῶν, οὐδὲ συγκρίνεται τῷ Υἱῷ αὐτοῦ. Ἐκπέπτωκεν δὴ οὖν, καὶ εἰσπάμπαν ἠφάνισται ὁ λόγος τῶν διαβαλλόντων μικρότερον καὶ ὑπουργὸν τὸν Θεὸν Λόγον. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλος εἴη ἀσύγκριτος πρὸς τὸν Υἱόν, *Πρὸς ὃν οὐ λογισθήσεται ἕτερος;* Καὶ πάλιν· *Θεοί, οἱ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν ἐπὶ τῆς γῆς· Κύριος, ὃς ἐποίησε τοὺς οὐρανοὺς ἐν συνέσει, αὐτὸς Θεὸς ζῶν καὶ ἀληθινός·* ὡς ἄλλης θεότητος μὴ οὔσης ἀληθινῆς, εἰ μὴ τῆς τοῦ γνησίου Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ καὶ παρ' οὗ ἅμα παντὶ τῷ κόσμῳ καὶ οἱ οὐρανοὶ παρεκομίσθησαν. Καὶ ὁ ἔξοχος δὲ ἀνδρῶν Παῦλος, τὴν αὐτὴν ἀκολουθίαν τοῖς προφήταις τηρῶν, τοὺς πρέποντας περὶ αὐτοῦ ἀποδίδωσι λόγους [35 *b*], γρά-

B φων Τίτῳ μέν· *Προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων.* Διὰ μὲν γὰρ τοῦ ἀναφθέγγεσθαι, *τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,* δηλοῖ τὸ μὴ δευτέρως ἔγειν κατ' οὐσίαν καὶ τὸ ἄναρχον πρὸς τὸν μέγαν Θεὸν Πατέρα. Καὶ κατὰ τὸ φαινόμενον γὰρ ἔστι συνιδεῖν, ὅτι εἰ μικρὸς ὁ Υἱός, πῶς ἔσται μέγας ὁ Πατήρ; εἰ ἦν, ὅτε οὐκ ἦν ὁ Θεὸς Λόγος· ἦν, ὅτε Πατρὸς ὄνομα οὐχ ὑπῆρχεν. Ἔστω δὲ ἔλεω ἡμῖν, τοιαῦτα λέγειν τολμῶσιν διὰ τὴν ἄλλων ἀγνωμοσύνην· *Ἡ γὰρ εὐλάβεια καλὸν ἔθος,* φασὶ, *τοῖς χρωμένοις.* Διὰ δὲ

C τοῦ φράζειν, *Τοῦ δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον* (οὐχὶ δὲ, Ἄλλῳ ἵνα καθαρίσῃ λαόν), ἀκόλουθα τῶν μνημονευθέντων

(34) *Jeremias.* Lego, pro Ἰηρεμίας, Ἱερεμίας, ut sæpe scribit librarius noster, aut, si mavis, Ἱερεμίας· usus enim obtinuit apud Græcos, ut nomen hocce aspiretur, quamvis in Hebraica ejusdem nominis scriptura nihil sit, quod illam aspirationem exposcat; quod ipsum de nominibus Ἱερουσαλὴμ, Ἡσαΐας, aliisque nonnullis valet. Atque hac de causa, *Jeremias, Isaias, Jerusalem,* et cætera, plerique nunc scribunt, non *Hieremias, Hesaias* et *Hierusalem.*

(35) *Hic.* Baruch. III, 22 et 23 (seu 36-38). Simili modo Ambrosius lib. I *De fide* locum hunc quasi Jeremiæ citat : *In Jeremiæ quoque libro* (inquit)... *sic habes :* « *Hic Deus noster, et non reputabitur alius ad eum.* » *Et cætera.*

(36) *Post hæc.* Græca editio : μετὰ τοῦτο, id est *post hoc.* Vulg. int. legit ut Didymus. Paulo post pro καὶ τοῖς, Græca ed. habet, καὶ ἐν τοῖς.

(37) *Impie dicas.* Notanda antithesis inter voces, θεοπρεπῶς et ἀθεήσαντα· nempe inter explicationem, quæ *Deo conveniat,* et eam, quæ *Deo* non conveniat : seu, quod eodem recidit, inter explicationem *theologo* dignam, et explicationem dignam *atheo.* Notanda etiam vox ipsa, ἀθεήσαντα. Vocem quidem ἀθεεῖ in Athanasio invenies, in Clemente, in aliis : in verbum vero, ἀθεεῖν, non tam facile incides : nec enim quemadmodum et ἀθέατος, et θεάσομαι dicitur, ita et ἄθεος et ἀθεήσω dicere amarunt Græci. Eam porro dictionem, ἀθεήσαντα, referre etiam licet ad prophetam, ac vertere : *ut impie dicat.*

(38) *Dii.* Jerem. X, 10 (sive 11). Editio Complutensis habet, ἀπὸ τῆς γῆς, pro ἐπὶ τῆς γῆς· editio Francofurtensis· ἐκ τῆς γῆς; liber vero quartus *in Eunomium* tomo primo Operum S. Basilii p. 295, ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ. Locus porro, quem ex Jeremia citat Didymus, explicit non in verbis illis, *vivus et verus,* ut olim suspicabar; sed in illis, *pereant in terra,* ut nunc opinor. Nimirum quæ post hæc sequuntur, non ab eo citari videntur veluti ex Jeremia deprompta, sed addi explicationis causa. Nisi conjicere quis malit, vocem quidem illam, Κύριος, esse primam versiculi proxime sequentis, qui incipit : Κύριος ὁ ποιήσας τὴν γῆν, id est *Dominus, qui fecit terram,* et reliqua, sed librarium aliqua omisisse. Vide tamen segm. 202 *b.* In *Soliloquiis,* quæ exstant

D apud Augustinum tomo VI, in appendice, sic allegatur cap. 32 hic locus : *Dii, qui non fecerunt cœlum, et terram, pereant de cœlo, et terra : Deum vero, qui creavit cœlum, et terram, cœli, et terra benedicant.*

(39) *Qui fecit... vivus, et verus.* Hæc verba, ut jam indicavi, Didymi esse videntur, Biblicis tamen locutionibus utentis : nam psalmo quidem XXXV, vers. 5, legitur : Τῷ ποιήσαντι τοὺς οὐρανοὺς ἐν συνέσει, id est, *Ei, qui fecit cœlos in intelligentia.* In prima vero ad Thess. I, 9 : δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ, id est *servire Deo vivo et vero*

(40) *Producti sunt.* Παρακομίζειν idem valet hic, atque παραφέρειν et παράγειν. Vide not. 28, pag. 4. Eodem sensu verbum hoc adhibet segm. 166 *a.*

(41) *Exspectantes.* Tit. II, 13 et 14. Græca editio : Σωτῆρος ἡμῶν... ὃς ἔδωκεν ἑαυτόν, etc. Vocem vero ἡμῶν, paulo post addit Didymus, etsi hic eam omittit.

Digitized by Google Распознавание текста

προσεπατίκτει. Σημαίνει γὰρ αὐτὸν, τὴν μίαν αὐτεξ- A
ούσιον καὶ ἀγαθὴν θεότητα τὴν πάντων αἰτίαν, διακεκληρῶσθαι. Ἴδιον γὰρ δημιουργοῦ μὲν, καὶ οὐ δημιουργήματος, τὸ ὑπεραποθανεῖν, εἰ οὕτω χρὴ φάναι, τοῦ ἰδίου ποιήματος· Υἱοῦ δὲ ἀγαπητοῦ, θεότητα καὶ βασιλείαν οὐ διάφορον ἔχοντος μετὰ Πατρὸς, τὸ ἑαυτῷ τὸν λαὸν περιποιῆσαι. Ἄγων δὲ τὸν λόγον, ὁ πολὺς ὧτος καὶ ἀληθὴς ἐξηγητὴς, εἰς τὸ ἀποδεῖξαι αὐτὸν, ἅμα μὲν φιλάνθρωπον σωτήριόν τε Θεὸν, ἅμα δὲ ὡς ἑαυτὸν ἐδυσώπησεν, καὶ οὐ κρείττονι εἶξεν θεότητι, γενέσθαι μεθ' ἡμῶν, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τροπῆς δίχα καὶ ἁμαρτίας, φάσκει· *Ὅτε δὲ ἡ χρηστότης, καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, οὐκ ἐξ ἔργων ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ αὐτοῦ ἔλεος.* Κολοσσαεῦσι δὲ καὶ μέμφεται, καὶ καταβολὴν τῆς πρωτίστης θεολογίας περὶ B
[36 a] αὐτοῦ ποιεῖται, γράφων, ὡς ἤδη ἐν τῷ *Περὶ ὁμοουσίου* εἴρηται κεφαλαίῳ· *Διὰ τί κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, καὶ οὐ κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν· ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς·* τοῦτ' ἔστιν, οὐσιωδῶς. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος φύσει πλήρωμά ἐστιν, αὐτὸ ἡ πατρικὴ θεότης ὑπάρχων τῇ οὐσίᾳ. *Οὐχ ἁρπαγμὸν* γὰρ *ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ·* ἡμεῖς δὲ ἐκ τοῦ πληρώματος, δι' ἀγαθότητα αὐτοῦ, χάριν ἐλάβομεν, ἥνπερ φύσει, ὡς δοῦλοι, οὐκ εἴχομεν, κατὰ Ἰωάννην λέγοντα· *Καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος·* τοῦτ' ἔστιν, τὴν τῆς ἀναγεννήσεως ἀντὶ ἧς ἀπεβάλομεν χάρι- C
τος, παρακρουσάμενοι τὴν ἐπὶ τῷ ἑνὶ φυτῷ πρώτην θεσμοδοσίαν. *Οὐκ ἔτι γὰρ,* φησὶν, *ἐστὲ ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν·* καὶ αὖθις· *Ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι, καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν.* Ἑπόμενα καὶ ταῦτα τοῖς πρόσθεν. Τοῦ γὰρ Πατρὸς ἐν τῷ Υἱῷ, καὶ αὐτοῦ ἐν τῷ Πατρὶ τῇ φύσει τυγχάνοντος, ὡς καὶ πᾶν συγγενὲς ἀχώριστόν πως τοῦ

mundaret sibi populum peculiarem (42), *sectatorem bonorum operum.* Inquiens porro, *magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi*, ostendit, eum, spectata essentia, æternaque exsistentia, secundum post magnum Deum Patrem locum (43) non tenere. Atque id vel sensu ipso, ut ita loquar, percipi potest. Si enim parvus est Filius, quomodo magnus potest esse Pater? Si Deus Verbum aliquando non exstitit, nonne Patris quoque nomen aliquando non fuit? Propitius (44) autem sit nobis Deus, qui ob aliorum improbitatem talia dicere audemus. Ut enim aiunt: *Religioso* (45) *metui assuescere pulchrum est.* Cum vero ait: *Qui dedit semetipsum pro nobis, ut mundaret sibi populum peculiarem*, non dicens, alteri ut mundaret populum, iis, quæ commemorata sunt, consentanea et ipse concipit; Filium enim ad unam, propria potestate atque auctoritate præditam, bonamque deitatem, quæ rerum omnium causa est, pertinere (46) significat: Creatoris **82** enim, non creaturæ proprium est τὸ ὑπεραποθανεῖν, si ita loqui fas est, τοῦ ἰδίου ποιήματος, id est *mori pro sua creatura*: Filii autem dilecti eamdem cum Patre divinitatem, et dominationem habentis proprium est, sibi populum acquirere (47), ac vindicare. Illuc vero sermonem provehens, eoque tendens magnus hic et verax interpres, ut ostendat ipsum esse benignum in homines Deum, salutisque auctorem, simul vero hoc indicet, non eum potentiori cessisse Deitati, sed ipsum semet exorasse, ut nobiscum esset tanquam unus ex nobis, sine ulla tamen mutatione, atque peccato, inquit: *Cum autem* (48) *benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei, non ex operibus, quæ fecimus nos, sed secundum magnam ipsius misericordiam.* In Epistola vero ad Colossenses et conqueritur, et præcipuæ atque excellentissimæ deitatis ipsi tribuentis theologiæ fundamenta jacit, dum scribit, ut jam in capitulo *De consubstantiali* (49) dictum fuit: *Secun-*

(42) *Peculiarem.* Vulgatus interpres, *acceptabilem*, eodem fere, ut opinor, sensu. Sed vox, *peculiarem*, fortasse magis Didymi mentem refert, ex his, quæ sequuntur paulo post. Hæc porro Pauli locutio, λαὸς περιούσιος, ex Veteri Testamento deprompta est, in quo non semel reperitur.

(43) *Locum.* Visus est Origenes Hieronymo, Justiniano imperatori, aliisque gradus in Trinitate agnoscere in libro primo *De principiis* cap. 3, n. 5: ac sane eum locum, prout a Justiniano affertur in *Epistola ad Menam*, non vero prout a Rufino Latine translatus fuit, ad catholicum sensum trahere haud ita facile est. At theologus noster neque hac in re, neque in ulla alia ad sanctum Trinitatis mysterium spectante, Origenista fuit: nisi Origenistam eum dicere quis velit, qui Origenis de Trinitate locutiones a multis reprehensas catholice explicari posse contendebat.

(44) *Propitius.* Codex, ἵλεω. Quæ vox cum sæpius in hoc opere occurrat, modo scribitur a librario sine littera σ, ut hic, et segm. 58 *a*, et alibi: modo vero ἵλεως, ut segm. 38 *b*, et alibi. Quod si tam sæpe scriptum non invenissem, ἵλεω, legendum esse conjecissem hoc in loco, ἔστων δὲ ἵλεω, id est, *propitii ambo sint*, Pater nempe, ac Filius. Sed cum alibi quoque ἵλεω pro ἵλεως a librario scriptum videam, nihil est cur ad hanc conjecturam confugiam. Quare, nisi quis velit utramque Didymo terminationem placuisse, reliquum est, ut putemus librarium aut pro ἵλεως mendose scripsisse ἵλεω, aut cum scriptum reperisset in apographo, quod describebat, ἵλεος cum parvo o, ex duobus elementis ο, σ, unum mendose conflasse ω magnum. D

(45) *Religioso.* Ex aliquo forsitan poeta sententiam hanc hausit theologus noster, atque ex iambo senario prosam orationem fecit. Versus autem videtur hic fuisse: καλὸν γὰρ εὐλάβειαν ἔθος τοῖς χρωμένοις, aut alius affinis.

(46) *Pertinere.* Locutio illa, θεότητα διακεκληρῶσθαι, significat proprie, *deitatem sortium esse*, seu *sorte* veluti *divisam possidere*. Quod Græcis quidem auribus absonum non est, sic enim alii quoque Patres loquuntur: sed Latinæ id non ferunt: itaque dedita opera *sortitionis* vocabulum evitavi.

(47) *Acquirere.* Ex prima Petri II, 9.

(48) *Cum autem.* Tit. III, 4 et 5. Editio Bibliorum habet: ὅτε δὲ... οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ ὧν ἐπ. ἡμ. ἀλ. κ. τὸν ἀ. ἔλεον.

(49) *De consubstantiali.* Eadem hic oritur difficultas, quæ paulo ante, segm. 32 *a*, orta est. Quodnam, quæso, est *capitulum* istud, vel *caput, de consubstantiali* inscriptum? An aliquod aliud opus respicit Didymus? Minus verisimile videtur. Nun-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

dum (50) *traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum Jesum; quia in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*; id est substantialiter; nam ille ex natura est plenitudo ipsa, cum sit paterna ipse Deitas ex essentia : etenim *non rapinam* (51) *arbitratus est esse se æqualem Deo*. Nos autem ex illo qui est plenitudo, ob ejus bonitatem gratiam accepimus, quam natura, utpote servi, non habebamus, juxta Joannem qui ait : *Et ex* (52) *plenitudine ejus nos omnes accepimus, et gratiam pro gratia*, id est, gratiam regenerationis pro gratia, quam abjecimus (53), quando primum Dei præceptum, quo ab una planta abstinere jubebamur, repudiavimus. *Non enim*, inquit (54) Paulus, *jam estis* **83** *sub lege, sed sub gratia*. Et rursus : *Quia* (55) *in ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare, et per eum reconciliare omnia in ipsum*. Consentanea sunt hæc quoque superioribus; nam cum natura Pater in Filio, et Filius in Patre, quamvis hypostasi distinctus, exsistat, sicut omne etiam συγγενές, hoc est coexsistens, inseparabile quodammodo ab illo est, cujus respectu coexsistens est : idcirco in eo, de quo sermo est, Scripturæ textu recte (56) etiam, etsi valde profunde, ac ita ut facile id omnes assequi nequeant, additum est : *Per ipsum, et in ipsum reconciliare omnia* : adeo ut Filio quoque illud conveniat, quod de Patre in sacris oraculis dictum est : *Ex quo* (57) *omnia*; si recte quidem se habent et quæ modo dicta sunt, et illud, *In ipso* (58) *habitat omnis plenitudo divinitatis*. Ad Timotheum quoque scribens, mirum in modum theologi munere functus est, Filii divinitatem asserens : atque ambobus in locis ipsum, spectata ejus deitate (59), a paterna natura alienum non esse docuit : sic enim ait : *Manifeste* (60) *magnum est pietatis sacramentum : Deus* (61) *manifestatus est in carne, justificatus est in Spiritu, apparuit angelis, prædicatus est gentibus, creditus est mundo, assumptus est in*

A ἑαυτοῦ συγγενοῦς καθέστηκεν, κἂν τῇ ὑποστάσει ὁ-
ἑζευκται· καλῶς καὶ ὁ ἐν τῷ κινουμένῳ ἐδαφίῳ λόγος,
εἰ καὶ ἄγαν βαθέως, ἀλλ' οὐ πᾶσιν εὐσυνόπτως, Δ'
αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἀποκαταλλάσσειν τὰ πάντα· ὡς ἁρμόττειν τῷ Υἱῷ καὶ τὸ περὶ τοῦ **Πατρὸς**
χρησθέν· *Ἐξ οὗ τὰ πάντα*· εἴπερ ὑγιῶς ἔχει, τά τε
νῦν εἰρημένα, τό τε, *Ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος*. Καὶ Τιμοθέῳ δὲ γράψας,
εἰς ἄκρον ἐθεολόγησεν περὶ αὐτοῦ, καὶ ἀπ' ἀμφοῖν
τῶν λέξεων, τὸ μὴ εἶναι κατὰ θεότητα παρὰ φύσιν
τὴν πατρικὴν ἐδίδαξεν. Εἶπεν γὰρ τοιῶσδε· *Ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶν τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον· θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί, ἐδικαιώθη ἐν Πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις* [36*b*], *ἐκηρύχθη ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ*. Οὕπω γὰρ
B πᾶσιν σαφῶς ἔκδηλος ὢν οὗτος ὁ πάντων γενεσιουργὸς καὶ εὐεργέτης, ἐκφανὴς εὑρέθη, ἡνίκα διὰ τὴν
πάντων σωτηρίαν ἐγένετο ἐθελοντής, καὶ ὡς εἷς τῶν
πάντων. Ὅθεν *ἐδικαιώθη ἐν Πνεύματι*, τοῦτ' ἔστιν
ἀπεφάνθη. ἦτ' οὖν ἐδεδαιώθη, καὶ παρὰ τῶν ἀγνοησάντων αὐτὸν ἐν τῷ ὄπισθεν χρόνῳ ἀληθινὸς εἶναι
Θεός· καὶ τοῦτό φησιν, οὐκ ἀδασανίστως, ἀλλ' αὐτῇ
τῇ ψυχικῇ ἡμῶν κινήσει, ὡς ἡ κοινὴ συνήθεια ἔχει
λέγειν· Ὁ δεῖνα ἐδικαιώθη ἀληθινὸς εἶναι υἱὸς τοῦδε, πίστιν γένους παρασχόμενος· καὶ ἄλλοτε· Ὁ δεῖνα ἐδικαιώθη καλῶς ἡγεμονεύειν. Καὶ ἵνα πιστικώτερος ὁ λόγος φανῇ, ὤφθαι αὐτὸν ἀξιοῖ καὶ ἀγγέλοις,
οἵστισι, διὰ τὴν θείαν αὐτοῦ ἀπειρίαν καὶ ἀνειδεότητα, ἀόρατος ἦν πρὸ ἐκείνου τοῦ χρόνου ὁμοίως τῷ
C μόνῳ ἀοράτῳ Θεῷ· καὶ ὑπ' αὐτῶν ὑμνῆσθαι· *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη· ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία*· κεκηρύχθαι δὲ ἐν τῷδε τῷ παντί, καὶ
πεπιστεῦθαι, ὅτιπερ ὁ ἐκ τοῦ ἀῤῥήτου φωτὸς ἀχρόνως
ἐκλάμψας, ἀπὸ τῆς Ἀειπαρθένου ἐν ὑστέροις καιροῖς διὰ φιλανθρωπίαν ἀφράστως ἐτέχθη, τὰ πατρικὰ
πάντα ἐκφήνας ἐν ἑαυτῷ· ἀναβεβηκέναι τε τὸν
πάντα περιειληφότα ἐν δόξῃ, ἣ ἀεὶ ἐτύγχανεν ὢν μετὰ τοῦ Θεοῦ. Ἀξιόπιστος δὲ καὶ αὐτὸς, περὶ οὗ ὁ λό-

quid unum e sex ac viginti superioribus capitibus? In iis quidem, quæ supersunt, semel tantum citatur locus hic Epistolæ ad Colossenses, scilicet capite 16, segm. 16 *a*, si tamen ibi illum citari, non vero potius attingi, dicendum est. At quis putet caput illud 16 hic respici? Equidem indicari potius crediderim caput 15, aut capitulum aliquod capitis
D illius plura habentis κεφάλαια, seu capitula, de quo dixi not. 94, pag. 74. Vide segm. 68 *a*.

(50) *Secundum*. Coloss. II, 8 et 9. Librarius porro, mea quidem sententia, aliquid hic omisit. Quid enim sibi vult illud διὰ τί, id est *quare*? Cum igitur in citato Pauli loco legatur : Διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, κατὰ τὴν παράδοσιν, et reliqua, ut a Didymo citantur; idcirco pro, διὰ τί, conjicio ita legendum esse, ut habet Bibliorum editio.

(51) *Non rapinam*. Philipp. II, 6.

(52) *Et ex*. Joan. I, 16.

(53) *Abjecimus*. Pro ἀπελάβομεν, lego, ἀπεβάλομεν. Nam τὸ ἀπολαμβάνειν τὴν χάριν huic loco videtur minus opportunum : librarii vero non raro alteram vocem pro altera scribunt in vetustis membranis, ut norunt qui eas evolvere consueverunt.

(54) *Inquit*. Rom. VI, 14, ubi legitur, οὐ, pro οὐκέτι

(55) *Quia*. Coloss. I, 19 et 20

(56) *Textu recte*. In Græco, καλῶς, et reliqua. Nisi librarius aliquid omisit, subintellige ἔχει, aut quid simile. Ἐδάφιον vero est τὸ κείμενον, seu *textus*. Ita apud Athanasium dial. 3 *De Trin.*, tom. II, pag. 220 : Μᾶλλον γὰρ ἐκ τοῦ ἐδαφίου διδάσκομεν. Ubi interpres vertit : *Magis enim ab ipsis fundamentis erudimur*. Sed non satis feliciter.

(57) *Ex quo*. I ad Cor. VIII, 6.

(58) Coloss. II, 9.

(59) *Deitate*. Eunomianos carpit, qui *Deum* quidem dicebant Filium, sed ὁμώνυμον, id est, æquivoce sic vocatum, et Patri dissimilem. Lege, si placet, XXXV Gregorii Nazianzeni orationem, pag. 571 edit. Coloniensis.

(60) *Manifeste*. I Tim III, 16. Græca editio : Ἐν ἔθνεσιν. At voculam illam, ἐν, neque Vulg. interpres legit, neque Didymus.

(61) *Deus*. Græca etiam editio habet, Θεὸς ἐφανερώθη, id est, *Deus manifestatus est*, ut legit Didymus. Sed Vulg. int. habet : *Quod manifestatum est*. Liberatus vero diaconus in *Breviario*, cap. 19 : *Hoc tempore*, inquit, *Macedonius Constantinopolitanus episcopus ab imperatore Anastasio dicitur expulsus, tanquam Evangelia falsasset, et maxime illud Apostoli dictum : « Quia apparuit in carne*,

Digitized by Google Распознавание текста

γος, τῇ ἰδίᾳ μαρτυρῶν θεότητι, καὶ κυριότητι, καὶ λέγων, παρὰ Ματθαίῳ μὲν, πρὸς τὸν διάβολον· *Οὐ μὴ πειράσῃς Κύριον τὸν Θεόν σου*· παρὰ Ἰωάννῃ δὲ, πρὸς τοὺς ἀποστόλους· *Ὑμεῖς φωνεῖτέ με· Ὁ Κύριος, καὶ ὁ διδάσκαλος· καὶ καλῶς λέγετε· εἰμὶ γάρ.* Θωμᾶς δὲ καὶ τύπους ἤλων, οὓς ἔσχεν δι' ἡμᾶς παρ' ἡμῶν ὁ Σωτὴρ ὡς φιλάνθρωπος, ψηλαφήσας, οὐκ ἐταράχθη, [37*a*] οὐδὲ καθυφῆκεν τῆς περὶ αὐτοῦ ἀνωτάτω δόξης. Ἠπίστατο γὰρ, ὡς μόνης τῆς αὐτοκρατορικῆς ἀπειροδυνάμου καὶ ἀγαθωτάτης φύσεως ἦν, οὐ μὴν δὲ κτιστῆς, τὸ μόνον οὐχ ὑπὲρ ἰδίων κτισμάτων παθεῖν, ἀλλὰ καὶ καθολικὴν ἦν φαμεν, καὶ γενικὴν σωτηρίαν, καὶ ταύτην αἰωνίως δωρήσασθαι. Τοιγάρτοι κἀντεῦθεν μᾶλλον ἐπιθαρσήσας, ἀντεισφέρει αὐτῷ τὴν βεβαίαν πίστιν, καὶ ἀνευφημεῖ· *Ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου.* Καὶ ἐν ταῖς Καθολικαῖς δὲ Ἐπιστολαῖς, ἐξ ἴσου καὶ ὁμοιολέκτως τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ θεολογοῦντες, ἔγραψαν, ὡς προελέχθη, Ἰωάννης μὲν ὁ πολὺς ἐν θεολόγοις, *Καὶ οἴδαμεν*, φησὶν, *ὅτι ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἥκει· καὶ ἔδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ. Οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ζωὴ αἰώνιος.* Ἄλλον, φησὶν, μὴ ζήτει τῇ οὐσίᾳ Θεὸν, ἢ Υἱὸν Θεοῦ. Δὶς γὰρ εἶπόν σοι ἐπὶ αὐτοῦ τὸ ἀληθινὸν, ὅτι τε Υἱὸς ἀληθινὸς, καὶ Θεὸς ἀληθινὸς, δεδωκὼς διάνοιαν τοῖς λαβεῖν ἀξίοις· ὥστε ἔχειν εἰδέναι ὡς ἀληθῶς γεγέννηται, καὶ ἀληθῶς ἐστι τῷ τε κόντι Θεῷ ὁμοούσιος· Ἰούδας δὲ ὁ εἰς τοὺς δυοκαί-

A *gloria.* Cum enim beneficus iste rerum omnium Conditor nondum aperte omnibus manifestatus esset, tunc manifestus factus est, quando ob omnium salutem voluntarie etiam sicut unus ex omnibus factus est: unde justificatus est in Spiritu, id est, affirmatus fuit, aut confirmatus ab iis etiam, qui eum antea ignorabant, verus Deus; idque non sine examine, inquit, sed ipsa animæ nostræ motione peractum est: atque hoc sensu communem loquendi consuetudinem secuti dicere nonnunquam solemus: Ille ἐδικαιώθη (sive justificatus est) verus filius hujus, genus suum, atque originem comprobando: et nonnunquam: Ille ἐδικαιώθη **84** [nempe justificatus est] recte administrare. Quo majorem autem ad persuadendum sermo vim habeat, ipsum etiam
B ab angelis visum esse addit; quibus, eo quod divinæ esset ac infinitæ naturæ, formaque (62) careret, invisibilis ante illud tempus erat æque ac ille qui dicitur in Scriptura (63) solus invisibilis Deus: et ab ipsis cantatum esse hymnum illum: *Gloria* (64) *in altissimis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas.* Eum vero prædicatum esse in hoc universo, et creditum esse addit, quia qui ex ineffabili luce ab æterno eluxit, e semper Virgine (65) posterioribus temporibus ob suam benignitatem in homines ineffabiliter natus est, ac omnia in semetipso manifestavit, quæ Patris sunt. Et eum qui omnia comprehendit, ascendisse ait in gloria, in
C qua semper fuit cum Deo. Fide autem dignus est

justificatum est in Spiritu. » *Hunc enim mutasse ubi habet,* ὃς, *id est,* qui, *monosyllabum Græcum, littera mutata* o *in* ω, *vertisse, et fecisse* ὡς, *id est ut esset Deus, apparuit per carnem.*

(62) *Formaque.* In Græco, ἀνειδεότητα. Cum porro apud Clementem in quarto *Stromatum* legatur vocabulum, ἀνείδεος, conjicit Sylburgius legendum esse, ἀνίδεος, ut sit non a voce εἶδος, sed a voce ἰδέα. At vox quidem ἀνείδεος in vetustis scriptoribus sæpius occurrit, vox vero ἀνίδεος haud scio an usquam reperiatur. Neque vero censori alias a me commemorato not. 40, pag. 53, assentiri possum, qui, tametsi vel membranas ipsas, e quibus opus hocce exscripseram, Petri Lombardi ætate antiquiores esse monuissem, in Parisina tamen *Ephemeride* superioris anni 1764 hæc scripsit: *Les mots dont l'auteur des trois livres se sert, n'appartiennent point au style du* IVe *siècle; mais bien à cette scolastique, qui ne fut inventée que plusieurs siècles après. Par exemple, Dieu y est appelé* ἀμέγεθες (emendandum typographi erratum, ac legendum ἀμεγέθης) καὶ ἀνείδεος, *sans grandeur et sans forme. N'est-ce pas là une phrase de Pierre Lombard, ou de quelque autre théologien de son temps?* De voce ἀμεγέθης dixi not. 65 ad pag. 39, et ad segm. 51 *a*. Vocem vero ἀνείδεος, ut alia omittam exempla, reperiet censor in Jamblicho, et in Sallustii libro *De diis et mundo*, cap. 27, ubi hæc scripsit: Εἰ δὲ ἀνείδεον λέγουσι μὲν τὴν ὕλην, κ. τ. λ. id est: *Si vero materiam quidem forma carentem dicunt*, etc. Athanasius quoque tom. II, pag. 598, ἀνείδεον Θεόν dixit. Ac Tertullianus, lib. *adv. Prax.* cap. 27, eum vocavit *informabilem.* Cæterum si vel unum ex omnibus vocabulis, quæ non modo in meo *ad Archintum præsulem Epistola* attuli, sed etiam in toto hoc opere occurrunt, aut quidquam aliud, Didymi ætate recentius ostenderit censor, equidem serio polliceor me statim e sententia decessurum: nihil enim veritate mihi potius, nihil antiquius. Legat, quæso, alia Didymi opera, ac plura in iis inveniet quæ *scholastica* ei videbuntur.

(63) *In Scriptura.* 1 Tim. I, 17.

(64) *Gloria.* Luc. II, 14.

(65) *Semper virgine.* Quo tempore sic Didymus loquebatur, eodem circiter adversus Helvidium scribebat Hieronymus librum *De beatæ Mariæ virginitate perpetua* inscriptum: atque hoc dogma Eunomius etiam, ut ex Philostorgii libro VI testatur Photius, impudenter rejiciebat. Nomen porro, Ἀειπαρθένος, ante Didymum a pluribus cum ethnicis, tum Christianis scriptoribus adhibitum fuerat, ac iis tributum feminis, quæ aut nunquam nupsissent, aut perpetuam Deo virginitatem vovissent. Hoc sensu adhibetur a Dione, Sophocle, Eusebio Cæsariensi, Ignatio martyre, et ab aliis. Attamen
D paulo antequam hæc dictaret Didymus, nomen illud peculiari modo beatæ Dei genitrici Mariæ attribuerat magnus ille Origenis, atque Origenianorum adversarius Epiphanius in *Panario* hæresi LXXVIII, quæ est Antidicomarianitarum, pag. 1037 edit. Colonien. anni 1682, ubi scripserat: Κενὸν γάρ τι ἀκούω περὶ τῆς ἁγίας Μαρίας τῆς Ἀειπαρθένου τινὰ διανοεῖσθαι· quæ sic vertit Petavius: *Etenim nescio quem audio adversus sanctissimam perpetuamque Virginem Mariam meditari nonnihil.* Quod si Rufini Palæstini, Pelagiani quidem, sed pervetusti auctoris, librum *De fide* allegare hic licet, is quoque num. 43 scribit: *Ex Maria quidem semper virgine corpus accipiens.* Et paulo post: *Ex ipsa semper Virgine nascitur homo.* Verum temporibus Didymo posterioribus maxime invaluit id nomen, ut nihil frequentius occurrat, quam voces, ἀειπαρθένος, et *semper virgo*, in Græcis, ac Latinis liturgiis, antiphonis, orationibus, atque adeo in synodorum actis, et sanctorum Patrum operibus, ubi de beata Maria sermo sit. Vide segm. 165 *a*.

Digitized by Google Распознавание текста

etiam ipsemet : ad ipsum enim pertinent ea loca, in quibus sibi ipse testimonium reddit, Deum se, ac Dominum esse declarans, cum apud Matthæum quidem diabolo ait : *Non* (66) *tentabis Dominum Deum tuum :* apud Joannem vero apostolis : *Vos* (67) *vocatis me : Magister, et Dominus : et bene dicitis : sum etenim.* Thomas quoque cum **85** vestigia, seu loca clavorum, quos a nobis propter nos Salvator utpote benignus habuit, palpasset, conturbatus non est, nec de suprema illius glorificatione quidquam detraxit. Noverat enim, solius imperatoria per se auctoritate, et infinita potentia prædita, et optimæ naturæ, non vero illius, quæ creata sit, proprium esse non modo pro suis creaturis pati, sed etiam universalem quam dicimus, et generalem salutem largiri, idque in æternum. Idcirco inde etiam majorem fiduciam sumens, firmam ei fidem vicissim quasi tributum offert, et clamat : *Dominus* (68 *meus, et Deus meus.* In catholicis vero (id est, universalibus) Epistolis quoque deitatem Filio ac Patri ex æquo, et similibus vocabulis tribuentes Joannes ac Judas ita scripserunt, ut antea (69) dictum est. Joannes quidem, magnus ille theologus, *Et novimus* (70), inquit, *quod Verbum Dei venit, et dedit nobis mentem* (71), *ut cognoscamus verum Deum* (72) : *et sumus in vero Filio Dei Jesu Christo* (73). *Hic est verus Deus, et vita æterna.* Quasi dicat : Alium ne quæras, qui sit ex essentia Deus, aut Filius Dei : nam de ipso loquens bis tibi dixi vocem, *verus :* quia et Filius verus est, et Deus verus, qui intelligentiam, seu mentem dedit iis, qui illam accipere erant digni (74). Adeo ut cognoscere inde liceat, ipsum et vere genitum fuisse, et vere Deo, qui illum genuit, consubstantialem esse. Judas autem, is nempe qui inter duodecim illos ascriptus est, unicum Dominum (75) ipsum definivit, utpote eum qui paternam deitatem, super omnia, et per omnia, et in omnibus exsistentem, habet. Sic enim alicubi ad universos populos scripsit : *Subintroierunt* (76) *enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc judicium) impii, Dei nostri gratiam transferentes in petulantiam, et solum Dominatorem et Dominum nostrum Jesum Christum negantes.* Sed et Petrum **86** apostolorum coryphæum in Actis dixisse constat (77) : *Verbum* (78) *quod misit filiis Israel annuntians pacem per Jesum Christum, hic est omnium Dominus.* Ubinam ergo, aut quomodo, aut quandonam ille, qui tantis, tamque evidentibus, et ejusdem omnibus modi, nihilque inter se discrepantibus Patris oraculis decoratus fuit (79), dissimilis productus fuisse dici potest?

CAP. XXVIII.

De iis locis, in quibus scriptum est, Filium largiri (80) omne bonum ; *et*, exoriri ; *et*, esse solem justitiæ ; *et*, sanationem ; *et*, thesaurum sapientiæ et scientiæ ; *et*, lucem : *eos vero, qui credunt, neque scandalizantur in ipso*, filios lucis *fieri.*

Enimvero qui laudibus illum celebrarunt, ii, ut multis modis ejus deitatem, perfectamque propria-

δεκα συγγραφεις, μονοκτήτορα ὡρίσατο αὐτὸν, ὡς τὴν ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν πατρικὴν διακληρωσάμενον θεότητα, οὐτωσί που τοῖς ἀπανταχοῦ γράψας· *Παρεισέδυσαν γάρ τινες ἄνθρωποι (οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρῖμα) ἀσεβεῖς, τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν, καὶ τὸν μόνον Δεσπότην καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνούμενοι.* Ἀλλὰ καὶ Πέτρος ὁ ἐν ἀποστόλοις κορυφαῖος, ἐν ταῖς Πράξεσιν φαίνεται εἰπών· *Τὸν Λόγον, ὃν ἀπέστειλεν τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗτός ἐστι πάντων Κύριος.* Ποῦ (37 *b*) οὖν, ἢ πῶς, ἢ πότε τοσαύταις ἐναργέσι τε καὶ ἰσοτρόποις, καὶ ἀπαραλλάκτοις τοῦ Πατρὸς τετιμημένος χρησμῳδίαις, ἀνόμοιος εἰσκομισθείη ;

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Περὶ τοῦ τὸν Υἱὸν πᾶν ἀγαθὸν ἀνατέλλειν· *καὶ* εἶναι ἥλιον δικαιοσύνης· *καὶ* ἔασιν· *καὶ* θησαυρὸν σοφίας καὶ γνώσεως· *καὶ* φῶς· *καὶ τοὺς πιστεύοντας, καὶ μὴ σκανδαλιζομένους εἰς αὐτὸν*, υἱοὺς φωτὸς *γίνεσθαι.*

Οἱ γοῦν περὶ αὐτοῦ ὑμνηκότες, διαφόρως ἡμῖν τὴν θεότητα αὐτοῦ, καὶ τὸ τελέως αὐτὸν προεστάναι

(66) *Non.* Matth. IV, 7, ubi, οὐκ ἐκπειράσεις.

(67) *Vos.* Joan. XIII, 13.

(68) *Dominus.* Joan. XX, 28.

(69) *Antea.* Joannis locum attulit segm. 31 *b*. Judæ autem verba in capitibus quæ perierunt.

(70) *Et novimus.* I Joan. V, 20. Græca editio : Οἶδ. δὲ ὅ. Υἱὸς τοῦ . . . καὶ δέδωκεν.

(71) *Mentem.* In enarratione ad hunc locum sit Didymus, διάνοιαν idem hic esse, atque *mentem* illam, de qua dictum est I Cor. II, 16, νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν, id est *mentem*, seu cognitionem, *Christi habemus.* Vulgatus int. utramque vocem, διάνοιαν, et νοῦν, vertit *sensum* tum hic, tum alibi. Quo modo vetus quoque Irenæi interpres transferre solet ; ut lib. II, cap. 13, ubi legitur : *totus cum sit sensus* (Deus). Et in apocrypha Pauli Epistola ad Laodicenses : *Estote firmi in sensu Christi.*

(72) *Deum.* Vox, *Deum*, deest in Græcis Bibliis : legiturque in iis duntaxat, τὸν ἀληθινόν, id est, *verum*, sive, *eum qui verus est.* At Dydimus in citata etiam enarratione legit eam vocem, *Deum*, ut et Vulg. interpres.

(73) *Christo.* Græca editio : ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ Υἱῷ αὐτοῦ Ἰ. Χ. . . . καὶ ἡ ζωὴ αἰώνιος.

(74) *Qui illam accipere erant digni.* Hujusmodi locutionem, benigne a lectore accipiendam, habet sæpius Didymus tum hic, tum in libro *De Spiritu sancto*, pag. 133 et 136 edit. Veronensis, tum alibi. Quin etiam apud Clementem Alexandrinum, et alios Patres legitur.

(75) *Dominum.* Seu, *possessorem :* quem Lucas quoque in Actis IV, 34, dixit κτήτορα.

(76) *Subintroierunt.* Epist. Jud. vers. 4.

(77) *Coryphæum.* Nova Ernesti Grabii hominis heterodoxi opinio, qua non Petrum, sed Jacobum apostolorum primum fuisse refert, cum risu potius excipienda est, quam refellenda. Vide Massueti notas ad Irenæi librum III, cap. 3, num. 2, pag. 200. Vide et meas ad segm. 106 *b*.

(78) *Verbum.* Act. X, 36.

(79) *Decoratus.* Codex mendose, τετημημένος.

(80) *Largiri.* In Græco excidisse conjicio voces παρέχειν καί, post vocem ἀγαθόν.

Digitized by Google Распознавание текста

τῶν οἰκείων ἔργων ἐπιδεικνύντες, διδάσκουσιν, ὅτι αὐτός ἐστι παντὸς ἀγαθοῦ παρεκτικὸς, καὶ φῶς ἀγαθοειδὲς, καὶ ἀγαθοποιὸν, καὶ ἥλιος νοητὸς, τῷ ἀφ' ἑαυτοῦ ἀλήκτῳ φωτὶ ἀπολαμπρύνων τὰ ὄμματα τῶν ἀπλανῶν καὶ δεκτικῶν ψυχῶν, καὶ εἴσω τῆς νοητῆς ἄγων περιωπῆς, καὶ ποιῶν ὁρᾷν, ἃ μὴ πρότερον δι' ἁμαρτίας ὁρᾷν καθ' αὐτὰ ἐπεφύκει· ἢ καὶ ὅλον τὸν ἄρτιον ἄνθρωπον φωτοειδῆ ποιῶν, ὡς ὁ ἥλιος ἡλιοειδῆ τὰ σώματα τὰ ἐνοῖς παραγίνεται· ἔτι δὲ ὅτι καὶ ἴασις, καὶ θησαυρὸς σοφίας καὶ γνώσεως ἀδαπάνητος καὶ πανταρκὴς τυγχάνει. Καὶ οἱ περὶ αὐτὸν εἰλικρινῶς διακείμενοι, ὡς καὶ περὶ τὸν Πατέρα αὐτοῦ, υἱοὶ φωτὸς γίνονται, καθὰ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ Πατρός· ὡς ἡνίκα διακηρύττουσιν, Μαλαχίας μέν· *Ἀνατελεῖ ὑμῖν, τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά μου, ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ.* Πέτρος δὲ, ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἐπιστολῇ· *Ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ, καὶ Φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.* Ἔλεγεν δὲ, οἶμαι, τὸν ἀπὸ τῆς δευτέρας αὐτοῦ ἐπιφανείας ἀνίσχειν μέλλοντα ταῖς ψυχαῖς φωτισμὸν, καὶ πάντα καταφαιδρύνοντα τὰ σκότῳ κεκρατημένα. Καὶ ἑτέρωθι· *Καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκεν.* Ζαχαρίας δὲ προεφήτευεν· *Εἴ τι ἀγαθὸν, αὐτοῦ· καὶ εἴ τι καλὸν, παρ' αὐτοῦ ἔσται.* Καὶ Παῦλος, πρὸς μὲν Κολοσσαεῖς περὶ [38 *a*] αὐτοῦ ἔφη· *Ἐν ᾧ εἰσιν πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως ἀπόκρυφοι·* πρὸς δὲ Ῥωμαίους, *Λέγει γὰρ,* φησὶν, *ἡ Γραφή· Πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ καταισχυνθήσεται· οὐ γάρ ἐστι διαστολὴ Ἰουδαίου καὶ Ἕλληνος· ὁ γὰρ αὐτὸς Κύριος πάντων, πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν· πᾶς γὰρ ὃς ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται.* Ποῖον δὲ ὄνομα ἐπικαλοῦνται τοῦ Υἱοῦ, οἱ μηδὲ Θεὸν ἄκτιστον, μηδὲ Υἱὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ λέγοντες αὐτὸν τὸν καλλίνικον, τὸν Σωτῆρα οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ θαλάσσης; Καὶ Ἰωάν-

A rum ipsius creaturarum gubernationem nobis ostendant, docent, ipsum cujusvis boni largitorem esse; et bonitate præditum (81), bonorumque effectricem lucem; et mysticum solem, qui indeficienti lumine a se ipso emanante inerrantium (82), ejusdemque luminis capacium animarum oculos illuminat, et intra mysticam speculam degit, ac ea, quæ ob peccata ita prius comparata erant, ut ipsa per se videre non possent, videndi facultate donat, aut etiam totum perfectum hominem lucidum facit, sicut et sol clara, sibique similia reddit corpora, ad quæ pertingit. Eum insuper et sanationem esse docent, et thesaurum sapientiæ et scientiæ inexhaustum, omnesque juvantem (83). Ac demum eos, qui erga ipsum, sicut erga Patrem ejus, sincero animo af-
B fecti sunt, filios lucis esse aiunt, sicut filii sunt Dei Patris. Hæc **87** enim prædicant. Malachias quidem: *Orietur* (84) *vobis, qui timetis nomen meum, sol justitiæ; et sanitas in alis ejus.* Petrus autem in secunda Epistola: *Donec* (85) *dies elucerit, et Lucifer ortus sit in cordibus vestris.* Illuminationem autem, ut puto, intelligit ex secundo ejus adventu in animabus orituram, ac omnia (86), quæ a tenebris tenentur, exsplendescere facientem. Et alibi: *Et gloria* (87) *Domini super te orta est.* Zacharias autem sic prophetavit: *Si quid* (88) *bonum, ab ipso, et, si quid pulchrum, ab ipso erit;* et scribens ad Colossenses Paulus, de illo dixit: *In quo* (89) *sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi;* in
C Epistola vero ad Romanos ait: *Dicit enim* (90) *Scriptura: Omnis, qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Judæi, et Græci; nam idem Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum: omnis enim quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit.* Quale autem Filii nomen invocant qui ipsum cœli, et terræ, et maris (91) victoriosum

(81) *Bonitate præditam.* Quemadmodum θυμοειδὴς dicitur *animosus*, aut *iracundus;* ita ἀγαθοειδὴς, *bonitate præditus*, seu *bonus*, seu *beneficus*, ni puto. Suspicabitur fortasse quis legendum esse, φῶς αὐγοειδές. Sed codicis lectio sollicitanda non est: cum Jamblichus quoque ante Didymum eodem vocabulo usus sit apud Joannem Stobensem λόγῳ primo. Τὰ δὲ ἀρετῆς ἔργα (inquit) ἀγαθοειδῆ· quæ sic vertit interpres: *Virtutis autem opera boni formam habent.* De scriptore autem, qui sub Dionysii
D Areopagitæ nomine latet, ac eamdem vocem adhibet, nihil dico, quod eum Didymo recentiorem esse valde probabile videatur, ideoque hujus vocabuli vetustas, quam quæro, satis ex eo non probetur.

(82) *Inerrantium.* Allegoriam a sole ductam persequitur, atque ab astris *inerrantibus*, seu fixis. Animas ergo interpretor peccato non inquinatas.

(83) *Juvantem.* Olympii Jovis digito, Clemente teste in *Protreptico*, Phidias insculpsit, Πανταρχὴς καλός. Est autem πανταρχὴς qui omnibus prodest, aut qui omnibus sufficit.

(84) *Orietur.* Malach. IV, 2.

(85) *Donec.* II Petr. I, 19.

(86) *Omnia.* Origenismum hic fortasse aliqui subolfacient. At cum Didymus *sempiternos* reproborum *cruciatus* et in libro *De Spiritu sancto* num. 47 ac 59 et in hoc opere segm. 221 *a*, atque alibi agnoverit; propterea dæmonas, reproborumve animas nihil huc pertinere crediderim, sed eodem fere sensu hæc a Didymo dici, quo in prima ad Cor. IV, 5, scriptum a Paulo fuit: *Donec veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum.*

(87) *Et gloria.* Isa. LX, 1.

(88) *Si quid.* Zachar. IX, 17, legitur: Εἴ τι ἀγαθὸν αὐτοῦ, καὶ εἴ τι καλὸν παρ' αὐτοῦ. Complut. tamen editio vocem παρά omittit, quam habet Francofurtensis: vox vero ἔσται utrobique desideratur. Itaque hic pro ἔτι lego εἴ τι, præsertim cum librarius ante illud ἔτι interpunctionis notam apposuerit.

(89) *In quo.* Coloss. II, 3.

(90) *Dicit enim.* Rom. X, 11-13. Græca edit., Ἰουδαίου τε, et paulo post, ὃς ἂν ἐπικαλέσηται.

(91) *Et maris.* Origenismum hic quoque suspicari proclive est, item ut segm. 67 *a*. Origenes enim lib. I *De principiis* (num. 4 et 5, pag. 73) solis animam *antiquiorem* dixit *alligatione ejus ad corpus.* Ac sextus ex anathematismis in Origenem latis sic se habet: *Si quis dicit cœlum, et solem, et lunam, et stellas, et aquas, quæ super cœlos sunt, animatas, et materiales esse quasdam virtutes, anathema sit.* De aquis vero, *quæ super terram sunt*, id ipsum sensisse Origenem affirmat S. Epiphanius in litteris *ad Joannem Jerosolymitanum.* At equidem in præseus hæc duntaxat lectori animadvertenda proponam. I. Didymum nihil aliud his fortasse verbis velle, quam quod in lib. *De Spir. sancto* scripserat

Digitized by Google Распознавание текста

88 Servatorem neque Deum increatum esse dicunt, neque Filium Patri consubstantialem? Ac Joannes similiter de ipso inquit : *Quoniam* (92) *lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis.* Nam post mortem, ait, non est pœnitentiæ locus, sicut et David psallit : *In inferno* (93) *autem quis confitebitur tibi?* Et rursus ex persona Salvatoris dicitur : *Euntes* (94) *renuntiate Joanni quæ auditis, et videtis: cæci rursus vident, claudi ambulant, et mortui resurgunt, et pauperes evangelizantur. Et beatus est quicunque* (95) *non fuerit scandalizatus in me.* Quid enim de seductis, et seducentibus dicturus sit, Isaias prædixit : *Populo* (96) *meus, qui vos beatos dicunt, illi vos seducunt, et semitam pedum vestrorum turbant. Sed nunc constituetur in judicio Dominus, et sistet populum* (97) *in judicio. Ipse Dominus ad judicium veniet cum senioribus populi, et cum principibus suis : vos autem quare incendistis vineam meam?* Ipse vero Dominus in judicium veniet cum doctoribus, et principibus, non tanquam ipse ab alio judicandus, sed tanquam redarguturus eos, ut alibi loquitur : *Venite* (98), *et disceptemus, dicit Dominus.* Nimirum videamus, inquit, qualia ego pro vobis fecerim, et qualia vestra erga me, et servos meos opera exstiterint. Vineam enim dicit mundum, aut populum ; quem hæreticorum quidem, et Judæorum doctores per blasphemam doctrinam gehennæ igni obnoxium fecerunt: principes vero, dum ea, quæ populi sunt, ut sua non curaverunt, sed potestate abusi sunt, variis et multis modis iniquitatem patrarunt. Nam et aliud quid ejusdem

A νης ὁμοίως περὶ αὐτοῦ· *Ὡς τὸ φῶς ἔχετε, πιστεύετε εἰς τὸ φῶς, ἵνα υἱοὶ φωτὸς γένησθε.* Μετὰ γὰρ θάνατον, φησὶν, μετάνοια οὐκ ἔστιν· ὡς καὶ Δαυὶδ ψάλλει· *Ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι;* καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος· *Πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ, ἃ βλέπετε, καὶ ἀκούετε· τυφλοὶ ἀναβλέπουσιν, χωλοὶ περιπατοῦσιν, καὶ νεκροὶ ἐγείρονται, καὶ πτωχοὶ εὐαγγελίζονται· καὶ μακάριός ἐστιν ὃς ἂν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί.* Τί γὰρ λέξει περὶ τῶν πλανωμένων καὶ τῶν πλανώντων, Ἡσαΐας προεῖπεν· *Λαός μου, οἱ μακαρίζοντες ὑμᾶς, πλανῶσιν ὑμᾶς, καὶ τὴν τρίβον τῶν ποδῶν ὑμῶν ταράσσουσιν. Ἀλλὰ νῦν καταστήσεται εἰς κρίσιν Κύριος, καὶ στήσει τὸν λαὸν εἰς κρίσιν. Αὐτὸς Κύριος εἰς κρίσιν ἥξει μετὰ* B *τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ, καὶ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ· ὑμεῖς δὲ τί ἐκπυρίσατε τὸν ἀμπελῶνά μου;* Ἥξει δὲ αὐτὸς Κύριος εἰς κρίσιν μετὰ τῶν διδασκάλων καὶ ἀρχόντων, οὐχ ὡς αὐτὸς ὑπ' ἄλλου κριθησόμενος, ἀλλ' ὡς ἐλέγξων αὐτούς, καθάπερ διαλαλεῖ ἐν ἄλλῳ μέρει· *Δεῦτε, καὶ διακριθῶμεν, λέγει Κύριος.* Οἷα, φησὶν, τὰ ἀπ' ἐμοῦ ὑπῆρξεν ὑμῖν, καὶ οἷα τὰ ἀφ' ὑμῶν γέγονεν εἰς ἐμὲ καὶ τοὺς δούλους μου. Λέγει γὰρ *ἀμπελῶνα* τὸν κόσμον, ἢ τὸν λαόν· [38 *b*] ὄντινα οἱ μὲν αἱρετικῶν καὶ Ἰουδαίων ἐξηγηταὶ, διὰ τῆς βλασφήμου διδασκαλίας, ἔνοχον ἐποίησαν τῷ τῆς γεέννης πυρί· οἱ δ' ἄρχοντες, οὐκ οἰκειωσάμενοι τὰ κατ' αὐτὸν, ἀποχρησάμενοι δὲ τῇ ἐξουσίᾳ, ποικίλως καὶ διαφόρως ἠδίκησαν. Τοιουτότροπον γὰρ καὶ ἄλλο εἴρηται τῷ αὐτῷ προφήτῃ C ἀπὸ τοῦ Δεσποτικοῦ προσώπου· *Τίς ὁ κριτόμενός*

num. XI : *Salvator in universam terram, quin potius in omnem creaturam extendit vocabulum suum.* II. Ipsum paucos post versus hic subjungere : *Post mortem non est pœnitentiæ locus :* et segm. 88 *a* similia habere : alibi autem suppliciorum, quibus reprobi cruciantur, æternitatem profiteri, ac denique illum ab ea opinione abhorruisse, quam lib. I *De principiis*, cap. 8, pag. 76, proposuerat Origenes his verbis : Καὶ τάχα κατ' ἀξίαν τῆς ἐπὶ πλεῖον πτώσεως τῆς κακίας ἐνδύεται σώματα οὐδεῆ τοιοῦδε ζώου ἀλόγου, id est, ut vertit interpres, *et forte pro merito majoris ad vitium prolapsionis induit* (anima) *corpus aquaticum hujus, vel hujus bruti animalis.* Nimirum pro mendosa voce οὐδεῆ, legendum monet interpres ὑδαρῆ · sed malim legere : σώματα τοῦδε ἢ τοιοῦδε ζώου ἀλόγου, id est, *corpora hujus, vel talis animantis irrationalis.* Ab his, inquam, alienum D se prodidit Didymus in commentariis *in Jobum. Dogma etiam* (ait pag. 237) *præclarissimum docet* (Jobus), *quod scilicet qui semel ex hac vita excesserit, non amplius ad eam revertatur,* ὡς μυθολογοῦσιν οἱ τὰς μετενσωματώσεις τερατευόμενοι, id est, *sicuti fabulantur qui corporum transmutationes* (sive, ut Tertullianus loquitur, *recorporationes*) *prodigiose effinxerunt.* Videtur itaque Origenianis tam addictus non fuisse Didymus, quam vulgo putant. III. Eum segm. 142 *a* scripsisse : *Recta administratio, ac profunda pax in universa terra, et mari erit.* Maris autem nomine fabulosos illos Origenianorum dæmonas profecto ibi non designari. IV. In Apocalypsi legi : *Quibus datum est nocere terræ et mari.* V. Maris nomine satis commode insularum incolas venire posse. Demum Σωτῆρα *conservatorem* magis, quam servatorem hic forsitan denotare; nam σώζεσθαι conservari potius aliquando valet, quam servari. Hoc sensu verbum illud adhibet cum Didymus segm.

139 *a*, et alibi, tum, ut alios omittam, Oecllus Lucanus in libro *De universo*, cap. 1 : Καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις (inquit) αἴτιον γινόμενον τῆς σωτηρίας καὶ διαμονῆς, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ σωζόμενον, καὶ διαμένον ἐστί ... Ὁ δέ γε κόσμος αἴτιός ἐστι τοῖς ἄλλοις τοῦ εἶναι, καὶ τοῦ σώζεσθαι, καὶ τοῦ αὐτοτελῆ εἶναι· αὐτὸς ἄρα ἐξ ἑαυτοῦ ἀΐδιός ἐστι, καὶ αὐτοτελὴς, καὶ διαμένων τὸν πάντα αἰῶνα, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο τοῖς ἄλλοις παραίτιος γινόμενος τῆς διαμονῆς τῶν ὅλων. Quæ sic vertit Nogarola : *Quod item efficit, ut alia serventur, ac permaneant, ipsum sua sponte salvum itidem est, ac permanens ... Mundus igitur cum sit in causa cur exsistant aliæ res, serventur, et perfectionem habeant, idcirco sua vi sempiternus est, æternoque permanens tempore, atque ob eam rationem habetur auctor, cur aliæ quoque res perpetuo durent et consistant.* Ita interpres : sed equidem voces illas, τῆς σωτηρίας, σωζόμενον et σώζεσθαι, Latinis vocabulis *conservationis, conservatum* et *conservari*, vertendas crediderim. Lege Didymi enarrationem in I Petr. III, 22.

(92) *Quoniam.* Joan. XII, 36. Græca editio, ac Vulgata habent : ἕως, id est *dum*, pro ὡς, id est *quoniam.*

(93) *In inferno.* Psal. VI, vers. 5 (seu 6).

(94) *Euntes.* Luc. VII, 22, 23. Nonnulla tamen hic omittuntur intermedia. Græca editio : ἃ εἴδετε καὶ ἠκούσατε· ὅτι ... περιπατοῦσι ... νεκροὶ ... ὃς ἐὰν μή.

(95) *Quicunque.* Codex mendose, ὃς δ' ἄν, pro, ὃς ἐάν.

(96) *Populo.* Isa. III, 11-13. Complut. ed. τὰς τρίβους ... ἐκταράσσουσι. Aliæ, ut Didymus.

(97) *Populum.* Græca ed. addit αὐτοῦ, id est, *suum.*

(98) *Venite.* Isa. I, 18. Complut. ed. διελεγχθῶμεν. Aliæ, διαλεχθῶμεν. Didymus, διακριθῶμεν.

Digitized by Google Распознавание текста

μοι; ἀντιστήτω μοι· καὶ τίς ὁ κρινόμενός μοι; ἐγγισάτω μοι· ἀντὶ τοῦ, Εἴ τις ἔχει δίκαια λέγειν, ὡς ἔργοις ὠχυρωμένος, ἀντενεχθήτω μοι θέλοντι τοῦτο, καὶ πλησιασάτω τοῖς λόγοις. Ἔνιοι δὲ ἀναγινώσκουσι τοιῶσδε· Τίς ὁ κρινόμενός μοι; ἀντί· τοῦτ' ἔστι, κατ' ἀντικρὺ καὶ πόρρω που στήτω μου, ὡς μὴ ἔχων ἐφόδια καλὰ, καὶ διὰ τοῦτο συγκριθῆναί μοι, καὶ ἐπιψαῦσαι τοῦ καθαροτάτου βήματος ἀνάξιος. Τοῖς γὰρ ἀξίοις, εἰ τυγχάνοιεν τῶν καλῶν, οὐδεὶς φθόνος· αὐτοῖς γὰρ ἡτοίμασται.

modi ab eodem propheta ex persona Domini dictum est: *Quis est* (99) *qui litiget mecum? ἀντιστήτω* (hoc est, *obsistat*) *mihi. Et quis est, qui litiget mecum? accedat ad me.* Quod perinde est ac si diceret: Si quis rationes habet, quas pro se afferat, utpote operibus munitus, is contra me veniat, qui hoc volo, et per sermones mecum congrediatur. Aliqui **89** autem legunt sic: *Quis est qui litiget mecum? ἀντί* (1), id est, *ex adverso*, et alicubi longe a me στήτω, id est, *stet*, utpote qui bona viatica (2), nempe bona opera, non habet, atque ob hanc causam mecum contendere, et mundissimum tribunal meum attingere indignus (3) est: nam iis quidem, qui digni sunt, si præclara consequantur, nulla invidia (4): ipsis enim præparata sunt.

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Περὶ τοῦ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι κριτὴν ζώντων καὶ νεκρῶν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν παρέχοντα· *καὶ* ὅτι ἐν οὐδενὶ ἄλλῳ ἐστὶν ἡ σωτηρία.

Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν, τοῦτ' ἔστιν δικαίων καὶ ἁμαρτωλῶν, ὁ παρέχων ἄφεσιν ἁμαρτιῶν τοῖς πιστεύουσιν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ σώζων ἡμᾶς ἰδίᾳ δόξῃ καὶ δωρεᾷ· καὶ ἐν οὐδενὶ ἄλλῳ ἐστὶν σωτηρία· ἐπείπερ τὴν φύσιν ἐστὶν Πλεως καὶ Σωτὴρ, εἰς οὐδὲν καταδεέστερος τοῦ Πλεω καὶ σώζοντος Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὡς χρησμῳδοῦσιν αἵ τε ἄλλαι Γραφαὶ, καὶ μέντοι Μιχαίας, λέγων· *Τίς Θεὸς, ὥσπερ σὺ, ἐξαίρων ἀνομίας καὶ ὑπερβαίνων ἀδικίας;* Καὶ Πέτρος ἐν ταῖς Πράξεσιν οὑτωσί· *Καὶ παρήγγειλεν ἡμῖν κηρύξαι τῷ λαῷ καὶ διαμαρτύρασθαι, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν. Τούτῳ πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσιν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ πάντα τὸν πιστεύοντα* [39 *a*] *εἰς αὐτόν.* Ἔχομεν αὐτὸν τοίνυν εὐφημηθέντα, ὡρισμένον ὑπὸ Θεοῦ, διὰ τὴν σωτήριον ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ, ἐν ᾗ ἦλθεν ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός· δι' ἣν καὶ τὸ, *Οὐδὲ γὰρ ὁ Πατὴρ κρίνει οὐδένα· ἀλλὰ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκεν τῷ Υἱῷ*, γέγραπται. Κριτὴν δὲ, ὡς ἐξηρημένον τῶν κτισμάτων. Τὸ γὰρ κτίσμα οὐ κρίνει, ἀλλὰ νόμῳ καὶ κρίσει ὑπόκειται. Καὶ πάλιν· *Οὗτός ἐστιν ὁ λίθος ὁ*

CAP. XXIX.

De iis locis, in quibus scriptum est, Filium Dei esse judicem vivorum et mortuorum; *eum* largiri remissionem peccatorum; *et* in nullo alio esse salutem.

Ipse enim est vivorum, et mortuorum judex, id est, justorum, et peccatorum; ipse est, qui remissionem delictorum iis largitur, qui credunt nomini ejus; ipse, qui propria gloria, et gratia nos salvos facit: neque est in ullo alio salus: quoniam natura propitius (5) est, et Salvator, propitio, et salvante Deo et Patre nulla in re inferior; sicut docent cum alia Scripturarum oracula, tum Michæas inquiens: *Quis* (6) *Deus sicut tu, qui aufers iniquitates, et transcendis injustitias?* Et Petrus in Actis sic loquens: *Et præcepit* (7) *nobis prædicare populo, et testificari, quod ipse est, qui constitutus est a Deo judex vivorum, et mortuorum. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes, qui credunt in eum.* En ipsum hic celebratum habemus ut constitutum a Deo, ob salutiferam ejus Incarnationem, in qua **90** *venit* (8) *quærere, et salvum facere quod perierat:* propter quam etiam scriptum est illud: *Neque* (9) *enim Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio.* Ipsum vero judicem vocat, utpote inter creaturas non numerandum: nam creatura non judicat, sed legi, et judicio subjicitur. Idem vero

(99) *Quis est.* Isa. L, 8. Græca editio: ἀντιστήτω μοι ἅμα, id est *obsistat mihi simul.*

(1) *Ἀντί.* Codex ἀντὶς, sed mendose, ut perspicuum est. Habet etiam ἀντικρύ, pro ἀντικρύ.

(2) *Viatica.* Ἐφόδιον Irenæo dicitur auxilium, subsidium, argumentum. Vide lib. I *Adv. hær.* præf. versus finem. Simili fortasse modo posset etiam hic ea vox accipi.

(3) *Indignus.* Pro ἀναξίως, lego ἀνάξιος. Tum pro mendosis vocibus, τυγχάνει εν, lego τυγχάνοιεν.

(4) *Nulla invidia.* Græcismum retinui: hæc enim locutio, οὐδεὶς φθόνος, id est *nulla invidia*, est veluti quædam proverbialis formula, Græcis familiaris, ut videre licet vel in Cebetis *tabula*; ideoque sensu proprio accipienda non est: alioquin dedeceret, sic loquentem Deum inducere. Idem porro valet, ac si dixeris: *Non officio: Non impedio, quominus*, etc. *Per me habeas, facias licet.* Hinc dictum puto Ovidii illud:

Parve (*nec invideo*) *sine me, liber, ibis in Urbem.*

(5) *Propitius.* Vocem Πλεως, id est *propitius*, eo sensu accipit, quo de divinitate proprie dicitur. Ita cum Juliani Apostatæ (ignoscat mihi recentior ille scriptor, qui novum, ac ridiculum officii genus vel ipsi Casæ, nedum sanctis Patribus, ignotum, invehere conatus est, dedecere putans *Apostatæ* titulo Julianum notare: quasi vero unus idemque et elegans scriptor, cujus modi apostatam illum fuisse fateor, et improbus esse nequeat, aut apostata immerito is vocetur, qui Christianus, atque adeo clericus cum esset, Christianæ religioni post adeptum imperium bellum maligne intulit, atque ad abominanda sacra turpissime deflexit); cum Juliani, inquam, Apostatæ libros Porphyrii libris, discipulum nempe magistro, antetulisset Libanius, et quasi Porphyrii manes reformidans, addidisset, Πλεως ὁ Τύριος εἴη, id est *propitius mihi sit Tyrius ille senex*, scite, ac lepide inde intulit Socrates l. III, c. 23, Porphyrium a Libanio in diis numerari.

(6) *Quis.* Mich. VII, 18. Complutensis editio paulo aliter: aliæ, ut Didymus.

(7) *Et præcepit.* Act. X, 42 et 43. Librarius noster scripsit παρείγγειλεν, pro παρήγγειλεν.

(8) *Venit.* Luc. XIX, 10.

(9) *Neque.* Joan. V, 22.

Digitized by Google Распознавание текста

Petrus sic rursus loquitur : *Hic est* (10) *lapis, qui reprobatus est a vobis ædificatoribus, qui factus est in caput anguli : et non est in alio aliquo salus.* Sed et catholicas, id est, universales, secundo mittit litteras, quæ inter alia de Filio dicta, illud etiam habent : *Quippe* (11) *omnia nobis a divina virtute ipsius, quæ ad vitam et pietatem donata sunt, per cognitionem ejus, qui vocavit nos propria gloria, et virtute* (12) : *per quæ maxima, et pretiosa nobis feliciter nuntiata* (13) *donavit, ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ.* Idcirco Jacobus quoque in generali Epistola ait : *Unus* (14) *est legislator, et judex, qui potest liberare, et perdere.* Quid autem necesse est multa adhuc Scripturæ testimonia in hanc rem congerere? cum Samaritani quoque apud accuratum theologum Joannem has gratis hominibus, recteque sentientibus dignas voces emiserint : *Ipsi* (15) *enim audivimus, et scimus, quia hic est vere Salvator mundi, Christus.* Ille scilicet, qui benigne (16) ait : *Confide* (17), *fili : remissa tibi sunt peccata.*

A

B

91 CAP. XXX.

De iis locis, in quibus ob æqualem Trinitatis dignitatem scriptum est, Patrem revelare nobis Filium, et trahere nos ad ipsum ; *et vicissim ipsum Filium, et Spiritum sanctum* adducere nos ad Patrem. *De Petri etiam confessione simul sermo habetur : et admittendam esse pœnitentiam ostenditur.*

Ut enim omnibus modis beatæ Trinitatis æqualitas, ac eadem undecunque dignitas demonstretur, proprium Filium nobis Pater revelat, et nos ad illum per semetipsum trahit, et in regnum illius transfert : ac vicissim Filius, et Spiritus sanctus ad Deum et Patrem nos adducit : nec enim ad eum, qui heterousius, id est *alterius substantiæ*, esset, aut major, neque ad sceptra, ut ita dicam, sceptris ejus inferiora nos transferret Deus. Vetus ergo Testamentum Novi Testamenti scriptura perfecit ob fidem, qua in Filium, et divinum Spiritum credere nos jussit. Sic autem loquuntur Scripturæ. Deus quidem Pater in Isaia ad Filium ait : *Ecce* (18) *proselyti accedent tibi per me, et accolæ tui erunt, et ad te confugient ;* Filius autem in Joanne : *Nemo* (19) *potest venire ad me, nisi Pater cælestis traxerit eum : et ego resuscitabo eum in novissimo die.* Et rursus ad Petrum, qui dixerat, *Tu es* (20) *Christus Filius Dei vivi*, ait : *Beatus es, Petre bar Jonæ, quia caro, et sanguis non revelavit tibi,*

C

D

(10) *Hic est.* Act. IV, 11 et 12. Edita Biblia : ἐξουθενηθείς, et οἰκοδομούντων, pro οἰκοδόμων.

(11) *Quoniam.* II Petr. I, 3 et 4. Edita exemplaria : ὡς πάντα.

(12) *Et virtute.* Biblia, διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς, id est *per gloriam et virtutem.* Didymus initio hujus capitis ideo fortasse dixit, ἰδίᾳ δόξῃ καὶ δωρεᾷ, quod respexerit etiam versiculum 12 psalmi LXXXIII, χάριν καὶ δόξαν δώσει Κύριος, id est *gratiam et gloriam dabit Dominus.*

(13) *Nuntiata.* Biblia, ἐπαγγέλματα, id est, *promissa.* Didymus, εὐαγγέλματα· nisi lectio mendosa est.

(14) *Unus.* Jac. IV, 12. Græca Biblia carent vocibus, καὶ κριτής, id est, *et judex.* Sed Vulgatus interpres item, ut Didymus, eas legit.

ἐξουδενωθεὶς ὑφ' ὑμῶν τῶν οἰκοδόμων, ὁ γενόμενος εἰς κεφαλὴν γωνίας· καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία. Ἀλλὰ καὶ Καθολικὰ τὸ δεύτερον πέμπει γράμματα, μεταξὺ ἄλλων περὶ αὐτοῦ ἔχοντα καὶ τοῦτο· Ὡς τὰ πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης, διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς ἰδίᾳ δόξῃ καὶ ἀρετῇ· δι' ὧν τὰ μέγιστα καὶ τίμια ἡμῖν ἐπαγγέλματα δεδώρηται, ἵνα διὰ τούτων γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως. Διὸ καὶ Ἰάκωβος ἐν γενικοῖς χαράγμασιν ἔφη· Εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης, καὶ κριτὴς, ὁ δυνάμενος σῶσαι καὶ ἀπολέσαι. Τί δὲ πλήθους δεῖ γραφῶν εἰς τοῦτο λοιπὸν, καὶ Σαμαρειτῶν παρὰ Ἰωάννῃ τῷ ἀκριβεῖ θεηγόρῳ, εὐγνωμόνων ἀνδρῶν, ἀφιέντων φωνάς; Αὐτοὶ γὰρ, φησὶν, ἀκηκόαμεν καὶ οἴδαμεν, ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου, ὁ Χριστός· ὁ λέγων, φησὶν, ἠπίως· Θάρσει, τέκνον· ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι.

ΚΕΦ. Λ'.

Περὶ τοῦ διὰ τὴν ἰσοτιμίαν τῆς Τριάδος, τὸν Πατέρα ἀποκαλύπτειν ἡμῖν τὸν Υἱὸν, καὶ ἕλκειν ἡμᾶς πρὸς αὐτόν· καὶ πάλιν αὐτὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα προσάγειν ἡμᾶς τῷ Πατρί. Ἐν ταυτῷ καὶ περὶ τῆς ὁμολογίας Πέτρου· καὶ ὅτι ἔστιν μετάνοια.

Ἵνα γὰρ δι' ὅλων ἀποδειχθῇ τῆς μακαρίας Τριάδος τὸ περὶ πάντα ἰσότιμον, ἀποκαλύπτει ἡμῖν τὸν ἴδιον Υἱὸν ὁ Πατὴρ, καὶ ἕλκει ἡμᾶς δι' ἑαυτοῦ πρὸς αὐτὸν, καὶ μεθιστᾷ εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ· καὶ πάλιν ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα προσάγει ἡμᾶς τῷ Θεῷ καὶ Πατρί· οὐκ ἂν [39 *b*] γὰρ εἰς ἑτεροούσιον, ἢ μείζονα, οὐδ' εἰς ὑποκατερχόμενα, ὥσπερ σκῆπτρα, τῶν ἑαυτοῦ μετέθηκεν ἡμᾶς ὁ Θεός. Τετελείωκεν γοῦν τὴν Παλαιὰν Διαθήκην ἡ Νέα, διὰ τὴν εἰς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ θεῖον Πνεῦμα πίστιν. Λέγουσι δὲ ὧδε, ὁ μὲν Θεὸς Πατὴρ ἐν Ἡσαΐᾳ πρὸς τὸν Υἱόν· Ἰδοὺ προσήλυτοι προσελεύσονταί σοι δι' ἐμοῦ, καὶ παροικήσουσίν σοι, καὶ ἐπὶ σοὶ καταφεύξονται· ὁ δὲ Υἱὸς ἐν Ἰωάννῃ· Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ ὁ οὐράνιος ἑλκύσῃ αὐτόν· κἀγὼ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. Καὶ πάλιν πρὸς τὸν Πέτρον εἰπόντα, Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἔφη· Μακάριος εἶ, Πέτρε βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέν σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐ-

(15) *Ipsi.* Joan. IV, 42.

(16) *Benigne.* Codex, ἠπίως, cum spiritu aspero, ut segm. 51 *b* et 181 *b*. Alii scribunt, ἠπίως et ἠπιος et ἠπιότης. Neque enim consentientes sunt hac in re grammatici.

(17) *Confide.* Matth. IX, 2.

(18) *Ecce.* Isa. LIV, 15. Nonnullæ editiones omittunt voculam σοι, primo loco.

(19) *Nemo.* Joan VI, 44. Edita Biblia pro οὐράνιος, id est *cælestis*, habent, ὁ πέμψας με, id est *qui misit me.* Tum : καὶ ἐγώ... αὐτὸν τῇ ἐσχάτῃ.

(20) *Tu es.* Matth. XVI, 16, 17. Editio pro Πέτρε, habet Σίμων.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ραυοῖς. Κἀγὼ δέ σοι λέγω, ὅτι σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς· καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῶν οὐρανῶν· καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ὦ πόσα δύναται πίστις! καὶ τὸ ὁμολογῆσαι Υἱὸν ἀληθινὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ κτίσμα τὸν μονογενῆ Θεὸν Λόγον. Οὐκ ἐδίστασεν Πέτρος σαρκὶ καὶ αἵματι Θεὸν ἐπὶ γῆς ἐμφιλοχωροῦντα ὁρῶν· τοῦτο γάρ ἐστιν, ὅτι *Σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέν σοι*. Ἐπέγνω δὲ τὸν συμφυᾶ καὶ συναΐδιον κλάδον τοῦ Θεοῦ· ἐτίμησεν ἐν τούτῳ τὴν ἀποκαλύψασαν αὐτῷ αὐτογενῆ καὶ ἄναρχον ῥίζαν· ἐπίστευσεν αὐτοῦ τῇ πρὸς τὸν Πατέρα τῆς θεότητος ἑνότητι· ἐμακαρίσθη ὑπὸ τοῦ μόνου μακαρίου Δεσπότου· ὡμολόγησαν ἐπὶ τὴν πέτραν ταύτην αἱ Ἐκκλησίαι, ὧντινων πύλαι ᾅδου, τοῦτ' ἔστιν αἱρετικῶν συλλογισμοί, οὐ περιγένωνται· ἐνεχειρίσθη τὰς κλεῖς τῶν [10 a] οὐρανῶν· ἵνα τοῖς μὲν πιστεύουσιν (ὡς αὐτὸς Πέτρος ἀρτίως ἀποκρινάμενος φαίνεται, καὶ ὡς παρὰ τοῦ Χριστοῦ σὺν τοῖς ἄλλοις ἤκουσεν ἀποστόλοις), βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀνοίξῃ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ· τοῖς δὲ μὴ οὕτω δοξάζουσιν, τὴν τρισμακαρίαν καὶ εὐκταιοτάτην εἴσοδον ἀποκλείσῃ. Αὐτῷ γὰρ τούτῳ, ᾧ ἐμακαρίσθη, αὐτὸς ἐπὶ τῇδε τῇ δόξῃ ἐδέχθη, ὡς οἱ ἀπεναντίως λέγοντες, κατεψέχθησάν τε καὶ ἀπεβλήθησαν. Ἀληθεύσας δὴ οὖν, Υἱὸν τοῦ Θεοῦ δωμολογηκὼς αὐτὸν, τοῦτ' ἔστιν γνήσιον καὶ ὁμοούσιον, παραπλήσια ἤκουσεν, *Βὰρ Ἰωνᾶ*, ὃ ἑρμηνεύεται, υἱὲ Ἰωνᾶ. Οὐκ ἦν δὲ πάντως ἑτεροούσιος τῷ τεκόντι αὐτὸν ὁ Πέτρος. Πρὸς τούτοις ἔλαβεν ἐξουσίαν, μᾶλλον δὲ καὶ πάντες δι' αὐτοῦ, μὴ ἀπαγορεύειν τοῖς πταίουσιν, ἀλλὰ δέχεσθαι μετανοοῦντας· Οὐδεὶς γὰρ ἀναμάρτητος, εἰ μὴ ὁ ταύτην ἐπιτρέψας, τῷ Πέτρῳ τὴν αὐθεντείαν· τοῦτο γάρ ἐστιν· *Ὃ ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρα-*

A *sed Pater meus, qui in cœlis est. Et ego tibi dico, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferni non prævalebunt adversus eam, et tibi dabo claves cœlorum* (21), *et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum in cœlis, et quodcunque solveris super terram, erit solutum in cœlis.* Proh! quanta potest fides, et confessio, qua unigenitum Deum Verbum esse verum Dei Filium confitetur, non vero creaturam! Non hæsit ambiguus Petrus, carne et sanguine Deum in terra versantem videns; hoc enim sibi vult illud, *caro et sanguis* **92** *non revelavit tibi.* Agnovit autem consubstantialem, et coæternum Dei ramum: in hoc (22) radicem ingenitam, et principio carentem, quæ ipsi revelaverat, honoravit: unam eamdemque B ipsius cum Patre deitatem credidit: beatus dictus est ab eo, qui solus beatus Dominus est. Ecclesiæ super hanc petram ædificatæ sunt, quas portæ inferni, id est, hæreticorum syllogismi, non superabunt (23): traditæ ipsi sunt claves cœlorum; ut illis quidem, quorum fides cum iis consentit, quæ Petrus ipse modo respondit, et cum iis, quæ ille una cum aliis apostolis a Christo audivit (24), *Baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*, fores aperiat in regno Dei: iis autem, qui simili formula (25) glorificationis hymnum non efferunt, beatissimum, et optatissimum aditum intercludat. Ob illud enim ipsum, cujus causa beatus dictus est, ipse in hac gloria exceptus fuit, sicut vicissim ii, qui contraria dicunt, et vituperati sunt, C et reprobati. Is ergo cum vera dixisset (26), et Filium Dei, id est, genuinum, et consubstantialem, illum esse confessus foret, similia audivit, cum ei dictum fuit, *bar Jona*, quod interpretari licet, *fili Jonæ*. At non erat sane Petrus, illius respectu qui eum genuerat, heterousius, hoc est *alterius* ab eo *substantiæ*. Potestatem præterea accepit, aut potius omnes etiam per eum acceperunt (27), **93** non

(21) *Cœlorum.* Bibliorum editio, Βασιλείας τῶν οὐρανῶν, id est, *regni cœlorum.*

(22) *In hoc.* Pro τούτῳ, lego ἐν τούτῳ.

(23) *Superabunt.* Lego, περιγένωνται, pro περιγένωνται.

(24) *Baptizantes.* Matth. XXVIII, 19.

(25) *Formula.* Eos respicit, qui Deo gloriam dicebant his, aut similibus verbis: *Gloria Patri per Filium in Spiritu sancto.*

(26) *Vere.* Pro ἀληθευούσας, lego ἀληθεύσας.

(27) *Per eum... id enim*, etc. Ex iis, quæ hic doremur, illud Christi ad apostolos, *Quodcunque solveritis*, et reliqua, ita accipiendum est, ut per Petrum apostoli, id est per papam episcopi, a Christo auctoritatem illam omnem acceperint: nec *incertum est* Didymo, *an aliam, præter se ipsum, Petram Christus significaverit* Matth. XVI, 18. Parum quidem hæc Justino Febronio, cujus nuper opus a Romanæ Ecclesiæ inimicis cum plausu exceptum fuit (a), probari novi Sed quid personatum, ac proinde nullius auctoritatis scriptorem moremur, qui, cum se catholicum nominet, Tridentinam tamen synodum quasi ex monumentis, quorum necdum falsitas detecta foret (ex ea scilicet Decretalium collectione, de qua jam Cusanus scripserat: *Illas Anacleti epistolas apocryphas credo*), nonnulla carpit pag. 60 et 586. Qui sanctos priscorum sæculorum pontifices Victorem I, Stephanum I, Innocentium I, Bonifacium I, Cœlestinum I, Leonem Magnum, Gelasium I, Gregorium Magnum quasi ea, quam a Christo acceperant, potestate non contentos traducit pag. 648, et alibi; qui sacrosancti, ac generalis concilii Florentini auctoritatem tacite imminuere nititur pag. 388; qui Hieronymi, Augustini, aliorumque Patrum locutiones sibi minus arridentes, *ampullatas* vocat pag. 191; qui S. Gelasium, cujus verbis se premi sentit, primum quidem in suam sententiam trahere conatur, tum vero Lutherana licentia (*nos enim* Catholici *talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei*) aperte refellit pag. 346; qui S. quoque Innocentium I audacter impugnat pag. 279; qui S. Theodori Studitæ verba, quibus Romanus pontifex, ἀρχιποίμην τῆς ὑπ' οὐρανὸν Ἐκκλησίας, sive, ut ea citat Benedictus XIV, *universæ, quæ sub cælo est, Ecclesiæ princeps moderator, et pastor* dicitur, quasi Romani *curialistæ* effatum proponit, ac ea Benedicto XIV subdole, atque inlideliter tribuit pag. 214; qui ge-

D

(a) Citavi primam Febronii editionem quæ sola tunc in lucem prodierat, et ex Germania in Italiam paucis diebus antequam eam notam scriberem delata fuerat. — *Ex addendis et emendandis.*

Digitized by Google Распознавание текста

rejiciendi lapsos, sed recipiendi eos, si resipiscant; cum nemo sit peccati expers, nisi is, qui hanc Petro concessit auctoritatem : id enim significat illud : *Quodcunque solveritis super terram, erit solutum in cœlis.* Repudiavit ex illo tempore Novati (28) et Sabbatii (29) inhumanitatem. Iis vero, quæ ante allata sunt, consentanea scribit etiam Paulus ad Galatas : *Cum autem* (30) *placuit Deo, qui me segregavit ex utero matris meæ ut revelaret Filium suum in me ;* et ad Colossenses : *Gratias* (31) *agentes Patri, qui idoneos nos fecit in partem sortis sanctorum*

A ροῖς. Ἐρρίψεν ἔκτοτε τὴν Ναυάτου καὶ Σαββατίου ἀπανθρωπίαν. Τοῖς προκειμένοις δὲ αὖ ἕπεται καὶ Παῦλος Γαλάταις γράφων· Ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, ἀποκαλύψαι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί· καὶ Κολοσσαεῦσιν· Εὐχαριστοῦντες τῷ Πατρὶ, τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί· ὃς ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ· ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν· καὶ Κορινν-

neralium conciliorum, Lateranensis sub Innocentio III, ac Tridentini, Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum, et cunctorum fidelium matrem, et magistram nuncupantium auctoritatem parvi facit B pag. 177 ; qui universalem primatum Romano pontifici in Petro, ut definivit synodus Florentina, a Christo collatum, ipsi æternæ Urbis episcopo ab Ecclesia adimi, et alterî alterius sedis antistiti tribui posse asseverat, suæque sententiæ Benedictum XIV *singulariter irasci* fingit pag. 103 ; qui hanc ipsam opinionem, quasi omnes sancti Patres, aut unus saltem eam tradiderit, *in se verissimam* definit pag. 103, et eamdem defendi ait pag. 98, cum a Scoto in IV dist. 24, ubi tamen nihil tale legitur ; tum a Bannesio in II quæst. 1, art. 10, qui in eo articulo pag. 188, illam rejicit ; tum a Cusano *De concordantia catholica* lib. II, *cap.* 33, tametsi in eo capite ne verbum quidem hac de re habeatur (fateor tamen, ne parum sincere agere videar, doctissimum illum canonicum regularem, ac postea sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalem, Basileensis tamen concilii tunc fautorem, hæc alibi scripsisse : *Si per possibile Treverensis archiepiscopus per Ecclesiam congregatam pro præside et capite eligeretur,* C *ille proprie plus successor S. Petri in principatu foret, quam Romanus episcopus*), tum demum a Cordubensi lib. IV, quæst. 1, quamvis ex propria sententia non loquatur Cordubensis, ut colligitur ex pag. 225 et 239 ; qui Ecclesiæ universalis in concilio congregatæ *infallibilitatem* non agnoscit pag. 413 et seqq ; qui temporariam a Romani episcopi obedientia subtractionem (audite qui nondum schismatici estis, ut esse discatis) nationalibus synodis, atque adeo catholicis Europæ regibus maligne insinuat pag. 712 et 714, si decretis a Febronio propositis, atque in synodo condendis sese opponat, ut recte animadvertit doctus ille canonicus regularis, qui sub Justiniani Frobenii nomine latet ; qui demum, ut alia præteream, etsi Edmundi Richerii doctrinam, ac Pauli Sarpii, quos *osores papatus* vocat, et quorum *ductores Lutherum, Calvinumque* fuisse affirmat pag. 777, sibi non probari dicat, novis tamen eam additamentis ampliare non D veretur : atque hanc præclarorum inventorum congeriem Clementi XIII potissimum inscribere non erubuit ; itaque in omnium Christianorum *Patrem ac doctorem*, cujus pedes maximi reges aut coram aliquando (quod nostra ætate augustus ac serenissimus Carolus III Borbonius fecit) aut per legatos, vel per epistolas quotannis exosculantur, insultare non dubitavit. Cumque a successore ac hærede potestatis illius apostoli, *cujus terrena judicia* (ut cum S. Hilario loquar) *judicia cœlestia sunt*, apostolico Brevi anno 1764 se reprehensum, suumque opus damnatum audisset, non modo non resipuit, sed iterum illud insequenti anno, dum hæc ad prælum mitterem, auctius evulgare ausus est, inscriptis primo folio, quasi vexillo cuidam, iis Joannis Chrysostomi, ethnicam consuetudinem insectantis, verbis, ex quinquagesima duodecimi tomi pagina petitis : *Melius est, ut vos me suspicemini audacem, suum, et arrogantem, quam ut vos faciatis ea quæ*

Deo non placent : etsi eadem in pagina legisset hæc alia : *Ut bonum est non peccare, ita est utile ferre reprehensionem... Si peccaverimus, feramus reprehensionem.* Ὦ πότνια αἰδώς, εἴθε τῷ Φεβρωνίῳ Συνοῦσα τἀναίσχυντον ἐξῆρου φρενῶν. *Omne malum* (inquit Tertullianus in *Apologetico*) *aut timore, aut pudore natura perfudit.* Febronius timorem prodit, dum latere gestit : faxit Deus, ut salutari etiam pudore perfundatur. Sed ad lineas rursus, et in gradum : satis enim vagati sumus. Vide notas meas ad segm. 56 *b*.

(28) *Novati.* Novatus, et Novatianus presbyteri, ille Carthaginensis Ecclesiæ, hic Romanæ cujus etiam primus antipapa fuit, nemini ignoti sunt. Ac Novatianum quidem, Adamitarum, ac Montanistarum errorem renovando, lapsis pœnitentiam denegasse consentiunt omnes : Novatianos vero non a Novato, sed a Novatiano denominatos esse monent passim viri eruditi. Monent præterea sæpe a Græcis Patribus pro Novatiano Novatum perperam nominari, ab Eusebio, exempli gratia, ab ejus interprete Rufino, a Socrate lib. IV, cap. 28, et ab aliis, qui dum *Novatum cum Novatiano confundunt* (ait Constantius pag. 139), *Novatum hæresiarcham, et Catharorum principem falso faciunt... Novatus enim factionis Felicissimi presbyteris adhærebat, qui lapsis... statim pacem, et communionem dari volebant.* Hæc si ita se habent, Didymum quoque deceptum fuisse putandum erit, ac pro Novatiano Novatum nominasse : nec enim dubitandum videtur, quin Novatianæ sectæ auctorem respiciat. Verum si una cum aliis scriptoribus Græcis in errorem inductus est Didymus, errarunt etiam Augustinus, ac Hieronymus. Ille enim in libro *De hæresibus*, hæresi 38, hæc scripsit : *Cathari.... pœnitentiam denegant, Novatum sectantes hæreticum ; unde etiam Novatiani appellantur.* Hieronymus vero in ep. 77, *ad Oceanum* : *Non est loci hujus*(inquit) *ut pœnitentiam prædicem, et quasi contra Montanum, Novatumque scribens, dicam*, etc. Quid plura ? Cyprianus ipse in ep. 49, *ad Cornelium*, de Novato sic loquitur : *Damnare nunc audet sacrificantium manus, cum sit ipse nocentior :* Quæ Novato exprobrari non potuissent, si in ea tunc opinione mansisset, ut lapsis pacem continuo dandam vellet. Quinimo universus orbis quodammodo deceptus videretur, quod Catharos non Novatianistas, aut Novatianenses vocaverit, ut alicubi eos appellat Cyprianus, sed Novatianos. At enim Novatus Felicissimi schismati adhæsit. Fateor. Verum Novato ipso instigante, ac favente, Novatiani quoque schisma conflatum est. Sed quis jure ab insanientibus postulet, ut cum ratione insaniant ?

(29) *Sabbatii.* Ex eo quod Sabbatii, ex Judæo Christiani, Novatianæque sectæ addicti meminerit Didymus, libros hosce ab eo postremis vitæ annis editos fuisse colligo, Magno Theodosio imperante. Sed hæc alias.

(30) *Cum autem.* Galat. I, 15 et 16. Nonnulla omittit post voculam μου.

(31) *Gratias.* Colos. I, 12-14. Post ἀπολυτρωσιν, pauca prætermittit..

Digitized by Google Распознавание текста

θίους· Πιστος ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν· καὶ Ἐφεσίοις· Καὶ [40 b] ἐλθὼν εὐηγγελίσατο εἰρήνην ὑμῖν τοῖς μακρὰν, καὶ εἰρήνην τοῖς ἐγγύς· ὅτι δι' αὐτοῦ ἔχομεν τὴν προσαγωγὴν οἱ ἀμφότεροι, ἐν ἑνὶ Πνεύματι, πρὸς τὸν Πατέρα.

A *in lumine; qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ : in quo habemus* 94 *redemptionem, remissionem peccatorum;* et ad Corinthios : *Fidelis* (32) *Deus, per quem vocati estis in communionem Filii ejus Jesu Christi Domini nostri;* et ad Ephesios : *Et veniens* (33) *evangelizavit pacem vobis, qui longe fuistis, et pacem iis, qui prope : quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno Spiritu ad Patrem.*

ΚΕΦ. ΛΑ'.

Περὶ τοῦ μὴ εἶναι τέλος τῆς βασιλείας τοῦ Μονογενοῦς.

Καὶ ὥστε αἱρετικοὺς λέγοντας, ὅτι μετὰ τὴν γενικὴν ἀνάστασιν ὁ Υἱὸς παραδιδόναι μέλλει τὴν βασιλείαν τῷ Πατρὶ, καταισχύνεσθαι, κηρύττουσι τὸ κράτος τοῦ Υἱοῦ εἶναι ἀτελεύτητον οὐτωσί· Γαβριὴλ μὲν B παρὰ Λουκᾷ εὐαγγελιζόμενος τὴν Θεοτόκον· *Καὶ δώσει, φησὶν, αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαυὶδ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ· καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.* Καὶ μάλα ἀληθῶς· εἰ γὰρ ἀποκαθίστησιν, ἐν ποίᾳ αὐτοῦ βασιλείᾳ, καὶ πότε συμβασιλεύσομεν αὐτῷ; Παῦλος δὲ γράφων, πρὸς Ἐφεσίους μέν· *Πᾶς πόρνος, ἢ ἀκάθαρτος, ἢ πλεονέκτης, ὃς ἐστιν εἰδωλολάτρης, οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν*

CAP. XXXI.

De iis locis, in quibus dicitur, nullum esse finem regno Unigeniti.

Atque ut hæretici (34), qui Filium post generalem resurrectionem regnum Patri aiunt esse traditurum, erubescant, Filii imperium perpetuum fore prædicant Scripturæ. Gabriel quidem B apud Lucam Deiparæ (35) annuntians, *Et dabit* (36), inquit, *illi Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Israel in sæcula, et regni ejus non erit finis.* Ac verissime id quidem 95 dicitur : Si enim regnum ipse restituit(37), in quonam ejus regno, et quandonam simul cum illo regnabimus : *Omnis* (38) *fornicator, aut immundus, aut avarus, qui est idolorum servus, non habet hæreditatem in regno Christi, et Dei.* De re-

(32) *Fidelis.* I Cor. I, 9.

(33) *Et veniens.* Ephes. II, 17, 18. Vocem, εἰρήνην, semel tantum habet Græca editio. Sed Vulgatus interpres legit ut Didymus.

(34) *Hæretici.* Perversam hanc doctrinam refellit rursus lib. III, cap. 20. Æternum autem non fore Christi regnum cum Eunomiani affirmarunt, tum Marcellus Ancyranus : illi quidem obiter potius, ut videtur, et occasione capta ex XV capite primæ ad Corinthios perperam accepto : Marcellus vero ex professo, ut ita dicam, nisi mea me fallit opinio. Utrosque igitur respicere Didymus potuit. Ac primum quidem quod ad Eunomianos spectat, id eos affirmasse testatur Gregorius Nazianzenus oratione XXXVI, ac eos tacite fortasse indicant Sardicenses Patres, cum in epistola Encyclica, etsi Marcellum ab eo errore alienum affirment, sic tamen loquuntur : *Illud etiam credimus, hunc semper sine ullo principio ac fine cum Patre regnare, et regnum ejus nec tempus habere, quo definiatur, nec unquam desinere.* Quod vero Marcellus quoque regni Christi finem fore dixerit, extra omnem controversiam positum esse arbitror : ut Petavius ipse, doctissimus ille vir, qui multa pro Marcello, multa contra Marcellum, de cujus recta fide dubius est, attulit, id aperte fateatur. Cum itaque is et a Julio pontifice, ad quem appellavit, absolutus sit, et a Sardicensi concilio receptus, et ab Athanasio, diu saltem, ut Catholicus habitus, idcirco nihil aliud superest, quam ut putemus aut eum coram Sardicensibus Patribus ad catholicum aliquem sensum traxisse, quæ bona fide scripserat, aut hæreticum quidem reipsa fuisse, sed versipellem adeo, ut Catholicis imponeret, quod multo mihi probabilius videtur, ac dicam certius. Eum enim ut purum ac putum hæreticum aperte traducunt non modo Cyrillus Jerosolymitanus catech. XV, Hilarius in libro *ad Constantium*, Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, Basilius Magnus epist. 69 et 264, Joannes Chrysostomus, Theodoretus, Gennadius, Marius Victorinus, verum etiam secunda œcumenica, idque post Julii obitum, et in ipso primo canone uni legimus : Ἀναθεματίζομεν πᾶσαν αἵρεσιν, καὶ ἰδικῶς τὴν τῶν Εὐνομιανῶν.... καὶ τὴν τῶν Σαβελλιανῶν, Μαρκελλιανῶν, κ. τ. λ., id est : *Anathematizamus omnem hæresim, ac speciatim hæresim Eunomianorum... Sabellianorum, Marcellianorum,* et reliqua. Quin etiam ad profligandam Marcelli hæresim concilium illud symbolo Nicæno hæc verba adjecisse, *cujus regni non erit finis,* aliqui opinantur.

(35) *Deiparæ.* Cum in fragmentis hujus operis, in *Epistola ad Archintum* præsulem, a me allatis C vox ista occurreret, dubitavit nonnemo, an opus ipsum tantæ esset vetustatis, quantam ei tunc ipse tribueram, quod dictionem illam ante Nestoriana tempora usitatam non fuisse diceret. At res non ita se habet : nam ante Didymum eo vocabulo usus fuerat Alexander Alexandrinus in Epistola *ad Alexandrum Byzantinum* anno 321 scripta, Gregorius Nazianzenus in epist. *ad Cledonium*, Cyrillus catechesi X, num. 19, ac Eusebius Cæsariensis. Quin magister ipse Nestorii Theodorus Mopsuestenus eam omnino non respuit. *Cum igitur interrogant* (ait ille apud Leontium Byzantinum lib. III, *contra Nest. et Eutych.*) *an sit Maria,* ἀνθρωποτόκος, ἢ Θεοτόκος, id est *hominipara, an Deipara, dicatur a nobis utrumque,* etc. Julianus vero Apostata apud Cyrillum Alexandrinum lib. VIII, pag. 262, ita Christianos alloquitur : *Vos Mariam* Θεοτόκον, id est, *Deiparam vocare non cessatis.* Merito itaque Cyrillus ipse tom. V, pag. 716, Nestorium D illam vocem rejicientem ex eo redarguit, quod Patrum traditioni contradicat; et anonymus synodicarum epistolarum collector, qui sexto sæculo floruit, atque a Christiano Lupo editus est, id ipsum in animadversionibus ad epistolam 198 confirmat his verbis : *Cur ergo ipsi novitatis inventores, nostros Patres accusant, dum longe antiquiores ab Ephesino, sed et alii ab ipso quoque Nicæno concilio magistri clarissimi, vere ac proprie, id est summi ac sempiterni Dei Genitricem beatam Virginem... dicant?*

(36) *Et dabit.* Luc. I, 32, 33. Biblia pro, *Israel,* habent, *Jacob.* Eodem tamen utrumque recidit.

(37) *Restituit.* Hoc ipsum verbum adhibebant Eunomiani, ut colligo ex Nazianzeno, eorum opinionem, seu potius objectionem, oratione 35 (nunc 29) exponente. *Oportet* (inquit ipse ex illorum sententia) *illum regnare.... usque ad tempora* τῆς καταστάσεως, id est *restitutionis.*

(38) *Omnis.* Ephes. V, 5.

Digitized by Google Распознавание текста

gno autem sine dubio loquitur, quod erit post resurrectionem (39). Quodnam ergo tempus illud est, quo regnum, eorum judicio, deinceps tradet? Ad Timotheum vero in secunda Epistola : *Testor* (40) *coram Deo, et Christo Jesu, qui judicaturus est vivos, et mortuos, et adventum* (41) *ipsius, et regnum ejus, prædica Verbum.* Manifestum porro est, Paulum de regno loqui, quod indivisum, ac perpetuum una cum Patre, et Spiritu sancto et nunc, et in futuro sæculo habet Filius. Ad Hebræos autem : *Et ad* (42) *angelos quidem dicit : Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis. Ad Filium autem : Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi.* Ac David in XLIV psalmo : *Thronus* (43) *tuus, Deus, in sæculum sæculi; virga rectitudinis virga regni tui : dilexisti justitiam, et odisti injustitiam : propterea unxit te, o Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus,* seu *consortibus tuis.* Observa, hic rursus regnum ejus infinitum dici, et deitatem ipsius sempiternam. Illa vero verba, *Deus tuus,* propter ineffabilem ejus Incarnationem addita sunt. Et in CXLIV : *Regnum* (44) *tuum regnum omnium sæculorum, et dominatio tua in omni generatione et generatione.* Et in X psalmo : *Regnabit* (45) *Dominus in sæculum sæculi.* Petro (46) autem Filius claves regni dedit 96 ut Dominus (non regni quidem hujus sæculi, nondum enim illo potimur; sed futuri : in quo etiam sæculo Filium illud traditurum esse conjiciunt hæretici), ut qui æternum quidem, et finem non habiturum illius regnum esse credunt, hi recipiantur; qui vero cum Nathanaele non clamant, *Tu es* (47) *Filius Dei, tu es Rex Christianorum,* ii rejiciantur, ut paulo ante dictum est (48). Ac verba illa Isaiæ prophetæ, *Regem* (49) *Dominum Sabaoth vidi oculis meis,* Paulus quidem Spiritui Dei attribuit, Joannes autem Unigenito, ut antea dictum fuit; ob deitatis nempe, et unius perpetui regni (50) communionem. Quomodo enim fieri potest, ut unus quidem regnet, alius vero, sicut in-

A τῇ βασιλείᾳ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ· πάντως δὲ λέγει τὴν μετὰ τὴν ἀνάστασιν. Πότε οὖν λοιπὸν, κατ' ἐκείνους, παραδίδωσι τὴν βασιλείαν; Πρὸς δὲ Τιμόθεον ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἐπιστολῇ· *Διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, κήρυξον τὸν Λόγον.* Σαφὲς δὲ, ὅτι βασιλείαν λέγει, ἣν ἔχει ἀδιαίρετον, καὶ ἀδιάδοχον μετὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν τε καὶ εἰς τὸν μέλλοντα αἰῶνα. Πρὸς δὲ Ἑβραίους· *Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει· Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα· πρὸς δὲ τὸν Υἱὸν· Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος·* Δαυὶδ δὲ ἐν μῷ ψαλμῷ·

B [41 *a*] *Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέν σε, Θεὲ, ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου.* Ἄθρει καὶ αὖθις τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἀπέραντον, καὶ τὴν θεότητα ἄναρχον. Διὰ δὲ τὴν ἄῤῥητον αὐτοῦ ἐνανθρώπησιν ἐπήγαγεν τὸ, *Ὁ Θεός σου.* Καὶ ἐν ῥμδ· *Ἡ βασιλεία σου, βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων· καὶ ἡ δεσποτεία σου, ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ.* Καὶ ἐν τῷ ι' ψαλμῷ· *Βασιλεύσει Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.* Καὶ Πέτρῳ δὲ ὁ Υἱὸς τὰς κλεῖς ὡς Κύριος δέδωκεν τῆς βασιλείας (οὐ τοῦ νῦν αἰῶνος, οὔπω γὰρ τυγχάνομεν αὐτῆς, ἀλλὰ τοῦ μέλλοντος, ἐν ᾧ καὶ παραδιδόναι αὐτὸν τεκμαίρονται αἱρετικοὶ), ἐπὶ τὸ εἰσδεχθῆναι μὲν τοὺς ἄναρχον αὐτοῦ καὶ ἀπέραντον τὴν βασιλείαν εἶναι πιστεύοντας, ἀπωσθῆναι δὲ, ὡς μικρῷ πρόσθεν εἴρηται, τοὺς μὴ κράζοντας κατὰ τὸν Ναθαναήλ· *Σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, σὺ εἶ ὁ Βασιλεὺς τῶν Χριστιανῶν·* Καὶ τὴν προφητείαν δὲ Ἡσαΐου, τὴν λέγουσαν. *Τὸν Βασιλέα Κύριον Σαβαὼθ ἴδον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου,* Παῦλος μὲν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἀνέθηκεν, Ἰωάννης δὲ τῷ Μονο-

(39) *Post resurrectionem.* Nimirum tunc duntaxat et *omnes* sancti cum Christo regnabunt, et *eo modo* in cœlis erunt, quo ibi nunc Christus est, animabus nempe cum corpore conjunctis, post acceptam mysticam utramque stolam. Vide tamen segm. 119 *a*, et 206 *b*.

(40) *Testor.* II ad Tim. IV, 1 et 2. Græca editio habet : Θ. κ. τοῦ Κυρίου Ἰ. Χ. id est *Deo, et Domino J. C.* At vocem, *Domino,* ne Vulg. quidem int. legit.

(41) *Et adventum.* Græca editio : κατὰ τὴν, etc., id est *juxta adventum ipsius.* At Vulg. interpres videtur legisse ut Didymus; vertit enim : *testificor... per adventum ipsius.*

(42) *Et ad.* Hebr. I, 7 et 8.

(43) *Thronus.* Sive, *sedes.* Ps. XLIV, vers. 8 et 9. (seu 7 et 8). Græca editio pro, ἀδικίαν, habet, ἀνομίαν, et pro, Θεέ, habet ὁ Θεός.

(44) *Regnum.* Ps. CXLIV, vers. 13.

(45) *In* X *psalmo.* Cum Psalmorum numeri in Græca editione a numeris discrepent, quos Hebraicum exemplar habet, imo ex hoc ipso, quem Didymus citat, psalmo discrepantia exordiatur (psalmus enim, qui Græcis est nonus, in duos ab Hebræis secatur, quorum alter nonus ab illis dicitur, alter decimus); theologus noster Græcæ editionis numeros sequi consuevit. Sed hoc in loco Hebræorum numero, qua de causa nescio, utitur. Nimirum in psalmo, qui Hebræis est decimus, vers. 16 (apud Græcos XL), Græca editio habet : Κύριος βασιλεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, id est *Dominus rex in sæculum, et in sæculum sæculi.* Pro, βασιλεύς, seu *rex,* Didymus, et Vulg. int. legerunt, βασιλεύσει, id est *regnabit.* At Complutensis editio, ac Francofurtensis, quas ego solas nunc inspicio, habent βασιλεύς, quin ulla in margine adnotetur lectionis varietas. Marcus Marinus tamen ad hunc locum scribit : *Græci utramque lectionem agnoscunt, nam quidam habent* βασιλεύς, *quidam vero* βασιλεύσει.

(46) *Petro.* Pro, Πέτρος, lego, Πέτρῳ. Hujusmodi vero mutationem litteræ ω in ος, alias vidimus.

(47) *Tu es.* Joan. I, 50, ubi Biblia habent τοῦ Ἰσραήλ, id est *Israelis.* Didymus vero dedita opera vocem, *Christianorum,* subrogat, locum illum ad rem, propositumque suum accommodans.

(48) *Dictum est.* Segmento 40 *a.*

(49) *Regem.* Isa. VI, 5. Vide segm. 24 *b*, ubi affinia scribit.

(50) *Perpetui regni.* Theophilus Alexandrinus in

Digitized by Google Распознавание текста

γενεῖ, ὡς προείρηται, διὰ τὸ ἐπίκοινον τῆς θεότητος, καὶ τῆς ἀδιαδόχου μιᾶς βασιλείας. Πῶς γὰρ καὶ ἐγχωρεῖ, τὸν μὲν ἄρχειν, τὸν δὲ, ὡς ἐν ἀνθρώποις, σχολαῖον εἶναι, ὅταν ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ, καὶ ἐκπορεύεται παρὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ μένει παρὰ τῷ Υἱῷ θεϊκῶς;

ter homines fit, in otio degat, cum Pater in Filio, et Filius in Patre maneat, et Spiritus a Patre procedat, ac maneat apud Filium (51) divino modo? ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ μένει, καὶ ὁπότε τὸ Πνεῦμα

[41 b] ΚΕΦ. ΛΒ'.

Περὶ δοξολογίας αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

Τοιγαροῦν καὶ περὶ τῆς δόξης αὐτοῦ θέα, οἷα καὶ αὖθις μαρτυροῦσιν οἱ ἅγιοι, ὧν, φησὶν, *ὁ κόσμος οὐκ ἦν ἄξιος*· διδάσκοντες ἡμᾶς τοὺς χάριτι ἐπὶ τῆς γῆς κληθέντας υἱοὺς, τὸν ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς μονογενῆ Υἱὸν ἐν ἴσῃ, καθάπερ αὐτὸν, δοξάζειν δόξῃ, καὶ ἀποβλέπειν εἰς τὴν δόξαν ἣν εἶχεν πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ τῷ Πατρὶ τῷ μὴ φθονοῦντι τῷ Ἀγαπητῷ· βασκανίας γὰρ καὶ παντὸς πάθους τὸ Θεῖον ἐλεύθερον. Δαυὶδ ἐν οα' ψαλμῷ, ὃν ὁμολογουμένως περὶ τοῦ Χριστοῦ προεφήτευσεν, *Ἔσται*, φησὶν, *τὸ ὄνομα αὐτοῦ εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας· πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν· καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν. Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος, καὶ εὐλογητὸν τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ· γένοιτο.—Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ*, εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, δοξαζόμενος, ἢ αἰνούμενος. Ὁ γὰρ Θεὸς, εὐλογεῖται μὲν ὑπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστιν δοξάζεται· εὐλογεῖ δὲ αὐτὸς τὰ οἰκεῖα κτίσματα, τοῦτ' ἔστιν ἁγιάζει. Ἐπισημαντέον δὲ, ὡς καὶ Θεὸς Ἰσραὴλ, ὃ ἐστι Θεὸς τῶν πατέρων, καθὰ ὁ Πατὴρ αὐτοῦ ἀνείρηται. Καὶ ἐν πε' ψαλμῷ τὸ παγκρατορικὸν καὶ πανδύναμον τοῦ Μονογενοῦς, καὶ ὡς ὀφείλει δοξάζεσθαι παριστῶν, ψάλλει· *Πάντα τὰ ἔθνη, ὅσα ἐποίησας, ἥξουσιν, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, Κύριε, καὶ δοξάσουσιν τὸ ὄνομά σου, ὅτι μέγας εἶ σὺ, καὶ ποιῶν θαυμάσια· σὺ εἶ ὁ Θεὸς μόνος*· καὶ ἐν ιη'· *Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ*. Πῶς; Τῷ δεικνύναι ἀπὸ τῆς δοθείσης αὐτοῖς μεγαλειότητος καὶ ὡραιότητος, [42 a] ἀνυπέρβλητον καὶ δοξαζόμενον τὸν δημιουργήσαντα, ὅς ἐστιν ὁ Θεὸς Λόγος. *Τῷ γὰρ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτῶν.* Οὔτε οὖν τὴν τῶν

CAP. XXXII.

De gloria ipsi Dei Filio restituta.

Jam vero de gloria quoque ipsius, ac majestate vide qualia rursus testentur sancti, *quorum dignus*, ut ait Scriptura (52), *non erat mundus*. Hi porro nos docent, ab iis, qui in terra per gratiam vocati sunt filii, illum qui ex persona Patris exsistit unigenitum Filium æquali, ac ipsum Patrem, gloria glorificari, eamque gloriam ab ipsis respici, quam habuit, priusquam mundus esset, apud Patrem dilecte suo non invidentem : malignitatis enim, et cujuscunque pravi affectus expers est Divinitas. David quidem in LXXI psalmo, quem sine controversia de Christo prophetavit : *Erit* (53), inquit, *nomen ejus benedictum in sæcula : ante solem permanet nomen ejus, et ante lunam generationes generationum. Et benedicentur in ipso* 97 *omnes tribus terræ, et omnes gentes beatum prædicabunt illum. Benedictus Dominus Deus Israelis, qui facit mirabilia solus, et benedictum nomen gloriæ ejus in sæculum, et in sæculum sæculi. Et implebitur gloria ejus omnis terra. Fiat.* Ait autem, *Benedictus Dominus Deus Israelis*, hoc est, glorificatus, aut laudatus (54). Nam Deus benedicitur quidem ab operibus suis, id est, glorificatur; benedicit autem ipse proprias creaturas, id est, eas sanctificat. Illud etiam animadvertendum est, Deum Israelis, hoc est, Deum patrum, sicut vocatus est Pater ejus, et ipsum hic prædicari. Et in LXXXV psalmo, Unigeniti omnipotentiam (55), ac omnimodam quidlibet efficiendi potestatem ostendens, et gloriam ei reddendam esse docens, ita psallit : *Omnes* (56) *gentes, quascunque fecisti, venient, et adorabunt coram te, Domine, et glorificabunt nomen tuum, quoniam magnus es tu et faciens mirabilia : tu es Deus solus.* Et in XVIII : *Cœli* (57) *enarrant gloriam Dei.* Quomodo autem enarrant? Per amplitudinem, et pulchritudinem, qua donati sunt, et qua præstantissimum, et gloria dignum esse ostendunt eorum conditorem, qui est Deus Verbum : nam *Verbo* (58)

synodica epistola, quam primus edidit vir cl. Vallarsius, hæc Origeni verba tribuit pag. 541, tom. I Operum Hieronymi : *Christi regnum finietur aliquando.* A quo errore quam longe absit Didymus, patet ex hoc capite.

(51) *M. a. Filium.* De hac, aliisque hujusmodi locutionibus Didymi, sermonem habui in *Epistola ad Archintum præsulem.* Cæterum hac ipsa, quam Didymus affert, ratione Origenem postmodum refellit Theophilus in prima Paschali epistola anno 401 data, num. 5, pag. 559. *Ubi erit* inquit, *quod semper Filius in Patre, et Pater in Filio est, si regnum Filii non erit coæternum?*

(52) *Scriptura.* Hebr. XI, 38.

(53) *Erit.* Psal. LXXI, a vers. 17 ad 21. Verba tamen, *Et ante lunam generationes generationum*, ex versiculo quinto ejusdem psalmi huc translata sunt. Ibi autem Græca editio pro γενεάς, id est *generationes*, habet, γενεάς, quod Vulg. interpres vertit, *in generatione.* Paulo post pro, καὶ εὐλογητόν, Biblia habent, καὶ εὐλογημένον.

(54) *Laudatus.* Hoc sensu a profanis quoque scriptoribus accipitur verbum εὐλογεῖν, seu *benedicere.*

(55) *Omnipotentiam.* Pro, παγκρατορικόν, Clemens in quinto *Stromatum*, ac Didymus superius dixit παντοκρατορικόν.

(56) *Omnes.* Psal. LXXXV, vers. 8 et 9. Biblia habent, Θεός, sine articulo.

(57) *Cœli.* Psal. XVIII, vers. 1.

(58) *Verbo.* Psal. XXXII, vers. 6. Vide not. 52, pag. 7. Tertullianus quoque legit ut Didymus; n. rr

Digitized by Google Распознавание текста

Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnes virtutes eorum. Itaque isti ne illud quidem testimonium erubescunt, quod de Filii, et Spiritus sancti gloria res inanimatæ (59) reddunt; et in XXIII : *Attollite* (60) *portas, principes, vestras, et elevamini, portæ æternæ, et introibit Rex gloriæ.* Quibus in verbis terrenæ quidem creaturæ præcipit, ut attollat portas in ejus Incarnatione; cœlesti autem, in ejus Assumptione (61). Et in CXVI : *Laudate* (62) *Dominum, omnes gentes, et laudent eum omnes populi.* Isaias vero : *Regem* (63) *cum gloria videbitis.* Ezechiel autem : *Benedicta* (64) *gloria Domini ex loco suo.* Et : *Hæc* (65) *visio similitudo gloriæ Domini.* Deinde Paulus : **98** *Dicentes* (66) *se esse sapientes, stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis;* et rursus ad Romanos : *Propter quod* (67) *tradidit illos in desideria cordium eorum, in immunditiam, ut ignominia afficiant corpora sua in semetipsis : qui commutaverunt gloriam* (68) *Dei in mendacium, et coluerunt, et servierunt creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus in sæcula. Amen.* Quisnam vero est rerum omnium Conditor, quem ait esse benedictum in sæcula, nisi Unigenitus? Quinam autem ii, qui mutaverunt gloriam ejus? Qui dicunt, *Gloria Patri per Filium in sancto Spiritu*, quique Filium opinantur esse creaturam, ac ne regem quidem æternum exsistere. Ad eosdem præterea scribens ait : *Ita ut* (69) *sint inexcusabiles : quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum.* Qualisnam vero est Deus ille, qui ab hæreticis, et Judæis, et Græcis cognitus est, sed non agnitus, nisi ille, qui in carne manifestatus est, Deus Verbum? Ad Corinthios vero etiam primam scribens Epistolam Dominum gloriæ naturam ipsum esse ostendit, cum ait : *Si enim* (70) *cognovissent, Dominum gloriæ non crucifixissent.* Et alibi : *Ut in* (71) *nomine Jesu Christi omne genu flectatur : et omnis lingua confitebitur, quod Dominus Jesus Christus in gloria Dei Patris,* id est, in ipsa paterna gloria exsistit. Scribit insuper : *Eum* (72) *enim, qui minoratus est, videmus Jesum, propter passionem mortis, gloria et honore coronatum.* Quod

A ἀψύχων αἰσχύνονται περὶ τῆς δόξης τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μαρτυρίαν. Καὶ ἐν κγ' · Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Παρακελεύεται τῇ μὲν κάτω κτίσει, ἄραι τὰς πύλας ἐν τῇ ἐνανθρωπήσει αὐτοῦ · τῇ δὲ ἄνω, ἐν τῇ ἀναλήψει. Καὶ ἐν ρις' · Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐπαινεσάτωσαν αὐτὸν πάντες οἱ λαοί. Ἡσαΐας δέ · Βασιλέα μετὰ δόξης ὄψεσθε. Ἐζεκιὴλ δέ · Εὐλογημένη ἡ δόξα Κυρίου ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ · καὶ, Αὕτη ἡ ὅρασις, ὁμοίωμα δόξης Κυρίου. Εἶτα Παῦλος · Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν · καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου · καὶ πάλιν Ῥωμαίοις · Διὸ παρέδωκεν αὐτοὺς

B ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν, εἰς ἀκαθαρσίαν, τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς· οἵτινες μετήλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει· καὶ ἐσεβάσθησαν, καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, ὃς ἐστιν εὐλογημένος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Τίς δὲ ὁ πάντων δημιουργὸς, ὃν εἶναι λέγει εὐλογητὸν εἰς τοὺς αἰῶνας, εἰ μὴ ὁ Μονογενής; τίνες δὲ οἱ ἀλλάξαντες τὴν δόξαν αὐτοῦ; Οἱ λέγοντες · Δόξα Πατρὶ δι' Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι · οἱ καὶ κτίσμα αὐτὸν εἶναι, καὶ οὐδὲ βασιλέα αἰώνιον δοξάζοντες. Εἶτα τοῖς αὐτοῖς φησιν · Εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους· διότι γνόντες Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ ηὐχαρίστησαν · ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη

C ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. Ποῖος δὲ [42 *b*] γνωσθεὶς Θεὸς, καὶ μὴ ἐπιγνωσθεὶς, παρὰ αἱρετικῶν, καὶ Ἰουδαίων, καὶ Ἑλλήνων, εἰ μὴ ὁ ἐπιφανεὶς σαρκὶ Θεὸς Λόγος; Καὶ Κορινθίοις δὲ ἐν τοῖς πρώτοις γράμμασι, Κύριον δόξης κατὰ φύσιν εἶναι δεικνὺς αὐτὸν, ἐπιστέλλει οὕτως · Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν · καὶ ἑτέρωθι · Ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός· ἀντὶ τοῦ, Ἐν αὐτῇ τῇ πατρικῇ δόξῃ ὑπάρχει. Καὶ ἔτι· Τὸν γὰρ ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον. Ὑστεροπρώτως εἴρηται. Φησὶν γάρ·

D Τὸν δοκοῦντά τισιν διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου

in libro *adversus Praxeam*, cap. 7, ita hunc versiculum affert : *Sermone ejus cœli confirmati sunt, et Spiritu ejus omnes vires eorum.* Et cap. 19 : *Sermone ejus cœli formati sunt, et Spiritu oris ejus omnes virtutes eorum.* Ita legit Theodoretus quoque pag. 578 catenæ *in Psalmos*. Sed alii Patres ferme omnes legunt, *omnis virtus eorum*.

(59) *Res inanimatæ*. Confer hæc cum segmm. 51 *a*, 59 *a*, 78 *b*, 79 *a* et 87 *a*.

(60) *Attollite*. Ps. XXIII, vers. 7 et 9.

(61) *Assumptione*. Christi *ascensio* a Græcis vocatur *Assumptio*.

(62) *Laudate*. Ps. CXVI, vers. 1. Biblia habent, ἐπαινέσατε, pro, καὶ ἐπαινεσάτωσαν.

(63) *Regem*. Isa. XXXIII, 17. Vulgatus interpres aliter.

(64) *Benedicta*. Ezech. III, 12.

(65) *Hæc*. Ezech. II, 1. Biblia habent, ὁμοιώματος, id est *similitudinis*, pro, ὁμοίωμα.

(66) *Dicentes*. Rom. I, 22, 23.

(67) *Propter quod*. Rom. I, 24 et 25. Biblia post, αὐτούς, addunt, Θεός.

(68) *Gloriam*. Editio Græca, cui consentit translatio Vulgata, habet, τὴν ἀλήθειαν, id est *veritatem*. Et paulo post, εὐλογητός, pro, εὐλογημένος.

(69) *Ita ut*. Rom. I, 20, 21. Edita Biblia : γνόντες τὸν Θεόν. Et, εὐχαρίστησαν.

(70) *Si enim*. I Cor. II, 8. Biblia pro ἔγνωσαν, habent, ἔγνωσαν.

(71) *Ut in*. Philipp. II, 10 et 11. Nonnulla omittit Didymus intermedia. Biblia non habent vocem, Χριστοῦ. Et pro, ἐξομολογήσεται, habent, ἐξομολογήσηται [rectius].

(72) *Eum*. Hebr. II, 9. Nonnulla omittit Didymus, ac pro, δέ, legit γάρ.

Digitized by Google Распознавание текста

ἡλαττῶσθαι Ἰησοῦν, βλέπομεν δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον. Ἀλλὰ καὶ δόξαν αὐτὸν καλεῖ, ἅτε φυσικῶς ἀπαύγασμα ὄντα τῆς πατρικῆς δόξης, δι' ὧν γράφει· *Ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ Πατὴρ τῆς δόξης.* Θεὸν δὲ εἶπεν τῆς ἀῤῥήτου σαρκώσεως, Πατέρα δὲ τῆς ἀνάρχου γεννήσεως. Καὶ πάλιν Ἰωάννης (*Ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς*), *πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.* Καὶ πάλιν παρὰ Μάρκῳ μὲν, ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος· *Ὅταν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ* · παριστῶν, ὡς ἡ αὐτοῦ δόξα, ἰσότιμος τῆς δόξης ἐστὶν τοῦ Πατρός· παρὰ δὲ Ματθαίῳ· *Ὅταν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ.* Καὶ αὖθις γοῦν Ἰωάννης, συνιστῶν τὸ ἐν δόξῃ εἶναι αὐτὸν, καὶ παρὰ πάντων δόξαν ὀφείλεσθαι αὐτῷ, εἶπεν· *Τοσαῦτα δὲ σημεῖα πεποιηκότος τοῦ Ἰησοῦ, οὐκ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε.* Καὶ [43 *a*] μεταξὺ ἐπάγει· *Ταῦτα δὲ εἶπεν, ὅτε ἶδεν τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐλάλησεν περὶ αὐτοῦ.* Καὶ Πέτρος δὲ, ἐν μὲν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ· *Καθ' ὅ κοινωνεῖτε τοῖς τοῦ Χριστοῦ παθήμασιν, χαίρετε, ἵνα καὶ ἐν τῇ ἀποκαλύψει τῆς δόξης αὐτοῦ χαρῆτε ἀγαλλιώμενοι* · ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ· *Ὡς τὰ πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ, τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης, διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς ἰδίᾳ δόξῃ καὶ ἀρετῇ* · ἀντὶ τοῦ, Ἡ δόξα τοῦ Μονογενοῦς, ἡ τῆς φύσεως, ἡ τῶν θαυμάτων, ἡ τῆς βασιλείας καὶ αὐτῆς τῆς δοξολογίας, ὁμοία ἐστὶν καὶ ἴση τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, παρ' οὗ φυσικῶς καὶ ἀδιαστάτως γεγέννηται, καὶ ὅλα ἐν ἑαυτῷ ἔχει ὡς Μονογενής. Ὥστε καὶ γενόμενον σάρκα μηδεμίαν τροπὴν, ἢ μείωσιν ὑπομεῖναι. Οὕτω καὶ οἱ τρεῖς παῖδες, οὐ τῇ Βαβυλωνίᾳ φλογὶ, ἀλλὰ τῷ περὶ τὸν κτίστην καὶ εὐεργέτην πυρακτούμενοι πόθῳ, καὶ οὐ μᾶλλον τὴν περιβάλλουσαν αὐτοὺς κάμινον, τῆς ἡτοιμασμένης τοῖς κτιστολάτραις γεέννης, προσέχοντες, ὑπέβαλλον τῇ κτίσει δοξολογεῖν τὸν φανέντα σὺν αὐτοῖς ἐν τῇ καμίνῳ· περὶ οὗ γέγραπται· *Ἡ δὲ ὅρασις τοῦ τετάρτου ὁμοία Υἱῷ Θεοῦ· εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν*

A inverso verborum ordine (73) dictum fuit, per figuram, quæ vocatur hysteron proteron. Sensus enim est hujuscemodi : Eum, qui aliquibus visus est minorari propter passionem mortis, Jesum videmus gloria et honore coronatum. Verum gloriam (74) quoque **99** ipsum vocat, utpote eum, qui naturaliter splendor est paternæ gloriæ cum scribit : *Deus* (75) *Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriæ.* Ubi *Deum* quidem ipsius dicit, ratione habita ineffabilis Incarnationis ; Patrem vero, respectu æternæ generationis. Joannes præterea, (*Vidimus* (76), inquit, *gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre*), *plenus gratiæ et veritatis.* Et rursus apud Marcum quidem ex persona Salvatoris scriptum est : *Cum* (77) *venerit* (*Filius*) *in gloria Patris sui.* Quæ verba ostendunt ejus gloriam æqualem esse Patris gloriæ.

B Apud Matthæum vero : *Cum venerit Filius* (78) *hominis in gloria sua, et omnes angeli ejus cum eo.* Rursus porro Joannes ostendens, ipsum in gloria esse, et ab omnibus gloriam ei deberi, ait: *Cum* (79) *autem tanta signa fecisset Jesus, non crediderunt in eum Judæi, ut impleretur quod dictum est per Isaiam : Auribus audietis, et non intelligetis.* Tum subdit : *Hæc autem* (80) *dixit, quando vidit gloriam ejus, et locutus est de eo.* Petrus quoque in prima quidem Epistola: *Quatenus* (81) *communicatis Christi passionibus, gaudete, ut et in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exultantes*, in secunda vero ait : *Quippe* (82)

C *omnia nobis divina virtus ipsius, quæ ad vitam et pietatem donavit, per cognitionem ejus, qui vocavit nos propria gloria et virtute.* Quorum hic sensus est: Gloria Unigeniti quoad naturam, quoad miracula, quoad dominatum, et quoad ipsam glorificationem similis est, et æqualis gloriæ Patris, a quo naturaliter, et continue atque inseparabiliter genitus est, et omnia in seipso habet ut Unigenitus : adeo ut factus etiam caro nullam conversionem, aut decrementum passus sit. Sic etiam tres pueri non Babylonica flamma, sed desiderio, quo in Creatorem ac benefactorem ferebantur, incensi, et præparatam creaturarum adoratoribus gehennam potius quam fornacem, qua circumdabantur, attendentes, creaturam jubebant glorificare eum, qui

D

(73) **Ordine.** Vocem ὑστεροπρώτως vertere potuissem uno **vocabulo praeposteré.** At cum id in malam quoque partem accipiatur, **sit ea causa.**

(74) *Gloriam.* Hieronymus quoque in commentariis *in Epistolam ad Ephesios* lib. I, cap. 1, eodem modo verba illa, *Pater gloriæ*, accipit. *Pater autem gloriæ*, inquit, *ita intelligendus, ut quomodo Dominus noster Jesus Christus, ipse est Sermo, Sapientia, Veritas..., ipse sit etiam Gloria.* Utrum vero hæc interpretatio ex iis sit, quas in illis commentariis ex Didymi commentariolis in eamdem Epistolam se decerpsisse ait Hieronymus, definire difficile est. Illud tantum constat Didymum nostrum etiam in commentariis *in Psalmos*, ad ea psalmi LXX verba, *Ut cantem gloriam tuam*, hanc ipsam indicasse explicationem. Θεοῦ δόξα, inquit, ἐστὶν... ὁ Μονογενὴς, παρ' οὗ γέγραπται· Ὀφθήσεται ἡ δόξα Θεοῦ, id est, *Gloria Dei est... Unigenitus, de quo scriptum est : Videbitur Gloria Dei.*

(75) *Deus.* Ephes. I, 17.

(76) *Vidimus.* Joan. I, 14.

(77) *Cum.* Marc. VIII, 38.

(78) *Cum venerit Filius.* Matth. XXV, 31. Vulgatus legit, ut Didymus, omittens vocem, ἅγιοι, id est *sancti*, quam habet Græca editio. Vox αὐτοῦ deest utrobique.

(79) *Cum autem.* Joan. XII, 37, 38. Sed Græca Biblia ac Vulg. translatio etsi eumdem ferme sensum habeant, eadem tamen non habent verba. Quin imo verba illa, *Auribus audietis*, et cætera, ex capite Actorum XXVIII, vers. 26, huc translata sunt a Didymo.

(80) *Hæc autem.* Joan. XII, 41, ubi legitur : Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας, ὅτε εἶδε, et reliqua.

(81) *Quatenus.* I Petr. IV, 13. Didymus legit, καθ' ὅ· Græca editio, καθώς· Vulg. int., *sed.*

(82) *Quoniam.* II Petr. I, 3. Vide can. 29, pag. 90, not. 11.

Digitized by Google Распознавание текста

Cap. I. *Sanctam Trinitatem cum invisibili, tum visibili creaturæ incomprehensibilem esse ; et rebus omnibus præsentem ; ac omnem creationem trium communiter personarum exsistere.*

ΚΕΦ. Β'. *Περὶ τοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα εἶναι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Πνεῦμα, ὡς ἡμῶν τὸ ἡμέτερον· καὶ παρ' αὐτοῦ ὁμοουσίως ἐκπεπορεῦσθαι. Καὶ κατὰ αἱρετικῆς διδασκαλίας.*

Cap. II. *Spiritum sanctum esse Dei et Patris Spiritum, sicut nostrum est noster ; et ab ipso consubstantialiter processisse. Et contra hæreticam doctrinam.*

ΚΕΦ. Γ'. *Περὶ τοῦ διάφορα ὀνόματα εἶναι τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ, σημαίνοντα τὴν θεϊκὴν αὐτοῦ φύσιν καὶ δύναμιν. Καὶ κατὰ αἱρετικοῦ φρονήματος.*

Cap. III. *Diversa esse nomina Spiritus Dei, quæ divinam ejus naturam, et potentiam significant. Et contra hæreticam opinionem*

ΚΕΦ. Δ'. *Περὶ τῶν λεγόντων αἱρετικῶν·* Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ πῶς τοῦ Πνεύματος Πνεῦμα τὸ ἅγιον Πνεῦμά ἐστιν ; *Καὶ πάλιν·* Οἱ ἄγγελοι οὖν, *φασὶν*, οὐκ εἰσὶν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἅγιοι, καὶ πνεύματα τοῦ Θεοῦ ;

Cap. IV. *De hæreticis qui aiunt :* Deus est Spiritus ; quomodo autem Spiritus sanctus esse potest Spiritus Spiritus ? *Itemque :* Ergone angeli, *inquiunt*, non sunt a Deo, et sancti, et spiritus Dei ?

ΚΕΦ. Ε'. *Περὶ τῶν λεγόντων, ὅτι* Μονογενοῦς ὄντος, *φησὶν*, τοῦ Θεοῦ Λόγου, τί τὸ Πνεῦμα καλέσομεν ; *Καὶ περὶ τοῦ μαρτυρεῖσθαι, τὸν Υἱὸν μονογενῆ· τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἓν καὶ μόνον· καὶ πάλιν τὸν Υἱὸν, Λόγον· τὸ ἅγιον Πνεῦμα, Ῥῆμα. Καὶ περὶ συγκρίσεως. Καὶ περὶ τοῦ μὴ εἶναι παράδειγμα τῆς ἀσυγκρίτου οὐσίας.* D

Cap. V. *De his qui inquiunt :* Si Unigenitus est Deus Verbum, quomodo vocabimus Spiritum ? *Et de locis, in quibus Filius dicitur unigenitus, et Spiritus sanctus unus et solus ; itemque Filius* Logos *seu* Sermo, *et Spiritus sanctus* Rhema *seu* Verbum. *Et de comparatione. Et quod exemplum afferri nequit asyncritæ* (i. e. incomparabilis) *substantiæ.*

ΚΕΦ. Ϛ'. *Περὶ τοῦ πάντα, ὅσα ἴδια θεότητος, μαρτυρεῖσθαι περὶ τοῦ Πνεύματος οὕτως·*

Cap. VI. *Omnia quæ propria sunt deitatis, dici in Scriptura de Spiritu. In hunc modum :*

α'. *Ὅτι οὐ κατὰ αἱρετικοὺς πρῶτον κτίσμα ἐστὶν, ἀλλὰ Θεός· τὸ γὰρ πρῶτον κτίσμα ὁ Σατανᾶς τυγχάνει.*

1. *Quia non est, ut volunt hæretici, prima creatura, sed Deus ; nam prima creatura est Satanas.*

β'. *Ὅτι πληροῖ τὴν οἰκουμένην, καὶ συνέχει τὰ πάντα.*

2. *Quia implet orbem terræ, et continet omnia.*

γ'. *Ὅτι ἄφθαρτον.*

3. *Quia est incorruptibilis.*

δ'. *Ὅτι ἀΐδιον.*

4. *Quia est æternus.*

Digitized by Google Распознавание текста

5. *Quia nec virtutis, nec nequitiæ capax est utpote* A *mutationi non obnoxius.*
6. *Quia est natura sanctus, et sanctificans, et justificans.*
7. *Quia substantialiter participari potest; Dei autem duntaxat hoc proprium est.*
8. *Quia est bonus, ac per se efficiens in* **108** *creatura bonitates cum veritatis, tum sapientiæ, tum charitatis; et in ipso simul intelligitur omnis largitio bona, et omne donum perfectum.*
9. *Quia hominum amator est.*
10. *Quia est natura liber, non servus; et ut Deus, et Dominus liberat, et facit filios Dei.*

11. *Quia præcipit, non vero ministrat.*
12. *Quia robur, ac vim confert.*
13. *Quia fallere nequit; quod proprium est solius Dei.*
14. *Quia ipse est veritas, eo quod non discrepet ab* B *una Deitate.*
15. *Quia nemo scit quæ sunt Dei, nisi Spiritus sanctus. Et quia ob ejus æqualitatem cum Patre, Deus vicissim scit quæ sunt Spiritus sancti.*
16. *Quia nemo videt Deum et Patrem, nisi solus Filius, et Spiritus sanctus. Et adversus eos qui dicunt: Nonne scriptum est,* Angeli vident faciem Patris?

17. *Quia Spiritus sanctus creaturam adoptione dignatur, ipse autem ex persona Dei procedit.*
18. *Quia in hymno Deum laudare non jubetur, ut aliæ creaturæ; est enim ipse ex iis, qui in hymno celebrantur.*
19. *Quia simul cum Patre, et Filio nominatur. Et de hæreticorum objectione.*
20. *Quia sicut communem habet essentiam, sic etiam communia habet* C *nomina cum Deo Patre, et Unigenito ejus Filio.*
21. *Quia unus est, non plures, ut sunt creaturæ.*

22. *Quia ob ejus consubstantialitatem et æternitatem scriptum est, eum aquam vitæ esse ex paterno fonte procedentem.*
23. *Quia Spiritu sancto unctus est Salvator; si autem esset creatura sanctus Spiritus, non esset unctus proprio Spiritu ille qui est increatus. Et quia nos quoque unctionem ejus habemus.*

Cap. VII. *De divinis operationibus, et largitionibus sancti Spiritus. In hunc modum:*

1. *Quia vivificat.*
2. *Quia ob identitatem deitatis, et æqualem trium personarum operationem, Christum voluntarie propter nos carne passum modo dicitur in Scriptura suscitasse* **109** *Pater, modo ipse semetipsum, modo Spiritus sanctus. Et contra hæreticam expositionem.* D
3. *Quia creat, et a mortuis resuscitat. Item, quia sanctificatio est creatio, et magis necessaria est, quam creatio. Et contra hæreticam interpretationem.*
4. *Quia sanctificat, et justificat.*
5. *Quia salutem largitur.*
6. *Quia a morte liberat, et peccata dimittit.*

7. *Quia operatur simul cum Patre et Filio. Et quia Christus in virtute Spiritus signa, et prodigia fecit, et dæmones ejecit, eo quod inseparabilis sit deitas.*
8. *Quia sicut Deus ac Pater, sic etiam Spiritus sanctus divinitus revelat: quod significat eum esse Deum et Dominum.*
9. *Quia cum Christo judicaturus est omnia.*
10. *Quia Paulus in virtute Spiritus Elymam Magum excæcavit.*

ε'. *Ὅτι ὡς ἄτρεπτον, ἀρετῆς τε,* [47 b] *κακίας τε ἀνεπίδεκτόν ἐστιν.*
ς'. *Ὅτι φύσει ἅγιον, καὶ ἁγιάζον, καὶ δικαιοῦν.*

ζ'. *Ὅτι μεθεκτὸν οὐσιωδῶς ἐστι· Θεοῦ δὲ μόνου ἴδιον τοῦτο.*
η'. *Ὅτι ἀγαθόν, αὐτοτίκτων τὰς ἐν τῇ κτίσει ἀγαθότητας, καὶ ἀληθείας, καὶ σοφίας, καὶ ἀγάπης· καὶ ἐν αὐτῷ συνεπινοεῖται πᾶσα δόσις ἀγαθή, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον.*

θ'. *Ὅτι φιλάνθρωπον.*
ι'. *Ὅτι φύσει ἐλεύθερον, καὶ οὐ δοῦλον· καὶ ὡς Θεὸς καὶ Κύριος ἐλευθεροῖ, καὶ υἱοὺς Θεοῦ ποιεῖ.*
ια'. *Ὅτι ἐπιτάσσει, οὐχ ὑπουργεῖ.*
ιβ'. *Ὅτι ἐνδυναμοῖ.*
ιγ'. *Ὅτι ἀψευδές· ὅπερ ἴδιον μόνου Θεοῦ.*

ιδ'. *Ὅτι ἀλήθεια, διὰ τὸ μὴ διαφωνεῖν αὐτὸ πρὸς τὴν μίαν θεότητα.*
ιε'. *Ὅτι οὐδεὶς οἶδεν τὰ τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Καὶ ὅτι διὰ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ἰσότητα, τὸ ἀνάπαλιν ὁ Θεὸς οἶδεν τὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.*
ις'. *Ὅτι οὐδεὶς ὁρᾷ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, εἰ μὴ μόνος ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Καὶ πρὸς τοὺς λέγοντας· Οὐ γέγραπται οὕτω, φησίν, ὅτι Οἱ ἄγγελοι βλέπουσιν τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός;*
ιζ'. *Ὅτι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τὴν κτίσιν υἱοθεσίας ἀξιοῖ· αὐτὸ δὲ ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ ἐκπορεύεται.*
ιη'. *Ὅτι οὐχ ὑμνεῖ, ὡς ἡ ἄλλη κτίσις· ἐπειδὴ αὐτὸ τῶν ὑμνουμένων ἐστί.*

ιθ'. *Ὅτι μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ συνονομάζεται. Καὶ περὶ αἱρετικῆς ἀντιθέσεως.*
κ'. *Ὅτι κοινωνεῖ, ὡς τῇ οὐσίᾳ, οὕτω καὶ τοῖς ὀνόμασιν, τῷ Θεῷ Πατρὶ καὶ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ Υἱῷ.*
κα'. *Ὅτι ἓν ἐστιν, καὶ οὐ πολλὰ, ὡς τὰ κτίσματα.*
κβ'. *Ὅτι διὰ τὸ ὁμοούσιον, καὶ* [48 a] *ἄναρχον γέγραπται εἶναι ὕδωρ ζωῆς, ἐκ τῆς πατρικῆς πηγῆς ἐκπορευθέν.*
κγ'. *Ὅτι τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἐχρίσθη ὁ Σωτήρ· οὐκ ἂν δὲ εἰ κτίσμα ἦν, τῷ ἰδίῳ ἐχρίσατο ποιήματι ὁ ἄκτιστος. Καὶ ὅτι καὶ ἡμεῖς χρίσμα ἔχομεν αὐτοῦ.*

ΚΕΦ. Ζ'. *Περὶ τῶν θείων ἐνεργειῶν καὶ παροχῶν τοῦ ἁγίου Πνεύματος οὕτως·*

α'. *Ὅτι ζωοποιεῖ.*
β'. *Ὅτι διὰ τὴν ταυτότητα τῆς θεότητος, καὶ τὴν ἴσην ἐνέργειαν γέγραπται, ὡς ἠγειρεν τὸν ἑκουσίως δι' ἡμᾶς παθόντα σαρκὶ Χριστόν ποτε ὁ Πατὴρ, ποτὲ αὐτὸς ἑαυτόν, ποτὲ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Καὶ κατὰ αἱρετικῆς ἐκθέσεως.*
γ'. *Ὅτι δημιουργεῖ, καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρει. Ἑαυτῷ, ὅτι τὸ ἁγιάσαι, δημιουργῆσαί ἐστιν. καὶ ἀναγκαιότερον τοῦ δημιουργῆσαι. Καὶ κατὰ αἱρετικῆς ἐκθέσεως.*
δ'. *Ὅτι ἁγιάζει, καὶ δικαιοῖ.*
ε'. *Ὅτι σωτηρίαν χορηγεῖ.*
ς'. *Ὅτι θανάτου ἐλευθεροῖ, καὶ ἁμαρτίας συγχωρεῖ.*
ζ'. *Ὅτι συνεργεῖ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ. Καὶ ὅτι Χριστὸς ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος, σημεῖα καὶ τέρατα ἐποίησεν, καὶ δαιμόνια ἐξέβαλεν, διὰτὸ ἀχώριστον τῆς θεότητος.*
η'. *Ὅτι, ὥσπερ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, οὕτω καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα χρηματίζει, σημαινόμενον Θεὸς καὶ Δεσπότης.*
θ'. *Ὅτι σὺν τῷ Χριστῷ κρίνειν μέλλει τὰ πάντα.*
ι'. *Ὅτι ὁ Παῦλος ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος Ἐλύμαν τὸν μάγον ἐξετύφλωσεν.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ια'. Ὅτι τῇ δυνάμει τοῦ παναγίου Πνεύματος ἀνεῳχθέντες οἱ οὐρανοὶ ὤφθησαν τῷ ὁσίῳ Στεφάνῳ.

ιβ'. [48 b] Ὅτι προγνώστης.

ΚΕΦ. Η'. Περὶ τῆς αὐτεξουσιότητος τοῦ ἁγίου Πνεύματος οὕτως·

α'. Ὅτι αὐθεντικῶς δωρεῖται τὰ χαρίσματα, ὡς βούλεται· καὶ πνεῖ ὅπου προῄρηται. Καὶ κατὰ Μακεδοριανοῦ φρονήματος.

β'. Ὅτι ἔθετο τοὺς προφήτας καὶ ἀποστόλους· καὶ αὐθεντικῶς ἀπέστειλεν· καὶ ἐποίησεν ὡς ἠβουλήθη φθέγξασθαι αὐτούς.

γ'. Ὅτι νομοθετεῖ καὶ προστάττει ἀποφαντικῶς, ἅτε Θεός. Καὶ πρὸς τοὺς λέγοντας, ὡς καὶ περὶ ἀγγέλου ἐγράφη· Τάδε λέγει ὁ ἄγγελος.

δ'. Ὅτι μετὰ τοῦ Πατρὸς ἀποστέλλει καὶ ὁδηγεῖ αὐτεξουσίως. Καὶ πρὸς τοὺς λέγοντας· Ὁ Θεὸς πρὸς ἑαυτὸν ὁδηγεῖ, τὸ δὲ Πνεῦμα πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

ΚΕΦ. Θ'. Περὶ τοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα εἶναι ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ· σημαίνεσθαι δὲ καὶ παντοκράτορα. Ἐν ταυτῷ περὶ τῆς ἀδιαβλήτου παρθενικῆς πύλης.

ΚΕΦ. Ι'. Περὶ τοῦ μαρτυρεῖσθαι, ὅτι τὸ ἅγιον Πνεῦμα Θεὸς, καὶ Κύριος, καὶ δοξαζόμενος. Καὶ ἀντίθεσις τῆς Μακεδοριανῆς διδασκαλίας.

ΚΕΦ. ΙΑ'. Περὶ τοῦ αὐτοῦ. Καὶ ὅτι ἐπὶ τοῦ χερουβικοῦ καθέζεται θρόνου· καὶ δύναμιν ἐξαποστέλλει. Καὶ ὅτι ὁ Παῦλος αὐτὸ οἶδεν εἶναι τὸν ὀφθέντα τῷ Ἡσαΐᾳ Κύριον Σαβαώθ. Καὶ κατὰ τοῦ Μακεδοριανοῦ φρονήματος. Καὶ ὅτι ἐν ἡμῖν οἰκεῖ. Καὶ ὅτι ῥαδιουργοῦσιν αἱρετικοὶ τὰς θείας Γραφάς.

ΚΕΦ. ΙΒ'. Περὶ τοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἀνακαινίζειν ἡμᾶς τῷ βαπτίσματι· καὶ ὡς Δεσπότην ἐλευθεροῦν· καὶ ποιεῖν μετόχους θείας δόξης, καὶ υἱοὺς, καὶ κληρονόμους τοῦ Πατρὸς, συγκληρονόμους δὲ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἀδελφοὺς, συνδοξασθησομένους καὶ συμβασιλεύσοντας [49 a] αὐτῷ. Καὶ περὶ τοῦ ἀνόητον εἶναι τὸ βάπτισμα τοῖς μὴ πιστεύουσιν, ὅτι Θεός ἐστι τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ἐν ταυτῷ, ὅτι ἄλλη ἡλίου δόξα, καὶ ἄλλη σελήνης καὶ ἀστέρων.

ΚΕΦ. ΙΓ'. Περὶ τῶν πρὸς εὐτέλειαν τοῦ Πνεύματος προφερόντων τὸ, Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος.

ΚΕΦ. ΙΔ'. Καὶ περὶ τοῦ ἀπὸ καταβολῆς κόσμου τὰ τε ὕδατα ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡγιάσθαι, καὶ προφκονομῆσθαι ἡμῖν τὴν ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος σωτηρίαν. Καὶ περὶ τοῦ Ἰσραηλίτας σωτηρίας τετυχηκέναι ἀπὸ τῆς σῴσης ποτὲ εἰκόνος τοῦ βαπτίσματος· πολλῷ δὲ πλέον τοὺς νῦν βαπτιζομένους καὶ μακαριζομένους.

ΚΕΦ. ΙΕ'. Περὶ τοῦ τὴν Γραφὴν ἐν πολλοῖς, καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, μόνου τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τῆς σφραγῖδος αὐτοῦ, ἧς ἔχομεν, μνημονεύειν.

ΚΕΦ. ΙϚ'. Περὶ τοῦ ἐπιτετελεκέναι ἀεὶ τυπικῶς Ἰσραηλίτας, εἰς μὲν τιμὴν καὶ δόξαν τοῦ ἁγίου Πάσχα τοῦ Χριστοῦ, τὴν ἡμέραν τῶν Ἀζύμων· εἰς δὲ τιμὴν καὶ δόξαν τῆς σεπτῆς ἐπιδημίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὴν παρ' ἐκείνοις ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς· προηγορεῦσθαι δὲ διὰ τῆς ἑορτῆς τῶν Σκηνοπηγιῶν τὰς συνάξεις τῶν Ἐκκλησιῶν καὶ μαρτυρίων.

ΚΕΦ. ΙΖ'. Περὶ τοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα συμπαρεῖναι καὶ συνεργεῖν ἀεὶ τῷ Θεῷ Πατρὶ, καὶ ἐνδυναμοῦν ἡμᾶς. Καὶ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ καὶ τὴν διδασκαλίαν, ὁμότιμον καὶ σύμφωνον εἶναι τῆς τοῦ Υἱοῦ· καὶ εὔχεσθαι τὸν πνευματοφόρον Δαυὶδ στηριχθῆναι ὑπ' αὐτοῦ.

ΚΕΦ. ΙΗ'. Περὶ τοῦ τοὺς δώδεκα [49b] ἀποστόλους, τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος καθοπλισθέντας, μόνους ἀντιστῆναι τῇ οἰκουμένῃ καὶ τῷ διαβόλῳ, λαλοῦντας καὶ νοοῦντας πάσαν γλῶσσαν. Καὶ περὶ τοῦ εἰπόντος εὐνούχου· Ἰδοὺ ὕδωρ· τί κωλύει με βαπτισθῆναι;

11. *Quia virtute sanctissimi Spiritus apertos cœlos vidit sanctus Stephanus.*

12. *Quia Spiritus sanctus præcognoscit.*

Cap. VIII. *De potestate, quam habet propriam Spiritus sanctus. In hunc modum :*

1. *Quia propria auctoritate largitur dona, ut vult; et ubi vult, spirat. Et contra Macedonianam opinionem.*

2. *Quia posuit prophetas et apostolos, et propria auctoritate eos misit, et fecit illos loqui ut voluit.*

3. *Quia leges ferl, et præcipit definitive, utpote Deus. Et contra eos, qui dicunt, etiam de angelo scriptum esse :* Hæc dicit angelus.

4. *Quia una cum Patre mittit, et in via deducit, propria potestate. Et contra eos, qui dicunt :* Deus ad semetipsum ducit, Spiritus autem ad veritatem.

Cap. IX. *Spiritum sanctum esse consubstantialem Patri, et Filio : in Scripturis vero significari, eum esse omnipotentem. Ibidem de virginea impervia porta.*

Cap. X. *Testari Scripturas, quod Spiritus sanctus est Deus, et Dominus,* **110** *et glorificatus. Et oppositio Macedonianæ doctrinæ.*

Cap. XI. *De eadem re. Et quod in cherubico throno sedet, et virtutem emittit. Et quod Paulus illum novit esse eum, quem vidit Isaias, Dominum Sabaoth. Et contra Macedonianam opinionem. Et quod in nobis habitat. Et quod hæretici divinas Scripturas dolose depravant.*

Cap. XII. *Spiritum sanctum baptismo nos renovare, et tanquam Dominum liberare, et facere nos participes divinæ gloriæ, et filios, et hæredes Patris, cohæredes autem Filii, et fratres, simul cum ipso glorificandos, et simul regnaturos. Et baptismum esse inutilem iis, qui Spiritum sanctum Deum esse non credunt. Ibidem, aliam esse solis gloriam, aliam lunæ, et stellarum.*

Cap. XIII. *De iis qui ut Spiritum deprimant, proferunt illud :* Nisi quis generatus fuerit ex aqua, et Spiritu.

Cap. XIV. *A mundi constitutione et aquas a Spiritu sancto sanctificatas esse, et præstitutam nobis eam, quæ est ex baptismate, salutem. Et Israelitas salutem consecutos fuisse ex ea, quæ olim erat, baptismi imagine; multo autem magis illos, qui baptizantur nunc, beatique prædicantur.*

Cap. XV. *Scripturam in multis, et maxime in baptismo, solius Spiritus sancti, et obsignationis ejusdem Spiritus, quam habemus, meminisse.*

Cap. XVI. *Semper Israelitas typice celebrasse in honorem quidem et gloriam sancti Paschatis Christi, diem Azymorum; in honorem autem et gloriam adorandi adventus Spiritus sancti, diem, quæ apud ipsos est* Pentecoste, *id est, quinquagesima. Prænuntiatas vero esse per festum Scenopegiorum, synaxes (sive collectas) Ecclesiarum et martyriorum.*

Cap. XVII. *Spiritum sanctum semper una cum Deo Patre et adesse, et operari, et nos corroborare. Et ejus manifestationem, ac doctrinam æquali honore dignam esse, ac manifestationem, doctrinamque Filii, et illam huic consonam* **111** *exsistere. Et Davidem, qui Spiritum in se ipso ferebat, orare, ut ab ipso Spiritu confirmetur.*

Cap. XVIII. *Duodecim apostolos virtute Spiritus armatos, solos resistere orbi terræ, et diabolo, loquendo, et intelligendo omnes linguas. Et de eunucho, qui dixit :* Ecce aqua : quid prohibet me baptizari?

Digitized by Google Распознавание текста

Cap. XIX. *De his, qui aiunt :* Quare Spiritus sanctus clare non vocatur Deus, sicut vocatur Deus Filius? *Et quod sanctæ Trinitatis commune est nomen* Deus, *et* Dominus, *sicut est una deitas, et una dominatio.*

Cap. XX. *Spiritum sanctum non habet terrenus homo, sed fidelis, et baptismum consecutus. Et talis homo potest, pro mensura naturæ nostræ, gloriam quoque sancti Spiritus oculo animæ videre.*

Cap. XXI. *De iis, qui dicunt,* in sancto Spiritu *glorificari Deum, non tamen* Spiritum sanctum. *Et de illo loco :* Nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto. *Et quod regenerare per baptismum majus est et honorificentius, quam glorificari, aut adorari.*

Cap. XXII. *Ob perfectionem fidei in Spiritum sanctum et Filium, Ecclesiam Synagoga majorem esse.*

Cap. XXIII. *Et de doxologia, seu glorificatione.*

Cap. XXIV. *De hæreticis, qui nobis adversantur, et perperam interpretantur Scripturas. Ibidem, Patres non hallucinari.*

Cap. XXV. *Epilogus, sive repetitio.*

Cap. XXVI. *De definita a Deo comminatione contra eos, qui Filium ejus, et Spiritum sanctum non agnoscunt.*

Cap. XXVII. *Græcorum quoque sapientes, ac proceres in ipsorum scriptis Spiritus sancti cum Deo consubstantialitatem, illiusque ex hoc processionem agnoscere.*

A ΚΕΦ. ΙΘ'. *Περὶ τῶν λεγόντων· Διὰ τί, ὡς ὁ Υἱὸς τρανῶς Θεὸς προσηγόρευται, μὴ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα; Καὶ περὶ τοῦ κοινὸν ὄνομα εἶναι τῇ ἁγίᾳ Τριάδι τὸ Θεὸς καὶ τὸ Κύριος, ὡς ἡ θεότης καὶ κυριότης μία.*

ΚΕΦ. Κ'. *Περὶ τοῦ τὸν χοϊκὸν ἄνθρωπον μὴ ἔχειν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἀλλὰ τὸν πιστὸν, καὶ βαπτίσματος καταξιωθέντα· αὐτόν τε δύνασθαι, πρὸς τὸ μέτρον τῆς φύσεως ἡμῶν καὶ τὴν δόξαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τῷ τῆς ψυχῆς ὄμματι καθορᾶν.*

ΚΕΦ. ΚΑ'. *Περὶ τῶν λεγόντων, ὅτι Ἐν τῷ ἁγίῳ* Πνεύματι δοξάζεται ὁ Θεὸς, οὐ μὴν τὸ ἅγιον Πνεῦμα. *Καὶ περὶ τοῦ·* Οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. *Καὶ περὶ τοῦ τὸ ἀναγεννᾶν τῷ βαπτίσματι τοῦ δοξάζεσθαι ἢ προσκυνεῖσθαι μεῖζον καὶ τιμιώτερον καθεστάναι.*

ΚΕΦ. ΚΒ'. *Περὶ τοῦ, διὰ τὸ τέλειον τῆς περὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα καὶ τὸν Υἱὸν πίστεως, μείζονα* B *εἶναι τὴν Ἐκκλησίαν τῆς συναγωγῆς.*

ΚΕΦ. ΚΓ'. *Καὶ περὶ δοξολογίας.*

ΚΕΦ. ΚΔ'. *Περὶ τῶν ἀντιδιατατομένων καὶ παρερμηνευόντων τὰς Γραφὰς αἱρετικῶν. Ἐν ταυτῷ, περὶ τοῦ μὴ παραβλέπειν Πατέρας.*

ΚΕΦ. ΚΕ'. *Ἐπαναληψις, ἤγουν ἐπαναδίπλωσις.*

ΚΕΦ. ΚϚ'. *Περὶ τῆς ὁρισθείσης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀπειλῆς κατὰ τῶν ἀθετούντων τὸν Υἱὸν αὐτοῦ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα.*

ΚΕΦ. ΚΖ'. *Περὶ τοῦ καὶ Ἑλλήνων τοὺς λογάδας τὸ πρὸς τὸν Θεὸν ὁμοούσιον τοῦ ἁγίου Πνεύματος γεγραφέναι, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι.*

---

112 LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

Sanctam Trinitatem esse incomprehensibilem.

Qui templum se esse student aliquatenus dignum Spiritus sancti in fidelibus habitantis, utpote qui illucescentem ipsis inaccessibilem lucem semel habuerunt, æqualiter glorificant, eodemque honore prosequuntur, sicut Dominus in mystica baptismi institutione præcepit, cum ingenitum Deum ac Patrem, tum ipsi ex ipso coexsistentem dilectum, et unigenitum Filium Verbum, tum commemoratum Spiritum sanctum, qui solus ex ejus hypostasi ab æterno, et continue processit : consubstantialitati quidem Trinitatis fidem non denegantes, modum vero ac discrimen generationis et processionis non investigantes : id enim vel cœlestibus Deo inservientibus potestatibus ignotum est, ineffabile, et ad cogitandum formidabile; nec modum inquirentes, quo in semetipsa ab æterno substiterit sancta, et uno semper eodemque modo se habens Trinitas, quæ ex æterno, ubi considet, solio abyssos inspicere potest, et tacens audiri, et tacentes audire, et quæ futura sunt, antequam fiant, scire, et verbo duntaxat, imo verbo citius, et sola voluntate omnia producere, et priusquam in corde tuo consideres quid petas, dummodo fideliter, et juste petas, statim postulata concedere, et omnibus tempus ad beneficia eis conferenda disponere, et ad iram quidem tarda esse, ad benefaciendum vero prompta, et irasci quidem ob nostra de-

C 50 *a*] ΚΕΦ. Α'.

Περὶ τοῦ τὴν ἁγίαν Τριάδα ἀκατάληπτον εἶναι.

Οἱ σπουδάζοντες εἶναι ναὸς κἂν ποσῶς ἄξιος τοῦ οἰκοῦντος ἐν τοῖς πιστοῖς ἁγίου Πνεύματος, ὡς ἅπαξ ἔχοντες ἐλλάμπον αὐτοῖς τὸ ἀπρόσιτον φῶς, δοξάζουσιν, ὡς ὁ Δεσπότης, ἐν τῇ μυσταγωγίᾳ τοῦ βαπτίσματος, ἐθέσπισεν ἰσοτίμως τόν τε αὐτογενῆ Θεὸν καὶ Πατέρα, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ συνυπάρχοντα αὐτῷ ἀγαπητὸν καὶ μονογενῆ Υἱὸν Λόγον, καὶ τὸ μνημονευθὲν ἅγιον Πνεῦμα, τὸ μόνον ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ ἀνάρχως καὶ ἀδιαστάτως ἐκπορευθέν· τῷ μὲν ὁμοουσίῳ τῆς Τριάδος μὴ ἀπιστοῦντες, τρόπον δὲ καὶ διαφορὰν γεννήσεως καὶ ἐκπορεύσεως οὐ ζητοῦντες· ἐπειδὴ καὶ ταῖς οὐρανίοις λειτουργικαῖς δυνάμεσιν ἄγνωστον, ἄφραστον, καὶ φοβερὸν D ἐνθυμήσει καθέστηκεν τοῦτο, καὶ τὸ πῶς ἑαυτῇ συνυφέστηκεν ἀνάρχως ἡ ἁγία Τριάς, ἔχουσα ἀεὶ ὡσαύτως καὶ κατὰ ταυτά· καὶ οἷά τε οὖσα ἐπὶ τοῦ αἰωνίου καθημένη θώκου, ἐπιβλέπειν ἀβύσσους, καὶ σιωπῶσα ἀκούεσθαι, καὶ σιωπώντων ἀκούειν· καὶ πρὸ τοῦ πρακτέου ἐπίστασθαι τὸ μέλλον· καὶ λόγῳ, καὶ θᾶττον λόγου, καὶ μόνῳ τῷ θέλειν πάντα παραγαγεῖν· καὶ πρὶν διαθρήσῃ τις ἐν τῇ καρδίᾳ, μόνον δὲ πιστῶς καὶ δικαίως, τὴν ψῆφον εὐθὺς τὴν ἐπὶ τῇ αἰτήσει παρέχειν, καὶ πᾶσι καιρὸν εἰς εὐεργεσίαν ἁρμόζεσθαι· καὶ βραδεῖαν μὲν εἶναι εἰς ὀργὴν, εἰς εὐποιΐαν δὲ ἕτοιμον· καὶ χαλεπαίνειν μὲν δι' ἡμετέραν πλημμέλειαν, ἀφιέναι δὲ δι' οἰκείαν φιλ-

Digitized by Google Распознавание текста

ἀνθρωπίαν τὴν τιμωρίαν. Ἔτι γε μὴν ἀκατάληπτον αὐτῆς ἐστιν καὶ τὸ πῶς ἓν ἔχει θέλημα, καὶ λαλεῖ, καὶ παρέχει κοινὸν ἑαυτῆς· καὶ ἐπισκέπτεται οὐ μᾶλλον εὐεξίαν σωμάτων, ἀλλ' αὐτὴν συντετριμμένην καρδίαν. Καὶ μὲν δὴ καὶ τοῦτο, πῶς ὑπάρχει ἀόρατος, καὶ σεραφικοῖς ὀφθαλμοῖς ἀπερίληπτος, λόγῳ καὶ τόπῳ ἀχώρητος, δυνάμει ἀμερὴς, ἀναφὴς, ἀμεγέθης· ἀβαθὴς, ἁπλατὴς, ἀνείδεος· [50 *b*] παντεπίσκοπος, παντεπήκοος, καὶ πάντων ἐλπίς· φωτὸς οὐρανίου ὑπὲρ τὸ πολὺ φωτεινοτέρα, καὶ παντὸς ὕψους, ὅσον οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὑψηλοτέρα· καὶ παντὸς νοῦ ἀπείρῳ λόγῳ νοητικωτέρα. Πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν τὰ τῆς Τριάδος πᾶσιν ἀκατάληπτα τυγχάνειν, ὅτε αὐτὴ πάντων ἐστὶ γενεσιουργὸς, καὶ ἀνωτάτω πάσης νοερᾶς, ἔτι μὴν καὶ νοητῆς κτίσεως, μεθ' ἣν ἐπέκεινα παντελῶς οὐδὲν, πάντα δὲ μᾶλλον ὑπ' αὐτῇ, καὶ δι' αὐτὴν, καὶ ὑπὸ πόδας αὐτῆς, ὡς ποιήματα; Προκατήρξατο γὰρ εὐδοκήσας ὁ Πατήρ· ἐδημιούργησεν δὲ ὁ Μονογενής· ἡγίασεν δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, καὶ τῷ ἁγιασμῷ αὐτοῦ ἐτελείωσεν, ἐφώτισεν, ἐνεδυνάμωσεν, ἐζωοδότησεν· ἐν πᾶσιν καὶ ἐν ἑκάστῳ ὅλον ὑπάρχον, καὶ ὑπὸ ὅλων ὅλον μετεχόμενον καὶ χωρούμενον δι' ἀγαθότητα· καὶ μὴ μεριζόμενον, μήτε μετερχόμενον, ἢ μεταβαλλόμενον· ἀλλ' ἀεὶ πᾶσιν ἐπιπνέον ὁμοίως, καὶ οὐκ ἐν μέρει, καὶ φυλάττον τὴν οἰκείαν ἄχραντον ἀπὸ τῶν σωμάτων καθαρότητα, πάντα τε θείως

A lleta, pœnam autem ob propriam ipsius benignitatem condonare. Ac ne illud quidem in ipsa comprehendi potest, quomodo et unam habeat voluntatem, et ita loquatur, largiaturque, ut loquela, ac largitio tribus personis communis sit, et non tam bonam corporum habitudinem spectet, quam ipsum contritum cor. Insuper ne hoc quidem intelligere licet, quomodo ipsa vel seraphicis oculis invisibilis sit, incomprehensibilis exsistat, ratione, aut loco capi nequeat, individuam potentiam habeat, tangi non possit, magnitudinis ([31] id est, quantitatis) expers sit, profunditate, **113** latitudine, et forma careat, omnia inspiciat, omnia audiat, et omnium spes in ea sita sit, ac cœlesti luce supra modum splendidior, et omni celsitudine, ultra quam dici possit, excelsior B exsistat, et cujusvis mentis infinita ratione intelligentiam excedat. Quomodo enim ea quæ ad Trinitatem pertinent, omnibus incomprehensibilia non esse possunt, cum ipsa rerum omnium creatrix sit, et supra quamlibet intelligentem, imo et intelligibilem creaturam quam longissime extollatur, ac post eam nihil omnino ulterius sit, sed omnia potius sub ipsa sint, et propter ipsam, et sub pedibus ejus (32), utpote creata? Auspicatus est enim Pater complacendo, creavit autem Unigenitus, et sanctificavit Spiritus Dei, et sanctificando perfecit, illuminavit, corroboravit, vivificavit, totus in omnibus, et in singulis

(31) *Magnitudinis... expers.* In Græco, ἀμεγέθης. Censor autem ille, de quo not. 65, pag. 39, et not. 62, pag. 84 jam dixi, ex eo quod Theologus noster Deum dicat ἀμεγέθη, colligit eum non esse Didymum. At (pace ipsius dictum sit) ex hoc ipso hujus auctorem operis potius se prodit Didymus. Didymo enim peculiare est, ut Deum vocet ἀμεγέθη· adeo ut cum in innumerabilia inciderim Patrum loca, qui Deo magnitudinem tribuunt, neminem hactenus repererim, qui illum magnitudine carentem clare appellet. Nimirum alii eum dicunt ἀπειρομεγέθη, id est, « infinite magnum, » alii μεγέθει ἀπεριόριστον· alii, ut Tertullianus, ipsum sic definiunt, ut sit « summum magnum; » cui definitioni maxime is initiitur Marcionem refellens; alii, ut Athanasius, μέγεθος ei tribuunt; alii demum alias habent hujusmodi locutiones. At Didymus in commentariis *in Psalmos* ad versiculum quartum psalmi XXXIII (pag. 604, tom. I Catenæ Corderianæ) sic aperte loquitur: Τὸ δὲ, Μεγαλύνατε τὸν Θεὸν, οὐκ αὐξῆσαι μέγεθός ἐστιν αὐτοῦ (ἀμεγέθης γάρ)· σωμάτων γὰρ ἴδιον τοῦτο, ὁ δὲ Θεὸς ἀσώματος, id est, « Illud autem, « Magnificate Deum, » non denotat, magnitudinem ejus augendam esse: Deus enim est expers magnitudinis; siquidem hæc corporum est propria, Deus autem incorporeus exsistit. » Simili tamen modo magnitudinis vocabulum adhibuisse videri potest Origenes in libro primo *De principiis*: nam cap. I, num. 7, « Visui, » inquit, « subjacent colores, habitus, magnitudo. » Et cap. 2. num. 4, sic loquitur: « In nulla harum intelligi corporale aliquid potest, quod vel magnitudinem designare videatur, vel habitum, vel colorem. » Idem autem fere, ut puto, Didymus hic voluit, quod Irenæus Deum vocans « immensurabilem, » ac Rufinus Palæstinus inquiens in libro *De fide*, ipsum esse « sine circumdatione. » Nam μέγεθος, seu « magnitudinem, » alio tamen sensu acceptam, Deo tribuere videtur etiam Didymus segm. 133 *b*, et enarratione C *in primam Petri* ad cap. III, ubi ait: « Qui magnificat eum, magnitudinis ejus (nempe Dei) participium suscipit in semetipsum. » Quanquam non constat, utrum Didymus ibi, et Origenes in citato loco voce μέγεθος, an alia usi sint. Scriptura sane Deo ipsi μέγεθος nusquam tribuit, ni fallor.

(32) *Sub pedibus ejus.* Nimis absona ac dura, Latinis præsertim auribus, videtur hæc translatio, qua omnia dicuntur esse « sub pedibus Trinitatis. » Respicit fortasse Didymus Isa. VI, 2, aut I Cor. XV, 27. In libro tamen etiam *De Spir. sancto* num. 39, sic loquitur: « Ipsos quoque dæmones... habebunt sub pedibus suis. » Et post pauca: « Cum autem utillantem subjecerimus nostris pedibus luxuriam. » Quin etiam dæmonem Christus « divinitatis pede » percussisse dicitur in homilia necdum edita (*a*), quæ in Naniano XII sæculi codice sic inscribitur: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ λόγος εἰς τοὺς ἁγίους πάντας, D id est, « Sancti Patris nostri Gregorii Thaumaturgi sermo in omnes sanctos: » Ibi enim hæc exstant: Πάλαι μὲν Ἰακὼβ κλίμακα ἐστηριγμένην ἕως τοῦ οὐρανοῦ ἐθεάσατο, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας· νυνὶ δὲ διὰ τὸν ἄνθρωπον ἄνθρωπος γενόμενος ὁ φιλάνθρωπος, τὸν ἀπάνθρωπον λακτίσας τῷ ποδὶ τῆς θεότητος, καὶ τὸν ἄνθρωπον βαστάσας τῇ χειρὶ τῆς χριστότητος (seu χρηστότητος), τὸν ἄβατον αἰθέρα ποσὶν ἀνθρωπίνοις πεζεύσασθαι παρεσκεύασεν, id est, « Olim quidem Jacobus scalam vidit usque ad cœlum pertingentem, ibique firmatam, et angelos Dei ascendentes ac descendentes: nunc vero propter hominem homo factus ille qui hominum amator est, ac benignus, eum qui hominum hostis est, et inhumanus, divinitatis pede percutiens, et manu benignitatis (seu dignitatis qua Christus est) hominem portans, pedibus humanis invium æthera calcari fecit. »

(*a*) Hanc postea edidit Mingarelli; exstat inter Opera S. Gregorii Thaumaturgi, hujusce *Patrologiæ* tom. X. Edit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

exsistens, et totus ab omnibus propter ipsius bonitatem participatus, et receptus, non tamen divisus, neque alio transmigrans, neque mutationem subiens, sed omnibus eodem semper modo, non vero ex parte, inspirans, et propriam puritatem a corporibus incontaminatam servans, et omnia divino modo illuminans, et ubique sanctificationem, charitatem, pacem, sapientiam, gaudium, securitatem, et omne bonum **114** adaugens, utpote qui ex paterno fonte (33) subsistenter emanavit ac eluxit : per quem, et propter quem nobiscum versatur Deus et Pater, cum quo Spiritus ipse et in cœlis est, et apud nos manet; nam potest quidem unaquæque divina persona omnia perfecte sine ullius indigentia facere; verum ut eadem ostendatur operatio, eademque cum essentia ipsarum, tum adoratio, et gloria, et gratiarum actio, quæ eis reddi a nobis debet, ideo communiter a sancta Trinitate creatio completa fuit. Ut hunc porro creatarum rerum ornatum atque ordinem a tota Trinitate esse demonstret David, sic psallit : « Verbo (34) Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnes virtutes eorum. » Etenim Dominum quidem dicit Deum Patrem; Verbum vero, Unigenitum Filium, per quem, et a quo creati sunt cœli; Spiritum autem, sanctum Dei subsistentem Spiritum, a quo et sanctificati (35) et corroborati sunt : ipse enim est divinum nomen ; ipse omnipotentia, et excellentissima dignitate præditus; qui simul cum Patre ac Filio et commemoratur, et conglorificatur; qui sanctificat, et vivificat, et cœlestis lucis participes facit; qui singulorum in concordia perseverantiam custodit; qui prophetis et apostolis inspiravit, et martyribus, ut tyrannicæ crudelitati resisterent, vim dedit; qui renovat, et liberat ut Dominus, et filios Dei nos facit ut Spiritus adoptionis; qui dæmonum acies per illuminationem, id est per baptisma, repellit, et adversarium, seu Satanam, ignominia afficit; qui cœlorum portas nobis reserat, et ad salutis aditum (36) nos ducit, et angelicæ conversationis, hymnodiæque participes facit; qui semita nobis fit, ad ipsum cœlestem Deum ac Patrem deducens; qui serenissimo adventu suo nobis sese liberrime et excellentissime manifestavit ; qui est **115** fecunda, et infinita, et servatrix vis ; magnitudine, seu dimensione quavis carens, et

A καταλάμπον, καὶ πανταχοῦ πληθύον ἁγιασμὸν, ἀγάπην, εἰρήνην, σοφίαν, χαρὰν, ἀσφάλειαν, καὶ πᾶν ἀγαθὸν, ἅτε ἐκ τῆς πατρικῆς ἐνυποστάτως ἐκλάμψαν πηγῆς· δι' οὗ καὶ δι' ὃ ἡμῖν πλησιάζει ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, μεθ' οὗ καὶ ἐν οὐρανοῖς ἐστιν, καὶ παρ' ἡμῖν μένει· δυναμένης μὲν ἑκάστης θείας ὑποστάσεως ἀπροσδεῶς πάντα ποιῆσαι τελείως· ἵνα δὲ δειχθῇ τὸ συμπρακτικὸν καὶ ἀπαράλλακτον τῆς τε οὐσίας αὐτῶν, τῆς τε προσκυνήσεως, καὶ δόξης, καὶ εὐχαριστίας τῆς ὀφειλούσης παρ' ἡμῶν γίνεσθαι, διὰ τοῦτο κοινῇ παρὰ τῆς ἁγίας Τριάδος τῆς κτίσεως πληρωθείσης. [51 *a*] Παριστῶν γοῦν τὸ τριαδικῶς διακεκοσμῆσθαι τὴν κτίσιν, ψάλλει· « Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτῶν. »

B Εἶπεν γὰρ Κύριον μὲν τὸν Θεὸν Πατέρα· Λόγον δὲ τὸν μονογενῆ Υἱὸν, δι' οὗ καὶ παρ' οὗ ἐκτίσθησαν· Πνεῦμα δὲ τὸ ἐνυπόστατον ἅγιον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, παρ' οὗ ἁγιασθέντες ἐνεδυναμώθησαν. Αὐτὸ γάρ ἐστιν τὸ θεῖκὸν ὄνομα, τὸ παντοκρατορικὸν καὶ ὑπερέχον ἀξίωμα, τὸ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ μνημονευόμενον καὶ συνδοξαζόμενον· τὸ ἁγιαστικὸν, καὶ ζωοποιὸν, καὶ φωτὸς οὐρανίου μεταδοτικόν· τὸ φρουρητικὸν ἑκάστων τῆς ἐν ταυτότητι διαμονῆς· τὸ προφήταις καὶ ἀποστόλοις ἐνηχῆσαν, καὶ μάρτυρας ἀντιστῆναι τυραννικῇ ὠμότητι ἐνισχύσαν· τὸ ἀνακαινίζον καὶ ἐλευθεροῦν ὡς Κύριος, καὶ υἱοὺς Θεοῦ ἡμᾶς ποιοῦν ὡς Πνεῦμα υἱοθεσίας· τὸ ἀπελαῦνον τῷ φωτίσματι δαιμόνων στίφη, καὶ τὸν ἀντικείμενον καταισχύνον· τὸ ἀναπετάζον ἡμῖν τὰς

C οὐρανῶν πύλας, καὶ ἄγον ἐπὶ τὴν εἴσοδον τῆς σωτηρίας, καὶ τῆς ἀγγέλων πολιτείας καὶ ὑμνῳδίας ἐργαζόμενον κοινωνούς· τὸ γινόμενον ἡμῖν τρίβος ἀποφέρουσα πρὸς αὐτὸν τὸν ἐπουράνιον Θεὸν καὶ Πατέρα· ἡ αὐτεξούσιος καὶ ὑπερβάλλουσα γαληνοτάτη ἐπιφάνεια· ἡ γόνιμος, καὶ ἄπειρος, καὶ σωστικὴ δύναμις· ἡ ἀμεγέθης, καὶ ἀσύγκριτος, καὶ σεπτὴ ὑπόστασις· ἡ ἄχραντος, καὶ ἔγκριτος, καὶ πάναγνος δόξα· ἡ θεία χάρις, ἡ τὰ λείποντα ἀναπληροῦσα, καὶ τὰ ἀσθενῆ ἰωμένη· ἡ ἄῤῥητος καὶ ἀΐδιος ἀγαθότης· ἡ πηγὴ τῶν ἀνεκλείπτων χαρισμάτων, καὶ παντὸς ἀγαθοῦ νοῦ πρόοδος· ἡ μελλόντων καὶ ἀγνώστων ἀληθὴς φανέρωσις· ἡ [51 *b*] σωτήριος σφραγὶς, καὶ τὸ θεῖον χρίσμα· ὁ ἀῤῥαβὼν τῶν

D ἀϊδίων ἀγαθῶν· παρ' οὗ πᾶσα κτίσις, ὁρατὴ καὶ ἀόρατος, λογικὴ καὶ μὴ λογικὴ, ἐνδυναμοῦται· παρ'

(33) *Fonte.* Est enim Pater, ut loquuntur theologi, « fons totius divinitatis. » Cave autem putes, his locutionibus processionem Spiritus sancti a Patre, Filioque negari. Qua de re alias sermonem habui in *Epistola ad Archintum præsulem.*

(34) *Verbo.* Psal. xxxii, vers. 6.

(35) *Sanctificati.* Cum hæc ab eo dictata sint, qui ob Origenismum male audit, nihil facilius quam ut illuc ab aliquo trahantur. Vide quæ superius pag. 87, adnotavi. Quid tamen vetat quominus Didymum existimemus cœlorum nomine angelos, cœlorumque virtutes, seu potestates, aut fortitudines hic intelligere, ideoque Origeniano sensu non loqui? Hieronymus sane in *Epistola ad Algasiam* num. 10, « Militia cœli, » inquit, « non tantum sol appellatur, et luna, et astra rutilantia, sed et omnis angelica multitudo, eorumque exercitus, qui Hebraice appellatur Sabaoth, id est, virtutum, sive exercituum. » Hilarius vero ad ea psal. LXVII verba, « Cœli distillaverunt, » sic loquitur pag. 220 tom. I : « Si enim lex disposita est per angelos, panemque angelorum manducavit homo, cœlique stillasse in Sina scribuntur, profecto ministerium hoc a cœlis, id est, ab angelis expletum esse non dubium est. » Quid plura? Didymus ipse hunc eumdem psalmi locum afferens segm. 78 *b*, « Virtutes cœlorum » ait esse non modo cœlorum « substantias, » sive id quo « constituuntur, » verum etiam « angelos. »

(36) *Salutis aditum.* Locutio translata; e templis scilicet, ut opinor, ducta, quorum pars anterior εἴσοδος, sive « aditus » dicitur, aut προπύλαια, seu « vestibulum. »

Digitized by Google Распознавание текста

οὗ ἡμῖν ἡ θεία ἀναγέννησις, καὶ τῶν ἀνομιῶν ἡ ἄφεσις, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡ ἐπικάλυψις, καὶ ἡ πρὸς τὸν Θεὸν οἰκείωσις· στέφανός τε δικαίοις, καὶ ἀγαθῶν ἀπόληψις· οὐράνιόν τε ἐνδιαίτημα, καὶ ζωὴ ἀτελεύτητος, καὶ βασιλείας Θεοῦ κληρονομία αἰώνιος· οὗτινος τῆς κοινωνίας διὰ τῆς παλιγγενεσίας ὁ μετέχων, τυγχάνει τῶν μνημονευθέντων ἀγαθῶν, καὶ πρὸς τὰς καθολικὰς Ἐπιστολὰς, θείας ἐστὶ κοινωνὸς φύσεως. Ὁ γὰρ ἀφθάρτου καὶ ἀΐδίου φωτίσματος μετειληφὼς, ἀγήρως κατὰ τὸ νοητὸν μένει ἐν νεότητι καὶ ἡπιότητι, καὶ ἐξομοιοῦται τῷ μόνῳ ἔχοντι ἀθανασίαν, καὶ φῶς οἰκοῦντι ἀπρόσιτον. Οἱ γὰρ τῆς Ἀρχαίας καὶ Νέας Διαθήκης ἱερομάνται, τῆς ἀνωτάτω μιᾶς θείας φύσεως εἶναι τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐπίστανται. Αὐτίκα γοῦν μαρτυροῦσιν·

asynerita (id est, incomparabilis), et veneranda hypostasis; incontaminata, et eximia, ac purissima gloria; qui est divina ipsa gratia, quæ deficientia sunt, supplens, et quæ infirma sunt, sanans; ineffabilis, et sempiterna bonitas; indeficientium charismatum fons, et omnis bonæ mentis præcursor; futurarum, et ignotarum rerum vera manifestatio; salutaris obsignatio, et divinum chrisma, sive unctio (37), æternorum bonorum arrhabo: a quo omnis creatura visibilis et invisibilis, rationalis et irrationalis robur ac vim accipit: a quo nobis est divina regeneratio, et iniquitatum remissio, et peccatorum absconsio (38), et conjunctio (39) cum Deo, et corona justis, et bonorum acquisitio, et cœleste domicilium, et vita interminata, et regni Dei sempiterna hæreditas: cujus communionis qui per regenerationem fit particeps, commemorata bona consequitur, et juxta catholicas Epistolas divinæ (40) est consors naturæ. Qui enim incorruptibile, et æternum baptisma participavit, senii expers quoad animam, et spiritum, in juventute manet ac in infantia (41), et ei assimilatur, qui solus (42) habet immortalitatem, et lucem habitat inaccessibilem. Nam Veteris ac Novi Testamenti scriptores sacri (43) Spiritum sanctum cœlestis unius divinæ naturæ esse norunt. En vero quid testentur. Nimirum:

ΚΕΦ. Β'.

Περὶ τοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα εἶναι τοῦ Θεοῦ. Καὶ περὶ αἱρετικῆς ἀντιθέσεως.

Πρῶτον μὲν, ὅτι Πνεῦμά ἐστιν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ, εἰ καὶ μὴ μετ' αὐτὸν, καὶ μόνον εἰδὸς τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπὶ πάντας τυγχάνον· λέγουσι τοιάδε· Μωϋσῆς μὲν ἐν τῇ Γενέσει ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· « Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις εἰς τὸν αἰῶνα, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας· » Ἄγγελος ὁμοίως ἀπὸ θεϊκῆς φωνῆς· « Ἐγώ εἰμι μεθ' ὑμῶν, καὶ τὸ Πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν· » Ζαχαρίας ὁμοίως· « Πλὴν ἀκούσατε τοὺς λόγους μου, καὶ τὰ νόμιμά μου δέχεσθε, ἃ ἐγὼ ἐντέλλομαι ἐν Πνεύματί μου τοῖς δούλοις μου τοῖς προφήταις· » Ἡσαΐας ἀπὸ τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱόν· « Τὸ Πνεῦμα τὸ ἐμὸν, ὃ [52 *a*] ἐστιν ἐπὶ σοὶ, καὶ τὰ ῥήματα, ἃ δέδωκα εἰς τὸ στόμα σου, οὐ μὴ ἐκλείπῃ ἐκ τοῦ στόματός σου, καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ σπέρματός σου· » σπέρμα λέγων αὐτοῦ, τοὺς

CAP. II.

Spiritum sanctum esse Dei. *Et de hæreticorum objectione.*

Testantur primo, Spiritum esse Dei, et ex Deo, etsi non sit post ipsum, et eum solum scire quæ sunt Dei, et super omnes exsistere; hæc enim scribunt. Moses quidem in Genesi ex persona Dei: « Non **116** permanebit (44) Spiritus meus in hominibus his in sæculum, quia ipsi sunt carnes. » Aggæus pariter ex persona Dei: « Ego (45) sum vobiscum, et Spiritus meus stetit in medio vestrum. » Zacharias similiter: « Verumtamen (46) audite sermones meos, et legitima mea suscipite, quæ ego mando in Spiritu meo servis meis prophetis. » Isaias ex persona Patris Filium alloquentis: « Spiritus (47) meus, qui est in te, et verba, quæ dedi in ore tuo, non deficient ex ore tuo, et ex ore seminis tui. » Semen ejus appellat fideles, quos etiam ad adoptionem vocavit; et rursus ex persona Filii: « Spiri-

(37) *Unctio.* Respicit sacramentum confirmationis. Lege segm. 126 et seqq.

(38) *Absconsio.* Locutiones Biblicæ ex illo psalmi vers. desumptæ: « Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. »

(39) *Conjunctio.* In Græco, οἰκείωσις, id est, « familiaritas, » aut « propinquitas. » Atque hanc vocem Didymus eodem modo adhibuit in comment. *in Psalmos.* Affini etiam locutione utitur segm. 119 *a*, et 22 *a*, ubi ait: Προσομιλήσαντες τῷ θεϊκῷ Πνεύματι. Et ad vers. 17 cap. 1 Jobi (pag. 44 catenæ *in Jobum* a Niceta concinnatæ): Πᾶς γὰρ θεῷ προσομιλῶν, μικρὰ φροντίζει τῶν κάτω, id est, « Nam qui Deo utitur familiariter, terrena parvipendit. » Nimirum sancti fiunt (ut ait Paulus in Epist. ad Ephes. II, 19) οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ, id est, « domestici Dei. »

(40) *Divinæ.* II Petr. I, 4.

(41) *Infantia.* Codex, ἡπιότητι. Vide not. 16, pag. 90.

(42) *Solus.* I Tim. VI, 16.

(43) *Scriptores sacri.* In Græco, ἱερομάνται. Vide not. 29, pag. 57. Simili modo in comment. *in Psalmos* ad vers. 1 psalmi XXXII, et ad vers. 24 psalmi CXIII, Mosem vocat ἱεροφάντην.

(44) *Non permanebit.* Gen. VI, 3. Nonnullæ editiones omittunt voces, εἰς τὸν αἰῶνα. Sed Complutensis eas habet, item ut Didymus hoc in loco; nam alibi, ut enarratione *in primam Petri* ad cap. II, is eas prætermittit.

(45) *Ego.* Agg. II, 5 et 6. Nonnulla omittuntur intermedia.

(46) *Verumtamen.* Zach. I, 6. Verbum ἀκουσατε, id est, « audite, » deest in Bibliis. Et pro ἃ, in eisdem legitur, ὅσα. In libro *De Spir. sancto* num. 29, hujus versiculi partem affert Didymus, ita tamen ut videatur legisse non, « mando, » ut hic, sed, « mandavi, » si edita exemplaria spectemus: sic enim habent: « Quæcunque mandavi in Spiritu meo, » etc. At codex noster ms. ibi sic habet: « Quæcunque ego mando in Spiritu meo, » et reliqua. Numero tamen 30, rursus citatur hic locus ita: « Mandabo in Spiritu meo, » et cætera.

(47) *Spiritus.* Isa. LIX, 21. Complut. edit. habet, ῥήματά μου, ἃ ἔδωκα.

Digitized by Google Распознавание текста

tus (48) Domini super me. » Impleta autem hæc esse in Incarnatione, Matthæus his verbis ait : « Ut (49) adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem : Ecce (50) puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam Spiritum meum super eum ; » et rursus ex persona Patris : « Spiritus (51) enim ex me exibit. » Et in Ezechiele altissimus Pater nostrum quidem spiritum, vocat nostri spiritum, Spiritum vero sanctum, sui ipsius proprium vocat, utpote qui ex ipso processit secundum naturam : « Et dabo (52) vobis cor novum, et Spiritum novum : et auferam cor lapideum ex carne vestra, et dabo vobis cor carneum : et Spiritum meum dabo in vobis ; » et in Joele : « Effundam (53) de Spiritu meo super omnem carnem. » Hæc quoque impleta esse scripsit Paulus ad Titum : « Quando (54) apparuit gratia salutaris nostra, non ex operibus quæ fecimus nos, sed secundum multam ipsius misericordiam regenerando nos per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum. » Quandonam autem « effudit ? » quando Christus insufflans dixit : « Accipite Spiritum sanctum. » Recte autem positum est illud, « effudit : » effudit scilicet eum veluti aquam ex ipso consubstantialiter procedentem, et ut divinum unguentum, **117** quemadmodum opportune a nobis in locis convenientibus ostendetur. Recte etiam dictum est, « Super omnem carnem : » quadrant enim hujusmodi voces in sanctæ Trinitatis essentiam, quæ essentia tota simul (55) communicabilis est ; at creatæ incommunicabili rationali naturæ non conveniunt : nusquam enim scriptum est, neque probabile dictu est, « Effundam de archangelo (56) ; » idque non absolute enuntiatum, sed cum additamento, « super omnem carnem. » David quoque supplex clamat : « Spiritum (57) tuum sanctum ne auferas a me ; » et rursus : « Spiritus (58) tuus bonus deducet me in terra recta ; » et Matthæus ex persona Filii : « Non enim (59) vos estis

A πιστοὺς, οὓς καὶ εἰς υἱοθεσίαν ἐκάλεσεν. Καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ. » Ἐκπεπεράνθαι δὲ ταῦτα ἐν τῇ οἰκονομίᾳ, Ματθαῖος οὕτως εἶπεν· « Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· Ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὃν ᾑρέτισα, ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου· θήσω τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν· » καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ Πατρός· « Πνεῦμα γὰρ ἐξ ἐμοῦ ἐξελεύσεται. » Καὶ ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ ὁ Ὕψιστος Πατὴρ, τὸ μὲν ἡμέτερον πνεῦμα, ἡμῶν πνεῦμα· τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα, ἴδιον ἑαυτοῦ ἐξονομάζει, ἅτε ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευθὲν κατὰ φύσιν· « Καὶ δώσω ὑμῖν καρδίαν καινὴν, καὶ πνεῦμα καινόν· καὶ ἀφελῶ τὴν καρδίαν τὴν λιθινὴν ἐκ τῆς σαρκὸς ὑμῶν, καὶ δώσω ὑμῖν καρδίαν σαρκίνην, καὶ τὸ Πνεῦμά μου δώσω ἐν ὑμῖν· » καὶ ἐν

B τῷ Ἰωήλ· « Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. » Καὶ ταῦτα τετελέσθαι Παῦλος ἔγραφεν Τίτῳ· « Ὅτε ἐπεφάνη ἡ χάρις ἡ σωτήριος ἡμῶν, οὐκ ἐξ ἔργων, ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος ἀναγεννήσας ἡμᾶς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαινώσεως Πνεύματος ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Πότε δὲ ἐξέχεεν; Ὅτε ὁ Χριστὸς ἐμφυσῶν, ἔλεγεν· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. » Εὖ δὲ καὶ τὸ, ἐξέχεεν, ἅτε ὕδωρ ἐξ αὐτοῦ ὁμοουσίως ἐκπορευθὲν, καὶ μύρον θεῖκὸν, καθὰ εὐκαίρως ἐν τοῖς ἁρμόζουσιν τόποις δειχθήσεται πρὸς ἡμῶν· καὶ τὸ, « Ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. » Αἱ γὰρ λέξεις αὗται, ἐπὶ τῆς ἐν ὁμάδι μεθεκτῆς οὐσίας τῆς ἁγίας Τριάδος ἁρμόζουσιν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ κτιστῆς

C ἀμεθέκτου λογικῆς φύσεως. Οὐ γάρ που [52 *b*] ἐγράφη, οὔτε λέγειν πειθανὸν, Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ ἀρχαγγέλου, καὶ οὐδὲ οὕτως ἀπολελυμένως, ἀλλ', « Ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. » Καὶ Δαυὶδ δὲ ἱκετεύων βοᾷ· « Τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ ἐμοῦ· » καὶ πάλιν· « Τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με ἐν γῇ εὐθείᾳ· » καὶ Ματθαῖος ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ· « Οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρός μου τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν· » ὅ ἐστιν, Οὐχ ὑμεῖς οἱ κτιστοὶ, ἀλλὰ τὸ ἄκτιστον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Γράφει δὲ καὶ Παῦλος, πρὸς μὲν Κορινθίους ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπι-

(48) *Spiritus*. Isa. LXI, 1. Vide etiam Luc. IV, 18.

(49) *Ut* Matth. XII, 17, 18.

(50) *Ecce*. Hæc citat Matthæus ex Isa. LXII, 1, etsi in Græcis Bibliis nunc aliqua sit lectionum varietas. Vide lib. *De Sp. S.* num. II. Pro ᾑρέτισα, codex Passioneianus hic habet, ἠρέτισα.

(51) *Spiritus*. Isa. LVII, 16. Vide not. 50, pag. 7.

(52) *Et dabo*. Ezech. XXXVI, 26 et 27. Pro, λιθινὴν, lego λιθίνην. Græca editio post πνεῦμα καινόν, addit, δώσω ἐν ὑμῖν, id est, « dabo in vobis. »

(53) *Effundam*. Joel. II, 28.

(54) *Quando*. Tit. III, 4-6. Sensum potius allegat, quam verba ipsa, ut sunt in Bibliis. Vide segm. 74 *a*, et 69 *b*, et 116 *a*, et lib. *De Sp. S.* num. 12.

(55) *Tota simul*. In Græco, ἐν ὁμάδι. Vocis porro, ὁμάς, nullum in vulgaribus Lexicis affertur exemplum. Inter opera Maneti, seu Manichæo attributa numeratur ἐπιστολῶν ὁμάς. Theophilus vero antecessor lib. II *Institutionum*, tit. 1, scribit : Τῆς δὲ ὁμάδος, ἤτοι universitatis εἰσίν, etc.

(56) *De archangelo*. Simillima, et maxime gemina dictaverat Didymus in libro *De Spiritu sancto* cum num. 8, tum maxime num. 11, pag. 119, edit. Veronensis. « Ipsum quoque » effusionis « nomen, » inquit, « increatam Spiritus sancti substantiam probat. Neque enim Deus cum angelum mittit, aut aliam creaturam, « Effundam, » dicit, de angelo meo, aut principatu, aut throno, aut dominatione in solis quippe his, quæ ab alio participantur, hic sermo consentit. » Confer, si placet, ambo hæc loca, et Didymum vere Didymum, id est geminum, ac sese pene exscribentem hic agnosces. Quod si rem quoque minimi momenti adnotare licet, animadvertas velim, quemadmodum hic ait Didymus, οὔτε λέγειν πειθανόν, ita ibi post vocabulum, « Dominatione, » in Tolosano ms. codice, et Vaticano, et nostro addi : « Incredibili, imo, fallaci istiusmodi dicto. »

(57) *Spiritum*. Psal. L, vers. 12 (seu 13). Vide lib. Didymi *De Spiritu sancto*, num. 2, 53 et 19.

(58) *Spiritus*. Psal. CXLII, vers. 12 (seu 10).

(59) *Non enim*. Matth. X, 20. Biblia habent, ὑμῶν, id est, « vestri, » pro, « mei. » At Didymus segm. etiam 148 *b*, habet μου, seu « mei. » At in libro *De Spiritu sancto*, num. 19, legitur : « Patris vestri ; » quanquam ibi codex noster calamo exaratus habet : « Sed Spiritus Patris qui loquitur in vobis. »

Digitized by Google Распознавание текста ARK /ER

στολῇ· « Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη· ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, ἡμῖν δὲ ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. Τὸ Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. Τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ; Οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Ἡμεῖς δὲ οὐ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ· ἵνα εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν. » Τὰ ἡτοιμασμένα παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀγαθὰ εἶπεν, ὅτι τὸ Πνεῦμα ἀπεκάλυψεν ὡς συνδοτήρ· καὶ Πνεῦμα αὐτοῦ, κατὰ ἀντιπαράθεσιν τοῦ ἡμετέρου πνεύματος. Καὶ ἐπασφαλιζόμενος αὖθις τὸ μὴ νομίζεσθαι αὐτὸ ὡς ἄγγελον, ἢ ἄλλο πνεῦμα κτιστὸν, ἐπήγαγεν· « Οὐ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν » (τοῦτ' ἔστιν γενητὸν), « ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ· » τοῦτ' ἔστιν, ἐξ ὑπολειπομένων, τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ τῆς ὑποστάσεως ἐκπορευθέν· καὶ ὡς αὐτὸ μόνον οἶδε τὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς Κύριος καὶ ἔχον ὡσαύτως τῇ φύσει πρὸς τὸν Πατέρα. Ὁ γὰρ « δοῦλος, » ὡς ἐν Εὐαγγελίῳ λέγει, « οὐκ οἶδε τί ποιεῖ ὁ κύριος αὐτοῦ. » Οὐκ ἔτι δὲ ὡς ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου εἶπε τὸ, « Κατοικοῦν ἐν τῷ Θεῷ, » ἵνα μὴ σύνθετος νομισθείη ὁ ἀσύνθετος [53 *a*] Θεός. Πρὸς δὲ Ἐφεσίους· « Μὴ λυπεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀναπολυτρώσεως· » πρὸς δὲ Ῥωμαίους· « Ὑμεῖς οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν Πνεύματι, εἴπερ Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν· εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ· » πρὸς δὲ Γαλάτας· « Ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κράζον Ἀββᾶ ὁ Πατήρ· » πρὸς δὲ Φιλιππησίους· « Οἶδα γὰρ, ὅτι τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν, διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως, καὶ ἐπιχορηγίας τοῦ Πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ἄθρει δὴ οὖν, ὡς καὶ μόνον τὸ φάναι αὐτὸ « Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, » καὶ ἡ προσθήκη δὲ τοῦ ἄρθρου τοῦ « μοῦ » καὶ « σοῦ, » καὶ τοῦτο τηλαυγῶς ἐσήμανεν, ὅτι καὶ ἄκτι-

A qui loquimini, sed Spiritus Patris mei qui loquitur in vobis. » Hoc est : Non vos creaturæ, sed increatus Spiritus Dei. Paulus vero in prima Epistola ad Corinthios scribit : « Quæ oculus (60) non vidit, et auris non audivit, et in cor hominis non ascenderunt quæ præparavit Deus diligentibus se : nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum. Spiritus (61) omnia scrutatur etiam profunda Dei. Quis enim hominum novit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in ipso? Sic etiam quæ sunt Dei, nemo novit nisi Spiritus Dei. Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum qui est ex Deo, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis. » Præparata a Deo bona revelata esse ait a Spiritu tanquam conlargitore. Ac Spiritum suum, id est B Dei, spiritui nostro opponit. Atque ut hoc tanquam certum rursus stabiliat, non esse habendum ipsum ut angelum, aut alium spiritum creatum, subjecit, « Non spiritum mundi accepimus » id est, factum, seu creatum, « sed Spiritum qui est ex Deo, » id est (supplendo quæ subintelliguntur), « qui ex Dei hypostasi processit. » Addit etiam, ipsum solum novisse quæ sunt Dei, ut Dominum **118** et eamdem cum Patre naturam habentem; nam « servus, » ut est in Evangelio, « non novit (62) quid faciat dominus ejus. » Neque vero quasi de homine dixit : « Qui habitat in Deo; » ne compositus putetur incompositus Deus. Ad Ephesios autem : « Nolite (63) contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis; » ad Romanos C vero : « Vos (64) non estis in carne, sed in Spiritu; si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus; » et ad Galatas : « Quoniam (65) autem estis filii, emisit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra clamantem, Abba, Pater; » et ad Philippenses : « Scio (66) enim quod hoc mihi proveniet ad salutem per vestram orationem, et subministrationem Spiritus Jesu Christi. » Jam vero in allatis te-

(60) *Quæ oculus.* I Cor. II, 9-12.

(61) *Spiritus.* Biblia addunt hic vocem γάρ. Et paulo post pro εἰδῶμεν habent εἰδῶμεν.

(62) *Non novit.* Joan. XV, 15.

(63) *Nolite.* Ephes. IV, 30. Pro ἀναπολυτρώσεως lege ἀπολυτρώσεως, ut est in Græcis Bibliis. Nam syllaba illa ἀν huc irrepsit e superiori voce ἡμέραν, D ob librarii oscitantiam. Vide segm. 128 *a*.

(64) *Vos.* Rom. VIII, 9. Pro τις codex habet τι. Argumentum vero ex hoc Pauli loco ductum fusius persequitur Didymus in libro *De Spiritu sancto*, num. 39 et 40, ubi hæc legimus : « Vos autem, » ait, (haud dubium quin discipuli Christi) qui sapientiam Spiritus suscepistis, et vitam, et pacem, « non estis in carne » (id est, in carnis operibus) : « neque ejus [*codex noster* : neque enim ejus] opera perpetratis, « si quidem Spiritum Dei habetis in vobis. » Idem autem Spiritus Dei, et Spiritus Christi est deducens [*cod. noster*, adducens], et copulans eum, qui in se habuerit [*legendum cum nostro codice* : qui se habuerit], Domino Jesu Christo. Unde et in consequentibus scribitur : « Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. » Rursum in præsenti discimus societatem, quam habet Spiritus sanctus ad Deum, et ad Christum [*codex noster* : ad Christum, et ad Deum]..... Deinde sequitur post hoc quod ait : « Si quis autem Spiritum Dei [*legendum cum nostro codice* : « Spiritum Christi] non habet, hic non est ejus, » et infertur : « Si autem Christus in vobis, » et manifestissime demonstratur inseparabilem esse Spiritum sanctum a Christo : quia ubicunque Spiritus sanctus fuerit, ibi et Christus est; et undecunque Christi Spiritus discesserit, inde pariter recedit et Christus : si quis enim Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Cui conjuncto si quis contrarium assumat, dicere potest : Si quis Christi est, ita ut Christus in eo sit, in hoc Spiritus Dei [*rectius cod. noster* : Christi] est. Hoc autem idem et de Deo Patre similiter usurpandum : Si quis Spiritum Dei non habet, iste non est ejus. Cui rursum contrarium si quis assumat, dicens [*ut sensus integer sit, legendum cum nostro codice* : cui rursum contrarium quis assumens dicet] : Si quis Dei est, in hoc Spiritus Dei est. »

(65) *Quoniam.* Galat. IV, 6. In libro *De Spiritu sancto*, num. 31, editum est : « in corda nostra. » Sed ibi codex noster calamo exaratus habet : « in corda vestra. »

(66) *Scio.* Philipp. I, 19. Codex, Φιλιππισίους.

Digitized by Google Распознавание текста

stimoniis hæc considera. Nimirum nuncupatio « Spiritus Dei » vel sola, multoque magis cum additamento vocum « meus, » et « tuus (67), » perspicue significat, ipsum et increatum esse, et Deum, neque hoc Dei nomen ascititium habere, sed ideo habere, quod ex natura sit id, quod vocatus fuit. Quod autem scriptum est, ipsum esse « Spiritum Filii (68), » ostendit similiter, **119** communem esse Spiritui et Filio naturam, ut opinari non liceat Filii creaturam esse Spiritum : quomodo enim proprio Patri, quasi eum antea ex se ipso non habenti, condidisse dici potest Filius illum, qui et est, et dictus fuit in Scripturis Spiritus Dei? Id quidem non modo blasphemum est, sed etiam stultum. Intelligatur autem « Spiritus Christi, » id est virtus Christi, eo modo quo dictum est : Christum (69) Dei virtutem, et Dei sapientiam. Quoniam enim ex uno Patre natura, non vero creatrice operatione processerunt beatæ istæ hypostases, ad eumdem unum referuntur. Etenim ne suspiceris, ipsi initium esse, aut finem, sed eum vere credas ob suam processionem secundum naturam, Spiritum Dei esse, ab æterno spiratum, non vero factum, quasi unus foret ex aliis Deo famulantibus spiritibus, in Evangelio secundum Joannem hæc Dominus docet : « Spiritus (70) veritatis, qui a Patre procedit. » Non ait autem, creatur; omnis enim generatio et processio in iis qui æquales et similes sint, perficitur, maxime autem et præstantiori modo generatio ac processio quæ est ab uno Patre est secundum unitatem deitatis ipsius Patris. Ac in creaturis quidem tempore præcedit prototypus, at vero in Deo non ita se res habet; sed personæ sic subsistunt, ut simul subsistant, et ita procedunt, ut simul procedant. Domino autem concinens Joannes quoque sanctum Spiritum Patri sine ulla discrepantia æqualem, et, ut ita dicam, totum incircumscriptum Deum Patrem comprehendentem prædicavit, et in fidelibus inveniri ostendit, cum ait : « In hoc (71) enim scimus quod in ipso manemus, et ipse in

A στόν ἐστι, καὶ Θεὸς τοὔνομα ἔχον οὐκ ἐπακτόν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ εἶναι ἐκεῖνο φυσικῶς, τοῦτο ὅπερ καὶ προσηγόρευται. Καὶ τὸ γεγράφθαι δὲ αὐτὸ, « Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, » ὁμοίως τὴν πρὸς αὐτὸν κοινωνίαν τῆς φύσεως ἐδήλωσε, καὶ ὥστε μὴ κτίσμα αὐτοῦ νομισθῆναι. Πῶς γὰρ ἂν τῷ ἰδίῳ Πατρὶ, ὡς οὐκ ἔχοντι πρὸ τούτου ἐξ ἑαυτοῦ, ἔκτισεν ὁ Υἱὸς τοῦθ' ὅπερ ἐστί τε καὶ γέγραπται Πνεῦμα Θεοῦ; Ὅπερ οὐ βλάσφημόν ἐστι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἠλίθιον. Νοηθείη δὲ ἂν « Πνεῦμα Χριστοῦ, » τοῦτ' ἔστι δύναμις Χριστοῦ, ὃν τρόπον εἴρηται· Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν, καὶ Θεοῦ σοφίαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τοῦ ἑνὸς Πατρὸς φύσει, καὶ οὐ δημιουργικῇ ἐνεργείᾳ, προῆλθον αἱ μακάριαι ὑποστάσεις αὗται, εἰς τὸν αὐτὸν ἕνα ἀνάγονται. Ἵνα γὰρ μή τις ὑποπτεύσῃ ἀρχὴν αὐτοῦ εἶναι ἢ πέρας, B ἀλλ' ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν φύσιν αὐτοῦ προόδου πιστεύσῃ ἀληθῶς αὐτὸ Πνεῦμα εἶναι τοῦ Θεοῦ, ἀναπνευσθὲν ἀνάρχως, καὶ οὐ γενόμενον, ὡς ἐν τῶν ἄλλων λειτουργικῶν πνευμάτων· διδάσκων [55 *b*] ὁ Κύριος ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ, λέγει· « Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. » Οὐκ εἶπε δὲ, κτίζεται. Πᾶσα μὲν γὰρ γέννησις καὶ ἐκπόρευσις, διὰ τῶν ἴσων καὶ ὁμοίων ἐπιτελεῖται· μάλιστα δὲ διαφερόντως ἡ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς Πατρὸς καθ' ἕνωσιν τῆς ἑαυτοῦ θεότητός ἐστι γέννησις καὶ ἐκπόρευσις. Ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν κτισμάτων ἡγεῖται τῷ χρόνῳ ὁ πρωτότυπος· ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ συνυφεστώτως καὶ συμπροελθυθότως. Συνάδων δὲ τῷ Κυρίῳ καὶ Ἰωάννης ἐκήρυξε τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὸ πρὸς τὸν Πατέρα C ἴσον καὶ ἀπαράλλακτον, ὅλον, ὡς ἂν εἴποι τις, τὸν ἀπερίγραφον Θεὸν Πατέρα περιλαμβάνον, καὶ παρὰ πιστοῖς εὑρισκόμενον δείκνυσιν, εἰπών· « Ἐν τούτῳ γὰρ γινώσκομεν, ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ, οὗ ἔδωκεν ἡμῖν· » ὃν τρόπον ὁ Υἱὸς εἶπεν· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα· » καὶ, « Ἐγὼ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον. » Οὐδὲν γὰρ ὅλως κατ' οὐσίαν, ἢ κατὰ χρόνον, ἢ δόξαν ὕφεσιν ἔχον, δύναται τὴν ὅλην ἐκφαίνειν ἀλήθειαν, ἢ ὁμοειδὲς τυγχάνειν, καὶ ἴσην

(67) *Meus, et tuus.* Simile argumentum, ductum scilicet ex voce, « meus, » lege apud Hilarium, tom. II, pag. 148, 149, 167.

(68) *Spiritum Filii.* Cum Spiritus sanctus in Scripturis dicitur « Spiritus Filii, » id ita explicat Didymus, ut Spiritum ipsum Filio consubstantialem esse significet. Eodem plane modo ratiocinatur et in libro *De Spiritu sancto ;* nam num. 31, « Ostendit, inquit, quia unitate sit junctus ad Filium : unde et Filii dictus est Spiritus ; » numero autem 31, idem argumentum fusius persequitur. Post Didymum Theodoretus quoque (prætereo alios Patres) *in Ep. ad Rom.* cap. x, num. 11 : « Sanctum, inquit, Spiritum et Dei appellavit, et Christi : non quod, ut volunt hæretici, ex Deo per Filium creatus sit; sed quia est ejusdem cum Patre et Filio substantiæ. » Quin etiam cum S. Cyrillus in Anathematismis « proprium Filii Spiritum » dixisset, veritus Theodoretus ipse, ne id sensu Macedoniano prolatum fuisset, sic respondit : « Proprium autem Filii Spiritum, si quidem ut ejusdem cum eo naturæ, et ex Patre procedentem dixit (Cyrillus), semel confitebimur..... Si vero tanquam ex Filio, aut per Filium exstantiam habeat, hoc ut blasphemum et impium rejiciemus. » Nimirum eum sensum rejicit Theodoretus, quem Biblicæ illi locutioni Anomœi adhibebant, dum Spiritum sanctum « ex Filio, » aut « per Filium » exstitisse inquiebant per creationem.

(69) *Christum.* I Cor. I, 24. Vide notas ad segm. 171 *a*, seu lib. III, cap. 7.

(70) *Spiritus.* Joan. XV, 26.

(71) *In hoc.* I Joan. III, 24 ubi Græca editio habet ita, ut Vulgatus int. transtulit : « Et qui servat mandata ejus, in illo manet, et ipse in eo : et in hoc scimus quoniam manet in nobis, de Spiritu quem dedit nobis. » Omitto Græca brevitatis causa. Atque illud potius animadverto, hunc ipsum textum ad illud idem probandum, quod hoc in loco vult Didymus, afferri etiam in libro *De Spiritu sancto*, num. 40 : sed sensum potius utrobique afferri, quam verba. Ibi enim ita dictavit : « Et in Joannis Epistola : « In hoc cognoscitur Deus habitans in » quibusdam, cum « manserit in » eis « Spiritus quem dedit. » Ex quibus omnibus indissociabilis, atque indiscreta Trinitatis substantia demonstratur. »

Digitized by Google Распознавание текста

ἔχειν ἐπίγνωσιν· οὔτε δέ τις τύχοι ἂν μετοχῆς θεότητος ἀληθοῦς διὰ κτίσματος· δίδοται δὲ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, οὐ κατατομῆς μερισμοῖς, ἀλλὰ τῷ λόγῳ τῆς μετουσίας, καὶ τοῦ μὴ νοεῖσθαι ἑτεροφυῶς, ἢ ἑτερογνώμως τοῦ Πατρὸς οἰκεῖν ἐν ἡμῖν. Ἔδειξε δὲ ἅμα ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς, ὡς ἔνθα ἐστὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, πάρεστιν ὁ Θεὸς Πατὴρ, οὗ Πνεῦμά ἐστιν· ὅπερ καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς προανεφώνησεν, εἰπών· « Ἐνικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω· καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μου λαός. » Ὡς πάλιν τὸ ἀντικείμενον δηλοῖ, ὅτι Εἴ τις τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ὡς Θεὸν [54 *a*] ἀληθινὸν οὐκ ἔχει, οὐδὲ τὸν Πατέρα ἔχει· παρ' οἷς δὲ μὴ οὗτός ἐστιν, οὐδὲν ἀληθὲς, οὐδ' ἀσφαλὲς, οὐδὲ βέβαιον. Ὡς τὸ ἔμπαλιν· Ὑστισοῦν λέγων περὶ αὐτοῦ, κἂν αἱρετικὸς ὢν τύχοι, ἐὰν ἐρωτηθῇ περὶ ποίου διαλέγεται πνεύματος, λέγῃ, « τοῦ ἁγίου· » καὶ εἰ αὖθις πάλιν πεῦσις αὐτῷ προσενεχθείη, « ποίου ἁγίου, » ἀνάγκη αὐτὸν εἰπεῖν εἰς φανερωτάτην δήλωσιν, « τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ, » ὡς τῶν ἄλλων μὴ οὐσιωδῶς ὄντων αὐτοῦ. Μοχθηροὶ δὲ ἑαυτοῖς τε καὶ τοῖς ἀκούουσι γινόμενοι αἱρετικοὶ, βιαίοις ἐπιχειρήσεσιν συκοφαντοῦσι τοὺς ἡμῶν καὶ αὐτῶν ἀμείνους, καὶ μέγιστον διαφέροντας, καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χρήσαντας ἁγίους, οἷς οὐκ ἐναντία νομοθετητέον. Φασὶ γὰρ κατὰ λέξιν οὕτως· Ὅταν οὖν λέγῃ ὁ Θεός· « Ὁ παῖς μου Ἡσαΐας· » καὶ, « Υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ, » ἢ « μου » συλλαβὴ ἔχειν τι κοινὸν τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ δείκνυσιν; Ὥσπερ οὖν, φησὶ, τοῦτο εἶπεν ὡς τοῦ εἶναι αὐτοῖς αἴτιος, οὕτως καὶ τὴν ψύχωσιν αὐτῶν « Πνεῦμά μου » προσεῖπεν. Εἴ τις δὲ αὐτοῖς τῆς ἀληθείας καὶ ἀκριβείας λόγος ὑπῆν, οὐκ ἂν τηλικαῦτα ἔπταιον. Πρῶτον μὲν γὰρ αὐτῷ τῷ φάναι, Ἡσαΐαν, καὶ, Ἰσραήλ, ἀνθρώπους ἐδήλωσε· προσέθηκεν δὲ κατ' ἐξαίρετον αὐτοῖς τὸ « μοῦ » ὡς αὐτῷ ταῖς πράξεσι προσήκουσιν. Τὸν Ἡσαΐαν δὲ παῖδα ἐκάλεσε, τοῦτ' ἔστιν οἰκέτην· τὸν δὲ Ἰσραὴλ πρωτότοκον, ὡς πρῶτον ἀρξάμενον λατρεύειν αὐτῷ, καὶ ὄντα τῇ περὶ αὐτὸν διαθέσει, καὶ φροντίδι τοῦ Θεοῦ, ἐν τάξει υἱοῦ. Ὥστε τὸ « μοῦ, » ἐπὶ μὲν τοῦ ἀληθινοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἀληθινοῦ Πνεύματος λεγόμενον παρὰ τοῦ Θεοῦ, τὴν οἰκείωσιν τῆς φύσεως δηλοῖ· ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων πάντων, τὸ αὐτῷ κατὰ δεσποτείαν ἢ πίστιν διαφέρειν· ὡς καὶ ἡμεῖς εἰώθαμεν λέγειν, ἐπὶ μὲν τῶν ὁμοουσίων ἡμῖν, « Ὁ υἱός μου, τὸ πνεῦμά μου· » ἐπὶ δὲ τῶν [54 *b*] ἄλλων, « Ὁ ἀγρός μου, ὁ ἵππος μου, » ἀλλὰ καὶ, « ὁ θεός μου. » Ὃν τρόπον γὰρ τὸν τῆς θείας φύσεως ἐνυπόστατον Λόγον, οὐ τὸ ἁπλῶς καὶ ἀπολελυμένως

A nobis, ex Spiritu ejus, quem dedit nobis; » eo modo quo Filius dixit: « Qui vidit (72) me, vidit Patrem; » et: « Ego (73) a Patre exivi. » Nihil enim omnino quod secundum essentiam, aut tempus, aut gloriam inferius sit, totam exhibere ac repræsentare valet veritatem, aut ei conforme (74) esse, et æquali cum ipsa veritate **120** cognitione cognosci: nec præterea potest quis veram deitatis participationem consequi per creaturam: datur autem Spiritus sanctus non concisim et per partes, sed ratione participationis, et quia concipi non potest, eum ita habitare in nobis, ut sit alterius a Patre naturæ, aut sententiæ. Quin illud etiam simul ostendit tonitrui filius (75), ubi est Spiritus sanctus, ibi adesse Deum Patrem, cujus est Spiritus: B id quod ipse quoque Deus antea inclamans dixerat: « Inhabitabo (76) in eis, et inambulabo, et ero illorum Deus, et ipsi erunt populus meus. » Sicut rursus ex opposito declarat, si qui Spiritum Dei ut verum Deum non habent, eos ne Patrem quidem habere ut talem: iis autem, apud quos talis non est Pater, nihil verum, nihil tutum, nihil firmum esse potest. Sicut vice versa quicunque de ipso loquens, quamvis hæreticus fuerit, si interrogetur de quo nam spiritu disserat, « de sancto, » inquiet; ac si rursus urgeatur interrogatio, « de quo sancto, » necesse est ut ad explicandam clarissime mentem suam dicat: « de Spiritu Dei; » cum alii spiritus non sint substantialiter ipsius Dei. Hæretici autem C cum sibimetipsis, tum auditoribus graves ac molesti, sanctos, qui nobis et ipsis meliores sunt, multoque excellentiores, quique divinitus inspirati de Spiritu sancto scripserunt, quibus proinde contraria statuere non licet, violentis conatibus invadunt, et eorum verba calumniosis interpretationibus pervertunt. Sic enim ad verbum (77) aiunt: Cum ait Deus, « Puer (78) meus Isaias; » et, « Filius (79) primogenitus meus Israel, » nunquid vox illa, « meus, » ostendit, naturam humanam habere aliquid commune cum Dei natura? Sicut ergo, inquiunt, hæc dixit Deus, quatenus illis causa est ut exsistant; ita et eorum animationem, Spiritum suum vocavit. At si quam illi veritatis atque accuratæ interpretationis rationem haberent, in hujusmodi D errores non inciderent. Nam primum eo ipso quod Isaiam, et Israel nominavit, de hominibus se loqui ostendit. Ut vero eos a reliquis secerneret, addidit **121** iis pronomen illud, « meus, » quasi ob illorum gesta ejus propinqui forent. Ac Isaiam quidem puecet, Possini *Spicilegium evangelicum*.

(72) *Qui vidit.* Joan. XIV, 9.

(73) *Ego.* Joan. XVI, 27, 28.

(74) *Conforme.* In Græco, ὁμοειδές. Cujus vocis nullum in vulgaribus lexicis affertur exemplum. Ea tamen usus est, ut alios taceam, M. Aurelius Antoninus lib. VI, num. 37, et alibi.

(75) *Tonitrui filius.* Id est, Joannes ipse. Nemo enim ignorat, Jacobum Zebedæi filium, et Joannem ejus fratrem a Christo Domino apud Marc. III, 17. « Boanerges, » hoc est, « tonitrui filios, » cognominatos esse. De voce autem ipsa « Boanerges » lege, si placet, Possini *Spicilegium evangelicum*.

(76) *Inhabitabo.* II Cor. VI, 16; Levit. XXVI, 11, 12. In secunda quidem ad Corinthios Biblia pro μου habent μοι. In Levitico autem Complutensis editio: Καὶ θήσω τὴν σκηνήν μου ἐν ὑμῖν..... Καὶ ἐμπεριπατήσω ἐν ὑμῖν, καὶ ἔσομαι ὑμῶν Θεὸς, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι εἰς λαόν.

(77) *Ad verbum.* Videtur hic afferre ipsa Eunomii aut Macedoniani alicujus hæretici verba.

(78) *Puer.* Isa. XX, 3.

(79) *Filius.* Exod. IV, 22.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

rum vocavit, id est, servum; Israelem vero primogenitum, quippe qui ipsum adorare primum cœpit (80), et spectata cum sua in Deum affectione, tum Dei ipsius cura et sollicitudine, loco filii erat. Itaque vox, « meus, » de vero quidem Filio, et de vero Spiritu dicta a Deo, proprietatem (81) conjunctionemque significat naturæ; de aliis autem omnibus cum dicitur, denotat, eos attenta dominationis aut fidei ratione ab ipso differre. Ita nos quoque dicere consuevimus non modo de iis, quæ nobis sunt consubstantialia, « filius meus, spiritus meus; » sed et de aliis, « ager meus, equus meus, » imo etiam, « Deus meus. » Nam quemadmodum divinæ naturæ subsistens Verbum ex hypostasi Dei genitum esse ostenditur non simpliciter et absolute ex eo quod nominetur Filius, et Unigenitus, et Verbum Dei, et Christus, sed ex eo quod adnexam videamus iis appellationibus vocem, « meus, » et « tuus, » (ut cum Deus inquit, « Hic est (82) Filius meus dilectus; » et rursus, « Sermo (83) meus bonus; » et, « Paravi (84) lucernam Christo meo: » cumque nos clamamus, « Filius tuus, Unigenitus tuus, Christus tuus; ») neque vero ex eo quod homonyme, id est, æquivoce, aut synonyme, hoc est, univoce de nobis scriptum sit (85), « Filii (86) hominum, usquequo gravi corde? » isthæc homonymia, seu nominum similitudo Filium Dei excludit a deitate: ita Spiritum sanctum ex paterna hypostasi processisse ostenditur non ex eo quod simpliciter vocetur Spiritus, sed ex eo quod connexa fuerit huic nomini aut, cum loquitur Deus, vox « meus, » aut, cum loquitur creatura, vox « tuus, » aut etiam vox « sanctus, » vel « incorruptibilis, » vel « æternus: » neque vero ex eo quod homonyme administratorii spiritus, ac nostri quoque spiritus aut sancti vocati fuerint, aut æterni, concludi **122** potest, eum secundum naturam non esse verum Spiritum Dei; nam vel in ipsis locutionibus arcanis, quæ de illo dictæ sunt, invenitur omnino aliquid, quod divinam ejus naturam ac potentiam manifestat. Creaturæ autem superadditam earum naturæ sanctitatem atque æternitatem acceperunt, ac nunquam ista ex seipsis secundum naturam habuerunt ullo modo. Cæterum nonne hæretici (87) isti ipsi semetipsos accusare deprehenduntur, quia vocem « meus » de Filio Dei prolatam, et vocem « sanctus, » et « æternus » simpliciter ita interpretantur,

A εἰρῆσθαι Υἱὸν, καὶ Μονογενῆ, καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ Χριστὸν, δείκνυσι γεγενῆσθαι ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὸ ἔχειν συνημμένην τὴν συλλαβὴν τοῦ « μου » καὶ « σου » (ὡς ἡνίκα ὁ μὲν Θεὸς λέγῃ· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός· » καὶ πάλιν· « Ὁ λόγος μου ὁ ἀγαθός· » καὶ, « Ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου· » ἡμεῖς δὲ ἀνευφημοῦμεν, Ὁ Υἱός σου· ὁ Μονογενής σου· ὁ Χριστός σου)· οὐδέ γε μὴν τὸ ὁμωνύμως ἢ συνωνύμως περὶ ἡμῶν γεγράφθαι, « Υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε βαρυκάρδιοι; » ἐξέλκει τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἡ ὁμωνυμία τῆς θεότητος· οὕτω τὸ ἅγιον Πνεῦμα, οὐ τὸ ἁπλῶς εἰρῆσθαι Πνεῦμα, ἀλλὰ τὸ συνῆφθαι τῷ ὀνόματι, ἢ ὡς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸ « μου, » ἢ ὡς ἀπὸ τῆς κτίσεως τὸ « σου, » ἢ καὶ τὴν « ἅγιος, » ἢ « ἄφθαρτος, » ἢ B « αἰώνιος » λέξιν δηλοῖ ἐκπεπορεῦσθαι αὐτὸ ἐκ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως· οὐδέ γε μὴν τὸ ὁμωνύμως εἰρῆσθαι τὰ λειτουργικὰ καὶ τὰ ἡμῶν πνεύματα, ἢ ἅγια, ἢ αἰώνια, ἐξέλκει αὐτὸ τοῦ κατὰ φύσιν εἶναι ἀληθινὸν Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἐν τοῖς αἰνίγμασι γὰρ αὐτοῖς τοῖς περὶ αὐτοῦ εὑρίσκεταί τις πάντως δήλωσις περὶ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως καὶ δυνάμεως. Τὰ δὲ κτίσματα πρὸς τὴν ἑαυτῶν φύσιν ἔλαβε τὸ ἅγιον καὶ αἰώνιον, οὐ καθάπαξ ταῦτα κατὰ φύσιν ἐξ ἑαυτῶν ἔχοντα. Ἐπεὶ μή γε αὐτοὶ οὗτοι αἱρετικοὶ εὑρίσκονται κατηγοροῦντες ἑαυτῶν, ὅτι τὸ « μου » ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ « ἅγιον » καὶ τὸ « αἰώνιον » ἁπλῶς δέχονται ὡς ἀγγέλλον ταυτότητα τῆς θείας φύσεως; Ἔπειτα πρὸς τούτοις, οὐ τὴν C ψύχωσιν ἡμῶν πνεῦμα ὠνόμασεν ἐν ταῖς προκειμέναις ἀποδείξεσιν, ἀλλὰ τὸ αὐτοῦ ἅγιον Πνεῦμα. Ἐχόντων γὰρ ἡμῶν τὸ ἴδιον πνεῦμα, [55 *a*] ἐδόθη ἡμῖν καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ. Εἶπε γὰρ ὁ Πατήρ· « Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις· » καὶ ὁ Υἱός· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. » Δῆλον δὲ, ὡς τοῖς ἤδη ἔχουσι τὸ οἰκεῖον ἡμῶν πνεῦμα ἐλέγετο περὶ τοῦ θείκοῦ Πνεύματος. Καθὰ τοίνυν ὁ Υἱὸς Λόγος τοῦ Θεοῦ, υἱικῶς γεννητικός· οὕτω τὸ ἅγιον Πνεῦμα, πνευματικῶς ἐκπορευτικὸν, καὶ οὐ δημιουργικῶς. Καὶ ὡς οὐδεμία παραλλαγὴ οὐσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ δόξης τῷ μονογενεῖ Υἱῷ πρὸς τὸν Θεὸν Πατέρα, διαφορὰ δὲ πᾶσα, εἴ γε θέμις τοῦτο φάναι, πρὸς τὴν κτίσιν· οὕτω καὶ τῷ ἑνὶ θείκῷ Πνεύματι. Τὸ οὖν μηδὲ ἀκούειν τὰ αἱρετικῶν, τοῦ D μὴ καὶ προσιέμενον αὐτὰ ἀκούειν δικαιότερον.

(80) *Primum cœpit.* De Israelitico populo, seu de Jacobi, aut Israelis posteris, non de Jacobo ipso accipienda hæc sunt, ut patet: alioquin manifesto falsum esset quod ait Didymus, etsi verbo λατρεύειν non « adorandi, » sed « sacrificandi » significationem tribueremus.

(81) *Proprietatem.* Ubi Hieronymus lib. *De Spiritu sancto*, num. 26, vertit: « Proprietatem, et, ut ita dicam, familiaritatem, » οἰκείωσιν a Didymo scriptum fuisse puto, ut hoc in loco.

(82) *Hic est.* Matth. III, 17.

(83) *Sermo.* Hæc verba non modo in Vulgata Bibliorum translatione non reperiuntur, sed ne in Græca quidem. Citat vero ea Didymus ex Aggæi cap. II, vers. 5, propterea quod hujusmodi in suis exemplaribus additamentum haberet, ut patet ex segm. 19 *b*, ubi eum locum alias attulit. Ducta fortasse sunt, et illuc translata ex primo versiculo psalmi XLIV, quem de Filio intelligit Tertullianus in libro *adv. Praxeam*, cap. 11: « Distincte, inquit, Pater et Filius demonstrantur, distincte, inquam, non divise, sicut ego profero dictum a Deo: « Eructavit cor meum sermonem optimum. »

(84) *Paravi.* Psal. CXXXI, 18 (seu 17).

(85) *Ex eo quod..... scriptum sit.* Pro τὸ... γεγράφθαι lego τῷ... γεγράφθαι. Legenda quæ Didymus in libro *De Spiritu sancto*, num. 58, de homonymis et synonymis ait.

(86) *Filii.* Psal. IV, 3.

(87) *Hæretici.* Non Eunomianos, sed Macedonii asseclas indicat.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ut identitatem divinæ naturæ enuntiet (88)? Præterea non animationem nostram spiritum nominavit in allatis antea Scripturæ testimoniis, sed Spiritum sanctum suum: nobis enim proprium Spiritum jam habentibus datus est etiam Spiritus Dei. Ait namque Pater: « Nequaquam (89) manebit Spiritus meus in hominibus his; » et Filius: « Accipite (90) Spiritum sanctum. » Porro de divino Spiritu hæc dicta fuisse perspicuum est, cum ad nos pertineant, qui proprium nostrum spiritum jam habebamus. Sicut ergo Filius Verbum Dei filialiter (91) genitus est, ita sanctus Spiritus spiritaliter processit, non vero per creationem: et sicut nulla essentiæ, et potestatis, et gloriæ differentia est in Unigenito Filio, respectu Dei Patris, sed omne discrimen (si ita loqui fas est) in creatura, nempe in assumpta humanitate, consistit: ita ne in divino quidem uno Spiritu ulla est hujusmodi discrepantia. Satius ergo est quæ hæretici effutiunt omnino non audire, quam non ea quidem admittere, sed tamen aures illis adhibere.

ΚΕΦ. Γ'.

Περὶ τοῦ ἐκ διαφόρων ὀνομάτων σημαίνεσθαι τὴν θείαν φύσιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Ὃ δὲ ἐλέγομεν ἐξ ἀρχῆς, δεύτερον μαρτυροῦσι τὰ λόγια, ὅτι διάφορα θεοπρεπῆ ὀνόματά ἐστι τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ, πολλήν τε ἄλλην ἔμφασιν ἐπηρμένην, καὶ σχέσιν ὑπερτέραν πάντων, καὶ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ συνεχῆ, καὶ κρείττονα τῆς πρεπωδεστάτης ἑρμηνείας συνεισφέροντα τοῖς προκειμένοις θεωρήμασι· καὶ ἔτι ἀναπλοῦντα, ἕνια μὲν τὴν θείαν αὐτοῦ φύσιν, ἕνια δὲ τὴν αὐθεντικὴν δύναμιν, καὶ παραμυθούμενα τὴν ἀδυναμίαν ἡμῶν, τὴν περὶ τὸ ἀξίως ἐφικέσθαι αὐτοῦ, ἢ ἑρμηνείᾳ ῥημάτων, ἢ θεωρίᾳ νοῦ, καὶ παῤῥησίαν παρέχοντα, ἀκινδύνως ὁμοούσιον τοῦ Θεοῦ καλεῖν αὐτό, καὶ πιστεύειν τῷ ἁγιασμῷ αὐτοῦ. Καὶ οὐχ εὑρίσκομεν οὐδὲν τῶν ἄλλων πνευμάτων καταξιωθὲν κληθῆναι τοῖς ὀνόμασι τούτοις. Τὸ δὲ μόνως καὶ φύσει ὑπάρχον ταῦτα, οὐδέν ἐστι τῶν πάντων, ἀλλὰ Θεός. Ἔστι δὲ τὰ ὀνόματα τάδε· Πνεῦμα ἅγιον, ὡς πανταχοῦ γέγραπται· Πνεῦμα ἁγιωσύνης, καὶ ἁγιάζον, [553 *b*] ὡς γράφει Ῥωμαίοις « Παῦλος, δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν Γραφαῖς ἁγίαις περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, τοῦ ὁρισθέντος Υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης· » καὶ πάλιν· « Ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἡγιασμένη ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· » καὶ ἑτέρωθι· « Ἡμεῖς δὲ ὀφείλομεν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ Κυρίου, ὅτι εἵλετο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἀπαρχὴν εἰς σωτηρίαν, ἐν ἁγιασμῷ Πνεύματος, καὶ πίστει ἀληθείας. » Πνεῦμα δυνάμεως, καὶ ἀγάπης, καὶ σωφρονισμοῦ, ὡς Παῦλος ἐν δευτέρᾳ Ἐπιστολῇ πρὸς Τιμόθεον ἔγραψεν· « Οὐ γὰρ ἔδωκεν ὑμῖν ὁ Θεὸς

A

123 CAP. III.

Ex diversis Spiritus sancti nominibus divinam ejus naturam colligi.

Ut autem initio (92) diximus, testantur secundo loco divina oracula, varia esse ac diversa Spiritus Dei nomina, divinæ majestati convenientia, quæ non modo allatis antea capitulis, atque animadversionibus sublimem aliam speciem, et emphasim haud modicam conferunt, atque habitudinem, seu relationem supra omnia elevatam, et a Patre ac Filio non disjunctam, et quavis vel magnificentissima interpretatione potiorem ostendunt; verum etiam eorum alia quidem divinam ejus naturam, alia vero propriam ipsius potestatem exprimunt, ac nostram consolantur impotentiam, qui pro me-

B rito illum assequi aut textuum explicatione, aut mentis contemplatione non valemus, et animum nobis addunt, ut eum confidenter ac sine errandi periculo consubstantialem Deo vocemus, et sanctificantem esse credamus. Neque vero ullum ex aliis spiritibus dignum habitum esse invenimus qui his nominibus appellaretur. Ast ille qui unico et singulari modo, et ex natura sua hæc exsistit, non est omnino ex numero aliorum omnium, sed est Deus. Hæc autem sunt ea quæ dixi nomina: Spiritus sanctus, ut passim legitur in Scriptura; Spiritus sanctitatis, et sanctificans, ut scribit ad Romanos: « Paulus (93) servus Jesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis

C sanctis, de Filio suo, qui factus est ex semine David secundum carnem: qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctitatis; » et rursus: « Ut fiat (94) oblatio gentium accepta, sanctificata in Spiritu sancto; » et alibi: « Nos autem (95)

(88) *Enuntiet.* Lego ἀγγέλλον pro ἄγγελον.

(89) *Nequaquam.* Gen. VI, 3.

(90) *Accipite.* Joan. XX, 22.

(91) *Filialiter.* In Græco, υἱικῶς. Quam dictionem nunc primum non cudit Didymus, sed ab aliis antea adhibitam usurpat. Ita in epistola CXXIX Basilii legitur: Τὸν δὲ Υἱὸν, υἱικῶς (εἶναι) Πατέρα, id est, « Filium vero filialiter esse Patrem. » Quæ tamen verba non scripsit Basilius, sed ea affert ipsemet ex quadam epistola, quam ejus adversarii a Basilio ipso ad Apollinarium scriptam finxerant, quæque ab accuratissimis, doctissimisque monachis Maurinis inter epistolas Basilii *ad Apollinarium*, et Apollinarii *ad Basilium* ideo edita non est, quod ejus apographum non invenerint; sed inveni ego in pervetusto codice sæc. X circiter, ac penes me habeo.

D Agitur in ea de voce ὁμοούσιος, et ita incipit: Ἐδεξάμην τὸ γνώρισμα τῆς πίστεως. Concluditur autem his verbis: Οὐχ ὡς ἕτερον ἐν τῷ κοινῷ δεχομένους ἐνοειδῶς, οὔτε ἐν τῷ ἰδίῳ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον (οὐ γὰρ ἐμπεριέχεται τῷ κοινῷ τὸ ἴδιον), ἀλλ' ἑκάτερον ὡς ἓν ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐκπέφηνεν ὁ Θεὸς Λόγος.

(92) *Initio.* Vide postrema verba primi capitis hujus libri, et secundi capitis prima.

(93) *Paulus.* Rom. I, 1-4.

(94) *Ut fiat.* Rom. XV, 16.

(95) *Nos autem.* II Thess. II, 13. Græca editio nunc pro ἀπαρχήν, id est « primitias, » habet ἀπ' ἀρχῆς, id est « ab initio. » Nimirum cum pro ἀπ' ἀρχῆς scribatur etiam ἀπαρχῆς, ut ἐξαρχῆς, et καταρχάς, idcirco facilis fuit mutatio vocis ἀπαρχήν in vocem ἀπαρχῆς. At Vulgatus interpres legit,

Digitized by Google Распознавание текста

debemus gratias agere Deo semper pro vobis, **124** fratres dilecti a Domino, quia elegit vos Deus primitias in salutem, in sanctificatione Spiritus, et fide veritatis ; » Spiritus potestatis, et dilectionis, et castigationis, seu moderationis : sicut Paulus in secunda ad Timotheum Epistola scripsit : « Non enim (96) dedit vobis Deus spiritum servitutis, sed spiritum potestatis, et dilectionis, et emendationis (97) ; » et ad Romanos : « Obsecro (98) autem vos, fratres, per Dominum nostrum Jesum Christum, et per charitatem Spiritus ; » et alibi : « Fructus (99) autem Spiritus est charitas, gaudium, pax. » Cui simile est illud : « Deus (1) charitas est ; » et illud alterum : « Transtulit (2) in regnum Filii dilectionis suæ ; » et illud : « Sicut (3) Christus dilexit Ecclesiam ; » et rursus illud : « Filii (4) Dei, qui dilexit me. » Simile est etiam illud : « Amodo (5) videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Patris ; » et illud : « Ego (6) cognovi virtutem exeuntem ex me. » Spiritus sapientiæ et intelligentiæ, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiæ et pietatis, Spiritus timoris Dei, Spiritus judicii et combustionis : sicut Isaias propheta eum vocat (7) ; et sicut Sapientia dicit : « Benignus (8) enim Spiritus sapientiæ ; » et sicut Moyses in Exodo disserit : « Ecce (9) vocavit Deus ex nomine Beseleel filium Uri, filium Or (10), de tribu Juda, et implevit eum Spiritu divino sapientiæ et intelligentiæ, et scientiæ ; » et secundum Baruch : « Dereliquit (11) fontem sapientiæ ; » et ut Proverbia docent : « Deus (12) sapientia fundavit terram, paravit autem cœlos in prudentia. » Quo modo de Deo Patre Isaias inquit : « Ipse (13) Sapiens duxit super ipsos mala ; » de Unigenito autem Paulus dixit : « Christus (14) Dei virtus, et Dei **125** sapientia ; » et alius (15) : « Benedicam Dominum Didymus ; vertit enim « primitias. » Eodemque modo legit ipse Didymus in libro *De Spiritu sancto* num. 53, ubi hæc exstant : « Et nunc in præsenti [*codex noster* : ex præsenti] Pauli testimonio largitor sanctificationis ostenditur, in eo quod ait : « Debemus autem et nos [*vocule*, et nos, *desunt in nostro codice*] gratias agere Deo... quia elegit Deus nos [*legendum fortasse*, vos] primitias in salutem... » Nam et in hoc loco charismata Dei subintelliguntur [*codex noster*, superintelliguntur] in Spiritu, » etc.

A πνεῦμα δουλείας, ἀλλὰ Πνεῦμα δυνάμεως, καὶ ἀγάπης, καὶ σωφρονισμοῦ · » καὶ πρὸς Ῥωμαίους · « Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος · » καὶ ἑτέρωθι · « Ὁ δὲ καρπὸς τοῦ Πνεύματός ἐστιν ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη · » ὅμοιον τῷ, « Ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστὶ, » καὶ τῷ, « Μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ. » Καὶ, « Καθὼς ὁ Χριστὸς ἠγάπησε τὴν Ἐκκλησίαν · » καὶ πάλιν · « Τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀγαπήσαντός με · » ὅμοιον καὶ τῷ, « Ἀπάρτι ὄψεσθε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως τοῦ Πατρὸς, » καὶ τῷ, « Ἐγὼ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἐξ ἐμοῦ. » Πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως· Πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος· Πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας· Πνεῦμα φόβου B Θεοῦ · Πνεῦμα κρίσεως καὶ καύσεως, ὡς Ἡσαΐας προφητεύει · καὶ ὡς ἡ Σοφία λέγει · « Φιλάνθρωπον γὰρ Πνεῦμα σοφίας · » καὶ ὡς Μωϋσῆς ἐν τῇ Ἐξόδῳ διηγεῖται · « Ἰδοὺ ἀνακέκληκεν ὁ Θεὸς ἐξ ὀνόματος τὸν Βεσελεὴλ τὸν τοῦ Οὐρὶ, [56 *a*] τὸν τοῦ Ὢρ, ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ ἐνέπλησεν αὐτὸν Πνεῦμα θεῖον σοφίας, καὶ συνέσεως, καὶ ἐπιστήμης · » καὶ κατὰ τὸν Βαρούχ · « Ἐγκατέλιπε τὴν πηγὴν τῆς σοφίας · » καὶ ὡς αἱ Παροιμίαι διδάσκουσιν · « Ὁ Θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, ἡτοίμασεν δὲ οὐρανοὺς ἐν φρονήσει · » καθὰ περὶ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς Ἡσαΐας εἶπεν · « Αὐτὸς σοφὸς ἦγεν ἐπ' αὐτοὺς κακά. » Περὶ δὲ τοῦ Μονογενοῦς Παῦλος ἔφη · « Χριστὸς, Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία · » καὶ ἄλλος · « Εὐλογήσω τὸν Κύριον τὸν συνετίσαντά με. » Πνεῦμα πραότητος, C καθὰ Παῦλος νουθετεῖ Γαλάτας · « Ἀδελφοί, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν Πνεύματι πραότητος. » Πνεῦμα παιδείας, τοῦτ' ἔστι σοφίας. Ἡ γὰρ Σοφία λέγει · « Πνεῦμα παιδείας φεύξεται δόλον, καὶ ἀπαναστήσεται ἀπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων. » Πνεῦ-

(96) *Non enim.* II Tim. I, 7. In Græcis Bibliis omittitur vox πνεῦμα secundo loco, et pro δουλείας legitur in illis δειλείας, id est « timoris. »

(97) *Emendationis.* Aut, « sobrietatis, » ut vertit Vulg. interpres.

(98) *Obsecro.* Rom. XV, 30.

(99) *Fructus.* Galat. V, 22.

(1) *Deus.* I Joan. IV, 8.

(2) *Transtulit.* Coloss. I, 13.

(3) *Sicut.* Ephes. V, 25.

(4) *Filii.* Galat. II, 20.

(5) *Amodo.* Matth. XXVI, 64. Græca editio habet ἀπ' ἄρτι pro ἀπάρτι, quod idem est. At præterea omittit vocem Πατρός, id est « Patris. » Vulgatus int. pro Πατρός legit Θεοῦ, id est « Dei, » ut et Marc. XIV, 62. Græca vero editio utrobique utramque vocem omittit. Vocem autem Θεοῦ habet Luc. XXII, 69, ubi eadem repetitur sententia.

(6) *Ego.* Luc. VIII, 46, ubi Græca editio habet ἀπ ἐμοῦ pro ἐξ ἐμοῦ.

(7) *Vocat.* Ex Isa. XI, 2 et 3, et IV, 4.

(8) *Benignus.* Sap. I, 6. Græca editio pro σοφίας habet σοφία, id est « sapientia. » At Vulg. interpres ac Didymus et hic, et in libro *De Spiritu sancto*, legit « sapientiæ. » Ita enim habet num. 58 : « Benignus siquidem est [*voculam*, est, *omittit codex noster ms.*] Spiritus sapientiæ. »

(9) *Ecce.* Exod. XXXV, 28. 29 (seu 30, 31).

D (10) *Filium Or.* Græca Biblia, υἱοῦ Ὢρ, id est « filii Or. » Compl. ed. Exod. XXXI, 2, habet Ὢρ, seu « Hor. » Quæ lectio, sive pronuntiatio Hebr. exemplari consentit, in quo nomen « Hor, » vel « Hur » scribitur cum littera ה, cui litteræ nihil melius in Græco respondere potest, quam densus spiritus.

(11) *Dereliquit.* Baruch. III, 7 (ap. Vulg. 12). Græca editio habet ἐγκατέλεπες, id est « dereliquisti. »

(12) *Deus.* Proverb. III, 19. Hunc versiculum etsi ad Spiritum sanctum hic referat, ad Filium tamen refert tum segm. 166 *a*, tum in catena in *Jobum* a Peltano translata, pag. 81.

(13) *Ipse.* Isa. XXXI, 2. Græca ed. σοφως, id est, « sapienter, » pro σοφός, id est, « sapiens. »

(14) *Christus.* I Cor. I, 24. Sed Biblia hæc efferunt quarto casu, ut Didymus ipse alibi.

(15) *Alius.* Nempe Psaltes in psalmo XV, vers. 7. Biblia Græca habent συνετήσαντα.

Digitized by Google Распознавание текста

μα υἱοθεσίας, ὡς Παῦλος τὸ πρῶτον Ῥωμαίοις ἐπ- A minum, qui tribuit intellectum mihi. » Spiritus
έστειλεν· « Ὅσοι γὰρ Πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοι mansuetudinis; sicut Paulus Galatas monet: « Fra-
υἱοὶ Θεοῦ εἰσιν. Ὅτι γὰρ ἐλάβετε Πνεῦμα υἱοθεσίας, tres (16), et si præoccupatus fuerit homo in aliquo
ἐν ᾧ κράζομεν, Ἀββὰ ὁ Πατήρ, αὐτὸ τὸ Πνεῦμα delicto, vos, qui spiritales estis, talem instruite in
συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα Spiritu mansuetudinis. » Spiritus disciplinæ, id est,
Θεοῦ. » Πνεῦμα ἐπαγγελίας, κατὰ τὸν αὐτὸν ἀπόστο- sapientiæ. Nam Sapientia inquit: « Spiritus (17) dis-
λον, Ἐφεσίοις γράφοντα· « Ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες, ciplinæ fugiet dolum, et recedet a cogitationibus
ἐσφραγίσθητε τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ, stultis. » Spiritus adoptionis; sicut Paulus pri-
ὅς ἐστιν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν· » καὶ πρὸς mum (18) Romanis scripsit: « Quicunque (19) enim
Γαλάτας· « Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας Spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. Quod enim
τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. Γέγραπται accepistis Spiritum adoptionis, in quo clamamus,
γάρ· Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου· Abba (Pater); ipse Spiritus testimonium reddit
ἵνα εἰς τὰ ἔθνη ἡ εὐλογία τοῦ Ἀβραὰμ γένηται ἐν spiritui nostro, quod sumus filii Dei. » Spiritus
Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πνεύματος promissionis; juxta eumdem Apostolum Ephesios
λάβωμεν διὰ τῆς πίστεως. » Πνεῦμα πίστεως καὶ ita scribentem: « In quo (20) credentes signati
ἀποκαλύψεως, κατὰ τὸν αὐτὸν, Κορινθίοις δηλοῦντα B estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæ-
ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἐπιστολῇ· « Ἔχοντες [56 *b*] δὲ τὸ reditatis nostræ; » et ad Galatas: « Christus (21)
αὐτὸ Πνεῦμα τῆς πίστεως· » καὶ πάλιν· « Ἡμῖν δὲ nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis
ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. » maledictum; scriptum est enim: Maledictus omnis
Ὁμοίως οὖν Ῥωμαίοις ἐδήλωσεν· « Πιστὸς ὁ Θεὸς, qui pendet in ligno: ut in gentibus benedictio
δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ· » καὶ Abrahæ fieret in Christo Jesu, ut pollicitationem
τῷ ὑπὸ Μωϋσέως ἐν τῷ Δευτερονομίῳ λεχθέντι· « Καὶ Spiritus accipiamus per fidem. » Spiritus fidei et
γνώσῃ σήμερον, ὅτι Κύριος ὁ Θεός σου, οὗτος Θεὸς ὁ Θεὸς revelationis, juxta eumdem, qui in secunda ad Co-
ὁ πιστός· » καὶ τῷ Ψάλλοντι· » Πιστὸς Κύριος ἐν πᾶσι rinthios Epistola ita eum manifestat: « Habentes (22)
τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καὶ ὅσιος ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. » autem eumdem Spiritum fidei; » et rursus:
« Nobis (23) autem Deus revelavit per Spiritum suum. » Simile quid porro significavit Romanis:
« Fidelis (24 Deus, per quem vocati estis in communionem Filii ejus. » Simile itidem est quod a
Moyse in Deuteronomio dictum fuit: « Et cognosces (25) hodie, quod Dominus Deus tuus hic Deus
Deus fidelis. » Et quod a Psalte canitur: « Fidelis (26) Dominus in omnibus sermonibus suis, et san-
ctus in omnibus operibus suis. »

Πνεῦμα ἡγεμονικὸν, Πνεῦμα εὐθὲς, κατὰ τὸν C Spiritus principalis (27) seu gubernans, Spiritus
Δαυὶδ ἐν τῷ ν' ἐξομολογούμενον. Ὁμοίως τῷ Ψάλ- rectus, **126** quemadmodum David in L psalmo (28)
λοντι ἐν λβ'· « Ὅτι εὐθὴς ὁ Λόγος τοῦ Κυρίου, confitetur. Similique modo tum Psaltes in **127** XXXII

(16) *Fratres.* Galat. VI, 1.
(17) *Spiritus.* Sap. I, 5.
(18) *Primum.* Cur τὸ πρῶτον, id est « primo, » dixerit, divinare non ausim, cum una tantum sit Pauli Epistola ad Romanos. An eam ante alias tredecim scriptam putavit Didymus? An ideo ait, « primo, » quod similia legantur in Ep. ad Gal. IV, 5, 6. An vero aliquid a librario omissum conjiciemus?
(19) *Quicunque.* Rom. VIII, 14-16. Græca editio pro Ὅτι γὰρ ἐλάβετε, et reliquis, habet οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε, et cætera. Quo modo legit et theologus noster segmm. 74 *b* et 216 *b*. Passionelianum vero codicem D vitio hic non carere verisimile est. Nam primum etsi Didymus capitulum hocce detruncando breviare voluisse putetur, valde durum tamen est illud, ὅτι γάρ· deinde ubi una eademque vox bis occurrat, ut dictio ἐλάβετε hoc in loco, contingit non raro ut librarii a priore ad alteram, intermediis omissis, desiliant.
(20) *In quo.* Ephes. I, 13, 14.
(21) *Christus.* Galat. III, 13, 14.
(22) *Habentes.* II Cor. IV, 13.
(23) *Nobis.* I ad Cor. II, 10.
(24) *Fidelis.* Non in Epist. ad Romanos, sed in I ad Cor. I, 9, hæc exstant, ex qua Didymus ipse ea citavit segm. 40 *a*.
(25) *Et cognosces.* Deut. VII, 9. In Gr. edit. deest vox σήμερον, id est « hodie. »
(26) *Fidelis.* Psal. CXLIV, 14 (seu 13).
(27) *Principalis.* Hac dictione utuntur veteres, ut Græcam ἡγεμονικὸς Latine vertant. Itaque Tertullianus in libro *De anima*, cap. 15, sic loquitur: « Summus in anima gradus,... quod ἡγεμονικὸν appellant, id est principale. » Et cap. 13: « Dispicere superest, principalitas ubi sit, id est, quid cui præest; » et in libro *adv. Hermogenem*, cap. 4: « Quid principale, nisi quod super omnia? nisi quod ante omnia, et ex quo omnia? » Alia ex aliis scriptoribus loca afferre supervacaneum est. Unum duntaxat ex Irenæi libro III *adv. hæres.*, cap. 3, placet adjungere. Ibi hæc leguntur: « Ad hanc enim Ecclesiam (nempe ad Romanam) propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique, fideles: » ubi plerique codices mss. pro « potiorem » habent « potentiorem. » Clericus nullo alio argumento innixus, quam suo in sedem Romanam odio, interpretem ait vertere debuisse, « propter potiorem antiquitatem. » Salmasius vero, ac Massuetus pro « principalitatem » putant Irenæum Græce scripsisse πρωτεῖον, id est « primatum: » nempe Salmasius quidem ἐξαίρετον πρωτεῖον, Massuetus vero ὑπέρτερον πρωτεῖον. Sed quomodo Irenæus scripserit, tandiu certo statui non poterit, quandiu Græcum ejus exemplar in lucem non proferetur. Attamen si post binos hosce doctissimos viros mihi dicere licet quod sentio, Irenæum potius voce ἡγεμονίαν usum crediderim, quam voce πρωτεῖον. Veteribus enim translatoribus Græca ad verbum fere vertentibus solemne est, ut ubi in vocem ἡγεμονίαν et ἡγεμονικὸν incidunt, « principalitatem » vertant, et principale
(28) *In* L *psalmo.* Vers. 13 et 14.

Digitized by Google Распознавание текста

psalmo ait : « Quia (29) rectum est Verbum Domini, et omnia opera ejus in fide ; » tum Moyses inquit : « Rectus (30) Dominus Deus noster, et non est iniquitas in eo. » Spiritus gratiæ, sicut Apostolus Hebræis scribit : « Qui (31) Filium Dei conculcaverit, et Spiritui gratiæ contumeliam fecerit. » Atqui idem apostolus Leone I, « sub confirmationis verbo ratihabitionem eorum, quæ contra voluntatem legatorum acta fuerant; » ac sextam synodum in synodica epistola Agathoni pontifici hæc scripsisse : « Quam (doctrinam) ut iterum per honorabilia rescripta confirmetis, vestram rogamus paternam sanctitatem. » Qui pag. 231, ait Innocentium III, « ex persuasione contraria sacræ Scripturæ, toti antiquitati, conciliorum definitionibus, et observantiæ universalis Ecclesiæ » scripsisse hæc verba : « Majores Ecclesiæ causas, præsertim articulos fidei contingentes, ad Petri sedem referendas, » etc.; quamvis multis ante sæculis ad Afros S. Innocentius I, rescripsisset in hunc modum : « Ut quidquid quamvis de disjunctis remotisque provinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad hujus (nempe Romanæ) sedis notitiam perveniret, ut tota hujus auctoritate quæ fuerit justa sententia firmaretur. » Qui, cum Cyprianus nonnullos Romam navigaturos, postquam « in Urbe (id est Romæ) schisma factum erat, » hortatus sit, « ut Ecclesiæ catholicæ matricem et radicem agnoscerent, ac tenerent, » fidenter affirmat pag. 185 non ita Cyprianum intelligendum esse, ut Romanam Ecclesiam vocet « Ecclesiæ catholicæ matricem et radicem, » sicut interpretes arbitrati sunt, sed « Ecclesiæ catholicæ matricem et radicem » nihil aliud esse, quam unitatem catholicam, eo quod alibi Ecclesiam catholicam vocet « matricem » Cyprianus : quasi vero aut idem sit « matrix » simpliciter, atque « Ecclesiæ catholicæ matrix et radix; » aut supervacaneum non fuerit Christianos homines hortari, ut unitatem catholicam, quam ex Symbolo jamdiu norant, « agnoscerent; » aut quasi in libro *De unitate Ecclesiæ* aperte non docuerit Cyprianus, « unitatis ejusdem originem ab uno » Petro « incipere, ac super illum unum ædificatam esse Ecclesiam. » Qui demum, cum hæc in suo « singulari libro » scripserit, ut alia omittam, sibimet ipse blanditur, ac bibliopolam initio sic loquentem inducit : « Postquam prima hujus Operis editio insolita celeritate exhausta esset, » etc. Sed inflantur et pueri calceis novis, ut ille ait; nemo autem ignorat, nostro sæculo (proh dolor!) perversos atque adeo exitiosissimos libros brevi tempore iterum, ac tertio, aut sæpius typis mandari : ut in Helvetii opere, et fœdissimis, maximeque impiis libellis, qui Voltairii nomine clam venditantur, contigisse nuper vidimus, dum interim tot sanctorum Patrum, tot doctissimorum theologorum, jurisconsultorum ac philosophorum opera vix semel uno sæculo imprimuntur. Ut enim recte inquit Hieronymus, « multo pars major est Milesias fabulas revolventium, quam Platonis libros. » Sed jam ad ἀπροσδιόνυσα digressus sum, et currente rota, dum urceum facere cogito, amphoram finxit manus. Vide notas ad segm 78 *b*.

(29) *Quia.* Psal. XXXII, vers. 4. Complut. editio, εὐθύς.

(30) *Rectus.* Deut. XXXII, 4, legitur Θεὸς πιστὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ· δίκαιος καὶ ὅσιος ὁ Κύριος. Hæc tametsi iis similia sint quæ Didymus affert, non sunt tamen plane eadem. At eadem plane invenies in psalmo XCI, vers. 15.

(31) *Qui.* Hebr. X, 29. Plura omittit intermedia. In lib. *De Spiritu sancto*, num. 4, 16 et 63, simili modo accipit Pauli verba; nam num. 4 hæc habet : « Denique qui communione ejus fruuntur, participes dicuntur Spiritus sancti, sanctificati uti-

A καὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πίστει· » καὶ τῷ Μωϋσεῖ λέγοντι· « Εὐθὴς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. » Πνεῦμα χάριτος, καθὰ ὁ Ἀπόστολος Ἑβραίοις ἐπιστέλλει· « Ὁ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας. » Καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς ἔγραψε, περὶ μὲν τοῦ

« principale. » ut jam dixi. Ita apud Irenæum ipsum lib. III, cap. 11, ubi vetus interpres habet, « et principale, et regale, » Græcus Irenæi textus habet καὶ ἡγεμονικὸν, καὶ βασιλικόν. Et paulo post ubi legitur « principalem, » Græce Irenæus dixit ἡγεμονικήν. Ultra autem lectio, ὑπέρτερον πρωτεῖον, id est « superiorem primatum, » an ὑπερτέραν ἡγεμονίαν, probabilior sit, et Græcis auribus melius sonet, judicent qui in Græcis Patribus versati sunt. Equidem neque ὑπέρτερον πρωτεῖον, id est « superiorem primatum » legerem, nec ἐξαίρετον πρωτεῖον, id est « eximium primatum. » Quod si voce ἡγεμονίαν usus est Irenæus, « principalitatis » vocabulum ibi non primatum duntaxat, sed rectionem gubernationemque totius Ecclesiæ significat. Itaque quod ait David, « Spiritus principalis, » a Didymo in comment. *in Psalmos* ad vers. 13 psalmi L dicitur ἄρχον καὶ ἡγεμονεῦον, id est « imperans et gubernans. » Ac Romanam Ecclesiam Cyprianus quoque, epist. 55, vocat « Ecclesiam principalem. » Hoc ergo sibi vult Irenæus : « Ad Romanam Ecclesiam διὰ τὴν ὑπερτέραν ἡγεμονίαν, » id est « propter superiorem, qua potitur, gubernationem necessario convenire debere omnem Ecclesiam. » Lectionem interpretationemque meam parvi forsitan facies, Justine Febroni : quo enim alio te nomine compellem, nescio, nisi eo quod ipsemet ementitus es. At nihil nos ejus clamoribus commovemur, qui etsi in Romano episcopo primatum agnoscat, tam angustis tamen limitibus auctoritatem illi a Christo collatam coercet, ut eam pene ad nihilum redigere, ac omnem fere universalis Ecclesiæ administrationem ei adimere videatur. Qui summo Pontifici Clementi XIII volumen inscribens, « primum in terris Christi vicarium » eum appellat, quasi alius in terris sit Christi vicarius eo sensu, quo talis est successor Petri. Qui morem illum, quo nunc episcopi, sui nominis, et honoris auctorem agnoscentes, semetipsos « Dei, et apostolicæ sedis gratia episcopos » vocare solent, « sæculo XIV, necdum usitatum » fuisse confidenter asseverat pag. 257 secundæ editionis; quamvis anno 1270 Auximatium episcopus sanctus Benvenutus (tom. V *Annal. Camaldul.*, pag. 213 Append.) eo se titulo appellaret, dum ita exordiebatur : « Benvenutus Dei et apostolica gratia Auximanus episcopus : » et mox adderet : « Auctoritate Dei, et apostolicæ sedis, et B. Leopardi : » Eodem autem sæculo XIII similem titulum sumpserit Gerardus archiepiscopus Nicosiensis, ut videre licet tom. XV *Conciliorum*. Qui pag. 258 hac ipsa formula, « Dei, et sanctæ sedis gratia, » primos in Gallia annis 1351 et 1365 usos esse archiepiscopos ait, ob « ea jura, quæ archiepiscopali Pallio annectere pontificibus visum est : » quamvis nec S. Benvenutus, nec urbis nostræ Febronio invisæ antistes anno 1343 archiepiscopus foret, sed episcopus, ac Beltraminus tamen eo anno « Dei, et apostolicæ sedis gratia episcopus Bononiensis » vocetur in monumento, quod exstat pag. 387 Appendicis ad librum Bononiæ impressum, qui inscribitur : *Memorie istoriche concernenti le due Canoniche di S. Maria di Reno e di S. Salvatore.* Et in App. tom. V *Annal. Camald.*, pag. 513. Thomas episcopus Forolivien. an. 1335 eodem modo loquatur. Qui pag. 203 ex *Pithœo* statuit, « octo primis sæculis nullius synodi et decretorum ejus confirmationem a sede Romana postulasse » episcopos; pagina vero 388 sententiæ ipsemet suæ circumscriptor synodum Chalcedonensem « petiisse » ait

B

C

D

Digitized by Google Распознавание текста

πατρός· « Χάριτι Θεοῦ εἰμὶ ὅ εἰμι, καὶ ἡ χάρις αὐτοῦ ἡ εἰς ἐμέ· » περὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ· « Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Πνεῦμα ἀληθείας, ὡς Ἰωάννης ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος εὐαγγελίζεται· « Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολὰς τὰς ἐμὰς τηρήσατε· κἀγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα ᾖ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας· » καὶ πάλιν ἐν τῇ πρώτῃ αὐτοῦ Ἐπιστολῇ· « Καὶ τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ μαρτυροῦν, ὅτι τὸ Πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια· » ὁμοιότροπον τοῦ εἰπεῖν τὸν Υἱόν· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. » Πνεῦμα θεῖον, καὶ πνοὴ Παντοκράτορος, καὶ φιλάνθρωπον, κατὰ τὴν γραφὴν Ἰὼβ, καὶ τὴν πρὸ ὀλίγων στιχιδίων ἐν τῷ κεφαλαίῳ τούτῳ μνημονευθεῖσαν Μωϋσέως. Ἀνεφημίθη καὶ φῶς, τὸ ἅγιον Πνεῦμα [57 *a*], ἐν ᾧ καὶ ὑφ' οὗ φωτιζόμεθα, ὡς ἡνίκα ὁ Ἀπόστολος γράφει· « Ἵνα δῴη ὑμῖν Πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως, ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ, πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας· » καὶ ὡς Δαυὶδ ψάλλει· « Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς· ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς· » τοῦτ' ἔστιν, Ἐν τῷ Υἱῷ σου, τῷ ἀπαυγάσματι τῆς δόξης σου, τὸ ἅγιόν σου Πνεῦμα. Καὶ, « Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε. » Τί γὰρ ἂν εἴη ἄλλο τὸ Πνεῦμα, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἢ ἐκ τοῦ φωτὸς ἐκπορεύεται; περὶ οὗ Ἰωάννης ὕμνησεν ἐν μὲν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ· « Φῶς ὁ Θεός· » ἐν δὲ Εὐαγγελίῳ περὶ τοῦ Μονογενοῦς· « Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον· » καὶ, « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς, ἐγώ εἰμι ἡ ζωή. » Οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ ἓν ὂν, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχον, διαφόροις προσηγορίαις δοξάζεται. Τῷ γὰρ ἀπερίληπτον εἶναι θνητῶν λόγων τὴν ἄφραστον αὐτοῦ θεότητα, κατὰ δύναμιν τὰς εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς γινομένας ἐνεργείας ὑμνοῦντες, διαφόροις καὶ τοῖς ὀνόμασι προσχρώμεθα.

A lus scripsit de Patre quidem: « Gratia (32) Dei sum id quod sum, et gratia ejus, quæ est in me; » de Filio autem: « Gratia Domini (33) nostri Jesu Christi. » Spiritus veritatis; sicut Joannes ex persona Salvatoris ait in Evangelio: « Si diligitis (34) me, mandata mea servate: et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut sit vobiscum in æternum, Spiritum veritatis; » et rursus in prima Epistola: « Et Spiritus (35) est qui testificatur; quoniam Spiritus est veritas. » Id autem simile est ei, quod ait Filius: « Ego (36) sum veritas. » Spiritus divinus, et afflatus (37), sive spiratio Omnipotentis, et benignus, vel homines amans, juxta phrasim Jobi (38) et Moysis locutionem, quæ in hoc capite ante paucos versiculos (39) commemorata est. Dictus B etiam fuit lux Spiritus sanctus, in quo et a quo illuminamur: sicut cum Apostolus scribit: « Ut det (40) vobis Spiritum sapientiæ et revelationis, in agnitione ejus, illuminatos oculos cordis; » et sicut David psallit: « Quoniam (41) apud te est fons vitæ: in lumine tuo videbimus lumen, » id est, in Filio tuo (42), qui est splendor gloriæ tuæ, sanctum tuum Spiritum videbimus. **128** Et: « Signatum (43) est super nos lumen vultus tui, Domine. » Quid enim aliud esse potest Spiritus, qui a Patre, aut ex lumine procedit? de quo Joannes ipsum laudans inquit in prima Epistola: « Lux est (44) Deus; » in Evangelio autem de Unigenito ait: « Erat (45) lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum; » et: « Ego (46) sum lux, ego sum C (47) vita. » Nihil autem mirum est, si, cum sit unus, et semper eodem modo se habens, diversis denominationibus glorificatur. Nam quia mortalium sermones ineffabilem ejus deitatem assequi, ac veluti comprehendere nequeunt, nos, dum pro viribus diversas ejus operationes in nobismetipsis facias celebramus, diversis etiam nominibus utimur.

que ab eo. Perspicue enim scriptum est: « Et Spiritui gratiæ contumeliam faciens: » haud dubium quin is, qui post susceptionem ejus peccaverit. Si autem sanctificatus est per communionem Spiritus sancti, ostenditur, » etc. Codex vero noster paulo aliter habet, nempe: « Denique.... sanctificati utique ab eo, ut perspicue scriptum est: « Et Spiritui gratiæ contumeliam faciens, in quo sanctificatus est: » haud dubium quin » et cætera. Numero autem 16: « Nam et ipse Spiritus dictus est gratia, secundum illud: « Et Spiritui gratiæ injuriam [*codex noster*, contumeliam] faciens, in quo sanctificatus est. » In Zacharia quoque, » et reliqua. Demum num. 63: « Nec ulla misericordia, et venia reservabitur illi, « qui conculcaverit Filium Dei, et injuriam [*cod. noster*, et contumeliam] fecerit Spiritui gratiæ ejus, in quo sanctificatus est. »

(32) *Gratia.* I Cor. xv, 10.

(33) *Gratia Domini.* Rom. xvi, 20, et alibi.

(34) *Si diligitis.* Joan. xiv, 15-17. Græca editio: Καὶ ἐγὼ ἐρωτήσω· et: Ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν.

(35) *Et Spiritus.* I Joan. v, 6.

(36) *Ego.* Joan. xiv, 6.

(37) *Afflatus.* Ita vocem πνοὴ vertendam esse vult Tertullianus lib. II *contra Marcionem*, cap. 9. Vulgatus int. habet « spiraculum » tum Gen. II, 7, tum in Jobi loco hic citato.

(38) *Jobi.* Cap. XXXIII, 4. Vide etiam Sap. I, 6.

(39) *Versiculos.* Nimirum segm. 56 *a* Exodi locum attulit ex cap. XXXI, vers. 2, ubi Spiritus dicitur « divinus. »

(40) *Ut det.* Epnes. I, 17 et 18. Vulgatus interpres legit ut Didymus. At Græca editio pro καρδίας, id est « cordis, » habet διανοίας, id est « mentis. »

(41) *Quoniam.* Psal. XXXV, 10.

(42) *In Filio tuo.* Eodem modo illa psalmi verba interpretatur Alexander Alexandrinus in epistola Encyclica, quam sæpius commemoravi (pag. 19 tom. II *Concilior.* edit. Venetæ). Origenes vero libro I *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 1, paulo aliter, nempe de Filio, et Patre, ea accipit. « Tale est ergo (inquit) quod dicitur, « In lumine tuo videbimus lumen: » hoc est, in Verbo, et Sapientia tua, qui est Filius tuus, in ipso te videbimus Patrem. »

(43) *Signatum.* Psal. IV, 7.

(44) *Lux est.* I Joan. I, 5. Græca editio: Ὁ Θεὸς φῶς ἐστι.

(45) *Erat.* Joan. I, 9.

(46) *Ego.* Joan. VIII, 12.

(47) *Ego sum.* Joan. XIV, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Qui vero Macedonii dogma profitentur, de sua ipsorum hæresi magis quam de veritate (48) solliciti, nihil vident, quod his consentaneum sit, quæ divina docent oracula. Nam his ipsis verbis (49) summatim (50) blaterones isti nugantur. Attendendas non esse aiunt homonymias, aut synonymias, aut locutionum similitudines (51). Ubi enim Deo, inquiunt, Scriptura tribuit nomen hoc « Bonus, » ibi statim additur, « unus Deus (52). » At vero ubi de Spiritu sancto sermonem habet, nomini « Bonus » non adjungit ea verba, « unus Deus. » Præterea bonus, inquiunt, dictus est etiam homo a Scriptura, ut cum ait : « Benefac (53), Domine, bonis ; » et : « Bonus (54) homo de bono thesauro profert bona. » Similiter autem bona, inquiunt, homonyme dicuntur etiam inanimata : ut cum ait propheta : « Si volueritis (55) **129** et audieritis me, bona terræ comedetis. » Quin etiam de rebus non subsistentibus dictum est, eas esse bonas ; ut in iis verbis : « Bonum (56) est confiteri Domino. » Similiter sanctus, inquiunt, vocatur etiam homo. Ac potentia Dei, inquiunt, vermis, quoque dictus fuit : qua ratione scribit Joel, « Eruca (57) potentia mea magna. » Salvator autem : « Potestates (58) cœlorum commovebuntur. » At hoc quidem (quod nempe homonymias et locutionum similitudines attendere non oporteat) quamvis in iis valeat, quorum alia alterius generis sunt, alterinsque substantiæ ; non valet tamen in Spiritu sancto, nec in illo, cujus ipse est Spiritus, ac ne in Filio quidem. Scriptura enim quando homonymiis aut synonymiis hisce utitur, voces « meus, » aut « tuus, » aut « sanctus, » aut « bonus, » simul adjungit, ut genuinum suarum locutionum sensum in tuto ponat. Nimirum aut ex persona Dei dicit, « Spiritus meus, » aut ex persona Davidis, et nostra : « Spiritus (59) tuus bonus deducet me. » Sed iis credere oportet, quibus multo utilius creditur, commemoratis nempe Scripturæ testimoniis : ac illud nosse opus

Οἱ δὲ τὸ Μακεδονίου πρεσβεύοντες δόγμα, τῆς αἱρήσεως αὐτῶν μᾶλλον ἢ τἀληθοῦς γινόμενοι, οὐδέν τι συμβαῖνον τοῖς τῶν λογίων βλέπουσιν. Συναρπακτικῶς γὰρ μυθεύονται ῥήμασιν αὐτοῖς, ὡς Οὐ χρὴ ὁμωνυμίαις, ἢ συνωνυμίαις, ἢ ὁμοιολεξίαις προσέχειν. Τοῦ γὰρ Θεοῦ, φησὶν, τὸ « Ἀγαθὸς » ὄνομα, τῷ « εἷς Θεὸς » συμπέπλεκται· ἐπὶ δὲ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τῷ « Ἀγαθὸς » ὀνόματι οὐ συνέζευκται τὸ « εἷς Θεός. » Καὶ πάλιν· Ἀγαθὸς, φησὶν, ἐγράφη εἶναι καὶ ἄνθρωπος, ὡς ἡνίκα λέγει· « Ἀγάθυνον, Κύριε, τοῖς ἀγαθοῖς· » καὶ, « Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει ἀγαθά. » Ὁμοίως δὲ, [57 *b*] φησὶν, ἀγαθὰ ὁμωνύμως καὶ ἄψυχα· ὡς ὅταν προφητεύῃ· « Ἐὰν θελήσητε καὶ ἀκούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. » Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἀνυποστάτων δῆθεν πραγμάτων εἴρηται· « Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ. » Ὁμοίως ὁ ἅγιος, φησὶ, καλεῖται καὶ ἄνθρωπος. Δύναμίς τε Θεοῦ, φησὶ, καὶ σκώληξ, ᾗ γράφει· « Ἡ κάμπη, ἡ δύναμίς μου ἡ μεγάλη· » καὶ ὁ Σωτὴρ δέ· « Αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται· » καὶ τοῦτο μὲν (φημὶ δὲ τὸ μὴ προσέχειν ὁμωνυμίαις καὶ ὁμοιολεξίαις) λόγον ἔχει ἐπὶ τοῖς ἑτεροειδέσιν καὶ ἑτεροουσίοις, οὐ μέντοι ἐπὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ἐκείνου οὗ Πνεῦμά ἐστιν, ἔτι μὴν καὶ τοῦ Υἱοῦ. Προστιθεῖσα γὰρ ἡ Γραφὴ τὴν ἀπὸ ἑαυτῆς ἀσφάλειαν ταῖς ὁμωνυμίαις ἢ συνωνυμίαις συμφράζει τὴν « μοῦ » ἢ « σοῦ » συλλαβὴν, ἢ τὴν « ἅγιος » ἢ « ἀγαθὸς » λέξιν· τοῦτ' ἔστιν, ἢ ὡς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ λέγει, « Τὸ πνεῦμά μου· » ἢ ὡς ἀπὸ τοῦ Δαυὶδ καὶ ἡμῶν· « Τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με. » Πείθεσθαι οὖν δεῖ οἷς πολλῷ λυσιτελέστερον, ταῖς μνημονευθείσαις γραφικαῖς μαρτυρίαις λέγω, καὶ εἰδέναι, ὡς τὸ ἅγιον Πνεῦμα τὴν ὁμωνυμίαν ἢ συνωνυμίαν καὶ τὰς ὁμοιολεξίας πρὸς τὸν Θεὸν ἔχει, καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν, τοὺς τοῖς ὁμοίοις ὀνόμασιν ὑμνηθέντας, οὐ πρὸς τὰ κτίσματα διὰ τὴν εὑρισκομένην ἔσθ' ὅτε ἐν ἐκείνοις ὁμωνυμίαν. Ταῦτα γὰρ, εἰ καὶ δοίημεν ὀνόματί τινι ἢ λέξει Θεῷ κοινωνεῖν, ἀλλ' οὐκ οὐσίᾳ οὐδὲ ἐνεργείᾳ

(48) *De veritate.* In Græco τἀληθοῦς, quod grammaticis parum arridebit. At Clemens quoque lib. III *Pædagogi*, pag. 253 edit. Potteri dixit τἀνδρός· et, quod magis mirere τἀλήθειαν, in primo *Stromatum* pag. 392 : quod tamen adeo insolitatum est, ut non immerito suspicari de mendo liceat.

(49) *His ipsis verbis.* Macedoniani alicujus verba affert, non vero Eunomii, aut Eunomiani cujuspiam, ut patet ex his quæ sequuntur.

(50) *Summatim.* In Græco συναρπακτικῶς· quo adverbio iterum utitur segm. 77 *b*. Quænam vero hic sit certa illius significatio, non ausim definire. Didymus quidem in libro *adv. Manichæos*, ἀσυνάρπακτος, inquit, ἡ ἀρετὴ τῇ κακίᾳ· quæ interpres sic vertit : « Virtus cum vitio non potest simul arripi. » In Scriptoribus autem Didymi fere æqualibus ubi occurrit hæc formula, κατὰ συναρπαγήν, interpretes modo vertunt, « raptim, festinanter, » modo per « impulsum » alterius. Demum apud Theophilum Antecessorem libro IV *Institutionum*, tit. XIII, et apud alios jurisconsultos, et in Basilicis συναρπαγή est « subreptio, » aut potius « obreptio. » Quæ cum ita se habeant, videtur vox συναρπακτικῶς tunc adhiberi, cum aliquid subripitur, aut cum secum trahit aliud, aut cum plura simul colliguntur. Primo sensu vox συναρπακτικῶς verti etiam hic posset, « per obreptionem : » quo modo Ambrosius lib. V *De fide*, cap. 13, « Totum apostolicum caput recenseamus, ut nihil videatur fraude subtractum, aut obreptione præstrictum. » Altero sensu Basilius epist. 235, ait : Τῇ ἐρωτήσει τοῦ καθόλου τὸ πᾶν συναρπάζουσιν, id est « Interrogatione generali omnia simul complectuntur. »

(51) *Similitudines.* Lego ἢ ὁμοιολεξίαις. Legi etiam potest καὶ ὁμοιολεξίαις. Vocabulo autem ὁμοιολεξία usus est Athanasius tom. II, pag. 66.

(52) *Unus Deus.* Respicit illud Christi apud Marcum X, 18 : « Nemo bonus, nisi unus Deus. »

(53) *Benefac.* Psal. CXXIV, 4.

(54) *Bonus.* Matth. XII, 35. Græca ed. habet : Θησαυροῦ τῆς καρδίας ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά. At Vulgatus int. legit, ut Didymus hoc in loco : uterque enim omittit nomen τῆς καρδίας, id est « cordis. » Vide tamen segm. 72 *b*.

(55) *Si volueritis.* Isa. I, 19. Complut. ed. habet εἰσακούσητέ μου.

(56) *Bonum.* Psal. XCI, 1.

(57) *Eruca.* Joel. II, 25.

(58) *Potestates.* Matth. XXIV, 29.

(59) *Spiritus.* Psal. CXLII, 10.

Digitized by Google Распознавание текста

δυνάμεως καὶ ἁγιασμοῦ. Οὐδὲ γὰρ φύσει ταῦτα κα[illegible] ἅπαξ ὑπάρχουσι· κατὰ σύγκρισιν δὲ τοῦ κακοῦ τὸ ἀγαθὸν, καὶ τοῦ ἁμαρτήματος, ἤτουν τοῦ πάθους, τὸ ἅγιον τέτακται· τὸ γὰρ μὴ λίαν κακὸν καὶ ἁμαρτωλὸν, ἤτουν ἐμπαθὲς, ἀγαθὸν καὶ ἅγιον ἐνθάδε προσείρηται. Ὡς γὰρ κακία καὶ ἁμαρτία, ἤτουν πάθος καὶ ἀδυναμία [58 *a*], ἐν τῷ ἑνὶ ἁγίῳ Πνεύματι οὐχ εὑρίσκεται, ἅτε ἀγενήτῳ· οὕτως ἐν οὐδενὶ τῶν γενητῶν, τὸ ἀγαθὸν καὶ ἅγιον καὶ δυνατὸν κατὰ τὸ τέλειον, ἀλλὰ κατὰ μετουσίαν· ὅπου δὲ οὐδαμοῦ ταῦτα κατὰ τὸ τέλειον, οὐδαμοῦ τὸ ἀγένητον. Ἔνθα γὰρ σκότος, οὐδαμοῦ τὸ φῶς· καὶ « ὅπου νὺξ, οὐχ ἡμέρα. Ὅθεν » (εἴρηται καὶ τῷ Ἑρμῇ τῷ ἐπίκλην Τρισμεγίστῳ) « ἀδύνατον ἐν γενέσει εἶναι τἀγαθὸν, ἐν μόνῳ δὲ τῷ ἀγενήτῳ. Ὥσπερ δὲ μετουσία πάντων ἐστὶ τῇ ὕλῃ δεδομένῃ, οὕτω καὶ τοῦ ἀγαθοῦ. » est, quæ homonyme aut synonyme, et per locutionum similitudines Deo Patri conveniunt, et unigenito ejus Filio, qui similibus nominibus concelebrantur, eadem eodem modo etiam Spiritui sancto convenire : quæ vero de creaturis dicuntur, ea in Spiritum sanctum eodem modo non quadrare, etsi nonnulla aliquando de creaturis ipsis dicta inveniamus, quæ homonyme, hoc est, sensu plane diverso, de Spiritu sancto itidem enuntiantur. Etsi enim eas nomen aliquod aut vocabulum cum Deo commune habere concedamus, communem tamen cum ipso non habent potestatis et sanctificationis essentiam atque operationem. Ipsæ enim ne sunt quidem ex earum natura absolute (60), sed comparative dicuntur bonæ et sanctæ : nimirum spectato malo, dictæ sunt bonæ ; ac ratione habita peccati sive passionis, vocatæ sunt sanctæ : quod enim valde malum non est, nec peccatis inquinatum, aut passionibus deditum (61), id bonum et sanctum in allatis locis **130** denominatum fuit : nam sicut nequitia et peccatum, sive passio et impotentia in illo Spiritu sancto, qui unus est, non reperitur, utpote increato : sic in nulla ex rebus creatis bonitas, aut sanctitas, aut potentia invenitur perfecto modo, sed tantum ex participatione. Ubi autem hæc nequaquam exsistunt perfecto modo, ibi nequaquam est increatum : ubi enim sunt tenebræ, ibi neutiquam est lux ; et « ubi est nox, ibi non est dies. Quapropter » (inquit vel ipse Hermes (62) cognomento Trismegistus) « fieri nequit ut in generatione sit bonum ; sed in solo increato esse potest. Sicut autem omnium participatio est materiæ data, sic et boni. »

Ὅμοιον τοίνυν καὶ ἴσον τὸ ἅγιον Πνεῦμα τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Μονογενοῦς θεότητος· καὶ ἐκ τῆς τῶν τοιούτων δείκνυται κρίσεως, αὐτὸ τῇ φύσει ἁγιότης, καὶ ἀγαθότης, καὶ δύναμις ὑπάρχον, ἅτε ἓν ὂν ἐκ τοῦ ἑνός. Ἐπεὶ πρὸς τὴν ἐκείνων ἐρ[illegible]λίαν οὔτε ὁ ἀγαθώτατος καὶ ἵλεως τὴν φύσιν Υἱὸς ἔτι ἀγαθὸς ἔσται· ἐπειδὴ μὴ συνηνωμένον ἔχει τὸ, « Εἷς Θεός· » οὔτε μὴν ὁ φιλανθρωπότατος καὶ ὅλος ἵλεως Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἔξουσιν ἐπίσημα τὰ μνημονευθέντα ὀνόματα τῆς θεότητος· ἀλλὰ καὶ δι' αὐτῶν ὑποβιβασθήσονται οἷον, ὡς ἔθος λαλεῖν αἱρετικοῖς, εἰς τοὺς ὁμωνύμους ἡμᾶς. Ἴλαθι δὲ, ἁγία Τριάς. Ἀλλ' ὁ Υἱὸς, φησὶν, συναπογεννηθεὶς, ἔμφυτον ἔχει τὴν ἀγαθότητα, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ὁ Πατήρ. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα συνεκπορευθὲν, κατὰ φύσιν ἐστὶν ἀγαθὸν, καὶ ὅσα ὁ Θεὸς Πατήρ. Εἰ μὲν οὖν περὶ τῶν τυχόντων ἦ βιωτικῶν πραγμάτων ἦν αὐτοῖς ἡ διάλεξις, καλῶς ἂν αὐτοῖς ἔσθ' ὅτε χρεία ἐγίνετο συμπλάσσειν μύθους τινὰς, καὶ Ἀριστοτελικῇ δῆθεν δεινότητι καὶ τῇ ἐν λόγοις τέχνῃ, ὡς Εὐνόμιος, περιστρέφειν τὸ πρᾶγμα, καὶ συσκιάζειν τὴν ἀλήθειαν· νῦν Itaque Spiritum sanctum deitate similem esse, et æqualem Patri, atque Unigenito, ex talium etiam judicio ostenditur, cum ipse ex natura sua sit et sanctitas, et bonitas, et potentia, quippe qui est unus ex uno. Alioquin ne ipse quidem natura optimus et propitius (63) Filius bonus erit, si illorum ratiocinationem cavillationis (64) et pervicaciæ plenam attendamus : quoniam conjunctum non habet illud, « Unus Deus. » Quin imo benignissimus erga homines totusque propitius Pater ac Filius ne characteres quidem illos habebunt atque insignia deitatis, qualia sunt nomina quæ commemoravimus : sed per eadem nomina deprimentur veluti, ut loqui consueverunt hæretici, ad nostram hominum, qui eis homonymi sumus, hoc est, eadem cum ipsis nomina habemus, conditionem. Mihi vero sic loquenti propitia esto sancta Trinitas. At non eodem modo boni nos dicimur, quo bonus est Filius, et Spiritus sanctus (65). Filius enim cum ita sit genitus, ut cum genitore exsistat, habet ex ipsa natura, sive essentia, bonitatem, et alia quæcunque habet Pater. Ac Spi-

(60) *Absolute.* Græce καθ' ἅπαξ· quod eodem sensu sæpius dicit Didymus in lib. *adv. Manichæos.*

(61) *Passionibus deditum.* In Græco, ἐμπαθές· qua voce eodem sensu usus est Didymus in commentariis *in Psalmos* ad vers. 5 psalmi CII, ubi ἐμπαθῆ ζωὴν vocat « vitam passionibus deditam, » nempe, ut alias loquitur, οὐκ ἀπαθῆ.

(62) *Hermes.* Loquitur Didymus ex communi per ea tempora opinione, ut alii etiam Patres. Vide notas ad segm. 139 *b*. Verba porro, quæ hic affert, exstant lib. VI, pag. 14 editionis Ferrariensis : ubi pro ἀγενήτῳ legitur ἀγεννήτῳ, et pro δεδομένῃ legitur δεδεμένῃ· quæ postrema editionis lectio mihi quidem minus arridet. Totus itaque locus in Ferrariensi editione sic se habet : Ὅπου γὰρ ἡμέρα, οὐδαμοῦ νύξ· ὅπου δὲ νὺξ, οὐδαμοῦ ἡμέρα. Ὅθεν ἀδύνατον ἐν γενέσει εἶναι τὸ ἀγαθὸν, ἐν μόνῳ δὲ τῷ ἀγεννήτῳ. Ὥσπερ δὲ μετουσία πάντων ἐστὶ ἐν τῇ ὕλῃ δεδεμένῃ, οὕτω καὶ τοῦ ἀγαθοῦ. Quæ sic transtulit Franciscus Patricius : « Ubi namque dies, nullibi nox. Ubi vero nox, nullibi dies. Unde impossibile est in generatione esse bonum, sed in solo ingenito. Sicut vero participatio omnium est in materia illigata, sic et boni. »

(63) *Propitius.* Vide not. 5, pag. 89.

(64) *Cavillationis.* In Græco ἐρισχελίαν, quæ vox Attica est. Disputant grammatici, utrum scribendum sit ἐρεσχελία, an vero ἐρεσχηλία, an potius ἐρισχηλία, an demum ἐρισχελία. Ego lectionem codicis retinui, controversiam hanc aliis dirimendam relinquens, neque ullam ex quatuor illis formis respuere audens.

(65) *At non eodem . . . Spiritus sanctus.* Utrum aliquid in Græco desideretur post vocem Τριάς,

Digitized by Google Распознавание текста

ritus sanctus itidem cum ita procedat, ut ei coexsistens sit, a quo procedit, natura bonus **131** est, et est omnia quæ est Deus Pater. Porro si de rebus qualibuscunque, ac parvi momenti, aut de mundanis (66) negotiis dissererent, fabulas aliquas possent interdum belle confingere, atque Aristotelico (67) acumine, et dicendi arte, ut Eunomius (68) fecit, rem pervertere, ac veritatem obscurare. At vero hic non ita se res habet; Paulus enim nos docet : « Si non crediderilis (69), ne intelligetis quidem ; » et : « Sapientia (70) hominum stultitia est apud Deum. » Neque vero divina oracula, quæ de inclyto Spiritu loquuntur, et supra humanas ratiocinationes sunt, captiosis sophismatibus eludere fas est : nam sancto quidem Spiritui vituperatio non nocet, neque hæreticorum perperam sentientium convicia (71) et scommata ultra (72) aures progrediuntur : qui vero ea usurpant, sempiternum crucibuntur (73), et similiter quodammodo faciunt, ac si quis in hanc lucem, quæ ex *luce inaccessibili* vim habet, scommata jaculari, ac eam sermonibus inquinare aggrediatur. Sed majorem in nos gloriam ex doctrina a sanctis deprompta derivari credendum est, quam ex ea quæ traditur ab hominibus. Illos ergo a nobis redargui convenit, ne ob nimium, quo propriam hæresim prosequuntur, amorem sophisticis suis ratiocinationibus divinitatem, quantum quidem in ipsis est, ad creaturarum **132** proprietates et conditionem detrahant, atque hac ratione exitii amorem simplicioribus inusque expertis ingenerent, ac illos ad majorum facinorum et scelerum desiderium inducant.

A δὲ διδάσκει Παῦλος· « Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδ' οὐ μὴ [58 *b*] συνῆτε· » καὶ, « Ἡ σοφία τῶν ἀνθρώπων μωρία παρὰ τῷ Θεῷ. » Καὶ οὐ χρὴ τὰ περὶ τοῦ ἐνδόξου Πνεύματος λόγια, τὰ μείζονα λογισμῶν ἀνθρωπίνων, κατασοφίζεσθαι. Οὐ γὰρ βλάπτει ψόγος τὸ ἅγιον Πνεῦμα· οὐδὲ περαιτέρω τῆς ἀκοῆς προέρχονται οἱ ὀνειδισμοὶ καὶ τὰ σκώμματα τῶν αἱρετικῶν, οἷς ἐπῆλθε τὸ φαύλως φρονεῖν· ἀλλ' οἱ χρώμενοι τοιούτοις, ἀπέραντα πονήσουσι, καὶ πράξουσι παραπλήσιά πως τοῖς ἐπιχειροῦσιν ἀποσκώπτειν εἰς τοῦτο τὸ φῶς, τὸ ἐκ τοῦ ἀπροσίτου φωτὸς τὴν ἰσχὺν ἔχον, καὶ μιαίνειν τοῖς λόγοις αὐτό. Πιστεύειν δὲ δεῖ τὴν ἐκ τῶν ἁγίων διδασκαλίαν, τῆς παρ' ἀνθρώποις πλείονα δύνασθαι τὴν δόξαν ἐμποιεῖν. Ἡμῖν τοίνυν ἁρμόζει ἐκείνοις ἐπιμέμφεσθαι, τοῦ μὴ δι' ὑπερβολὴν B εὐνοίας, τῆς περὶ τὴν οἰκείαν αἵρεσιν, καθέλκειν τό γε ἐπ' αὐτοῖς τὸ θεῖον εἰς τὰ τῶν κτισμάτων ἀποτελέσματα ταῖς σοφιστείαις, καὶ διὰ τούτων τίκτειν ἀπωλείας ἔρωτα τοῖς ἁπλουστέροις καὶ ἀπειροτέροις, καὶ προάγειν εἰς ἐπιθυμίαν ἁμαρτημάτων μειζόνων.

CAP. IV.

ΚΕΦ Δ'.

De hæreticis qui aiunt : Spiritus est Deus; quomodo autem Spiritus sanctus potest esse Spiritus Spiritus? *et reliqua.*

Περὶ τῶν λεγόντων αἱρετικῶν· Πνεῦμα ὁ Θεός· καὶ πῶς τοῦ Πνεύματος Πνεῦμα τὸ ἅγιον Πνεῦμά ἐστιν; *καὶ τὰ λοιπά.*

Verum ipsi ea, quæ simplicia, et recta, et perfecta sunt, rejicientes, ac sacrorum oraculorum C

Ἀλλ' ἀποπεμπόμενοι μεν τα ἁπλᾶ, καὶ εὐθέα, καὶ τέλεια· καὶ ἀνεπιστημοσύνης ἀναπιμπλῶντες

quidve proprie sibi velit illud φησίν, quod mox sequitur, judicet lector. Equidem ne locus nimis perplexus atque obscurus foret, aliqua de meo addere in translatione coactus sum.

(66) *Mundanis.* In Græco βιωτικῶν. Didymo autem βιωτικός sæpe est « mundanus, » aut « sæcularis, » ut in commentariis *in Psalmos* ad vers. 5 psalmi XXIII, ubi μερίμνας βιωτικάς dicit « curas mundanas. » Et alibi eorum scripta, qui ecclesiastici scriptores non sunt, vocat βιωτικὰς συγγραφάς, id est « sæculares scriptiones. » Vide et librum *adv. Manich.*, pag. 207.

(67) *Aristotelico.* Quantum Aristotelicæ, quam excoluerat, philosophiæ principiis inniteretur Eunomius, constat ex Gregorii Nysseni libro VI contra illum scripto, constat ex Cyrilli *Thesauro*, constat ex Augustini libro *De hæresibus*, constat denum, ut de aliis Patribus sileam, ex Eunomii D ipsius libro *Apologetico*. Quin de omnibus generatim Arianis, Eunomianis, etc., conqueruntur illius sæculi Patres, quod dialecticas argutias sanæ atque orthodoxæ divinorum oraculorum interpretationi anteferrent. « Omnem enim vim venenorum suorum (ait Ambrosius lib. I *De fide*, cap. 5) in dialectica disputatione constituunt, quæ philosophorum sententia definitur non astruendi vim habere, sed studium destruendi. » Vide not. 65, pag. 39.

(68) *Eunomius.* In vivis adhuc erat infamis iste Aetii discipulus, dum hæc dictarentur a Didymo : obiit enim anno circiter 394.

(69) *Si non crediderilis.* Non Pauli sunt hæc, sed Isaiæ : exstant autem cap. VII, vers. 9, ubi Græca editio habet οὐδὲ μή pro οὐδ' οὐ μή. Complutensis vero συνεῖτε pro συνῆτε. Vulgatus int. vertit : « Si non crediderilis, non permanebitis. » Augustinus autem in *Collatione cum Maximino Ariano*, pag. 676, tom. VIII : « Et scis, » inquit, « utique dixisse prophetam : Nisi crediderilis, non intelligetis. »

(70) *Sapientia.* I Cor. III, 19. Sed Græca ed. habet : Ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου, id est « sapientia enim hujus mundi. »

(71) *Convicia.* Lego οἱ ὀνειδισμοί, vel τὰ ὀνείδη.

(72) *Ultra.* Codex περετέρω. Lego περαιτέρω.

(73) *Cruciabuntur.* Accusantur Origeniani a Justiniano imperatore, quod reproborum in inferno supplicia æterna fore negaverint. « Hoc quoque proprio errori adjungunt (inquit ipse in libro *adversus Origenem* ad Mennam, de Origenianis loquens) ducem et auctorem habentes perversam ejus (nempe Origenis) disciplinam, ut dicant, omnium impiorum hominum, ac præterea dæmonum pœnam finem habituram esse. » Similia de Origene scripserat S. Hieronymus in libro *adv. Joan. Jerosol.*, num. 7. Imo et S. Athanasius in Fragmentis commentariorum *in Matthæum*, pag. 38, Collectionis novæ Montfauconianæ tom. II, ut alios Patres præteream, ad ea verba, « Omne peccatum, et blasphemia remittetur hominibus, » sic loquitur : « Si verum est illud (quod ait Evangelium), cur miser accusatur Origenes, quod finem aliquem pœnarum constituat, ac tandem remissionem omnium peccatorum hominibus pariter et dæmonibus a Deo concedendam prædicet? » Utrum vero Didymus hoc sensu Origenianus fuerit, cognoscet lector non modo ex hoc loco, sed etiam ex segm. 88 *a*, 114 *b* et 221 *a*, itemque ex lib. *De Spiritu sancto*, num. 47 et 59, et, ut alia omittam, ex his quæ dictavit ad vers. 18 cap. IX Proverbiorum, pag. 153 Catenæ editæ a Peltano : « Qui illius (nempe meretricis) moribus atque consiliis obsequuntur... ad sempiternum tandem interitum adducuntur. »

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

τῶν ἱερῶν λόγων τὴν προαίρεσιν, καθ' ἣν ἐθέλει ὁ Θεὸς Πατὴρ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ συντάττεσθαι αὐτῷ, ὡς τὸν μονογενῆ Λόγον, καὶ τὸ ἐξῃρημένον αὐτοῦ ἀπὸ τῆς κτίσεως καὶ ὑπερέχον ἀσφαλίζεται, διὸ καὶ τρισαγιολογεῖται, φασίν· Πῶς τοῦ Πνεύματος Πνεῦμα τὸ ἅγιον Πνεῦμά ἐστιν; Ὅτι δὲ τοῦτο γέγραπται, δέδεικται· τὸ δὲ πῶς, νοῦ καὶ λόγου τοῦ καθ' ἡμᾶς, ἔτι δὲ καὶ ἀγγέλων γνώσεως ἐπέκεινα τυγχάνει. Ὡς γὰρ Πνεύματος ὑπάρχοντος αὐτοῦ, [59 *a*] ἐγεννήθη ἐξ αὐτοῦ ὁ Θεὸς Λόγος· οὕτως ἐξ αὐτοῦ καὶ σὺν αὐτῷ ἐξεφάνη τὸ ἅγιον Πνεῦμα· δείκνυσθαί τε ἐν τούτῳ μάλιστα τὸ ἀκατάληπτον αὐτοῦ, ἐν τῷ τὸ φαινόμενον καὶ ὂν τῇ κτίσει ἀδύνατον, εἶναι παρ' αὐτῷ δυνατόν. Ἐπεὶ τίς ἡ διαφορὰ τῆς ἀναιτίου καὶ ζωοποιοῦ φύσεως, καὶ τῆς δημιουργηθείσης καὶ ζωοποιουμένης; οὐκ ἐγχωρεῖ δὲ τὸ Πνεῦμα μὴ εἶναι ὁμοούσιον καὶ ἰσότιμον ἐκείνου ἐξ οὗ ἐστι· διόπερ ἐστὶν καὶ ἅγιον φυσικῶς. Οἱ οὖν ἄγγελοι, φησίν, οὐκ εἰσὶν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἅγιοι, καὶ πνεύματα τοῦ Θεοῦ; Ἐκεῖνοί εἰσιν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καθ' ὃ προστάξει αὐτοῦ γεγόνασιν, ὡς πάντα· ἅγιοι δὲ μετὰ τὸ ἁγιασθῆναι, ὡς οἱ ἄνθρωποι· πνεύματα δὲ, καθὸ πρὸς ἡμᾶς ἀσώματοι· οὐ κληθέντες πνεύματα τοῦ Θεοῦ, ἢ ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἢ ἐκπορευόμενα παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἢ θεῖα, ἢ πνεύματα ἀληθείας, ἢ πνεύματα ἁγιωσύνης· ἀλλ' ἄγγελοι λειτουργοί, καὶ σώματα οὐράνια, διὰ τὸ ἀπείρως ἀπέχειν καὶ ὑφιζάνειν τοῦ ἀκτίστου Πνεύματος τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸν γράφοντα ἔμπειρον Ἀπόστολον· « Σώματα ἐπίγεια, καὶ σώματα ἐπουράνια. » Ὡς γὰρ οὐ κατ' αὐτοὺς τὰ πνεύματα τῶν ἀνέμων, οὐδὲ αὐτοὶ κατὰ τὸ ἅγιον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Αὐτοὶ γὰρ ἐκτίσθησαν, οὐ μέντοι ἐξεπορεύθησαν ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· οὐκ ἀναγεννῶσιν ἡμᾶς, οὐ θεοποιοῦσιν, ἁμαρτίας οὐ συγχωροῦσιν, οὐ ζωοποιοῦσιν, οὐ δημιουργοῦσιν, οὐχ ἁγιάζουσιν, οὐ κρίνουσιν, ἀλλὰ καὶ κρίνονται (« Ὑμεῖς » γὰρ, φησὶν, « καὶ ἀγγέλους κρινεῖτε »). Οὐδ' ἐν αὐτοῖς εἰσι τῶν οὐρανῶν αἱ δυνάμεις. Οὐ τόποις εἰσὶν ἀπερίγραφοι, καὶ διαστήμασιν ἀμέτρητοι. Ὁ γὰρ Γαβριὴλ λαλῶν τῷ Δανιὴλ, ἢ εὐαγγελιζόμενος τὴν Θεοτόκον Παρθένον, [59 *b*] οὐκ ἦν καὶ ἐν οὐρανῷ τῇ οὐσίᾳ, ὡς τῇ διανοίᾳ· ἀλλὰ τότε ἐπὶ γῆς διέτριβε μόνον. Οὐδὲ τοῖς αἰῶσίν εἰσιν ἀπερίληπτοι· « Ὁ ποιῶν » γὰρ, φησὶ, « τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ φλέγον. » Οὐχ ἕν τι τῶν γινομένων παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ λειτουργοῦσιν αὐτῷ, ὡς ἔδειξεν ὁ ἀρχάγγελος Γαβριὴλ, διακονησάμενος

A sensum propositumque inscitia replemes, juxta quæ Spiritum suum, non secus ac unigenitum Verbum, sibi æqualem dici vult Deus Pater, eumque in creaturarum numero non esse, sed longe supra illas excellere asseverat; qua etiam de causa ter in trisagio sanctus nominatur: Quomodo potest, inquiunt, Spiritus sanctus esse Spiritus illius qui est Spiritus? Ast hoc in Scripturis affirmari ostensum est. Qua autem ratione id fiat, intelligere non valemus: excedit enim hoc mentem et rationem nostram, imo etiam angelorum cognitionem. Nam sicut cum ipse Pater esset Spiritus, genitus ex ipso fuit Deus Verbum; ita ex ipso, et cum ipso eluxit Spiritus sanctus. Ex eo autem potissimum apparet (74) illum esse incomprehensibilem, quod B ei id possibile sit, quod creaturæ et videtur et est impossibile (75). Alioquin quanam in re differret natura causæ aut principii expers, ac vivificans a natura creata atque vivificata? Non potest autem Spiritus non esse consubstantialis et æqualis illi ex quo exsistit: ideoque est etiam natura sanctus. Nunquid ergo angeli (inquiunt [76]) non sunt a Deo, nec sancti, nec spiritus Dei? Sunt a Deo, quatenus jussu ipsius facti sunt, ut alia omnia: sancti autem sunt, postquam sanctificati sunt, ut homines; spiritus vero sunt, quatenus respectu nostrum sunt incorporei. At nusquam vocati fuerunt spiritus Dei, aut ex Deo, aut procedentes a Patre, aut divini, aut spiritus veritatis, C aut spiritus sanctitatis: sed angeli ministrantes aut servientes, et corpora cœlestia, eo quod ab **133** increato Dei Spiritu in infinitum distent, eoque inferiores sint juxta peritum Apostolum, qui scribit: « Corpora (77) terrena, et corpora cœlestia. » Sicut enim ipsis similes non sunt spiritus ventorum, sic ne ipsi quidem sunt similes Spiritui sancto Dei. Nam ipsi quidem creati sunt; attamen ex hypostasi Dei et Patris non processerunt, non regenerant nos, non faciunt filios Dei, peccata non remittunt, non vivificant, non creant, non sanctificant, non judicant, sed e contrario judicantur: (« Vos » enim, inquit (78) Scriptura, « etiam angelos judicabitis. ») Nec in ipsis sunt (79) cœlorum virtutes, seu potestates. Non sunt locis incircumD scripti, nec distantiis immensi: nam Gabriel Danielem alloquens, aut Deiparæ Virgini annuntians, non erat etiam in cœlo essentia, sicut mente; sed in terra duntaxat tunc degebat (80). Neque sunt

(74) *Apparet.* Pro δείκνυσθαι legendum fortasse δείκνυται· nisi quis ἀπὸ κοινοῦ subaudire malit superius illud δέδεικται, quod tamen valde durum foret.

(75) *Impossibile.* Matth. XIX, 26, et Luc. XVIII, 27.

(76) *Inquiunt.* Qui Spiritum sanctum angelum esse putant.

(77) *Corpora.* I Cor. XV, 40. Plures ex vetustis Patribus corpora alicujus generis angelis tribuisse, norunt theologi. « Corporum » vero « cœlestium » vocabulo alii in hoc Pauli loco solem, lunam, stellas intellexere, ut Hieronymus in libro *contra Joannem Jerosolymitanum.*

(78) *Inquit.* I Cor. VI, 3. Græca editio habet: Οὐκ οἴδατε, ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν; id est, « An nescitis, quod angelos judicabimus? »

(79) *Nec in ipsis sunt.* Eamdem locutionem habet etiam segm. 69 *a*. An respicit illud Psaltis: « Et spiritu oris ejus omnes virtutes eorum? » An vero potius illud: « Et hoc, quod continet omnia, » et reliqua?

(80) *In terra duntaxat tunc degebat.* Affinia tum his, tum iis quæ paulo post sequentur, dictavera Didymus in libro *De Sp. S.*, num. 6: quæ cum utilia nobis mox futura sint, operæ pretium erit hic

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

æonibus, sive sæculis (81) incomprehensibiles; ait enim Scriptura : « Qui facit (82) angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem. » Ac ne unum quidem ex iis faciunt, quæ fiunt a Spiritu sancto ; sed huic famulantur, sicut archangelus Gabriel fecit, cum legationem (83) ad Deiparam **134** Mariam obiit, ac dixit : « Spiritus (84) sanctus veniet super te. » Igitur ne illorum quidem templum est homo, sicut est Dei, et Spiritus ejus, et unigeniti Filii. Non circumprehenduntur (85) simul cum Deo. Non una quædam duntaxat hypostasis angelica exsistit, sed innumerabiles. Spiritus autem sanctus, qui divino modo omnia collustrat, ex ineffabili et supersubstantiali, et ante omnes substantias exsistente, et universali, et formæ experte paterna hypostasi per identitatem (86), unitatemque naturæ ab æterno (87) processit ; et nominatus est divinus ; et unus est, non multiplicatus ; bonus, magnificus, inaccessus, nulla potis intelligentia circumscribi, infinita potentia præditus, ineffabilis (88), singulari modo et unico exsistens, et natura cum sanctus, tum Spiritus Dei, et in rerum omnium

πρὸς τὴν Θεοτόκον Μαρίαν, καὶ εἰπών· « Πνεῦμα ἅγιον ἐλεύσεται ἐπὶ σέ. » Οὔτε οὖν ναὸς αὐτῶν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, καθά ἐστι τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ, καὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ. Οὐ συμπεριλαμβάνονται μετὰ τοῦ Θεοῦ. Οὐ μία τίς ἐστιν ὑπόστασις ἀγγελικὴ, ἀλλὰ καὶ δυσαρίθμητος. Τὸ δὲ ὑπερπαμφαὲς ἅγιον Πνεῦμα, συμφυῶς καὶ ἐνοειδῶς ἀπὸ τῆς ἀῤῥήτου, καὶ ὑπερουσίου, καὶ προουσίου, καὶ καθολικῆς, καὶ ἀμόρφου προῆλθεν ἀχρόνως πατρικῆς ὑποστάσεως, καὶ προσηγόρευται θεῖον· ἔν τέ ἐστιν, ἁπλῆθυντον, ἀγαθὸν, ἄφθονον, ἀπρόσιτον, ἀπερίγραφον πάσαις νοήσεσιν, ἀπειροδύναμον, ἀνέκλεκτον, μόνως ὑπάρχον· καὶ φύσει ἅγιόν τε καὶ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐδὲν ὃν τῶν πάντων· ἀλλὰ Θεὸς ἐν οὐρανῷ τε ὢν καὶ συνὼν ἡμῖν, αἴτιος πᾶσιν πάντων καλῶν· παρὼν μὲν τοῖς ὅλοις ἀΰλως, ἀνειδέως, ἀμεταχειρίστως· οὐκ ἐξιστάμενος δὲ τοῦ συνιδρῦσθαι ἀφράστως τῷ Πατρὶ, καὶ ἐξαπλούμενος πάντῃ, καὶ χωρῶν, καὶ ἐν ἅπασιν ἀμιγῶς κατοικῶν· καὶ ταῖς ἐννοίαις ἡμῶν τε καὶ τῶν ἡμῖν ἀοράτων ἐμβατεύων, καὶ ἀκριβῶν ἅπαντα, καίτοι πάντα εἰδώς· καὶ ἀφώνως ἐνηχῶν, καὶ ψυχῶν ἐπακούων ἔνδοθεν σιγῇ κραζου-

ea exscribere, etsi longiora. Sic ergo se habent : « Ipse vero Spiritus sanctus, si unus de creaturis esset, saltem circumscriptam haberet substantiam, sicut universa, quæ facta sunt ; nam etsi non circumscribantur loco, et finibus invisibiles creaturæ, tamen proprietate substantiæ finiuntur. Spiritus autem sanctus, cum in pluribus sit, non habet substantiam circumscriptam ; mittens quippe Jesus prædicatores doctrinæ suæ, replevit eos Spiritu ; et insufflans in faciem eorum, « Accipite, inquit, Spiritum sanctum (*Joan.* xx, 22) ; » Et : « Euntes docete omnes gentes (*Matth.* xxviii, 19) : » quasi omnes cunctis gentibus mitteret. Neque enim omnes apostoli ad omnes gentes pariter sunt profecti, sed quidam in Asiam, quidam in Scythiam [*codex noster pro* Scythiam *habet* Syriam], et alii in alias dispersi nationes, secundum dispensationem illius, quem secum habebant Spiritus sancti, quomodo et Dominum dicentem : « Vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi (*ibid.* 20). » His et illud congruit : « Accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos [*cod. noster*, superveniente in vos Spiritu sancto] : et eritis testes mihi... usque ad extremum terræ (*Act.* i, 8). » Si ergo hi in extremis finibus terræ ob testimonium Domini constituti, distabant inter se longissimis spatiis, aderat autem eis inhabitator Spiritus sanctus, incircumscriptam habens substantiam, demonstratur angelica virtus ab hoc prorsus aliena. Angelus quippe, qui aderat, verbi gratia, Apostolo in Asia oranti [*codex noster*, moranti,] non poterat simul eodem tempore adesse aliis in cæteris partibus mundi constitutis. Spiritus autem sanctus non solum sejunctis a se hominibus præsto est, sed et singulis quibusque angelis, principatibus, thronis, dominationibus inhabitator assistit. »

(81) *Sæculis.* An æonum, sive sæculorum nomine aliquem angelorum ordinem intelligit? Hoc sensu fortasse Clemens in extremo *Pædagogo* ait : οὗ δόξα αἰῶνες, id est « cujus gloria sunt sæcula. » Ex nonnullis autem Scripturæ locutionibus, cujusmodi sunt illæ, « Per quem fecit et sæcula (*Hebr.* i, 2), » et, « Regi sæculorum immortali (I *Tim.* i, 17), » opinio hæc duci potuit : ac inde etiam Valentinus suos illos æonas, sive sæcula forsitan confinxit.

(82) *Qui facit.* Psal. civ, 5 (seu 4). Complutensis editio habet, πυρὸς φλόγα, id est « ignis flammam, » pro « ignem urentem. » Vide segm. 78 *b*.

(83) *Legationem.* In Græco διακονησάμενος, quod verbum vulgo a lexicographis et interpretibus « ministrandi » verbo transfertur. At mea quidem opinione significat etiam « legationem obire : » idque confirmare licet cum ex hoc ipso Didymi loco, tum ex Polluce ; is enim lib. viii, cap. xi, scribit : Καὶ τὰ ῥήματα πρεσβεῦσαι, διακονῆσασθαι, ἀποπρεσβεύεσθαι. Quem locum interpres sic reddidit : « Et verba, legatum agere, administrare, legationem mittere. » Malim : « Et verba, legatum agere ; legationem obire ; quæ in legatione acta sunt renuntiare. » Libro autem iv, cap. 3, ubi Pollux ait, πρεσβεῦσαι, διακονῆσασθαι, πλανηθῆναι, interpres vertit : « legatum agere, inservire, seducere. » Sed malim hic quoque : « legatum agere ; legationem obire ; legationis causa per varias regiones errare. » Simili ratione regum legati vulgari sermone nunc apellantur etiam « ministri. »

(84) *Spiritus.* Luc. i, 35, Biblia habent ἐπελεύσεται. Vide notas ad segm. 125 *a*.

(85) *Circumprehenduntur.* Respicit, ut opinor, divinarum personarum « circuminsessionem. » Qua de causa verbo, « comprehenduntur, » usus non sum. « Dei » vero nomine Deum Patrem passim designari, neminem fugit. Recte Augustinus in *Altercatione cum Pascentio :* « Laudantes Deum dicere solemus... Qui capit omnia, quem capit nemo ; sed hominum : nam totus capitur a Filio. »

(86) *Identitatem.* In Græco ἐνοειδῶς, quæ vox deest in vulgaribus lexicis. Ante Didymum ea usus fuerat auctor supposititiæ epistolæ, de qua dixi not. 91, pag. 122, in verbis ibi allatis. Athanasius quoque dixit ἐνοειδής.

(87) *Ab æterno.* In Græco, ἀχρόνως, id est sine tempore. Vide quæ ex Joanne Euchaitensi adnotavi ad segm. 168 *a*.

(88) *Ineffabilis.* In Græco, ἀνέκλεκτον. Est autem ἀνέκλεκτον, quod verbis effari, aut exprimere non valemus. Qua ratione ἀνεκλάλητον quoque, et ἀνέκφραστον, et ἀνεκδιήγητον dicitur, ut norunt qui Irenæum, Clementem Alexandrinum, Eusebium, aliosque hujusmodi scriptores legerunt : sicut e contrario ἐκλαλεῖν, atque ἐκλέγειν Polluci est « eloqui, » et « efferre. » Vide segm. 94 *a*, et 194 *b*.

Digitized by Google Распознавание текста

σῶν, καὶ πασας ἐπὶ πᾶσιν οἰκτείρων ἀμελλητὶ, καὶ ἐπιρρωννυων, καὶ εὐφροσύνην ἄφατον ταῖς ἑκαστα-χοῦ [60 *a*] φύσεσιν ἐνδιδούς· περιέχων τοῦδε τοῦ παντὸς τὴν σύστασιν, καὶ πάντα ἔχων ὑφ' ἑαυτῷ· καὶ θεσπεσίῳ φωτίζων φωτὶ, καὶ εὐεργετῶν τῇ ἀπλέτῳ αὐτοῦ ἐνεργείᾳ καὶ ἀναθότητι· τὰ μὲν ἀμείνω τὴν γνώμην ἐπὶ τελειότερον ἀγων σκοπὸν, τὰ δὲ χείρω καὶ πλημμελῶς ἀναστρεφόμενα οὐκ ἀποστερῶν τῆς ἑαυτοῦ βασιλικῆς καὶ ὁμονοητικῆς καὶ ἀμερίστου προστασίας· ἀλλ' ἐν ἐφέσει καθιστῶν αὐτὰ, καὶ συννοίᾳ τῆς χορηγοῦ τῶν ὁλικῶν ἀγαθῶν ὁμοουσίου Τριάδος, καὶ πᾶσι τοῖς καλλιεργοῦσι συλλαμβανόμενος, μετὰ τοῦ πάντων ἐξηρημένος εἶναι, οὕτως, ὅτι

A censu non numerandus : sed Deus et in cœlo, et nobiscum, ac in nobis exsistens (89), omnia in omnibus **135** bona efficiens, omnibus quidem immaterialiter, sine forma, sine transfiguratione præsens; nunquam vero cum Patre ineffabiliter manere, ac veluti considere cessans, et ubique diffusus, et capiens, et in omnibus sine commistione inhabitans, et in cogitationes cum nostras, tum eorum qui nobis invisibiles sunt, se insinuans, et accurate scrutans omnia, etiamsi omnia noscat, et sine voce insonans, et animas intus tacite clamantes exaudiens, et eas omnes sine cunctatione (90) in omnibus misericordia prosequens, et corrobo-

(89) *In cœlo, et.... in nobis exsistens.* Hæc, aliaque hujusmodi, quæ segm. 60 *a* subjiciuntur, sicut iis similia sunt, quæ modo nota 80 e libro *De Sp. S.* attulimus, ita lucem afferunt argumento, quo ibi Didymus probat, Spiritus sancti incircumscriptam esse substantiam. Eo enim abutitur Albertinus, scriptor satis eruditus, sed Calvinianus, lib. II *de Euchar. sacram.* cap. 2. Paucis totam hujus argumentationem contraho : piget enim binas ex illo paginas exscribere. « Didymus, inquit, Spiritus sancti divinitatem probaturus, argumentum ducit ab ipsius incircumscriptione ; incircumscriptionem rursus demonstrans ex eo quod simul sit in pluribus locis. » Ergo dogma « Transubstantiationis » non agnoscit. Si enim Christi corpus in pluribus simul locis esse posset, futilis hujusmodi ratio foret. Huc redeunt, velit nolit, quæcunque duabus paginis scribit homo heterodoxus. Ea dum legerem, poetæ illius mihi in mentem venit, qui cum in vatum conventu tetradecastichum recitaturus insurrexisset, atque argumentum gravissimum histrionali levitate sic proposuisset : « Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista (*Matth.* XI, 11) : « ergo B. Virgo est immaculate concepta, » alius repente e secundis sedibus eum interpellans, « In principio, inquit, creavit Deus cœlum, et terram (*Gen.* I, 1) : » « ergo philosophia est necessaria. » Sed a ludicris ad seria ; nisi tamen ludicrum id ipsum est, quod refellimus. Catholicos inducit Albertinus, quasi nihil aliud respondere valeant, ad hoc veluti latibulum confugientes, ac inquientes : « Didymi mens est, angelum esse non posse simul pluribus in locis propria naturalique virtute, quemadmodum Spiritus sanctus in iis est. » Sed bona verba, quæso. Ne nos tam stolidos fingas, Albertine : non ita, mihi crede, desipimus. Age vero, dic sodes. Si ego non omnia quæ a Patribus afferuntur argumenta invicta esse responderem : si Didymum alibi veram corporis Christi in Eucharistia præsentiam agnoscere objicerem : si verba illa, « Cum in pluribus sit, » quibus tu maxime inniteris, idem ac, « Quamvis in pluribus sit, » valere contenderem : si argumenti vim non in eo quod Spiritus sanctus sit in pluribus, sed quod « in cœlo, et nobiscum, et in nobis, et ab ortu ad occasum, » nempe ubique, eum exsistere testentur Scripturæ, positam esse vellem : quid esset quod a te regeri posset ? « Vox, vox, prætereaque nihil. » Ne videar tamen nodum tuo quidem judicio inextricabilem non solvere, sed cædere, hæc pro non dictis habeantur. « Didymus, inquis, incircumscriptionem Spiritus sancti ex eo demonstrat, quod simul sit in pluribus locis. » Falsum est, quod ais, pace tua dixerim, Albertine. Didymus ait : « Cum in pluribus sit : » tu, quasi eodem utrumque recidat, « Cum sit, inquis, in pluribus locis. » At nusquam Didymus Spiritum sanctum in pluribus « locis » esse affirmavit : quin imo id num. 25 aperte negat. « Sed quomodo, inquit, Pater non consistens in loco, ultra omnem corporum est na-

B turam [*noster ms. codex habet :* sed quomodo Pater non consistit in loco, cum ultra omnem corporum naturam] : ita et Spiritus veritatis nequaquam locorum fine clauditur, cum sit incorporalis, et, ut verius dicam, excellens [*rectius codex noster*, excedens] universam rationalem creaturam. » Ac similia docet segm. 66 *a* hujus operis, quod nunc edimus. Tantum vero abest ut Spiritum sanctum in pluribus locis esse velit Didymus, ut angelos ipsos non modo « in locis » non exsistere, sed ne « in loco » quidem esse aperte doceat. « Etsi non circumscribantur, inquit, loco et finibus, tamen proprietate substantiæ finiuntur. » Et num. 26 : « Sicut loca et commutationes locorum ab incorporalibus separamus ; sic et prolationes (intus dico, et foris) ab intellectualium natura discernimus : quia istæ corporum sunt recipientium tactum, et habentium vastitates. » De iis ergo substantiis loquitur, quas vult « in loco » non esse : quæque nihil quoad ad hanc rem commune habent cum C Christi corpore : hoc enim quamvis innumeris, ac pene dixerim infinitis in locis ponatur exsistere, tamen non modo « proprietate substantiæ finitur, » sed « loco » etiam « ac finibus circumscribitur. » Nec enim ex eo Deus incircumscriptus est, quod infinitis locis præsens sit, sed ex eo quod ubique ita præsens sit, ut « substantiæ proprietate non finiatur : » creatura vero si vel infinitis in locis simul exsistere fingeretur, in iis omnibus locis certam quamdam magnitudinem, exempli causa, aut intelligentiam, aut inscitiam, etc., haberet, uno verbo, « substantiæ suæ proprietate finiretur. » En itaque quo tandem meo quidem judicio (ut omnia uno complectar syllogismo) tota magni hujus theologi argumentatio redigenda sit. Ille incircumscriptam habet substantiam, quem sacræ Scripturæ talem esse testantur, ut « pluribus » (non locis, Albertine) sed sanctis tum viris, tum angelis ubique sive terrarum, sive cœlorum exsistentibus « inhabitator assistat, » eo ipso modo, quo Dei Filius, D cujus vos Macedoniani incircumscriptam fatemini esse substantiam. Atqui talem esse Spiritum sanctum testantur Scripturæ. Ergo Spiritus sanctus incircumscriptam habet substantiam.

(90) *Sine cunctatione.* In Græco, ἀμελλητί. Idem autem valet, ac id quod superius segm. 13 *b* dixit, δίχα μελλήσεως. In vulgaribus Lexicis affertur vox ἀμελητί, eaque nullo exemplo illustrata : at ἀμελλητί in eisdem deest. Sed hac utitur non modo Constantinus Maximus imperator in oratione ad Patres Nicænos habita, ac Sozomenus *Hist. Eccl.* lib. II, cap. 22, verum etiam Didymus ipse in fragmento quod affert Joannes Damascenus in *Parallelis*, tom. I, pag. 341 ; etsi enim ibi legatur non ἀμελλητί, ut apud Sozomenum, sed ἀμελητί, emendandum tamen est ac scribendum ἀμελλητί, ut patet ex his quæ antecedunt et subsequuntur. Thucydides autem e contrario in lib. I, ac Pollux « cunctatorem » μελλητήν dixerunt.

Digitized by Google Распознавание текста

rans (91), et inexplicabilem lætitiam omnibus ubique naturis infundens, hujus universi constitutionem continens, et omnia sub semetipso habens, et divina luce ea illuminans, et illis immensa sua efficacia, ac bonitate benefaciens : eos quidem, quibus melior intentio est, atque animus, ad perfectiorem scopum ducens ; quorum vero deterior, atque adeo prava mens ac vita est, eos sua ipsius regia, et concordi, et indivisa gubernatione non privans, sed desiderium in eis ingenerans, et considerationem consubstantialis, omniumque generatim bonorum largitricis Trinitatis, et omnibus recte operantibus opem ferens, cum simul sit ab omnibus segregatus, hac ratione videlicet, quod alteri quidem apostolorum (92) **136** in India (93) degenti (94), alteri vero in Hispania (95), alteri autem ab ipso

A ἄλλῳ μὲν τῶν ἀποστόλων διάγοντι ἐν Ἰνδίᾳ, ἑτέρῳ δ' ἐν Σπανίᾳ, ἄλλῳ δ' ἐν ἄλλῳ τόπῳ ἕως τῆς ἐσχατιᾶς τῆς γῆς, παρ' αὐτοῦ νενεμημένῳ, τῆς ἑαυτοῦ ἁπλανοῦς καὶ ἀκιβδήλου μετεδίδου σοφίας· οὐ τῷδε μὲν νῦν, ἑτέρῳ δ' εἰς αὖθις παραγινόμενος· οὐδὲ τῷ μὲν μᾶλλον, τῷ δὲ ἧττον ἐπιπνέων. ἀλλ' ἅμα τε καὶ ἑκάστῳ ὁμοῦ καὶ διακεκριμένως ἀεὶ ὁμοίως ἐπιλάμπων, καθὰ καὶ ὁ εἰπὼν Κύριος· « Μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. » Ἐπεὶ μή γε ἐπειδὴ αὐτοὶ τὴν παρ' Ἰωάννῃ κειμένην θεολογίαν περὶ τοῦ Πνεύματος ἔνθα εἶπε, « Πνεῦμα ὁ Θεὸς, » μεταφέρουσιν εἰς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, λέγοντες διὰ τὸ εἶναι Πνεῦμα αὐτὸν οὕτω γεγράφθαι. Ἔτι δὲ ἐπειδὴ γέγραπται καὶ, « Πνεῦμα τοῦ προσώπου ἡμῶν Χριστὸς Κύριος· » ἆρα καὶ τὸν

B Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, ἅτε Πνεῦμα, τοῖς ἄλλοις συν-

(91) *Corroborans.* Codex, ἐπιρωννύων pro ἐπιῤῥωννύων.

(92) *Apostolorum.* Apostoli nomen non modo duodecim illis, quibus a Christo ipso, utpote ab illo « missis, » impositum fuit, sed aliis etiam tributum est. Nam et Paulus, et Barnabas honorificentissimo eo titulo cum a Græca, tum a Latina Ecclesia insigniti sunt. Ac Paulus ipse in Epist. ad Philipp. cap. II, vers. 25, de Epaphrodito loquens, « Vestrum autem, inquit, apostolum : » et Salvianus in primo *De gubernatione Dei :* « Legimus Timotheum apostolum carne infirmissimum fuisse : » et Hieronymus in *Chronico :* « Reliquiæ apostoli Timothei Constantinopolim invectæ : » et Joannes XX S. Martialem apostolum in epistola sua nuncupavit. Quinimo a Græcis multo adhuc facilius crebriusque apostolicos viros « apostoli » titulo donatos esse, quam a Latinis, non diffiteor. Ita Clemens in quarto *Stromatum*, ὁ ἀπόστολος Κλήμης, inquit, id est « apostolus Clemens. » Et Didymus noster segm. 93 *b*, Stephanum dicit « duplici corona redimitum, apostolatus et martyrii. » In Græcis vero Menologiis aut Kalendariis nihil occurrit frequentius. Nam, ut nihil dicam de Hemerologio illo quod quotannis Græci Venetiis edunt, in Menologio XII sæculi, quod in nostra S. Salvatoris Bononiæ bibliotheca exstat, ad diem IX Octobris lego : Τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Φιλίππου τοῦ ἑνὸς τῶν ἑπτά, id est, « Sancti Philippi apostoli unius e septem. » Ac in Evangeliario XI sæculi Nanianæ bibliothecæ eodem titulo decorantur S. Quadratus ad diem XXI Septembris, S. Silas ad XXIX Novembris, sancti Herodion, Agabus, Rufus, Phlegon, et Epaphras ad VIII Aprilis, ac sanctus Fortunatus ad IX Junii. Demum, ut cætera hujusmodi monumenta præteream, in alio adhuc vetustiori Evangeliorum codice Naniano, uncialibus litteris scripto, ad I Octobris diem legitur : Εἰς τὴν μνήμην τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἀνανίου, id est, « Pro commemoratione sancti apostoli Ananiæ. » Idemque ibidem titulus tribuitur S. Lucæ die XVIII Octobris, et S. Onesimo die XV Februarii. Hunc porro codicem sæculo VIII exaratum censuit qui eum ante me inspexit, sed cum ibi S. Ignatius Constantinopolitanus patriarcha commemoretur ad diem XXIII Octobris, idcirco ante sæculum X scriptus non fuit : libros enim chori usui destinatos vel usque ad XI sæculum uncialibus litteris scribere perrexerunt librarii. Jam vero etsi hæc ita se habeant, nemo tamen inficiabitur, cum apostoli sine additamento nominantur, duodecim illos a Christo Domino electos intelligi : quo sensu Didymus in libro *De Spir. S.*, num. 3, ait : « In apostolis cæterisque discipulis. » Eodemque modo nomen apostolorum accipiendum hic esse existimo.

(93) *In India.* Græce, ἐν Ἰνδίᾳ. Etsi autem ea regio crebrius a vetustis scriptoribus Græcis dicatur ἡ Ἰνδική, Josephus tamen etiam in primo *Antiquitatum*, et Polyænus Ἰνδίαν dixerunt. Indiæ porro nomine Æthiopia etiam denotata est a Patribus : atque in hac Thomam apostolum Evangelium prædicasse censent plures. Sed hæc alii viderint. Quod attinet ad hunc locum, videtur Didymus Indiam proprie dictam designare, binos scilicet noti tunc orbis fines spectans, dum Indiam atque Hispaniam nominat.

(94) *Degenti.* Hoc ipso verbo usus erat theologus noster in loco, quem attuli not. 80, pag. 133 : ubi enim edita exemplaria habent, « oranti, » bibliothecæ nostræ codex ms. habet, « moranti. » Quæ lectio genuina videtur. Nec alia fortasse est apud Hieronymum significatio verbi, « requiesceret, » libro X comment. *in Isaiam*, cap. XXXV, pag. 446, ubi

C hæc leguntur : « Ut alius ad Indos, alius ad Hispanias... pergeret, et unusquisque in Evangelii sui atque doctrinæ provincia requiesceret. »

(95) *In Hispania.* Græce, ἐν Σπανίᾳ. Biblico autem nomine, et sui sæculi scriptoribus usitato Hispaniam vocat : ea enim a profanis scriptoribus Ἰβηρία, aut Ἰβηρία, ab Irenæo αἱ Ἰβηρίαι, ab auctore secundi Machabæorum, aliisque Ἱσπανία, sed a Paulo bis, ab Athanasio in *Epistola ad Jovianum imperatorem*, tom. II, pag. 783, a Constantino imperatore in epistola encyclica ad omnes Ecclesias, a Gelasio Cyziceno, atque ab aliis; in Græcis vero conciliorum circa Didymi tempora habitorum Actis passim Σπανία dicitur : qua ratione apud Gregorium quoque Magnum legimus in epist. 115 lib. IX, vel ep. 45 lib. XIII : « Eunti in Spaniam. » Et apud Beatum Liebanensem presbyterum in commentariis

D *in Apocalypsim :* « Jacobus Spania. » Et in Martyrologio Blumano, quod Benedictus Clemens Arostegui in dissertatione eruditionis plena, « de Jacobi majoris prædicatione in Hispania, » citat ex Florentinio : « Hic Spaniam, et occidentalia loca prædicatur. » De illo autem apostolo, quem Didymus hic indicat, dixi in mea *ad Archintum præsulem epistola.* Nulli scilicet alteri Didymi verba melius conveniunt quam ei qui ex duodecim apostolis unus exstiterit; qui inter eos præsens fuerit quos Christus Dominus alloquebatur, cum ait, « Eritis mihi testes... usque ad extremum terræ (Act. I, 8), » ut colligo ex hujus Didymi loci collatione cum num. 6 libri *De Sp. sancto;* qui ex eorum numero sit quos « a Spiritu sancto » ad concionandum νενεμημένους, id est « distributos » vocat Didymus, cui scilicet Hispania in ea distributione per apostolos facta obtigerit; qui demum in Hispania biennio saltem aut triennio διάγων, id est « commoratus » esse, ibique Evangelium prædicasse dici queat. At hujusmodi magnus ille universarum gentium apostolus

Digitized by Google Распознавание текста

ἀριθμήσουσι λειτουργικοῖς πνεύμασιν; Εἰ δὲ τοῦτο οὐχ οὕτως, οὐδὲ τὸ ἅγιον Πνεῦμα νοεῖται μετὰ τῶν ἄλλων πνευμάτων. Ἀρχάγγελος γὰρ οὐκ ἔστιν. Ὁ γὰρ Μιχαὴλ, καὶ Γαβριὴλ, καὶ οἱ κατ' αὐτοὺς, εἰσὶν ἀρχάγγελοι· μετ' ἐκείνους δὲ οὐδὲ αἱρετικοὶ εἴποιεν ἂν τετάχθαι τὸ ἅγιον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Ποῦ οὖν λοιπὸν, ἢ [60 *b*] μετὰ ποίων κτισμάτων τάσσεσθαι δοκιμάζουσιν αὐτό; Μετὰ γὰρ τὸν Θεὸν, φύσιν ἄλλην λογικὴν ἀπὸ Γραφῶν οὐκ ἐδιδάχθημεν, ἢ τῶν πολλῶν πνευμάτων καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς σωμάτων. Ἔτι σοφιστικῶς ἐκ τῶν προκειμένων ἐπάγουσιν· Ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἀληθινὸς, τὸ δὲ Πνεῦμα ἀλήθεια γέγραπται, ὡς ἀπάδοντος τούτου. Ἔστιν δὲ ταυτὸν, καθὰ ἐν τῷ πρώτῳ δέδεικται λόγῳ, καὶ οὐ διαφέρει τοῦτο ἐκείνου.

A in alia regione usque ad extremitatem terræ distributo, suam infallibilem, et incontaminatam impertiebatur sapientiam : nequaquam alteri (96) quidem nunc, alteri vero alias præsto exsistens : neque alteri quidem magis, alteri autem minus afflans, atque inspirans ; sed simul et universis conjunctim, et singulis seorsum simili semper modo illucescens : sicut etiam Dominus (97), qui dixit : **137** « Vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. » Alioquin cum isti hæretici sententiam illam apud Joannem scriptam, « Spiritus (98) est Deus, » ad Deum et Patrem referant, eo quod (inquiunt) Spiritus sit ipse Pater ; cumque præterea scriptum sit, « Spiritus faciei (99) nostræ Christus Dominus : » nonne illud sequetur, ut Pater quoque ac Filius, utpote quibus nomen Spiritus convenit inter cæteros famulantes spiritus ab iis connumerandi sint? Quod si hoc dici non potest, ne Spiritus quidem sanctus in aliorum spirituum censum venit. Nam archangelus non est ; Michael enim et Gabriel, et qui his sunt similes, archangeli sunt ; infra Los autem ne hæretici quidem dixerint positum esse Spiritum sanctum Dei. Quinam ergo ipsi locus reliquus est? aut cum quibusnam creaturis eum ponendum censent? Nam post Deum nullam aliam rationalem naturam esse docent Scripturæ, nisi plurium spirituum, et talium corporum, qualia sunt nostra. Insuper sophistice ex præmissis inferunt : Pater et Filius dicitur in Scripturis verus ; Spiritus autem veritas (1) : quasi hoc ab illo diversum sit. At vero utrumque unum et idem est, ut in primo λόγῳ [id est, tractatu, vel libro (2)] ostensum fuit, neque ab illa differt hæc locutio.

ΚΕΦ. Ε'.

Περὶ τῶν λεγόντων, ὅτι Μονογενοῦς ὄντος τοῦ Θεοῦ Λόγου, *τί τὸ Πνεῦμα καλέσομεν; καὶ τὰ λοιπά.*

Πρὸς ταῦτα οἱ ποικιλώτατοι καὶ πολυτροπώτατοι κατὰ τὸν λόγον (οὐκ οἶδα, εἰ μὴ καὶ κατὰ τὴν γνώμην, πάντως δὲ ὅτι καὶ τοῦτο), οἱ τῆς ἁπλουστέρας καὶ ἀληθεστέρας διδασκαλίας ἀλλότριοι αἱρετικοὶ,

B

138 CAP. V.

De iis, qui inquiunt : Cum Deus Verbum sit Unigenitus, quo nomine vocabimus Spiritum? *et reliqua.*

Contra hæc inconstantissimi, maximeque varii, et sermone (haud scio an mente quoque) versipelles hæretici, a simpliciori certe (id enim omnino scio) veriorique doctrina alieni, eadem sæpius

Paulus non exstitit ; nec enim ulla ex quatuor hisce notis ei convenit. Quin imo Didymus noster Ecclesias a Paulo fundatas commemorans in commentariis *in Psalmos*, ad vers. 2 psalmi CXI, intra eosdem fines illas concludere videtur, ac eos, quos Apostolus ipse, cum ad Romanos scripsit, suæ prædicationi cap. XV, vers. 19 assignaverat. Sic enim ibi loquitur noster Bibliorum interpres, catechista, ac theologus : Οἷον Παῦλος ὁ ἀπόστολος, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ συστησάμενος τῷ Θεῷ μυριάνδρους Ἐκκλησίας .. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν λοιπῶν μαθητῶν ἕκαστος· id est « Veluti Paulus apostolus, qui ab Jerusalem usque ad Illyricum numerosissimas Deo constituit Ecclesias... ac similiter unusquisque ex aliis discipulis. » Catholicis itaque regnis, inclytæque Hispanorum nationi gratulor, quod novum ipsis theologus noster monumentum suppeditet, quo eorum sententia, ac traditio magis confirmetur.

(96) *Alteri.* Codex, οὕτω δέ. Lego, οὐ τῷδε. Nec is probandus videretur, qui legere mallet, οὔ τῳ δέ, id est οὔ τινι δέ.

(97) *Sicut etiam Dominus.* Eadem scribit, eumdemque allegat ex Matth. cap. XXVIII, vers. 20 locum, in verbis ex lib. *De Spir. sancto* nuper citatis not. 80, pag. 133.

(98) *Spiritus.* Joan. IV, 24. Vide notas ad segm. 115 *a*. Similia habet Didymus segm. 107 *a*. In libro autem *De Spiritu sancto* numero tum 54, tum 58, ad Filium quidem refert illud Pauli in secunda ad Cor. cap. III, vers. 17 : « Dominus autem Spiritus est : » ad Patrem vero hæc Jesu Christi apud Joannem verba : « Spiritus est Deus. » Quanquam codex ms. bibliothecæ nostræ Bononiensis ab editione Veronensi discrepat : editio enim sic habet

num. 54 : « sanctificationis [*codex noster*, « sanctitatis »] bonitatisque vocabulum et ad Patrem, et ad Filium, et ad Spiritum sanctum æque refertur, sicut ipsa quoque appellatio Spiritus. Nam et Pater Spiritus dicitur, ut ibi : « Spiritus est Deus. » Et Filius Spiritus. « Dominus, » inquit, « Spiritus est. » Spiritus autem sanctus semper Spiritus sancti appellatione censetur. » At postrema hæc in codice nostro sic se habent : « ut ibi : « Spiritus Dei. » Et Filius Spiritus. « Domini » [*mendose pro* Dominus], inquit, « Spiritus est. » Et Spiritus sanctus semper Spiritus [*codex rectius omittit hic vocem* « Sancti, » *quæ irrepsit in edita exemplaria*] appellatione censetur. » Equidem cum nostro codice legerem, « Spiritus Dei, » nisi numero deinceps 58, cum libro impresso consentiret hac in re codex manuscriptus ; uterque enim habet : « ut ante [*codex hic addit*, jam] diximus, ubi etiam illud adjunximus : « Spiritus Deus est. » An hic quoque legendum suspicabimur : « Spiritus Dei? » Equidem legere malim : « Spiritus Deus. »

(99) *Spiritus faciei.* Thren. IV, 20. Biblia non habent articulum τοῦ.

(1) *Veritas.* In prima Joannis V, 6, ubi Vulgata translatio habet, « Christus est veritas, » Græca editio habet : τὸ Πνεῦμα ἐστιν ἡ ἀλήθεια, hoc est, « Spiritus est veritas. ». Vide segm. 56 *b*, pag. 127.

(2) *Libro.* Cum priorem hunc λόγον, sive tractatum, sive orationem, sive librum allegat Didymus, plerumque negotium nobis facessit. Vide quæ admonuimus ad segm. 72 *b*, 73 *a*, 79 *b*, 135 *b*, 156 *a*, 175 *b*, 183 *b*, 187 *b*, 208 *a*, et 212 *a*. Atque illud interim tecum reputa, utrum duorum λόγων, seu librorum, primus hic citetur, quos edidit Didymus *contra Arianos*.

Digitized by Google Распознавание текста

verba repetentes inquiunt : Deus Verbum vocatus est Unigenitus, quia Spiritus sanctus ex hypostasi Patris non exsistit : alioquin ipse quidem vocatus non fuisset Unigenitus ; Spiritus vero sanctus vocatus fuisset ipsius frater (3). Ita quidem illi disserunt, ac seipsos produnt vel sibi ipsis dissimiles (4), sicut eis dissimilis est veritas. Unigenitum dixit Scriptura Filium, tum quia solus ex hypostasi Patris genitus fuit, non vero processit, sicut Spiritus sanctus ; tum quia excludere voluit hæreticorum blasphemias, qui eum dicunt esse creaturam, et filium, sicut nos sumus. Spiritum autem sanctum ait Scriptura unum et solum esse, tum quia unico (5) quodam, et singulari modo ipse processit ex Dei et Patris hypostasi, non vero genitus est, sicut Filius : tum etiam ne suspicemur, eum esse creaturam, ut sunt alii spiritus. Nam qui est unus Spiritus (6), alienus non est ab essentia Patris, neque ab unitate illius, quod unum est, sejungitur, sed unum cum eo est : neque respectu illius aut minor, subjectusve est, aut alium habet, qui connaturalior, magisque cum illius essentia conjunctus sit, aut Deo propinquior : neque potest (7) aut numerus vocari, cum pertineat ad unitatem essentiæ, aut inter res productas collocari, quippe qui una cum Patre, et Filio omnium rerum conditor est. Nequit ergo unus sanctus Spiritus aut unius Patris, uniusve Filii esse dissimilis, aut multitudini spirituum similis. Quemadmodum enim quamvis unus sit Deus et Pater, et unus Filius verus, **139** omnes tamen, qui ad ejus imaginem sumus, dii et filii ob illius bonitatem et liberalitatem, licet reipsa non simus, vocati fuimus, juxta illud, « Ego dixi (8) : Dii estis, et filii Excelsi omnes ; » ita etsi unus sit et solus Spiritus sanctus veritatis, multi tamen spiritus dicuntur, qui non sunt natura Spiritus Dei. Porro (9) hæretici nihil de eo solliciti, ut divinis theologis consentanea dicere videantur, alia quoque afferre non verentur valde perniciosa. Neque vero quispiam antequam id omne, quod dicturus sum, audierit, me reprehendat, quod perniciosa vocem quæ illi afferunt : eos enim sic loqui comperiet, ut illorum virorum menti ac sententiæ manifesto repugnent, qui Deo afflante scripsere, quique donum hoc a Deo habuerunt, ut ista in re præclare versarentur. Aiunt enim : Si (10) Deus est Spiritus sanctus, aut Pater est, aut Filius. Atqui neuter horum est : non est ergo Deus,

A ἀναστρέφοντες, πολλάκις τὰ αὐτὰ ῥήματα, φασὶν · Μονογενὴς ἐκλήθη ὁ Θεὸς Λόγος, ἐπειδὴ τὸ ἅγιον Πνεῦμα οὐκ ἐκ τῆς ὑποστάσεώς ἐστιν τοῦ Πατρός. Ἐπεὶ αὐτὸς μὲν οὐκ ἂν ἐλέχθη Μονογενής, τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα προσηγορεύθη ἂν ἀδελφὸς αὐτοῦ. Ἐκεῖνοι μὲν οὕτως, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἀνομοιούμενοι, ἡ δὲ ἀλήθεια πρὸς αὐτούς. Μονογενὴς γέγραπται, διά τε τὸ μόνον γεννηθῆναι ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρός, καὶ μὴ ἐκπορευθῆναι, ὡς τὸ ἅγιον Πνεῦμα · διά τε τὸ ἀποκλείεσθαι τὰς βλασφημίας αἱρετικῶν, λεγόντων αὐτὸν κτίσμα καὶ υἱόν, ὡς ἐσμεν ἡμεῖς. Καὶ τὸ ἅγιον δὲ Πνεῦμα ἓν καὶ μόνον εἶναι γέγραπται, διά τε τὸ ἐνιαίως καὶ μόνως αὐτὸ ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐκπορευθῆναι, καὶ μὴ γεννηθῆναι, ὡς ὁ Υἱός · διά τε τὸ μὴ κτίσμα, ὡς τὰ ἄλλα

B πνεύματα, ὑπονοεῖσθαι. Τὸ γὰρ ἓν οὔτε ἀλλότριόν ἐστι τὸ Πνεῦμα τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, οὔτε διώρισται τῆς πρὸς τὸ ἓν ἑνώσεως · οὔτε πρὸς ἐκεῖνο, ἢ ὕφεσιν ἔχει, ἢ [61 *a*] ἄλλον ἑαυτοῦ μᾶλλον συμφυέστερον, ἢ ἀγχίθεον · οὔτ' ἀνέχεται, ἢ ἀριθμὸς προσαγορεύεσθαι, τῆς ἑνάδος οὐσίας ὄν, ἢ τοῖς παρηγμένοις συντάττεσθαι, τῶν πάντα παραγαγόντων σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τυγχάνον. Οὐ δύναται οὖν τὸ ἓν ἅγιον Πνεῦμα, οὔτε τῷ ἑνὶ Πατρὶ, ἢ τῷ ἑνὶ Υἱῷ εἶναι ἀνόμοιον, οὔτε τῷ πλήθει τῶν πνευμάτων ὅμοιον. Καθάπερ γὰρ ἑνὸς ὄντος Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἑνὸς Υἱοῦ ἀληθινοῦ, πάντες οἱ κατ' εἰκόνα δι' ἀγαθότητα καὶ ἀφθονίαν αὐτοῦ ἐκλήθημεν θεοὶ καὶ υἱοὶ, οὐκ ὄντες τῇ ἀληθείᾳ κατὰ τὸ, « Ἐγὼ εἶπα · Θεοί ἐστε καὶ

C υἱοὶ Ὑψίστου πάντες · » οὕτως ἑνὸς καὶ μόνου ὄντος ἁγίου Πνεύματος ἀληθείας, πολλὰ πνεύματα λέγεται, οὐκ ὄντα τῇ φύσει πνεύματα τοῦ Θεοῦ. Οὐ βλέποντες καὶ ἀνασκεπτόμενοι, ὅπως ἂν τοῖς θεολόγοις φαίνοιντο συμβαίνόν τι λέγοντες, οὐκ ὀκνοῦσι καὶ ἄλλα ἐπιφέρειν βλαβερά. Καὶ μοὶ, πρὶν ἅπαντος ἀκοῦσαι τοῦ λόγου, μέμψηται μηδὲ εἷς, εἰ βλάβην τὰ ἐκείνων καλῶ. Εὑρήσει γὰρ, ὅτι φθέγγονται, ἀντικρυς ἀντιπράττοντες τῇ γνώμῃ τῶν θεηγόρων ἀνδρῶν, οἳ τὸ περὶ τοῦτο διαπρέπειν εἶχον παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐν δωρεᾶς

D μέρει. Λέγουσι γάρ · Εἰ Θεὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἢ Πατὴρ, ἢ Υἱός ἐστιν · μὴ ὂν δὲ τούτων μηδὲν, οὐκ ἔστι Θεὸς, ὡς οὐδὲ τὰ ἄλλα πνεύματα. Ἀπαντητέον τοίνυν αὐτοῖς οὑτωσί · Ὥσπερ Θεὸς ὁ Πατὴρ, οὐ διὰ τὸ εἶναι Πατέρα, ἀλλὰ διὰ τὸ εἶναι θείας φύσεως · καὶ ὁ Υἱὸς, οὐ διὰ τὸ εἶναι τοῦ τυχόντος υἱὸς, ἀλλὰ διὰ τὸ τοῦ Θεοῦ εἶναι Υἱὸν Λόγον, καὶ ἀναγκαίως τῆς αὐτοῦ θείας φύσεως ὑπάρχειν · οὕτως καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα Θεὸς, οὐ διὰ τὸ ἁπλῶς εἶναι Πνεῦμα, ἀλλὰ

(3) *Frater.* Hoc Macedonianorum argumentum affert Didymus ac dilult in libro etiam *De Spiritu sancto*, num. 62.

(4) *Dissimiles.* Utpote versipelles.

(5) *Unico.* In Græco, ἑνιαίως. Est autem ἑνιαῖος « solus, unus, » aut « singularis. » Itaque Joannes Euchaitarum metropolita in oratione inedita *in Synaxim angelorum*, pag. 58, cujusdam ms. codicis Nanianæ bibliothecæ, sic loquitur : τὸ τρισσὸν αὐτῆς (nempe τῆς θείας μεγαλειότητος) καὶ ἑνιαῖον, id est, « trinitatem ipsius (divinæ majestatis) et unitatem. »

(6) *Spiritus.* Si conjecturis indulgere liceret, suspicarer legendum esse in Græco : τὸ γὰρ ἓν δηλοῖ ὅτι οὔτε, κ. τ. λ.

(7) *Neque potest.* Codex, ἂν ἔχεται. Lego, ἀνέχεται.

(8) *Ego dixi.* Psal. LXXXI, vers. 6.

(9) *Porro.* Nisi aliquid addas in Græco, ac legas, exempli causa, οὐ βλέποντες οὖν, vel, οὐ βλέποντες δέ, vel, ἀλλ' οὐ βλέποντες, nimis soluta, laxa, atque exsanguis videbitur oratio. Quanquam hæc magnopere curasse non videtur Didymus. Fortasse etiam novum caput hic incipi volebat, cum ad aliam transeat objectionem.

(10) *Si.* In codice, ἡ Θεός. Lego, Εἰ Θεός.

Digitized by Google Распознавание текста

διὰ τὸ τοῦ Θεοῦ εἶναι ἓν καὶ μόνον Πνεῦμα ἅγιον, καὶ τῆς αὐτοῦ [61 *b*] θείας φύσεως καθεστάναι, ὡς προελέχθη. Καὶ ὥσπερ ἀκούσαντες· « Εἷς ὁ Θεός· » καὶ, « Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις· » ἐξ ἴσου τῷ Πατρὶ Θεόν τε εἶναι τὸν μονογενῆ Λόγον πιστεύομεν, καὶ προσκυνοῦμεν, καὶ λατρεύομεν αὐτῷ· τὸν ἴσον τρόπον καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διακείμεθα. Αὐτῷ γὰρ, ᾧ προσετάχθημεν ἐν τῷ περὶ τοῦ ἀφθάρτου βαπτίσματος δοθέντι ὅρῳ, ἐξ οὗ ἤρτηται ἡ τῆς πάσης ἡμῶν πολιτείας καὶ θρησκείας κατάστασις, συντάττειν αὐτὸ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ· προσετάχθημεν καὶ συμπροσκυνεῖν, καὶ συνδοξάζειν αὐτὸ, καὶ λειτουργεῖν αὐτῷ. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ λογικὴ λατρεία, ἣν ἔγραψεν Παῦλος τοιῶσδε· « Ἵνα παραστήσητε τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν. » Καὶ ὃν τρόπον, τοῦ Ἀποστόλου τὸν Θεὸν μόνον σοφόν τε καὶ ἔχειν ἀθανασίαν χρησμῳδήσαντος, πιστεύομεν καὶ τὸν Υἱὸν ὁμοίως ἔχειν ἀθανασίαν, καὶ εἶναι σοφὸν, ἅτε ἀπαράλλακτον κατ' οὐσίαν ὄντα τῷ πατρὶ, καὶ Λόγον αὐτοῦ, καὶ ζωὴν αἰώνιον, ὡς γράφει, ὑπάρχοντα· οὕτως καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Οὐ γὰρ κατὰ χάριν, ἤτοι δόσιν, ἔχει τὴν ἀθανασίαν καὶ σοφίαν, ὁμοίως τῶν λειτουργικῶν πνευμάτων· ἀλλὰ φύσει κέκτηται· Πνεῦμα γὰρ σοφίας ἐστίν. Τοιγαροῦν γέγραπται, ὡς « Οὐδεὶς γινώσκει τὰ τοῦ μόνου σοφοῦ, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. » Εἰ γὰρ δοίησαν μὴ ταῦτα οὕτως ἔχειν, ἢ παρακρούσονται τὸν Θεὸν Λόγον, ἢ παρὰ τὰς Γραφὰς δόξουσι ποιεῖν. Τῇ γὰρ ἐν μιᾷ Θεότητι Τριάδι οὐ συντάττεταί τι, οὔτε τὰ πνεύματα διὰ τὸ κεκλῆσθαι πνεύματα, κἂν μὴ τὰ βέβηλα εἴποιμεν, οὔτε οἱ ἄνθρωποι διὰ τὸ κεκλῆσθαι θεοί· οὐ γάρ ἐσμεν τῇ ἀληθείᾳ. Εἰ δὲ οὐκ οἰηθῶσιν ἀντιπίπτειν αὐτοῖς τὸ, « Μόνῳ [62 *a*] σοφῷ Θεῷ· » καὶ, « Μόνος ἔχων ἀθανασίαν· » οὐ δυνήσονται ἀπ' οὐδενὸς ἐξ ἐναντίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατασοφίζεσθαι. Ταῦτα γὰρ οὕτως ὑπὸ Παύλου ἐρρήθη, διὰ τὸ τοῦ Θεοῦ Λόγον μὲν τὸν Υἱὸν, Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον Πνεῦμα τυγχάνειν, καὶ ἀχωρίστως αὐτοῦ ἔχειν κατὰ τὴν φύσιν, καὶ εἰς μίαν ἀνάγεσθαι θεότητα, ὡς καὶ παρὰ τοῖς ἔξω λέγεται·

sicut ne alii quidem spiritus dii sunt. Sic porro ipsis respondendum est : Sicut Deus est Pater non eo quod sit Pater, sed quia est divinæ naturæ; et Filius est Deus non eo quod sit qualiscunque filius, sed quia est Dei Filius Verbum, et necessario ejusdem divinæ naturæ cum Patre : sic etiam Spiritus sanctus est Deus, non eo simpliciter quod sit spiritus, sed quia est Dei unus et solus Spiritus sanctus, ejusdemque divinæ naturæ cum Patre, ut antea dictum est. Et quemadmodum cum audimus, « Unus (11) Deus; » et, « Dominum (12) Deum tuum adorabis, et illi soli servies, » unigenitum Verbum, æque ac Patrem, Deum esse credimus, et eum ex æquo adoramus, ac ei servimus; ita eodem modo etiam affecti sumus erga Spiritum sanctum. Nam eo ipso quod in præscripta nobis divini baptismatis formula, ex qua totius nostræ politiæ, et religionis constitutio pendet, eum collocare cum Patre, et Filio jussi sumus, jussi etiam sumus eum simul adorare, et glorificare, eique obsequium, et cultum exhibere. Hoc enim est rationabile obsequium, hic cultus, de quo ita scripsit Paulus : « Ut (13) exhibeatis corpora **140** vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium (sive cultum). » Et quemadmodum etsi Paulus Deum solum sapientem (14) esse, et eum solum immortalitatem habere (15) dicat, Filium tamen quoque similiter, utpote qui Patri sine ullo discrimine natura similis est, et Verbum illius, et vita æterna, ut Scripturæ aiunt (16), exsistit, immortalitatem habere, et sapientem esse credimus : sic etiam de Spiritu sancto idem dicendum est. Nec enim ex gratia, aut ex donatione immortalitatem ac sapientiam habet instar famulantium spirituum, sed natura; est enim Spiritus sapientiæ : qua de causa inquit Scriptura, « Neminem (17) nosse quæ sunt solius sapientis, nisi Spiritum illius. » Nam si hæc ita se habere non concesserint (18), aut Deum Verbum repudiabunt, aut Scripturis adversari videbuntur. Nam ei, quæ in una Deitate est, Trinitati nulla res æqualis dici potest : neque spiritus scilicet, ex eo quod spiritus vocati sint, in eodem cum ipsa gradu collocantur, quamvis de immundis spiritibus non loquamur; neque nos homines, ex eo quod dii nuncupati fuerimus, illam æquamus; nec enim dii revera sumus. Si vero illos sibimetipsis adversari non opinemur, illud, « Soli (19) sapienti Deo, » et illud, « Solus (20) habens immortalitatem, » non poterunt ullo modo contra Spiritus sancti Deitatem captiose objicere. Nam hæc a Paulo ideo dicta sunt, quia Dei Verbum quidem est Filius, Dei autem Spiritus est Spiritus sanctus, et binæ hypostases istæ natura idem cum ipso sunt, atque in unam coalescunt deitatem : sicut etiam apud ethnicos (21) dicitur :

Εἷς Θεὸς αὐτοπάτωρ, ἐξ οὗ τάδε πάντα [γένοντο.

Unus Deus, suimetipsius pater (22), *ex quo hæc* [*omnia exstiterunt.*

Ὡς τοίνυν περὶ τοῦ Πατρὸς Παῦλος Ῥωμαίοις,

Sicut igitur de Patre Paulus ad Romanos, ad Ga-

(11) *Unus.* Ephes. IV, 5, et alibi sæpius.
(12) *Dominum.* Matth. IV, 10, ubi Græca editio habet : Κύριον τὸν Θεόν σου. Vide etiam Deut. VI, 13; inde enim locus hic depromptus est : ibi tamen legitur φοβηθήσῃ, pro προσκυνήσεις.
(13) *Ut.* Rom. XII, 1. Pro ἵνα παραστήσητε. Biblia habent tantum, παραστῆσαι.
(14) *Sapientem.* I Tim. I, 17.
(15) *Habere.* I Tim. VI, 16.
(16) *Aiunt.* I Joan. V, 20.
(17) *Neminem.* I Cor. II, 11.
(18) *Concesserint.* Lego δοίησαν pro δοίης ἄν.
(19) *Soli.* I Tim. I, 17, et Rom. XVI, 27.
(20) *Solus.* I Tim. VI, 16.
(21) *Ethnicos.* Vide not. 50, pag. 69
(22) *Pater.* Vide quæ de voce αὐτογένεθλος, aliisque affinibus adnotamus ad segm. 149 *b*.

Digitized by Google Распознавание текста

latas et ad Timotheum (23) scribens ait, « Unus Deus; » sic de Filio quidem Joannes dixit: « Unigenitus (24) Deus, qui est in sinibus Patris: » de Spiritu sancto autem Paulus ad Corinthios scribens docuit: « Alteri (25) **141** autem dona curationum in uno Spiritu; » nam unitas propria est divinæ et immultiplicabilis naturæ. Et sicut scriptum est, Filium genitum esse (26), et ipse id attestans ait, « Ego (27) a Patre exivi; » ita scriptum est, et ipsemet dixit: « Spiritum (28) veritatis, qui a Patre procedit, » aut processit. Et sicut Filius cum sit Deus et Dominus, est tamen Dei et Domini Filius, sic Spiritus sanctus etsi sit Deus et Dominus, est tamen Dei et Domini Spiritus. Et quemadmodum Verbum dicitur in Scripturis Filius, quia coexsistit Patri; eodem modo etiam Spiritus sanctus vocatus est in Scriptura Dictum Dei (29); et Spiritus oris (30) ejus, et Flatus Omnipotentis (31), quia simul cum illo subsistens ex eo eluxit: ne ipsum suspicetur quis extra deitatem esse Patris, aut Verbi ipsius: nam Dictum proprium est verbi, sive sermonis, et Sermo mentis, et verum esse comperitur illud: « Unus (32) Deus et Pater omnium, et super omnes, et per omnia, et in omnibus. » Et sicut Filium a Patre nullo modo discrepare ostenditur ex eo quod (33) ait Scriptura, « Qui (34) vidit me, vidit Patrem; » simili ratione et Spiritum sanctum nullo modo a Patre discrepare ostenditur per ea quæ ait Scriptura: « In hoc (35) cognoscimus, quod est in nobis Deus, ex Spiritu ipsius, quem dedit nobis. » Cum ergo Pater sit verus Deus, necesse omnino est, ut verus Deus ipsi æqualis ille etiam sit, qui eum ostendit per solam sui ipsius manifestationem. Et sicut per Filium omnia facta sunt, sic a Spiritu sancto omnia sanctificata sunt, et corroborata. Aiunt (36) enim apostoli: « Domine (37) qui fecisti cœlum, et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt: qui per Spiritum sanctum, et per os David pueri tui dixisti. » Et sicut æqualis potestate, et similis Patri, et Dominator, Unigenitus significatur juxta illud, « Quæcunque (38)

A Γαλάταις καὶ Τιμοθέῳ γέγραφεν· « Εἷς ὁ Θεός· » οὕτω, περὶ μὲν τοῦ Υἱοῦ Ἰωάννης εἶπεν· « Ὁ μονογενὴς Θεός, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρός· » περὶ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος Παῦλος Κορινθίοις ἐδίδαξεν· « Ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων ἐν τῷ ἑνὶ Πνεύματι· » τὸ γὰρ ἑνιαῖον τῆς θείας καὶ ἀπλη-θύντου φύσεως ἴδιον. Καὶ καθὰ ἐγράφη, ὅτι ὁ Υἱὸς ἐγεννήθη, καὶ μαρτυρῶν λέγει· « Ἐγὼ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον· » οὕτως ἐγράφη, καὶ ὁ αὐτὸς εἶπεν· « Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, » ἤτουν ἐξεπορεύθη. Καὶ ὥσπερ ὁ Υἱὸς Θεὸς καὶ Κύριος ὤν, τοῦ Θεοῦ καὶ Κυρίου ἐστὶν Υἱός· οὕτω τὸ ἅγιον Πνεῦμα, Θεὸς καὶ Κύριος ὤν, τοῦ Θεοῦ καὶ Κυρίου ἐστὶν Πνεῦμα. Καὶ ὃν τρόπον Λόγος γέγραπται ὁ Υἱὸς διὰ τὸ συνυπάρχειν τῷ Πα-B τρί· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα γέγραπται, Ῥῆμα τοῦ Θεοῦ, καὶ Πνεῦμα τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ Πνοὴ Παντοκράτορος, ἐπειδὴ συνυφεστὼς ἐξέλαμψεν ἐξ αὐτοῦ· ἵνα μὴ ἔξωθεν αὐτὸ τῆς θεότητος τοῦ Πατρὸς ἢ τοῦ Λόγου αὐτοῦ εἶναί τις ὑπολάβῃ. Ἴδιον γὰρ τὸ Ῥῆμα τοῦ λόγου, καὶ ὁ Λόγος τοῦ νοῦ· καὶ πληροῦται τὸ, « Ὁ εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ πάντων, καὶ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν. » Καὶ καθὰ ὁ Υἱὸς δείκνυται ἀπαράλ λακτος τοῦ Πατρός, ᾗ γράφει· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα· » ὡσαύτως καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα δι' ὧν [62 *b*] φάσκει· « Ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστιν ὁ Θεὸς, ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ, οὗ ἔδωκεν ἡμῖν. » Ἀνάγκη οὖν πᾶσα, Θεοῦ ἀληθινοῦ ὄντος τοῦ Πατρὸς, Θεὸν ἀληθινὸν εἶναι ἴσον αὐτῷ C καὶ τὸν δεικνύντα αὐτὸν τῇ ἑαυτοῦ ἐμφανείᾳ. Καὶ ὥσπερ διὰ τοῦ Υἱοῦ πάντα ἐγένετο, οὕτως ὑπὸ τοῦ Πνεύματος πάντα ἡγιάσθη καὶ ἐνεδυναμώθη. Φασὶν γὰρ οἱ ἀπόστολοι· « Δέσποτα, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· ὁ διὰ Πνεύματος ἁγίου, στόματος δὲ Δαυὶδ παιδός σου εἰπών. » Καὶ καθὰ ἰσοδύναμος καὶ ὅμοιος ὁ Μονογενὴς τῷ Πατρὶ καὶ ἐξουσιαστὴς σημαίνεται, κατὰ τὸ, « Ὅσα ἂν ποιῇ ὁ Πατὴρ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ· » ὡσαύτως καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸ, « Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ

(23) *Ad Timotheum.* In prima epist. cap. II, vers. 5.

(24) *Unigenitus.* Græca editio pro Θεός habet, Υἱός. Et pro ἐν τοῖς κόλποις habet, εἰς τὸν κόλπον, id est, « in sinu. » Vide not. 84, pag. 27, et not. 13, pag. 76.

(25) *Alteri.* I Cor. XII, 9. Editio Græca nunc habet: ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι, id est, « in eodem Spiritu. » Sed Vulgatus int. legit ut Didymus: vertit enim totum versiculum sic: « Alteri fides in eodem Spiritu: alii gratia sanitatum in uno Spiritu. » Vide segm. 64 *b*.

(26) *Genitum esse.* Psal. II, 7, et Hebr. I, 5.

(27) *Ego.* Joan. XVI, 27, 28. Ἐγὼ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον· ἐξῆλθον παρὰ τοῦ Πατρός.

(28) *Spiritum.* Joan. XV, 26.

(29) *Dictum Dei.* Ephes. VI, 17, ubi legitur: τὴν μάχαιραν τοῦ Πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ. Vulgatus int. vertit: « gladium Spiritus, quod est verbum Dei. » Sed Didymus vocalem ὅ retulit ad Πνεύματος, ut sensus esset: « Qui Spiritus est Dictum Dei. »

(30-31) *Spiritus oris.* Psal. XXXII, « Flatus Omnipotentis, » vers. 6, et Job XXXIII, 4.

(32) *Unus.* Ephes. IV, 5. Græca ed. εἷς, sine articulo. Et paulo post, ὁ ἐπὶ pro καὶ ἐπὶ.

(33) *Ex eo quod.* Lego ᾗ pro ἡ, scriptura codicis.

(34) *Qui.* Joan. XIV, 9.

(35) *In hoc.* I Joan. IV, 13. Vide not. 13, pag. 29.

(36) *Aiunt.* Codex, φησὶν. Lego, φασὶν.

(37) *Domine.* Act. IV, 24 et 25. Græca editio post Δέσποτα addit, σὺ ὁ Θεός· deinde omittit voces, ὁ διὰ Πνεύματος ἁγίου. Vulgatus interpres e contrario nec habet nomen illud « Deus, » et addit voces, « Spiritu sancto »: itaque legit ferme ut Didymus; qui in libro etiam *De Spiritu sancto* num. 29, eadem ratione locum hunc citaverat: sic enim ibi transtulit Hieronymus: *Et in eodem rursus libro* (in Actis scilicet apostolorum): Qui per Spiritum, inquit, sanctum ore David pueri tui locutus es.

(38) *Quæcunque.* Joan. V, 19. Vide not. 74, pag. 10.

Digitized by Google Распознавание текста

αὐτὸ Πνεῦμα. » Καὶ ὥσπερ περὶ ἑαυτοῦ εἶπεν ὁ Χριστός· « Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός· » οὕτω καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὸ ὅμοιον εἴρηται, ὅτι « Τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς ἔγνω, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. » Καὶ ὃν τρόπον ὁ Υἱὸς τὸ ἀγγελτικὸν, « Μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, » ἐκλήθη· οὕτω καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Φησὶν γάρ· « Ἀλλὰ ἐλάβομεν τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἴδωμεν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν. » Καὶ ὁμοιότατον τῷ, « Ἀπαρχὴ, Χριστὸς, » τὸ λέγον ῥητόν· « Καὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ Πνεύματος ἔχοντες. » Καὶ ἰσοπαλὲς τῷ, « Ὁ δὲ Κύριος ἁγιάσαι ὑμᾶς, ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. » τὸ, « Ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἡγιασμένη ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » Καὶ ἰσόῤῥοπον τῷ εἰπεῖν, « Ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ ἀποκαλύψαι ἐν ἐμοὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, » τὸ, « Ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. » Καὶ ἰσοδύναμον τῷ εἰπεῖν, « Ἑαυτοὺς δοκιμάζετε, [63 a] εἰ ὁ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, » τὸ φάναι· « Ἡμεῖς δὲ οὐ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. » Καὶ ἴσον τὸ, « Οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; » τῷ ὑπὸ Ἰωάννου γραφέντι· « Ἐὰν ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν μένει. Ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ, οὗ ἔδωκεν ἡμῖν· » καὶ τῷ, « Ἐλευσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. »

A facit Pater, hæc et Filius similiter facit; » sic **142** talis est et Spiritus sanctus, juxta illud: « Hæc (39) autem omnia operatur unus et idem Spiritus. » Et sicut de se ipso dixit Christus, « Nemo (40) novit Patrem, nisi Filius; » sic etiam de Spiritu sancto simile quid dictum est, nempe: « Quæ (41) sunt Dei, nemo novit, nisi Spiritus Dei. » Et sicut Filius, quatenus fungens legatione (42), « Magni consilii (43) Angelus, » id est *legatus*, vocatus fuit; ita de Spiritu sancto tale quid dictum est: ait enim Scriptura: « Sed (44) accepimus Spiritum Dei, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis. » Et illi locutioni, « Primitiæ (45), Christus, » simillima est alia: « Et primitias (46) Spiritus habentes. » Et illi textui, « Dominus (47) autem sanctificet vos, ut sitis sinceri et sine offensione in B diem redemptionis, » eadem vis est atque alteri, « Ut fiat (48) oblatio gentium accepta (49), sanctificata in Spiritu sancto. » Et illud, « Qui me (50) segregavit ex utero matris meæ per gratiam suam, ut revelaret in me Christum suum, » æque valet, ac illud, « Revelavit (51) Deus per Spiritum suum. » Et æqualem vim habet textus ille, « Vosmetipsos (52) probate, si est Christus in vobis, » cum alio textu: « Nos autem (53) non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum Dei; » et illud, « Nescitis, (54) quod templum Dei estis, et Spiritus Dei **143** habitat in vobis? » idem valet ac illud, quod a Joanne scriptum est: « Si (55) diligamus invicem, Deus in nobis manet. In hoc cognoscimus, quod in eo manemus, et ipse in nobis, ex Spiritu ejus quem dedit nobis. » Idemque etiam valet ac illud: « Veniemus (56) ego, et Pater, et mansionem apud eum faciemus. »

(39) *Hæc.* I Cor. XII, 11.

(40) *Nemo.* Matth. XI, 27. Vide not. 76, pag. 72.

(41) *Quæ.* I Cor. II, 11. Pro ἔγνω Biblia habent οἶδεν.

(42) *Legatione.* Notanda in Græco formula illa, τὸ ἀγγελτικὸν, quæ ex Polluce lucem accipit, ut vicissim Pollucis locus ex Didymo. Nimirum libro IV, cap. 14, de variis saltationis generibus loquens Pollux hæc scripsit: Τὸ δὲ Ἰωνικὸν, Ἀρτέμιδι ὠρχοῦντο, Σικελιῶται μάλιστα· τὸ δὲ ἀγγελικὸν, ἐμιμεῖτο σχήματα ἀγγέλων· quæ sic verterat interpres: « Ionicum vero (choreæ genus), Dianæ saliebant, inprimis Siculi. Angelicum porro, angelorum referebat formas. » Id quod satis ridiculum est: quis enim sine risu audiat « angelicas choreas » ab ethnicis usurpatas, et ab ethnico scriptore commemoratas? Recte ergo ex codice Palatino pro ἀγγελικὸν emendavit Kuhnius, ἀγγελ- D τικὸν, ut de ea saltatione loquatur Pollux, quæ « legatorum » gestus habitumque referret. Justinus quoque eodem vocabulo usus est in *prima Apologia* num. 22, ubi Mercurium a nonnullis ethnicis vocari ait λόγον τὸν παρὰ Θεοῦ ἀγγελτικόν, id est, *sermonem a Deo internuntium*.

(43) *Magni consilii.* Isa. IX, 6, in Græca editione. Vulgatus enim interpres hæc non habet. Tertullianus in libro *De carne Christi*, cap. 14: « Dictus est quidem, inquit, « magni consilii Angelus, » id est, nuntius; officii, non naturæ vocabulo. » Ac Hilarius, ut alios Patres omittam, eadem citat lib. IV *De Trinitate* num. 23: « Est autem, inquit, secundum prophetam Filius Dei magni consilii Angelus. »

(44) *Sed.* I Cor. II, 12. Biblia pro, τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ· ἵνα ἴδωμεν, habent, τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ· ἵνα εἰδῶμεν.

(45) *Primitiæ.* I Cor. XV, 23.

(46) *Et primitias.* Rom. VIII, 23.

(47) *Dominus.* I ad Thess. V, 23, et Philipp. I, 10, et Ephes. IV, 30. Nempe ex duobus primis textibus unum cudit, nonnulla etiam verba immutans, aut ex tertio loco huc transferens. Primus in Bibliis sic se habet: ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς· καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα . . . . ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου . . . . τηρηθείη. Alter vero sic: ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι εἰς ἡμέραν Χριστοῦ. Cum vero nonnulla inter eos similitudo sit, mirum non est, si tæcus memoriter citans ex uno ad alium transierit. Suspicari tamen licet, erratum librarii esse, non Didymi, cum segm. 208 *b*, primus textus recte citetur, ut et lib. *adv. Manich.*, pag. 207.

(48) *Ut fiat.* Rom. XV, 10.

(49) *Accepta.* Sive, « acceptabilis, » ut vertit Hieronymus in Didymi libro *De Spiritu sancto*, num. 11, ubi hæc legimus: « Cum ergo hæc bona ex largitione Spiritus sancti ad homines veniant, « vocatio Gentium . . . acceptabilis, et sanctificata redditur in Spiritu sancto: » quia et in hac sanctificatos et acceptos faciens Spiritus sanctus, substantia est bonorum Dei. »

(50) *Qui me.* Galat. I, 15, 16. Græca editio post μου addit, καὶ καλέσας, et pro Χριστὸν habet Υἱὸν, id est, *Filium*.

(51) *Revelavit.* I Cor. II, 10.

(52) *Vosmetipsos.* II Cor. XIII, 5. Sensum citat, non ipsa verba.

(53) *Nos autem.* I Cor. II, 12. Biblia habent: τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου . . . τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ.

(54) *Nescitis.* I Cor. III, 16.

(55) *Si.* I Joan. IV, 12.

(56) *Veniemus.* Joan. XIV, 23. Explicationis causa addit voces, « ego et Pater. »

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Et sicut per Patrem, et Filium Spiritus sanctus datur, juxta illud, « Effundam (57) de Spiritu meo super omnem carnem, » et juxta illud, « Accipite (58) Spiritum sanctum; » sic per Spiritum sanctum datur Christus, juxta Paulum ad Ephesios hæc scribentem: « Ut det (59) vobis secundum divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum ejus, in interiorem hominem Christum habitare. » Illam vero locutionem, « Factus (60) est sermo Domini ad hunc prophetam, » et illam, « Dominus dixit, » et illam, « Hæc dicit Dominus omnipotens, » simili et æquali modo accipiamus, ac illud, quod in Actis a Petro dictum est, « Oportebat (61) impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus; » et id quod Paulus Romæ Judæis dixit, « Recte (62) Spiritus sanctus locutus est per Isaiam prophetam; » et illud, « Spiritus (63) autem manifeste dicit; » et illud, « Hæc (64) dicit Dominus omnipoteus. » Et illi textui, « Deus (65) æternus, » respondet æqualem majestatem denotans quod a Paulo est prædicatum: « Qui (66) semetipsum obtulit per Spiritum æternum; » et cum illis verbis: « Nemo (67) potest Spiritum sanctum accipere nisi a Domino, » itemque cum illis: « Accipite (68) Spiritum 144 sanctum, » comparantur hæc: « Nemo (69) potest dicere Dominum Jesum Christum, nisi in Spiritu sancto; » et, « Deduci (70) a Spiritu sancto ad veritatem, » nempe, deduci a Spiritu sancto ad veram fidem, idem est ac deduci a Domino Christo, hæc præcipiente: « Baptizantes (71) eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti; » et cum iis verbis, « An æmulamur (72) Dominum? Nunquid fortiores illo sumus? » æqualem vim habent hæc: « Nolite (73) contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem re-

Καὶ ὥσπερ διὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα δίδοται, κατὰ τὸ, « Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, » καὶ κατὰ τὸ, « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· » οὕτως διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁ Χριστὸς, κατὰ τὸν Παῦλον Ἐφεσίοις γράφοντα· « Ἵνα δῷ ὑμῖν, κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ, δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ, εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον κατοικῆσαι τὸν Χριστόν. » Ἐκλάβοιμεν δ' ἂν ἐν ὁμοίῳ καὶ ἴσῳ τὸ, « Ἐγένετο Λόγος Κυρίου πρὸς τόνδε τὸν προφήτην, » καὶ τὸ, « Κύριος εἶπεν, » καὶ, « Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ, » τῷ ἐν ταῖς Πράξεσιν ὑπὸ Πέτρου εἰρημένῳ· « Ἔδει πληρωθῆναι τὴν Γραφὴν, ἣν προεῖπεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, » καὶ τῷ ὑπὸ Παύλου ἐν Ῥώμῃ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, « Καλῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησεν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, » καὶ τῷ, « Τὸ δὲ Πνεῦμα ῥητῶς λέγει· » καὶ « Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Ἰσότιμόν τε τῷ, « Ὁ Θεὸς αἰώνιος, » τὸ ὑπὸ Παύλου κηρυχθὲν, « Ὃς ἑαυτὸν προσήνεγκεν διὰ Πνεύματος αἰωνίου. » Συγκριτικόν τε τῷ, « Οὐδεὶς δύναται Πνεῦμα ἅγιον λαβεῖν, ἢ παρὰ Κυρίου, » καὶ τῷ, « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον, » τὸ, « Οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » Ταυτόν τέ ἐστιν τὸ ὁ, « Ὑδηγεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πρὸς τὴν ἀλήθειαν, » τοῦτ' ἔστιν τὸ ὁδηγεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πρὸς [63 *b*] τὴν ἀληθινὴν πίστιν, τῷ ὁδηγεῖσθαι ὑπὸ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, θεσπίζοντος· « Βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Καὶ ἰσοσθενὲς τῷ λέγοντι ῥητῷ, « Μὴ παραζηλοῦμεν τὸν Κύριον; Μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμεν; » τὸ γράφειν· « Μὴ λυπεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. » Καὶ ὁμοιόλεκτον τῷ, « Ἐξαποστελεῖς τὸ

(57) *Effundam.* Joel. II, 28.
(58) *Accipite.* Joan. XX, 22.
(59) *Ut det.* Ephes. III, 16. Vide notas 43, 44, 45, pag. 49.
(60) *Factus.* Ezech. I, 3, et alibi passim in Veteri Testamento, item ut binæ, quæ proxime sequuntur formulæ.
(61) *Oportebat.* Act. I, 16.
(62) *Recte.* Act. XXVIII, 25. Vide not. 41, pag. 58. Hunc ipsum locum non modo affert Didymus in libro *De Spir. S.* num. 3, verum etiam eumdem, ut puto, respicit eodem numero ubi legitur: Et Isaiam prophetasse commemorat cum articulata voce, διὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, id est, « per hunc Spiritum sanctum, » et non simpliciter Πνεῦμα ἅγιον. Nimirum hujusmodi lectionem mendosam esse existimo; nusquam enim ait Paulus, ni fallor, aut scriptura, Isaiam « prophetasse per Spiritum sanctum, » sed vice versa ait, « Spiritum sanctum locutum esse per Isaiam. » Ac præterea voces illas, διὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, non recte verteret Hieronymus, « per hunc Spiritum sanctum; » significant enim, « propter hunc Spiritum sanctum. » Porro ex bibliothecæ nostræ codice ms. nihil lucis mutuari possumus: menda enim mendis addit, cum habeat, « ipsa jam, pro, Isaiam. » Itaque sic legendum ipse conjicio, « Et per Isaiam prophetasse commemorat cum articulata voce τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, id est, « hunc Spiritum sanctum, » et non simpliciter Πνεῦμα ἅγιον.

(63) *Spiritus.* I Tim. IV, 1.
(64) *Hæc.* Ut intelligas cur ista verba hic citet, lege librum *De Spir. S.* num. 28. Vide etiam cap. 19 libri superioris.
(65) *Deus.* Isa. XXVI, 4, ubi Vulg. int. aliter. Vide etiam Epist. ad Rom. XVI, 26, et Dan. XIII, 42.
(66) *Qui.* Hebr. IX, 14. Vulgatus int. aliter.
(67) *Nemo.* In Bibliis hæc non exstant, ni fallor. Simon Magus objurgatur Act. VIII, 20, quod Spiritum sanctum emere vellet. Et in Epist. ad Rom. XIII, 1 legitur: « Non est potestas, nisi a Deo. » Et apud Joannem III, 34: « Ad mensuram dat Deus Spiritum: » et cap. XIV, vers. 17: « Spiritus veritatis, quem mundus non potest accipere. » Utrum aliquem ex his locis respexerit Didymus, lector judicet. Sed cum privatorum hominum codices brevia scholia aut ad marginem Bibliorum haberent, aut intra lineas, fieri potest ut unum sit hocce ex illis scholiis, quod Didymo quasi pars textus sacri lectum fuerit.
(68) *Accipite.* Joan. XX, 22.
(69) *Nemo.* I Cor. XII, 3. Biblia carent voce, Χριστόν· quam Didymus ipse omittit infra, nempe segm. 134 *b*, et in lib. *De Sp. S.* num. 4.
(70) *Deduci.* Ex Joan. XVI, 13. Passioneiani codicis lectio illa, τὸ ὁ, mendosa est: expungendus scilicet est articulus, ὁ.
(71) *Baptizantes.* Matth. XXVIII, 19.
(72) *An æmulamur.* I Cor. X, 22. Græca editio: Ἢ παραζηλοῦμεν.
(73) *Nolite.* Ephes. IV, 30.

Digitized by Google Распознавание текста

Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, » τὸ, « Ἐξαποστελεῖς τὸν Λόγον σου, καὶ τήξει αὐτά. » Ἰσάμιλλόν τε τῷ εἰπεῖν, « Κύριος μαρτυρεῖ τῇ ἐμῇ ψυχῇ, ὅτι οὐ ψεύδομαι, » τὸ γράφειν· « Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ· » καὶ, « Τὸ Πνεῦμα διαμαρτύρεταί με κατὰ πόλιν λέγον. » Ἀπεικασμένον τε τῷ λέγοντι Δεσποτικῷ ῥήματι, « Ἰδοὺ ἀποστέλλω ὑμᾶς, ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων, » τὸ, « Οὗτοι μὲν οὖν ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, κατῆλθον εἰς Σελεύκειαν. » Καὶ ἴσον τὸ γράφειν, « Εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ, » τῷ γράφειν, ὅτι « Ἔλεγον τῷ Παύλῳ διὰ τοῦ Πνεύματος· Μὴ ἀνάβαινε εἰς Ἱερουσαλήμ. » Συγγενές τε τῷ, « Ὁ Υἱὸς ζωὴ αἰώνιος, » τὸ ὑπ' αὐτοῦ λεχθέν· « Τὸ ὕδωρ, ὃ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. Τοῦτο δὲ ἔλεγεν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν· » καὶ τῷ, « Μέτοχοι γὰρ τοῦ Χριστοῦ γεγόναμεν, » τὸ, « Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τοῦ ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας Πνεύματος ἁγίου. » Καὶ ἔοικεν σφόδρα τὸ ἐν ταῖς Πράξεσι τοιῶσδε εἰρημένον, « Ὤρθησαν τοῖς ἀποστόλοις διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς, καὶ ἐκάθισαν ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν, καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες Πνεύματος ἁγίου· » [64 a] καὶ τὸ ὑπὸ Ἰωάννου λεχθὲν, « Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ, » τῷ χρησμῳδηθέντι, ὑπὸ μὲν Μωϋσέως· « Ὁ Θεὸς πῦρ καταναλίσκον· » ὑπὸ δὲ Ἡσαΐου· « Ἰδοὺ Κύριος ὡς πῦρ ἥξει. » Καὶ συνᾴδει τῷ φάναι, « Περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ, » τὸ γεγράφθαι· « Περιτομὴ καρδίας ἐν Πνεύματι· » Καὶ εἰ ἐμπρέπει περὶ τοῦ Θεοῦ λέγεσθαι τὴν Πέτρου φωνήν· « Μετανοήσει ἕκαστος ἀπὸ τῆς κακίας αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ βαπτι-

demptionis; » et iisdem verbis expressum est illud, « Emittes (74) Spiritum tuum, et creabuntur, » quibus hoc alterum: « Emittes Verbum (75) tuum, et liquefaciet ea; » et huic loco, « Dominus (76) testis est animæ meæ, quod non mentior, » congruit hic alter: « Spiritus (77) veritatis qui a Patre procedit, ipse testimonium perhibebit de me, » itemque hic alius: « Spiritus (78) contestatur me per civitatem dicens; » et illis Domini verbis, « Ecce (79) mitto vos sicut oves in medio luporum, » similia sunt hæc: « Hi ergo (80) emissi a Spiritu sancto descenderunt in Seleuciam; » et illud, « Si (81) experimentum quæritis loquentis in me Christi, » æque valet ac illud· « Dicebant (82) Paulo per Spiritum: Ne ascendas in Jerusalem; » et illi capitulo, « Filius (83) vita æterna », cognatum est quod ab ipso Filio dictum fuit: « Aqua (84), quam ego dabo illi, fiet in ipso fons aquæ salientis (85) in vitam æternam (86). Hoc autem dicebat de Spiritu sancto, quem accepturi erant credentes in ipsum; » et loco illi. « Participes (87) enim Christi facti sumus, » affinis est hic: « Impossibile (88) est enim, eos qui semel sunt illuminati, qui et gustaverunt donum cœleste (89) **145** et participes facti sunt Spiritus sancti. » Quod vero in Actis ita scriptum est, « Apparuerunt (90) apostolis dispertitæ linguæ sicut ignis, et sederunt supra singulos eorum, et repleti sunt omnes Spiritu sancto, » et illud quod a Joanne dictum est, « ipse (91) vos baptizabit in Spiritu sancto, et igne, » valde simile est huic Mosis oraculo, « Deus (92) ignis consumens, » et alteri Isaiæ, « Ecce (93) Dominus quasi ignis veniet. » Et testimonium hoc, « Circumcisi (94) estis circumcisione non manufacta, in exspoliatione corporis peccatorum, in circumcisione Christi, » consonum est huic alteri, « Circumcisio (95) cordis in Spiritu. » Ac si Deo convenit illa Petri vox, « Pœnitentiam (96) aget unusquisque a mali-

(74) *Emittes.* Psalm CIII, vers. 31 (seu 30).

(75) *Emittes Verbum.* Ps. CXLVII, vers. 7 (seu 18). Biblia cum Græca, tum Latina habent: « Emittet Verbum suum. »

(76) *Dominus.* Sensum citat, non verba. Vide ep. Rom. I, 9, et ep. ad Galat. I, 20.

(77) *Spiritus.* Joan. XV, 26.

(78) *Spiritus.* Act. XX, 23. Græca ed. paulo aliter. In ea deest vocula μὲ, quam Vulg. interpres legisse videtur: vertit enim: « mihi protestatur. »

(79) *Ecce.* Matth. X, 16.

(80) *Hi ergo.* Act. XIII, 4.

(81) *Si.* II Cor. XIII, 3. Græca editio pro εἰ habet ἐπεί, id est, « quoniam. » Vulgatus vero int. legit ut Didymus.

(82) *Dicebant.* Act. XXI, 4. Græca editio habet: μὴ ἀναβαίνειν.

(83) *Filius.* I Joan. V, 20, ubi legitur: οὗτός ἐστιν... ἡ ζωὴ αἰώνιος, id est. « Hic est... vita æterna. »

(84) *Aqua.* Joann. IV, 14. Græca editio caret voce, ἐγώ.

(85) *Salientis.* Codex habet ἁλλομένου pro ἁλλομένου.

(86) *Æternam.* Hac voce absolvitur locus ex quarto Joannis capite depromptus. Quæ sequuntur, huc transtulit Didymus ex cap. VII, vers. 39 ejusdem evangelistæ, eo quod perbelle in allatam quoque Christi sententiam conveniant. Biblia habent: Τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ Πνεύματος, et reliqua, ut hic afferuntur.

(87) *Participes.* Hebr. III, 14.

(88) *Impossibile.* Hebr. VI, 4.

(89) *Cœleste.* Codex habet: τῆς δωρεᾶς τοῦ ἐπουρανίου, id est « donum Cœlestis, » nempe Dei. Sed cum in extremo hocce capite eumdem locum afferens Didymus dictaverit τῆς ἐπουρανίου, idcirco codicem hic mendosum crediderim.

(90) *Apparuerunt.* Act. II, 3 et 4. Græca editio habet ἐκάθισέ τε, pro καὶ ἐκάθισαν.

(91) *Ipse.* Matth. III, 11, non vero in Evangelio Joannis.

(92) *Deus.* Deut. IV, 24.

(93) *Ecce.* Isa. LXVI, 15.

(94) *Circumcisi.* Coloss. II, 11. Græca ed. τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκός, id est « peccatorum carnis. »

(95) *Circumcisio.* Rom. II, 29.

(96) *Pœnitentiam.* In Actis cap. II, vers. 38, sic Petrus loquitur: Μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, id est « Pœnitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi. » Cætera, quæ addit Theologus noster, translata huc sunt ex Jerem. XXXVI, 3, aut aliquo alio simili loco. Vide not. 94, pag. 101.

Digitized by Google Распознавание текста

tia sua, et a via mala, et baptizetur in nomine Domini Jesu, et salvabitur, » Spiritum igitur a Deo nihil differre constat etiam ex eo quod iisdem verbis utens Dominus discipulis dixerit : « Exspectate (97) promissionem Patris, quam audistis : quia Joannes quidem baptizavit aqua in pœnitentiam (98), vos autem baptizabimini in Spiritu sancto. » Nihil enim aliud hæc denotant, nisi id quod alia quoque ejus de baptismo doctrina ; eadem scilicet operari, et posse Spiritum sanctum, quæ nomen Patris, et Filii ejus, utpote qui est ejusdem deitatis : et cujuslibet discriminis expertes Filium, ac Spiritum sanctum in unum veluti glomum (99) convenire, et ex æquo venerandos esse : quo modo (1) Paulus Romanis (2) scribit : « Nam si is qui venit, alium Christum prædicat, quem non prædicavimus, aut alium Spiritum accipitis, quem non accepistis. » Illud quoque, « Non enim (3) audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Christus in obedientiam gentium, verbo et opere, **146** in virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritus Dei, » eamdem vim habet, atque emphasim, quam habet illud : « Pater (4) in me manens ipse facit opera. Creditis, quod ego in Patre, et Pater in me? » Etenim observa primum, sicut Patrem, sic etiam Spiritum ejus apud Christum manere, quod sit ob divinam naturam inseparabilis. Observa deinde, ab ineffabili Trinitate divina opera concorditer fieri. Observa demum, sicut Pater in propria hypostasi existens repræsentatur in unigenito velut in imagine ob identitatem deitatis, id est essentiæ, eodem modo etiam Unigenitum in uno Spiritu sancto velut in imagine repræsentari. Quam multa vero alia de divino Spiritu scripta sunt (5) ab iis non discrepantia, quæ de Deo ac Patre, et de Unigenito ejus Filio scripta fuerunt! quorum aliqua variis locis hujus libri continentur, in sermonis decursu a nobis allata. Quod si (7) eos vicissim interrogemus, utrum Eva (8), ac pueri quos ea genuit, ex Adamo sint,

A σθήτω εἰς τὸ ὄνομα Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ σωθήσεται· » ἄρα τῷ Θεῷ ἀπαράλλακτον τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ· καὶ ἀπὸ τοῦ τὸν Δεσπότην τοῖς μαθηταῖς, αὐτοῖς ὀνόμασι φάναι· « Ἀναμείνατε τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατε, ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι εἰς μετάνοιαν, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » Οὐδὲν γὰρ ἕτερον τοῦτο δηλοῖ, ἢ ὅπερ καὶ ἡ ἄλλη αὐτοῦ περὶ τὸ φώτισμα μυσταγωγία, ὅτι δὴ τὰ αὐτὰ ἐνεργεῖ καὶ δύναται τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἅπερ τοὔνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Παιδὸς αὐτοῦ, ἅτε τῆς αὐτῆς ὑπάρχον θεότητος. Ἀπαράλλακτόν τε τὸ μήρυγμα τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ἐξ ἴσου σεπτόν, ᾗ Παῦλος Ῥωμαίοις γράφει· « Εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει, ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν, ἢ Πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε, B ὃ οὐκ ἐλάβετε. » Τὴν αὐτὴν ἔνδειξιν ἔχει καὶ τὸ, « Οὐ γὰρ τολμῶ τι λαλεῖν, ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος Θεοῦ, » τῷ, « Ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ μένων, αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα. Πιστεύετε, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. » Παρατήρει γὰρ, ὅτιπερ ὡς ὁ Πατὴρ, οὕτως καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ παρὰ τῷ Χριστῷ μένει, ἀχώριστον ὂν τῇ θείᾳ φύσει· καὶ ὅτι τὰ θεϊκὰ ἔργα [64 *b* | ὑπὸ τῆς ἀῤῥήτου Τριάδος ὁμοφρόνως γίνεται· καὶ καθὰ ὁ Πατὴρ, ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει ὤν, ἐξεικονίζεται ἐν τῷ Μονογενεῖ, διὰ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς θεότητος, τοῦτ' ἔστιν τῆς οὐσίας· τὸν ἴσον τρόπον καὶ ὁ Μονογενὴς ἐν τῷ ἑνὶ ἁγίῳ Πνεύματι. Πόσα δὲ ἄλλα ἐμφέρεται περὶ τοῦ θείκοῦ Πνεύματος, οὐ C διαφέροντα πρὸς τὰ γεγραμμένα περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ! ἐξ ὧν τινα διαφόροις τόποις τοῦδε περιέχεται τοῦ βιβλίου, δι' ὧν ἦλθεν ὁ τοῦ λόγου δρόμος. Ἐπεὶ μήγετι (6) ἐροῦσιν ἀντερωτηθέντες, ὅτι ἐκ τοῦ Ἀδὰμ ἡ Εὔα καὶ οἱ ἐξ αὐτῆς παῖδες; Καὶ πῶς, οἱ μὲν ἐγράφησαν γεννηθέντες, ἡ δὲ οὔτ' αὐτοῦ παῖς, οὔτ' ἀδελφὴ τῶν τεχθέντων ἐκλήθη; Ὁπότε οὐ δυνατὸν παραδειχθῆναι, ἐκ παραβολῆς κτισμάτων, τὴν μονάδα καὶ ἀσύγκριτον

(97) *Exspectate*. Act. I, 4 et 5. Biblia paulo aliter.

(98) *In pœnitentiam*. Græca editio hæc non habet. Hoc fortasse irrepserunt ex Matth. III, 11, aut ex scholiis intra lineas, vel ad marginem adjectis. Vide not. 28, pag. 106 et not. 62, pag. 143.

(99) *Glomum*. In Græco : τὸ μήρυγμα τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, id est ad verbum, « glomeramen Filii et Spiritus sancti. » Quæ locutio, seu metaphora Latinis auribus humilior videtur, quam ut in divinas personas convenire queat : attamen satis perspicue id exhibet, quod vult Didymus. Vetustæ porro Pollucis editiones lib. IV, cap. 10, habebant μήρυγμα· sed Kuhnius emendavit, μήρυμα. Verum ex hoc Didymi loco apparet, priscam illam lectionem μήρυγμα non contemnendam esse.

(1) *Quo modo*. Codex, ἤ. Lego, ᾗ.

(2) *Romanis*. Bis ad eumdem, ut est in proverbio. Iterum scilicet ex Epistola ad Romanos citat, quæ exstant in secunda ad Corinthios. Vide not. 17, pag. 3.

(3) *Non enim*. Rom. XV, 18 et 19. Græca editio habet τολμήσω, id est « audebo. » Sed Vulgatus int. legit ut Didymus, nempe, « audeo. »

(4) *Pater*. Joan. XIV, 10, 11. Biblia paulo aliter, sed eodem sensu.

(5) *Scripta sunt*. Aut, « feruntur, » in Scripturis « continentur. » Simili significatione adhibitum ἐμφέρεται invenies apud Epiphanium hæres. L. Ἀπὸ τῶν ἄκτων... Πιλάτου (inquit)... ἐν οἷς ἐμφέρεται τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν Ἀπριλλίων τὸν Σωτῆρα πεπονθέναι, id est « Ex Actis Pilati... in quibus continetur, vel, scriptum est, » et reliqua. Joannes vero Damascenus tom. II, pag. 275 ait : καὶ ὅσα περὶ ἡμῶν ἐν Γραφαῖς ἐμφέρεται, id est « et quæcunque de nobis in Scripturis feruntur, aut, scripta sunt, » aut « continentur. »

(6) *Μήγετι*. Forte, μήτιγε. Edit.

(7) *Quod si*. Redit repente ad hæreticorum objectionem, hujus capitis initio propositam : cujus nos, qui tanta memoria, quanta Didymus, non pollemus, obliti jam eramus. Hac de causa ubi is ait, ἐπεί, verti, « quod si, » quo violenta minus esset transitio. Hac porro responsione, quam hæreticorum argumento adhibet Didymus, alii etiam Patres, qui contra Arianos scripserunt, passim utuntur.

(8) *Eva*. Codex habet ἡ Εὔα sine accentu, ut solet, id est, ἦ Εὔα, nempe, « aut Eva. » Ego tamen legi, ἡ Εὔα.

Digitized by Google Распознавание текста

φύσιν, τὴν ἀθέατον μένουσαν τῷ νῷ, ἀκοῇ δὲ καὶ ῥήμασιν οὔτε προεισθῆναι ἀνεχομένην. Κἂν γὰρ μικρά τις, ὡσεὶ σκιὰ ὁμοιώσεως οἱονεῖπως, εὑρεθῇ, φεύγει τὸ πλέον ἀφὲν τὸν παρεκβάλλοντα κάτω που. Οὐδαμῶς γὰρ τὸ παράδειγμα ταυτότης εἶναι δύναται· ἐκεῖνα δὲ μόνον λέγειν ἀσφαλὲς, ἅπερ πρὸς τὰ μέτρα ἡμῶν ἐδίδαξαν αἱ Γραφαί. Ὅτι οὖν ἓν καὶ μόνον εἶναι Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ Πατρὸς γέγραπται, διὰ τὸ κεχωρίσθαι μὲν τῇ φύσει τῶν ἄλλων πνευμάτων, συνῆφθαι δὲ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ αὐτοῦ τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας, Παῦλος ὑφηγεῖται γράφων πρὸς μὲν Κορινθίους ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ. « Ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων ἐν τῷ ἑνὶ Πνεύματι· » καὶ πάλιν· « Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται· » καὶ πάλιν· « Πάντες ἐν Πνεῦμα ἐποτίσθημεν· » πρὸς δὲ Ἐφεσίους· « Ὅτι δι' αὐτοῦ ἔχομεν τὴν [65 *a*] προσαγωγὴν οἱ ἀμφότεροι, ἐν ἑνὶ Πνεύματι πρὸς τὸν Πατέρα· » καὶ πάλιν· « Σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ Πνεύματος· » τοῦτ' ἔστιν, πολλὴν ποιεῖσθαι φυλακὴν τοῦ μὴ χωρίζειν αὐτὸ τῆς ἀνωτάτω ἑνάδος καὶ αὐτοτελοῦς οὐσίας. Ὅτι δὲ καὶ Ῥῆμα ὠνόμασται, μαρτυροῦσιν οὐτωσί· Παῦλος γράφων, πρὸς Ἐφεσίους μέν· « Ἀναλαβόντες τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ θώρακα τῆς δικαιοσύνης, καὶ τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ Πνεύματος, ὅ ἐστιν Ῥῆμα Θεοῦ. » Ἧς τινος μαχαίρας ἐμνημόνευσεν καὶ Ματθαῖος, ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ εἰπών· « Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν· » οὐ ξίφος λέγων, ἀλλὰ τὴν εἰρήνης ἐπέκεινα τμητικὴν τῶν πεπωρωμένων καρδιῶν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀκατάλεκτον σοφίαν· πρὸς δὲ Ἑβραίους· « Φέρων γὰρ τὰ πάντα τῷ Ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. » Ποίῳ δὲ Ῥήματι; Προεφήτευσεν Δαυίδ· « Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτῶν· » καὶ πάλιν ὁ Παῦλος· « Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας Πνεύματος ἁγίου, καὶ καλὸν γευσαμένους Θεοῦ Ῥῆμα· » Πέτρος δέ· « Διότι πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα αὐτῆς ὡς ἄνθος χόρτου· ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσεν, καὶ ἡ εὐπρέπεια αὐτοῦ ἀπώλετο· τὸ δὲ Ῥῆμα τοῦ Θεοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα· » ὃν τρόπον περὶ τοῦ Υἱοῦ ψάλλει ἐν ῥητ· « Εἰς τὸν αἰῶνα, Κύριε, ὁ Λόγος σου διαμένει ἐν τῷ οὐρανῷ. »

A nonne illos ex Adamo esse respondebunt? At quomodo hi quidem dicuntur in Scriptura generati esse, illa vero neque Adami filia vocatur, neque eorum, quos genuit, soror? Nimirum fieri non potest, ut ex creaturarum comparatione exemplum aliquod ducatur ac similitudo ad exprimendam illam monadem, et incomparabilem illam naturam, quæ menti invisibilis (9) manet, ac ne auribus quidem mandari, verbisve proferri se patitur. Nam etsi parva aliqua veluti umbra similitudinis qualitercunque inveniretur, nunquam tamen illam satis explicare possemus (10). Similitudo enim, et comparatio nequaquam esse potest identitas. Ea vero duntaxat dicere tutum est (11), quæ ad nostrum captum ac mensuram accommodata **147** Scripturæ docuerunt. Quod ergo unum et solum esse Spiritum Dei Patris ideo dicat Scriptura, quia natura sejunctus quidem est ab aliis spiritibus, conjunctus autem Patri, et ejus Filio ratione essentiæ, Paulus enarrat scribens ad Corinthios quidem in prima Epistola: « Alteri (12) autem dona curationum in uno Spiritu; » et rursus: « Hæc (13) autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens seorsum singulis prout vult; » et rursus: « Et omnes (14) uno Spiritu potati sumus; » ad Ephesios autem: « Quoniam (15) per ipsum habemus accessum ambo in uno Spiritu ad Patrem; » et rursus: « Curantes (16) servare unitatem Spiritus; » id est, valde cavere ne ipsum separemus a suprema unitate, et ab ea, quæ per se perfecta est essentia. Quod autem etiam Ῥῆμα, seu *Dictum* nominatus sit, ex hisce testimoniis apparet. Paulus scribens ad Ephesios quidem inquit: « Accipientes (17) armaturam Dei, et loricam justitiæ, et scutum fidei, et galeam salutis, et gladium Spiritus, qui est Dictum Dei. » Cujus gladii meminit etiam Matthæus, cum ex persona Christi dixit: « Non veni (18) pacem mittere, sed gladium; » non ensem intelligens, sed inenarrabilem sapientiam Spiritus sancti, quæ, plus quam pax, obdurata corda incidit. Ad Hebræos vero: « Portans (19) enim omnia Verbo virtutis suæ. » Quo autem Verbo? Prænuntiavit David: « Verbo (20) Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnes virtutes eorum; » et rursus Paulus: « Impossibile (21) est enim eos qui semel sunt illuminati, qui et gustaverunt donum cœleste, et participes

(9) *Menti invisibilis.* Excludit visionem « adæquatam, » et « comprehensivam, » non « intuitivam: » ut alias ostendi in *Epistola ad Archimum præsulem*, pag. 53 et seqq.

(10) *Possemus.* In Græco, φεύγει τὸ πλέον ἀφὲν τὸν παρεκβάλλοντα κάτω που. Quæ proverbialis locutio videtur. Est autem παρεκβάλλειν « excerpere: » unde dictæ Eustathii παρεκβολαί, composita voce ex παρὰ, ἐκ, et βάλλω. Itaque Didymi locutionem sic ad verbum transferendam censeo: « cum quis ex inferiori loco » proceræ arboris poma, exempli causa, « excerpit, » aut « dejicit, major eorum pars remanet » in arbore. Si cui hæc non arrident, afferat meliora; libenter enim ea excipiam.

(11) *Tutum est.* Simili modo respondet in libro *De Spir. sancto*, num. 62.

(12) *Alteri.* I Cor. XII, 9. Vide not. 23, pag. 140.

(13) *Hæc.* I Cor. XII, 11.

(14) *Et omnes.* I Cor. XII, 13. Græca ed. εἰς ἓν Πνεῦμα.

(15) *Quoniam.* Ephes. II, 18.

(16) *Curantes.* Ephes. IV, 3.

(17) *Accipientes.* Ephes. VI, 13-17. Citat sensum, plura omittens intermedia.

(18) *Non veni.* Matth. X, 34.

(19) *Portans.* Hebr. I, 3. Græca ed. φέρων τε, id est « portansque. »

(20) *Verbo.* Psal. XXXII, vers. 6.

(21) *Impossibile.* Hebr. VI, 4 et 5.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

facti sunt Spiritus sancti, et gustaverunt bonum Dei Verbum ; » Petrus autem : « Quia (22) omnis caro ut fenum, et omnis gloria ejus tanquam flos feni : exaruit fenum, et flos (23) excidit, et decor ejus periit : Verbum autem Dei manet in sæculum ; » « In æternum, (24) Domine, **148** Verbum tuum permanet in cœlo. » Multa enim de supremis, et divinissimis hypostasibus tradit sensu summe mystico intelligenda.

A Πολλὰ γὰρ περὶ τῶν ἀκροτάτων καὶ θειοτάτων ὑποστάσεων μυστικώτατα παραδίδωσιν.

CAP. VI.

Omnia, quæ Deitatis sunt propria, testimonium reddere Spiritui sancto.

σθήτω εἰς τὸ ὄνομα Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ σωθήσεται· » ἄρα τῷ Θεῷ ἀπαράλλακτον τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ· καὶ ἀπὸ τοῦ τὸν Δεσπότην τοῖς μαθηταῖς, αὐτοῖς ὀνόμασι φάναι· « Ἀναμείνατε τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατε, ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι εἰς μετάνοιαν, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » Οὐδὲν γὰρ ἕτερον τοῦτο δηλοῖ, ἢ ὅπερ καὶ ἡ ἄλλη αὐτοῦ περὶ τὸ φώτισμα μυσταγωγία, ὅτι δὴ τὰ αὐτὰ ἐνεργεῖ καὶ δύναται τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἅπερ τοὔνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Παιδὸς αὐτοῦ, ἅτε τῆς αὐτῆς ὑπάρχον θεότητος. Ἀπαράλλακτόν τε τὸ μήρυγμα τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ἐξ ἴσου σεπτὸν, ᾗ Παῦλος Ῥωμαίοις γράφει· « Εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει, ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν, ἢ Πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε, ὃ οὐκ ἐλάβετε. » Τὴν αὐτὴν ἔνδειξιν ἔχει καὶ τὸ, « Οὐ γὰρ τολμῶ τι λαλεῖν, ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος Θεοῦ, » τῷ, « Ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ μένων, αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα. Πιστεύετε, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. » Παρατήρει γὰρ, ὅτιπερ ὡς ὁ Πατὴρ, οὕτως καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ παρὰ τῷ Χριστῷ μένει, ἀχώριστον ὂν τῇ θείᾳ φύσει· καὶ ὅτι τὰ θεϊκὰ ἔργα [64 *b* | ὑπὸ τῆς ἀῤῥήτου Τριάδος ὁμοφρόνως γίνεται· καὶ καθὰ ὁ Πατὴρ, ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει ὤν, ἐξεικονίζεται ἐν τῷ Μονογενεῖ, διὰ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς θεότητος, τοῦτ' ἔστιν τῆς οὐσίας· τὸν ἴσον τρόπον καὶ ὁ Μονογενὴς ἐν τῷ ἑνὶ ἁγίῳ Πνεύματι. Πόσα δὲ ἄλλα ἐμφέρεται περὶ τοῦ θείου Πνεύματος, οὐ διαφέροντα πρὸς τὰ γεγραμμένα περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ! ἐξ ὧν τινα διαφόροις τόποις τοῦδε περιέχεται τοῦ βιβλίου, δι' ὧν ἤλθεν ὁ τοῦ λόγου δρόμος. Ἐπεὶ μήγετι (6) ἐροῦσιν ἀντερωτηθέντες, ὅτι ἐκ τοῦ Ἀδὰμ ἡ Εὔα καὶ οἱ ἐξ αὐτῆς παῖδες; Καὶ πῶς, οἱ μὲν ἐγράφησαν γεννηθέντες, ἡ δὲ οὔτ' αὐτοῦ παῖς, οὔτ' ἀδελφὴ τῶν τεχθέντων ἐκλήθη; Ὁπότε οὐ δυνατὸν παραδειχθῆναι, ἐκ παραβολῆς κτισμάτων, τὴν μονάδα καὶ ἀσύγκριτον

(97) *Exspectate*. Act. I, 4 et 5. Biblia paulo aliter.

(98) *In pœnitentiam*. Græca editio hæc non habet. Huc fortasse irrepserunt ex Matth. III, 11, aut ex scholiis intra lineas, vel ad marginem adjectis. Vide not. 28, pag. 106 et not. 62, pag. 143.

(99) *Glomum*. In Græco : τὸ μήρυγμα τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, id est ad verbum, « glomeramen Filii et Spiritus sancti. » Quæ locutio, seu metaphora Latinis auribus humilior videtur, quam ut in divinas personas convenire queat : attamen satis perspicue id exhibet, quod vult Didymus. Vetustæ porro Pollucis editiones lib. IV, cap. 10, habebant μήρυγμα· sed Kuhnius emendavit, μήρυμα. Verum ex hoc Didymi loco apparet, priscam illam lectionem μήρυγμα non contemnendam esse.

(1) *Quo modo*. Codex, ᾗ. Lego, ᾗ.

(2) *Romanis*. Bis ad eumdem, ut est in proverbio. Iterum scilicet ex Epistola ad Romanos citat, quæ exstant in secunda ad Corinthios. Vide not. 17, pag. 3.

(3) *Non enim*. Rom. XV, 18 et 19. Græca editio habet τολμήσω, id est « audebo. » Sed Vulgatus int. legit ut Didymus, nempe, « audeo. »

(4) *Pater*. Joan. XIV, 10, 11. Biblia paulo aliter, sed eodem sensu.

(5) *Scripta sunt*. Ant, « feruntur, » in Scripturis « continentur. » Simili significatione adhibitum ἐμφέρεται invenies apud Epiphanium hæres. L. Ἀπὸ τῶν ἄκτων... Πιλάτου (inquit)... ἐν οἷς ἐμφέρεται τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν Ἀπριλλίων τὸν Σωτῆρα πεπονθέναι, id est « Ex Actis Pilati... in quibus continetur, vel, scriptum est, » et reliqua. Joannes vero Damascenus tom. II, pag. 275 ait : καὶ ὅσα περὶ ἡμῶν ἐν Γραφαῖς ἐμφέρεται, id est « et quæcunque de nobis in Scripturis feruntur, aut, scripta sunt, » aut « continentur. »

(6) *Μήγετι*. Forte, μήτιγε. Edit.

(7) *Quod si*. Redit repente ad hæreticorum objectionem, hujus capitis initio propositam : cujus nos, qui tanta memoria, quanta Didymus, non pollemus, obliti jam eramus. Hac de causa ubi is ait, ἐπεί, verti, « quod si, » quo violenta minus esset transitio. Hac porro responsione, quam hæreticorum argumento adhibet Didymus, alii etiam Patres, qui contra Arianos scripserunt, passim utuntur.

(8) *Eva*. Codex habet ἡ Εὔα sine accentu, ut solet, id est, ἡ Εὔα, nempe, « aut Eva. » Ego tamen legi, ἡ Εὔα.

Digitized by Google Распознавание текста

φύσιν, τὴν ἀθέατον μένουσαν τῷ νῷ, ἀκοῇ δὲ καὶ ῥήμασιν οὔτε προσισθῆναι ἀνεχομένην. Κἂν γὰρ μικρά τις, ὡσεὶ σκιὰ ὁμοιώσεως οἱονεί πως, εὑρεθῇ, φεύγει τὸ πλέον ἀφὲν τὸν παρεκβάλλοντα κάτω που. Οὐδαμῶς γὰρ τὸ παράδειγμα ταυτότης εἶναι δύναται· ἐκεῖνα δὲ μόνον λέγειν ἀσφαλὲς, ἅπερ πρὸς τὰ μέτρα ἡμῶν ἐδίδαξαν αἱ Γραφαί. Ὅτι οὖν ἓν καὶ μόνον εἶναι Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ Πατρὸς γέγραπται, διὰ τὸ κεχωρίσθαι μὲν τῇ φύσει τῶν ἄλλων πνευμάτων, συνῆφθαι δὲ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ αὐτοῦ τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας, Παῦλος ὑφηγεῖται γράφων πρὸς μὲν Κορινθίους ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ. « Ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων ἐν τῷ ἑνὶ Πνεύματι· » καὶ πάλιν· « Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται· » καὶ πάλιν· « Πάντες ἓν Πνεῦμα ἐποτίσθημεν· » πρὸς δὲ Ἐφεσίους· « Ὅτι δι' αὐτοῦ ἔχομεν τὴν [65 *a*] προσαγωγὴν οἱ ἀμφότεροι, ἐν ἑνὶ Πνεύματι πρὸς τὸν Πατέρα· » καὶ πάλιν· « Σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ Πνεύματος· » τοῦτ' ἔστιν, πολλὴν ποιεῖσθαι φυλακὴν τοῦ μὴ χωρίζειν αὐτὸ τῆς ἀνωτάτω ἑνάδος καὶ αὐτοτελοῦς οὐσίας. Ὅτι δὲ καὶ Ῥῆμα ὠνόμασται, μαρτυροῦσιν οὐτωσί· Παῦλος γράφων, πρὸς Ἐφεσίους μέν· « Ἀναλαβόντες τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ θώρακα τῆς δικαιοσύνης, καὶ τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ Πνεύματος, ὅ ἐστιν Ῥῆμα Θεοῦ. » Ἧς τινος μαχαίρας ἐμνημόνευσεν καὶ Ματθαῖος, ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ εἰπών· « Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν· » οὐ ξίφος λέγων, ἀλλὰ τὴν εἰρήνης ἐπέκεινα τμητικὴν τῶν πεπωρωμένων καρδιῶν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀκατάληκτον σοφίαν· περὶ δὲ Ἑβραίους· « Φέρων γὰρ τὰ πάντα τῷ Ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. » Ποίῳ δὲ Ῥήματι; Προεφήτευσεν Δαυΐδ· « Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτῶν· » καὶ πάλιν ὁ Παῦλος· « Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας Πνεύματος ἁγίου, καὶ καλὸν γευσαμένους Θεοῦ Ῥῆμα· » Πέτρος δέ· « Διότι πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα αὐτῆς ὡς ἄνθος χόρτου· ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσεν, καὶ ἡ εὐπρέπεια αὐτοῦ ἀπώλετο· τὸ δὲ Ῥῆμα τοῦ Θεοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα· » ὃν τρόπον περὶ τοῦ Υἱοῦ ψάλλει ἐν ῥητ· « Εἰς τὸν αἰῶνα, Κύριε, ὁ Λόγος σου διαμένει ἐν τῷ οὐρανῷ. »

A nonne illos ex Adamo esse respondebunt? At quomodo hi quidem dicuntur in Scriptura generati esse, illa vero neque Adami filia vocatur, neque eorum, quos genuit, soror? Nimirum fieri non potest, ut ex creaturarum comparatione exemplum aliquod ducatur ac similitudo ad exprimendam illam monadem, et incomparabilem illam naturam, quæ menti invisibilis (9) manet, ac ne auribus quidem mandari, verbisve proferri se patitur. Nam etsi parva aliqua veluti umbra similitudinis qualitercunque inveniretur, nunquam tamen illam satis explicare possemus (10). Similitudo enim, et comparatio nequaquam esse potest identitas. Ea vero duntaxat dicere tutum est (11), quæ ad nostrum captum ac mensuram accommodata **147** Scripturæ docuerunt. Quod ergo unum et solum esse Spiritum Dei Patris ideo dicat Scriptura, quia natura sejunctus quidem est ab aliis spiritibus, conjunctus autem Patri, et ejus Filio ratione essentiæ, Paulus enarrat scribens ad Corinthios quidem in prima Epistola: « Alteri (12) autem dona curationum in uno Spiritu; » et rursus: « Hæc (13) autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens seorsum singulis prout vult; » et rursus: « Et omnes (14) uno Spiritu potati sumus; » ad Ephesios autem: « Quoniam (15) per ipsum habemus accessum ambo in uno Spiritu ad Patrem; » et rursus: « Curantes (16) servare unitatem Spiritus; » id est, valde cavere ne ipsum separemus a suprema unitate, et ab ea, quæ per se perfecta est essentia. Quod autem etiam Ῥῆμα, seu *Dictum* nominatus sit, ex hisce testimoniis apparet. Paulus scribens ad Ephesios quidem inquit: « Accipientes (17) armaturam Dei, et loricam justitiæ, et scutum fidei, et galeam salutis, et gladium Spiritus, qui est Dictum Dei. » Cujus gladii meminit etiam Matthæus, cum ex persona Christi dixit: « Non veni (18) pacem mittere, sed gladium; » non ensem intelligens, sed inenarrabilem sapientiam Spiritus sancti, quæ, plus quam pax, obdurata corda incidit. Ad Hebræos vero: « Portans (19) enim omnia Verbo virtutis suæ. » Quo autem Verbo? Prænuntiavit David: « Verbo (20) Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnes virtutes eorum; » et rursus Paulus: « Impossibile (21) est enim eos qui semel sunt illuminati, qui et gustaverunt donum cœleste, et participes

(9) *Menti invisibilis.* Excludit visionem « adæquatam, » et « comprehensivam, » non « intuitivam: » ut alias ostendi in *Epistola ad Archintum præsulem*, pag. 53 et seqq.

(10) *Possemus.* In Græco, φεύγει τὸ πλέον ἀφὲν τὸν παρεκβάλλοντα κάτω που. Quæ proverbialis locutio videtur. Est autem παρεκβάλλειν « excerpere: » unde dictæ Eustathii παρεκβολαί, composita voce ex παρὰ, ἐκ, et βάλλω. Itaque Didymi locutionem sic ad verbum transferendam censeo: « cum quis ex inferiori loco » proceræ arboris poma, exempli causa, « excerpit, » aut « dejicit, major eorum pars remanet » in arbore. Si cui hæc non arrident, afferat meliora; libenter enim ea excipiam.

(11) *Tutum est.* Simili modo respondet in libro *De Spir. sancto*, num. 62.

(12) *Alteri.* I Cor. XII, 9. Vide not. 23, pag. 140.

(13) *Hæc.* I Cor. XII, 11.

(14) *Et omnes.* I Cor. XII, 13. Græca ed. εἰς ἓν Πνεῦμα.

(15) *Quoniam.* Ephes. II, 18.

(16) *Curantes.* Ephes. IV, 3.

(17) *Accipientes.* Ephes. VI, 13-17. Citat sensum, plura omittens intermedia.

(18) *Non veni.* Matth. X, 34.

(19) *Portans.* Hebr. I, 3. Græca ed. φέρων τε, id est « portansque. »

(20) *Verbo.* Psal. XXXII, vers. 6.

(21) *Impossibile.* Hebr. VI, 4 et 5.

Digitized by Google Распознавание текста

facti sunt Spiritus sancti, et gustaverunt bonum Dei Verbum ; » Petrus autem : « Quia (22) omnis caro ut fenum, et omnis gloria ejus tanquam flos feni : exaruit fenum, et flos (23) excidit, et decor ejus periit : Verbum autem Dei manet in sæculum ; » « In æternum, (24) Domine, **148** Verbum tuum permanet in cœlo. » Multa enim de supremis, et divinissimis hypostasibus tradit sensu summe mystico intelligenda.

A Πολλὰ γὰρ περὶ τῶν ἀκροτάτων καὶ θειοτάτων ὑποστάσεων μυστικώτατα παραδίδωσιν.

CAP. VI.

Omnia, quæ Deitatis sunt propria, testimonium reddere Spiritui sancto.

Insuper (25) igitur de immortali et ineffabili Spiritus sancti natura talia dicuntur in divinis oraculis, qualia de omnium dominatore Deo et Patre, ac de universorum Domino, et omnia transcendente Filio, propterea quod neque heterousius, id est, *alterius essentiæ* sit, neque potentiæ minoris, aut gloriæ. Quorum nihil per se ulla creatura habere deprehenditur : id ipsum enim, quod habet, ex ejus, quæ in una deitate est, Trinitatis largitione habet. Cujuslibet autem rei natura iis semper constituitur, ex quibus dignoscitur et quid ea sit, et quid non sit, et utrum illa Deus exsistat, an creatura. Exempli gratia :

ΚΕΦ. Ϛ'.

Περὶ τοῦ πάντα, ὅσα ἴδια Θεότητος [65 *b*], *μαρτυρεῖσθαι τὸ ἅγιον Πνεῦμα.*

Ἔπειτα οὖν χρησμῳδοῦσιν περὶ τῆς ἀκηράτου καὶ ἀφράστου φύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οἷα περὶ τοῦ ὅλων κατεξουσιάζοντος Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ τοῦ πάντων ἐπέκεινα καὶ πάντων Κυρίου Υἱοῦ, διὰ τὸ μὴ ἑτεροουσίως ἔχειν, μηδὲ δυνάμει καὶ δόξῃ ἐλαττόνως. Καὶ B οὐδὲν εὑρίσκεται τούτων ἀφ' ἑαυτοῦ ὑπάρχον οὐδενὶ κτιστῷ. Ὅπερ γὰρ καὶ ἔχει φιλοτιμηθὲν παρὰ τῆς ἐν μιᾷ θεότητι Τριάδος, ἔχει· καὶ πέφυκεν ἕκαστον ἀεὶ ἀφ' ὧν ἔστιν ἐπιγινώσκεσθαι, τί τέ ἐστιν, καὶ τί μή ἐστιν, εἴτε Θεὸς ἔφυ, εἴτε κτίσμα. Οἷον·

1. Creatura habet ut sit, cum initio omnino non exsisteret. Cujusmodi vero sit in rationalium naturarum ordine primum illius opus, ostendit liber Jobi : moribus enim mendacem, natura diabolum (26) dicit. At vero Spiritus sanctus, utpote flatus Omnipotentis (27), nusquam in Scripturis dicitur aut esse creatura, aut initium omnino habere. Nec enim ante creatorem Spiritum exsistere potuit creatura, ac talis quidem creatura, quæ ex propria voluntate sese reprobam, ingratam, et impuram prodidit. Cum vero Scriptura neque Spiritus sancti initium esse dicat, sed illum celebret ut Spiritum **149** Dei, et ex Deo, et divinum, et sanctum, neque in divinarum hypostasium natura prioritatem, ac posterioritatem admittat, quinam relinquitur dubitandi locus, utrum ipsæ in una increata deitate sint, et æquali honore afficiendæ?

Α'. Ἡ κτίσις τὸ εἶναι ἔχει, οὐκ οὖσα τὴν ἀρχήν. Ἐδείχθη δὲ ἐν τῷ Ἰὼβ, καὶ ποῖον αὐτῆς ἐστιν ἐν λογικοῖς πρῶτον ποίημα. Λέγει γὰρ τὸν ψευσάμενον τῷ τρόπῳ τὴν φύσιν διάβολον. Τὸ δ' ἅγιον Πνεῦμα, ὡς πνοὴ τοῦ Παντοκράτορος, κτίσμα εἶναι, ἢ ἀρχὴν ὅλως ἔχειν, οὐδαμῆ γέγραπται. Οὐδὲ γὰρ ἂν προϋπῆρξεν τοῦ δημιουργικοῦ Πνεύματος δημιούργημα, καὶ τοιοῦτο ἀδόκιμον, ἀχάριστον, καὶ βέβηλον ἐξ οἰκείας γνώμης φανέν. Γραφῆς δὲ μήτε λεγούσης εἶναι τοῦ θεϊκοῦ C Πνεύματος ἀρχὴν, Πνεῦμα δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ θεῖον καὶ ἅγιον εὐφημούσης αὐτό· μήτε δὲ ἀφοριζούσης ἐπὶ τῆς φύσεως τῶν θείων ὑποστάσεων τὸ πρώτιστα, καὶ τὸ ἔπειτα, ποῖα περὶ τοῦ εἶναι αὐτὰς ἐν τῇ ἀγενήτῳ μιᾷ θεότητι καὶ ἰσοτιμίᾳ ὑπολείπεται ἀμφισβήτησις;

(22) *Quia.* Epist. I, Petr. I, 24 et 25. Pro αὐτῆς Græca editio habet ἀνθρώπου, id est « hominis. » Sed Vulg. interpres legit ut Didymus : vertit enim « ejus. »

(23) *Et flos.* Græca editio : καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ, id est « et flos ejus. » Verba vero proxime sequentia, καὶ ἡ εὐπρέπεια αὐτοῦ ἀπώλετο, id est « et eximius decor ejus periit, » desiderantur et hic, et D Isa. XL, 8, cum in Græcis Bibliis, tum in Latinis : in quibus præterea pro, « Dei, » legitur, « Domini. »

(24) *In æternum.* Psal. CXVIII, vers. 89.

(25) *Insuper.* Dictio, « insuper, » idem hic valet atque, « tertio loco. » Nimirum in extremo capite primo hujus libri ait Didymus, se ex Veteri Novoque Testamento plura testimonia, sive argumenta allaturum, quibus probet Spiritum sanctum esse Deum, eaque ad nonnulla capita revocat, ac primum illud caput secundi hujus libri sic concludit : αὐτίκα γοῦν μαρτυροῦσιν· tum statim primum argumentorum caput aut genus exponit capite secundo, sic incipiens : Πρῶτον μέν. Alterum proponit capite tertio, sic exorsus : ὃ δὲ ἐλέγομεν ἐξ ἀρχῆς· δεύτερον μαρτυροῦσιν. Tertium in sexto hoc capite : eaque de causa, omisso nominativo, incipit : Ἔπειτα οὖν χρησμῳδοῦσιν. Quartum in septimo capite, et ita deinceps. Vide notas ad segm. 212 *a*.

(26) *Natura diabolum.* Ne videatur Didymus secum ipse pugnare, ac iis contraria dictare, quæ in libro *adv. Manich.* dixerat, animadvertendum est, nomen « diaboli » ab ipso hic non sumi quatenus « calumniatorem » designat, sed ut nomen proprium. In Jobo enim cap. I et II Græca editio habet, διάβολος, ubi Hebraicum exemplar, et Latina translatio habent « Satan : » quæ vox etsi « adversarium » et ipsa significet, usurpatur tamen instar nominis proprii. Itaque cum adversus Manichæos creaturas « natura » malas confingentes loquens ait (pag. 211, tom. I *Lectt. Antiqq. Canisii*) : τὸ γὰρ διάβολος ὄνομα, οὐκ οὐσίαν, ἀλλὰ προαίρεσιν δηλοῖ, id est « diaboli enim nomen non usiam, sive naturam declarat, sed voluntatem, » etymon respicit vocabuli « diabolus : » cum vero hic ait, τὴν φύσιν διάβολον, hoc est « natura diabolum, » imo etiam cum in ipso libro *adv. Manich.* pag. 212 inquit, τὴν οὐσίαν τὴν καλουμένην διάβολον, id est « naturam, quæ vocatur diabolus, » vocem « diabolus » accipit ut nomen proprium. Quod ut clarius appareat, τρόπον ἀπὸ τῆς φύσεως, id est « mores a natura, » hic sejungit, sicut ibi προαίρεσιν distinguit ab οὐσίᾳ, id est, « voluntatem a natura. »

(27) *Flatus Omnipotentis.* Ex Job XXXIII 4.

Digitized by Google Распознавание текста

Β'. Οὐδὲν κτιστὸν πληροῖ τὴν οἰκουμένην, ἢ συνέχει τὰ πάντα, καὶ ἐν πᾶσιν τυγχάνει· ἀλλὰ καὶ τῶν νοερῶν δυνάμεων πέρας ἐστὶν, καὶ ὡρισμένη ποσότης· μόνως γὰρ ταῦτα τῆς θεότητος ἴδια. Ἡ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μεγαλωσύνη, ἀδιάλυτος, ἀπέραντος, καὶ πανταχοῦ, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν ἀεί ἐστιν· πληροῦσα μὲν τὸν κόσμον καὶ συνέχουσα [66 *a*] κατὰ τὴν θεότητα, ἀχώρητος δὲ κατὰ τὴν δύναμιν· καὶ μετροῦσα μὲν, οὐ μετρουμένη δέ. « Οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα, » ὡς ὁ Σωτὴρ ἐν Ἰωάννῃ λέγει· καὶ κατὰ τὴν Σοφίαν, ἔχουσαν· « Ἀγαπᾷς γὰρ τὰ ὄντα πάντα, καὶ οὐδὲν βδελύσσῃ, ὧν ἐποίησας· οὐδὲ γὰρ ἂν μισῶν τι κατεσκεύασας. Πῶς δὲ ἔμεινεν ἄν τι, εἰ μὴ σὺ ἠθέλησας, ἢ τὸ μὴ βληθὲν ὑπὸ σοῦ ἐτηρήθη; Φείδῃ δὲ πάντων, ὅτι πάντα σά ἐστιν, Δέσποτα φιλόψυχε, καὶ τὸ ἄφθαρτόν σου Πνεῦμα ἐστὶν ἐν πᾶσιν. » Ἔνθεν καὶ Πατέρα πάντων, τὸν Θεὸν εἰκότως ὀνομάζομεν, οὐκ ὄντα ἡμῶν φύσει πατέρα, ὡς ἔστιν τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ. Καὶ πάλιν· « Πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκεν τὴν οἰκουμένην, καὶ τὸ συνέχον τὰ πάντα γνῶσιν ἔχει φωνῆς· » ἀντὶ τοῦ, Περιέλαβεν τὴν ἀόρατον καὶ ὁρατὴν κτίσιν, τὴν νοητὴν καὶ αἰσθητὴν, καὶ οὐδὲν τῶν πάντων ἐστὶν ἄμοιρον τῆς ἀϊδίου ἐπιστασίας αὐτοῦ· τὸ γὰρ πάντα συνέχειν τοῦτο δηλοῖ. Καὶ πάσης, φησὶν, ἐπακούει φωνῆς, ὡς Θεὸς ἐν πᾶσιν πανταχοῦ ἀεὶ τυγχάνων, καὶ πᾶσαν ὑλικὴν ἀναρμοστίαν εἰς τάξιν περιάγων τὴν πρέπουσαν, καὶ τῶν πρὸς αὐτοῦ ποιηθέντων φειδόμενός τε καὶ ἐπιμελούμενος, ἅτε αὐτὸς τὴν φύσιν πρόνοια ὑπάρχων, καὶ σοφία, δι' ὅλων διαπεφοιτηκυῖα, ὡς ὁ Πατήρ. Τίς γὰρ ὁ τοιαύτην ἔχων γνῶσιν; Ἡσαΐας τε λέγει οὕτως· « Πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας· » καὶ ὁ Δαυὶδ προσάδει· « Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου; καὶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός σου ποῦ φύγω; » Καὶ ὁ Δεσπότης δὲ διδάσκων, ὡς ἡ θεότης τοῦ ἁγίου Πνεύματος οὐ περιγράφεται τόπῳ, ἀλλ' ὁμοῦ ἐν οὐρανῷ τέ ἐστιν καὶ ἐπὶ γῆς, πᾶσαν αὐτάρκειαν παρασχόμενον ἀεὶ καὶ παρεχόμενον τῇ κτίσει, ἔφη παρ' Ἰωάννῃ· « Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολὰς [66 *b*] τὰς ἐμὰς τηρήσατε· κἀγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα ᾖ μεθ' ὑμῶν τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν, ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτὸ οὐδὲ γινώσκει αὐτό· ὑμεῖς δὲ γινώσκετε αὐτό,

A II. Nulla res creata implet orbem terrarum, aut continet omnia, aut in omnibus exsistit : sed intelligentium quoque virtutum terminus quidam est, et quantitas definita : quæ vero dixi, solius deitatis propria sunt. At vero Spiritus sancti majestas perpetua est, atque interminata, et ubique et per omnia et in omnibus semper exsistit, ac mundum quidem implet, et continet secundum divinitatem, sed capi ipsa et contineri non potest secundum potentiam, et mensurat quidem, sed non mensuratur : « Nec enim ad mensuram dat Deus Spiritum, » sicut Salvator apud Joannem (28) ait, et sicut Sapientia docet, cum inquit : « Diligis (29) enim omnia quæ sunt, et nihil abominaris eorum quæ fecisti : nec enim odio habens quidquam constituisti. Quomodo autem permansisset aliquid, nisi tu voluisses? aut a te non jactum conservaretur? Parcis autem omnibus, quoniam omnia (30) tua sunt, Domine amator animarum. Et (31) incorruptus tuus Spiritus est in omnibus. » Itaque Deum merito vocamus etiam Patrem omnium (32), etsi natura pater noster non sit, sicut est Unigeniti sui ; et rursus : « Spiritus (33) Domini replevit orbem terrarum, et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. » Id autem perinde est ac si diceret : Invisibilem et visibilem creaturam, intelligentem et sentientem comprehendit, ac nulla ex omnibus rebus æternæ illius rectionis expers est : nam omnia continere, hoc significat. Et omnem, inquit, vocem audit, utpote Deus in omnibus ubique semper exsistens, et materialem omnem confusionem in convenientem ordinem redigens, et iis, quæ ab ipso facta sunt, parcens, et eorum curam habens, utpote qui ipse ex natura est providentia et sapientia, omnia complectens, **150** ac penetrans (34), sicut Pater. Quis enim est qui talem habet scientiam? Audi tum ex Isaia inquiente, « Spiritus (35) scientiæ et pietatis ; » tum ex Davide ita canente : « Quo (36) ibo a facie tua, et quo a Spiritu tuo fugiam? » Quin etiam Dominus ut deitatem Spiritus sancti loco non circumscribi doceat, sed simul et in cœlo esse, et in terra, omnemque creaturis sufficientiam (37) subministrasse semper, et subministrare, sic loquitur apud Joannem : « Si diligitis (38) me, mandata mea servate. Et ego ro-

B

C

D

(28) *Apud Joannem.* Cap. III, vers. 34.

(29) *Diligis.* Sap. XI, 25-27; XII, 1. Græca editio habet : τὸ μὴ κληθὲν ὑπὸ σοῦ διετηρήθη, pro τὸ μὴ βληθέν... ἐτηρήθη.

(30) *Omnia.* Hæc vox deest in Græca editione. In libro *De Spir. sancto* num. 46 hæc ita afferuntur : « Parces » (legendum reor, « parcis, » ut legitur in ms. codice bibliothecæ nostræ Bononiensis) « autem omnibus ; quia tuæ sunt. » Sed legendum puto, « quia tua sunt, » ex eodem codice, quem sæpius memoravi : nullum enim est in Græco nomen femininum.

(31) *Et.* Græca editio, γάρ, id est « nam. » Vulgatus int. aliter.

(32) *Patrem omnium.* Sic vocatur Deus Ephes. IV, 6. Quin etiam ethnici eum sic nuncupaverunt, ut Plato, ac Diphilus comicus apud Clementem in quinto *Stromatum.*

(33) *Spiritus.* Sap. I, 7.

(34) *Omnia... penetrans.* Eodem modo loquitur in commentariis *in Psalmos* ad vers. 4 psalmi XXIV : Ὁδοὶ Κυρίου (inquit), αἱ διοικήσεις τῆς αὐτοῦ προνοίας, καθ' ἃς τὰ σύμπαντα διακυβερνᾷ... τρίβοι δὲ, αἱ κατὰ μέρος διοικήσεις, δι' ὧν ὥσπερ τὰ πάντα διαπορεύεται, id est, « Viæ Domini sunt dispositiones providentiæ ipsius, per quas omnia gubernat... » Semitæ « autem sunt particulares dispositiones, per quas veluti omnia pervadit. »

(35) *Spiritus.* Isa. XI, 2.

(36) *Quo.* Psal. CXXXVIII, vers. 7. Biblia inverso ordine.

(37) *Sufficientiam.* Vox est biblica. Vide II Cor. IX, 8, ubi αὐτάρκεια, et cap. III, vers. 5 ejusdem epistolæ, ubi ἱκανότης dicitur.

(38) *Si diligitis.* Joan. XIV, 15-17.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

gabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut sit vobiscum (39), Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum : vos autem cognoscitis eum, quia apud vos manet, et in vobis erit. » Ut vero notum fiat, talibus etiam testimoniis ipsum unius ubique præsentis naturæ declarari, æqualia de ambabus hisce immortalibus subsistentiis Scripturæ tradiderunt. Nam Jeremias quidem ex persona Dei et Patris loquens hæc exponit : « Cœlum (40) et terram ego impleo, dicit Dominus; » David vero de Filio in CXLIV psalmo clamat : « Et (41) magnitudinis ejus non est finis; » Paulus autem prædicat de eodem : « Qui descendit (42), ipse est et qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia. »

A ὅτι παρ' ὑμῖν μένει, καὶ ἐν ὑμῖν ἔσται. » Ἵνα δὲ γνώριμον γένηται, ὡς τῆς ἁπανταχοῦ παρούσης μιᾶς ἀπείρου φύσεως καὶ αἱ τοιαίδε μαρτυρίαι ἀποφαίνουσιν αὐτὸ, τὰ ἴσα παρέδοσαν περὶ ἑκατέρας ἀκηράτου ὑποστάσεως· Ἱερεμίας μὲν ἐξηγούμενος ἀπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· « Τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος· » Δαυὶδ δὲ περὶ τοῦ Υἱοῦ ἐν ῥμδ' ψαλμῷ κελαδῶν· « Καὶ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστιν πέρας· » Παῦλος δὲ κηρύττων περὶ τῶν αὐτοῦ· « Ὁ καταβὰς αὐτός ἐστιν καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπὲρ ἄνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. »

III. Creatura non est simpliciter incorruptibilis, sed corruptioni obnoxia, id est, conversioni, quam dicimus etiam mutationem ; sicut prophetia inquit : « Faciens (43) omnia, et transmutans ipsa. » Cui obsecundantes illi etiam qui a profanis sapientes habentur, aiunt (44):

Ipsa dissolvens in ipsamet, et ex ipsismet rursus ea [augens.

Nam incorporea rationalis creatura, quoad **131** voluntatem corruptionis expers non est, cum stabilem quidem ei naturam Deus dederit, illamque in sæculum et in sæculum sæculi constituerit ; ipsa vero ex sua ipsius electione mutata sit, et in pejorem sortem (45) statumque inciderit, et ex hoc ipso adeo corrupta sit, ut ex eo tempore denominationem illam veluti amiserit, qua vocabatur æterna. Quod enim ex se ipso, quocunque tandem modo id fiat, egreditur, hoc est, immutatur, illud etsi alio modo perduret, mortem invenit, nempe propriam mutationem (46). Nam quidquid eam rem postea fieri posueris, illud est rei prioris mors : exempli gratia, si malitia fiat bonitas, jam eo ipso quod malitia recedit a creatura, occiditur a bonitate ; et vice versa bonitas interficitur a malitia. Sunt enim quædam, quæ semper consistere in primo statu ac termino, etsi hoc ipsis denegatum non fuerit, non pergunt. Hæc itaque in Epistolis scribunt Petrus et Judas. Petrus ait : « Si enim (47) angelis peccantibus non pepercit Deus, sed rudentibus inferni (aut tenebrarum) detractos in tartarum, in judicium magnæ diei (48) reservavit, et antiquo mundo non pepercit. » Judas vero : « Angelosque, qui non servaverunt suum

B Γ'. Ἡ κτίσις οὐκ ἄφθαρτος καθάπαξ ἐστίν· ἀλλὰ φθορὰν ἐπιδέχεται, τὴν τροπὴν, ἣν φαμεν καὶ μεταβολὴν, ὡς ἡ προφητεία λέγει· « Ὁ ποιῶν πάντα καὶ μετασκευάζων αὐτά. » Ἧς κατακούσαντες τῶν ἔξω σοφοὶ, φασίν·

Αὐτὰ λύων εἰς αὐτὰ, καὶ ἐξ αὐτῶν πάλιν αὔξων.

C Ἡ μὲν γὰρ ἀσώματος λογικὴ κτίσις, τὴν κατὰ προαίρεσιν ἔχει φθοράν, τοῦ μὲν Θεοῦ μόνιμον αὐτῇ φύσιν δεδωκότος, καὶ στήσαντος αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· αὐτῆς δὲ αὐτοπροαιρέτως μεταβαλλομένης, καὶ εἰς χείρονα ἐκπιπτούσης λῆξιν, καὶ αὐτῷ τούτῳ φθειρομένης, ὡς ἀπολλύειν οἷον ἐκ τούτου τὸ καλεῖσθαι αἰῶνος· Τὸ γὰρ ὁτιδήποτε ἐξερχόμενον ἑαυτοῦ, τοῦτ' ἔστιν ἀλλασσόμενον, θάνατον εὑρίσκει, κἂν ἄλλως διαμένει, τὴν ἰδίαν ἀλλοίωσιν. Καὶ γὰρ ὅπερ ἂν νοήσαις [67 *a*] γεγενῆσθαι ἔπειτα, τοῦτο θάνατος τοῦ προτέρου ἐστίν· οἷόν τι ἡ κακία γενομένη ἀγαθότης, θανατοῦται αὐτῷ ᾧ ἀπέστη ὑπὸ τῆς ἀγαθότητος· καὶ τὸ ἔμπαλιν, ἡ ἀγαθότης ὑπὸ τῆς κακίας. Ἔστιν γάρ τινα ἅπερ ἀεὶ ἑστάναι τῷ πρώτῳ ὅρῳ, εἰ καὶ μὴ ἠρνήθη τοῦτο αὐτοῖς, οὐκ ἀνέχεται. Τοιγαροῦν διαγορεύουσιν ἐν Ἐπιστολαῖς ταῦτα, Πέτρος μέν· « Εἰ γὰρ ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο ὁ Θεὸς, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας, εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας τετήρηκεν, καὶ ἀρχαίου κόσμου οὐκ ἐφείσατο· » Ἰούδας δέ· « Ἀγγέλους τε τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, ἀλλ' ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον, δεσμοῖς ἀϊδίοις D ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν. » Ἡ δὲ σωματικὴ καὶ λογικὴ

(39) *Ut sit vobiscum.* Biblia : Ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα, id est « ut maneat vobiscum in sæculum. » At Didymus in libro quoque *De Spir. S.* num. 27 habet : « ut sit vobiscum in æternum. » Voces porro, « in æternum, » etsi omittantur in editis exemplaribus, non desunt tamen in nostro codice.

(40) *Cœlum.* Jerem. XXIII, 24

(41) *Et.* Psal. CXLIV, vers. 3.

(42) *Qui descendit.* Ephes. IV, 10.

(43)) *Faciens.* Amos V, 8, ubi Vulg. interpres nihil tale habet; vertit enim : « Facientem Arcturum, et Orionem. » Complutensis ed. pro μετασκευάζων habet κατασκευάζων. Sed Francofurtensis, μετασκευάζων· ambæ vero carent voce αὐτά· quæ tamen non omittitur apud Basilium in quinto *contra Eunomium*, pag. 296.

(44) *Aiunt.* Vide not. 51, pag. 69. Verbis autem illis, ἧς κατακούσαντες, quæ verti etiam possunt « quam cum audissent, » Clementis Alexandrini sententiam attingere videtur, qui ethnicos plura e sacris Bibliis hausisse contendit.

(45) *Sortem.* Λῆξιν duco ex verbo λαγχάνω, quod est, « sortior » : ut significet sedem, locum, aut statum quem quis sortitus sit. Posset quis vocem ducere a verbo λήγω, ac « finem » vertere.

(46) *Mortem. . . nempe propriam mutationem.* Eadem locutione usus erat Tertullianus in libro *adv. Praxeam*, cap. 27. « Deum » inquit « immutabilem, et informabilem credi necesse est, ut æternum ; transfiguratio autem interemptio est pristini. » Et reliqua.

(47) *Si enim.* II Petr. II, 4, 5.

(48) *Diei.* Cum similia in loco Judæ, quem mox afferet, legantur, idcirco ea verba, « in judicium

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

κτίσις ἀλλοίωσιν δέχεται· κατὰ ἕξιν μὲν, ὡς ὁ Ἰούδας τὸν ἁγιασμὸν ἀπολέσας· καὶ ὡς Παῦλος γράφει· « Ἡ δὲ σπαταλῶσα χήρα, ζῶσα τέθνηκεν· » καίτοι ζῶσαν ἀνύουσα τὸν ἐν ἀνθρώποις ἔτι· κατ' οὐσίαν δὲ, ὡς ἀπολήγουσα μὲν πρῶτον, ἔπειτα δὲ μεταπίπτουσα εἰς ἀθανασίαν. « Δεῖ γὰρ, φησὶν, τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. » Ἡ δὲ μὴ λογικὴ κτίσις τροπὴν ὑπομένει, καὶ ἀπογίνεται· ὡς ἡνίκα τοῦ φωτὸς εἰς σκότος, καὶ τοῦ ὕδατος εἰς αἷμα μεταπίπτοντος, προεφητεύετο· « Αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου· » καὶ ἀλλαχοῦ· « Ὁ οὐρανὸς, φησὶν, καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται. » Προεφητεύθη γὰρ, ὡς ἔσονται καινοὶ οὐρανοὶ, καὶ καινὴ γῆ. Καὶ γὰρ ἀληθῶς πᾶν τὸ δεξάμενον ἀρχὴν, ἕξει καὶ τέλος. Τὸ δὲ ἅγιον [67 *b*] Πνεῦμα, ἅτε τῆς ἀῤῥήτου, καὶ πάντων ἐπικρατούσης αἰωνίου, καὶ ἀφθάρτου φύσεως ὑπάρχον, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχον· μόνον τε εἰδὸς καὶ ποιοῦν τὰ τοῦ Θεοῦ· καὶ φρουρητικὸν πάντων ὧν τῶν τε λογικῶν καὶ τὴν πίστιν τελείων, τῶν τε μὴ λογικῶν, ἕως τοῦ δοθέντος τοῖς μὴ λογικοῖς ὅρου τῆς ἐν ταυτότητι διαμονῆς· φύσει καὶ προαιρέσει τροπῆς καὶ μεταβολῆς ἀνεπίδεκτον καθέστηκεν, ὅ ἐστιν ἄφθαρτον. Τὸ δὲ ἄτρεπτον, ἤτουν ἄφθαρτον, εὐθὺς ἄναρχον, ἀτελεύτητον καὶ ὑπεραιώνιόν ἐστιν. Τὸ δὲ ἄναρχον, δημιουργὸς, καὶ οὐ δημιούργημα. Διὸ κυρίως λέγει ἡ μὲν Σοφία· « Τὸ ἄφθαρτόν σου Πνεῦμα ἐστὶν ἐν πᾶσιν· » ὁ δὲ Πέτρος· « Ἐν τῷ ἀφθάρτῳ τοῦ πραέος καὶ ἡσυχίου Πνεύματος. » Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ ἴσος αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ ὅμοιος ἀεὶ ὑπάρχων, μήτ' ἔνδοσιν πρὸς τὸ χεῖρον, μήτ' ἐπίτασιν πρὸς τὸ βέλτιον δεχόμενος, ἤκουσεν ὑπὸ Ἰακώβου· « Παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα· » καὶ παρὰ Παύλου· « Ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ σοφῷ Θεῷ· » ὃν τρόπον καὶ ὁ Υἱὸς ἐν ῥα' ψαλμῷ ἐμαρτυρήθη· « Σὺ δὲ, Κύριε, εἰς τὸν αἰῶνα μένεις· » καὶ πάλιν· « Κατ' ἀρχὰς τὴν γῆν σὺ, Κύριε, ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί. Αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις· καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον εἱλίξεις

principatum (49), sed dereliquerunt suum domicilium, vinculis æternis sub caligine reservavit.» Creatura vero quæ corporea simul et rationalis sit, mutationem subire potest: quoad habitum quidem, ut Judas qui sanctificationem amisit et sicut Paulus scribit (50): « Quæ autem in deliciis est vidua, vivens mortua est,» quamvis ea inter homines adhuc vitam agat; quoad substantiam vero, quatenus primum quidem moritur, deinde ad immortalitatem transit. « Oportet enim,» inquit [Paulus] (51) « corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere immortalitatem. » Creatura autem ratione destituta mutationi subjicitur et corrumpitur: ut quando luce in tenebras, et aqua in sanguinem conversa, dictum est a Propheta: « Hæc (52) mutatio dexteræ Excelsi; » et alibi: « Cœlum (53), inquit, et terra transibit. » Prophetatum est enim, fore « cœlos (54) novos, et terram novam. » Nam revera quidquid initium accepit, habebit etiam finem (55). Spiritus autem sanctus **152** cum ineffabilem, et rerum omnium dominam, sempiternam et incorruptibilem naturam habeat, et uno eodemque semper modo exsistat, et solus ea quæ sunt Dei, norit, et faciat, et omnia cum rationalia, et per fidem perfecta, tum irrationalia tutetur usque ad assignatum iis, quæ rationalia non sunt, limitem perseverantiæ in identitate; idcirco ex natura, et voluntate sua conversionis, et mutationis incapax est, id est, incorruptibilis. Quod autem est immutabile, sive incorruptibile, est etiam initii et finis expers, et excellenti modo sempiternum. Quod vero est æternum, creator est, non creatura. Quocirca proprie loquitur tum Sapientia inquiens: « Incorruptibilis (56) tuus Spiritus est in omnibus; » tum Petrus, cum ait: « In incorruptibilitate (57) clementis et quieti Spiritus. » Simili enim ratione de Patre quoque, cum sibimet ipse semper æqualis et similis exsistat, neque remissionis in deterius, neque intensionis in melius capax sit, dictum fuit a Jacobo: « Apud (58) quem non est transmutatio,

magnæ diei, » inde huc irrepserunt. Græca editio in hoc Petri loco habet: Παρέδωκεν εἰς κρίσιν τετηρημένους. pro, εἰς κ. μ. ἡ. τετήρηκεν.

(49) *Angelosque... principatum.* Ep. Judæ, vers. 6. Post vocem, « domicilium, » Græca editio, et Vulg. int. habent verba illa, « in judicium magnæ diei, » de quibus nota superiore.

(50) I Tim. v, 6.

(51) I Cor. xv, 53.

(52) *Hæc.* Psal. lxxvi, vers. 10 (sive 11).

(53) *Cœlum.* Marc. xiii, 31. Græca editio, παρελεύσονται.

(54) *Fore cœlos.* Isa. lxv, 17 et lxvi, 22. Vide etiam Epist. II Petr. iii, 13, et Apoc. xxi, 1.

(55) *Habebit... finem.* De spirituum immortalitate clarius alibi loquitur Didymus, quam ut suspicari liceat, ipsum generali hoc axiomate illam evertere, aut inficiari voluisse. Intelligendus ergo est vel de aspectabilibus creaturis, vel potius de eo fine, qui nihil aliud sit, quam τροπὴ illa, seu « conversio, » aut « mutatio, » quam paulo ante sensu metaphorico, aut potius dialectico, « mortem » quoque appellavit. Mirum in modum hæc illustrantur ex iis, quæ in libro *De Spiritu sancto* dictaverat: quorum aliqua ex num. 12 placet exscribere. « Capabili quippe, » inquit, « statim inconvertibile, et inconvertibili æternum est consequens: quomodo e contrario capienti convertibile, et [*oculam*, « et » *addo ex nostro codice*] convertibili creabile subsequens est. Nihil ergo de creaturis inconvertibile, propter quod neque sempiternum est [*vox*, « est, » *deest in nostro codice*]. Non solum igitur quod in hominibus est rationale, convertitur et creatur, verum etiam in omnibus creaturis hæc eadem conversio reperitur. Nam et angelorum conversiones et ruinas divina eloquia demonstrant. Licet enim multitudo angelorum... in beatitudine et sanctimonia perseverent: tamen cum ea [*editis exemplaria habent*, « cum in ea, » sed *particula*, « in, » *quam codex noster non habet, omnino est expungenda: sententiam enim, alioqui satis claram, perplexam reddit, et solœcam,*] « quæ similem habent naturam, conversa sint, dilucide ostenditur, » et reliqua.

(56) *Incorruptibilis.* Sap. xii, 1. Vide not. *b*, pag. 28.

(57) *In incorruptibilitate.* I Petr. iii, 4.

(58) *Apud.* Jac. i, 17.

Digitized by Google Распознавание текста

neque conversionis obumbratio; » et a Paulo : « Incorruptibili (59), invisibili, soli sapienti, Deo. » Quemadmodum etiam de Filio in psalmo CI testatur Psaltes : « Tu autem (60), Domine, in æternum manes; » et rursus : « Initio (61) terram tu, Domine, fundasti, et opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, et omnes sicut vestimentum veterascent, et sicut opertorium involves illos, et mutabuntur : tu autem idem semper es, et anni tui non deficient. »

A αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. »

IV. Creatura non est absolute, et per se perfecte æterna : primum quidem quia hoc de suo non habet, sed ab eo tempore quo facta fuit, id consecuta est ex participatione ac dono Dei, qui unice et superæterne est a se : cum enim bonus sit, creat, ac suæ facturæ præsidens, æternitatem ipsi munifice largitur : secundo autem ob causas in capitulo (62) proxime superiore expositas. **153** At vero Spiritus sanctus cum natura æternitatem habeat, sicut convenit habere Creatorem, et sit bonus Spiritus Dei, omnia ut is qui æternus sit operans, et ipse quidem nunquam limitetur, sed quæ ab ipso facta sunt, limitare possit, idcirco ea nuncupatione celebratus fuit. Quod si his quæ dixi, non acquiescitis, vera esse discetis hac ratione. Paulus ad Hebræos ita scribit : « Qui (64) per Spiritum æternum semetipsum immaculatum obtulit Deo. » Loquitur autem de Domino Christo, qui in veneranda sua incarnatione semetipsum pro nobis per Spiritum sanctum Patri suo obtulit. His consentanea Petrus quoque personat, ut jam commemoratum est : « Verbum (65) autem Dei manet in sæculum. » Nam Verbum Dei vocat Spiritum Dei. Paulus porro Patrem et Filium commemorans, eadem Æterni denominatione Filium quoque celebrat propter identitatem Deitatis. « Deus (66), inquit, et Pater Domini nostri Jesu Christi novit, qui est benedictus in sæcula; » et rursus : « Jesus (67) Christus heri et hodie, idem et in sæcula. » Non possunt autem, non possunt audiri ac ferri, quæ contra hoc etiam capitulum statuerunt qui erga testimonia Spiritus sancti divinitatem declarantia male affecti sunt. Nam ob præoccupatam opinionem semetipsos in terræ extremitates abducunt : inconsideratus vero amor diligentem præ se ferre non solet inquisitionem. Nihil tamen impedit quin hanc ipsam captiosam argumentationem audiamus : sic enim magis adhuc damnatione digni videbuntur. Sic igitur ea se habet : Si quid homonyme æternum vocatum fuit, non continuo Deus dici potest : sed qui Deus est, is illorum quæ dicuntur æterna, creator est. Scriptum enim fuit (68), « temporum et sæculorum factorem esse Deum; » et rursus : « Multifariam (69) multisque modis olim Deus

Δ'. Ἡ κτίσις οὐ καθάπαξ καὶ αὐτοτελῶς τὸ αἰώνιον κέκτηται, πρῶτον μὲν ἐπειδὴ οἰκοθεν τοῦτο οὐκ ἔχει, ἀλλ' ἔτυχεν αὐτοῦ εἰς τὸ ἐξῆς, ἀφ' οὗ ἐγένετο, μεταδόσει τοῦ μόνως καὶ ὑπεραιωνίως ὄντος αὐτομάτου Θεοῦ. Ἀγαθὸς γὰρ ὢν οὗτος, δημιουργεῖ· [68 *a*] προϊστάμενος τῆς ἑαυτοῦ ποιήσεως, φιλοτιμεῖται αὐτῇ αἰωνιότητα· δεύτερον δὲ, διὰ τὰς ἐξηγηθείσας αἰτίας ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ πρὸ τοῦδε. Τὸ δὲ ἅγιον B Πνεῦμα, ὡς φύσει τὸ αἰώνιον ἔχον, καθὰ προσῆκεν ἔχειν δημιουργὸν καὶ ἀγαθὸν Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, πάντα ἐνεργοῦν αἰωνίως, καὶ οὔποτε μὲν αὐτὸ περατούμενον, τῶν δ' ὑπ' αὐτοῦ γενομένων δυνάμενον εἶναι περατωτικὸν, ταύτῃ ἀνευφημήθη τῇ προσρήσει. Μάθοιτε δὲ ἄν, εἴ μοι ἐπείποισθε (63), τῇδε· Παῦλος Ἑβραίοις ἐπιστέλλει οὕτως· « Ὃς διὰ Πνεύματος αἰωνίου ἑαυτὸν ἄμωμον προσήνεγκεν τῷ Θεῷ. » Λέγει δὲ τὸν Δεσπότην Χριστὸν, τὸν ἐν τῇ σεπτῇ ἐνανθρωπήσει αὐτοῦ ἑαυτὸν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀνθ' ἡμῶν τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ προσενηνοχότα. Καὶ Πέτρος δὲ προσηχεῖ ἀκόλουθα, ὡς ἤδη ἐμνημονεύθη· « Τὸ δὲ Ῥῆμα τοῦ Θεοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα. » Ῥῆμα γὰρ Θεοῦ ἐνταῦθα καλεῖ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦν τῆς Θεότητος τὴν ταυτότητα μνημονεύων τοῦ Πατρὸς C καὶ τοῦ Υἱοῦ ὁ Παῦλος, τῇ αὐτῇ κέχρηται τοῦ ῥήματος εὐφημίᾳ· « Ὁ Θεὸς, φησὶν, καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οἶδεν, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας· » καὶ πάλιν· « Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον· ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. » Οὐκ ἔστιν δὲ, οὐκ ἔστιν ἀκοῇ ἀκοῦσαι, ἅπερ καὶ εἰς τὸ κεφάλαιον τοῦτο ὡρίσαντο οἱ περὶ τὰς θεολογίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀποδιακείμενοι. Ἀπάγουσι γὰρ εἰς ἔσχατα γῆς ἑαυτοὺς ἀπὸ προλήψεως· ἄκριτος δὲ ἔρως οὐκ εἰῶθεν ἀκριβῆ μαρτυρεῖν ἐξέτασιν· ὅμως οὐδὲν οἷον κωλύει αὐτῆς ἐκείνης τῆς πειθανουργίας ἀκοῦσαι. Οὕτω γὰρ ἂν ἔτι πλέον καταγνωσθείησαν. Ἔχει οὖν ὧδε Οὐκ εἴ τι αἰώνιον ὠμωνύμως προσηγόρευται, Θεὸς δύναται λέγεσθαι, ἀλλ' εἴ τις Θεὸς, αἰωνίων [68 *b*] ποιητής. D Γέγραπται γάρ· « Χρόνων καὶ αἰώνων ποιητὴς ὁ Θεός· » καὶ πάλιν· « Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ, ὃν ἔθετο κληρόνομον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν. » Εἰ γὰρ εἴ τι αἰώνιον προσηγόρευται, θεὸς ὀφείλει ὀνο-

(59) *Incorruptibili.* I ad Tim. I, 17.
(60) *Tu autem.* Psal. CI, vers. 13.
(61) *Initio.* Psal. CI, vers. 26-28. Vide not. 46, pag. 35.
(62) *Capitulo.* Nimirum paragrapho superiore, segm. 66 *b*, et 67 *a*. Notanda hæc significatio vocis, κεφάλαιον.
(63) *Εἰ μοι ἐπείποισθε.* Legisse videtur interpres εἰ μή, pro εἴ μοι. Lege ἐπέπεισθε, vel πέπεισθε, pro ἐπείποισθε. EDIT.
(64) *Qui.* Hebr. IX, 14.
(65) *Verbum.* Epist. I Petr. I, 25. Vide not. 22, pag. 147.
(66) *Deus.* II Cor. XI, 31.
(67) *Jesus.* Hebr. XIII, 8.
(68) *Scriptum enim fuit.* Vertendum videbatur : « Scriptum est enim : Temporum et sæculorum factor Deus. » At cum hic textus in Bibliis non exstet, idcirco aliter transtuli.
(69) *Multifariam.* Hebr. I, 1, 2. Biblia post λαλήσας addunt τοῖς πατράσιν, et post ἡμερῶν addunt τούτων· ac demum pro ἔθετο habent ἔθηκε. Sed vide segm. 27 *b*, et 201 *b*.

Digitized by Google Распознавание текста

μάζεσθαι· ἄπειροι θεοὶ ἔσονται. Γέγραπται γάρ· «Καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι.» Καὶ πάλιν «Ἔτη αἰώνια» ἐμνήσθησαν. Καὶ αὖθις· «Ὥσπερ πρόβατα αἰώνια·» καί, «Ἀναστήσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον· «καὶ ἑτέρωθι· «Ἀναστήσονται οἱ ἐν χώματι γῆς, οἱ μὲν εἰς ζωὴν αἰώνιον, οἱ δὲ εἰς αἰσχύνη ναιώνιον.» Ἆρα οὖν καὶ ἡ κόλασις καὶ ἡ αἰσχύνη, θεοί; Ὁρᾷς εἰς ὅσην ἀτοπίαν καὶ ἀσέβειαν ἡ κατὰ τὸ αἰώνιον ὁμωνυμία ἐκπίπτει; Τοῖς μὲν οὖν ἐκείνων νοήμασι καὶ ῥήμασι σκάλμη ἐπιπολάζει τε καὶ συμπέφυρται· ταύτην δὲ διαλύει τάδε· Τοῦ αἰωνίου ὀνόματος, ὡς ἄρτι ἐπεμνήσθημεν, τὰ ἄλλα κἂν ἔτυχεν, μόνον οὐκ ἀπὸ χρόνου ἔτυχεν· ἀλλὰ καὶ φθορὰν τὴν ἀπὸ γνώμης οἰκείας τροπὴν ἔχει, καὶ ἀνόμοιον παντάπασιν τῷ θείῳ αἰωνίῳ τὸ ἐκείνων αἰώνιόν ἐστιν· καθὰ οὐδὲ ὁ λεγόμενος ἅγιος, ἄγγελος ἢ ἄνθρωπος, ὁμοίως καὶ ἴσως τοῦτό ἐστιν τῷ ἁγίῳ τῶν ἁγίων Πνεύματι· αὐτὸ γὰρ ἁγιότης καὶ αἰωνιότης τὸ πᾶν ὑπάρχει. Πρόσχωσι τοίνυν, μετὰ πολλῆς μεγαλοφωνίας τὸ αἰώνιον ἐπὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀνείρηται, καὶ ὅτι τούτῳ τὸ θαυμαστὸν ἐκεῖνο καὶ πᾶσιν ἀχωρητότατον προσεπέθηκεν, φημὶ τὸ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὸν κατασκευάσαντα τοὺς αἰῶνας ἑαυτὸν προσαγαγεῖν τῷ ἑαυτοῦ ἀληθινῷ Πατρὶ ὑπὲρ ἡμῶν. Σκεψάσθωσαν δὲ καὶ ὅτι αἱ [69 *a*] δυνάμεις πᾶσαι τῶν οὐρανῶν ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματί εἰσιν, πάντως ὅτι ὡς συνδημιουργῷ τοῦ ἀνεπιδεοῦς δημιουργοῦ· καὶ ὅτι ὧν οὐκ εὐκαίρως, ἀλλ' ἐνδιασκεύως ἐμνημόνευσαν αἱρετικοὶ αἰωνίων πυλῶν καὶ προβάτων τὸ τέλος, τὰ εἰς τὸ κεφάλαιον τοῦτο προσκομισθέντα πρὸς ἡμῶν λόγια προεῖπαν. Καὶ ἔστω δῆλον αὐτοῖς τὸ διάφορον τοῦ τε ἀνάρχως καὶ ἀτρέπτως αἰωνίου, τοῦ τε ἀπὸ χρόνου καὶ τρεπτοῦ, καὶ ὡς οὐ βραχὺ τοῦτο, οὐδὲ περὶ τὴν οὐσίαν καὶ τὸ ἄλλο κάλλος ἐστὶ μόνον, ἀλλὰ τὸ παντάπασιν ἐξηλλαγμένον. Ἔστω δὲ γνώριμον καὶ τὸ, ὅτι τὸ ἅγιον Πνεῦμα τὴν περὶ τὸ αἰώνιον κρίσιν πρὸς τὸν ἐνισχύσαντα τὰ σύμπαντα θεὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ἔχει, οὐ πρὸς τὰ κτίσματα· καὶ λύσαντες τὴν χεῖρω γνώμην, ἐλέσθωσαν τὴν βελ-

loquens in prophetis, in novissimo dierum locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem universorum, per quem fecit et sæcula.» Nam si ex eo quod æternum aliquid vocatum sit, debet deus nominari, innumerabiles erunt dii : scriptum est enim : «Et elevamini (70), **154** portæ æternæ;» et rursus : «Anni (71) æterni» commemorati sunt; et rursus : «Sicut (72) oves æternæ;» et : «Resurgent (73) hi in supplicium æternum;» et alibi : «Resurgent qui sunt (74) in acervo terræ, alii quidem in vitam æternam, alii vero in opprobrium æternum.» Nunquid ergo dii sunt et supplicium, et opprobrium? Videsne in quantam absurditatem, et impietatem incidas ob hanc homonymiam, qua plura æquivoce dicuntur æterna? Illorum porro cogitatis dictisque commista veluti sunt, ac supernatant furfur et purgamenta (75). Sed hujusmodi cavillationes sic dissolvuntur. Nimirum etsi alia quoque, ut modo diximus, æterna nuncupentur, tamen non modo eam nomenclaturam ex certo tempore acquisitam habent, sed etiam corruptioni, quæ ex propriæ voluntatis animique mutatione proficiscitur, obnoxia sunt : ac dissimilis plane est eorum æternitas divinæ æternitati : sicut ne angelus quidem, aut homo, qui dicatur sanctus, simili eodemque modo sanctus est, quo sanctus sanctorum Spiritus : iste enim sanctitas totus est, atque æternitas. Attendant ergo, quam excelso ac sublimi sensu æternus prædicetur Spiritus sanctus. Animadvertant, huic denominationi mirabile illud, et cuilibet menti maxime incomprehensibile adjectum esse, quod scilicet is, qui sæcula condidit, semet ipse per Spiritum sanctum suo vero Patri pro nobis obtulerit. Illud etiam animo reputent, omnes virtutes cœlorum in Spiritu sancto esse (76); quod ita omnino intelligendum **155** est, ut sint in eo tanquam in creatore, et concreatore, ut sic loquar, ac socio non indigi creatoris. Considerent demum, earum, de quibus non

(70) *Et elevamini*. Psal. XXIII, vers. 7 et 9.

(71) *Anni*. Psal. LXXVI, vers. 5 (seu 6).

(72) *Sicut*. Hæc in Vulg. translatione non exstant : exstant tamen in Græca Job XXI, 11.

(73) *Resurgent*. Matth. XXV, 46, ubi Græca edit. pro ἀναστήσονται, habet ἀπελεύσονται.

(74) *Resurgent qui sunt*. Dan. XII, 2, ubi Complutensis edit. habet, ἐκ γῆς χώματος ἐξεγερθήσονται. Sed Francofurtensis, ἐν γῆς χώματι ἐξεγερθήσονται. Alias varietates, utpote parvi momenti, omitto.

(75) *Furfur et purgamenta*. In Græco, σκάλμη. Quæ vox sollicitos hactenus viros doctissimos tenuit, quod ejus sensum assequi nequiverint : nihil enim huc pertinet σκαλμή illa, sive σκάλμη, cujus Pollux et Hesychius meminere, cum nihil aliud sit, quam barbaricum, nempe Thracicum, gladii genus, aut nomen. In adnotationibus postremæ Pollucis editioni adjectis M. Aurelius Antoninus sæpe hac dictione usus dicitur. At equidem cum omnes illos duodecim Antonini libros legerim, in eam non memini me nisi semel incidere : occurrit scilicet libro XI segmento 15, ubi hæc scribit sapiens ille imperator ac philosophus : Ἐπιτήδευσις δὲ ἁπλότητος σκάλμη ἐστίν. Vox porro isthæc, σκάλμη (sive, ut plerique, quam ob causam nescio, legere maluerunt, σκαλμή) cum omnium interpretum ingenia torserit, tum etiam omnibus pro adjectivo nomine posita visa est. Verum ex Didymi nostri verbis perspicuum plane est, eam nomen esse substantivum. Xylander pro σκάλμη legendum putavit σκαληνή· ut veluti subintelligatur nomen ὁδός, id est «via» : ac vertit, «insidiæ tectæ.» Bootius emendavit, σκαιά, id est, «scæva, sinistra.» Mericus Casaubonus Isaaci filius vertit : «nullo modo laudabilis.» At undenam hanc significationem eruit? Salmasius legere jubet, σκαμβή, id est, «distorta.» Gatakerus Salmasium ait «rem ipsam acu tetigisse, nec quæsitu ulterius opus.» Itaque vertit : «Simplicitatis vero affectatio tortuosa est.» Mihi, ut verum fatear, nulla ex his opinionibus arridet, quod omnes adjectivum nomen ibi quæsierint, ubi agnoscendum erat substantivum. Itaque σκάλμη a verbo σκάλλειν, quod est «sarrire» derivatur. Σκάλμη autem proprie dicitur, ut censeo, id quod «sarriendo» ac purgando segetes veluti inutile, aut noxium rejicitur. Valet ergo «purgamentum,» cujusmodi sunt furfur, acus, et alia id genus : ut M. Aurelii sententia sit : «Est autem simplicitatis veluti purgamentum, affectatio,» sive «artificium.»

(76) *Esse*. Vide segm. 155 *a*.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

opportune, sed ad orationem ornandam meminerunt hæretici, æternarum portarum, et ovium finem prædictum esse in oraculis, quæ a nobis antea in hanc rem allata sunt : et discant tandem, eum qui sit sine initio, et immutabiliter æternus, ab eo quod est in tempore et mutabile, differre ; neque vero parvum esse hoc discrimen, neque duntaxat circa essentiam, et eas, quibus hæc ornatur, proprietates versari, sed ex toto et in totum isthæc inter se discrepare. Notum autem ipsis hoc etiam sit, Spiritum sanctum scilicet æternum dici non respectu creaturarum, sed respectu ejus, a quo omnia vim accipiunt, Dei Patris et Filii : ac deteriori repudiata opinione, meliorem eligant : et pro iis, quæ nunc admirantur, ea admirentur, quæ admiratione digna sunt, ac venturum tempus felicius transigant ; nihil enim ipsis invidemus · et unde arrogantem accusationem sibimet ipsis noxiam deprompserunt, inde pœnitentiæ emolumentum percipiant. Si enim vox hæc « æternus » tanquam aliquid divina majestate dignum designans in Scripturis de Deo Patre ac de Filio dicta fuit, simili et æquali modo accipienda est ubi dicitur de Spiritu Dei. Atque hæc quidem est prima responsio. Altera vero est hujusmodi. Nulla ex iis rebus æternis, quas commemorarunt, denominata est aut divina, aut sanctus Spiritus ex Deo procedens, nempe unum quid et simplex, non plura exsistens ; neque ulla ex ipsis simul cum Patre et Filio in divina baptismatis mystagogia, divinæque gratiæ largitione collocatur, neque ullo alio honore deltati conveniente (ne plura enumerem) dignata est. Aliud præterea addam. Dei et Patris complacentia fuit, ut per Filium suum Verbum omnia crearentur : qualis autem sanctissimo Spiritui injuria non inferretur, si, ut ipsi somniant, creare non diceretur ? nimirum si, ut ii volunt, simul cum Creatore æque ac Pater ineffabiliter operari non crederetur ? Quod autem unigeniti ejus Filii Verbi, et unius Spiritus sancti operatio omnis, atque largitio et Creatoris propria, et bona, et perfecta, et communis ipsorum sit, omnia vero in unicum ac solum referantur, ex quo, et cum quo beatæ istæ hypostases **156** ineffabiliter eluxerunt, facillime intelliget qui oracula sapientiæ plena cum in diversis hujus libri locis, tum in superiore libro commemorata (77), quieto (78) ac tranquillo animo aliquantulum expendat. Sed Paulus quoque supra communem hominum conditionem elatus (79) manifesto id declarat, dum in Epistola ad Corinthios hæc asseverat : « Sed abluti (80) estis, sed justificati estis, sed sanctificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri. » Observa

vero Spiritus sanctus non modo dicitur in Scripturis servus, sed etiam ut Dominus, et natura liber, ibi describitur, et iis, quos adventu suo dignatur, libertatem, quam habet, impertitur. Nam solæ creaturæ servitutis jugo subduntur. Quod autem non est servum, ne creatura quidem est : quod vero non est creatum, natura Deus est : etenim « servum genus (55) nihil ad eum qui servus non sit, » ut profani quoque dixerunt. Hujus rei testis est fide dignus Apostolus scribens Corinthiis quidem in secunda Epistola : « Dominus (56) autem Spiritus est : ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas, » Timotheo autem : « Non enim (57) dedit nobis Deus spiritum servitutis (58), sed spiritum fortitudinis, et dilectionis, et emendationis; » Romanis vero : « Nec enim (59) accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba, Pater. Itaque (60) jam **167** non es servus, sed filius. » Sicut ergo liberavit nos Filius, cum dictum nobis sit : « Jam non es servus, sed liber ; » et : « Libertate (61), qua Filius vos liberavit, » ita etiam a Spiritu, quod eamdem cum Filio essentiam habeat, idemque dominium, liberi efficimur, ut ostendunt commemorata verba : « Ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas. »

ΙΑ'. Ἡ κτίσις, ἥ τε νοερὰ καὶ αἰσθητή, ὑπουργεῖ, οὐκ ἐπιτάττει ἀφ' ἑαυτῆς, ὡς περὶ τῶν ἀγγέλων λέγει· « Δυνατοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ. » Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ αὐθεντικῶς προφήταις καὶ ἀποστόλοις προστάττει, ὡς Θεὸς καὶ Δεσπότης, καθὰ ἐν τοῖς ὑποκειμένοις κεφαλαίοις ἀποδειχθείη.

XI. Creatura cum intelligibilis, tum sensibilis ministrat, non præcipit ex seipsa; sicut de angelis testatur Scriptura : « Potentes (62) virtute, facientes verbum illius. » At Spiritus sanctus Dei sua ipsius auctoritate prophetis, et apostolis præcipit ut Deus, et Dominus, sicut in iis, quæ subjicientur, capitulis ostendetur.

ΙΒ'. Ἡ κτίσις ἐνδυναμοῦται ὑπὸ τῆς παναλκοῦς καὶ πανδυνάμου θεϊκῆς ἰσχύος, οὐκ ἐνδυναμοῖ δὲ αὐτή. Τὴν γὰρ αὐτῇ διαρκοῦσαν ἐδέξατο δύναμιν, καὶ μεταδίδοναι τοῖς συνδούλοις οὐ σθένει. Τὸ δέ γε Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, τῇ γονίμῳ, καὶ θρεπτικῇ, καὶ ἀνεκλείπτῳ αὐτοῦ ἰσχύϊ ἐνδυναμοῖ, ἐπειδὴ κτίστης, καὶ οὐ κτίσμα τυγχάνει. Ὁ γὰρ Σωτὴρ ἐν ταῖς Πράξεσι φησίν· « Ὑμεῖς δὲ λήψεσθε δύναμιν, ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς· » ὡς δίχα τῆς αὐτοῦ ἐπιφοιτήσεως, οὐδεμιᾶς ἡμῖν πρὸς τὸν Θεὸν δυνάμεως, ἢ ἐλπίδος ὑπαρχούσης. Κατανοητέον δὲ πρὸς τούτῳ, ἓν μὲν, ὅτι τὴν παρουσίαν τοῦ ἁγίου

XII. Creatura ex validissima, et omnipotenti virtute divina vim ac robur accipit; sed ipsa vim ac robur non impertitur; tantam enim accepit vim, quanta ipsi sufficit, eamque conservis communicare non valet. At Spiritus Dei fecunda sua, et nutricante, et indeficiente virtute corroborat; quia creator est (63), non creatura : Salvator enim in Actis ait · « Vos autem (64) accipietis virtutem, superveniente Spiritu sancto in vos ; » quod nempe sine ejus adventu (65) nulla nobis ad Deum sit vis, aut spes. Animadvertendum vero etiam est, duo alia his verbis significari; primo quidem, Spiritus

(55) *Servum genus.* Poetæ alicujus sententiam esse existimo : si enim voculam γάρ detraxeris, reliquus erit iambus iste senarius :

Οὐδὲν τὸ δοῦλον πρὸς τὸ μὴ δοῦλον γένος.

Ea vero locutio, δοῦλον γένος, Euripidea est : ut in illo versu :

Ἤλεγχον· οὕτω γὰρ κακὸν δοῦλον γένος.

Et in hoc altero ejusdem poetæ :

Φεῦ! Φεῦ! Τὸ δοῦλον ὡς ἁπανταχῇ γένος, κ. τ. λ.

(56) *Dominus.* II Cor. III, 17.

(57) *Non enim.* II Tim. I, 7.

(58) *Servitutis.* Græca editio pro, δουλείας, habet, δειλίας, id est *timoris.*

(59) *Nec enim.* Rom. VIII, 15, usque ad vocem, « Pater. »

(60) *Itaque.* Ista huc translata sunt ex Epist. ad Galat. IV, 7. Nisi suspicari malimus Didymum duo Pauli loca dictasse, librarium vero ex duobus unum conflasse. Nimirum ita legendum esse conjicio : Ῥωμαίοις δέ· Οὐ γὰρ ἐλάβετε... Ἀββά (aut Ἀββᾶ), ὁ Πατήρ. Γαλάταις δέ· Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κράζον· Ἀββά, ὁ Πατήρ. Ὥστε οὐκ ἔτι εἶ δοῦλος, ἀλλ' υἱός.

(61) *Libertate.* Galat. V, 1. Græca editio pro, ὁ Υἱός, habet, Χριστός.

(62) *Potentes.* Psal. CII, vers. 20.

(63) *Creator est.* In libro etiam *De Spiritu sancto* num. 31, Spiritum sanctum Creatorem esse probans affert Christi verba in Actis a Luca relata : « Accipietis virtutem, » etc.

(64) *Vos autem.* Act. I, 8. Biblia pro ὑμεῖς δέ, habent ἀλλά. Vide not. 18, pag. 30, et notas ad segm. 113 *a.*

(65) *Adventu.* Itane loqueretur qui de divinæ gratiæ necessitate perperam sentiret?

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

sancti adventum ex propria illius auctoritate factum esse; deinde vero Spiritum sanctum, suum ipsius adventum non nuntiasse, sed ab ipso magno Deo et Salvatore prænuntiatum fuisse. Itaque rursus ait: « Vos autem (66) sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto. » Virtutem vero intelligit Spiritus sancti. Et Paulus Romanis ea scribit, quæ admirari, ut par est, aut interpretari nemini, multoque minus cursim hæc afferenti, facile est: « Habeo (67) igitur fiduciam, inquit, in Christo Jesu ad Deum: non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ non effecit Christus per me verbo et opere, in obedientiam gentium, in virtute signorum **168** et prodigiorum, in virtute Spiritus sancti. »

A Πνεύματος κατ' ἐξουσιαν σημαίνει γεγενῆσθαι· ἕτερον δὲ, ὅτι οὐκ αὐτάγγελος ἦλθεν, ἀλλ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος προεμηνύθη. Καὶ αὖθις οὖν λέγει· « Ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει, ἕως οὗ [75 *b*] ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους. » Αὕτη δὲ ἦν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Καὶ Παῦλος γράφει Ῥωμαίοις, ἃ θαυμάσαι, ἢ ἑρμηνεῦσαι ἀξίως, μάλιστα ἐξ ἐπιδρομῆς, οὐδενὶ εὐπετές· « Ἔχω οὖν πεποίθησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸς τὸν Θεόν. Οὐ γὰρ τολμῶ τι λαλεῖν, ὃν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ, λόγῳ καὶ ἔργῳ, εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος ἁγίου. »

XIII. Creatura non semper verax est, sed de suo id habet, ut et animi mutationi obnoxia sit, et aliquando mentiatur. Talis inter creaturas carnis expertes (68) est diabolus: de carneis vero scriptum est: « Omnis (69) homo mendax; » et: « Perdes (70) omnes qui loquuntur mendacium. » Quin ethnici quoque scripserunt:

Nec enim mendacibus pater Deus erit auxiliator.

B Ιγ'. Ἡ κτίσις οὐκ ἀληθεύει ἀεί· ἀλλ' ἐξ οἰκείας γνώμης ἔχει τροπῆς μέρος καὶ τὸ ψεύδεσθαί ποτε. Ὡς ἐν μὲν ἀσάρκοις, ὁ διάβολος· ἐν δὲ σαρκίνοις, καθὰ γράφει· « Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης· » καὶ, « Ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. »

Οὐ γὰρ ἐπὶ ψεύδεσσι Πατὴρ Θεὸς ἔσσετ' [*ἀρωγός*

De sanctis vero, puta de apostolis (71), ait Paulus: « Sed (72) cum vidi, quod non recte ambularent ad veritatem Evangelii, dixi Cephæ (73) coram omnibus, » quæ dixit. Revera enim solius divinæ naturæ est nunquam a veritate recedere. Ideo Hebræis Paulus ita scripsit: « Ut (74) per duas res immobiles, in quibus impossibile est mentiri Deum, validum solatium habeamus qui confugimus ad tenendam propositam spem. » Communio autem Spiritus sancti, qua communem cum Patre et Filio naturam habet, communio est quoad omnia, atque adeo etiam quoad hoc, ut nisi vera loqui non possit. Nam Spiritus veritatis Dei est, ut antea dictum fuit, una voluntate Patris et Filii et sui ipsius loquens, et a semetipso non loquens, sicut de ipso testatus est Filius, cum inquit: « A semetipso (75) non loquetur. »

C

ἔγραψαν καὶ οἱ ἔξω. Ἐν δὲ ἁγίοις, ὡς Παῦλος περὶ τῶν ἀποστόλων ἔφη· « Ἀλλ' ὅτε εἶδον, ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσιν πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ Εὐαγγελίου, εἶπον τῷ Κηφᾷ ἔμπροσθεν πάντων, » ἃ εἶπεν. Ὡς ἀληθῶς γὰρ, μόνης θεϊκῆς φύσεως τὸ ἀεὶ ἀψευδεῖν. Διὸ Ἑβραίοις ἐπέστειλεν· « Ἵνα, φησὶν, διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι τὸν Θεὸν, ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν οἱ καταφυγόντες κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος. » Ἡ δὲ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος, κοινωνοῦσα τῇ φύσει τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, κοινωνεῖ εἰς ὅλα, ἔτι μὴν καὶ εἰς τὸ ἀψευδεῖν. Πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς προελέχθη, τῷ ἑνὶ θελήματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἑαυτοῦ λαλοῦν, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐ λαλοῦν, ὡς ὁ Υἱὸς αὐτῷ ἐμαρτύρησεν. εἰπών· « Ἀφ' ἑαυτοῦ οὐ λαλήσει. »

XIV. Creatura nihil habet quod denominetur veritas (76), eo quod una sit divina veritas, sicut

Ιδ'. Ἡ κτίσις οὐδὲν ἔχει προσαγορευθὲν ἀλήθεια, διὰ τὸ μίαν εἶναι θεϊκὴν [76 *a*] ἀλήθειαν, ὡς μία

(66) *Vos autem.* Luc. XXIV, 49. Græca editio, ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλήμ. Vocem vero, « Jerusalem, » Vulg. interpres omittit ut Didymus.

(67) *Habeo.* Rom. XV, 17, 18 et 19. Græca editio, καύχησιν, pro, πεποίθησιν. Et, τὰ πρὸς Θεόν, pro, πρὸς τὸν Θεόν. Et, τολμήσω, pro, τολμῶ. Et, Πνεύματος Θεοῦ, pro, Πνεύματος ἁγίου.

(68) *Carnis expertes.* Simili modo in Commentariis *in Psalmos* locutus est Didymus ad psal. IX, vers. 18. Ἁμαρτωλούς, inquit.... καλεῖ, οὐκ ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ δυνάμεις ἀσάρκους, id est: « Peccatores... vocat (Psalles) non modo homines, sed et carnis expertes potestates. »

(69) *Omnis.* Rom. III, 4.

(70) *Perdes.* Psal. V, vers. 6, seu 7.

(71) *De apostolis.* Vide not. 3, pag. 135. Nempe apostolorum vocabulum latiori significatione hic accipitur, præsertim cum horum, de quibus Didymus ac Paulus loquuntur, unus fuerit Barnabas; Didymus vero ipse in *Enarr. in Epist. I Petr.* cap. I, apostolorum vocabulum strictiori sensu accipiens, affirmet, « inter eos, qui Christi Evangelium sunt secuti, » neminem « apostolis celsiorem esse fide et conversatione. »

(72) *Sed.* Galat. II, 14. Græca editio, εἶδον, pro, ἴδον. Illam vero Pauli querimoniam adversus Cephan scite appellat Tertullianus lib. primo *contra Marcionem*, cap. 20, « solius conversationis, placituræ postea accusatori suo, reprehensionem. »

(73) *Cephæ.* Græca editio, τῷ Πέτρῳ. Sed Vulg. interpres legit « Cephæ, » ut Didymus. Utrum vero Cephas iste sit Petrus apostolorum princeps, an vero unus e LXX discipulis, ut vetustis etiam temporibus non pauci opinati sunt, meum non est inquirere. Multi jam de hac re scripserunt nostra etiam ætate. Lege Hieron. lib. II *in Ep. ad Galat.* cap. II, pag. 408 ed. Veronensis, et ibidem Vallarsii notas.

(74) *Ut.* Hebr. VI, 18.

(75) *A semetipso.* Joan. XVI, 13.

(76) *Veritas.* Cod., ἀληθεία. Lege, ἀλήθεια, vel ἀλήθειαν.

Digitized by Google Распознавание текста

ἐστὶν ἡ ἁγιότης, καὶ ἡ ἀγαθότης, ἀφ' ἧς ἑκάστοις ἡμῖν ταῦτα ἐφήκειν ὁμολογοῦμεν. Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα ἀλήθεια προσηγόρευται, καθὰ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός· ἐπειδὴ τῆς αὐτῆς μιᾶς ἐστι θεότητος, οὐδὲν ἔχον πολυσχιδὲς, ἢ διαφωνοῦν. Μαρτυρεῖ δὲ περὶ μὲν τοῦ Πατρὸς καὶ ἑαυτοῦ ὁ Υἱὸς, λέγων· « Πάτερ, ὁ Λόγος ὁ σὸς, ἀλήθειά ἐστι· » καὶ πάλιν· « Ἐγώ εἰμι ἡ ζωὴ, καὶ ἡ ἀλήθεια. » Περὶ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς προελέχθη.

ΙΕ'. Ἡ κτίσις οὐκ οἶδε τὰ τοῦ Θεοῦ· ὑπερβαίνει γὰρ αὐτὴν· καὶ οὐδὲν πρὸς τοιαύτην εἴδησιν ὁρμῆσαι τολμᾷ, κἂν ᾖ τῶν εὐδοκίμων· ἐπειδὴ γνῶναι τὰ τοῦ Θεοῦ, εἰς πάμπαν ἀδύνατον τῇ μὴ οὔσῃ τῆς αὐτῆς φύσεως, καὶ τὴν αὐτὴν γνῶσιν τῷ Θεῷ κεκτημένῃ, ὡς ἐδίδαξεν ὁ Σωτὴρ, εἰπὼν ἐν Ἰωάννῃ· « Ὁ δοῦλος οὐκ οἶδε τί ποιεῖ ὁ κύριος αὐτοῦ· » καὶ ὡς ἔγραψεν Πέτρος· « Ἔστιν ἃ νῦν ἀναγγέλλει ὑμῖν, διὰ τῶν εὐαγγελισαμένων ὑμᾶς Πνεύματι ἁγίῳ, ἀποσταλέντι ἀπ' οὐρανοῦ, εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι. » Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα ὅτι ἐπίσταται, ὡς ὁμοούσιος Θεὸς, ὁ Ἀπόστολος Κορινθίοις ἐπέστειλεν, ὡς προείρηται. Καὶ πάλιν τὴν μεγαλειότητα τοῦ Πνεύματος, καὶ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ἰσότητα παριστῶν, ἰσόρροπον ἐκείνῳ γράφει· « Ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας, οἶδε, τί τὸ φρόνημα τοῦ Πνεύματος. » Καθὰ γὰρ μέγα τι λέγων περὶ τοῦ Πατρὸς, εἶπεν εἰδέναι αὐτὸν τοῦ Πνεύματος τὸ φρόνημα· οὕτω τὴν πρὸς αὐτὸν κοινωνίαν τῆς φύσεως καὶ θελήσεως, καὶ τὴν ἰσότητα τῆς ἀξίας καὶ δυνάμεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος παριστῶν, ἔγραψε μόνον αὐτὸ εἰδέναι τὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ τὰ βάθη αὐτοῦ ἐρευνᾷν, καὶ τὰς ἀγνώστους ἐκείνου νοήσεις, ἃς χρὴ, καὶ ἡνίκα [76 *b*] δεῖ, τοῖς ἀξίοις ἐκφαίνειν. Τὸν δὲ Πέτρον, ὡς προείρηται, γράψαι· Ἀπεστάλη ἀπ' οὐρανοῦ τὸ Πνεῦμα· νοείσθω, ᾧ τρόπῳ νοεῖται τὸ, Ἀπεστάλη ὁ Υἱός. Ὡς Λόγος γὰρ ἐκεῖνος, καὶ τοῦτο ὡς ῥῆμα καὶ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἀπεστάλη. Καὶ διὰ τὸ εἰδέναι, ὅτι τὰ παρὰ τοῦ Χριστοῦ, ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λεγόμενα, λέγεται καὶ παρὰ

A una est sanctitas, et bonitas, a qua singulis nobis hæc provenire confitemur. At Spiritus sanctus veritas denominatus est, sicut Pater et Filius· quoniam ejusdem cum ipsis est, atque unius deitatis, nihilque habens multifidum, aut dissonum. Ac de Patre quidem, et de se ipso id testatur Filius inquiens : **169** « Pater (77), Verbum tuum veritas est. » Et rursus : « Ego (78) sum vita, et veritas. » De Spiritu sancto autem, ut antea (79) dictum est.

XV. Creatura non novit quæ sunt Dei; ipsam enim excedunt : et nullo modo in hujusmodi cognitionem ea tendere ac niti audet, quamvis ex electorum numero fuerit : nec enim fieri ullo modo potest, ut ea, quæ non sit ejusdem naturæ, eamdemque cognitionem non habeat cum Deo, noscat B illa, quæ Dei sunt; sicut Salvator docuit, cum ait in Joanne : « Servus (80) nescit, quid faciat dominus ejus ; » et sicut scripsit Petrus : « Quædam (81) sunt, quæ nunc annuntiat vobis per eos qui evangelizaverunt vobis Spiritu sancto misso de cœlo, in quæ (82) desiderant angeli prospicere. » At vero Spiritus sanctus novit ut consubstantialis Deus, juxta Apostolum ad Corinthios (83) scribentem, ut antea dictum est. Ac rursus ut majestatem Spiritus, ejusque cum Patre æqualitatem confirmet, illum huic æquiparat scribens : « Qui (84) autem scrutatur corda, scit quid desideret (aut sapiat) Spiritus. » Nam sicut cum vellet magnum aliquid de Patre dicere, dixit eum nosse, quid desideret Spiritus; ita cum vellet naturæ voluntatisque communionem, C ac dignitatis, et potentiæ æqualitatem, quam cum Patre habet Spiritus sanctus, confirmare, scripsit, ipsum solum nosse quæ sunt Patris, ac ejus profunda scrutari, et ignotas ejusdem Patris cogitationes, quas oportet, et quando **170** oportet, iis qui digni sint, manifestare. Quod autem Petrus scripsit, ut antea dictum est, missum esse de cœlo Spiritum, id eo modo accipiatur, quo intelligitur illud : Mis-

(77) *Pater.* Joan. XVII, 17. Vide not. 96, pag. 160.
(78) *Ego.* Joan. XIV, 6.
(79) *Antea.* Segm. 56 *a*.
(80) *Servus.* Joan. XV, 15.
(81) *Quædam.* In prima Petri I, 12. Biblia carent voce, ἔστιν, quam a Didymo additam puto ad breviandum locum, atque indicanda simul quæ in Petri textu antecedunt. Pro, ἀναγγέλλει, habent, ἀνηγγέλη, et pro, Πνεύματι, habent, ἐν Πνεύματι. Versiculum hunc bis affert in libro *De Spiritu sancto*, num. 26 et 40. Primo quidem in loco eum tribuit Apostolo, et voculam ἐν omittit : sic enim habet : » Sed et Apostolus loquitur : « Quæ nunc annuntiata sunt vobis per eos, qui evangelizaverunt vobis, Spiritu sancto misso de cœlis. » Et in libro, qui Sapientia inscribitur [*cod. noster m. s. habet* : et in Sapientia, quæ inscribitur πανάρετος] ab his qui divina charismata consecuti sunt, vox gratias Deo perferens [*cod. noster*, grates Deo referens] destinatur. » In altero autem loco eum Petro tribuit. « Sed et in Epistola Petri, inquit, Spiritus sanctus esse Christi Spiritus comprobatur. « Scrutantes, » inquit, « et inquirentes » [*cod. noster* : exquirentes], id est prophetæ, de quibus ei fuerat sermo superior, in quod et quale [*cod. noster*, aut quale] tempus significabat is, qui in eis erat, Spiritus Christi testificans in Christo passiones, et ea, quæ post erant secutura [*cod. noster* : quæ erant subsecutura] decreta : in [*deest vocula*, in, *in nostro codice*] quibus revelatum est : quia [*cod. noster* : quoniam] non sibi, sed nobis ministrabant ea, quæ nunc annuntiata sunt vobis per Spiritum sanctum. » Vide Didymi enarrationem *in primam Petri* ad hunc locum. D

(82) *In quæ.* In Didymi enarratione ad hæc verba legitur : « In quem concupiscunt angeli prospicere. » Notandum quod apud Græcos, « in quæ, » legatur, non « in quem. » Et sic exponitur. Si quis existimaverit, » etc. Conjicio autem, Didymum dictasse, « in quæ : » Latinum vero interpretem ex Vulgata translatione posuisse, « in quem, » ac de suo addidisse verba illa : « notandum quod, » etc., ut lector melius intelligeret quæ subjungit Didymus.

(83) *Ad Corinthios.* I Cor. II, 11.

(84). *Qui.* Rom. VIII, 27. S. Augustinus in libro *contra sermonem Arianorum*, cap. 25, vertit : « scit quid Spiritus sapiat. » Vulgatus interpres, et Hieronymus in Didymi libro *De Spir. sancto*, pro, « sapiat, » vertunt, « desideret : » sic enim in eo libro legitur num. 27 : « Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus, quomodo [*legendum puto*, quoniam, *ut scriptum est in nostro codice*] secundum Deum postulat pro sanctis. »

Digitized by Google Распознавание текста

sus est Filius. Iste enim missus est ut Verbum, ille autem ut dictum (85), et Spiritus Dei. Ideo vero hujusmodi voces adhibitæ sunt, ut quæ a Christo, aut a Spiritu sancto dicuntur, ea dici etiam a Patre neque ignorat Spiritus sanctus, nec mittitur ut servus (86), neque a semetipso aut loquitur, aut operatur, aut venit quasi Dei adversarius (87).

A τοῦ Πατρὸς, διὰ τὸ ἓν θέλημα, τὰ τοιαῦτα κεῖται ῥήματα. Οὔτε γὰρ ἀγνοεῖ, ἢ πέμπεται ὡς δοῦλον· οὔτε ἀφ' ἑαυτοῦ λαλεῖ, ἢ ποιεῖ, ἢ ἔρχεται ὡς ἀντίθεον.

XVI. Creatura non videt Deum et Patrem ita uti est; ab altera enim natura capi id non potest, nec sustineri: ac de ipsa intelligendum est illud: « Nemo (88) videbit faciem meam, et vivet. » In Scripturis vero interdum quidem Filius solus, interdum autem solus Spiritus sanctus videre dicitur, aut nosse Deum Patrem; eo quod in unitate Deitatis sit Trinitas: ut cum Salvator apud Joannem ait: « Non quia (89) Patrem quisquam vidit, nisi B is qui est ex Deo: hic vidit Patrem. » Est autem ex Deo secundum naturam cum Filius per generationem, tum Spiritus sanctus per processionem. Et rursus cum ait: « Nec enim (90) Patrem quis novit nisi Filius, et cui Filius revelaverit. » Et quando peculiariter de Spiritu sancto illa Paulus Corinthiis (91) scribit, quæ antea dicta sunt. Et cum Isaias prophetes ait: « Spiritus (92) sapientiæ, et intellectus, Spiritus scientiæ, et pietatis. » Sed nonne a Matthæo, inquiunt, scriptum est ex persona Salvatoris: « Videte (93) ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim vobis, quod angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est. » Utique. At vident, **171** non quantus, et qualis est Deus, sed quantum ipsi capaces C sunt (94). Unigenitus autem et Spiritus sanctus, ob identitatem deitatis, vident ita uti est quantitatis et formæ expers Deus.

ΙϚ'. Ἡ κτίσις οὐχ ὁρᾷ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα οὕτως ὡς ἔστιν· ἑτέρα γὰρ φύσει τοῦτο ἀχώρητον καὶ ἀβάστακτον ὑπάρχει· καὶ πρὸς αὐτήν ἐστι τὸ, « Οὐδεὶς ὄψεταί μου τὸ πρόσωπον, καὶ ζήσεται. » Αἱ δὲ Γραφαὶ λέγουσι, ποτὲ μὲν τὸν Υἱὸν μόνον, ποτὲ δὲ τὸ ἅγιον Πνεῦμα μόνον ὁρᾶν, ἢ εἰδέναι τὸν Θεὸν Πατέρα, ἐπειδὴ ἐν μονάδι Θεότητος ἡ Τριάς· ὡς ἠνίκα ὁ Σωτὴρ παρὰ Ἰωάννῃ λέγει· « Οὐχ ὅτι τὸν Πατέρα τις ἑώρακεν, εἰ μὴ ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ· οὗτος ἑώρακε τὸν Πατέρα. » Ἔστι δὲ ἐκ τοῦ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ Υἱὸς γεννητικῶς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐκπορευτικῶς. Καὶ πάλιν· « Οὐδὲ γὰρ τὸν Πατέρα τις ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψῃ. » Καὶ ὡς ὅταν ἰδικῶς περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς προελέχθη, Παῦλος Κορινθίοις γράφει. Καὶ ὡς Ἡσαΐας προφητεύει· « Πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, Πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας. » Οὐ γέγραπται οὖν, φησὶ, Ματθαίῳ ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος, « Ὁρᾶτε, μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς; » Ναί· ἀλλὰ βλέπουσιν, οὐχ ὅσος καὶ οἷός [77 *a*] ἐστιν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καθ' ὅσον αὐτοὶ χωροῦσιν. Ὁ δὲ Μονογενὴς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, διὰ τὸ ταυτὸν τῆς θεότητος, ὁρῶσιν οὕτως ὡς ἔστιν ὁ ἀμεγέθης καὶ ἀνείδεος Θεός.

XVII. Creatura rationalis cum renovationem et adoptionem consequitur, illam hisce donis omnipotens gratia Spiritus sancti dignam facit; quia non creatura is est, sed Deus, qualis ille est, qui primum eam creavit.

ΙΖ'. Ἡ κτίσις ἡ λογικὴ, ὅταν ἀξία γένηται ἀνακαινισμοῦ καὶ υἱοθεσίας, ὑπὸ τῆς πανδυνάμου χάριτος τοῦ ἁγίου Πνεύματος τούτων ἀξιοῦται· ἐπειδὴ οὐ κτίσμα, ἀλλὰ Θεὸς ὑπάρχει, οἷος ὁ κτίσας τὸ πρῶτον.

XVIII. Quælibet creatura cum visibilis, tum invisibilis, laudare et superexaltare Deum in sæcula

ΙΗ'. Ἡ κτίσις πᾶσα, ὁρατὴ καὶ ἀόρατος, ὀνομαστὶ προστάττεται ὑπὸ τῶν τριῶν παίδων Ἀνανία, Ἀζα-

(85) *Dictum... Dei.* Vide superius paginam 147. In libro etiam *De Spir. sancto* num. 28 et 29 Spiritum sanctum vocat « sermonem Dei, » ni fallor. « Isaias quoque, inquit, cum sermone Dei impulsus ad prophetandum fuisset, Spiritus sancti imperio D prophetasse perhibetur. » Ubi vir clariss. Vallarsius conjicit pro, « Spiritus sancti imperio, » legendum esse, « Spiritus sanctus per eum. » Ego codicis nostri lectionem secutus sum, qui habet: « Spiritus sancti imperio. »

(86) *Ut servus.* De missione Filii, ac Spiritus sancti similia dictavit Didymus in lib. *De Spir. sancto*, num. 25, 26, 30 et 31. Ibi enim copiosius de hac re agit. Ita num. 30 ait: « Missus a Patre Spiritus sanctus, non servus, non alius [*rectius codex noster:* non alienus], nec disjunctus a Filio intelligatur. »

(87) *Dei adversarius.* Vel, semideus. Utrumque enim valet vox, ἀντίθεος. Primæ significationis exemplum nobis præbet Christianus ille poeta, quem Irenæus in primi libri cap. 15, « divinum senem, veritatisque præconem » vocat, in eo versu:

Ἔχων σε πρόδρομον ἀντιθέου πανουργίας.

Alterius Pindarus in *Pythiis* od. 3 et 4, Homerus, alii. Vide segm. 182 *a*, et 186 *a*.

(88) *Nemo.* Exod. xxxiii, 20. Citat sensum: Græca enim editio habet: Οὐ γὰρ μὴ ἴδῃ ἄνθρωπος τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται.

(89) *Non quia.* Joan. vi, 46. Græca editio, παρὰ τοῦ Θεοῦ, pro, ἐκ τοῦ Θεοῦ.

(90) *Nec enim.* Matth. xi, 27, et Luc. x, 22. Sensum citat, non verba. Vide not. 70, pag. 72. Cæterum S. etiam Athanasius in sermone majori *De fide*, num. 28, legit: Καὶ ᾧ ἐὰν ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψῃ.

(91) *Corinthiis.* Ep. I, cap. II, vers. 11.

(92) *Spiritus.* Isa. xi, 2.

(93) *Videte.* Matth. xviii, 10.

(94) *Capaces sunt.* Didymum de visione, qua Deus a beatis mentibus videtur rectissime sensisse, apparet tum ex hoc, aliisque similibus locis a me in *Epistola ad Archintum præsulem* allatis (*infra*), tum etiam ex iis, quæ is dictavit enarratione *in primam Joannis* ad ea capitis III verba, « Videbimus eum sicuti est, » et alia cap. IV: « Deum nemo vidit unquam. »

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ρία, καὶ Μισαὴλ, ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ καμίνῳ ἀποτεθέντων, ὑμνεῖν καὶ ὑπερυψοῦν τὸν Θεὸν εἰς τοὺς αἰῶνας· ἔτι δὲ καὶ τὰ Χερουβὶμ καὶ ὁ θεῖκὸς θρόνος, ὃς ἐνταῦθα νοεῖται τὰ Σεραφὶμ, δοξάζει, ἅτε ὄντα καὶ αὐτὰ μέρος τῆς κτίσεως. Ἔφασαν γὰρ οἱ αὐτοί· « Εὐλογημένος εἶ, ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβίμ· » καὶ πάλιν, ἀντὶ τοῦ μνημονεῦσαι τῶν Σεραφίμ· « Καὶ εὐλογημένος εἶ ἐπὶ θρόνου τῆς βασιλείας σου, καὶ ὑπερύμνητος, καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας. » Ὁμοίως καὶ ὑπὸ τοῦ Δαυὶδ, ἐνεργουμένου ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐν ρβ' καὶ ἐν ρμη' ψαλμῷ, παρακελεύεται ἡ κτίσις αἰνεῖν τὸν Κύριον. Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα, ὡς καὶ ὁ Υἱὸς, οὐ συνεμνημονεύθη· ἐπειδὴ καὶ αὐτὸ, οὐ δημιούργημα, ἀλλὰ δημιουργός· οὐδὲ τῶν ὑμνούντων, ἀλλὰ τῶν ὑμνουμένων καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν Σεραφὶμ ἐστι, τῶν σὺν πολλῷ φόβῳ περιεστώτων τὸ θεῖκὸν βῆμα, καὶ συγκαλυπτόντων ταῖς πτέρυξιν ἑαυτὰ, καὶ ἀμοιβαδὸν ἀνταναφωνούντων ἀσιγήτοις στόμασι, καὶ ἀκαταπαύστῳ φωνῇ, τρίτον, Ἅγιος, διὰ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις· ἅπαξ, Κύριος, διὰ τὴν μίαν κυριότητα· [77 *b*] ἅπερ ὅτι μάλιστα δείκνυσι τὴν θεότητα τοῦ πανυμνήτου Πνεύματος. Μακεδονιανοὶ δὲ, φυλαττόμενοι, καὶ οἷον δεδοικότες, μὴ περὶ αὐτοῦ ἢ προσήκοντά ποτε λέγοντες ὀφθῶσιν, ἢ ἀπρόσηκα προέμενοι λάθωσιν, ἐπιδαίνουσιν, ἄνευ δίκης ἑαυτοῖς ἐπιτρέποντες, καὶ τῷ κεφαλαίῳ τῷδε, ὅπλα παντοδαπὰ κινοῦντες, τοὺς ἀκολάστους λόγους, καὶ φάσκοντες συναρπακτικῶς. Γέγραπται, φησίν· « Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, ὅτι ἀγαθὸν ψαλμός· τῷ Θεῷ ἡδυνθείη αἴνεσις· » καὶ, « Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ, καὶ ψάλλειν τῷ ὀνόματί σου, Ὕψιστε. » Οὐδαμοῦ δὲ δῆθεν εὑρίσκομεν· Αἰνεῖτε τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ἀπαντητέον δὲ αὐτοῖς οὕτως· Εἰ περὶ τοῦ Πατρὸς δέχεσθε, ἃς προεκομίσατε φωνὰς, ἐκβάλλετε τὸν Υἱόν· εἰ δὲ περὶ τοῦ Υἱοῦ, τὸ ἐναντίον· ὁπότε καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα Κύριός ἐστί τε καὶ γέγραπται· καὶ ἄδηλον περὶ ποίας ὑποστάσεως γέγραπται νῦν τὸ « Κύριος. » Σκοπεῖτε οὖν, εἰ μὴ τοὐναντίον ἑαυτοῖς ἐχρήσασθε. Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα ὅτι οὐχ ὑμνεῖ, ἐπειδὴ μὴ κτίσμα ἐστὶν, συνυμνεῖται δὲ, τῷ Θεοῦ Πνεῦμα ὑπάρχειν, ῥᾷον καταμαθεῖν, ἀπό τε τοῦ συντάττεσθαι αὐτῷ, καὶ ἀπὸ τοῦ τοὺς τρεῖς παῖδας, καὶ τὸν Ἱεροψάλτην, πᾶσαν τὴν κτίσιν κατ' ὄνομα ὑμνεῖν παρακελεύεσθαι, οὐ μὴν

A nominatim (95) jubetur (96) a tribus pueris Ananiа (97), Azaria et Misaele, in Babylonica fornace depositis. Quin etiam Cherubimi, et divinus thronus, qui hoc in loco Seraphimos significat, gloriam Deo reddunt, utpote qui sunt et ipsi pars creationis. Dixerunt enim iidem pueri : « Benedictus (98) es, qui sedes super Cherubim, » et rursus, Seraphimos indicando, aiunt : « Et benedictus (99) es in throno regni tui, et superlaudabilis, et superexaltatus in sæcula. » Similiter a Davide etiam, qui a Spiritu sancto agebatur, in CII (1), et in CXLVIII psalmo jubentur creaturæ laudare Dominum. At vero Spiritus sanctus simul cum illis non commemoratur, sicut ne Filius quidem : quia ut Filius,
B ita etiam Spiritus neque creatura est, sed creator, neque hymnis celebrans, sed celebratus ab ipsis quoque Seraphimis, qui multo cum timore divinum circumstant tribunal, ac suis se alis velant, et alternis vicibus, suis nunquam tacentibus oribus, atque incessanti voce **172** proclamant ter quidem Sanctus, propter tres hypostases, semel vero Dominus, ob unitatem dominationis. Hæc Spiritus sancti hymnis nunquam satis celebrati divinitatem maxime ostendunt. Macedoniani autem, quasi caveant ac metuant, ne forte aut quæ ei conveniunt, dicere unquam videantur, aut ne non evulgentur quæ de illo, quamvis ei non convenientia, effutiunt : in hoece etiam capitulum argumentumque invaduni,
C ac semetipsos, quin judicium dent, arbitros constituunt, omnique armorum genere, effrenatisque sermonibus utentes, hæc in summa (2) objiciunt. Scriptum est, inquiunt, « Laudate (3) Dominum, quoniam bona res est psalmus : Deo dulcis sit laudatio; » et : « Bonum (4) est confiteri Domino, et psallere nomini tuo, Altissime; » nusquam vero scriptum invenimus : Laudate Spiritum sanctum. Sic autem ipsis respondendum est : Si de Patre ea loca accipitis, quæ modo attulistis, excluditis Filium : sin autem de Filio, Patrem vicissim excluditis: quandoquidem Spiritus quoque sanctus et est et dicitur in Scripturis Dominus, incertumque est, de quanam hypostasi scriptum hic sit illud « Dominus. » Videte ergo, num eo argumento usi sitis, quod vo-
D etc. : Οὐ τὸν προφήτην (inquit) ἄνθρωπον ὄντα, ἀλλὰ τὸ ἐν αὐτῷ Πνεῦμα ἅγιον ἡγητέον προστάττειν τοῖς ἀγγέλοις τὰ ἐγκείμενα. « Πάντες » γὰρ, φησὶν, « οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, » δηλονότι τοῦ Κυρίου, « εὐλογεῖτε αὐτόν. » Προστάττον δὲ πᾶσι τοῖς ἀγγέλοις τὸ Πνεῦμα, ἕτερον αὐτῶν κατ' οὐσίαν ἐστίν. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς θρασέως ἐτόλμησάν τινες τῆς τάξεως τῶν ἀγγέλων αὐτὸ φάναι, κατὰ πάντα ἕτερον ὄν; id est, « Non prophetam, cum homo esset, sed Spiritum sanctum, qui in ipso erat, angelis præcipere putandum est ea, quæ habet textus. « Omnes » enim, inquit, « angeli ejus, » nempe Domini, « benedicite eum. » Spiritus vero, qui omnibus angelis præcipit, alius ab ipsis est secundum essentiam. Quod si ita est, quomodo confidenter quidam dicere ausi sunt, eum esse ex ordine angelorum, cum alius ab ipsis sit omnino? »

(95) *Nominatim.* Codex, ὀνομαστεῖ. Lego ὀνομαστί.

(96) *Jubetur.* Hoc argumento alii etiam Patres usi sunt, ut Athanasius, et Cyrillus Alexandrinus in *Thesauro* tom. V, pag. 169.

(97) *Ananiа.* In Græca, Ἀνανία, pro Ἀνανίου. Simili modo in commentariis *in Psalmos* ad vers. 2 psalmi CXI dixit ipse Didymus : τοῦ Ἠλία, ἢ τοῦ Ἱερεμία. Hic tamen alias, nempe segm. 107 *a* dixit Ἀνανίου.

(98) *Benedictus.* Dan. III, 54 (seu 55). Complut. ed. ἐπὶ Χερουβείμ.

(99) *Et benedictus.* Dan. III, 55 (seu 54). Vulgatus interpres legit ut Didymus. Sed Græca Biblia addunt vocem δόξης post vocem θρόνου. Ac præterea pro ὑπερυψούμενος, habent ὑπερένδοξος.

(1) *In centesimo secundo.* Hoc ipso argumento Macedonianos obiter refellit Didymus in commentariis *in Psalmos* ad psalmi CII versiculum 20, qui sic se habet : « Benedicite Dominum, omnes angeli, »

(2) *In summa.* Vide not. 50, pag. 128.

(3) *Laudate.* Psal. CXLVI, vers. 1. Biblia : τῷ Θεῷ ἡμῶν... ἡ αἴνεσις.

(4) *Bonum.* Psal. XCI, vers. 1 (seu 2).

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

bismetipsis adversetur. Quod autem Spiritus sanctus hymnis Deum non celebret, quia non est creatura, sed et ipse concelebretur, quia Dei Spiritus est, facile cognoscitur tum ex eo quod in æquali gradu cum Deo collocetur, tum ex eo quod tres pueri, et sacer Psaltes omnem creaturam nominatim hymnos Deo canere jubent, non tamen Spiritum Dei, ut illum sancti (5) nominare consueverunt. Si enim est, ut dicunt hæretici, naturæ inter Deum et angelos mediæ, et præstantior omnibus atque excelsior, oportebat, cum præsertim sit unus, aut illi jubere, ut semet ipse per seipsum hymnis celebraret, aut saltem primo illum nominare, tum alias cum ipso creaturas generatim assumere : non vero contra, ut isti arrogantes blaterant atque comminiscuntur.

A τὸ τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα, ὡς ἔχουσι συνηθείας οἱ ἅγιοι ἐξονομάσαι. Εἰ γὰρ, ὡς φασὶν αἱρετικοὶ, μέσης Θεοῦ καὶ ἀγγέλων φύσεώς ἐστι, καὶ τιμιώτερον καὶ ἀνωτέρω πάντων· ἔδει, ἐπειδὴ μάλιστα ἓν ἐστιν, ἢ καθ' ἑαυτὸ παρακελεύσασθαι αὐτὸ ἀνυμνεῖν, ἢ κἂν πρῶτον αὐτὸ ὀνομάσαι, καὶ αὐτῷ τὰ ἄλλα γενικῶς συναναλαβεῖν· οὐ μὴν, ὡς αὐθαδῶς εἰκάζουσι, τὸ ἀνάπαλιν.

XIX. Creatura non connumeratur cum Deo. Quæ enim decremento obnoxia est, quid commune habet cum eo, qui est **173** omnium excelsissimus, B et supra quamlibet exaggerationem? aut ea, quæ condita est, cum illo, qui ipsam condidit? At sanctus summe honorandus Spiritus, utpote Deus, aut simul cum Patre et Filio nominatur, ut cum Dominus baptismi formulam tradit, et cum Apostolus in secunda ad Corinthios scribit, « Gratia (6) Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus cum omnibus vobis : » aut simul nominatur cum una duarum hypostasium; aut etiam solus, ut in primo libro (7) dictum est, commemoratur. Macedoniani (8) vero e secta excommunicati illius, atque ex Ecclesia ejecti Valentini, qui manichæizavit, ac furore (9) plenus, præter alia absurda commenta, divinum Spiritum angelis C coævum dixit, ortum trahentes, inquiunt (10): Paulus ad Timotheum scripsit : « Obtestor (11) coram Deo, et Domino Jesu Christo, et electis angelis : » sanctum vero Spiritum tacuit, quippe qui scilicet eum cum angelis connumerabat. Sed ex abundantia cordis ipsorum propria manat hocce cogitatum. Quamvis enim aliquando Spiritus sancti mentio peculiariter non fiat, coassumitur tamen cum Deo Patre, utpote qui Spiritus ipsius est secundum naturam. Hæc sane ratio est, ob quam aut ipse Deus Pater expressis verbis non est commemoratus, sed fideli interpretatione, Filius autem et Spiritus sanctus commemoratus est; aut vice versa : quandoquidem vel abominandus ille, ac ne nominandus quidem Valentinus sanctificantem quidem Spiritum D

Ιθ'. Ἡ κτίσις οὐ συναριθμεῖται [78 *a*] τῷ Θεῷ. Τί γὰρ καὶ κοινὸν τῇ οὔσῃ ἐν μειώσει πρὸς τὸν πάντων ὑπέρτατον, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ὄντα ὑπερβολὴν, ἢ τῇ γενομένῃ πρὸς τὸν ποιήσαντα; Τὸ δὲ πάντιμον Πνεῦμα, ὡς Θεὸς, ἢ μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ συνονομάζεται· ὡς ὅταν ὁ Δεσπότης τὸν περὶ τὸ βάπτισμα δίδωσιν ὅρον, καὶ ὡς ὅταν ὁ Ἀπόστολος Κορινθίοις τὸ δεύτερον γράφῃ· « Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν· » ἢ μετὰ μιᾶς αὐτῶν ὑποστάσεως· ἢ καὶ κατὰ μόνας, καθὰ ἐν τῷ πρώτῳ εἴρηται βιβλίῳ, μνημονεύεται. Ἀπὸ δὲ τῆς προαιρέσεως τοῦ ἐξοβλήτου, καὶ ἀπερίμμενου Οὐαλεντίνου, τοῦ μανιχαΐσαντος, καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀτόποις μυθοπλάσμασι μανιωδῶς εἰπόντος ἡλικιώτην τὸ θεῖκὸν Πνεῦμα τοῖς ἀγγέλοις, ὁρμώμενοι οἱ Μακεδόνιοι, φασί· Παῦλος Τιμοθέῳ ἔγραψε· « Διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων· » τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα, ὡς συντάξας δῆθεν τοῖς ἀγγέλοις, ἀπεσιώπησεν. Ἀπὸ δὲ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας αὐτῶν τῆς ἰδίας ἡ ἔννοιά ἐστιν αὕτη. Κἂν γάρ ποτε ἰδικῶς μὴ γένηται μνήμη τοῦ ἁγίου Πνεύματος, συναναλαμβάνεται τῷ Θεῷ Πατρὶ, ἅτε Πνεῦμα αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὄν. Διά τοι τοῦτό ἐστιν, ὅτε, ἢ αὐτὸς ὁ Θεὸς Πατὴρ τῷ ῥήματι οὐκ ἐμνημονεύθη, ἀλλὰ τῇ πιστῇ διανοίᾳ, ὁ δὲ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐμνημονεύθη· ἢ τὸ ἔμπαλιν. Ὅπου γε ὁ μὴ ὀφείλων μνημονεύεσθαι Οὐαλεντῖνος, τὸ μὲν ἁγιαστικὸν Πνεῦμα, Παράκλητον ὠνόμασεν, ὡς καὶ ὁ Δεσπότης Χριστὸς, Παράκλητος ἐκ τοῦ παρακαλεῖσθαι ἐκλήθη· τοὺς δὲ ἁγιαζομένους λειτουργοὺς, προ-

(5) *Sancti.* Id est, sacri scriptores. Hos enim per antonomasiam « sanctos » vocat passim Didymus. Vide not. 2, pag. 64, et segm. 98 *b*, 106 *a*, 108 *b*, 115 *a*, etc. Sed vide etiam notas ad segm. 202 *a*, ubi alio sensu hæc vox accipitur.

(6) *Gratia.* II ad Cor. XIII, 13. Græca editio caret voce, « nostri. » Sed cum Vulgato interprete eam legit Didymus tum hic, tum in libro *De Spir. sancto* num. 16. Nonnullam vero varietatem in his, quæ sequuntur, esse censebit qui editis ejus libri exemplaribus contentus, membranas manu exaratas negligat : sic enim habet editio Veronensis : « Et communicatio sancti Spiritus sit semper cum omnibus vobis. » At in codice nostræ bibliothecæ Didymus versiculum eodem plane modo affert, quo hoc in loco : ita enim habet : « In fine Epistolæ secundæ, quam ad Corinthios scripsit Paulus, ait : « Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et commun. sancti Spiritus cum omnibus vobis. » Numero itidem 17 editio Veronensis habet : Juxta illud : « et comm. S. Sp. sit semper cum omnibus vobis. » Codex vero noster omittit voces, « sit semper. »

(7) *In primo libro.* Segm. 23 *a*.

(8) *Macedoniani.* Codex : οἱ Μακεδόνιοι. Videtur legendum : οἱ Μακεδονιανοί.

(9) *Furore.* Ludit in vocibus μανιχαΐσαντος et μανιωδῶς.

(10) *Inquiunt.* In libro etiam *De Spir. sancto* num. 16, iisdem Scripturæ oraculis Macedonianos refellit, quibus in hoc 78 segmento. Attamen hanc eorum responsionem ibi non commemorat, sicut ne alias quidem plures, quas superius jam solvit, ac in posterum soluturus est. Qua ex re Macedonianum illud opus, quod præ oculis habuit hoc in loco Didymus, editum videtur postquam dictatus a Didymo fuerat liber *De Spiritu sancto.*

(11) *Obtestor.* I ad Tim. v, 21.

Digitized by Google Распознавание текста

ηγόρευτεν ἀγγέλους. Πρὸς τούτοις [78 *b*] οὐδαμοῦ Γραφῆς εἰς δημιουργίαν, ἢ μυσταγωγίαν, ἢ δοξολογίαν ἀγγέλους συμμνημονευομένους εὑρίσκομεν τῷ Θεῷ. Τοῦ δὲ ἁγίου Πνεύματος κοινωνίαν πρὸς τὴν θεότητα ὁ Παῦλος Κορινθίοις ἐν τῇ δευτέρᾳ γέγραφεν Ἐπιστολῇ· « Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος· » καὶ ἐν ἄλλῳ· « Εἴ τις κοινωνία Πνεύματος. » Ὁ γοῦν Ἱεροψάλτης, τὴν πρὸς τὰ λειτουργικὰ πνεύματα ἐξαλλαγὴν τοῦ ἀγενήτου Λόγου καὶ τοῦ θεϊκοῦ Πνεύματος, καὶ τὸ μὴ εἶναι τῆς ἐκείνων συστοιχίας, ἀλλ' ὑπὸ τῶν αὐτοτελῶν ὑποστάσεων τούτων, καὶ δι' αὐτῶν, καὶ δι' αὐτὰς τὸν Θεὸν Πατέρα, καὶ ἐν αὐταῖς ἐκτίσθαι τοὺς ἀγγέλους, καὶ τὰ πάντα τελειοῦσθαι καὶ διακρατεῖσθαι, βοᾷ ῥήμασι τοιοῖσδε· « Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτῶν. » Νοητέον γὰρ Λόγον, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα· Πνεῦμα στόματος Κυρίου, τὸ ἅγιον Πνεῦμα· δυνάμεις οὐρανῶν, αὐτάς τε τὰς συστάσεις αὐτῶν, καὶ μέντοι ἀγγέλους, καὶ ἀρχὰς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεις. Καὶ πάλιν· « Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ φλέγον. » Διαπληκτίζεται δὲ πρὸς αὐτοὺς καὶ ὁ Ἀπόστολος, κράζων· « Ἓν Πνεῦμα ἐποτίσθημεν. » Ὡς γὰρ τὸ ἀπαύγασμα χωρισθῆναι ἀμήχανον τοῦ φωτὸς, καὶ τὴν σοφίαν τοῦ σοφοῦ, τοῦτ' ἔστι τὸν Υἱὸν ἀπὸ τοῦ Πατρός· οὕτως καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἀπ' ἐκείνου, οὗ ἐστι Πνεῦμα, ὡς ἡμῖν ὁ ἀναπνέομεν. Ἐλάθον τοίνυν ἑαυτοὺς, ὡς δι' ὧν ἀκαίρως ἡμῖν οὐ συντίθενται, καὶ εἰς τὸν ἀκατάσειστον οἶκον ἐπάνεισιν τὸν ἐν ἀρχαῖς, ὅθεν ἀπεπήδησαν· πράγματα πλέκουσι τῷ Ἀποστόλῳ, αὐτῶν ἕνεκα [79 *a*] διαμαρτυραμένῳ ἐν τοῖς ἐγκειμένοις αὐτοῦ ῥήμασιν, ἐτώπιον τῆς ἀκτίστου φύσεως καὶ τῆς κτιστῆς, πα-

vocavit Paracletum, sicut etiam Dominus Christus vocatus est Paracletus (12) ex eo quod consoletur; sanctificatos autem ministros denominavit angelos. Ad hæc, in nullo Scripturæ loco angelos una cum Deo **174** commemoratos aut in creatione, aut in initiatione, seu baptismi disciplina, aut in glorificatione invenimus. Sancti vero Spiritus communicationem, seu communionem, qua communem habet cum Patre deitatem, Paulus Corinthiis in secunda memoravit Epistola: « Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei ac Patris, et communicatio sancti Spiritus. » Et alibi (13): « Si qua (14) communicatio Spiritus. » Porro famulantes spiritus ab increato Verbo, ac divino Spiritu differre, hunc vero ad illorum ordinem non pertinere, sed ab hisce per se perfectis hypostasibus, et per eas, et propter eas, ut et propter Deum Patrem (15), et in eis creatos esse angelos, easque omnia perfecisse, et conservare, clamat sacer Psaltes his verbis: « Verbo (16) Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnes virtutes eorum. » Sic enim intelligenda sunt: Verbum est illud, per quod sunt omnia; Spiritus oris Domini est Spiritus sanctus. Virtutes cœlorum sunt cum ipsæ eorum essentiæ, et constitutiones, tum etiam angeli, et principatus, et potestates, et virtutes. Et rursus: « Qui facit (17) angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem. » Quin Apostolus etiam ipsos impugnat, clamans: « Uno (18) Spiritu potati sumus. » Nam sicut splendor a luce separari non potest, nec sapientia a sapiente, id est, Filius a Patre: sic ne Spiritus quidem sanctus ab eo, cujus est Spiritus, sicut nobis est spiritus ille, quem spiramus. Itaque per ea, in quibus intempestive a nobis dissentiunt, atque in inconcussam domum (19), ubi initio **175** erant, et

(12) *Paracletus.* Vide librum *De Spir. sancto* num. 27 et 28.

(13) *Alibi.* Vide pag. 18 not. 18.

(14) *Si qua.* Philipp. II, 1. In libro quoque *De Spir. sancto* num. 17, locum hunc eodem modo acceperat, suamque interpretationem, aut argumentum inde ductum uberius explicaverat.

(15) *Patrem.* Codex, τὸν Θεὸν Πατέρα. Sed aliquid supplendum esse perspicuum est: puta, ὡς καὶ διὰ τὸν Θεὸν Πατέρα, vel aliud quid.

(16) *Verbo.* Vide not. 53, pag. 7.

(17) *Qui facit.* Psal. CIII, vers. 4. In libro *De Spir. sancto* num. 56 videbitur paulo aliter legisse Didymus, si editionem Veronensem sequamur: sic enim habet: « Appellantur quoque supernæ rationabilesque virtutes, quas solet Scriptura angelos, et fortitudines nominare, vocabulo spiritus, ut ibi: « Qui facis angelos tuos spiritus. » At codex noster ms. aliique habent: ut ibi ait: « Qui facit angelos suos spiritus. » Tertullianus pariter lib. II *adv. Marcionem* cap. 8 sic citat: « Qui facit, inquit, spiritus angelos, et apparitores flammam ignis. »

(18) *Uno.* I ad Cor. XII, 13. Græca editio: εἰς ἓν, hoc est « in uno, » ut habet Vulgatus interpres. Rufinus quoque Palæstinus legit ut Didymus: nam in libro *De fide* num 14 sic legit: « Unum Spiritum potati sumus. » Vide segm. 120 *a*.

(19) *In inconcussam domum.* Respicit illud Pauli in Ep. I ad Tim. cap. III, vers. 15: « In domo Dei, quæ est Ecclesia Dei vivi. » Macedonianos ergo in Ecclesiæ catholicæ sinum redire vult, quam domum inconcussam vocat, quod « concuti, » id est falli nequeat, utpote « columna et firmamentum veritatis, » de qua proinde etiam in comment. *in Psalmos* ad vers. 10 psal. XCV sic loquitur: Τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ, ἤτις οὐ σαλευθήσεται· τεθεμελίωται γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν, id est « Ecclesiam ejus (Dei scilicet), quæ non concutietur; fundata enim est supra petram. » Plures porro adhuc erant, cum hæc dictabantur a Didymo, non solum laici et clerici, sed et episcopi, qui Scripturarum ac Patrum de Spiritu sancto locutiones ita accipiendas esse sentiebant, ut eas Macedoniani interpretabantur. Nihilominus Didymus duo hic tanquam certa habet: primo eos, qui hujusmodi locutiones sic explicabant, ut Spiritum sanctum Patri Filioque consubstantialem denotarent, esse illam Christi Ecclesiam, quam fides docet esse infallibilem: deinde Macedonianos in Ecclesia amplius non exsistere. Verum si in Febroniana potius, quam in theologica schola institutus fuisset, haud scio an hæc duo fidenter asseverasset. Quæro enim ex personato illo jurisconsulto [nam eo jam ventum est, ut de theologicis rebus jurisperitos consulere, et quæ ex theologis accepimus, dediscere nos debere contendant novi isti jurisconsulti, ut ea discamus, quæ ipsi nos dedocent] quæro, inquam, ex te, Justine Febroni, quonam modo hæc duo vera ostendere Didymus potuisset? An ex eo quod Romanus episcopus, aut Romana Ecclesia Ecclesiarum omnium magistra Macedonianam illam

Digitized by Google Распознавание текста

unde exsilierunt (20), non revertuntur, se litigare cum Apostolo, eique veluti negotium facessere non animadvertunt, qui ipsorum causa in verbis jam allatis obtestatus est coram natura tum increata, tum creata, eo fere modo quo quidam dixit : « Peccavi (21) Deo et hominibus; » et : « Testor (22) hodie cœlum, et terram; » et : « Audi (23), cœlum, et auribus percipe, terra. »

ραπλησίως πως τοῦ εἰπόντος· « Ἥμαρτον τῷ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις· » καὶ, « Διαμαρτύρομαι σήμερον τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· » καὶ, « Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ. »

XX. Creatura communia cum Deo **176** non habet nomina, sicut ne naturam quidem. At Spiritus sanctus, quia communem cum Deo naturam habet, communia etiam cum ipso habet nomina : nisi quod Pater solus vocatur Pater, quia solus hypostasi generat; et Filius solus dicitur Filius increatam naturam habens, non vero dicitur Pater, quia vere generatur, sed non generat. Ita Scriptura ipsum etiam Spiritum vocat Dominum, utpote rebus omnibus dominantem, et commune habentem unum

Κ'. Ἡ κτίσις ἀκοινώνητα ἔχει τὰ ὀνόματα πρὸς τὰ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ λεγόμενα ὀνόματα, ὡς καὶ τὴν φύσιν. Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα κοινωνεῖ τοῖς ὀνόμασι τοῦ Θεοῦ, διὰ τὸ καὶ τῇ φύσει κοινωνεῖν· πλὴν ὅτι ὁ Πατὴρ μόνος καλεῖται Πατὴρ, διὰ τὸ μόνον ὑποστάσει γεννῆσαι· καὶ ὁ Υἱὸς, Υἱὸς, καὶ οὐ Πατὴρ, ἀκτίστου φύσεως, διὰ τὸ ἀληθῶς γεννηθῆναι μὲν, μὴ γεννῆσαι δέ. Ὡς ἡνίκα ἡ Γραφὴ ὀνομάζει καὶ αὐτὸ τὸ Πνεῦμα Κύριον, ὡς πάντων δεσπόζον, καὶ κοινωνοῦν τῆς μιᾶς βασιλείας τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ· ἅγιον, ὡς

interpretationem blasphemiamque damnaret? Verum Romanus pontifex universos fideles ea quæ sunt fidei docens, et una cum ipso Romana Ecclesia, tuo quidem judicio, falli potest. An ex eo quod plerique episcopi per universum orbem dispersi cum Romano antistite consentirent? Sed consensum istum negare audes infallibilem esse. An demum ex eo, quod secunda synodus generalis Macedonianos anathemate perculisset? At concilium generale « conditionate » duntaxat infallibile esse doces cap. 2, paragr. 8, num. 12 : (Si nempe,) inquis, « Patres legitime convocati, in eo ita se gesserint, ut dici debeant repræsentasse totam Ecclesiam : quod an ita de facto sit, declarat agnitio, seu receptio Ecclesiæ. » Neget ergo Didymo Macedonianus, Constantinopolitanos Patres eo, quem tu dicis, modo se gessisse. Quanam ratione refelli poterit? An ex eo quod Romanus episcopus, aut Romana Ecclesia, et universi fere antistites per terrarum orbem dispersi eam synodum ita se gessisse asserant? At hi omnes, tua opinione, in rebus fidei possunt decipi : quanto magis in facto, quod ex pluribus factis moralis duntaxat certitudinis capacibus coalescit? Aliudne ergo generale concilium congregandum erit, ut sciamus, an prius illud ita se gesserit, ut totam repræsentaret Ecclesiam? Ast de hoc etiam eadem, quæ prius, valebit ratio. Vides, Febroni, in quasnam angustias, quantum quidem in te est, Catholicos redigas. Illuc scilicet nos adegisti, ut, si te sequi velimus, necessario nobis dicendum sit, Didymum, ac omnes illius sæculi Patres, dum Macedonianos ut « formales » hæreticos insectati sunt, aut parum firma ratione ductos esse, aut odio, illo, quod tu « odium theologicum » vocas, formulam hanc ex quibusdam nugarum scriptoribus indecentissime mutuatus. Macte porro animo, Febroni, et quoniam monitum illud Hieronymi, «Quæso te, ut parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ Apostoli voce laudata est, » parvi facis, nil actum reputa si quid supersit agendum. Multa undique collegisti in unum ea volumen congerens, sed non omnia. Si Græcæ linguæ peritus es, Græcorum schismaticorum opera tibi compara : polliceor fore ut vel in uno tantum scriptore nondum Latine converso quatuor ac viginti accusationum capita in Romanam Ecclesiam intentata invenias, quorum ne unum quidem attigisti. Ridicula quidem mihi videntur : sed tu, qui acutiore es ingenio, aliter fortasse senties. Ac ne ea quidem omnia tibi forsitan displicebunt, quæ pro Photio alii, quæ pro Cerulario, quæ adversus generalem Florentinam synodum scripserunt, quamvis sexcenties confutata. Infarci ex his omnibus librum tuum, ut perfectam tandem in hoc genere syllogen, numerisque omnibus absolutum sordium, ac purgamentorum omnium

receptaculum habeamus.

(20) *Exsilierunt.* In libro *De Spir. sancto* Macedonianos confutat Didymus; Macedonium tamen, aut Macedonianos nusquam nominat : imo ne hæreticos quidem fortasse eos usquam vocat : unus enim in toto libro locus est, ubi sic illos appellare videri possit, nempe num. 7, ubi ait : « Si vero hæretici proposuerint, » etc., sed voce illa, « hæretici, » haud scio utrum Arianos potius designet, quam Macedonianos. At vero in tribus hisce libris et Macedonii nomen sæpius occurrit, et Macedoniani passim hæretici nuncupantur, et extra Ecclesiam esse dicuntur hoc in loco. Quidnam in causa est, cur ita se gesserit theologus noster? Propterea, opinor, quia librum illum dictavit antequam secunda synodus haberetur, eo scilicet tempore, quo necdum Macedonii nomen infame evaserat, ac Macedoniani etsi ut blasphemi, imo ut hæretici haberentur a Didymo, nondum tamen ut « formales » hæretici traducendi videbantur. Cum vero tres hi libri exarati sunt, habita jam fuerat generalis ea synodus, ideoque Macedoniani « formales » hæretici jam erant. Didymus enim, aliique omnes ejusdem ætatis Patres cum Febronianam de supremo, ac ultimo controversiarum judice doctrinam ignorarent, ac secundam synodum a Romana Ecclesia non in omnibus quidem, sed « in hoc » tamen, « quod est per eam contra Macedonium definitum, » ut ait Gregorius Magnus, acceptam ac probatam nossent, ideo « causam finitam » esse non dubitabant : nec Macedonianos audiendos jam esse arbitrabantur, si Febroniana exceptione uti vellent, ut negarent universam Ecclesiam ab eo concilio repræsentatam fuisse, quod ex centum et quinquaginta tantum episcopis constitisset; cui Romanus pontifex nec per se, nec per legatos interfuisset; cui ex universo Occidente unus tantum antistes affuisset; cui plures Christiani, clerici, presbyteri, episcopi Macedonio adhærentes etiamnum refragarentur. Hæc enim, aliaque id genus Didymo objici ab iis poterant, si prænoscere potuissent, post mille trecentos et octoginta circiter annos in iis regionibus, in quibus Didymi ipsius cum doctor, atque in Christo pater Athanasius, tum auditor Hieronymus aliquando versati sunt, exoriturum quemdam ex catholicæ Ecclesiæ sinu, qui tam strenue illorum omnium causam ageret, qui Romanæ Ecclesiæ judiciis, ac synodis ut generalibus ab ea agnitis subjici renuant.

(21) *Peccavi.* Non exstant hæc, ni fallor, in Bibliis. Respicit autem, ut reor, Luc. xv, 18, ubi tum Græca editio, tum Vulgata translatio habet : « Peccavi in cœlum, et coram te. »

(22) *Testor.* Deut. iv, 26, et xxx, 19. Græca ed. addit, ὑμῖν, id est « vobis. »

(23) *Audi.* Isa. i, 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

αὐτὸ φύσει ἅγιον, καὶ ὡς τὴν κτίσιν ἁγιάζον· ἄφθαρτον, ἀγαθὸν, ἀγάπην, σοφίαν, σύνεσιν, ὡς καὶ τὸν Θεὸν προσηγόρευσεν· δύναμιν, ἀφ' ὧν ἐνδυναμοῖ· δίκαιον, ἀφ' ὧν δικαιοῖ, αὐτοαναμάρτητον ὑπάρχον· Παράκλητον, ὡς καὶ τὸν Υἱόν· πῦρ, ἀφ' ὧν ὤφθη τοῖς ἀποστόλοις πυρίναις γλώσσαις, καθὰ περὶ μὲν τοῦ Πατρὸς λέγει Μωϋσῆς· « Ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον· » περὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ Ἰωάννης· « Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί· » καὶ ὅσα τοιαῦτα.

ΚΑ'. Ἡ κτίσις οὐδὲν ἔχει ἐν μιᾷ ὑποστάσει, ἤτοι ἐν ἑνὶ προσώπῳ, ὑπάρχον. Καὶ γὰρ ἄγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι πολλοί· τὰ σεραφὶμ ὁμοίως· τὰ χερουβὶμ, οὐχ ἓν τί ἐστιν, ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι εἴρηνται, δυνάμεις, καὶ κυριότητες, καὶ θρόνοι, πληθυντικῶς· οὐρανοὶ, ἄνθρωποι, καὶ τὰ λοιπὰ ποιήματα. Κοινωνεῖ γὰρ καὶ ἥλιος, καὶ σελήνη τῷ πλήθει τῶν ἄστρων, τῇ τε φύσει καὶ τῷ πυροειδεῖ, ὡς ἐξεργαστικώτερον [79 *b*] ὁ πρῶτος τοῦτο περιέσχεν λόγος. Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα, ὡς μὴ ἐναρίθμιον τῇ κτίσει, ἐν καὶ τὸ αὐτὸ εἶναι τὰ λόγια ἡμῖν προσανεφώνησεν.

ΚΒ'. Ἡ κτίσις οὐ γέγραπται εἶναι ὕδωρ ζωῆς· οὐ γὰρ ἀφ' ἑαυτῆς ἔσχεν ἀειζωΐαν, ὡς ὁ ἀνάρχως ζῶν Θεός. Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα τοῦτο εἶναι εὐφημοῦσιν οἱ ἐν τοῖς ὑπογεγραμμένοις μνημονευθησόμενοι ἱεροκήρυκες, ὡς ἐκ τῆς ἀθανάτου καὶ φυσιζόου πατρικῆς πηγῆς συμφυῶς ἐκπορευόμενον, οὐχὶ κτιζόμενον. Καθάπερ γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ εἴπομεν λόγῳ, ὅτι τὸ φῶς οὐ γενεσιουργεῖ τὴν ἑαυτοῦ αὐγήν, ἀλλὰ γεννᾷ· οὕτως ἐνταῦθα, ὅτι ἡ πηγὴ οὐ γενεσιουργεῖ τὸ ἐξ αὐτῆς ὕδωρ, ἀλλ' ἐκπορευόμενον ἔχει καὶ ὁμοούσιον. Οὐδεὶς γὰρ τοῦ ἑαυτοῦ, ἢ υἱοῦ, ἢ πνεύματος, γενεσιουργός ἐστιν· ἐπεὶ οὐκ ἔτι πατὴρ, οὔτε πνεῦμα ἔχων. Ἱερεμίας ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· « Ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ τούτῳ ἡ γῆ· ὅτι δύο καὶ πονηρὰ ἐποίησεν ὁ λαός μου. Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν. » Τὸ μυστήριον ὁ προφήτης μυστικῶς ἐκτίθεται. Εἶπεν γὰρ πηγὴν τὸν Θεόν· ὕδωρ δὲ ζῶν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τὸ ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ πάσας ἡμῶν ἐκκαθαῖρον τὰς ἁμαρτίας, τὸ διασπασθῆναι τῇ φύσει τῆς νοητῆς πηγῆς μὴ δυνάμενον, ὡς καὶ τὸ ἐκ πηγῶν ῥεῖθρον. Ἡσαΐας ὁμοίως· « Ἐγὼ δώσω ὕδωρ ἐν διψῇ τοῖς πορευομένοις ἐν

ciebat? Quemadmodum enim ex eo quod Scriptura de Filio dicat in Jobi libro, « Qui extendit (1) cœlum solus, » a creatione non excludit illum, « ex quo omnia, et in quo omnia » constituta sunt, nempe Patrem (alioquin quomodo hæc jam vera esse possent?); ita neque fas est Spiritum sapientiæ, et virtutis, et sanctitatis, Spiritum scilicet Dei, excludere ab eo ut simul cum Deo creator sit. Quænam vero ad hoc probandum firmior demonstratio excogitari potest, quam quod quotidie (2) operatur Spiritus Dei, dum in baptismo renovat, et sanctificat, et ad præstantiorem, ac primam vitæ formam revocat (3)? Id enim illa etiam formula significat, qua ipse una cum Patre et Filio in baptismo commemoratur; adeo ut Apostolus de iis, qui ex regeneratione integri, ac perfecti fieri, et, donorum omnium maximo, redintegratione frui sperant, exclamet : « Ut sitis (4) secundum imaginem ejus, qui creavit vos; » David autem quoque in ci psalmo sic prophetet : « Populus (5) qui creatur, laudabit Dominum. » Nisi communem haberet essentiam, et dominationem, et operationem cum Patre, et cum eo, per quem omnia facta sunt, nempe Filio; non renovaret, nec sanctificaret. Idcirco post resurrectionem Christus corruptum per inobedientiam hominem una cum sanctissimo Spiritu rursus creans, et sanctificans, insufflavit in facies discipulorum, et ait, « Accipite (6) Spiritum sanctum, » implens hac ratione Nahumi prophetiam, quæ ob vehemens ac effrene desiderium, quo in immensam rei pulchritudinem ferebatur propheta, ut jam factum enarrat quod faciendum erat : « Ascendit (7) ex terra, qui insufflat in faciem tuam, et eruit te ex tribulatione. » Quod autem sanctificatio (quam præstare Spiritus sancti est) sit creatio, testatur **187** David psallens : « Cor (8) mundum crea in me, Deus; » hoc est, sanctifica me, ut renover, cum peccato corruptus sim : alioquin quomodo aliud cor ipsi creatum foret? Consentanea vero sunt quæ jungit superioribus : « Et Spiritum rectum, inquit, innova in visceribus meis : » id est venerandum tuum Spiritum, omnia transcendentem ac prætergredientem mihi largire, ut ejus scilicet sanctificatione mundatus dignum illius templum efficiar; nam ex sola ipsius, et Filii tui gubernatione ac præsidentia tu quoque nobis, Domine, signaris, et malorum omnium remedium accipimus, et firmam spem habemus cujuslibet æterni boni. Quod enim David hunc sibi renovari postulet, manifestum est; nam quomodo is, quem jam habebat, spiritus in eum veluti recens venire, ac renovari poterat? Quin etiam Scri-

(1) *Qui extendit.* Job IX, 8.
(2) *Quotidie.* Vide segm. 125 *b*.
(3) *Revocat.* Vide notas ad segm. 114 *b*.
(4) *Ut sitis.* In Bibliis non exstant hæc ad verbum, ut puto. Citat ergo sensum ex Epist. ad Coloss. III, 10. Vide segm. 100 *a*, ubi pro ὑμᾶς, habet ἡμᾶς, et segm. 118 *a*.
(5) *Populus.* Psal. CI, vers. 19.
(6) *Accipite.* Joan. XX, 22.
(7) *Ascendit.* In Vulgata editione frustra hunc locum quæras. In Græca Complutensi exstat vers. ultimo capitis I Nahum, in aliis editionibus vers. 1 cap. II. Ibi autem sic se habet : Ἀνέβη ἐμφυσῶν εἰς πρόσωπόν σου, ἐξαιρούμενος ἐκ θλίψεως.
(8) *Cor.* Psal. L, vers. 11 (seu 12).

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ptura cum præstantiorem, magisque necessariam sanctificationem esse nosset, quam creationem, de miserabili Juda, qui sanctificationem amiserat, ait : « Bonum (9) erat ei, si natus non fuisset homo ille ; » quia scilicet rem omnium perniciosissimam patravit, et Dominum, a quo nihil mali acceperat, tradidit, et eum, qui vita est, argento vendidit. Atqui etiam de assumpta in ineffabili Incarnatione servili forma (de qua Joannes quidem ait : « Et Verbum (10) caro factum est ; » Paulus autem : « Semetipsum (11) exinanivit, formam servi accipiens ») Salomon dixit : « Sapientia (12) ædificavit sibi domum : » Matthæus vero ob identitatem divinæ naturæ, et operationis sic (13) eam exposuit : « Jesu (14) Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. » Archangelus vero inquit : « Quod enim (15) in ea natum est, e Spiritu sancto est ; » et rursus : « Spiritus (16) sanctus veniet super te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi : ideo et quod nascetur Sanctum, Filius Altissimi vocabitur. » Illud ergo memoria tenendum **188** est, evangelistam ob hæreticorum nugas, quas loquaciter effutiunt, ante Incarnationem posuisse originem, deinde generationem. Illi enim Scripturarum testimonia a nobis allata carpentes, simulate sic nos interrogant (17) : Ergone Christus est Filius Spiritus sancti ? Ac eo modo, quo fidelem decet, neque hæc accipiunt, neque id quod apostolis ab ipso dictum fuit : « Nescitis (18), cujus Spiritus est Filius hominis. » Si ergo ex eo quod Pater sit Deus verus, sequitur ut ejus operatio sit omnino atque absolute divina ; ex eo etiam quod operationi Patris æqualem et similem esse appareat operationem Spiritus sancti, sequitur ut et ipse sit Deus verus. Pari autem modo etiam de Filio loqui convenit ; nam si Patris operatio operatione Filii, aut Spiritus potior (19) esset, quidnam omnino operarentur in nobis Spiritus, aut Filius ? qui sane, si Patri dissimiles forent, ut volunt hæretici, minorem, quam Pater, nobis inderent virtutem. Quod si e contrario utile nobis, ac salutare est Filio, et Spiritu sancto repleri, nulla in re Patri dissimilis erit Filius, aut Spiritus : nam neque is,

A ἁγίου · » καὶ πάλιν · « Πνεῦμα ἅγιον ἐλεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι · διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται. » Μνημονευτέον οὖν, ὅτι διὰ τὰς αἱρετικὰς ἀδολεσχίας γένεσιν προανέταξεν τῆς ἐνανθρωπήσεως ὁ εὐαγγελιστὴς, εἶτα γέννησιν. Διασύροντες γὰρ ἡμῶν τὰς γραφικὰς ἀποδείξεις, λέγουσιν πευστικῶς καθ' ὑπόκρισιν · Υἱὸς οὖν τοῦ Πνεύματός ἐστιν ὁ Χριστός ; πιστῶς οὐδὲ ταῦτα ἀκούοντες, οὐδὲ τὸ παρ' αὐτοῦ τοῖς ἀποστόλοις εἰρημένον · « Οὐκ οἴδατε, οἵου Πνεύματός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. » Εἰ οὖν, ἐπειδὴ ὁ Πατὴρ Θεὸς ἀληθινὸς, διὰ τοῦτο καὶ ἡ ἐνέργεια αὐτοῦ θεία ἐστὶν πάντη τε καὶ πάντως, ἐπειδὴ ταύτῃ ἴση καὶ ὁμοία ἡ ἐνέργεια τοῦ ἁγίου Πνεύματος φαίνεται · διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸ Θεὸς ἀληθινὸς τυγχάνει.

B Πρέποι δὲ ἂν καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ ὡσαύτως εἰπεῖν. Ἐπεὶ μή γε εἰ ἡ τοῦ Πατρὸς ἐνέργεια τῆς τοῦ Υἱοῦ, ἢ τοῦ Πνεύματος ἀμείνων, τί γὰρ καὶ ὅλως ἐνήργει τὸ Πνεῦμα, ἢ ὁ Υἱὸς εἰς ἡμᾶς ; καίτοι τὴν χεῖρω ἐπάγοντες δύναμιν, εἴπερ ἀνομοίως ἔχουσιν, ὡς οἱ αἱρετικοί φασιν. Εἰ δὲ δὴ χρήσιμος καὶ σωτηριώδης ἡ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος πλήρωσις, κατ' οὐδὲν ἔσται ἀνόμοιος ὁ Υἱὸς, ἢ τὸ Πνεῦμα. Οὔτε γὰρ ἂν ὁ ὑπέρτατος καὶ πλούσιος ἐν ἐλέει παρὰ τοῦ χείρονος καὶ πενεστέρου ἐδανείσατο, οὔτε ἡμεῖς διττῶς καὶ ἀνομοίως ἐνηργήμεθα. Καὶ μέντοι ποῖον ἔχει λόγον, ἄνθρωπον μὲν καλῶν, φέρε εἰπεῖν, ἢ κακῶν εἶναι ποιητὴν καὶ δημιουργὸν, τὸ δὲ Πνεῦμα μὴ εἶναι τοῦτο ; Ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος, [85 *b*] κατὰ συγχώρησιν μὲν

C τοῦ Θεοῦ πράττει τοῦτο, ἢ ἐκεῖνο · ἀπὸ οὐσίας δὲ τῆς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ προοισθείσης, ἄψυχον δημιουργεῖ ὃ δ' ἂν θέλοι, οὐ μὴν καὶ οὐσίαν αὐτὴν, ὡς ἔφαμεν ἤδη. Τὸ δέ γε Πνεῦμα καὶ αὐθεντικῶς ποιεῖ, καὶ οὐσίαν ἐκ μὴ ὄντων ὑφίστησιν, ἅτε συνεργὸν καὶ πνοὴ τοῦ Παντοκράτορος. Διόπερ ὁ Θεὸς ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ, τὸ μὲν ἡμέτερον πνεῦμα ἀνακαινίζεσθαι, τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα ἀνακαινίζειν, καὶ οὐχ ἁπλῶς Πνεῦμα εἶναι, ἀλλ' ἑαυτοῦ κυρίως ὑποδεικνὺς, τοιάδε θεσπίζει · « Καὶ δώσω ὑμῖν καρδίαν καινὴν, καὶ Πνεῦμα καινὸν · καὶ ἀφελῶ τὴν καρδίαν τὴν λιθίνην ἐκ τῆς σαρκὸς ὑμῶν, καὶ δώσω ὑμῖν καρδίαν σαρκίνην, καὶ τὸ Πνεῦμά μου δώσω ἐν ὑμῖν. » Οἱ δὲ καὶ τῶν θείων φωνῶν τούτων ὀλιγωροῦντες, καὶ ἐν ἀπορίᾳ πάσῃ τῶν δικαίων καθεστῶτες, λοιπὸν ταῖς

D riam angelus, « Spiritus, » inquit, « sanctus super- « veniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. » [*Codex vero noster post vocem* interpretari *sic habet :* « Accipietis enim virtutem Spiritus sancti « venientem super vos, » ad apostolos dicitur. Et ad Mariam archangelus, « Spiritus, » inquit, « san- « ctus veniet super te, et virtus Altissimi obum- « brabit te. »]

(9) *Bonum.* Matth. xxvi, 24.

(10) *Et Verbum.* Joan. i, 14.

(11) *Semetipsum.* Philipp. ii, 7.

(12) *Sapientia.* Prov. ix, 1.

(13) *Sic.* Codex : ὡδί.

(14) *Jesu.* Matth. i, 18. Græca editio habet μνηστευθείσης γάρ. Sed Vulgatus interpres legit ut Didymus.

(15) *Quod enim.* Matth. i, 20.

(16) *Spiritus.* Luc. i, 35. Græca Complutensis editio : Τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ. Aliæ tamen editiones omittunt voculas, ἐκ σοῦ, ut Didymus. In libro *De Spiritu sancto*, num. 31, versiculus iste affertur dimidius, ac eo modo, quo in hoc loco. Hæc enim ibi leguntur : « Æqualem vero Spiritui virtutem non possumus aliam præter Christum Dominum interpretari. Ipse enim discipulis ait : « Accipietis enim virtutem « Spiritus sancti venientem super vos. » Et ad Ma-

(17) *Interrogant.* In Græco, πευστικῶς, id est « interrogative, » sive, ut in comment. *ad psalmum* LII loquitur theologus noster, κατὰ πεῦσιν, id est « per interrogationem. »

(18) *Nescitis.* Luc. ix, 55. Sed Græca editio, cui consentit Vulgata translatio, sic habet : Οὐκ οἴδατε, οἵου Πνεύματός ἐστε ὑμεῖς, hoc est, « Nescitis, cujus Spiritus vos estis ; » nempe, « nescitis, qualis sit Spiritus ille, cujus vos estis. »

(19) *Potior.* Codex, ἀμείνω. Lego ἀμείνων.

Digitized by Google Распознавание текста

ἔξωθεν τέχνεις ἀποκέχρηνται, καὶ ἐπ' ἄλλα καὶ ἄλλα μεταφέρειν ἐπιχειροῦσι τὰ οὕτως σαφῶς εἰρημένα. Φάσκουσι γὰρ λέξεσιν αὐταῖς· Νεκροὺς ὁ δημιουργήσας, τοὺς νεκρουμένους ἐγείρει μόνος. Ἀρχιτέκτονος γὰρ ἔργον φθειρόμενον ζωγράφος οὐκ ἂν διορθώσαιτο, ἀλλ' οὐδὲ ναυπηγοῦ θηρευτὴς, ἀλλ' οὐδέ γε οἰκοδόμου δρομεύς· ἀλλὰ γὰρ ἀρχιτέκτονος ἀρχιτέκτων, καὶ ναυπηγοῦ ναυπηγός. Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα, φησὶν, οὔτε νεκροὺς ἤγειρεν, οὔτε ἐδημιούργησεν· ἅπαξ γὰρ, φησὶν, ἐπὶ τοῦ Ἀδὰμ δεδημιούργηται ἡ ἀνθρώπων φύσις· καὶ οὔτε ἑτέρα παρ' ἐκείνην, οὔτε πολλάκις. Ἀλλὰ καὶ ἡ Εὔα συνεκτίσθη μὲν τῷ Ἀδὰμ τῷ κοινῷ τῆς φύσεως λόγῳ, μετὰ ταῦτα δὲ διεμορφώθη. Ἡμεῖς δὲ οἱ ὀρθόδοξοι, ἐπειδὴ μάλιστα θεῖκῆς δυνάμεως γνώρισμα τὸ δημιουργῆσαι καὶ νεκροὺς ἐγεῖραι, ὁμολογοῦμεν τὸ ἅγιον Πνεῦμα ταῦτα πεποιηκὸς εἶναι Θεόν· « Τῷ Λόγῳ » γὰρ « Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, [86 *a*] καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτῶν· » καὶ ἐπειδὴ ἀρχῇθεν, δημιουργουμένων πάντων, συμπαρῆν καὶ ἀχωρίστως εἶχε τῇ θεότητι καὶ τῇ ἐνεργείᾳ, διὰ τοῦτο καὶ ἀνακαινιζομένων αὐτῶν συμπάρεστιν καὶ συμμνημονεύεται. Ὅπερ γὰρ εἰρήκασιν αὐτοὶ οὗτοι, οὐκ ἦν ἑτέρας οὐσίας, ὅ ἐστιν φύσεως, τὸ ἀνακαινίσαι, εἰ μὴ τῆς τοῦ κτίσαντος. Περὶ οὖν τῶν ὄντων καὶ πολιτευομένων, ὡς μὴ ὄντων, ἀλλὰ νῦν πνευματικῶς καὶ θειοτέρως κτιζομένων, ὁ Δαυὶδ καὶ ὁ Παῦλος κηρύσσει, ὡς προελέχθη, καὶ ὡς πολλαχοῦ εὑρήσομεν. Ἐπιλείψει με γὰρ ἂν ὁ πᾶς χρόνος, εἰ πάντων πανταχοῦ μνημονεύειν ἐθελήσω. Εἰ μὴ οὖν ἕτερος μὲν ταῖς Γραφαῖς, ἕτερος δὲ αὐτοῖς ἐκείνοις ἐδόκει, πρῶτον μὲν οὖν κἂν ποτε παρενεθυμήθησαν τὰ θεῖα γραφία, τὰ ἐν τῷ βιβλίῳ τῷδε καὶ τῷ πρὸ αὐτοῦ μνημονευθέντα· τί γὰρ ἄν, ἀκούοντες ταῦτα, φήσαιεν τὸν χρήσαντα αὐτὰ διδάσκειν; Δεύτερον δὲ ἐλογίσαντο ἄν, ὅτιπερ, ὃν τρόπον τοῦ Υἱοῦ κτίσαντος συμποιητὴς ὁ Πατὴρ ἐστιν τῇ εὐδοκήσει, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ· καὶ οὐκ εἰς τὴν τῶν οὐχ ὁμοίων ἐξέτασιν, τῶν συνάρσεως τῆς ἀλλήλων καὶ τῆς ἀπὸ τοῦ χρόνου δεομένων, καὶ μηδὲ πληρούντων ἑτοίμως καὶ πανταχόθεν ἀμέμπτως τὴν ἐνθύμησιν, τὰ τῆς ἀμίκτου ἅπασιν μακαρίας Τριάδος, τῆς καὶ ἡμᾶς ἀπολεσάσης δημιουργοὺς λόγων τε καὶ ὑλῶν ἐπισκευῆς, ἤγαγον, λέγοντες, ἅπερ μήποτ' ἔφασαν. Τί γὰρ, ἢ ὡς πηλίκοι εἵποιμεν τῷ ἅπαξ θελήσαντι Θεῷ Πατρὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ Λόγου πάντα ὑποστῆναι; Ἀμέλει τοι περὶ τοῦ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ, καὶ Ἀβραὰμ, καὶ ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ κατὰ σάρκα, κεκήρυκται [86 *b*], ὡς ἀρτίως εἴρηται· « Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου· » ἵνα κἀντεῦθεν ὁμόλογον ᾖ, ὡς συνεργὸν ἦν τῷ ἀγαθουργῷ Δημιουργῷ τὸ ἁγιαστικὸν Πνεῦμα. Διὸ καὶ αὖθις γέγραπται· « Ἤγετο ὁ Ἰησοῦς ἐν Πνεύματι ἐπὶ τὴν ἔρημον· » ἐπειδὴ συνῆν αὐτῷ τὸ ἡγεμονικὸν Πνεῦμα, ὡς Θεὸς Θεῷ καὶ ὡς πάντα συνέχων καὶ πανταχοῦ παρὼν, τῷ ἐφ' ὃν πάντα ἐστήρικται, καὶ ἐν πᾶσιν ὄντι, καὶ πληροῦντι τὰ

qui supremus est, ac dives in misericordia, ab inferiori, et pauperiore quidquam mutuatus esset, neque nos duplici modo, ac dissimili acti sumus. Ac sane quomodo rationi consentaneum est, ut homo quidem bonorum, exempli gratia, aut malorum effector sit, atque conditor, Spiritus autem non sit hujusmodi? Verum homo ex concessione quidem Dei hoc, aut illud operatur, atque ex substantia a Deo creata inanimatum aliquid, quodcunque voluerit, efficit; non tamen etiam substantiam ipsam, ut jam diximus (20), condit. At vero Spiritus et sua auctoritate operatur, et substantiam ex nihilo educit, ac subsistentem facit, utpote cooperator, et flatus Omnipotentis. Quapropter Deus in Ezechiele nostrum quidem spiritum renovari inquiens, Spiritum autem sanctum renovare, et hunc non simpliciter Spiritum, sed ipsius Spiritum proprie esse subindicans, hæc divine loquitur: « Et dabo (21) vobis cor novum, et spiritum novum: et auferam **189** cor lapideum ex carne vestra, et dabo vobis cor carneum, et Spiritum meum dabo in vobis. » Hæretici vero divina etiam hæc verba parvipendentes, cum firmis rationibus omnino careant, extrinsecis jam artibus abutuntur, et alio atque alio transferre conantur quæ tam manifesto sensu dicta sunt. Inquiunt enim hisce ipsis verbis: Qui mortuos condidit, mortificatos solus suscitat; depravatum enim, et corruptum architecti opus pictor restaurare non potest, neque naupegi opus venator, neque fabricatoris opus cursor; sed architecti architectus, et naupegi naupegus. Spiritus autem sanctus, inquiunt, nec mortuos suscitavit, neque creavit. Semel enim, inquiunt, in Adamo condita est hominum natura, neque vero altera præter illam condita fuit, nec eadem sæpius: quin Eva quoque simul quidem cum Adamo creata est, communi naturæ ratione; postea vero formata fuit. Nos autem orthodoxi, quoniam divinæ potissimum potentiæ character est condere, et mortuos suscitare, confitemur sanctum Spiritum, qui duo hæc fecit, esse Deum. Nam « Verbo (22) Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnes virtutes eorum. » Et quoniam initio, cum omnia condita sunt, præsens simul cum aliis personis aderat, et deitate, atque operatione ab iis inseparabilis erat, proinde nunc quoque, cum ea renovantur, una cum aliis hypostasibus præsens est, et simul cum iis commemoratur; nam, ut ipsi adversarii dixerunt, renovare ad aliam essentiam, id est, naturam non spectabat, quam ad naturam illius, qui condiderat. De iis porro, qui, cum essent, ita se gerebant quasi non essent, nunc vero spiritaliter, et diviniori modo conditi sunt, David, et Paulus sic prædicant, ut antea dictum est, et sicut multis aliis in locis inveniemus: deficiat enim me omne tempus, si omnia ubique commemorare velim. Nisi ergo alia Scri-

(20) *Diximus.* Vide segm. 7 *a*.
(21) *Et dabo.* Ezech. xxxvi, 26 et 27. Biblia: Καὶ πνεῦμα καινὸν δώσω ἐν ὑμῖν.
(22) *Verbo.* Psal. xxxii, vers. 6.

Digitized by Google Распознавание текста

pturarum esset, alia vero illorum ipsorum sententia, primum quidem aliquando saltem divina Scripturæ oracula (23), quæ hoc in libro, atque in superiore commemorata sunt, in mentem revocassent (24): ea enim audientes quidnam doceri ab eo dicerent, quo afflante scripta sunt? Deinde vero illud considerassent, sicut una cum Filio **190** creante creavit et Pater complacentia, sic etiam simul cum eo creantem dici debere Spiritum ejus: neque ea quæ ad beatam, nullique rei permistam Trinitatem, a qua nos quoque et ratiocinationum, et rerum materialium structuræ (25) veluti conditores effecti sumus, comparassent, simulque discussissent cum iis, quæ dissimilia, exsistunt, quæque mutua connexione, eaque temporaria, indigent, ac ne cogitationem quidem prompte, modoque cujuslibet reprehensionis experte, implent; neque ista unquam dixissent (26), quæ objecerunt. Quare enim, aut qua auctoritate, vel potestate dicemus, Deo Patre semel volente, omnia sicut per Filium Verbum, ita et per Spiritum sanctum (27) constituta non esse? De eo sane, qui est ex semine David, et Abrahami, et ex radice Jesse secundum carnem, prædicatum fuit, ut nuper diximus: « Quod (28) enim in ea natum est, ex Spiritu sancto est: » ut vel ex his verbis certo constet, benefico Creatori socium in creatione, et cooperatorem fuisse sanctificantem Spiritum. Ideo alibi quoque scriptum est: « Ducebatur (29) Jesus in Spiritu in eremum: » quia simul cum ipso erat ille, qui dicitur Spiritus principalis, seu ductor, ut Deus cum Deo, et ut omnia continens, et ubique præsens una cum eo, in quo omnia firmata sunt, quique in omnibus est, et omnia implet. Alioquin, si eorum rationem et arguendi modum attendamus, ne Pater quidem erit conditor, aut mortuorum suscitator: omnia enim per Filium facta sunt sine labore; labor enim est passio; passio vero est via ad corruptionem. Hæc autem dum dicimus, Dominum incarnatum esse sine peccato ex natura Adami, id est ex Virginis natura, aut ex nostra, non inficiamur: sed potius hoc confirmamus, cum dicimus ex Spiritu sancto generatum esse: quoniam, ut dictum est, initio quoque is, qui ante sæcula, et ante mundum exsistebat, Spiritus Dei, simul aderat cum conditore nostræ naturæ; neque vero cum ipso aderat tanquam cum eo, qui auxilio indigeret, *sed* cum identitate, et æqualitate **191** deitatis, et volitionis aderat, ac veluti lux a luce non sejuncta. Aut ergo sanctis adjungere, o Macedoni, qui divinum Spiritum creaturam non vocant, sed eum processisse aiunt ex Deo, ut Spiritum ejus secundum naturam: aut, quoniam tibi dictitare mos est, eos in divinis oraculis docuisse, Spiritum sanctum Deo quidem natura minorem esse, angelis autem majorem, præstantioremque exsistere, ac mediam quamdam naturam, et locum sortitum esse; tu ipse vel tuam (30) ipsius impietatem condemnando, vel sponte, primas nobis cede: quæ enim sancti illi scripserunt, jure ac merito apud Deum tuis, et Arii dictis præferuntur, nec licet tibi, ut artificiosæ, et sophisticæ disciplinæ lex fert, audacter contra divinum Spiritum propriis sermonibus effutire, cujus divinam naturam ne minimum quidem inspicere posses, etsi mentis oculos tantos ac tales haberes, quantos et quales tribuit Scriptura cherubinis: quis enim invisibilem, et incomprehensibilem deitatem

A πάντα. Ἐπεὶ μή γε, τῷ ἐκείνων λόγῳ καὶ τῷ τρόπῳ, οὔτε ὁ Πατὴρ δημιουργός, ἢ νεκροὺς ἐγείρων. Πάντα γὰρ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐγένετο ἀπόνως. Πόνος γὰρ πάθος ἐστί· πάθος δὲ ὁδὸς ἐπὶ φθοράν. Οὐκ ἀρνούμενοι δὲ τὸν Δεσπότην σεσαρκῶσθαι δίχα ἁμαρτίας ἐκ τῆς φύσεως τοῦ Ἀδάμ, ὅ ἐστιν ἐκ τῆς Παρθένου, ἢ τῆς ἡμετέρας) ταῦτά φαμεν, μᾶλλον δὲ καὶ βεβαιοῦμεν τοῦτο διὰ τοῦ λέγειν ἐκ Πνεύματος ἁγίου γεγεννῆσθαι. Ἐπειδή, ὡς εἴρηται, καὶ τὴν ἀρχὴν συμπαρῆν τὸ προαιώνιον καὶ προκόσμιον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τῷ ποιητῇ τῆς ἡμετέρας φύσεως, οὐχ ὡς χρῄζοντι βοηθείας, ἀλλὰ σὺν ταυτότητι καὶ ἰσότητι θεότητος καὶ θελήσεως, καὶ οἷον μὴ ἀποτετμημένον τοῦ φωτὸς τὸ φῶς. Ἢ σύστηθι οὖν, Μακεδόνιε, τοῖς ἁγίοις, κτίσμα τὸ θεῖον Πνεῦμα μὴ ὀνομάζουσιν, ἀλλ' ἐκπεπορεῦσθαι ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὡς Πνεῦμα αὐτοῦ κατὰ φύσιν· ἤ, ὡς ἔθος σοι φάσκειν, ὅτι Θεοῦ μὲν ἧττων τῇ φύσει, ἀγγέλων δὲ κρείττων ἐστὶν, μέσην τινὰ φύσιν καὶ τάξιν εἰληχὸς κεχρησμῳδηκότας (τὰ γὰρ ἐκείνων δικαίως προτετίμηται παρὰ τῷ Θεῷ τῶν σῶν καὶ τῶν Ἀρείου)· καὶ οὐχ ὡς δίδωσιν ὁ τῆς τέχνης καὶ τῆς σοφιστείας νόμος, ἐξόν σοι, θαρρήσαντι, ἀφεῖναι κατὰ τοῦ θείου Πνεύματος ἰδίους λόγους· οὗ τὴν θείαν φύσιν οὐδ' ἂν εἰ τοὺς τῆς διανοίας [87 *a*] ὀφθαλμοὺς τοσούτους καὶ τοιούτους εἶχες, ὅσους καὶ οἵους ἔδωκεν ἡ Γραφὴ τοῖς χερουβίμ· ἠδυνήθης ἂν κἂν ποσῶς γοῦν θεωρῆσαι. (τίς γὰρ ἐπιδράττεται τῆς ἀφανοῦς καὶ ἀχωρήτου θεότητος;) ἢ καταγνοὺς τῆς ἑαυτοῦ ἀσεβείας, ἢ ἐκὼν ἡμῖν τῶν πρωτείων ἀφίστασο.

(23) *Oracula.* Codex proparoxytone γράφια tum hic, tum segm. 100 *a*. Sed γραφία paroxytone segmm. 104 *b*, 108 *b*, et alibi.

(24) *In mentem revocassent.* Verbo παρενθυμοῦμαι aliter usus est Clemens libro primo *Pædagogi*, cap. 12, ubi, ut reor, valet « negligo. »

(25) *Structuræ.* Codex : ἐπὶ σκευῆς. Lego ἐπισκευῆς.

(26) *Dixissent.* Codex : ἅπερ μήποτ' ἔφασαν. Quæ lectio ferri potest. Suspicari tamen licet deesse aliquid, ut legendum sit, verbi gratia, ἅπερ μήποτ' ἂν ἔφασαν. Vel : ἅπερ μήποτ' ἔφασαν αἱ Γραφαί. Vel potius (cum apud scriptores Didymi æquales μήποτε sæpe valeat « fortasse ») ἅπερ μήποτ' οὐκ ἂν ἔφασαν, id est « quæ fortasse non dixissent. »

(27) *Ita et per Spiritum sanctum.* Cum desit aliquid in Græco, non potui quin hæc verterem ex ingenio. Puto tamen me a Didymi sententia non recessisse.

(28) *Quod.* Matth. I, 20.

(29) *Ducebatur.* Luc. IV, 1. Græca editio : Ἤγετο ἐν τῷ Πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον.

(30) *Tuam.* Pro ἑαυτοῦ malim σαυτοῦ· et εἶχον pro ἐκών.

Digitized by Google Распознавание текста

veluti apprehendere potest, et capere? Sed redeamus rursus ad argumentum, quod initio suscepimus.

Δ'. Ἀλλ' ἐπανίωμεν πάλιν ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς A ὑπόθεσιν, ὅτι ἁγιάζει καὶ δικαιοῖ, καθὰ προείπομεν.

IV. Quia sanctificat, et justificat, sicut antea diximus.

Ε'. Ὅτι σωτηρίαν καὶ τοῖς ἀποσφαλεῖσιν χορηγεῖ· ὁ μόνης ἐστὶν τῆς παγκρατορικῆς οὐσίας. Ἄνευ γὰρ θεοῦ πρᾶξαί τι κτιστὸν, ἀμήχανον,

V. Quia salutem etiam iis, qui errarunt, largitur: quod solius est omnipotentis essentiæ; fieri enim non potest, ut sine Dei ope creatura quidpiam operetur,

Οὐδ' ὅσον ἀμπετάσαι βλεφάρων περιφαῖα κύ- [*κλα.*

Ne tantum quidem, quantum est palpebris clausos [*oculorum orbes* (31) *aperire.*

Ἔλεγεν γὰρ ὁ Ἀπόστολος Φιλιππησίοις τοιάδε· « Οἶδα γὰρ, ὅτι τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν, διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως, καὶ ἐπιχορηγίας τοῦ Πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Καθὰ ὕμνηται περὶ μὲν τοῦ Πατρὸς ἐν Ὡσηέ· « Πλὴν ἐμοῦ οὐ γνώσῃ· καὶ σώζων οὐκ ἔστιν πάρεξ ἐμοῦ· » περὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ ἐν ταῖς Πράξεσιν· « Καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ B σωτηρία. Οὐδὲ γὰρ ἄλλο ὄνομά ἐστιν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι. »

Nam hæc Philippensibus (32) dixit Apostolus: « Scio (33) enim, quod hoc mihi proveniet ad salutem per vestram orationem, et subministrationem Spiritus Jesu Christi. » Sicut de Patre quidem ab Osee hymnis eum celebrante dictum est: « Præter me (34) non cognosces, et qui salvet non est, præter me; » de Filio autem in Actis: « Et non est (35) in ullo alio salus: nec enim aliud nomen est sub cœlo datum in hominibus, in quo oporteat salvari. »

Ϛ'. Ὅτι θανάτου ἐλευθεροῖ, καὶ ἁμαρτίας συγχωρεῖ, ἅτε δὴ ἐκ τῆς πατρικῆς ῥίζης οὐσίας καρπὸν φέρον τὸ ἀθάνατον καὶ ἄλειω. Κτίσματι δὲ οὐ δυνατὸν, ἢ ἀναμάρτητον εἶναι, ἢ ἐν τούτων οἱκοθεν ποιῆσαι. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲν τῶν πνευμάτων, ὡς προεδείχθη, ἀναμάρτητον· οὐδὲ τάχα, καθ' ὑπερβολὴν λόγου, ἡ μὴ οὖσα λογική. Καὶ γὰρ ὁ οὐρανὸς αὐτὸς καὶ ὁ ἥλιος πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ καθαρότητα οὐκ ἄμεμπτοι. Εἰ γὰρ καὶ φαίνονται ἀπόστολοί ποτε τοιοῦτόν τι πράξαντες, οὐκ ἰδίᾳ δυνάμει [87 *b*] περιεγένοντο, ἀλλὰ τῇ τοῦ εἰπόντος· « Ἐν τῷ ἐμῷ ὀνόματι μείζονα τούτων C ποιήσετε· » καὶ τῇ τοῦ Πνεύματος τοῦ Πατρὸς, τοῦ λαλήσαντος ἐν αὐτοῖς, καθὰ Ῥωμαίους Παῦλος διδάσκει· « Ὁ γὰρ νόμος τοῦ Πνεύματος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἠλευθέρωσέν με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου. » Καὶ ὁ Δεσπότης δὲ παρ' Ἰωάννῃ, ἀποδιδοὺς ἡμῖν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὃ ἀπολέσαντες ἥμεν διὰ τῆς ἀρχαίας παρακοῆς, ἐνεφύσησεν εἰς τὰ πρόσωπα τῶν μαθητῶν, καὶ εἶπεν· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. Ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. » Ἐνταῦθα τοσοῦτον τοῦ ἀειμνήστου Πνεύματος τὸ αὐτεξούσιον, ὅτι αὐτός τε δι' ἑαυτοῦ ἁμαρτίας συγχωρεῖ, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι καὶ τῇ δυνάμει αὐτοῦ, οἱ ἀπόστολοι, καὶ πάντες οἱ πιστεύοντες αὐτῷ, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν παρέχουσιν. Ὅτι δὲ Θεοῦ μόνου τὸ ἱλάσκεσθαι ἁμαρτάνουσιν, ἔνδοξοι Θεοῦ ῥήσεις σημαίνουσιν· « Ἐγὼ » γάρ, φησὶν, « εἰμὶ ὁ ἐξαλείφων τὰς ἁμαρ-

VI. Quia a morte liberat, et peccata dimittit, utpote is nempe qui ex paternæ essentiæ radice hunc veluti fructum refert, **192** ut sit immortalis, et propitius (36). Creatura vero non potest aut impeccabilis esse, aut quidquam horum, quæ dixi, de suo facere: nam ne spirituum quidem ullus, ut antea (37) ostensum fuit, est impeccabilis; imo, ut hyperbole sermonis utar, ne ulla quidem fortasse creatura (38) irrationalis: nam cœlum ipsum, et sol, si cum Dei puritate conferantur, irreprehensibiles non sunt. Etsi porro apostolos interdum tale aliquid fecisse constet, non propria tamen virtute fuerunt mortis victores, aut peccati, sed virtute illius, qui dixit, « In nomine (39) meo majora his facietis, » et virtute Spiritus Patris, qui in eis locutus est, sicut Romanos docet Paulus: « Lex enim (40) Spiritus (41) in Christo Jesu liberavit me a lege peccati et mortis. » Ac Dominus quoque apud Joannem reddens nobis Spiritum sanctum, quem amiseramus per veterem inobedientiam, insufflans in facies discipulorum ait: « Accipite (42) Spiritum sanctum: quorum dimiseritis peccata, dimittuntur (43); quorum retinueritis, retenta sunt. » Tam magna illius, qui cum laude semper commemorandus est, Spiritus propria potestas hoc in loco indicatur, quia et ipse per se ipsum peccata condonat, et in illius nomine, ac virtute tum apostoli, tum omnes, qui D

(31) *Orbes.* Pro κύκλα legendum conjicerem κύλα, nisi κύκλα non modo Dionysius Periegetes, sed et Homerus dixisset in duodevicesimo *Iliadis* libro versu 375, qui est hujusmodi:

Χρύσεα δέ σφ' ὑπὸ κύκλα ἑκάστῳ πυθμένι [*θῆκεν.*

Sic enim plures legunt pro ὑπόκυκλα.

(32) *Philippensibus.* Codex: Φιλιππισίοις.

(33) *Scio.* Philipp. I, 19.

(34) *Præter me.* Osee XIII, 5. Complut. editio: Θεὸν πλὴν ἐμοῦ οὐ γνώσῃ. Vocem vero Θεόν, id est « Deum, » videtur hic omisisse librarius noster. Editio Francofurtensis paulo aliter, nempe: Θεὸς πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστι.

(35) *Et non est.* Act. IV, 12.

(36) *Propitius.* Vide not. 44, pag. 81.

(37) *Antea.* Cap. superiore segm. 70 *b.*

(38) *Creatura.* In Græco fortasse addenda vox, κτίσις.

(39) *In nomine.* Joan. XIV, 12. Sensum citat, non verba.

(40) *Lex enim.* Rom. VIII, 2.

(41) *Spiritus.* Græca editio, et Vulg. translatio addunt, τῆς ζωῆς, id est « vitæ. » Quo modo legit ipse Didymus segm. 28 *a.*

(42) *Accipite.* Joan. XX, 22 et 23.

(43) *Dimittuntur.* Græc. ed. et Vulg. int. addunt αὐτοῖς, id est « eis. »

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ЕР

ei credunt (44), remissionem peccatorum conferunt. Quod autem solius Dei proprium sit propitium esse his, qui peccaverint, eisque peccata dimittere, inclyta Dei oracula significant. « Ego » (45) enim, inquit, « sum qui deleo peccata tua ; » et : « Si sint (46) peccata vestra ut puniceum, tanquam nivem dealbabo ; si autem sint ut coccinum, sicut lanam alba reddam. » Salvator vero, ut Dei Filius, paralytico (47) dixit : « Fili (48), dimittuntur tibi peccata ; » et : « Ecce (49) Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. »

A τίας σου· » καὶ, « Ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ· ἐὰν δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡσεὶ ἔριον λευκανῶ. » Καὶ ὁ Σωτὴρ δὲ, ὡς Παῖς Θεοῦ, τῷ παραλύτῳ ἔφη· « Τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι· » καὶ, « Ἴδε ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου. »

193 VII. Quia una cum non indigo, et rerum omnium datore Deo Patre, et Filio ejus operatur ut Spiritus Patris, et simul cum eo largitur (50) omnia omnibus, non in crastinam diem differens, utpote qui ejusdem est, et concordis sententiæ, increatam habens exsistentiam, et una cum Patre regnans, ut increatus, et ejusdem cum illo, ex quo sic prodiit et una cum ipso ab æterno substiterit, deitatis exsistens. Et quia Christus infinitam auctoritatem, ac potentiam habens, cum virtute ejusdem augustissimi Spiritus signa, et prodigia fecit, et dæmones ejecit, ut hierophantæ nostri enarrarunt. Michæas quidem : « Hæc (51), » inquit, « dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum. » Et post pauca subdit : « Quia (52) non erit qui exaudiat ipsos : nisi ego implebo fortitudinem in Spiritu Domini, et judicii, et dominationis. » Ait porro, Dominum fortitudinem facere in Spiritu Domini, ut simul et Trinitatem declaret, et naturæ ipsius veluti colligationem. Subindicat autem judicium illud, in quo non est amplius pœnitentia, nec qui exaudiat (53). « In inferno » (54) enim, inquit, « quis confitebitur tibi ? » Quod autem ait, « Implebo fortitudinem, » perinde est, ac si diceret : Magnam retributionem faciam cum divino Spiritu. Paulus vero ille magis quam omnes apostoli tentatus ac probatus, ad Ephesios scribit : « Hujus rei (55) gratia flecto genua mea ad Deum Patrem, ex quo omnis paternitas in cœlis et in terra nominatur : ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum ejus in interiore homine, habitare Christum ; » ad Romanos autem : « Habeo (56) igitur fiduciam in Christo Jesu ad Deum : non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ non effecit Christus per me verbo, et opere in obedientiam gentium, in

Z'. Ὅτι τῷ ἀπροσδεεῖ, καὶ παντοδότῃ Θεῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ αὐτοῦ συνεργεῖ, καὶ συμπαρέχει πάντα πᾶσιν, οὐκ εἰς αὔριον ἀναβαλλόμενον, ἅτε δὴ ξύγγνωμον καὶ ὁμόγνωμον Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, ἀνεκποίητον ἔχον τὸ εἶναι καὶ συμβασιλεύειν αὐτῷ, καὶ τὴν αὐτοῦ, ὅθεν καὶ συνυφεστώτως ἐξῆλθεν, διακληρωσάμενον θεότητα. Καὶ ὅτι ὁ παντεξούσιος καὶ παντὸς δύναμος Χριστὸς, σὺν τῇ δυνάμει τοῦ αὐτοῦ σεμνοτάτου Πνεύματος, τὰ σημεῖα καὶ τὰ [88 a] τέρατα ἐποίησεν, καὶ δαίμονας ἐξέβαλεν, ὡς ἐξηγήσαντο οἱ ἱεροφάνται· Μιχαίας μέν· « Τάδε, » φησὶν, « λέγει Κύριος, τοὺς προφήτας τοὺς πλανῶντας τὸν λαόν μου. » Καὶ μετ' ὀλίγον ἐπιφέρει· « Διότι οὐκ ἔσται ὁ εἰσακούων αὐτῶν, ἐὰν μὴ ἐγὼ ἐμπλήσω ἰσχὺν ἐν Πνεύματι Κυρίου, καὶ κρίσεως, καὶ δυναστείας. » Εἶπε τοίνυν ποιεῖν ἰσχὺν Κύριον ἐν Πνεύματι Κυρίου, διὰ τὸ καὶ τὴν Τριάδα, καὶ τὸν σύνδεσμον τῆς φύσεως αὐτῆς δηλῶσαι. Αἰνίττεται δὲ τὴν κρίσιν, ἐν ᾗ οὐκ ἔτι λοιπὸν μετάνοια καὶ ὁ εἰσακούων· « Ἐν » γὰρ « τῷ ᾅδῃ, » φησὶν, « τίς ἐξομολογήσεταί σοι; » Τὸ δὲ, « Ἐμπλήσω ἰσχὺν, » ἀντὶ τοῦ, Μεγάλην ἀνταπόδοσιν ποιήσω μετὰ τοῦ θείου Πνεύματος. Παῦλος δὲ ὁ δοκιμώτατος ἀποστόλων πρὸς Ἐφεσίους μέν· « Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν Θεόν Πατέρα, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται, ἵνα δῷ ὑμῖν, κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ, δυνάμει κραταιωθῆναι, διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ, εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον κατοικῆσαι τὸν Χριστόν· » πρὸς Ῥωμαίους δέ· « Ἔχω οὖν πεποίθησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸς τὸν Θεόν. Οὐ γὰρ τολμῶ τι λαλεῖν, ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ, λόγῳ καὶ ἔργῳ, εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος ἁγίου. » Αἱ ὅμοιαι τῇ φύσει ὑποστάσεις ὁμοίας τιμῆς ἄξιαι· ὅθεν παραπλήσιον καὶ τὸ λόγιον τόδε τῷ, « Χριστὸς

(44) *Omnes, qui ei credunt.* Paulo durior videri potest hæc sententia. Sic autem accipienda est, ut de sacerdotibus catholicis loquatur, ac simul indicare velit, ab episcopis, ac presbyteris hæreticis, qui Spiritui sancto non credunt, nec catholicæ Ecclesiæ communione fruuntur, nempe a Macedonianis, quos hic refellit, remissionem peccatorum non conferri.

(45) *Ego.* Isa. XLIII, 25. Græca editio : Ἐγώ εἰμι αὐτὸς ὁ ἐξαλείφων... τὰς ἁμαρτίας σου.

(46) *Si sint.* Isa. I, 18. Græc. ed. ὡς ἔριον.

(47) *Paralytico.* In Græco : παραλύτῳ pro παραλυτικῷ. Eodem modo alii scriptores Didymi æquales, ac suppares locuti sunt : Apollinarius enim in catena *in Joannem* Corderiana, pag. 143, ait. Τοῦ ἐκεῖ κειμένου παραλύτου, id est « paralytici ibi decumbentis. » Et Cyrillus ibidem : Τοῦ παραλύτου ἀσθένεια, id est « paralytici infirmitas. »

(48) *Fili.* Matth. IX, 2 et 5. Vide not. 36, pag. 5.

(49) *Ecce.* Joan. I, 29. Græca editio : τὴν ἁμαρτίαν, id est « peccatum, » pro τὰς ἁμαρτίας.

(50) *Simul... largitur.* De hac re copiose egerat Didymus in lib. *De Spiritu sancto*, num. 16 et 17.

(51) *Hæc.* Mich. III, 5. Passioneianum exemplar caret voce ἐπί, quæ omnino addenda est ex Græca editione, ac legendum ἐπὶ τοὺς προφήτας, hoc est « super prophetas. »

(52) *Quia.* Mich. III, 7 et 8. Græca editio, διότι οὐκ ἔστιν ὁ ἐπακούων.... καὶ κρῖμα καὶ δυναστείαν.

(53) *Exaudiat.* An is, qui Origeniano de reproborum vicissitudinibus, ac de temporaria eorum pœna systemati adhæreret, hæc dictasset?

(54) *In inferno.* Psal. VI, vers. 5 (seu 6).

(55) *Hujus rei.* Ephes. III, 14-17. Vide notas 43-45, pag. 49.

(56) *Habeo.* Rom. XV, 17-19. Græca editio : Ἔχω οὖν καύχησιν ἐν Χ. Ἰ. τὰ πρὸς Θεόν. Οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν τι ὧν, et reliqua.

Digitized by Google Распознавание текста

Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία. » Ματθαῖος ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος· « Εἰ δὲ ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. » Καὶ ὡς ἐν τῷ φωτίσματι συμπράττει, ἀδύνατον τοίνυν τῇ συμφωνίᾳ καὶ τῇ ἐνεργείᾳ ὑπάρχειν ἓν, μὴ οὔσης τῆς οὐσίας μιᾶς· καὶ διὰ τοῦτο λέγει ὁ Δεσπότης ποτὲ μέν· « Ὁ Πατὴρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα· » ποτὲ δὲ, ὡς νῦν εἴρηται· « Ἐγὼ ἐν Πνεύματι Θεοῦ [88 *b*] ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. » Διὰ τοῦτο δὲ καὶ Παῦλος εἶπεν· « Ἐν δυνάμει Πνεύματος ἁγίου· » ὁμολογῶν, ὅτι τῇ θείᾳ τῆς Τριάδος ἐνεργείᾳ τεθνεῶτας ἤγειραν, αὐτὸς μὲν τὸν Εὔτυχον, Πέτρος δὲ τὴν Ταβήθαν.

A virtute signorum, et prodigiorum, in virtute Spiritus sancti. » Hypostases natura similes similis honoris sunt dignæ : ideoque huic etiam oraculo simile est illud : « Christus (57) Dei virtus, et Dei sapientia. » Matthæus ex persona Salvatoris : « Si autem (58) **194** in Spiritu Dei ejicio dæmonia, ergo pervenit in vos regnum Dei. » Et sicut in illuminatione, id est, in baptismo, simul cum Patre et Filio operatur, ita fieri non potest, ut ipse consonantia, et operatione sit unum cum ipsis, quin tamen unum sit etiam essentia. Atque hac de causa Dominus aliquando quidem ait : « Pater (59) in me manens, ipse facit opera ; » aliquando vero, sicut nunc dictum est, « Ego in Spiritu Dei ejicio dæmonia. » Propterea vero etiam Paulus dixit : « In virtute (60) Spiritus sancti. » Quibus verbis divina Trinitatis operatione, ac virtute mortuos suscitatos esse confitetur, ab ipso quidem Eutychum, a Petro autem Tabetham.

Η'. Ὅτι ὥσπερ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, οὕτω καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα χρηματίζει, σημαινόμενον Θεὸς καὶ Δεσπότης, καθὰ φράζει Λουκᾶς· « Ἦν ἄνθρωπος ἐν Ἰερουσαλὴμ, ᾧ ὄνομα Συμεών· καὶ ὁ ἄνθρωπος οὗτος, δίκαιος καὶ εὐλαβὴς, προσδεχόμενος παράκλησιν τῷ Ἰσραήλ· καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐπ' αὐτῷ, καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, μὴ ἰδεῖν θάνατον, ἕως ἂν ἴδῃ τὸν Χριστὸν Κυρίου. Καὶ ἦγετο ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὸ ἱερόν. Καὶ ἐγένετο, ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν τοὺς γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησοῦν, τοῦ ποιῆσαι αὐτοὺς κατὰ τὸ ἠθισμένον τοῦ νόμου περὶ αὐτοῦ· καὶ αὐτὸς ἐδέξατο αὐτὸ εἰς τὰς ἀγκάλας, καὶ εὐλόγησεν τὸν Θεὸν, καὶ εἶπεν· Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ· ὅτι ἴδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ Σωτήριόν σου. » Ἐχρημάτισεν τοίνυν τὸ ἅγιον Πνεῦμα· ἐδέξατο Συμεὼν τὸν Χριστὸν εἰς τὰς ἀγκάλας, κατὰ τὸν χρηματισμόν· εὐλόγησεν τὸν χρηματίσαντα, τοῦτ' ἔστιν ἐδόξασεν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἐωρακὼς τὸ σωτήριον τοῦ χρησμοῦ δεξάμενον πέρας· Θεόν τε καὶ Δεσπότην αὐτὸν τὸν χρηματίσαντα ἐκάλεσεν. Ἐχρημάτισεν δὲ ὁ Θεὸς Πατὴρ, τῷ Ἰὼβ φάνας· « Οἴει με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος ; » Οἱ δὲ, τῷ ἀληθινῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ μάχεσθαι ἠσκηκότες, πανταχοῦ τῆς ὑποθέσεως τὰ ἐν ἄλλοις πράγμασιν, καὶ οὐκ εἰς θεολογίαν, συντελοῦντα πρὸς τὸ συσκιάσαι τὴν ἀλήθειαν συλλέγοντες, καὶ οὐ τὰ πρέποντα τῷ θείῳ μυστηρίῳ ἀτρεκέως [89 *a*] ἐκδεχόμενοι, καὶ τῇ ὑποθέσει ἁρμόζοντες, καὶ πρὸς τὸ κεφάλαιον τοῦτο ἄδεκτα τοῦ θείου προφέρουσι ῥήματα, ἄνω καὶ κάτω, ὡς μέγα καὶ ἐναργὲς κεφάλαιον, τὸ ψυχρὸν ἐκεῖνο καὶ ἀπατηλὸν ῥῆμα λέγοντες· Ὅτι, φησὶν, κατάγεται ἐκ τῶν τοιούτων μαρτυριῶν τὸ ἅγιον Πνεῦμα εἰς ἀγγέλου φύσιν, ἢ καὶ αὐτοὶ φαίνονται χρηματίσαντες. Καὶ οὕτω τὰς ὀρθὰς τῶν Γραφῶν ἐννοίας, ἐξ ἀτόπων ἰδίων λόγων εἰς περιπετείας ἐξ-

VIII. Quia sicut Deus et Pater, sic etiam Spiritus sanctus dicitur chrematizare, id est, oracula edere, seu divina responsa dare : quod illum significat esse Deum ac Dominum. Ita Lucas : « Erat (61), » inquit, « homo in Jerusalem, cui nomen Simeon : et homo iste justus, et timoratus, exspectans consolationem Israeli : et Spiritus sanctus erat in eo. Et ipsi chrematizatum (hoc est, responsum datum) fuerat a Spiritu sancto, non visurum eum mortem, donec videret Christum Domini. Et ductus est in spiritu in templum. Et factum est, cum inducerent parentes puerum Jesum, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo : et ipse accepit eum in ulnas, et benedixit Deum, et dixit : Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei Salutare tuum. » Itaque chrematizavit, id est, responsum e supernis dedit Spiritus sanctus ; Simeon vero Christum chrematismo illo sibi promissum in ulnas sumpsit; ac eum, qui chrematismi auctor erat, benedixit; hoc est, Spiritui sancto gloriam reddidit, postquam Salutare (id est, Salvatorem) chrematismo prænuntiatum aspexit, ac divinum in eo responsum impletum vidit ; Deumque ac Dominum, eum qui chrematizaverat, appellavit. Chrematizavit vero etiam Deus Pater, cum Jobo dixerit : « Putas (62) me aliter tibi chrematizasse (id est responsa dedisse), **195** quam ut appareas justus? » At hæretici in bello contra verum Dei Spiritum exercitati, cum, quavis arrepta occasione, ad obscurandam veritatem ea congerant, quæ de aliis rebus dicta sunt, quæque ad theologiam, seu modum, quo de Deo loqui debemus, nihil attinent; ea vero, quæ divino mysterio conveniunt, simplici ac sincero sensu non accipiant, nec proposito argumento aptent; contra

(57) *Christus.* I Cor. I, 24.
(58) *Si autem.* Matth. XII, 28.
(59) *Pater.* Joan. XIV, 10.
(60) *In virtute.* Rom. XV, 19.
(61) *Erat.* Luc. II 25-30. Gr. ed. habet τοῦ Ἰσραὴλ pro τῷ Ἰσραήλ. Et, ἐπ' αὐτόν pro ἐπ' αὐτῷ. Et, πρὶν ἢ pro ἕως ἄν. Et, ἦλθεν pro ἦγετο. Deinum vox ἐγένετο ibi desideratur.

(62) *Putas.* Ne quæras hæc in Vulgata translatione, sed in Græca libri Job XL, 3. Nonnullæ editiones habent, Οἴει δέ με μὴ ἄλλως, et reliqua. Editio libri Jobi ex vetustissimo codice a Patricio Junio Londini anno 1637 concinnata : Μηδὲ οἴου με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, ἀλλ' ἵνα δίκαιος ἀναφανῇς. Complutensis vero voculam μὴ omittit ut Didymus.

Digitized by Google Распознавание текста

hocce etiam capitulum, demonstrationemque insurgunt, et Scripturæ textus, ac verba proferunt, quibus divinitas indicari non potest, et quasi maximum quoddam, ac perspicuum argumentum, frigidam hanc, et fallacem ratiocinationem jactitant inculcantque. Hujusmodi testimoniis, inquiunt, Spiritus sanctus ad angelicam naturam deprimitur; cum angelos (63) quoque chrematizasse (hoc est, oracula fudisse) constet. Atque ita rectas Scripturarum sententias absurdis suis commentis temere depravant (64). Nam scriptum est, inquiunt, in Actis apostolicis : « Cornelius (65) centurio, vir justus, et timens Deum, et testimonium habens ab universa gente Judæorum, chrematismum (hoc est, cœlestem admonitionem) accepit ab angelo sancto, accersire te in domum suam, et audire verba abs te. » Vos porro si taceretis, o hæretici, et calumniosa ora consueretis, rem multo utiliorem faceretis. Nos autem ad perfectiorem scopum hoc etiam capitulum dirigentes ac veluti retro flectentes, et animi alacritatem iis, qui lecturi hæc sunt, comparantes, ac majorem orthodoxum zelum ipsis injicientes, sic respondemus. Sicut nulla naturæ communio est inter creatam, et increatam naturam, ita ne chrematismi quidem communio intercedit. Nam angelus quidem id omne ἀγγέλλει (id est, annuntiat) quod a Spiritu sancto, a quo agitur, dicere coactus fuerit, etsi illud ignotum ipsi fuerit; atque inde angeli nomen habet. Spiritus vero sanctus, utpote qui ea omnia novit quæ sunt Dei, ut Paulus (66) asseverat; divino modo, sicut Pater, chrematizat, id est, revelat, quæcunque **196** insomnibus deitatis oculis videt velle cum Patrem, tum Filium; non vero instar ministri ac famuli chrematizat, sicut satelles (67). Dei Angelus facit « : nec enim servus novit (68), quid faciat dominus ejus, » neque ille, qui sit heterousius, hoc est, alterius substantiæ, eamdem habere potest cognitionem cum eo, qui natura alter ab ipso est. Unamquamque enim naturam conveniens ei cognitio sequitur, et memoria: quin etiam aliquando creatæ naturæ illud evenit, ut longa die id ipsum ei excidat, atque evolet, quod cognitum ab illa fuerat. Quapropter hic quoque capituli initium dedita opera inter decertandum disceptandumque improbi omiserunt (69). Sic enim habet : « Petro (70) autem cogitante de verbo (71),

A ἐλκουσιν. Γέγραπται γὰρ, φησὶν, ἐν ταῖς ἀποστολικαῖς Πράξεσιν· « Κορνήλιος ἑκατοντάρχης, ἀνὴρ δίκαιος καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν, μαρτυρούμενός τε ὑπὸ παντὸς ἔθνους τῶν Ἰουδαίων, ἐχρηματίσθη ὑπὸ ἀγγέλου ἁγίου, μεταπέμψασθαί σε εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἀκοῦσαι ῥήματα παρὰ σοῦ. » Ὑμεῖς μὲν οὖν, εἰ ἐσιωπήσατε, καὶ ἀπερράψατε συκοφαντίας τὰ στόματα, ἐπράττετε ἂν πολλῷ λυσιτελέστερον. Ἡμεῖς δὲ, ἐπὶ τὸν τελειότερον σκοπὸν ἀναπέμποντες καὶ τὸ κεφάλαιον τοῦτο, καὶ εὐθυμίαν τοῖς ἐντευξομένοις παρέχοντες. καὶ πλείονα τὸν ὀρθόδοξον ζῆλον ἐμβάλλοντες, φαμὲν, ὅτι Ὡς οὐδεμία κοινωνία φύσεως κτίσματι πρὸς τὴν ἄκτιστον φύσιν ἐστὶν, οὕτως οὐδὲ χρηματισμοῦ. Ὁ μὲν γὰρ ἀγγέλλει, ὃ δ' ἂν οὐκ εἰδὼς

B ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰπεῖν ἐνεργηθείη· καὶ ἐντεῦθεν αὐτῷ ἄγγελος τοὔνομα· τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα, ἅτε πάντα εἰδὸς τὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς διαβεβαιοῦται ὁ Παῦλος, χρηματίζει θεϊκῶς, ὡς ὁ Πατὴρ, ἅπερ ἂν τοῖς τῆς θεότητος ἀκοιμήτοις ὄμμασιν ὁρᾷ βουλόμενον, καὶ τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ οὐ διακονικῶς, καθάπερ ὁ δορυφόρος ἄγγελος. « Ὁ γὰρ δοῦλος οὐκ οἶδεν, τί ποιεῖ ὁ Κύριος αὐτοῦ, » οὐδέ γε ὁ ἑτερούσιος τὴν αὐτὴν τῷ ἑτέρᾳ ὄντι οὐσίας κεκτῆσθαι [89 *b*] δύναται γνῶσιν· φύσει γὰρ ἑκάστῃ ἡ ἀνήκουσα γνῶσις καὶ μνήμη συμπαρομαρτεῖ· ἀλλὰ καὶ τὸ γνωσθὲν τῇ γενητῇ φύσει ἔσθ' ὅτε τῷ χρόνῳ ἀφίπταται. Ὅθεν κἀνταῦθα τὴν ἀρχὴν τοῦ χωρίου ἐκόντες ἐν τῇ διαμάχῃ τοῦ λόγου παραλελοίπασιν οἱ ἀγνώμονες. Ἔχει γάρ· « Τοῦ δὲ Πέτρου διενθυμουμένου περὶ τοῦ ῥήματος, εἶπεν αὐτῷ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· Ἰδοὺ ἄνδρες τρεῖς ζητοῦσίν σε. Ἀλλὰ ἀναστὰς πορεύθητι σὺν αὐτοῖς, μηδὲν διακρινόμενος· διότι ἐγὼ ἀπέσταλκα αὐτούς. Καταβὰς δὲ Πέτρος πρὸς τοὺς ἄνδρας εἶπεν· Ἰδοὺ ἐγὼ, ὃν ζητεῖτε· τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν πάρεστε; Οἱ δὲ εἶπαν· Κορνήλιος ἑκατοντάρχης, ἀνὴρ δίκαιος, » καὶ τὰ ἑξῆς, ὡς πρόκειται. Ὥστε παρὰ κριταῖς ἀγαθοῖς, κἀνταῦθα παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φαίνεται τὸν χρησμὸν ὁ ἄγγελος μαθών. Θεότητος γὰρ ἔκκριτον γνώρισμα, τὸ προλέγειν ἀσφάλτως· καὶ τοῦτο ἐπ' ἀγαθῷ τῶν ἀκουόντων, ἵν' ἀσφαλισάμενοι σωθῶσιν. Εἶτα οὐ νομίζετε, τοιαῦτα εἰσηγούμενοι, βασκαίνειν μέν πως τῇ κτίσει, μέμφεσθαι δὲ οἷον τῷ δι' ἀφθονίαν ταῖς περὶ αὐτοῦ εἰρημέναις λέξεσιν κοσμήσαντι τὰ ἑαυτοῦ ποιήματα; ὡς

D ἑπομένου πάντως τῷ τοιούτῳ πράγματι καὶ τῆς αὐτοῦ χάριτος. Ἐκ γὰρ καὶ τούτου, ὅρισεν μὲν ἑαυτὸν

(63) *Cum angelos.* Codex : ἢ καὶ αὐτοί, et reliqua. Equidem pro ἢ, quod mendosum est, ϱlego ᾗ, id est, « qua, » vel, « quatenus. » At si ita legamus, mutanda fortasse erit vox, ἀγγέλου, ac legendum, ἀγγέλων, hoc est « angelorum, » ut eo referatur pronomen αὐτοί. Quod si quis pro ἢ, vel ᾗ, legere mallet ἤ, ac vertere : « Papæ! et ipsi (hæretici scilicet) oracula fundere videntur, » is mea quidem sententia Didymi mentem probe non assequeretur.

(64) *Temere depravant.* In Græco, εἰς περιπτεῖαις ἐξέλκουσιν. Legendum forsitan quis conjiciat, εἰς περπερείας ἐξέλκουσιν. Verum Passioneiani apographi lectio immutanda non est; nam vocem, περιπέτεια, simili modo accipit Epiphanius in *Panario* hæres. 64, pag. 528, aliique nonnulli.

(65) *Cornelius.* Act. x, 22. Græca editio : ὑπὸ ὅλου τοῦ ἔθνους, pro, ὑπὸ παντὸς ἔθνους.

(66) *Paulus.* I Cor. II, 10 et 11.

(67) *Satelles.* Sive, « hastifer. » Vide lib. IV Reg. XIX, 35, et lib. II Reg. XXIV, 17, et Josue V, 14, et Luc. XVI, 22.

(68) *Novit.* Joan. XV, 15.

(69) *Omiserunt.* Ex hoc etiam loco apparet, certum quoddam Macedonianum opusculum a Didymo refelli.

(70) *Petro.* Act. X, 19, 22. Nonnulla intermedia omittuntur, quæ habet Græca editio.

(71) *De verbo.* Græca editio : περὶ τοῦ ὁράματος, id est « de visione. »

Digitized by Google Распознавание текста

οὐδαμῶς, μᾶλλον δὲ καὶ ἐπαινετὸν ἔδειξεν, τὰ δὲ ἔργα αὐτοῦ συνήθως ἐφαίδρυνεν. Ἡμεῖς δὲ, εἰ καὶ σεμνότητά τινα θείαν τῇ πάσῃ ὑποθέσει φέρει τὸ χρηματίζειν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ ἀρκεῖ καθ' ἑαυτὸ παραλαμβανόμενον εἰς μαρτυρίαν· ὅμως οὐ μόνον αὐτὸ, ἀλλὰ γὰρ καὶ πλῆθος ἄλλο ὑψηλῶν καὶ ἀναμφισβητήτων ἀποδείξεων παρηγάγομεν· οἷς εἰ προσέχετε ἀντιπαθείας ἄνευ, ἀφωνότεροι [90 *a*] πάντως ἔσεσθε τῶν ἰχθύων. Διελέγχει τοίνυν τὴν πειθανουργίαν ὑμῶν σαφέστατα καὶ ὁ Παῦλος, Ἐφεσίοις γράψας· « Ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων ἁγίων ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη, ἐν τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίσασθαι τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ, καὶ φωτίσαι πάντας, τίς ἡ οἰκονομία τοῦ μυστηρίου, τοῦ ἀποκεκρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν τῷ Θεῷ, τῷ τὰ πάντα κτίσαντι· ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς, καὶ ταῖς ἐξουσίαις, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, διὰ τῆς Ἐκκλησίας, ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ. » Κατανοεῖτε οὖν, πόσον ἐξῃρηται ἡ ἀγγέλων φύσις ταῦ ἀφ' ἑαυτῆς εἰδέναι τι τῶν ἐσομένων, καὶ τοῦ χρηματίζειν· ὅτι καὶ διὰ τῆς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, ἥτις ἐσμὲν ἡμεῖς, τὰ μεγαλεῖα μανθάνει. Πρὸς πειθὼ δὲ τὴν περὶ τοῦτο, δύναταί τι συλλαμβάνειν καὶ ἅπερ Κολοσσεῦσιν ἔγραψεν τοιῶσδε· « Τὸ μυστήριον τοῦτο τὸ ἀποκεκρυμμένον πρὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, ὃ νῦν ἐφανερώθη τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. » Πρὸ τούτου γὰρ, φησὶ, τῷ Θεῷ ἔγνωστο μόνῳ. Πρὸς τούτοις, καὶ ἅπερ περὶ τῶν ἐνεγκόντων πᾶσιν ἀνθρώποις ὄφελος, τῶν περὶ τὴν ἄλεκτον οἰκονομίαν φημὶ, τοῖσδε παρὰ Πέτρου ἀνείρηται τοῖς ῥητοῖς, ὡς προελέχθη· « Εἰς ἃ, φησὶν, ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι. » Εἰ δέ τινα ἔμφυτον γνῶσιν εἶχον, οὐκ ἂν ἱμείροντο τοῦ κἂν διακύψαι εἰς αὐτά. Ἀλλ' ἐπειδὴ μὴ ἔχουσιν, εἰς ὑπερβάλλοντα, ὡς οἱ ἄνθρωποι, τρόπον τινὰ ἐκπίπτουσιν ἔρωτα ἐκείνων, ὧν τῆς γνώσεως τυχεῖν αὐτοῖς μὴ ὕπεστιν. Πέφυκε γὰρ καὶ τηνάλλως, ὑπεροράσθαι μὲν τὰ εὐρεθῆναι ῥᾴδια, ποιεῖσθαι δὲ τὰ σπανιώτερα. Καὶ μέντοι καὶ τοῦτο οὐ κατὰ γνώμην οἰκείαν, τῷ κοινῷ δὲ τῆς φύσεως αὐτῶν λόγῳ (οὐ πάντας φημὶ) ὑπόχρεοι ὄντες τινές. « Εἰ [90 *b*] γὰρ, φησὶν, ἀγγέλων ἁμαρτησάντων ὁ Θεὸς οὐκ ἐφείσατο, » ποίαν ἔμφυτον γνῶσιν τῶν μελλόντων, ἢ αὐθεντείαν τοῦ χρηματίζειν, ὡς ὁ Θεὸς, ἔχειν δύνανται; Εἰ δὲ οὐκ ἴσασι μὲν οὗτοι ἀφ' ἑαυτῶν, οὐδὲ κατ' ἐξουσίαν ἰδίαν χρηματίζουσιν, ὡς ἔστι καὶ δίχα συστάσεώς τινος τὸ πρᾶγμα αὐταπόδεικτον, διὰ δὲ τὸ τὴν λέξιν μόνην κατὰ κοινοῦ κατηγορεῖσθαι, ἐπὶ τὴν μέμψιν καὶ τὴν κατηγορίαν παρηγγείλατε· προπετῶς καὶ ἀδιασκέπτως ἐπράξατε, καὶ οὐδὲν πρὸς τὸ

A dixit ei Spiritus sanctus (72): Ecce viri tres quærunt te. Sed surge, et vade cum eis, nihil dubitans, quia ego misi illos. Descendens autem Petrus ad viros (73), dixit: Ecce ego sum quem quæritis: quæ causa est propter quam venistis? Illi autem dixerunt: Cornelius centurio, vir justus, » et reliqua, ut antea posita sunt. Itaque apud probos quidem judices constat, angelum hic quoque a Spiritu sancto ea didicisse, quæ chrematizavit, id est, *revelavit*. Eximius enim divinitatis character ac nota est, prædicere infallibiliter, idque ita facere, ut in eorum, qui audiunt, commodum atque utilitatem cedat; ut nempe sibi caveant, et salvi fiant. Dum itaque hujusmodi interpretationes, et commenta profertis, nunquid illud non reputatis, quod et creaturæ
B ipsi quodammodo invidi estis, et eum, qui liberalitatis ac munificentiæ causa suas ipsius creaturas iis ipsis vocabulis, quæ de illo dicta sunt, honestavit ornavitque, veluti (74) criminamini? cum hujusmodi rem, chrematismum scilicet Spiritus sancti, cœlestemve ejus admonitionem, gratia quoque ipsius comitetur (75). Ex hoc enim ipso chrematismo non modo is nullum plane sibimet ipsi dedecus comparat, sed etiam laude dignum se ostendit, atque opera sua, ut solet, exhilarat. **197** Nos vero etsi divinam Spiritus sancti amplitudinem ac majestatem in tota hac disputatione ex eo tantum confirmare potuissemus, quod ipse *chrematizet*, id est, *oracula fundat*, aut responsa det, aut cœlitus revelet, atque hoc vel
C solum, ac seorsum sumptum, eam satis demonstret ac testetur: tamen non hocce duntaxat argumentum attulimus, sed plura etiam alia, eaque splendida ac sublimia, et cujusvis dubitationis expertia, Scripturarum loca: ad quæ si absque aversatione ac fastidio attenderitis, magis quam pisces (76), ut aiunt, muti, omnino evadetis. Jam vero captiosam argumentationem vestram manifestissime diluit ac redarguit etiam Paulus Ephesiis scribens: « Mihi (77) omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus evangelizare ininvestigabiles divitias Christi, et illuminare omnes, quæ sit dispensatio (78) mysterii absconditi a sæculis in Deo, qui omnia creavit (79): ut innotescat nunc principatibus et potestatibus in cœlestibus, per Ecclesiam,
D multiformis sapientia Dei. » Animadvertite ergo, quam alienum ab angelorum natura sit, ut eorum, quæ futura sunt, aliquid per seipsos sciant, et chrematizent, id est, *revelent*; eum etiam per Ecclesiam Dei, quæ in hoc mundo est (hæc vero Eccle-

(72) *Sanctus.* Vox ἅγιον deest in Bibliis.

(73) *Ad viros.* Græca editio hic addit: τοὺς ἀπεσταλμένους ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου πρὸς αὐτόν, id est « missos a Cornelio ad eum. » At hæc non modo Didymus, sed et Vulgatus interpres omittit.

(74) *Veluti.* Codex: οἷον τό. Lego, οἷον τῷ... κοσμήσαντι.

(75) *Comitetur.* Cod. ἑπομένου. Legend. fort. ἑπομένης. [Bene se habet, ἑπομένου... χάριτος: sic enim aliquando occurrit apud Alexandrinos. Sic etiam infra, ῥαθυμίᾳ τῇ οὐκ ἐνδέοντι, pro ἐνδεούσῃ. EDIT.]

(76) *Magis quam pisces.* Proverbialis locutio, quam Pollux quoque habet lib. VI, cap. 34.

(77) *Mihi.* Ephes. III, 8, 9 et 10. Vide not. 10 ad pag. 28.

(78) *Dispensatio.* Vulgatus interpres legit ut Didymus. At Græca editio habet: ἡ κοινωνία, id est, « communio. »

(79) *Creavit.* Græca editio hic addit, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, id est, « per Jesum Christum. » Sed hæc verba omittit, præter Didymum, Vulg. etiam interpres. Vide Segn. 14 *a*.

Digitized by Google Распознавание текста

sia nosmet ipsi sumus) Dei *magnalia* perdiscant. Atque ut id ipsum adversariis persuadeatur, illa etiam efficere possunt, nonnullamque ad hoc vim habere, quæ Colossensibus scripsit in hunc modum (80): « Mysterium (81) hoc absconditum ante sæcula, et a generationibus, quod nunc manifestatum est sanctis ejus. » Antea enim, inquit, a Deo tantum cognoscebatur. Præterea huc etiam illud facit, quod de iis, quæ omnibus hominibus utilitatem attulerunt, de iis scilicet, quæ ad ineffabilem Incarnationem spectant, hisce (82) a Petro verbis, ut antea diximus, prædicatum fuit (83): « In quæ, inquit, desiderant angeli prospicere. » Si quam vero innatam cognitionem haberent (84), illa per rimas saltem perspicere non optarent; **198** sed quia eam non habent, in vehementissimum quodammodo, ut homines, amorem incidunt eorum quorum cognitionem assequi nequeunt. Solent enim quæ inventu quidem facilia sunt, obiter (85) cerni et despici; quæ autem sunt rariora, æstimari. Neque vero id ex propria quorumdam voluntate repetendum est, sed ex communi (86) eorum naturæ ratione. Porro de omnibus angelis id non dico, sed de quibusdam, qui veluti debitores sunt, ac supplicio obnoxii (87). Nam Scriptura inquit · « Si enim (88) angelis peccantibus Deus non pepercit. » Quomodo ergo innatam futurorum cognitionem habere, aut propria auctoritate chrematizare (hoc est, *cœlitus admonere*) possunt ut Deus? Quod si ipsi nec scientiam (89) ex seipsis habent, nec ex propria potestate chrematizant, ut est etiam sine ulla probatione per se manifestum; vos vero, quia unum idemque chrematizandi verbum communiter de Spiritu sancto et de angelis prædicatur, ad reprehensionem accusationemque conversi estis (90): temere et inconsulte egistis, ac nihil ad rem. Nam ne si Deum quidem Patrem chrematizare (id est, *oracula fundere*, aut *revelare*), et bonum esse aliqui alii forte dixerint, decet nos contrarium affirmare. An quiddam aliud vobis dicam? Videte, quæso, num per angelum, qui centurioni chrematizavit, seu *cœleste responsum dedit*, Sanctus sanctorum, id est Salvator, significetur. Nam hoc etiam nomine arcano sensu multa cum emphasi ac divina Scripturam, ubi de eo loquitur, usam esse constat, propterea quia is in Incarnatione, quatenus Filius Verbum, paternam voluntatem ἤγγειλε, hoc est, *annuntiavit*. Nec enim dixit nominatim, ut solet dicere, Michael, Gabriel, nec certum aliud hujusmodi nomen adhibuit. Quidnam ergo in omnibus doctrinis nostris merito criminari quis po-

πρᾶγμα. Οὐδὲ γὰρ εἰ τὸν Θεὸν Πατέρα φαῖεν τυχὸν ἄλλοι τινές, ὅτι χρηματίζει καὶ ἀγαθός ἐστιν, ἡμᾶς τὸ ἐναντίον λέγειν πρέπον. Εἶπω τι ὑμῖν καὶ ἕτερον; Βλέπετε μὴ τὸν χρηματίσαντα τῷ ἑκατοντάρχῃ ἄγγελον, τὸν ἅγιον τῶν ἁγίων Σωτῆρα εἶπεν. Τῷ γὰρ ὀνόματι τούτῳ προσχρησαμένῃ ἐπικεκρυμμένως σὺν ἐμφάσει πολλῇ καὶ θείᾳ περὶ αὐτοῦ φαίνεται ἡ Γραφή, διὰ τὸ ἀγγεῖλαι ἐν τῇ οἰκονομίᾳ ὡς Υἱὸν Λόγον τὸ πατρικὸν βούλημα. Οὐ γὰρ εἶπεν ὀνομαστὶ, ὡς εἴωθε λέγειν · Μιχαὴλ, Γαβριὴλ, ἢ, ὁ δεῖνα. Τί τοίνυν ἐξ ἁπάντων τῶν ἡμετέρων λόγων αἰτιάσαιτ' ἄν τις εὐλόγως; τί δὲ μέμψαιτο τῇ οὐδαμόθεν ἐχούσῃ τὸ εὐθύνεσθαι ὀρθοδόξων πίστει; πῶς δὲ οὐ πιστεύειν ἄξιον, ὡς τὸ ἅγιον Πνεῦμα βασιλικῶς, ἤτοι θεϊκῶς, χρηματίζει· οἱ δ' ἄγγελοι λειτουργικῶς, ἤτουν διακονικῶς; ὡς χαλεπὸν οὖν, καθά φησιν, οἰάκων ἔχεσθαι, ὅτῳ κυβερνητικῆς οὐχ ὑπεστιν · οὕτω χαλεπὸν καὶ διδάσκειν, ὅτῳ ἡ χάρις τοῦ θείου Πνεύματος, ἡ τῶν ἀνθρώπων σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ ἐργαζομένη τὴν σωτηρίαν, οὐ πάρεστιν, οὔτε ἐστὶν τὸ εἰδέναι τὴν καὶ ἐν τοῖς αἰνίγμασιν τῶν λογίων εὑρισκομένην [91 *a*] ἀσφάλειαν. καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιστήμης τῶν πιστῶν ἀνδρῶν διδομένην ἀπόκρισιν · καὶ ὅτῳ ἐριστικῆς, καὶ ἀντιλογικῆς, καὶ ποικίλης προαιρέσεως ἄνευ οὐκ ἔστι λόγου προφορά. Οἶδα δὲ σαφῶς, ὦ εὐδόκιμοι, καὶ τὸ οὐράνιον φῶς κατοικοῦντες ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, ὅτιπερ ὑμεῖς, ὡς ἄμεμπτοι καὶ τέλειοι, οὐκ ἠχθέσθητε ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσι παρ' ἐμοῦ, ἕνεκα τῶν κατὰ τὴν φύσιν, οὐ κατὰ τὸ ἐπαινετὸν τῆς γνώμης, ὁμοίων ὑμῖν ἀγγέλων · οἷς ἐξ ἀρχῆς μέμψις παρηκολούθησεν, ὡς καὶ αἱρετικοῖς, τοὺς εἰς μέσον ἄγουσιν, ὡς οὐκ ἐχρῆν, τὰ ἄρτι μνημονευθέντα · οἵτινες ὑμῖν μάλιστα ἀπίθανοί τινες πρὸς τὸν κατὰ τῆς ἀληθείας ἀγῶνα φαίνονται. Ὁ γὰρ λόγος μοί ἐστιν ὑπὲρ τοῦ θεϊκοῦ Πνεύματος, τοῦ φωτίζοντος ἅπαντα, καὶ φιλοτιμουμένου τὰ θεϊκὰ τοῖς κτίσμασι · τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ ἐφάμιλλα, τοῦ ἁγιάσαντος καὶ ὑμᾶς, καὶ συνδοξαζομένου παρ' ὑμῶν, ἅμα τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, διὰ τοῦ τρισαγίου αἴνου. Μᾶλλον δὲ καὶ συνεπενεύσατε, Πνεῦμα τοῦτο τῆς ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ ἓν, καὶ μόνον, καὶ Θεὸν ἀνευφημήσαντί μοι · καὶ ἐβούλεσθε ἂν τάχα (πανηγυρίζει δέ μοι ἐν τῷ μέρει τούτῳ τὸ βιβλίον), δι' ὑπερβολὴν εὐνοίας ὑμῶν, τῆς περὶ τὴν σεπτὴν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα, ὑμέτερά τε εἶναι ῥήματα τὰ ἐκ τῆς τῶν Γραφῶν διανοίας λεχθέντα παρὰ πολλῶν, καὶ νῦν παρ' ἐμοῦ, καὶ μηδέποτε σιωπὴν τούτοις ἐπιβληθῆναι, καὶ πάντας δὲ τοὺς ἀνθρώπους τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων σχολὴν δαπανᾷν εἰς ὑπόθεσιν τοιαύτην. Τοιγαροῦν διὰ τοῦτο, κρίσει τῇ ὑπερτάτῃ, σὺ μὲν,

(80) *In hunc modum.* Codex τοιῶσδε, non vero τοιώσδε. Ita alibi habet τοιῇδε, τοιῷδε, etc. Simili modo Æschylus initio *Promethei vincti* habet τοιᾶς, et vers. 237, τοιῶσδε, et similia alibi.

(81) *Mysterium.* Coloss. I, 26. Græca editio paulo aliter, eodem tamen sensu. Vide segm. 160 *a*.

(82) *Hisce.* Codex τοῖς δέ, pro τοῖσδε.

(83) *In quæ.* In prima Petr. I, 12. Vide not. 5, pag. 169, et quæ Didymus habet enarratione *in primam Petri* ad hunc versiculum.

(84) *Haberent.* Codex, ἔχον. Lego εἶχον.

(85) *Obiter.* Codex, τὴν ἄλλως. Lego, τηνάλλως.

(86) *Ex communi.* Leg. lib. *De Sp. s.* num. 12 et 15.

(87) *Obnoxii.* Totus hic locus paulo perplexior est in Græco. Deest fortasse aliqua dictio.

(88) *Si enim.* In secunda Petr. II, 4.

(89) *Scientiam.* Codex, εἰσασι. Lego, ἴσασι.

(90) *Conversi estis.* Ludere videtur in duplici significatione vocum κατηγορεῖσθαι et κατηγορία.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ὦ ἅγιε Μιχαὴλ, ἄρχειν τῶν ἀσωμάτων στρατιῶν προεχειρίσθης, καὶ ζώνῃ οἷον νοερᾷ [91 *b*] ἐτιμήθης, καὶ εὐωδία τις τῆς πάντων δεσποζούσης παναγοῦς καὶ οἰκτίρμονος Τριάδος ὑπάρχεις· σὺ δὲ, ὦ ἅγιε Γαβριὴλ, διακονήσασθαι τῷ μυστηρίῳ τῆς ἀῤῥάστου οἰκονομίας, ὡς ἐχέμυθος καὶ πιστὸς, ἐξελέγης· ἄλλος δὲ ἄλλῳ, οὐδὲ αἰτήσας, θεοσδότῳ χαρίσματι τετίμηται, οἷῳ μὴ καὶ ἕτεροι, καὶ οἷῳ μὴ καὶ ἡμεῖς· ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς, οἷῳ μὴ καὶ ὑμεῖς. Ὁ γὰρ Θεὸς Λόγος, οὐ διὰ τοὺς ἁμαρτήσαντας ἀγγέλους ἄγγελος, ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐν ἁμαρτίᾳ ἀνθρώπους ἄνθρωπος, ἄτρεπτος, ἀσυγχύτως, ἀναμαρτήτως, ἀῤῥάστως, ὡς οἶδε καὶ ἠβουλήθη, ἐκ τῆς Παρθένου, καὶ κατὰ τὴν σάρκα αὐτῆς καὶ πάντων ἡμῶν ἐγένετο, μείνας ὅ ἦν, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, εἷς καὶ ὁ αὐτός. « Εἷς γὰρ, φησὶν, ἅγιος, εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. » Καὶ οὗτως, ὡς ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνέβη, ἦξει τὸ δεύτερον, διακονουμένων αὐτῷ ἀγγελικῶν εὐδοκίμων φαλάγγων μυρίων μυριάδων, καὶ ἔτι καὶ κρινεῖ καὶ ποιήσει κατὰ τὴν φιλανθρωπίαν αὐτοῦ. Διὸ μετὰ τὰς Ἐκκλησίας, καὶ οἶκοι εὐκτήριοι τῷ Θεῷ, τῆς προσηγορίας ὑμῶν ἐπώνυμοι, ὦ εὐάρεστος ξυνωρὶς ἀρχαγγέλων, οὐκ ἐν μόναις ταῖς πόλεσιν, ἀλλὰ καὶ στενωποῖς ἰδίᾳ, καὶ οἰκίαις, καὶ ἀγροῖς ἱδρύσθησαν, χρυσῷ, καὶ ἀργύρῳ, ἢ καὶ ἐλέφαντι κοσμηθέντες· ἴασίν τε οἱ ἄνθρωποι καὶ εἰς τὰ ἀπωτέρω τῆς ἐνεγκαμένης αὐτοὺς χωρία τὰ ἔχοντα οἷον ὡς πρυτάνια ἐπιτευγμάτων τὰ εὐκτήρια προβεβλημένα, οὐκ ὀκνοῦντες καὶ πέλαγος διαλαβεῖν, ἦν δέοι, μακρὸν, καὶ πολλῶν ἐφεξῆς ἡμερῶν ὁδὸν ἔσθ' ὅτε καὶ ἀργαλέαν ἐξανύσαι, ὡς πειραθησόμενοι πλείονος εὐνοίας μὲν τῆς περὶ τὴν πρεσβείαν ἀπὸ ὑμῶν, μετουσίας δὲ τῆς τῶν φιλοτιμουμένων ὑπὲρ τοῦ εὖ [92 *a*] ἀγαθῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ. Ἐν γὰρ ταῖς ἁγίαις αὐτοῦ ἐκκλησίαις, καὶ τοῖς εὐκτηρίοις, καὶ μαρτυρίοις, ὡς ἐν ἄλλοις οὐρανοῖς, τὰ ἀνέκλειπτα αὐτοῦ προὔθηκεν ἀγαθά· καὶ ἀφ' ὧν αὐτὸς αὐτὸς ὁ Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων, δέδωκέ τε καὶ ὁσημέραι δίδωσιν ἑκάστοις, ἀπὸ τούτων, εὐσεβῶς καὶ ὁσίως προσφερομένην, δέχεται ἀναίμακτον θυσίαν, καὶ πάντα ἔχει τὰ παρὰ ἀνθρώπων γέρα. Νομίζω δὲ εἰς τὰ κατὰ αἱρετικῶν, καὶ εἰς τὰ περὶ θεολογίας, καὶ τὰ ἄλογα ζῶα, μενοῦνγε τοὺς λίθους αὐτοὺς, τῇ προθυμίᾳ συμφθέγγεσθαι ἡμῖν. Τί γὰρ οὐ ποιεῖ ὁ περὶ θεὸν ἔρως; ἢ τίνι παραχωρεῖ φίλτρον ἀληθὲς καρδίας; Ἴστε γὰρ (σὺν Θεῷ δὲ πάντα εἰρήσθω), οὕτω μεθ' ὑμῶν τε καὶ τῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας φύσεως γεγονότων ἁγίων πρεσβευόντων πεπραχέναι, ὡς μηδένα πω, μέχρι καὶ τήμερον, οἷον δίκην τινά μοι καὶ κατηγορίας ἐλέσθαι λαχεῖν ὑπὲρ ὑμῶν τῶν ἡμετέρων πρέσβεων, τῶν τιμὰς τὰς πρὸς τὸ μέτρον ὑμῶν παρὰ πᾶσιν ἐχόντων· μηδὲ ὀνόματι καλέσαι με εἰς ἀγῶνα τὸν περὶ τούτου, καὶ κρίσιν, καίτοι εὑρισκομένων τῶν τὰ μὴ ὄντα κατηγορούντων· ἀλλὰ μηδέ τινα πειραθῆναι διελέγξαι με, ὡς εἶην λόγους ἀκούσας

A test? aut quid est, in quo orthodoxorum fidem, nulla ex parte emendationis indigentem, accusare quis possit? Quomodo autem credendum non erit, Spiritum quidem sanctum ut Regem sive ut Deum, angelos vero ut administros, sive ut famulos, chrematizare? Sicut ergo difficile est, ut **199** aiunt, ut gubernacula teneat is qui gubernandi arte caret: ita difficile est ut is doceat cui divini Spiritus gratia, quæ hominum salutem una cum Patre et Filio operatur, non adest; et cui præterea cognoscere non datur illam, quæ vel in ipsis divinorum oraculorum ænigmatibus invenitur, certam sententiam atque interpretationem, et eam, quæ ex scientia fidelium virorum profertur, responsionem; qui demum sine contendendi et contradicendi libidine, ac sine versutia loqui nescit. Novi autem optime, o inclyti, ac cœlestem lucem habitantes angeli Dei, iratos mihi vos non esse, utpote irreprehensibiles ac perfectos, ob ea quæ a me dicta sunt illorum angelorum causa, qui natura quidem vobis similes sunt, laudabili vero mente non item; quique ab initio reprehensionem meruerunt, sicut hæretici etiam, qui ea in medium inconsulte afferunt, quæ nuper commemorata sunt, quosque maxime ineptos, ad certamen contra veritatem ineundum, esse cognoscitis. Mihi enim sermo est pro divino Spiritu, qui omnia illuminat; qui creaturis divina, non secus ac Pater et Unigenitus ejus, largitur; qui vos etiam sanctificavit; quique a vobis per trisagium hymnum una cum Patre et Filio glorificatur. Sed mihi potius Spiritum hunc hypostasis Dei unum et solum, et Deum prædicandi consensistis: ac fortasse ob immodicum vestrum erga augustam et consubstantialem Trinitatem amorem [mihi autem meus hac in parte liber panegyricus evadit] vestra esse velletis verba, quæ ex Scripturarum sententia a multis, atque in præsens a me dicta sunt, et nunquam hæc silentio obrui, sed omnes homines, cum a negotiis vacant, in hocce argumento tempus impendere exoptatis. Hanc igitur ob causam tu quidem, o sancte Michael, supremo judicio ad imperandum incorporeis exercitibus electus, ac veluti spiritali cingulo honestatus es, et suavis quidam odor exsistis sanctissimæ rerum omnium dominæ, et misericordis Trinitatis. Tu vero, o sancte Gabriel, utpote arcani taciturnus ac fidelis custos, legatus (91) ad præstandum ineffabilis Incarnationis mysterio ministerium electus es. Alii autem **200** aliis donis, vobis a Deo datis, ne petentes quidem, ornati estis; quorum donorum nonnullis quidem alii honestati non sunt, nonnullis autem honestati non fuimus nos: sed nos quoque nonnullis decorati sumus, quibus vos honestati non fuistis. Nam Deus Verbum non propter peccantes angelos angelus, sed propter peccatores homines homo, citra mutationem, citra confusio-

(91) *Legatus.* Lucianus quoque verbo διακονεῖσθαι simili fere sensu usus videtur in *Dialogis fabulosis selectis*, Dialogo II, pag. 66; nam Mercurium ait diis διακονεῖσθαι, id est, ut ego interpretor, deorum « legatum esse. »

Digitized by Google Распознавание текста

nem (92), citra peccatum, ineffabiliter, sicut ipse novit, et voluit, ex Virgine, et cum carne carni ipsius Virginis, omniumque nostrum simili, factus est, manens quod erat, et est, et erit, unus, et idem. « Unus (93) enim Sanctus, inquit, unus Dominus Jesus Christus in gloria Dei Patris. » Atque uti ex terra in cœlos ascendit, ita iterum veniet, myriadibus myriadum phalangum bonorum angelorum ipsi inservientibus : ac præterea tum judicabit, tum aget juxta suam in homines benignitatem. Idcirco post ecclesias, ædes etiam oratoriæ (94), quæ a vobis, o gratiosum archangelorum par (95), nomen habent, Deo erectæ (96) sunt non solum in civitatibus, sed et in vicis privatim, et domibus, et agris, eæque auro, et argento, aut etiam ebore ornatæ : et pergunt homines in loca etiam a regione, in qua orti sunt (97), longius dissita, **201** quod oratoria in iis exposita sint veluti totidem prytanea (98), curiæve, in quibus voti compotes fiunt : nec eos piget longum quoque, si opus sit, pelagus trajicere, ac multorum deinceps dierum iter, idque interdum etiam difficile ac molestum, perficere, utpote majorem experturos a vobis in intercedendo pro illis benevolentiam, et bonorum, quæ maxime benefice (99) Deus elargitur, copiosius participes

κατὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. καὶ δι' αἰδῶ τυχὸν ἢ φόβον τοῦ λέγοντος ἐπινεύσας, καὶ τὰ μὴ καλὰ ἐπαινέσας· ἢ ὅλως ὀλιγωρήσας ποτὲ, καὶ ἐν ῥαθυμίᾳ τῇ οὐκ ἐνδέοντι θέμενος τὸ πρὸς δύναμιν ἀντιτάξασθαι· μενοῦνγε ἐκ τοῦ ἐναντίου φάναι τολλοὺς, ὡς ἀεὶ παρῆλθον εὐτόνος καὶ ἥρεμος εἰς τὰ τοιαῦτα, ἢ δώσων δίκην, ἢ ληψόμενος. Κέρδος γὰρ μέγιστον καὶ αἰώνιον ἐμαυτοῦ, καὶ τῶν ἐξ ἐμοῦ, καὶ τῶν σὺν [192 *b*] ἡμῖν ἡγοῦμαι καλῶς, τὸ πάντα πόνον, εἰ δεήσοι, καὶ κίνδυνον ἐλέσθαι ὑπὲρ τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς καὶ σώζοντος, καὶ κρῖναι, καὶ φιλανθρωπεύσασθαι αὐτοῦ ἕνεκα ἔχοντος Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Εἰδότες οὖν, ὡς ἐκλεκτοὶ λατρευταὶ μὲν τῆς παναγοῦς Τριάδος, πρεσβευταὶ δὲ τοῦ ἀνθρώπων γένους, μηδὲν μετ' αὐτὴν, τὴν πάντων αἴτιον καὶ ζωοποιὸν, αἰδοῦς εἰς ὑμᾶς ἐλλελεῖφθαί μοι, τῆς ὀφειλομένης εἰς τοὺς συναγορευοντάς με ταύτῃ, τῇ χορηγούσῃ ἐνθυμήσεις καὶ φράσεις σοφὰς, αὐτῇ τε ἀρεσκούσας καὶ ἡμᾶς εὐεργετούσας· ἔπειτα καὶ ὑμῖν· καὶ τοσούτῳ « ἔπειτα, » ὅσῳ πρέπει, μετὰ τὴν ἄκτιστον κτιστῆς εὐπρεπῶς μνημονεύειν φύσεως τάξαντας· ἱκετεύσατε ἰδικῶς ὑπὲρ ἐμοῦ καὶ τῶν ἐξ ἐμοῦ, καὶ σὺν ἐμοὶ, καὶ πάντων (τούτου γὰρ πλέον παρέχειν ἡμῖν οὐκ ἐπετράπητε), τήν τε ἐπὶ τούτῳ γνώμην διατηρηθῆναί μοι ἀκίνητον, τήν τε εὐχὴν

(92) *Citra mutationem*. Codex, ἀτρεπτος. Legendum videtur ἀτρέπτως.

(93) *Unus*. Quamvis textus iste, prout hic affertur, non exstet in Bibliis, tamen sæpius eum citat Didymus. Vide not. 1, pag. 161, et segmm. 175 *a*, 177 *b*, 197 *b*, et 198 *a*.

(94) *Ædes oratoriæ*. Hac ipsa appellatione seu locutione utitur S. Athanasius in comment. *in Matthæum*, pag. 29 tom II Collectionis novæ Patrum Græcorum, et Socrates lib. v *Histor. ecclesiast.*, cap. 20, ubi ἕξω τῶν πόλεων (inquit) συνεχώρησε εὐκτηρίους οἴκους κατασκευάζειν, id est, « ut extra urbes exstruerent (Ariani et Macedoniani) ædes oratorias, » sive « oratoria, permisit (Theodosius). » Quin et ecclesias ab oratoriis, ac martyriis distinguunt, ut Didymus, cum Rufinus lib. II *Hist. eccl.*, cap. 27, tum idem Socrates lib. v cap. 10, ac post utrumque Theophilus antecessor lib. II *Institutionum*, tit. 1, pag. 213 editionis anni 1751 : ubi sacra esse ait quæ justo ritu, et per sacerdotes Deo sunt consecrata, ὁποῖαι αἱ ἐκκλησίαι, καὶ τὰ μαρτύρια, καὶ τὰ εὐκτήρια, id est, « cujusmodi sunt ecclesiæ, martyria et oratoria. » Quæ vero Didymus ipse hoc in loco de sacris ædibus Deo in archangelorum honorem erectis dictavit, iis consentanea sunt quæ Sozomenus tradidit lib. II *Hist. eccles.*, cap. 3 de ecclesia in Hestiis extra Constantinopolim a Constantino erecta, quæ ab archangelo Michaele nomen habebat, et Μιχαήλιον, seu « Michaelium » vocabatur.

(95) *Par*. In Græco, ξυνωρὶς. Ξυνωρὶς vero, sive συνωρὶς inter talorum jactus recensetur a Polluce lib. VII, cap. 33, etsi aliqui codices ibi habeant συνορικῶς. Interpres autem vertit, « conveniens. » At συνωρὶς Hesychio est δυάς, sive « dyas, » id est, ut nonnulli ex veteribus Patribus, ac nominatim S. Paschasius diaconus, loquuntur, aut vertunt, « dualitas, » nimirum « par, » aut « biga. » Quo sensu Theodoretus *Hist. eccles.* lib. II, cap. 8 de duobus loquens ait : τῶν ἀρχιερέων ἡ ξυνωρὶς, id est, « par illud episcoporum; » et cap. 24 : ἡ δὲ ἀξιάγαστος ξυνωρὶς Φλαβιανὸς καὶ Διόδωρος, id est, « Par autem illud admirabile, Flavianus, et Diodorus. » Imo Lucianus ipse in *Timone* ait : νενίκηκε... συνωρίδι πωλικῇ· quæ interpres vertit : « equestri certamine vicit. » Sed συνωρὶς πωλικὴ sensu proprio est « equulorum par, » aut « biga. »

(96) *Deo erectæ*. Ita loquitur Didymus, ut Theologum decet; soli enim Deo templa eriguntur, non angelis, non sanctis, etsi in istorum honorem erigantur. Præclare Augustinus in *Collatione cum Maximino Ariano* (tom. VIII, pag. 660) : « Nonne, si templum (inquit) alicui sancto angelo excellentissimo de lignis et lapidibus faceremus, anathemaremur a veritate Christi, et ab Ecclesia Dei : quoniam creaturæ exhiberemus eam servitutem, quæ uni tantum debetur Deo? Si ergo sacrilegi essemus faciendo templum cuicunque creaturæ, quomodo, » etc. Pseudo-Athanasius vero dial. 3 *De Trinitate* : Πᾶς ναὸς, Θεοῦ ναός ἐστι, id est, « Omne templum, Dei templum est. » Atque, ut alios præteream, S. Paschasius lib. II *De Spiritu sancto*, cap. 12 : « Quem templo, inquit, perspicis dignum, divinis honoribus noveris adorandum, celebrandum votis, sacrificiis excolendum. »

(97) *A regione in qua orti sunt*. In Græco, τῆς ἐνεγκαμένης. Simili modo « patria » a Libanio vocari solet ἡ ἐνεγκοῦσα.

(98) *Prytanea*. Satis eleganter oratoria illa vocat Didymus ἐπιτευγμάτων πρυτανεῖα, sive, ut habet codex, πρυτάνια· quemadmodum enim Athenis in Prytaneo sportulæ ex publico ærario dabantur, aut victus quotidianus præbebatur, ita in oratoriis illis ædibus ea passim « consequebantur » fideles, quæ postulassent. « Idque ipse quoque (ait Sozomenus de Michaelio prope Constantinopolim sito loquens) maximo affectus beneficio, verissimum esse testor... Quidam... in gravissimas calamitates, aut inevitabilia pericula prolapsi, alii morbis... oppressi, precibus illic ad Deum fusis, statim malis liberati sunt, » et cætera.

(99) *Benefice*. In Græco, ὑπὲρ τοῦ εὖ, quod positum videtur pro ὑπέρευ. Simili modo Aristophanes in *Acharn.*, act. II, voculæ εὖ articulum addidit in anapæstis illis, quos lib. VIII *ad Attic.*, epist. VIII, affert Cicero :

Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ, καὶ τὸ δίκαιον
Σύμμαχον ἔσται.

Digitized by Google Распознавание текста

μου πᾶσαν, ἣν οἶδεν αὐτὴ ἡ τὰ πάντα μόνη εἰδυῖα, καὶ εἰς αἶσιον, καὶ ἐπ' ἄπειρον κατορθοῦσα ἀγαθωτάτη, καὶ αὐτοτελὴς, καὶ ἀδιαίρετος Τριὰς προσδεχθῆναι· καὶ καταξιωθῆναι ἡμᾶς παντεχνεῖ, πανοικεῖ, παγγενεῖ, καὶ παμφιλεῖ (φίλοι δὲ ἡμῖν οἱ ὀρθόδοξοι), σὺν ὑμῖν τε καὶ πᾶσιν τοῖς ἁγίοις, ἁγιοτρισσολογῆσαι αὐτὴν ἐν οὐρανοῖς εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας τῶν αἰώνων· καὶ τῆς ἐπηγγελμένης, καὶ πρὸς ἡμῶν πιστευομένης ἀτελευτήτου καὶ ἀδιαιρέτου αὐτῆς βασιλείας, χάριν αὐτῆς, τυχεῖν. Ἀμήν. Ἀμήν. Ἀμήν.

A futuros. Etenim in sanctis suis ecclesiis, et oratoriis, et martyriis, sicut in aliis sacellis (1), indefficientia sua bona proposuit : et ex quibus rebus hic ipse Rex regnantium, ac Dominus dominantium et dedit, et quotidie dat singulis, ex his pie et sancte oblatum accipit incruentum sacrificium (2), et omnia habet, quæ ab hominibus **202** dari possunt, munera. In his autem quæ contra hæreticos, et in iis, quæ de Trinitatis unitate diximus, vel ipsa irrationalia animantia, imo ipsos lapides prompte nobiscum consentire puto. Quid enim non facit amor qui in Deum fertur? aut cui cedit verum cordis philtrum (3)? Ut enim vos nostis (omnia autem Deo favente dicta sint), sic vobiscum, et cum omnibus sanctis, qui ex nostra (4) fuerunt natura, quique pro nobis intercedunt, me gessi, ut usque ad hanc diem nemo ullam mihi veluti convicii actionem intenderit pro vobis, qui nostri estis intercessores, atque honores pro modulo vestro apud omnes habetis : ac nemo me nominatim in certamen ac judicium de hac re vocavit; quamvis non desint qui falso etiam accusent : sed ne ullus quidem me redarguere tentavit, quod sermones contra Deum Verbum, et sanctum Spiritum audiverim, et præ verecundia fortasse, vel loquentis timore annuerim, ac ea quæ recta non erant, laudaverim, aut quod om

(1) *Sacellis.* Videat eruditus lector, an verba illa, ὡς ἐν ἄλλοις οὐρανοῖς, ita accipi queant, ut sensus sit, Deum « sicut in cœlis, ita in ecclesiis indefficientia sua bona proponere : » an vero potius, quod mihi magis arridet, conjiciendum sit, dictatum quidem fuisse a Didymo ἱεροῖς, aut ναοῖς, id est « templis ; » nam Didymi ævo, « templi » vocabulo, a quo antea abhorrebant, assuescere cœperunt Christiani : librarios vero vocem ἱεροῖς, aut ναοῖς mutasse in compendiariam notam οὐνοῖς, hoc est, οὐρανοῖς. Quod si retinenda sit lectio codicis, οὐρανοῖς, nihil aliud designari crediderim, quam θείους οἴκους, nempe « sacras ædes, » eo sensu οὐρανοὺς dictas, quo in iis versibus, quos Antiochiæ in magna ecclesia inscribi jussit Constantius, teste Joanne Malala lib. XIII, templum illud dicitur οὐρανίαις ἀῒξι πανείκελον, id est, « cœlestibus apsidibus persimile : » aut quo sensu Pollux lib. II, cap. 4, ait : Τοῦ δὲ στόματος τὸ ἄνω, οὐρανός, id est, « Superior vero oris pars, vocatur cœlum : » quod autem nos dicimus « capiti impendere, » id Ægyptii, Alexandrini videlicet, dicebant, μεσουρανεῖν· quorum tamen dialectum ii despiciebant, quibus nihil sapiebat, nisi quod Atticismum saperet. Didymus ergo cum tria sacrarum ædium nomina recensuisset, ne omnia quæ in usu tunc erant, recenseret (quæ enim recentioribus sæculis in Græcam linguam invecta sunt, huc non pertinent), generatim subjunxit : « sicut in aliis sacris ædibus. » Hujusmodi sunt, exempli gratia, ναοί, seu θεῖοι ναοί, id est, « templa Dei ; » Basilicæ, seu « Basilicæ ; » Cyriacum, seu « Dominicum, » ut ecclesiam vocat Hilarius lib. I *ad Constantium* : οἱ τῶν μαρτύρων σηκοί, « aulæ, » etc. Quinetiam nonnullarum propria, ac veluti singularia erant nomina, ut « Anastasis, Analepsis, » sive Assumptio, id est Ascensio, « Crux, Anastasia, Michaelium, » τὸ Μνῆμα, seu « Sepulcrum » Domini, Ἀποστολεῖον, τὸ Καισάριον, seu Καισάρειον, aliaque hujusmodi id temporis usitata. Porro vox, οὐρανός, hoc sensu accepta nondum alibi mihi occurrit. Aliquod fortasse ejus vestigium exstare suspicetur quis in Philostorgio, seu potius in compendio Philostorgianæ Historiæ, quod Photius nobis reliquit. Nam lib. IX, hæc impius ille Eunomii laudator ac patronus narrabat : Ὁ μὲν Εὐζώιος, εἰς τὸ κακολογεῖν τοὺς ἄνδρας, ὧν ὑπερήσπισεν, ἀπετράπετο οὐνοδόστας ἐπ' ἐκκλησίας εἰρωνευόμενος τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἀέτιον, Αἰθίοπά τε τὸν Θεόφιλον ἐξυβρίζειν· ὥσπερ οὐκ εὐσεβείας καὶ πίστεως ἀγώνων ὄντων, ἀλλὰ χρωμάτων ἐκλογῆς καὶ γένους, id est, ut vertit Valesius, « Euzoius quidem conviciari cœpit

B iis, quorum patrocinium susceperat, οὐρανοβάτας in ecclesia per ludibrium appellans sectatores Aetii, et Theophilum Æthiopem : prorsus quasi non de religione ac fide ageretur, sed de coloris ac generis delectu. » Porro vocem οὐνοδόστας meridosam esse omnes fatentur. Valesius legendum censet οὐρανοβάτας. « Sic autem (inquit) Euzoius Aetium et Eunomium per ludibrium appellabat ob audaciam ac dementiam, quod instar gigantum in cœlum conscendere tentarent, et de divinitate temere garrire præsumerent. » Gothofredus οὐρανοβόσκας legendum putat : « allusione (inquit) ad Aetianorum ecclesias facta, quasi pascua cœlestia incolerent haberentque. » Demum Jacobus Basnagius, « Observat (inquit) Philostorgius has ironia indicari Eunomianorum ecclesias. At ecclesiæ non tentabant in cœlum conscendere, nec dici poterant cœli pascua : sed ipsas appellabat Euzoius ridendo ὀνοβόσκας, « asinorum pascua. » Jam vero ex hoc C Didymi loco conjiciet quis legendum esse οὐρανοβόσκους, aut quid simile; Aetianos vero ab Euzoio conciones in Ecclesia habente ideo sic vocatos esse, quia in templo viderentur totidem βοσκοί.

(2) *Incr. sacrificium.* Sacrosanctum Missæ sacrificium sine dubio intelligit, quod eodem modo vocat etiam in *Psalmos* ad vers. 39 psalmi VII, pag. 748 catenæ Corderianæ : Ἀντεισάγει δὲ (inquit) τὴν ἀναίμακτον θυσίαν καὶ λογικὴν τοῦ Κυριακοῦ σώματος καὶ αἵματος, id est, « Ex opposito autem introducit incruentum ac rationale sacrificium Dominici corporis et sanguinis. » Ad versiculum vero 22 psalmi CVI, Missæ sacrificia vocat τὰς τῆς Καινῆς Διαθήκης θυσίας, ἃς καὶ εὐχαριστίας ὀνομάζειν ἡμῖν ἔθος, τὰς λογικὰς καὶ ἀναιμάκτους, id est, « Novi Testamenti sacrificia, quæ Eucharistias etiam nominare consuevimus, rationalia et incruenta. » Ideo autem ea appellat « rationalia, » ut a cruentis sacrificiis Veteris Testamenti secernantur, quæ alibi dicit αἰσθητὰς θυσίας, id est, « sensibilia sacrificia. »

(3) *Philtrum.* De rerum terrenarum amore econtrario ait Clemens in secundo *Pædagogi* : Πτηναὶ γὰρ αἱ τῶν ἐρώντων καρδίαι, καὶ σβέννυται μετανοίᾳ τὰ φίλτρα, id est, « Amantium enim corda sunt volucria, amorisque irritamenta, » seu « philtra, exstinguuntur sæpe pœnitentia. »

(4) *Ex nostra.* In *Epistola ad Archintum præsulem*, ubi hæc attuli, impressum Venetiis fuit, ἐκ τῆς ὑμετέρας, id est, « ex vestra. » Id quomodo contigerit, ignoro : hoc tantum scio, in codice clare legi, ἐκ τῆς ἡμετέρας, id est, « ex nostra. »

Digitized by Google Распознавание текста

nino unquam neglexerim eis pro virili parte obsistere, et, contra quam deceat (5), socors fuerim. Quinimo e contrario plerique aiunt me pro hujusmodi rebus in medium semper prodiisse magna vi et voce, ac sine perturbatione (6), ad litem aut intentandam aut sustinendam (7). Nam lucrum maximum et æternum puto mei ipsius, et eorum qui ex me sunt (8), eorumque, qui nobiscum exsistunt, omnem laborem strenue, ac, si opus fuerit, periculum subire pro Patre, et Filio, et Spiritu sancto, qui nos fecit, et salvat, et judicaturus est, ac sui ipsius (9) causa benignitate prosecuturus. Cum ergo noveritis, utpote electi adoratores sanctissimæ Trinitatis, et humani generis legati atque oratores, nulla me in re obsequio illi defuisse, quod vobis post hanc (10) Trinitatem rerum omnium causam, atque omnia vivificantem **203** debetur, utpote qui mihi apud eamdem Trinitatem patrocinamini, a qua cogitationes locutionesque sapientes, et ei gratæ atque acceptæ, nobisque utiles, ac deinde vobis quoque placentes subministrantur : tantoque libentius dico « deinde, » quanto convenientius est naturam creatam post increatam collocari, atque ita a nobis decenter commemorari : supplicate peculiariter pro me, et pro iis qui orti sunt ex me, ac pro iis qui mecum sunt, et pro omnibus (nec enim vobis concessum est, ut quidquam amplius, quam hoc, nobis præbeatis), ut et in mea de hac re sententia immobilis permaneam, et omnes meæ preces, quas novit illa, quæ sola novit omnia, et cui omnia prospere in æternum cedunt (11), optima, et per se perfecta et individua Trinitas, acceptæ sint, et benigne audiantur; nosque cum omnibus filiis (12), cum tota domo, cum tota familia, et cum omnibus amicis [amici vero nobis sunt orthodoxi] vobiscum una, et cum omnibus sanctis eam laudare, trisagium hymnum canendo, in cœlis per infinita sæcula sæculorum, et promissum, atque a nobis creditum interminabile, et individuum ejus regnum per gratiam ipsius consequi mereamur. Amen. Amen. Amen.

IX. Sed jam tempus est ad inceptum argumentum reverti. Quia una cum Christo, utpote Deus et Conditor, judicaturus est omnia Spiritus sanctus. Cujus est enim omnia judicare, nisi ejus qui Deitatis et regiæ dominationis communionem cum illo habet, qui ipsa fecit? Ita prophetat Isaias : « Egredietur (13) virga ex radice Jesse, et flos ex radice (14) ascendet. Et requiescet super eum Spiritus Dei (15), Spiritus sapientiæ et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiæ et pietatis; et replebit eum Spiritus timoris Dei. Non secundum opinionem judicabit, neque secundum loquelam arguet. Sed judicabit humili **204** judicium, et arguet superbos (16), et liberabit humiles terræ, et percutiet terram verbo oris sui, et in Spiritu per labia interficiet impios (17). » Virgam et florem ex radice Jesse illum dicit, qui ex ipsa quasi germen prodiit in incarnatione, ac sui odoris suavitate terram corroboravit : super quem etiam quiescentem vidimus in Evangeliis Spiritum sanctum : quem demum

Θ'. Ἀλλ' ὥρα γὰρ εἰς τὴν ἀρχθεῖσαν ὑπόθεαν αὖθις οὖν τείνεσθαι [95 *a*]. Ὅτι σὺν τῷ Χριστῷ, ἅτε Θεὸς καὶ Δημιουργός, τὸ ἅγιον Πνεῦμα κρίνειν μέλλει τὰ πάντα. Τίνος γὰρ καὶ ἔστιν κρῖναι, ἢ τοῦ κοινωνίαν ἔχοντος πρὸς τὸν ποιήσαντα αὐτὰ θεότητος καὶ βασιλείας; ὡς προφητεύει. Ἡσαΐας μέν· « Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται, καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, Πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, Πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, Πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας· καὶ ἐμπλήσει αὐτὸν Πνεῦμα φόβου Θεοῦ. Οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ, οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν ἐλέγξει· ἀλλὰ κρινεῖ ταπεινῷ κρίσιν, καὶ ἐλέγξει τοὺς ὑπερηφάνους, καὶ ἐξελεῖται τοὺς ταπεινοὺς τῆς γῆς, καὶ πατάξει τὴν γῆν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἐν Πνεύματι διὰ χειλέων ἀνελεῖ ἀσεβεῖς. » Ῥάβδον καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ λέγει, τὸν ἐξ αὐτῆς ἐν τῇ ἀνανθρωπήσει βλαστήσαντα, καὶ τῇ ἑαυτοῦ εὐωδίᾳ τὴν ὑφήλιον ῥώσαντα, ἐφ' ὃν ἴδωμεν ἐν Εὐαγγελίοις ἀναπαυσάμενον τὸ ἅγιον Πνεῦμα· κριτὴν

(5) *Deceat.* Didymus, οὐκ ἐνδέοντι. Qua voce eodem sensu utitur Dio Cassius, pag. 855 editionis Reimari. Aliis vero, ut Clementi in VII *Stromatum*, τὸ ἐνδέον dicitur « id quod deest. »

(6) *Perturbatione.* Codex, ἥρεμος, cum aspero spiritu.

(7) *Sustinendam.* Verti etiam potest : « ad judicium dandum, aut accipiendum. »

(8) *Ex me sunt.* Vide segm. 148 *b*.

(9) *Sui ipsius.* Codex, αὐτοῦ. Legere malim αὐτοῦ.

(10) *Post hanc.* Codex, μηδέν με ταύτην. Lego μηδὲν μετ' αὐτήν.

(11) *Cedunt.* In Græco, εἰς αἴσιον καὶ ἐπ' ἄπειρον κατορθοῦσα. Quæ verba non satis perspicua sunt. In *Epistola ad Archintum præsulem* transtuli, « Infinite beata : » nam vox ἄπειρον sine dubio valet hic « infinitum, » aut « æternum : » ac frigide, meo judicio, quis verteret, « inexperto, » aut « ignoto modo. » Simili ratione in commentariis *in Psalmos.* ad postrema verba psalmi CX, quod Psaltes ait, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, Didymus aliter dicit, ἐπ' ἄπειρον, id est, « in æternum. » Ἡ αἴνεσις αὐτοῦ (inquit) μένει ἐπ' ἄπειρον, id est, « laudatio ejus manet in æternum, » sive « infinitum. » Cum vero verbum, κατορθοῦν, duplicem habeat significationem, verti fortasse etiam posset : « quæ omnia ad prosperum exitum in æternum dirigit. »

(12) *Filiis.* Codex, παντεκνεί, et reliqua. Utrum autem scribendum sit πανδημεί, exempli causa, παμψηφεί, πανσυδεί, et cætera, an vero πανδημί, παμψηφί, πανσυδί, disputant grammatici. Ego codicis scripturam retinui, in quo similium vocabulorum postrema syllaba circumflectitur.

(13) *Egredietur.* Isa. XI, 1-4.

(14) *Ex radice.* Græca Biblia habent : « ex radice ejus. » Didymus segm. 123 *b*, habet ἐξ αὐτῆς, id est, « ex ipsa. »

(15) *Dei.* Compl. editio, Κυρίου, id est « Domini. »

(16) *Superbos.* Verba ista, τοὺς ὑπερηφάνους· καὶ ἐξελεῖται, id est, « superbos; et liberabit, » sive « eruet, » desunt in omnibus editionibus.

(17) *Impios.* Biblia Græca : ἀσεβῆ, id est, « impium. »

Digitized by Google Распознавание текста

δὲ αὐτὸν σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐ- A una cum sancto Spiritu judicem in secundo ejus
τοῦ παρουσίᾳ ἰδεῖν περιμένομεν. Τοῦτο γὰρ σημαί- adventu videre speramus; id enim significant tum
νει τό τε, « Ἐν Πνεύματι διὰ χειλέων ἀνελεῖ ἀσε- verba illa, « In Spiritu per labia interficiet im-
βεῖς, » καὶ τὸ ἀλλαχοῦ εἰρημένον τῷ αὐτῷ προφήτῃ· pios, » tum id, quod alibi ab eodem propheta dic-
« Ἐν Πνεύματι κρίσεως, καὶ ἐν Πνεύματι καύσεως. » tum est: « In Spiritu (18) judicii, et in Spiritu ardo-
Δαυὶδ δὲ ἐν ρλη' ψαλμῷ φησιν· « Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ ris. » David vero in CXXXVIII psalmo ait: « Quo ibo (19)
τοῦ Πνεύματός σου; καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου a Spiritu tuo, et a facie tua quo fugiam? » Illud,
ποῦ φύγω; » Τὸ, « Ποῦ πορευθῶ, » καὶ, « Ποῦ φύγω, » « Quo ibo, » et, « Quo fugiam, » latam habet em-
πλατεῖαν ἔχει ἔμφασιν· σημαίνει γὰρ πανταχοῦ phasim: Spiritum enim sanctum ubique præsen-
παρεῖναι καὶ κριτὴν ὑπάρχειν τὸ ἅγιον Πνεῦμα. tem esse, ac judicem exsistere significat. Revera
« Φοβερὸν » γὰρ ὡς ἀληθῶς, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, enim « terribile (20) est, » ut Apostolus ait, « in-
« ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος, » τοῦ λέγοντος ἐν cidere in manus Dei viventis: » illius nempe, qui
μθ' ψαλμῷ· « Ἐλέγξω καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν in XLIX psalmo inquit: « Arguam (21), et statuam
σου τὰς ἁμαρτίας σου. » Καὶ τοῦ Μιχαίου δὲ ἡ contra faciem tuam peccata tua. » Quin Michææ
μικρῷ πρόσθεν [93 b] λεχθεῖσα προφητεία, καὶ εἰς quoque prophetia, quæ paulo ante (22) allata est,
τόδε συντελεῖ τὸ κεφάλαιον. Ποίαν δὲ ἀπόδειξιν ἂν B hoc ipsum capitulum argumentumve confirmatur.
εἴποι τις ἰσχυροτέραν εἰς τοῦτο, τοῦ καὶ τὸν Σωτῆρα Quænam vero validior ad hoc probandum demon-
παρ' Ἰωάννῃ λέγειν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· stratio afferri potest, quam quæ ducitur ex eo,
« Ἐλθὼν ἐκεῖνος ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ ἁμαρτίας, quod Salvator apud Joannem de Spiritu sancto sic
καὶ περὶ δικαιοσύνης, καὶ περὶ κρίσεως; » loquatur: « Ille (23) veniens arguet mundum de
peccato, et de justitia, et de judicio? »

Ι'. Ὅτι ἐν τῇ ὑπερβαλλούσῃ δυνάμει τοῦ ἁγίου X. Quia in suprema Spiritus sancti virtute Ely-
Πνεύματος, ὁ Παῦλος ἐν Κύπρῳ Ἐλύμαν τὸν μά- mas ille magus sanctorum hostis, ac veritatis cor-
γον, ἐπιστρατεύοντα τοῖς ἁγίοις, καὶ λυμαινόμενον ruptor, verbo a Paulo in Cypro excæcatus est.
τῇ ἀληθείᾳ, ἐξετύφλωσε λόγῳ. Τοῦ Πνεύματος γὰρ Scriptura enim ut illam virtutem ostendat esse Spi-
εἶναι τὴν δύναμιν δεικνῦσα ἡ Γραφὴ, λέγει αὐτοῖς ritus sancti, hisce verbis loquitur: « Tunc (24) Pau-
ὑνόμασιν οὕτως· « Τότε ὁ Παῦλος πλησθεὶς Πνεύμα- lus repletus Spiritu sancto dixit ad eum: Ecce
τος ἁγίου, εἶπε πρὸς αὐτόν· Ἰδοὺ χεὶρ Κυρίου ἐπὶ manus (25) Domini super te, et eris cæcus non vi-
σὲ, καὶ ἔσῃ τυφλὸς μὴ βλέπων τὸν ἥλιον. » Ἀληθῶς dens solem. » Revera enim fieri non poterat, ut
γὰρ οὐκ ἦν αὐτὸν, μὴ ἔχοντα τοῦ Πνεύματος τὴν Paulus, nisi virtutem Spiritus habuisset, quæ om-
πάντα ἐνεργοῦσαν δύναμιν, ἀνθρώπου μαγγανείαις C nia operatur, verbo visum hominis exstingueret,
συζῶντος καὶ δαίμοσι πεποιθότος τὸ βλέπειν ῥήματι incantamentis dediti, et dæmonibus confidentis.
ἀποσβέσαι.

ΙΑ'. Ὅτι τῇ δυνάμει καὶ χάριτι τοῦ ἁγίου Πνεύ- XI. Quia virtute et gratia Spiritus sancti factum
ματος ἀναπτυχθέντες οἱ οὐρανοὶ, ὤφθησαν τῷ δι- est, ut reseratos cœlos conspiceret **205** is, qui
πλοῦς στεφάνους ἀναδησαμένῳ ἀποστολῆς καὶ μαρτυ- duplici corona redimitus est, apostolatus et marty-
ρίου. Φησὶ γάρ· « Στέφανος πλησθεὶς Πνεύματος rii. Ait enim Scriptura: « Stephanus (26) plenus
ἁγίου ἶδε τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους. » Ὥστε εἶναι Spiritu sancto vidit cœlos apertos. » Adeo ut de
τὸ ὑπὸ ἀρχαίου εἰρημένον· ipso verum fuerit quod a vetusto poeta dictum est:

Οὐρανόθεν δ' ἄρ' ὑπερφάτη ἄσπετος αἰθήρ. *E cœlo* (27) *autem discissus est immensus æther.*

ΙΒ'. Ὅτι προγινώσκει, ὡς ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός· XII. Quia præscit ut Pater et Filius: futura
μόνης δὲ θείκῆς φύσεώς ἐστιν, ἀκριβῶς εἰδέναι τὰ autem probe nosse, divinæ tantummodo naturæ
μέλλοντα. Ἡ γὰρ κτίσις, πάντα μὲν τὰ ἀφ' ἑαυτῆς est. Quidquid enim per seipsam prænoscit crea-
στοχαστικὰ προφέρει, ἐκεῖνο δὲ μόνον ἁπλανῶς καὶ tura, id conjecturis ducta assequitur, ac profert,
ἀπαραβάτως προβλέπει, ὃ αὐτὴν διδάξῃ τὸ ἅγιον D et illud tantum infallibiliter, ac sine ullo decepti-
Πνεῦμα. Ταῖς γὰρ θείαις ἀκτῖσιν αὐτοῦ μονονουχὶ τὰς onis periculo prævidet, quod ipsam docuerit Spiri-
ἐν οὐρανῷ καταλάμπον δυνάμεις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἡμε- tus sanctus. Nam divinis suis radiis non solum
τέρων ψυχῶν ἀπολαμπρύνον τὰ ὄμματα, ὑποδείκνυσι cœlestes illuminans virtutes, sed etiam nostrarum

(18) *In Spiritu.* Isa. IV, 4.
(19) *Quo ibo.* Psal. CXXXVII, vers. 6 (seu 7).
(20) *Terribile.* Hebr. X, 31.
(21) *Arguam.* Psal. XLIX, vers. 22 (seu 21). Biblia: ἐλέγξω σε.
(22) *Ante.* Segm. 88 *a*.
(23) *Ille.* Joan. XVI, 8.
(24) *Tunc.* Act. XIII, 9 et 11. Sacri scriptoris verba in compendium redigit.
(25) *Manus.* Codex, ut solet, χεῖρ, pro χείρ.
(26) *Stephanus.* Act. VII, 55 et 56. Sensum potius affert quam verba, omittens ea quæ ad rem non faciunt.

(27) *E cœlo.* Hemistichium est Homeri ex *Iliad.* cant. VIII, vers. 554. Alii etiam Patres, cum profanum aliquem poetam citant, sæpe nomen omittunt. Ita Clemens Alexandrinus, exempli gratia, duos in *Protreptico* ex Euripide versus afferens, λέλεκται (inquit) τινί, id est, « a quodam dictum fuit. » Cyrillus vero Alexandrinus dialogo 1 *De sancta Trinitate* profereus ex *Iliad.* cant. XVIII, vers. 104 ea verba, ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης, quæ ab Horatio ita conversa sunt, « telluris inutile pondus, » hac utitur locutione: Καθάπερ τις ἔφη τῶν παρ' Ἕλλησι ποιητῶν, id est « Sicut quidam ait Græcorum poetarum. » Vide not. 50, pag. 69.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

animarum oculos illustrans, diversis sæpe modis suggerit (28) futura, et ob propriam bonitatem et benignitatem concedit, ut creatura aliquando ea quæ humanæ naturæ conducibilia sunt atque utilia, eloquatur : quæ quidem interdum non ei, qui per creaturam concessit, sed ipsi (29) creaturæ accepta refert (30) materialis nostra natura. Testimonia vero de præscientia Spiritus ex apostolicis Actis desumpta, hæc sunt. Ex persona Petri ad Judæos : « Viri (31) fratres, oportebat impleri Scripturam (32), quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Juda, qui factus est dux eorum (33), qui comprehenderunt Jesum. » Recte autem dixit, « oportebat ; » nam solius Dei sermo talis est omnis, ut non compleri non possit. Et **206** ex persona Pauli : « Spiritus (34) sanctus per singulas civitates mihi protestatur dicens, quod vincula et tribulationes me manent. » Per prophetam vero Agabum frumenti egestatem (35) in terra ob hominum delicta futuram prænuntiavit (36) utpote bonus, sicut fecerat etiam in Ninive, ut scilicet timore perculsi, per pœnitentiam malum effugerent. Contigit vero ea fames multo post tempore sub Claudio. Quin etiam in Evangelio Christus de Spiritu ait : « Et quæ (37) veniunt, annuntiabit vobis ; » id est, quæ futura sunt.

A τε πολλάκις διαφόρως τὰ [94 *a*] μέλλοντα, καὶ συγχωρεῖ, δι' οἰκείαν ἀγαθότητα καὶ φιλανθρωπίαν, τὰ πρὸς τὸ χρήσιμον συντελοῦντα τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει ἐκλέγειν ποτὲ τὴν κτίσιν· ἅπερ ἔσθ' ὅτε ἡ ἔνυλος ἡμῶν φύσις, οὐ τῷ χορηγήσαντι διὰ μέσης τῆς κτίσεως, ἀλλ' αὐτῇ ἐπιγράφει. Αἱ δὲ περὶ τῆς προγνώσεως τοῦ Πνεύματος ἀπὸ τῶν ἀποστολικῶν Πράξεων μαρτυρίαι εἰσὶν ἐν τούτοις. Ἀπὸ τοῦ Πέτρου πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· « Ἄνδρες ἀδελφοί, ἔδει πληρωθῆναι τὴν Γραφὴν, ἣν προεῖπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος Δαυὶδ περὶ Ἰούδα, τοῦ γενομένου ὁδηγοῦ τῶν συλλαβόντων Ἰησοῦν. » Εὖ τοίνυν εἶπε τὸ, « ἔδει· » Θεοῦ γὰρ μόνου πᾶς λόγος οὐκ ἀτελεύτητος. Καὶ ἀπὸ τοῦ Παύλου· « Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ πόλιν διαμαρτύρεταί με λέγον, ὅτι δεσμὰ καὶ θλίψεις με μένουσιν. » Καὶ διὰ τοῦ προφήτου δὲ Ἀγάβου, σιτοδείαν ἐσομένην τῇ ὑπ' οὐρανὸν, διὰ τὰς ἀνθρώπων πλημμελείας, προεμήνυσεν, ὡς ἀγαθὸς, καθὰ καὶ ἐπὶ τῆς Νινευῆ· ὡς ἂν εὐλαβηθέντες, μετανοίᾳ φύγοιεν τὸ κακόν. Ἧτις καὶ συνέβη πολλοῖς ὕστερον χρόνοις ἐπὶ Κλαυδίου. Καὶ ἐν Εὐαγγελίῳ δὲ ὁ Χριστὸς περὶ τοῦ Πνεύματός φησιν· « Καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν· » τοῦτ' ἔστι, τὰ μέλλοντα.

CAP. VIII.

De præscientia, et potestate, quam per se habet Spiritus sanctus.

Post divinam porro Spiritus Dei naturam, atque energiam, sive operationem, manifestissime omnino auctoritatem, quam per se ipse habet, et voluntariam ejus distributionem Scripturarum oracula exponunt.

I, Quia non ut minister, sed propria auctoritate omnia facit, et, prout vult, subministrat charismata, quotcunque ineffabilis, et supersubstantialis, et unica largitur natura : et quæcunque vult,

ΚΕΦ. Η'.

Περὶ τῆς προγνώσεως καὶ αὐτεξουσιότητος τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Μετὰ δὴ τὴν θείαν φύσιν καὶ ἐνέργειαν τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ, τρανέστατα κομιδῇ περὶ τῆς αὐτεξουσιότητος αὐτοῦ καὶ ἐθελουσίου διανομῆς τὰ λόγια διαλέγονται.

Α'. Ὅτι οὐ διακονικῶς, ἀλλ' αὐθεντικῶς, πάντα ποιεῖ καὶ παρέχει, καθὼς βούλεται, τὰ χαρίσματα, ὅσαπερ ἂν ἡ ἄφραστος, καὶ ὑπερούσιος, καὶ μόνη χαρίσαιτο φύσις· καὶ ἐνεργεῖ ὅσα ἐθέλει, καὶ πνεῖ

(28) *Suggerit.* In Græco, ὑποδείκνυσι. Sunt autem qui censeant, præpositionis ὑπό eam esse in compositione vim, ut æque valeat interdum, atque πρό, id est « ante. » Ita Phavorinus in Lexico : Ὑπεῖπεῖν (inquit) ἀντὶ τοῦ προειπεῖν, καὶ ὑπολαβὼν ἀντὶ τοῦ προλαβών. Ac sane commodius in hoc Didymi loco verteretur, « prænonstrat, » quo modo vertunt vulgata Lexica, quam « subindicat ; » ut perspicuum est. Verum haud scio, an id quod Phavorinus ait, ullo certo exemplo confirmari queat.

(29) *Ipsi.* Codex, αὐτή. Lego, αὐτῇ. Nisi quis malit, αὐτῇ, id est « sibi ipsi. »

(30) *Accepta refert.* In Græco, ἐπιγράφει. Nimirum ἐπιγραφεῖς dicebantur, qui τὰ ὀφειλόμενα ἑφ' ἑκάστου ἑκάστῳ ἐπέγραφον, id est, « qui singulorum debita adnotabant. »

(31) *Viri.* Act. I, 16. Primam hujus versiculi partem sic affert Theologus noster in lib. *De Spiritu sancto*, num 3 ; Petrus quoque in eo sermone, quo præsentibus persuadebat : « Oportuerat, inquit, impleri Scripturam, quam locutus est Spiritus sanctus, » id est, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, « per os David de Juda. » Ita editi libri : nostri vero codicis exarator cum scripsisset vocem, « præsentibus, » in margine emendavit, « patribus. » Tum pro, « oportuerat, » habet, « oportet » : ita enim verbum ἔδει, aut προσῆκεν, aliquando accipitur. Vide quæ dixi not. 1, pag. 25. Præterea pro « impleri, » habet, « compleri » : et pro « locutus, » habet « prælocutus. » Vox vero illa, « id est, » ibi desideratur. Quæ codicis nostri lectiones mihi quidem magis arrident, quam vulgatæ. Numero autem 29 ejusdem libri sic rursus affertur iste versiculus : Et Petrus ad consortes fidei loquitur : « Oportebat impleri [*cod. noster* : Oportet compleri] Scripturam, quam prædixit, » et reliqua.

(32) *Scripturam.* Græca editio addit ταύτην, id est « hanc. » Sed eam vocem neque Vulg. interpres legit, neque Didymus ipse in allatis verbis lib. *De Spiritu sancto.*

(33) *Eorum*, etc. Græca editio, τοῖς συλλαβοῦσι. Vulgatus int. videtur legisse ut Didymus.

(34) *Spiritus.* Act. XX, 23. Græca editio, post διαμαρτύρεται, omittit voculam με. Sed Vulg. interpres legit ut Didymus.

(35) *Egestatem.* Codex, σιτοδίαν. Lego σιτοδείαν· sed non continuo librarium nostrum reprehendo; nam alii quoque satis vetusti librarii ita scripserunt, ut videre licet etiam apud Hesychium.

(36) *Prænuntiavit.* Act. XI, 28. Jonæ porro prophetia, qua non famem, sed Ninives subversionem prænuntiavit, neminem latet.

(37) *Et quæ.* Joan. XVI, 13.

Digitized by Google Распознавание текста

ὅπου προῄρηται· βούλεται δὲ, ὅπερ ὁ Πατὴρ, καὶ Υἱὸς· καὶ πνεῖ ὁμοίως ἔνθα θέλει καὶ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός· πληροῦν τὴν ἄφθονον [94 *b*] τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἑαυτοῦ μίαν βούλησιν· καὶ μηδὲν, μηδὲ αὐτῶν τῶν ἀμυδρὰν ἐχόντων ζωὴν, ἔρημον ἀπολιμπάνον τῆς ἑαυτοῦ προνοίας. Προϊστάμενον γὰρ τῆς ἑαυτοῦ ποιήσεως. Ἅτε δὴ αὐτοάγαθον, καὶ ἅτε συνεργὸν τοῦ ἀγαθοῦ Δημιουργοῦ, πάντα ἐφορᾷ, καὶ οὐδὲν παραβλέπει, πανταρκὲς ὑπάρχον, καὶ θεῖκὰ δωρήματα διανέμον. Τῷ γὰρ « ἑνὶ ἀγαθῷ, » οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίνεται φθόνος· ἀλλ' εὐεργεσίαις μᾶλλον δείκνυσι τὴν ἐξουσίαν. Καὶ διὰ τοῦτο ἓν θέλημα, καὶ μίαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν τῆς Τριάδος εἶναι λέγομεν. Ὧν δὲ θέλησις, καὶ ἐξουσία, καὶ ἐνέργεια μία, ἄρα μία καὶ ἡ θεότης. Τὸ γὰρ πάντα ἐνεργοῦν κατ' ἐξουσίαν ἰδίαν, καὶ παρὸν ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον, τῆς ἐπὶ πάντων ἐστὶ μιᾶς καὶ ἀκηράτου φύσεως, οὐκ ἔχον ἔν τινι τὸ ἐλλεῖπον, οὐδὲ ποιοῦν ὃ μὴ θέλει· ἀλλ' οὐδὲ ποιοῦν ὃ μὴ θυμῆρες τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ. Καὶ ὃν τρόπον ἀπαράλλακτον πρὸς τὸν Πατέρα μετὰ τῶν ἄλλων ἀποδείξεων δείκνυσι τὸν Υἱὸν, καὶ τό, « Ὅσα ἂν ποιῇ ὁ Πατὴρ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ· » οὕτω καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, σὺν τοῖς ἄλλοις καὶ τὸ πάντα ἐνεργεῖν καὶ δωρεῖσθαι καθὼς βούλεται καὶ πνεῖν ἔνθα προῄρηται. Τοῦτο γὰρ παριστῶν, καὶ τρανῶς θεολογῶν τὸ Πνεῦμα, ἔγραψεν ὁ Ἀπόστολος· « Ἵνα εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν. » Γένοιτο δ' ἂν πάντων τούτων καὶ αὖθις μάρτυς πιστὸς γράφων ὁ αὐτὸς Κορινθίοις ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ· « Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶν, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν, καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶ, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. Ἑκάστῳ δὲ δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸ [95 *a*] συμφέρον. ὯΙ μὲν γὰρ δίδοται διὰ τοῦ Πνεύματος λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι, ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων ἐν τῷ ἑνὶ Πνεύματι, ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων, ἄλλῳ δὲ προφητεία, ἄλλῳ δὲ διάκρισις πνευμάτων, ἑτέρῳ δὲ γένη γλωσσῶν, ἄλλῳ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν. Ταῦτα δὲ πάντα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. » Χρὴ δὲ μὴ

operatur, et spirat ubi vult : id autem vult quod Pater, et Filius : et ibi similiter spirat ubi vult et Pater, et Filius : munificam Patris, et Filii, et sui ipsius unam voluntatem complens, nullamque creaturam ne ex iis quidem quæ obscuram imperfectamque (38) vitam habent, expertem relinquens suæ providentiæ. Nam suæ ipsius facturæ præsidens, utpote qui est ipse per se bonus, et simul cum bono Creatore operans, omnia inspicit, et nihil inobservatum præterit, omnibus sufficiens, ac divina dona distribuens : nam qui est « unus bonus, » ei nulla omnino unquam ingeneratur invidia, sed suam beneficiis potius ostendit potestatem. Idcirco unam voluntatem, et unam auctoritatem, ac **207** potentiam Trinitatis esse dicimus. Quorum autem voluntas, et potestas, et energia, sive operatio una est, una etiam est Deitas. Nam qui omnia ex propria auctoritate operatur, atque adest in singulis, huic non alia natura est, quam unica illa, et incorrupta, atque in omnibus rebus exsistens natura ; nihilque ulla in re mancum habet, ac imperfectum, neque facit quod non vult; sed ne facit quidem quod gratum Patri et Filio non sit. Et quemadmodum Filium nihil a Patre differre ostendit, præter alios Scripturæ textus, etiam iste : « Quæcunque (39) facit Pater, hæc etiam Filius similiter facit : » ita Spiritum sanctum quoque Patri æqualem cum alia ostendunt, tum etiam hoc, quod omnia operetur, et largiatur prout vult, et spiret ubi vult. Id enim confirmans Apostolus, et manifeste Spiritum, Deum vocans, scripsit : « Ut perspiciamus (40) quæ a Deo donata sunt nobis. » Sit autem horum omnium rursus fidelis testis ille idem Corinthiis hæc scribens in prima Epistola : « Divisiones (41) vero charismatum sunt, idem autem Spiritus; et divisiones ministeriorum sunt, et idem Dominus; et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem ; nam alii quidem datur per Spiritum sermo sapientiæ; alii autem sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum : alteri autem fides in eodem Spiritu : alii autem gratiæ sanationum in uno Spiritu (42) : alii autem

(38) *Imperfectamque.* Ea, opinor, animalcula intelligit, de quibus Clemens in *Protreptico*, pag. 45 editione Potteri hæc scribit : Τινὰ τῶν ζώων οὐχὶ πάσας ἔχει τὰς αἰσθήσεις. Ὥσπερ εὐλαὶ καὶ κάμπαι, καὶ ὅσα διὰ τῆς πρώτης γενέσεως εὐθὺς ἀνάπηρα φαίνεται, καθάπερ οἱ σπάλακες καὶ ἡ μυγάλη· id est : « Quædam animalia non habent omnes sensus, ut vermes, et erucæ, quæque naturæ suæ conditione a primo ortu imperfecta sunt, velut talpæ et mus araneus. »

(39) *Quæcunque.* Joan. v, 19

(40) *Ut perspiciamus.* I ad Cor. II, 12. Græca editio, εἰδῶμεν pro, ἴδωμεν. Hunc Pauli locum respicit Didymus in lib. *De Spiritu sancto*, num. 31, ubi impressa exemplaria mendose habent : « Et eumdem ipsum Spiritum, ipso revelante, cognoscunt, ut sciant quia a Domino donata sunt eis. » Legendum enim puto : « quæ a Domino donata sunt eis. »

(41) *Divisiones.* I ad Cor. XII, a vers. 4 ad 11. Totum fere hunc locum sic affert in libro *De Spiritu sancto*, num. 22 : « Nam » divisiones operationum sunt, idem autem ipse Spiritus, qui operatur omnia in omnibus [*codex noster habet :* « Divisiones quippe donationum sunt : idem autem Spiritus ; et divisiones ministeriorum, et ipse Dominus ; et divisiones operationum : ipse idem Deus, qui operatur omnia in omnibus]. Operante ergo Patre multiplicem charismatum plenitudinem, multiplicat [*codex noster :* ministrat] eam Filius subsistentem per Spiritum sanctum. » Alii enim per Spiritum datur sermo sapientiæ. Alii vero scientiæ [*codex noster*. Alii sermo scientiæ] secundum eumdem Spiritum. Alii fides in eodem Spiritu. . . . . Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult [*codex noster :* dividens unicuique sicut vult]. Unde discentes, » etc.

(42) *In uno Spiritu.* Vulg. interpres legit ut Didymus. Sed Græca editio habet : ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι, id est, « in eodem Spiritu. »

Digitized by Google Распознавание текста

Ὅτι ἐπὶ τοῦ χερουβικοῦ θρόνου καθέζεται τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ δύναμιν ἐξαποστέλλει. Καὶ ὅτι ὁ Παῦλος αὐτὸ οἶδεν εἶναι τὸν ὀφθέντα τῷ Ἡσαΐᾳ Κύριον Σαβαώθ. Καὶ κατὰ τοῦ Μακεδονιανοῦ ῥοντήματος. Καὶ ὅτι ἐν ἡμῖν οἰκεῖ. Καὶ ὅτι ῥαδιουργοῦσιν αἱρετικοὶ τὰς θείας Γραφάς.

Παρὰ τῷ μνημονευθέντι τοίνυν ἀκριβεστάτῳ μελῳδῷ, τῷ πᾶσι τοῖς ἀναγκαίοις ἐμπλεονάζοντι, ἐν ῥθ' ψαλμῷ, ὅστις ὅλος ἐκ προσώπου τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν ἐλέχθη, ἰσότιμος ἡ ἁγία Τριάς, καὶ Κύριος τὸ Πνεῦμα ἐξαποστέλλων δύναμιν, καὶ συγκαθεζόμενος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ ἐμφανῶς μᾶλλον, ἢπερ αἰνιγματωδῶς ἀπαγγέλλεται. Ἔδοξεν δέ μοι εἰς ἑτοίμην ἀπόδειξιν πάντα ἐφεξῆς παραγράψαι τὸν ἱερὸν τουτονὶ λόγον, μηδὲν αὐτοῦ παραλιπόντι. Ἔχει δὲ οὕτως· « Εἶπεν [110 *a*] ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος ἐκ Σιών, καὶ κατακυρίευε ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου. Μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων. Ἐκ γαστρὸς πρὸ Ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Ὤμοσεν Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· Κύριος ἐκ δεξιῶν σου. » Εἰ γὰρ ὁ Πατὴρ λέγει τῷ Υἱῷ· « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου· » καὶ, « Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος· » καὶ, « Κατακυριεύσεις τῶν ἐχθρῶν σου· » καὶ, « Ὤμοσεν Κύριος· » καὶ, « Κύριος ἐκ δεξιῶν σου· » τίς ὁ ἀποστέλλων αὐτῷ τὴν ῥάβδον, καὶ ὀμνύων, καὶ ἐκ δεξιῶν τοῦ Υἱοῦ καθεζόμενος Κύριος, εἰ μὴ λοιπὸν τὸ ἅγιον Πνεῦμα; ὡς εὑρίσκεσθαι τὸν Υἱὸν, ὄντα μὲν ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς, ἔχοντα δὲ ἐκ δεξιῶν τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Μεμνῆσθαι δὲ χρὴ, ὅτι ἐνταῦθα καὶ ὀμνύει τὸ Πνεῦμα, ὡς οὐκ ἔχον τὸν μείζονα, καθὰ ὁ Υἱὸς, εἰπών, « Κατ' ἐμαυτοῦ ὀμνύω, » ὡς ἐν τῷ πρώτῳ ἐμνημονεύθη βιβλίῳ. Ἀλλὰ καὶ ἐν ξα' ψαλμῷ ὁ αὐτὸς Δαυὶδ ἀπαγγέλλων τὴν ἁγίαν Τριάδα φαίνεται, ἐν τῷ ψάλλειν· « Ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ Θεός· δύο ταῦτα ἤκουσα. » Ποῖα δὲ δύο; Ἐπάγει· « Ὅτι τὸ κράτος τοῦ Θεοῦ, καὶ σοῦ, Κύριε, τὸ ἔλεος. » Τίς γὰρ ὁ εἰπὼν Θεὸς, « Ὅτι τὸ κράτος τοῦ Θεοῦ; » καὶ πρὸς τίνα λέγει, « Καὶ σοῦ, Κύριε, τὸ ἔλεος; » Καὶ ἐπὶ τοῦ Δανιὴλ δέ φησιν ἐν τῇ περὶ Σωσάννης κρίσει· « Ἐξήγειρεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸν Δανιήλ· » κἀνταῦθα

(41) *Spiritus.* II Reg. XXIII, 2.

(42) *In me.* Græca Biblia pro ἐμοί, id est « mihi, » habent ἐν ἐμοί, id est « in me » : atque ita legendum puto cum ob antecedentia, tum quia postrema syllaba vocis ἐλάλησεν, facile nostrum exscriptorem in errorem inducere potuit.

(43) *Ascribere.* Ita loquitur Didymus, quasi suæ cæcitatis oblitus. Simili modo in lib. *De Spiritu sancto*, num. 50, ait : « Crebro legisse me memini. » Quin etiam Hieronymus Abigaum cæcum epistola 76 sic alloquitur, num. 1 : « Scribe igitur audacter. »

(44) *Dixit.* Psal. CIX, vers. 1-6. Vide, si placet, quæ ad hunc psalmum dictavit Didymus, pag. 249 catenæ Corderianæ.

(45) *Sanctorum.* Græca Biblia : τῶν ἁγίων σου, id est « sanctorum tuorum. » Vulg. int. legit ut Didymus.

(46) *Majorem se.* Ex epistola ad Hebr. VI, 13.

(47) *Per memetipsum.* Isa. XLV, 23. Vide etiam Gen. XXII, 16, ubi tamen Græca editio habet « juravi, » pro « juro. »

(48) *In primo libro.* Cap. XXVI, pag. 75, seu segm. 33 *a*, aut fortasse cap. XV, ante segm. 6 *a*.

(49) *Semel.* Psal. LXI, 11 (seu 12).

Digitized by Google Распознавание текста

Θεὸν δηλώσας εἶναι τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ἐπιφέρει γάρ· « Καὶ ἔκρινεν τοὺς πρεσβυτέρους, Πνεύματι ἁγίῳ ἐμφορούμενος. » Εὕροιμεν δ' ἂν καὶ Ἐλισσαῖον τὸν ἀξιολογώτατον ἐν προφήταις, ἀξιοῦντα εἰδέναι Θεὸν τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ἔχει δ' [140 *b*] ἡ πρὸς Ἠλίαν αὐτοῦ φωνή, ἡ ἐξαιτοῦσα σὺν τῇ μηλωτῇ καὶ τὸ ἅγιον κληρονομῆσαι Πνεῦμα οὐτωσί· « Γενέσθω τὸ Πνεῦμα τὸ ἐπὶ σοὶ, δισσῶς ἐπ' ἐμοί. Ὁ δὲ εἶπεν· Ἐσκλήρυνας τοῦ αἰτήσασθαι (ἀντὶ τοῦ, Μεγάλα ἐζήτησας). Πλὴν ἐὰν ἴδῃς με ἀναλαμβανόμενον, ἔσται σοι οὕτως· ἐὰν δὲ μὴ ἴδῃς, οὐ μὴ γένηται, » Ἶδεν τοίνυν αὐτὸν καὶ ἔκραξεν· « Πάτερ, πάτερ, ἅρμα Ἰσραὴλ, καὶ ἱππεὺς ἐν αὐτῷ. » Ὅτε οὖν « ἐπάταξεν » τὸν Ἰορδάνην τῇ μηλωτῇ τοῦ Ἠλία, « καὶ τὸ ὕδωρ οὐ διῃρέθη » ὡς ἐπὶ Ἠλίᾳ, ζητῶν τὴν αἴτησιν ἑαυτοῦ καὶ τὴν δοθεῖσαν ὑπόσχεσιν, οὐκ ἔτι εἶπεν·

lem (50) in judicio de Susanna (51) habito legitur: « Suscitavit (52) Deus Spiritum sanctum Danielis (55). » Hic quoque Deum esse spiritum sanctum ostendit (54) Scriptura. Subjungit enim: « Et judicavit (55) presbyteros (sive seniores) Spiritu sancto repletus. » Ast Elisæum quoque inter prophetas maxime insignem illud petere inveniemus, ut cognoscat Deum Spiritum sanctum. Ipsius vero ad Eliam verba, quibus exposcit ut simul cum melota (56) **240** Spiritum etiam sanctum hæreditarium accipiat, sic se habent: « Sit Spiritus (57), qui est in te, dupliciter in me. Ille autem dixit: Indurasti petendo (hoc est: Magna postulasti). Verumtamen si videris me, cum assumar, erit tibi sic: si autem non videris, non fiet. » Vidit ergo ipsum, et clamavit: « O pater (58), pater, o currus Israelis, et

(50) *Apud Danielem.* Sive ad verbum « in Daniele. » Porro historiam Susannæ ut libri Danielis partem a Didymo etiam agnosci, animadvertant heterodoxi. Ante Didymum vero celebrem pro ejus historiæ auctoritate epistolam scripserat Origenes ad Africanum, ut de aliis Patribus sileam.

(51) *In judicio de Susanna.* Ea pars libri Danielis, quam hic indicat, in editione Complutensi, et in Vulgata est decimum tertium caput Danielis. In Francofurtensi editione, ab heterodoxo homine concinnata, seorsum a Daniele imprimitur, inscribiturque Σωσάννης Ἱστορία, id est « Sosannæ Historia »: quo modo etiam a S. Hieronymo vocatur. Ab Africano in *Epistola ad Origenem* dicitur Ἡ ἐν νεότητι προφητεία τοῦ Δανιήλ, id est « Prophetia Danielis adhuc adolescentis. » Ab Origene in *Epistola ad Africanum* simpliciter appellatur Σωσάννα, id est « Susanna, » sive « Sosanna: » eodemque modo in aliquibus vetustis codicibus eam inscribi testatur Sabatierus ad hunc Danielis locum tom. II, part. II. Demum in aliis codicibus, eodem Sabatiero teste, habet hunc titulum: Διάκρισις Δανιήλ, id est, « Judicium Danielis. » A nostro autem Theologo appellatur Τοῦ Δανιὴλ ἡ περὶ Σωσάννης κρίσις, id est, « Danielis judicium de Susanna, » sive simpliciter Ἡ περὶ Σωσάννης κρίσις.

(52) *Suscitavit.* Dan. XIII, 45. In Complutensi editione translatio S. Hieronymi, omisso vocabulo « sanctum » habet: « Suscitavit Dominus spiritum pueri junioris, cujus nomen Daniel. » At Didymus in libro etiam *De Spiritu sancto* legit, ut hoc in loco: nam num. 2, pag. 108, hæc habet: « Et Danieli adhuc puero « suscitasse » dicitur « Deus Spiritum sanctum: » quasi jam habitantem in eo. » Ac sane Græca Biblia, quibus consentit Vulgata editio, habent: Ἐξήγειρεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παιδαρίου νεωτέρου, ᾧ ὄνομα Δανιήλ. Cyrillus vero Hierosolymitanus catech. XVI, num. 31, legit ἐπὶ παιδαρίου, id est « in puero, » pro παιδαρίου, id est « pueri. »

(53) *Danielis.* Codex, τὸν Δανιήλ. Lege, τοῦ Δανιήλ. Aut verte: « Excitavit Deus Spiritus sanctus Danielem. »

(54) *Ostendit*, etc. Lege not. ad num. 7 capitis 6 libri II.

(55) *Et judicavit.* Hæc verba neque in Græcis Bibliis leguntur modo, neque in Vulgata translatione, quæ hoc in loco Theodotionis interpretationem exprimit, neque in versionibus antiquis a Sabatiero editis. Desumpta itaque arbitror ex editione LXX interpretum, qualis exstabat Origenis, Didymi ac Hieronymi tempore, non vero qualis legitur in Bibliis Complutensibus. Nimirum duplex tunc erat historiæ Susannæ translatio, altera in editione Theodotionis, altera in editione LXX interpretum: hæc vero ab illa plurimum differebat; in hac enim non modo ea exstabant, quæ de Susanna, de Belo ac dracone, et de tribus pueris leguntur in Theodotionis versione, quam hac in parte probavit Ecclesia; sed etiam nonnulla addita fuerant a LXX interpretibus, aut fortasse ab alio, qui LXX interpretum nomine abusus fuerat. Joannes Rodolphus Wetsthenius, homo heterodoxus, censet Susannæ historiam editioni LXX interpretum adjectam olim fuisse ex editione Theodotionis; ut iisdem omnino verbis in utraque editione legeretur Origenis ac Didymi ætate, utrobique scilicet ex versione Theodotionis. Sed eum falli ostendunt Maurini monachi tomo I Operum Origenis, pag. 14. Quorum sententia ex hoc etiam additamento, quod hic citatur a Didymo, et in Theodotionis versione desideratur, confirmari potest. Illud porro respexisse videtur Rufinus libro II *Apologiæ*, num. 35, ubi ironice sic loquitur: « Omnis qui putabat, quod puer Daniel » Spiritu sancto « fuerit » repletus, « et arguerit adulteros senes, erravit. » Sed apertius id respicit, imo affert Epiphanius in *Anchorato*, cap. 25, ubi hæc legimus: Ὅτι ἐπλήσθη Δανιὴλ Πνεύματος ἁγίου, καὶ εἶπε· Καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτῆς· καὶ ἐπέστρεψαν εἰς τὸ κριτήριον· καὶ ἔκρινε τοὺς πρεσβυτέρους, Πνεύματι ἁγίῳ ἐμφορούμενος. Quæ sic vertit Petavius: « Cum scriptum sit Danielem Spiritu sancto repletum exclamasse: Mundus ego sum a sanguine illius: et reversi sunt ad judicium: judicavitque seniores, impellente Spiritu sancto. » Ideo autem hæc postrema verba diverso charactere, iis scilicet typis, quos « rotundos » vocant, expressit vir ille doctissimus, quod cum hunc Didymi locum non vidisset, censuit ea ex Bibliis non afferri. Ex his porro Epiphanii verbis colligo primum, Didymi ætate in Bibliis re ipsa juxta aliquam versionem a versione Theodotionis diversam exstitisse hæc verba: « Et judicavit seniores Spiritu sancto repletus, » aut, ut vertere mavult Petavius, « Spiritu sancto impellente. » Deinde colligo, ubinam eadem hæc verba exstarent; nimirum legebantur cap. XIII Danielis, ac, ni fallor, versiculo 50 proxime subjungebantur.

(56) *Melota.* Erat μηλωτὴ vestis, aut stragula ex ovis pelle.

(57) *Sit Spiritus.* IV Reg. II, 9 et 10. Complutensis editio pro γενέσθω habet γενηθήτω δή. Et pro, ἐπ' ἐμοί. Ὁ δὲ εἶπεν, habet: ἐπ' ἐμέ· καὶ εἶπεν Ἠλίας. Et post vocem ἀναλαμβανόμενον addit ἀπὸ σοῦ. Francofurtensis alias habet varietates.

(58) *O pater.* IV Reg. II, 12. Biblia: αὐτοῦ pro ἐν αὐτῷ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

equitans in eo? » Cum itaque Jordanem melota Eliæ « percussit (59) » Elisæus, « et aqua non est divisa, » sicut sub Elia contigerat (60), orans ipse, ut ejus postulatio et data promissio impleretur, non ait amplius : « Ubi est Spiritus duplus? » sed : « Ubi est Deus Eliæ appho (61) duplus? » illud scilicet nobis revelans, Spiritum sanctum esse Deum, simulque docens, idem esse dicere Deum, ac dicere Spiritum sanctum, et vice versa. Vox vero ἀπφώ (62) fraterna est compellatio. Quid autem prophetavit Ezechiel quoque, cum, apertis ei cœlis, « vidit (63) visionem Dei, » et cherubimos? « Et cum starent (64), inquit, animalia, stabant rotæ, et cum ea extollerentur (65), extollebantur, quia Spiritus vitæ erat in rotis; » hoc est, insidens erat in cherubimis. Et paulo post ait : « Hoc animal (66) est, quod vidi subter Deum Israelis, et cognovi, quod cherubimi sunt. » Cum superius dixisset, « Spiritum esse supra cherubimos, » postea dixit, « subter Deum, » id est, subter Spiritum, esse cherubimos et animalia. Rursus itaque animadverte, sanctum Dei Spiritum et Deum, et Spiritum vitæ nuncupari et in cherubico æterno throno considere. Verum ad argumentum hocce confirmandum **241** Judicum (67) quoque testimonio uti opus est, eorumque non negligentium, sed qui hoc maxime præ aliis rebus omnibus recte judicarunt, oportere Spiritum Dei ut Dominum potentem et opitulatorem agnoscere et confiteri. Cum enim de eodem dixissent, quod simul cum Samsone ibat, in eumque « dirigebatur (68), » adeo ut majorem quam natura humana ferl, vim exsereret ostenderetque; non dixerunt postea, Spiritum, a quo robur omne Samson acceperat, ab illo recessisse, eamque ob causam Samsonem infirmum factum esse; sed Dominum ab eo recessisse dixerunt. Sic autem loquuntur : « Cœpit (69) Spiritus Domini simul ire cum Samsone; » et rursus : « Saliit (70) super eum

A « Ποῦ τὸ Πνεῦμα τὸ διπλοῦν; » ἀλλά· « Ποῦ ὁ Θεὸς Ἠλίου ἀπφὼ ὁ διπλοῦς; » ἐκκαλύπτων Θεὸν ὑπάρχειν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ διδάσκων ἅμα, ὡς ταυτόν ἐστιν εἰπεῖν Θεόν, ἢ Πνεῦμα ἅγιον, καὶ τὸ ἔμπαλιν. Τὸ δὲ ἀπφὼ προσφώνησίς ἐστιν ἀδελφική. Τί δὲ καὶ Ἰεζεκιὴλ προφητεύει, ὅτε, τῶν οὐρανῶν ἀνοιγέντων αὐτῷ, ἶδεν ὅρασιν Θεοῦ καὶ τὰ χερουβίμ; « Καὶ ἐν τῷ ἑστάναι, » φησὶν, « τὰ ζῶα, ἱστήκεισαν οἱ τροχοί· καὶ ἐν τῷ ἐξαιρεῖν αὐτὰ, ἐξῄροντο· ὅτι Πνεῦμα ζωῆς ἦν ἐν τοῖς τροχοῖς· » ἀντὶ τοῦ, ἐπικαθεζόμενον ἐπὶ τῶν χερουβίμ. Καὶ μικρὸν ὑποκαταβὰς λέγει· « Τοῦτο τὸ ζῶον, ὃ ἶδον ὑπὸ κάτω Θεοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἔγνων, ὅτι τὰ χερουβίμ ἐστιν. » Εἰρηκὼς ἀνωτέρω τὸ Πνεῦμα ἐπάνω εἶναι τῶν χερουβίμ, ὑποκαταβὰς εἶπεν, ὑποκάτω τοῦ Θεοῦ, τοῦτ' ἔστιν τοῦ Πνεύματος, εἶναι
B τὰ χερουβίμ καὶ ζῶα. Θέα τοίνυν καὶ αὖθις τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα, καὶ Θεὸν καὶ Πνεῦμα ζωῆς προσαγορευόμενον, καὶ ἐπὶ τοῦ χερουβικοῦ καθεζόμενον αἰωνίου θρόνου. Χρηστέον δ' εἰς τὸ κεφάλαιον τοῦτο [111 a] καὶ τοῖς κριταῖς οὐδὲ αὐτοῖς ἀμελήσασιν, ἀλλ' ὅτι μάλιστα παρὰ πάντα τοῦτο κεχρικόσιν καλῶς, τὸ ὁμολογῆσαι Κύριον δυνατὸν καὶ ἐπίκουρον τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Εἰπόντες γὰρ περὶ αὐτοῦ, ὅτι συνεπορεύετο μετὰ Σαμψὼν, καὶ κατεύθυνεν αὐτῷ, ὥστε μείζονα φύσεως ἀνθρωπίνης δύναμιν ἐνδείκνυσθαι αὐτὸν, οὐκ εἶπαν μετὰ ταῦτα τὸ ἐνδυναμοῦν αὐτὸν Πνεῦμα ἀνακεχωρηκέναι ἀπ' αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ἠσθενηκέναι, ἀλλὰ τὸν Κύριον. Ἔχουσι δὲ οὕτως· « Ἤρξατο Πνεῦμα Κυρίου συμπορεύεσθαι μετὰ Σαμψών· » καὶ πάλιν· « Ἦλατο ἐπ' αὐτὸν Πνεῦμα Κυρίου· » καὶ
C πάλιν· « Ἐξέκλινεν εἰς ἀμπελῶνα Θαμναθὰ, καὶ ἰδοὺ σκύμνος λέοντος εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ· καὶ κατεύθυνεν ἐπ' αὐτὸν Πνεῦμα Κυρίου, καὶ διέσπασεν αὐτὸν ὡς ἔριφον αἰγῶν· » καὶ πάλιν· « Ἠλάλαξαν, » φησὶν, « οἱ ἀλλόφυλοι, καὶ ἔδραμον εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ » (τοῦτ' ἔστιν Σαμψών)· « καὶ κατεύθυνεν ἐπ' αὐτὸν Πνεῦμα Κυρίου, καὶ ἐγένοντο τὰ καλώδια,

(59) *Percussit.* Ibidem vers. 14. Complutensis editio : Καὶ ἐπάταξε τὰ ὕδατα, καὶ οὐ διῃρέθη· καὶ εἶπεν Ἐλισσαέ· Ποῦ ἐστιν Θεὸς Ἠλίου ἀφώ; Francofurtensis vero : Καὶ ἐπάταξε τὸ ὕδωρ, καὶ οὐ διέστη· καὶ εἶπε· Ποῦ ὁ Θεὸς Ἠλιοῦ ἀπφώ;

(60) *Contigerat.* Ibid. vers. 8.

(61) *Appho.* E duabus vocibus אַף הוּא (*aph hu*), id est, « etiam ipse, » quas hic habet Hebræum exemplar, finxerunt LXX int. vocem ἀπφώ, sive, ut alii scribunt, ἀφώ, sive ἀφφώ. Vulgatus interpres binas illas Hebraicas voces vertit : « etiam nunc. » Didymus legit ἀπφώ· unde videtur ductum Jonathæ cognomentum, qui ab auctore libri primi Machabæorum, cap. II, 5, dicitur ἐπικαλούμενος Ἀπφοῦς, h. e. « cognominatus Apphûs. »

(62) *Vox vero* ἀπφώ. Alii aliter hanc vocem interpretati sunt. Hesychius ita eam accipit, ut significet πατρός, id est « patris. » Verum in exemplari Hebraico non legitur אַב הוּא (*abb hu*), id est « pater ipse, » sed אַף הוּא, ut dixi. Suidas vero sic illam explicat, ut valeat : Ἀποκρύφου ἢ τοῦ ἀποκρυβέντος, id est « absconditi. » At undenam hanc significationem eruit Suidas? Nunquid ex radice חבא, id est « latitavit? » Sed quis non videt nihil eam radicem huc pertinere? Probabiliora itaque affert Didymus, modo vox ut Græca spectetur. Pollux enim lib. III, cap. 8, segm. 74, apud novos comicos nomina ἀπφία et ἀπφάριον ait esse blandas novæ Dominæ compellationes. Ad quem Pollucis locum hæc adnotat Kuhnius : « Cæterum ἀπφία est blanda sororis fratrisque compellatio. » Novi hanc Pollucis interpretationem Henrico Stephano suspectam esse (ut ibidem animadvertit Jungermannus), quod Pollux ab Hesychio, Eustathio ac Suida hac in re dissentiat. Sed Polluci suffragatur
D Didymus hoc in loco.

(63) *Vidit.* Ezech. I, 1.

(64) *Et cum starent.* Græca quidem editio Ezech. I, 21, isthæc habet. Sed Didymus respicere videtur cap. X, vers. 17, ubi eadem fere leguntur.

(65) *Extollerentur.* Codex mendose ἐξαιρεῖν. Lege ἐξαίρειν.

(66) *Hoc animal.* Ezech. X, 20.

(67) *Judicum.* De auctore libri Judicum accipe quæ hic pluraliter de judicibus dicuntur.

(68) *Dirigebatur.* In Græco, κατεύθυνεν αὐτῷ, dativo casu : quod singulare videtur. At cum in libro Judicum XIV, 6 et 19, et XV, 14 Græca translatio habeat, κατεύθυνεν ἐπ' αὐτόν, Didymus pro ἐπ' αὐτόν dicit αὐτῷ. Valet autem : « Irruebat in eum. »

(69) *Cœpit.* Judic. XIII, 25.

(70) *Saliit.* Judic. XIV, 19. Græca editio habet κατεύθυνεν pro ἦλατο.

Digitized by Google Распознавание текста

τὰ ἐν τοῖς βραχίοσιν αὐτοῦ, ὡσεὶ στύππιον, ἡνίκα ἂν ὀσφρανθῇ πυρός. » Ὅτε δὲ λοιπὸν σὺν τῇ κόμῃ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἀπέθετο, καὶ ἀπώνατο εἰς ἔλεθρον ἑαυτοῦ τῆς ἀδουλίας, ἀλλόφυλον, οὐ δέον, γυναῖκα ὑπερφιλῶν τὴν Δαλιδά, « Ἐξηγέρθη, » φησὶν, « ἐκ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· Ἐξελεύσομαι, καὶ ἀποτινάξομαι, καὶ ποιήσω καθὼς ἀεί. Καὶ αὐτὸς οὐκ ἔγνω, ὅτι Κύριος ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ. » Τῆς γὰρ δυναστείας τοῦ Κυρίου τούτου πεῖραν ἔχων καὶ Μωϋσῆς, εἶπεν· « Πῶς διώξεται εἷς χιλίους, καὶ δύο μετακινήσουσιν μυριάδας, εἰ μὴ Κύριος παρέδωκεν αὐτοὺς, καὶ ὁ Θεὸς ἀπέδοτο αὐτούς; » Καὶ τὸν ὀφθέντα δὲ τῷ Ἡσαΐᾳ βασιλέα Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, [111 *b*) ἐν οἴκῳ δόξης πεπληρωμένῳ, καὶ ὑπὸ τῶν σεραφὶμ τῇ τρισαγίῳ φωνῇ καταγεραιρόμενον, ὁ μὲν προφήτης τὸν Πατέρα οἶδεν, ὁ δὲ Ἰωάννης τὸν Υἱόν· ὁ δὲ Παῦλος ἐν ταῖς Πράξεσιν, διὰ τὴν ταυτότητα τῆς θεότητος, τὸ πάνσοφον Πνεῦμα εἶναι ἐδήλωσεν τοιῶσδε· « Καλῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησεν πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγον· Πορεύθητι πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ εἰπὲ αὐτῷ· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, » καὶ τὰ ἑξῆς. Αἱρετικοὶ δὲ, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν διωδεύοντες, καὶ τὸν οἰκεῖον σκοπὸν καὶ λόγον ἄγοντες κατὰ τοῦ χάους, ἀποπηδῶσι καὶ πρὸς τὸ λόγιον τοῦτο, καὶ συνήθως ἀντιφάσκουσιν οὐκ εὐλόγως, καὶ πειρῶνται δυσσεβείᾳ δυσσέβειαν συνδεῖν καὶ συνάπτειν, φημὶ τοῖς προτέροις αὐτῶν ῥήμασιν τὰ δεύτερα καὶ τρίτα, λόγους προϊέμενοι, ὅτι οὐδὲν θαυμαστὸν καὶ θεότητος ἴδιον περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εὑρίσκεται ἐκ τοῦ Παῦλον φάναι· « Καλῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησεν πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγον· *Πορεύθητι πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ εἰπὲ αὐτῷ* » τάδε καὶ τάδε· διὰ τὸ πολλάκις, φησὶν, τὰ αὐτὰ, ποτὲ μὲν ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, ποτὲ δὲ ἐκ προσώπου τοῦ προφήτου, ἢ ἀγγέλου εἰρημένα φέρεσθαι· ὡς ἡνίκα, φησὶν, περὶ τοῦ χωρίου τούτου λέγει Ἰωάννης· « Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας, ὅτε ἶδεν τὴν δόξαν αὐτοῦ· » καὶ ὡς ὁ Σωτὴρ ἐν Ματθαίῳ ἔφη· « Καλῶς προεφήτευσεν Ἡσαΐας, λέγων· Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσίν με τιμᾷ, τῇ δὲ καρδίᾳ πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ· » καὶ ὡς ὁ Παῦλος ἐν ἄλλῳ κεφαλαίῳ ἔφη· « Καθὼς Δαυὶδ λέγει τὸν μακαρισμόν· Μακάριοι, ὧν ἀφέθησαν αἱ [112 *a*] ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι· » οὐκ εἶπεν δὲ, φησὶν· Καθὼς ὁ Θεὸς διὰ Δαυὶδ λέγει. Καὶ ἑτέρωθι· « Καὶ ἦλθεν ὁ Θεὸς πρὸς Βαλαὰμ νυκτὸς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Εἰ καλέσαι σε πάρεισιν οἱ ἄνθρωποι οὗτοι, ἀναστὰς ἀκολούθη-

A Spiritus Domini; » et rursus : « Declinavit (71) in vineam (72) Thamnatha; et ecce catulus leonis in occursum ejus : et direxit super eum Spiritus Domini, et dilaceravit eum ut hædum caprarum; » et rursus. « Vociferati (73) sunt, inquit, alienigenæ et cucurrerunt in occursum ejus (id est, Samsonis), et direxit super eum Spiritus Domini, et facti sunt funiculi, qui erant in brachiis ejus tanquam stuppa, quando olfecerit ignem. » Postmodum vero, quando simul cum coma robur amisit, atque alienigenam feminam Dalidam (74) vehementer ab eo, contra quam fas erat, dilectam, in suam ipsius perniciem atque insipientiæ pœnam, assecutus est, « Exsurrexit (75), » inquit Scriptura, « e somno suo, et dixit : Egrediar, et excutiam me, et faciam sicut semper : B et ipse non noverat quod Dominus recesserat ab eo. » Nam hujus Domini potentiam Moses quoque experientia compertam habens, ait : « Quomodo (76) persequetur unus mille, et duo dimovebunt decem millia, nisi Dominus tradidisset eos, et Deus vendidisset eos? » Quin illum etiam, qui ab Isaia visus est (77), « Regem, Dominum Sabaoth, in excelso throno et elevato sedentem, » in domo gloriæ plena, atque a seraphimis ter « Sanctus » clamantibus celebratum, propheta quidem **242** Patrem agnovit; Joannes (78) vero Filium; Paulus autem in Actis, ob identitatem deitatis, sapientissimum Spiritum esse declaravit his verbis : « Bene (79) Spiritus sanctus locutus est ad patres vestros per Isaiam prophetam dicens : Vade ad populum hunc, C et dic ei : Aure audietis, et non intelligetis, » et quæ sequuntur. At hæretici eam, quam initio elegerunt, viam tenentes, et proprias speculationes doctrinasque per medium veluti chaos promoventes, in hoc etiam oraculum insultant, ac temere, ut assolent, contradicunt, atque impietatem cum impietate, cum primis scilicet verbis secunda et tertia, colligare et nectere conantur, futiles hasce rationes proferendo. Nihil mirabile (inquiunt) aut deitatis proprium de Spiritu sancto a Paulo dictum deprehenditur in iis verbis : « Bene Spiritus sanctus locutus est ad patres vestros per Isaiam prophetam dicens : *Vade ad populum hunc, et dic ei* » hæc et hæc. Sæpius enim, inquiunt, contingit ut eadem modo ex persona Dei dicantur, modo vero ex persona prophetæ, aut angeli efferantur; ut cum de hoc oraculo Joannes ait : « Hæc dixit (80) Isaias, quando vidit gloriam ejus. » Et cum Salvator in Matthæo inquit : « Bene prophetavit (81) Isaias dicens (82) : Populus hic labiis me honorat, corde autem longe abest

(71) *Declinavit.* Judic. XIV, 5, 6.
(72) *In vineam.* Complut. ed. εἰς ἀμπελῶνας, id est « in vineas. » Et post vocem λέοντος in eadem additur ὀρυόμενος, id est « rugiens. »
(73) *Vociferati sunt.* Judic. XV, 14. Græca ed. εἰς συνάντησιν, pro εἰς ἀπάντησιν. Et ἐγένετο, pro ἐγένοντο. Et στυππίον, pro στύππιον.
(74) *Dalidam.* In Hebræo fonte, et in Complut. editione vocatur « Dalila. » In Francofurtensi vero editione, atque a Didymo « Dalida. » Pro ὑπὲρ φῶν, quod habet codex, lego ὑπερφιλῶν.
(75) *Exsurrexit.* Judic. XVI, 21.
(76) *Quomodo.* Deut. XXXII, 30.
(77) *Visus est.* Isa. VI, 1, 3, 5.
(78) *Joannes.* Cap. XII, 41. Vide, si libet, Hilarii librum V *De Trin.*, num. 32 et seqq.
(79) *Bene.* Act. XXVIII, 25. Vide not. 41, pag. 58.
(80) *Hæc dixit.* Joann. XII, 41.
(81) *Bene prophetavit.* Matth. XV, 7, 8. Evangelistæ textum abbreviat Didymus.
(82) *Dicens.* Isa. XXIX, 13.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ER

a me. » Et cum Paulus in alio capitulo ait : « Sicut David (83) tribuit beatitudinem : Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. » Non ait (inquiunt ipsi) : « Sicut Deus per David dicit. » Et alibi : « Et venit (84) Deus ad Balaam nocte, et dixit ei : Si vocare te veniunt homines hi, surgens sequere eos : sed verbum quodcunque loquar ad te, hoc facies ; » et post alia : « Dixit (85) (inquit Scriptura) angelus Dei ad Balaam : Vade una cum hominibus his : verumtamen verbum, quodcunque dixero tibi, hoc vide ut facias. » Non dixit ei (inquiunt) : Quod dixit tibi Deus ; sed : « Quodcunque dixero tibi. » Talia sunt, atque eatenus prava quæ illi proferunt. At ne sibimetipsis quasi victores blandiantur. Nos vero metuentes ne aliquibus ironia, hoc est, dissimulatione (86) revera sophistarum propria **243** uti videamur, ut ipsi faciunt, id maxime curemus, dum eos redarguimus, a prima fere syllaba, ut sic loquar, usque ad extremam, ut veritatem in ore semper habeamus. Itaque ut ad vos, qui in prophetico sermone, et in divinis, quæ commemorata sunt, oraculis versati estis, orationem convertam, nostis sane Isaiam jussu illius, qui in æterno throno sedet, ea prophetasse, quæ ab illo ad verbum dicere jussus est : nam qui prophetat, Dei propheta est, non sui ipsius. Per Isaiam igitur, aut ab Isaia (eodem enim recidit utrumque) potens vox illius, quem ipse conspexit, quemque Paulus Spiritum sanctum esse denuntiat, tunc annuntiata est, quando vidit quidem Isaias ipse gloriam illius ; sed propria potestate de ea locutus non est, quamvis alicubi scriptum sit : « Isaias dixit ; » non vero : Dixit Deus Pater, aut Filius, aut Spiritus ejus per Isaiam. Sed non errarunt apostoli, qui a pueritia (87) in Scripturis statim innutriti fuerant, quibusque novæ gratiæ prædicatio credita erat, quique ob illius Trinitatis, quæ in unitate exsistit, bonitatem, ea habuerunt, quæ nondum ullus alius habuerat ex hominibus. Quin Joannem quoque ita hæc intellexisse, ut a Filio Dei dicta forent, Paulum vero sic ea accepisse, ut dicta essent a Spiritu sancto, vel cæco, ut aiunt, perspicuum est. Etenim beatæ istæ hypostases præcipiunt, angelorum vero vel omnium natura obtemperat. Nimirum præsunt illæ, atque imperant regio modo ; et per propriam naturam ob identitatem deitatis cum Patre ex quo ipsæ processerunt, dominantur,

σον αὐτοῖς· ἀλλὰ τὸ ῥῆμα, ὃ ἂν λαλήσω πρὸς σε, τοῦτο ποιήσεις· » καὶ μεθ' ἕτερα· « Εἶπεν, » φησὶν, « ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ πρὸς Βαλαάμ· Συμπορεύθητι μετὰ τῶν ἀνθρώπων τούτων· πλὴν τὸ ῥῆμα, ὃ ἐὰν εἴπω πρὸς σὲ, τοῦτο φυλάξῃ ποιῆσαι· » καὶ οὐκ εἶπεν αὐτῷ, φησίν· Ὃ εἶπέν σοι ὁ Θεός· ἀλλ', « Ὃ ἐὰν εἴπω σοι. » Ἐν τοιούτοις κακοῖς τὰ κατ' ἐκείνους· καὶ μὴ ὡς κρατοῦντες σεμνυνέσθωσαν. Ἡμεῖς δὲ δείσαντες, μή τισιν δόξωμεν χρῆσθαι, ὡς ἐκεῖνοι, σοφιστοῦ τινος ὡς ἀληθῶς εἰρωνείᾳ, εὐθὺς ὡς ἐκ πρώτης σχεδὸν συλλαβῆς, οὕτω μέχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ τέλους, πλείστην τινὰ τῆς ἀληθείας πρόνοιαν ποιήσωμεν, διελέγχοντες αὐτούς. Ἴστε δὴ οὖν, οἱ συγγενόμενοι τῷ τε τῆς προφητείας λόγῳ, καὶ τοῖς μνημονευθεῖσιν θείοις γραφίοις, ὡς ὁ Ἡσαΐας κελευσθεὶς παρὰ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ αἰωνίου θρόνου, προεφήτευσεν, ἅπερ αὐτῷ ἐκεῖνος κατὰ λέξιν εἰπεῖν ἐνετείλατο· ὁ γὰρ προφητεύων Θεοῦ, οὐχὶ ἑαυτοῦ προφήτης ἐστίν. Ὥστε διὰ Ἡσαΐου, ἤτοι παρὰ Ἡσαΐου (ταυτὸν γάρ ἐστιν εἰπεῖν), ἡ τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ κραταιὰ φωνὴ, ὃν ὁ Παῦλος τὸ ἅγιον Πνεῦμα εἶναι κατήγγειλεν, ἀπηγγέλθη, ὅτε ἴδεν τὴν δόξαν αὐτοῦ· οὐ μέντοι κατ' ἐξουσίαν ἰδίαν ταύτην ἐφθέγξατο, κἂν που ἐλέχθη, ὅτι « Ἡσαΐας εἶπεν, » καὶ οὐχὶ ὁ Θεὸς Πατὴρ, ἢ ὁ Υἱὸς, ἢ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ διὰ Ἡσαΐου. Οὐδὲ μὴν ἐπλανήθησαν οἱ ἀπόστολοι, οἱ ἐκ παίδων εὐθὺς ταῖς Γραφαῖς ἐντεθραμμένοι, καὶ πιστευθέντες τῆς νέας χάριτος τὸ κήρυγμα, [112 *b*] οἱ ἔχοντες, διὰ τὴν ἀγαθότητα τῆς ἐν μονάδι Τριάδος, ἃ μήπω τις τῶν ἀνθρώπων καὶ ἕτερος. Ἀλλὰ καὶ Ἰωάννης δῆλός ἐστι, καθά φασι, καὶ τυφλῷ, ταῦτα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ νοήσας εἰρηκέναι· καὶ Παῦλος, τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Κελεύουσι γὰρ αἱ μακάριαι ὑποστάσεις αὗται, εἴκει δὲ ἡ ἀγγέλων καὶ πάντων φύσις. Ἡγεμονεύουσι γὰρ βασιλικῶς, καὶ κατάρχουσιν αὐτοφυῶς, διὰ τὴν ἀπαράλλακτον πρὸς τὸν ἐξ οὗ προῆλθον Πατέρα θεότητα, καὶ ἀνάγεται πάντα εἰς ἐκεῖνον. Ἔχεται οὖν ἓν τοῦτο· ἕτερον δὲ, ὅτι τίς ἂν ὀφθείη ἕτερος, ᾧτινι συμφωνότερον, ἢ προσφορώτερον ταῦτα, τὰ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ Πατρὸς προφητευθέντα, δόξειεν ἐπιγράφεσθαι ὡς εἰρηκότι; Ποίας δὲ κατακρίσεως οὐκ ἔστιν ἄξιος ὁ τὴν περὶ τοῦ κρείττονος ἀλήθειαν τολμῶν παραχαράττειν, καὶ παρευδοκιμεῖν ἐθέλων Ἰωάννην καὶ Παῦλον, τοὺς μήτ' ἀγνοήσαντας, μήτ' ἀποκρύψαντας, ἐναργῶς δὲ καὶ τρανῶς τὰ περὶ τούτου εἰς πάντας ἐξαγορεύσαντας; Καὶ πᾶσα δὲ Γραφὴ ἔχει τι νόημα περὶ τῆς τοῦ μεγαλωνύμου Πνεύματος

(83) *Sicut David.* Rom. IV, 6, 7. Post vocem μακαρισμόν nonnulla hic omittuntur.

(84) *Et venit.* Num. XXII, 20. Complut. editio : παρῆσαν pro πάρεισιν. Sed Francofurtensis habet ut Didymus.

(85) *Dixit.* Num. XXII, 35. Græca Biblia carent voce τούτων, et pro φυλάξῃ ποιῆσαι habent φυλάξῃ λαλῆσαι, id est « cavebis ne loquaris : » quo modo legendum videtur.

(86) *Dissimulatione.* Respicit Socraticam cuivis notissimam ironiam, quam sophistæ imitati sunt. « Socrates (inquit Cicero in quarto *Academicarum quæstionum*) de se ipse detrahens in disputatione, plus tribuebat iis quos volebat refellere. Itaque cum aliud diceret atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant. »

(87) *A pueritia.* Duodecim apostolos rudes plane atque ignaros tunc fuisse, cum a Christo vocati sunt, ac divina tantum scientia postea donatos affirmant sancti Patres, quorum verba vir celebris Joannes Lamius affert in libro *De eruditione apostolorum*, cap. 8 ac 15. His non adversatur, ni fallor, Didymus, dum eos « a pueritia in Scripturis innutritos » dicit : nihil enim aliud his verbis voluisse videtur, quam ipsos et Scripturarum lectioni in synagogis interfuisse, et religionis dogmata ab ineunte ætate edoctos esse : quorum unum illud erat, prophetas Deo afflante, ac divina auctoritate scripsisse.

Digitized by Google Распознавание текста

μονότητος, ἤτουν θεότητος, ἐξῃρημένον μὲν καὶ ἀσύντακτον παντελῶς τῶν ὅλων, συντεταγμένον δὲ καὶ σύμφωνον τῆς πρωτίστης, καὶ γενεσιουργοῦ, καὶ ἀτυγκρίτου φύσεως. Τί γὰρ οὐκ ἀεὶ τῶν ἀγαθῶν δι' αὐτοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ, ἔτι μὴν καὶ παρὰ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ εὐδοκίᾳ τοῦ Θεοῦ Πατρός; Ὅταν οὖν λέγῃ ὁ μὲν Ὑμνολόγος· « Τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ· » ὁ δὲ Παῦλος· « Εἰ Πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες· » ἐπιφέρῃ τε· « Εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; » εἰ γε μὴ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐβαπτίσθητε· [113 *a*] ὁ δὲ μονογενὴς Θεός· « Συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω. Ἐὰν γὰρ μὴ ἐγὼ ἀπέλθω, ἐκεῖνος οὐκ ἔρχεται, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται· » καὶ, « Ὑμεῖς δὲ λήψεσθε δύναμιν, τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπελθόντος ἐφ' ὑμᾶς· » καὶ ὁ Θεὸς Πατὴρ ἐν τῷ Ἀγγαίῳ· « Μεθ' ὑμῶν ἐγώ εἰμι, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ τὸ Πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν· » τί φήσομεν αὐτοὺς φάσκειν, ἢ ὅτι θεΐκὴν φύσιν καὶ μέθεξιν αὐτοῦ, καὶ ἁγιασμὸν, καὶ δημιουργικὴν δύναμιν, καθαίρουσαν ἡμῶν, καὶ οἷον ἀπολαμπρύνουσαν τὴν ζωὴν, καὶ ἐν πᾶσιν ἀρωγοῦσαν, παραδιδόντες ταῦτ' ἐξεφώνησαν; Ὅταν δὲ καὶ πάλιν λέγῃ ὁ Θεὸς Πατήρ· « Οὐαὶ, τέκνα! Βουλὴν ἐποιήσατε, οὐ δι' ἐμοῦ· καὶ συνθήκας, οὐ διὰ τοῦ Πνεύματός μου· » ἆρ' οὐκ ἀραρότως Ἀρειανῶν, καὶ Εὐνομιανῶν, καὶ Μακεδονιανῶν τὴν ἐπὶ τῇ αἱρέσει ἀθλιότητα καὶ ταλαιπωρίαν ἐπιμέμφεται; Πρὸς τούτοις φαίημεν ἄν, ὡς διὰ τοῦτο ἐγράφη· « Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας· » καὶ, « Καθὰ Δαυὶδ λέγει· » ἵν' ὁ θεῖος θεσμὸς φαίνηται, διὰ ποίου ἁγίου κεκήρυκται. Περὶ δὲ τοῦ κατὰ τὸν Βαλαὰμ ἀγγέλου τοσοῦτον ἐροῦμεν, ὡς οὐκ ἔχει τὰ κατ' αὐτὸν τῶν περὶ τοῦ θείου Πνεύματος, ἢ τοῦ Υἱοῦ παρὰ Παύλου καὶ Ἰωάννου κυρίως πεφασμένων ἐοικότα λόγον. Ὁ γὰρ ἄγγελος ἀποσταλεὶς, ἅπερ ὁ Θεὸς ὑπέσχετο ἐπὶ μέλλοντι χρόνῳ δηλώσειν τῷ Βαλαὰμ, διήγγειλεν οὐκ αὐτὸς δὲ εἶναι ἐνοήθη ὁ Θεὸς, καθὰ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐνοήθησαν εἶναι οἱ λελαληκότες τὰ ἐνταλθέντα τῷ Ἡσαΐᾳ παρὰ τοῦ καθεζομένου ἐπὶ τοῦ θείκοῦ θρόνου, καὶ ἐν φωτὶ ἀφάτῳ καὶ δόξῃ ἀνεικάστῳ ὑπάρχοντος. Κάνταῦθα τοίνυν, ὡς τὰ ἡμῶν μὲν φαῦλα, [113 *b*] τὰ δὲ αὐτῶν σεμνὰ, καὶ πλείονος σπουδῆς καὶ πίστεως ἄξια πειρῶνται δεικνύναι. Συμμιγίαν τινὰ καὶ συμφωνίαν τοῦ θείου πρὸς τὰ κτίσματα ἐργάζονται, καὶ συγκαταβάλλουσιν, ὡς οὐκ ἴσασι, ταῖς θείκαῖς ὑπολήψεσι τοῦ ἀεὶ ὡσαύτως

A et ad eum omnia referuntur. Ac prima quidem responsio est hæc (88). Altera vero est hujusmodi. Quisnam alius conspici ab Isaia potuit, cui convenientius aut utilius hæc, quæ ex persona Dei Patris a propheta scripta sunt, tribui videantur tanquam ei qui illa dixerit? Quali autem condemnatione dignum eum dicemus, qui veram de divinitate (89) doctrinam adulterare audet, ac **244** Joannem et Paulum infamare vult, qui eam sane neque ignorarunt, nec celarunt, sed omnibus e contrario manifeste et evidenter ea, quæ ad ipsum pertinent, prædicarunt? Verum Scriptura tota inclyti Spiritus unitatem, sive deitatem nobis indicat, dum de ipso sic loquitur, ut ab omnibus plane rebus eum segreget, ac secernat, atque in eodem ordine cum prima,
B et creatrice, et incomparabili natura collocet, eique concordem faciat. Quodnam enim bonum est, quod per ipsum semper, et ab ipso, sicut et ab unigenito Filio, cum complacentia Dei Patris, non exsistat? Cum ergo ait hymnologus quidem : « Spiritum (90) tuum sanctum ne auferas a me; » Paulus vero : « Si Spiritum (91) sanctum accepistis credentes? » subjungens : « In quo ergo baptizati estis? » si nempe in Spiritu sancto non estis baptizati; Unigenitus vero Deus : « Expedit (92) vobis, ut ego abeam : si enim ego non abiero, ille non venit, Spiritus » scilicet « veritatis, qui a Patre procedit; » et : « Vos vero (93) accipietis virtutem, Spiritu sancto superveniente in vos; » Et Deus Pater in Aggæo : « Vobiscum (94) ego sum, dicit Dominus omnipo-
C tens : et Spiritus meus stetit in medio vestrum. » Cum hæc, inquam, divini scriptores dicunt, quidnam aliud illos voluisse inquiemus, nisi, dum hæc tradiderunt, divinam Spiritus sancti naturam, ejusdemque Spiritus communicationem, et sanctificandi vim, et creatricem potentiam, quæ vitam nostram emundat (95), ac veluti illuminat, atque in omnibus opitulatur, celebrarunt? Cum vero rursus ait Deus Pater : « Væ, filii (96)! consilium fecistis, non per me, et conventiones, non per Spiritum meum, » nonne Arianorum, et Eunomianorum, et Macedonianorum miseriam atque infelicitatem, ob eorum hæresim, convenienter apteque redarguit? Ad hæc : ideo scriptum esse dicimus, « Hæc dixit Isaias, »
D et, « Sicut David dicit, » ut appareat, quis ille sanctus sit, per quem divinum oraculum prædicatum est. **245** Quod vero ad angelum spectat,

(88) *Est hæc.* Codex, ἔχεται οὖν ἓν τοῦτο. Legendum fortasse ἔχετε pro ἔχεται.

(89) *De divinitate.* In Græco, περὶ τοῦ κρείττονος. Simili modo a Clemente in quinto *Stromatum*, ab Athanasio tom 1, pag. 315, et ab aliis Deus vocatur ὁ Κρείττων.

(90) *Spiritum.* Psal. L, 12 (seu 13).

(91) *Si Spiritum.* Act. XIX, 2 et 3.

(92) *Expedit.* Joan. XVI, 7. Biblia pro ἐκεῖνος, id est ille, habent ὁ Παράκλητος, id est « Paracletus. » Verba vero illa : « Spiritus veritatis, qui, » etc., non habet Scriptura hoc in loco, sed alibi.

(93) *Vos vero.* Act. I, 8. Passioneiani codicis scriptor post vocem δύναμιν interpunctionis notam hic apposuit : itaque transtuli : « Spiritu sancto superveniente in vos; » non vero : « supervenientis Spiritus sancti in vos, » præsertim cum in Didymi libro *De Spiritu sancto* num. 6, ubi editi libri habent « supervenientis, » et cætera, codex ms. bibliothecæ nostræ S. Salvatoris Bononiæ habeat : « superveniente in vos Spiritu sancto. »

(94) *Vobiscum.* Agg. II, 5 et 6.

(95) *Emundat.* Codex, καθαίρουσιν. Lego καθαίρουσαν.

(96) *Væ, filii.* Isa. XXX, 1. Complut. editio : Οὐαὶ τεκνα ἀποστάται. Τάδε λέγει Κύριος· Καὶ ἐποιήσατε βουλὴν, οὐ δι' ἐμοῦ· καὶ συνθήκην, κ. τ. λ. Francofurtensis pro καὶ ἐποιήσατε habet tantum ἐποιήσατε· et pro συνθήκην habet συνθήκας, ut Didymus.

Digitized by Google Распознавание текста

qui Balaamum allocutus est, respondemus, quæ de illo dicuntur, iis similia non esse, quæ de divino Spiritu, aut de Filio a Paulo et Joanne proprie dicta sunt, sed esse diversæ rationis. Angelus enim ille, qui tunc missus fuit, ea nuntiavit Balaamo, quæ pollicitus erat Deus se venturo tempore manifestaturum : nusquam vero iudicat sacer textus, angelum illum esse ipsum Deum. Filius autem e contrario, ac Spiritus sanctus ii esse dicuntur a Scriptura, qui loquebantur quæ Isaiæ tunc mandavit ille, qui et in divino throno sedere dicitur, et in luce ineffabili est, atque in gloria incomparabili. Sed hic quoque ea quidem, quæ dicuntur a nobis, nullius esse pretii conantur ostendere : quæ vero aiunt ipsi, graviora esse, ac majorem cum animi attentionem tum fidem promereri. Commistionem scilicet quamdam consensionemque divinitatis cum creaturis comminiscuntur ; neque intelligunt, se una cum divinis Spiritus sancti, qui eodem semper modo se habet ad Deum Patrem, notis et characteribus notas etiam et characteres deprimere ipsius Dei Patris, et unigeniti ejus Filii ; atque Isaiam fortasse in cœlesti throno sedentem exhiberi subindicant, ac sibimetipsi præcipientem : « Vade ad populum hunc, et dic ei » quæ jussus est dicere. Nos vero illud plane miramur, quod jam vel ipsimet suarum opinationum absurditatem imbecillitatemque non sentiant, nec videant, quam risu digni sint, dum talia de Deo cogitant, ac ea quæ manifesta sunt, quasi ad dirimendum difficilia, pervertunt. Neque vero nos errare arbitramur, dum ita sentimus : nam iis, qui cum ipsis sentiunt, longanimis Deus ostendens nullum relinqui nec prætextum ad contradicendum, neque argumentum ad sese defendendos, per Ezechielem ait : « Si pater (97) ego sum, ubi est timor meus ? et, si Dominus ego sum, ubi est gloria mea ? » Sed hæc hactenus. Illuc autem redeat oratio, unde divertit. Videamus vero quid rursus dicat Paulus ad Philippenses (98) scribens : « Videte (99) concisionem : nos enim sumus circumcisio, qui Spiritui **246** Dei (1) servimus, et gloriamur in Christo

ἔχοντος πρὸς τὸν Θεὸν Πατέρα ἁγίου Πνεύματος, τάς τε αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ, καὶ ὑποδηλοῦσιν τὸν Ἡσαΐαν, τάχα ἐπὶ τοῦ οὐρανίου καθεσθέντα θρόνου, καὶ προστάξαντα ἑαυτῷ· « Πορεύθητι πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ εἰπὲ αὐτῷ, » ἅπερ προσετάχθη εἰπεῖν. Ἡμεῖς μὲν οὖν ἀντικρυς θαυμάζομεν, εἰ μὴ ἤδη καὶ αὐτοὶ τῆς ἀτοπίας καὶ ἀσθενείας τῶν οἰκείων δοξασμάτων αἰσθάνονται, καὶ ὡς γελοῖοί εἰσι, τοιαῦτα περὶ τοῦ Θεοῦ διανοούμενοι, καὶ τὰ σαφῆ ὡς δυσδιαίτητα διαστρέφοντες. Καὶ οἰόμεθα μὴ σφάλλεσθαι οὕτως ἔχοντες, ὅτι τοῖς κατ' αὐτοὺς ὁ μακρόθυμος Θεὸς παριστῶν, ὡς οὐχ ὑπολείπεται αὐτοῖς οὔτ' ἀντιλογίας ὑπόθεσις, οὔτ' ἀπολογίας ἀφορμή, διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ ἔφη· « Εἰ Πατὴρ ἐγώ εἰμι, ποῦ ἐστιν ὁ φόβος μου; Καὶ εἰ Κύριος ἐγώ εἰμι, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; » Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως· ἐφ' ὃ δὲ ἡμῖν ὁ λόγος ὥρμηται, μετιτέον. Ἴδωμεν δὲ, τί λέγει καὶ αὖθις ὁ Παῦλος, Φιλιππησίοις γράφων· « Βλέπετε τὴν κατατομήν· ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομή, οἱ Πνεύματι Θεοῦ λατρεύοντες, καὶ καυχώμενοι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. » Θεὸς οὖν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, πᾶσαν ἀναπεμπομένην θυσίαν σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ δεχόμενον· εὔδηλον γάρ, ὡς ἡ λατρεία τῷ Θεῷ μόνῳ ὀφείλεται. Ἀλλ' οἱ αἱρετικοὶ κόρακες βλέπετε πῶς τοῖς θείοις λυμήνασθαι ἐπεχείρησαν ῥητοῖς, δι' ἑνὸς στοιχείου ὑπαλλαγῆς· τινὲς γὰρ αὐτῶν ἐποίησαν, « Οἱ Πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες, » ἵνα μὴ δείκνυται ἡ [114 *a*] λατρεία τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐν πνεύματι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ μόνῳ προσαγομένη. Ὥσπερ καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους τοῦ Παύλου γεγραφότος· « Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν· ὁ ἐγείρας Χριστὸν Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ ὑμῶν σώματα, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν· » ἐκεῖνοι ἐναλλάξαντες ἐποίησαν· Διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ Πνεῦμα ἐν ὑμῖν· ἵνα μὴ ζωοποιὸν καὶ δημιουργὸν δείκνυται. Καὶ Ῥωμαίοις γράψαντος αὐτοῦ· « Ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης· » ἐκεῖνοι ἐποίησαν, θεότης· ἔστιν δὲ τὸ αὐτό· ἀλλ' ὅμως διὰ τὸ στενοῦσθαι τὰς περὶ τοῦ μεγαλωνύμου Πνεύματος

(97) *Si pater.* Non in Ezechiele hæc exstant, sed Malach. cap. I, vers. 6, ubi etiam inverso ordine leguntur in hunc modum : Εἰ Πατὴρ εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου ; καὶ εἰ Κύριός εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ὁ φόβος μου ; id est : « Si pater sum ego, ubi est gloria mea ? et si Dominus sum ego, ubi est timor meus ? » atque ita omnino legendum est cum Hebræo textu, cum Vulgata, allisque omnibus editionibus.

(98) *Ad Philippenses.* Codex, Φιλιππισίοις pro Φιλιππησίοις.

(99) *Videte.* Philipp. III, 2, 3.

(1) *Spiritui Dei.* Lectionum varietatem habent in hoc Pauli loco vetera exemplaria cum Græca, tum Latina. Nam primo Græcæ editiones complures, ut Aldina anni 1518, Francofurtensis, et aliæ pro Πνεύματι Θεοῦ habent Πνεύματι Θεῷ, ut sensus sit : « Qui spiritu Deo (vel, Qui Spiritui Deo) servimus. » Secundo Complutensis editio Græca ex vetustissimis membranis expressa, codex membraneus Græcus bibliothecæ nostræ S. Salvatoris Bononiæ Evangelia ac Pauli Epistolas continens, et sæculo XII scriptus, tres item codices in margine Francofurtensis editionis citati habent Πνεύματι Θεοῦ· imo. « omnes, aut pene omnes Græci » codices Augustini ætate hanc habebant lectionem, ut testatur ipsemet. Tertio Latinus nostræ bibliothecæ codex sæculo XI exaratus, et Pauli Epistolas cum glossis continens, habet : « Qui Spiritu Dei servimus : » quo modo locus hic legitur etiam in Lyrani Bibliis editionis Venetæ anni 1485. Quarto Latinus alius nostræ bibliothecæ codex membraneus sæculo circiter XIII scriptus habet : « Qui Spiritui Deo, » etc. Demum Vulgata editio habet : « Qui spiritu servimus Deo. » Ex his omnibus lectionibus secundam amplectitur Didymus cum hic, tum segm. 134 *b*. At primam secutus videbitur in libro *De Spiritu sancto*, num. 57, si edita exemplaria consulas : sic enim habent : « In hanc congruit voluntatem et illud : « Nos sumus circumcisio, qui spiritu Domino servientes sumus... » Qui enim non littera carnem concidunt, sed cor spiritu circumcidunt..., hi

Digitized by Google Распознавание текста

ἀπολείξεις, τὰς διὰ τοῦ εἰρῆσθαι αὐτὸ Πνεῦμα θεῖον, δηλούσας αὐτὸ Θεόν. Καὶ τοῦ προφήτου Ἀμὼς ἐκ προσώπου τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰρηκότος· « Ἰδοὺ ἐγὼ στερεῶν βροντήν· » περιεῖλον τὸ « ἐγώ· » ἵνα μὴ δείκνυται τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡ φωνὴ, ἀλλὰ γὰρ τοῦ Πατρὸς, ἢ τοῦ προφήτου. Οὐκ ἔστιν δὲ τέως τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ, διὰ τὸ ἔχειν εὐθέως· « Ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ· » καὶ μὴ εἰπεῖν· Τὸν Χριστόν μου, ὡς ἐν ψαλμῷ λέγει· « Ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου. » Καὶ ἐν πολλοῖς δὲ φαίνονται παρατρώσαντες ἐξεπίτηδες κἀντεῦθεν, τὴν ἀκριβῆ διάγνωσιν τῶν νοθευθέντων τόπων, τό γε ἐπ' αὐτοῖς, ἀφανίσαντες. Καὶ τοῦτο οὕτω ἦν δεινὸν, καίπερ ὂν σφόδρα δεινὸν, εἰ μὴ οὕτω παρ' ἐκείνων παραποιηθεῖσαι βίβλοι ἦλθον καὶ εἰς ὀρθῶς πιστεύοντας, ἀμαντεύτως ἔχοντας τῆς τοιαύτης ῥᾳδιουργίας.

Jesu. » Deus ergo est Spiritus sanctus, sacrificium (2) omne, quod a nobis oblatum fuerit, una cum Patre et Filio excipiens. Nam servitutem proprie dictam, seu *latreiam*, soli Deo deberi manifestum est. Sed videte quomodo hæretici corvi divina verba corrumpere (3) conati sunt per unius litteræ mutationem : quidam enim ipsorum fecerunt (4) : « Qui spiritu Deo servimus ; » ne servitus scilicet, seu latreia, Spiritui Dei oblata indicetur, sed in spiritu soli Deo et Patri. Ita etiam in Epistola ad Corinthios cum Paulus scripserit : « Si autem (5) Spiritus **247** ejus, qui suscitavit Jesum Christum ex mortuis, habitat in vobis ; is qui suscitavit Christum Jesum ex mortuis, vivificabit etiam mortalia vestra corpora per inhabitantem ejus Spiritum in vobis : » illi immutarunt, ac fecerunt : « propter inhabitantem ejus Spiritum in vobis : » ne videlicet Spiritus vivificans et Creator denotetur. Et cum Romanis idem scripserit, « Sempiternaque (6) ejus virtus ac divinitas, » illi fecerunt, « deitas. » Est autem unum et idem : attamen sic illi immutarunt, ut testimoniorum, quæ de inclyto Spiritu dicta sunt, vis imminuatur (7), eorum scilicet, quæ

vere spiritu circumcisi sunt. » Verum in codice nostro ms. sæpius a me citato legitur : « In hanc congruit voluntatem et illud : Nos sumus circumcisio, qui Spiritu Dei servientes, et non in carne confidentes. Qui enim, » et reliqua. Deinde animadvertendum est, non raro Didymum in diversis unius ejusdemque operis locis unum ac idem Scripturæ testimonium diversis modis legere, aut interpretari : cujus rei plura exempla in hisce ipsis libris *De Trinitate* videre licet. Nihil itaque esset, cur miraremur, si in libro quidem *De Spiritu sancto* unam lectionem secutus esset, in hisce vero libris non paucos post annos compositis, re maturius considerata, eam ipsam lectionem reprehendisset, ac aliam secutus foret.

(2) *Sacrificium*. Hinc colligitur, idem interdum esse Didymo θυσίαν ac λατρείαν, utroque scilicet vocabulo « sacrificium » ab eo designari. Vide not. 31, pag. 67.

(3) *Corrumpere*. Codex, λοιμήνασθαι. Lego λυμήνασθαι.

(4) *Fecerunt*. Mirabitur fortasse quis, eam lectionem, quam pleræque saltem Vulgatæ translationis editiones habent, suggillari a Didymo, quasi confictam ab hæreticis. At licebat Didymi ætate id sentire hac de re, quod magis arrideret. Ambrosius sane atque Augustinus id ipsum, quod hic a Didymo dictatum, et ab Ambrosio fortasse lectum fuerat, suffragio suo postea comprobarunt : uterque enim et Spiritus sancti divinitatem ex hoc Pauli loco demonstravit, et lectionem illam, πνεύματι Θεῷ, id est « spiritu Deo, » ut fictitiam explosit. Ambrosius quidem in libro II *De Spiritu sancto*, cap. 3, hæc scripsit : « Et quoniam creatorem Spiritum noverat (Paulus), docet eidem serviendum : « Videte canes videte, malos operarios, videte concisionem : nos enim sumus circumcisio, qui Spiritui Dei servimus. » Quod si quis de Latinorum codicum varietate contendit, quorum aliquos perfidi falsaverunt, Græcos inspiciat codices, et advertat quia ibi scriptum est : Οἱ Πνεύματι Θεοῦ λατρεύοντες, quod interpretatur Latinus : « Qui Spiritui Dei servimus. » Ergo cum serviendum dicat Spiritui idem Apostolus, qui non creaturæ, sed Creatori asserit serviendum ; evidenter utique et ipse sanctum ostendit Spiritum creatorem. . . » Post Ambrosium vero Augustinus in libro quidem II *ad Bonifacium*, cap. 7, num. 22, hanc lectionum varietatem commemorat, quin ullam ex illis rejiciat. « Nam ex quo loco (inquit) suscepit hæc dicere, sic exorsus est : « Videte canes. . . Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Deo servimus ; » vel, sicut nonnulli codices habent, « qui Spiritui Deo, » vel, « Spiritui Dei servimus, et gloriamur in Christo « Jesu, et non in carne fidentes. » Verum cap. 7 libri I *De Trinitate* aliquot ante annos hæc scripserat num. 13 : « Similiter et de Spiritu sancto collecta sunt testimonia, quibus ante nos, qui hæc disputaverunt abundantius, usi sunt, (an Didymum quoque hic respicit Augustinus ?) quia et ipse Deus, et non creatura. . . Maxime vero illo loco satis claret, quod Spiritus sanctus non sit creatura, ubi jubemur non servire creaturæ, sed Creatori : non eo modo, quo jubemur per charitatem servire invicem, quod est Græce δουλεύειν, sed eo modo, quo tantum Deo servitur, quod est Græce λατρεύειν. . . Porro si tali servitute creaturæ servire prohibemur. . . . , non est utique creatura Spiritus sanctus, cui ab omnibus sanctis talis servitus exhibetur, dicente Apostolo : « Nos enim sumus circumcisio, Spiritui Dei servientes, » quod est in Græco λατρεύοντες. Plures enim codices etiam Latini sic habent : « Qui Spiritui Dei servimus : » Græci autem omnes, aut pene omnes. In nonnullis autem exemplaribus Latinis invenimus non, « Spiritui Dei servimus, » sed, « spiritu Deo servimus. » Sed qui in hoc errant, et auctoritati graviori cedere detrectant, nunquid et illud varium in codicibus reperiunt : « Nescitis quia corpora vestra, » et cætera.

(5) *Si autem*. Rom. VIII, 11. Vide notas 55 et 56, pag. 130.

(6) *Sempiternaque*. Rom. I, 20.

(7) *Imminuatur*. Hæc, ni fallor, Didymi mens est : Catholici Spiritum sanctum Deum esse probant ex iis Scripturæ locis, in quibus ipse appellatur « Spiritus divinus. » (Vide segm. 56 *a* et *b*.) Nam eodem modo « divinum » Paulus vocat etiam Deum Patrem, dum ejus « divinitatem » nominat Rom. I, 20 ; loquitur enim ibi de Deo Patre. Hæretici itaque ut istam Catholicorum rationem infirmarent, in hoc Pauli loco vocem θειότης, id est « divinitas, » expunxerunt, ac pro ea scripserunt legerunt que θεότης, id est « deitas. » Ipse tamen Didymus, aut certe librarius, pag. 75 legit θεότης. Illud mihi præterea in mentem venit, Didymum fortasse in Pauli verbis « virtutis » nomine Filium, qui in I ad Cor. I, 24, dicitur « virtus » Patris ; « divinitatis » autem vocabulo « divinum » Spiritum intelligere.

Digitized by Google Распознавание текста

illum Deum esse demonstrant ex eo quod in Scripturis vocetur « divinus Spiritus. » Et cum ex persona Spiritus sancti Amos (8) propheta dixerit, « Ecce ego (9) firmans tonitruum, » amputarunt ipsi vocem, « Ego (10); » ne Spiritus sancti verba esse videantur, sed Patris, aut prophetæ. At loquens ibi non inducitur Pater ac Deus; quia statim subjungitur : « Annuntians in hominibus Christum ejus; » non vero dicitur, « Christum meum ; » sicut in psalmo legitur : « Paravi (11) lucernam Christo meo. » In multis autem eos de industria peccasse vel hinc apparet, atque accuratam germanamque adulteratorum locorum interpretationem, quantum quidem in ipsis erat, corrupisse. Atque hoc nondum grave foret, etsi gravissimum sit, nisi libri ita ab illis adulterati in manus etiam orthodoxorum venissent, qui hujusmodi fraudem detegere ac divinare non poterant.

248 CAP. XII.

Spiritum sanctum baptismate nos renovare, et tanquam Dominum liberare, et divinæ gloriæ participes facere, et filios, et hæredes Patris, et reliqua. Et baptismum inutilem esse iis qui non credunt Spiritum esse Deum. Et aliam esse solis gloriam, aliam lunæ, aliam astrorum.

Sed hactenus dicta sufficiant, ne longior sit digressio. Revertamur autem ad munificam magnorumque donorum largitricem Spiritus sancti deitatem. Renovat igitur nos in baptismo Spiritus sanctus ut Deus, una cum Patre et Filio, nosque ex deformi statu ad pristinam pulchritudinem reducit, ac sua implet gratia, adeo ut nullam amplius rem, quæ expetenda non sit, capere possimus : et liberat a peccato atque a morte : et ex terrenis, id est, ex « terra et cinere, » (12), spiritales facit, et participes divinæ gloriæ, et filios et hæredes Dei ac Patris, et conformes imaginis Filii, et cohæredes ejus, et fratres, una cum eo glorificandos, simulque cum ipso regnaturos : et pro terra rursus donat (13) cœlum, et paradisum liberaliter largitur : et angelis jam honoratiores facit : et divinis pisci-

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Περὶ τοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἀνακαινίζειν ἡμᾶς τῷ βαπτίσματι· καὶ ὡς Δεσπότην ἐλευθεροῦν· καὶ ποιεῖν μετόχους θείας δόξης, καὶ υἱοὺς καὶ κληρονόμους τοῦ Πατρός· καὶ τὰ λοιπά. Καὶ περὶ τοῦ ἀνόητον εἶναι τὸ βάπτισμα τοῖς μὴ πιστεύουσιν ὅτι [114 *b*] *Θεὸς τὸ Πνεῦμα· καὶ ὅτι ἄλλη ἡλίου δόξα, καὶ ἄλλη σελήνης, καὶ ἄλλη ἀστέρων.*

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον ἀπόχρη, ἵνα μὴ πολὺ ὁ λόγος ἐν ἐκτροπῇ γένηται. Ἐπανίωμεν δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν μεγαλόδωρον τοῦ ἁγίου Πνεύματος θεότητα. Ἀνακαινίζει τοίνυν ἡμᾶς τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐν τῷ βαπτίσματι, ὡς Θεὸς, σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀκαλλοῦς εἰς τὸ πρεσβύτερον ἀνάγει κάλλος, καὶ τῆς ἑαυτοῦ πίμπλησιν χάριτος, ὡς μηδὲν ἔτι τῶν ἀνεράστων δύνασθαι χωρεῖν· καὶ ἐλευθεροῖ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου· καὶ ἀπὸ χοϊκῶν, ὃ ἐστιν ἀπὸ γῆς καὶ σποδοῦ, ποιεῖ πνευματικοὺς, καὶ μετόχους θείας δόξης, καὶ υἱοὺς καὶ κληρονόμους τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, συμμόρφους τε τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ, καὶ συγκληρονόμους αὐτοῦ, καὶ ἀδελφοὺς συνδοξασθησομένους καὶ συμβασιλεύσοντας αὐτῷ· καὶ ἀντὶ γῆς πάλιν δωρεῖται τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν παράδεισον ἀφθόνως χαρίζεται· καὶ ἀγγέλων ἤδη ποιεῖ τιμιωτέρους·

(8) *Amos.* Codex, Ἀμώς, cum spiritu aspero.

(9) *Ecce ego.* Amos IV, 13. Vide caput 31 libri III. Complutensis editio habet : Κύριος εἰ, στερεῶν βροντήν, id est « Dominus es firmans tonitruum. » Francofurtensis vero editio habet, ut legerunt Didymus cum hoc in loco, tum libro *De Spiritu sancto*, num. 14, 59, atque Ambrosius lib. II *De Spiritu sancto*, cap. 6.

(10) *Ego.* Vocem hanc, *Ego*, omittit ipse Didymus segm. 207 *a*, nec eam habet Hebræum exemplar, in quo legitur הִנֵּה יֹצֵר הָרִים, id est « Ecce formans montes, » ut legitur etiam in Vulgata translatione. Auctor quoque Dialogi tertii de Trinitate, apud Athanasium, Macedonianis similia exprobrat pag. 235 tomi II antiquæ editionis.

(11) *Paravi.* Psal. CXXXI, 18 (seu 17).

(12) *Et cinere.* Ex Gen. XVIII, 27.

(13) *Rursus donat.* Origeniana videri potest hæc locutio : Origenismi tamen ob ipsam Didymum non accusaverim. Sæpe enim apud vetustos Patres talia occurrunt. Clemens quidem in *Protreptico* (tom. I, pag. 4) sic loquitur : Ἡμᾶς... αὖθις εἰς οὐρανοὺς ἀναχαλεῖται τοὺς εἰς γῆν ἐρριμμένους, id est, « nos... humi abjectos ad cœlum revocat » Christus Dominus. Et pag. 25 : Ἵν' ἤδη ποτὲ τῆς πλάνης λήξητε, αὖθις δὲ παλινδρομήσητε εἰς οὐρανούς, id est : « Ut ab his erroribus tandem aliquando desistatis, et in cœlum revertamini. » Atque in libello, qui inscribitur, « Quis dives salvetur, » ait : « Ut cum novissima tuba... hinc emigrandi velut e stadio, ex mortali hac vita, signum dederit..., certaminum præsidi victor præsentetur, cœlesti palam dignus patria, εἰς ἣν... ἐπανέρχεται, » id est « in quam... revertitur. » Simili ratione Basilius, in libro *De Spiritu sancto* (cap. 15, num. 35) de baptismo loquens, ait : « Aqua mortis exhibet imaginem, corpus velut in sepulcro recipiens : Spiritus vero vim vivificam immittit, a morte peccati renovans animas nostras » εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς ζωήν, id est « in pristinam vitam, » sive, ad verbum, « in vitam, quam initio vivebamus. » Et num. 36 : Διὰ Πνεύματος ἁγίου, ἡ εἰς παράδεισον ἀποκατάστασις· ἡ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν ἄνοδος· ἡ εἰς υἱοθεσίαν ἐπάνοδος, id est : « Per Spiritum sanctum datur in paradisum restitutio, ad regnum cœlorum ascensus, in adoptionem filiorum reditus. » Qui vero in Patrum lectione versantur, iis alia hujusmodi facile occurrent loca, in quibus nobis per baptismum « reddi, » aut « rursus donari » affirmant sancti Patres vel cœlum, vel Dei imaginem, aut similitudinem, vel pristinam vitam, vel pristinam gratiam, vel Spiritum sanctum, etc. Hæc omnia « rursus » nobis « dari » dicuntur ratione habita justitiæ originalis, ac status innocentiæ, ex quo cum per Adami peccatum excidimus, jus omne ad cœlorum regnum amisimus, idque per baptismum rursus acquirimus. Atque hoc sensu accipiendæ sunt affines aliæ locutiones, quas theologus noster habet segm. 84 *a*, 123 *a*, 127 *b*, 204 *b* et alibi. Huc accedit, quod quæcunque in hujus capitis proœmio de baptismate magnifice prædicat Didymus, ad ea Bibliorum loca referuntur, quæ mox affert ; itaque locutio isthæc, « pro terra rursus donat cœlum, » refertur ad illud Pauli : « conresuscitavit, et consedere fecit in cœlestibus; » quod citatur segm. 118 *a*.

Digitized by Google Распознавание текста

καὶ τοῖς θείοις τῆς κολυμβήθρας ῥείθροις τὴν τοσαύτην τῆς γεέννης ἄσβεστον κατασβέννυσι φλόγα. Διτταὶ γὰρ γίνονται κυήσεις ἀνθρώποις, ἡ μὲν ἐκ σώματος ἡμετέρου, ἡ δὲ ἐκ τοῦ θείου Πνεύματος. Περὶ δὲ τούτων οἰκείως ἔγραψαν δογματικοὶ ἄνδρες· παραγράψω δ' ἑκάστου τό τε ὄνομα καὶ αὐτὸ τὸ διήγημα. Ἰωάννης· « Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ· οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. » Ὅσοι, φησὶν, ἐπίστευσαν εἰς τὸν Χριστὸν, ἐδέξαντο ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῦτ' ἔστιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ συγγένειαν κτήσασθαι πρὸς τὸν Θεὸν, [115 a] ἧς οὐκ ἠξιώθησαν ἄγγελοι. Δηλῶν γὰρ, ὅτι ὁ γεννῶν Θεὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμά ἐστιν, ἐπήγαγεν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω σοι· ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς σάρξ ἐστιν· καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος Πνεῦμά ἐστιν. Μὴ θαυμάσῃς, ὅτι εἶπόν σοι· Δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνωθεν. Τὸ Πνεῦμα, ὅπου θέλει πνεῖ· καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις· ἀλλ' οὐκ οἶδας, πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει. Οὕτως ἐστὶν πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Πνεύματος. » Τῷ εἰπεῖν· « Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· » καὶ, « Δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνωθεν· » ἐσήμανεν, ὡς, κἂν εἰς τὸ ὀνο-

A næ (14) fluentis tantam gehennæ inexstinguibilem (15) **249** flammam (16) exstinguit. Duæ sunt enim hominibus conceptiones, altera ex nostris corporibus, altera ex divino Spiritu. De utraque apte scripserunt dogmatici viri. Ego vero uniuscujusque et nomen ascribam, et doctrinam ipsam. Joannes : « Quotquot (17) autem acceperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomen ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt (18). » Quotquot, inquit, in Christum crediderunt, potestatem acceperunt ut filii Dei efficerentur, id est, Spiritus sancti, utque congeneres fierent Dei ; quo honore dignati non sunt angeli. Ut enim ostenderet, quod generans ille Deus B Spiritus sanctus est, subjunxit ex persona Christi : « Amen (19) amen dico tibi : nisi quis genitus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei ; quod genitum est ex carne, caro est ; et quod genitum est ex Spiritu, Spiritus est (20). Non mireris, quia dixi tibi : Oportet vos nasci denuo (aut, « desuper »). Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, sed nescis unde venit, et quo vadit. Sic est omnis qui natus est ex Spiritu. » Cum ait : « Nisi quis genitus fuerit ex aqua, et Spiritu, non potest introire in regnum Dei ; » et : « Oportet vos generari denuo (seu « de cœlo »). » **250** significavit, quod, etsi in nomen Patris et Filii crediderint, ac

(14) *Piscinæ*. Vide not. 82, pag. 156.

(15) *Inexstinguibilem*. Accusatur Origenes, quod reproborum in inferno pœnas æternas fore negaverit. Vide not. 8, pag. 131. Origenianum vero hac in re Didymum non esse apparet etiam ex hoc loco. Nec enim ferendus esset catholicus theologus, qui locutione illa, τῆς γεέννης ἄσβεστον φλόγα, significari vellet « gehennæ flammam » non « inexstinguibilem, » sed « inexstinctam. » Hac enim ipsa voce, ἄσβεστος, ad declarandam suppliciorum æternitatem usus est Christus apud Marcum, c. IX, 44, 45, unde ea locutio desumpta est : ibi enim legitur : Εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται, id est, ut recte vertit Vulg. interpres, « in gehennam ignis inexstinguibilis, ubi vermis eorum non moritur, et ignis non exstinguitur. » Quæ postrema verba ex ultimo Isaiæ versiculo deprompta sunt, ubi pro οὐ σβέννυται, id est « non exstinguitur, » Græca editio eodem sensu habet : οὐ σβεσθήσεται, id est « non exstinguetur. » Ex his autem Evangelii atque Isaiæ locis sempiternas fore damnatorum pœnas probant, ut alios omittam, Ambrosius lib. II *De fide*, cap. 13, et Augustinus, qui in libro *contra Priscillianistas et Origenistas* ad Orosium, num. 7, « Qualiscunque (ait) pœna significata sit nomine vermis atque ignis, certe si non morietur nec exstinguetur, sine fine prædicta est, nec aliud agebat propheta, cum hoc diceret, nisi ut eam sine fine prædiceret. »

(16) *Flammam*. Hieronymus lib. III, cap. 5, commentariorum *in Epistolam ad Ephesios*, in quibus plura se ex Didymi commentariolis mutuatum fatetur, « Sunt plerique (ait) qui dicunt, non futura pro peccatis esse supplicia, nec extrinsecus adhibenda tormenta, sed... conscientiam delicti esse pro pœna, dum... in animo ignis accenditur. » Origenem autem et Origenianos respicit, ut colligo ex lib. II in *Rufinum*, num. 7, pag. 496. At Didymus C noster ista etiam in re ab eis dissensit hoc in loco, atque in commentariis *in Psalmos*, ad vers. 8 psalmi XVII, ubi de improbis resipiscere nolentibus ait (pag. 328 catenæ Corderianæ) : Καταφλέξει τὸ πῦρ αὐτοὺς τὸ αἰώνιον, id est, « Comburet illos ignis æternus. » Ac, ne quis reponere queat, « flammæ, » aut « ignis » nomen proprie ab eo non sumi, ipsemet ignem illum vocat « elementum a terra diversum. » Hæc enim dictavit ad psal. CIII, 35, pag. 92 : Ἁμαρτωλοὶ καὶ ἄνομοι τότε ἐκλείψουσιν, οὐχ ἁπλῶς ἀπὸ τοῦ παντὸς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς γῆς, ὡς μηκέτι ὑπάρχειν αὐτοὺς ἐν τῇ γῇ, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ παρὰ τὴν γῆν στοιχείῳ· παραδοθήσονται γὰρ πάντως που τῷ αἰωνίῳ πυρί· id est, « Peccatores et iniqui tunc deficient non simpliciter de universo, sed de terra, ita ut non amplius in terra versentur, sed in alio elemento a terra diverso. Tradentur enim omnino æterno igni. »

(17) *Quotquot*. Joan. I, 12 et 13.

(18) *Nati sunt*. Codex, ἐγενήθησαν. Lego ἐγεννήD θησαν. Vide, si placet, quæ de hac lectione perdocte scripsit Hieronymus de Prato in Observationibus in Sulpicium Severum, tom. II, pag. 505 et seqq.

(19) *Amen*. Joan. III, 5-8.

(20) *Spiritus est*. Ambrosius lib. III *De Sp. sancto*, cap. 10, sextum hunc versiculum sic legit : « Quod natum est ex carne, caro est ; quia de carne natum est : et quod natum est de Spiritu, Spiritus est ; quia Deus Spiritus est. » Tum Arianos objurgat, quod verba illa, « Quia Deus Spiritus est, » e sacris codicibus eraserint, ne « Dei » nomen Spiritui sancto tribui appareret. « Atque utinam (inquit) de vestris, et non etiam de Ecclesiæ codicibus auferretis. » At cum Didymus hæc dictaret, fraus aut detecta nondum erat, aut saltem Alexandrinis ignota. Imo verba illa, « Quia Deus Spiritus est, » nunquam in ulla omnino Bibliorum editione huc restituta sunt.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ФР

baptizati fuerint, nisi tamen æqualiter et similiter in ipsam deitatem Spiritus sancti crediderint, et in ejus nomen baptizati fuerint, regnum cœlorum consequi non possunt, utpote qui baptismatis perfectionem non habent, et frustra tres immersiones susceperunt, eo quod post baptisma, doxologiam (21) (id est, glorificationis hymnum) immutando, æqualitatem Trinitatis sustulerunt, et proprias confessiones (22) transgressi sunt ; sed cum suas ipsorum confessiones violarint, audiunt a sanctis quidem ea quæ a Propheta in LXXX psalmo dicta sunt : « Inimici (23) Domini mentiti sunt ei ; » a Filio autem, ut legitur cum in XVII psalmo : « Filii (24) alieni mentiti sunt mihi ; » tum in C : « Facientes (25) prævaricationes odi ; non adhæsit mihi cor pravum ; » a Spiritu sancto autem, ut Romanis (26) scriptum est : « Filios genui, et exaltavi, ipsi vero me prævaricati sunt (27). » Ac Spiritui etiam Dei dicitur in LXV psalmo : « In multitudine (28) virtutis tuæ mentientur te (seu « tibi ») inimici tui. » Præterea in allato Evangelii loco ait Christus, « Oportet generari ex aqua ; » quia ablutio sordium (29) corporis, quæ fit in baptismo, indicat, eos qui baptizantur, iterum creari a Spiritu sancto. Visibiliter enim visibile nostrum corpus piscina parit (30) ministrantibus sacerdotibus (31) ; spiritaliter **251** autem corpus simul et animam, ministrantibus angelis, Spiritus Dei, qui omnibus intelligentiis invisibilis est, baptizat ipse in semetipsum, et re-

μα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ πιστεύσωσιν καὶ βαπτισθῶσιν, καὶ μὴ ἴσως καὶ ὁμοίως εἰς τὴν αὐτὴν θεότητα τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἅτε μὴ ἔχοντες τὸ τέλειον, καὶ μάτην τὰς τρεῖς καταδύσεις δεξάμενοι, ἐν τῷ ἐναλλάττειν μετὰ τὸ βάπτισμα τῇ δοξολογίᾳ τὴν ἰσοτιμίαν τῆς Τριάδος, καὶ παραβαίνειν τὰς ἰδίας ὁμολογίας, βασιλείας οὐρανῶν ἀξιωθῆναι οὐ δύνανται· ἀλλ' ὡς ὁμόλογοι παραδόται ἀκούουσιν, παρὰ μὲν τῶν ἁγίων, τὰ προφητευθέντα ἐν π' ψαλμῷ· « Οἱ ἐχθροὶ Κυρίου ἐψεύσαντο αὐτῷ· » παρὰ δὲ τοῦ Υἱοῦ, ὡς ἔχει ἐν μὲν ιζ' ψαλμῷ· « Υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι· » ἐν δὲ ρ'· « Ποιοῦντας παραβάσεις ἐμίσησα· οὐκ ἐκολλήθη μοι καρδία σκαμβή· » παρὰ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς Ῥωμαίοις ἐγράφη· « Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· » ἀκούει δὲ λοιπὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐν ξε' ψαλμῷ· « Ἐν τῷ πλήθει τῆς δυνάμεώς σου ψεύσονταί σε οἱ ἐχθροί [115 *b*] σου. » Εἶπεν δέ· « Δεῖ γεννηθῆναι ἐξ ὕδατος· » ἐπειδὴ τὸ ἀποπλύνει ἐν τῷ βαπτίσματι τὸν ῥύπον τοῦ σώματος γνώρισμά ἐστιν τῶν ἀνακτιζομένων ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ὁρατῶς μὲν γὰρ τὸ ὁρατὸν ἡμῶν σῶμα, ἱερέων διακονουμένων ἡ κολυμβήθρα τίκτει· νοητῶς δὲ, σῶμα ὁμοῦ καὶ ψυχὴν, ἀγγέλων ὑπηρετουμένων, τὸ πάσαις νοήσεσιν ἀόρατον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ βαπτίζει εἰς ἑαυτὸ καὶ ἀναγεννᾷ. Καὶ γὰρ καὶ Βαπτιστὴς ἱστορικῶς, καὶ ἑπομένως τῷ, « Ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, » εἶπεν περὶ τοῦ Χριστοῦ· « Ἐκεῖνος ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. » Ὀστράκινον γὰρ ὂν τὸ

(21) *Doxologiam.* Quosdam in Anglia heterodoxos eo nuperrime jam venisse, ut « glorificationis » verba ex Liturgia delere niterentur, quod a S. Damaso papa primum invecta fuisse putarent, didici ex libro qui inscribitur : « Gentleman's Magazine vol. XXXIII, for the year 1763. » Ibi enim pag. 535 hæc leguntur : « the Doxology in our Liturgy should be omitted, because it was first introduced by a decree of Pope Damasus. » At glorificationis hymnum Damasi pontificatu multo antiquiorem esse apparet non modo ex theologi nostri verbis, quæ et hic, et pag. 98 et 105, et segm. 198 *b*, seu 199 *a*, ipse dictavit, verum etiam ex aliis Patribus Didymo vetustioribus. Quod si in libro *De Spir. sancto* nullam ejus hymni Didymus mentionem facit, id ex eo fit, quod ibi hæreticos refellere voluerit argumentis e Scriptura tantum ductis, ut apparet ex toto libro, ac præsertim ex numero primo ac postremo.

(22) *Confessiones.* Seu fidei professiones.

(23) *Inimici.* Psal. LXXX, 13 (seu 16).

(24) *Filii.* Psal. XVII, 49 (seu 46).

(25) *Facientes.* Psal. C, 4 et 5 (seu 3 et 4).

(26) *Romanis.* Verba illa, « Filios genui, » et cætera, non exstant in Epistola ad Romanos, sed in Isaia cap. I, vers. 2, ubi Græca Biblia sic habent ut legit Didymus. Cum itaque verisimile non sit, memoriam hic theologum nostrum fefellisse, suspicor potius aliquid a librario omissum esse, testimonium nempe ex Epistola ad Romanos desumptum : ut proinde locus in hunc vel affinem modum supplendus sit : Ὡς Ῥωμαίοις ἐγράφη· διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν. Καὶ μεθ' ἕτερα· Οἵτινες μετήλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει. Καὶ παρὰ Ἡσαΐᾳ· Υἱοὺς ἐγέννησα, κ. τ. λ., id est, « Sicut Romanis scriptum est (cap. I, vers. 21) : « Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt. » Et post alia (ibid. vers. 25; sed vide notam 68, pag. 9) : « Qui commutaverunt gloriam Dei in mendacio (aut, « in mendacium »). » Et apud Isaiam : « Filios genui, » etc.

(27) *Prævaricati sunt.* Vel, « spreverunt me. » Prior tamen interpretatio Didymi scopo accommodatior. Vide not. 92, pag. 231.

(28) *In multitudine.* Psal. LXV, vers. 2 (seu 3).

(29) *Sordium.* Græce, τὸν ῥύπον, ex Isa. IV, 4.

(30) *Parit.* Hac ipsa translatione utitur Didymi æqualis Pacianus in sermone de baptismo : ait enim, « partu fontis, manibus sacerdotis obstetricis vice fungentis, Christianum effundi, fide tamen in omnibus pronuba. » Affinia habent S. Zeno, aliique.

(31) *Ministrantibus sacerdotibus.* Simili fere modo loquitur segm. 118 *b*. Plures autem, dum conferebatur baptismus, ministrasse « sacerdotes, » indicat Ambrosius quoque in libro *De mysteriis ;* nam cap. 2, num. 6, baptizatos alloquens, « Vidisti, inquit, illic levitam, vidisti sacerdotem (*editio Romana habet*, sacerdotes), vidisti summum sacerdotem. » Et cap. V, num. 27 : « Crede ergo adesse Dominum Jesum invocatum precibus sacerdotum. » Itaque Rufinus in *Apologia* I de semetipso sic loquitur : « Ego... per gratiam baptismi regeneratus, signaculum fidei consecutus sum per sanctos viros Chromatium, Jovinum et Eusebium..., quorum alter, tunc presbyter beatæ memoriæ Valeriani (episcopi Aquileiensis), alter archidiaconus, alius diaconus, simulque pater mihi, et doctor symboli ac fidei fuit. » Sed clarius hoc exponitur in 7 ex iis canonibus, qui dicuntur a synodo Romanorum ad Gallos episcopos missi, Siricio, ut videtur, pontifice : ibi enim hæc leginus apud Constantium, pag. 392 : « Paschæ tempore presbyter et diaconus... in fontem quoque ipsi descendunt : illi in officio sunt ; sed illius (nempe episcopi) nomini facti summa conceditur. »

Digitized by Google Распознавание текста

ἀνθρώπειον σκεῦος, δεῖται πρότερον τοῦ ἀπὸ ὕδατος καθαρσίου, εἶτα καὶ τοῦ στερέμνιον αὐτὸ ἀποτελοῦντος νοητοῦ πυρὸς (ὁ γὰρ Θεὸς πῦρ καταναλίσκον), καὶ οὕτω τοῦ ἀπαρτίζοντος καὶ ἀνακαινίζοντος ἁγίου Πνεύματος· ὁπότε οἶδεν τό τε πῦρ τὸ πνευματικὸν καὶ ἀρδεύειν, τό τε ὕδωρ καὶ ἀναχωνεύειν. Ἀπόδειξις δὲ τούτου, ὁ Παῦλος γράφων Κορινθίοις τὸ δεύτερον· « Ἔχοντες δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν. » Τῷ δέ γε εἰπεῖν· « Τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς σάρξ ἐστιν· καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος Πνεῦμά ἐστιν· » ἐδίδαξεν ἐν ἐπιτόμῳ, ὡς ὁ ἄνθρωπος, ὁ βαπτίσματος μὴ τυχὼν, σαρκικός ἐστιν, τοῦτ' ἔστιν ἀμέτοχος φωτὸς ἐπουρανίου (σαφὲς γὰρ, ὡς ἡ σὰρξ ἐν ὅσῳ ζῇ μετὰ τῆς ἰδίας ψυχῆς νοεῖται)· ὁ δὲ βαπτισθεὶς πνευματικός ἐστιν, ἀντὶ τοῦ, μέτοχος ζωῆς ἀθανάτου. Τῷ δὲ εἰπεῖν· « Τὸ Πνεῦμα, ὅπου θέλει πνεῖ· » τὸ αὐτεξούσιον καὶ παντοδύναμον αὐτοῦ ἐκφαίνει. Τῷ δὲ εἰπεῖν· « Καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις· ἀλλ' [116 *a*] οὐκ οἶδας, πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει· » δηλοῖ ὡς οὐ Νικοδήμῳ τὸ τηνικαῦτα διελέγετο μόνῳ, ἀλλὰ καὶ Ἀρείῳ, Εὐνομίῳ τε καὶ Μακεδονίῳ προενεκάλει, τοῖς τὴν φωνὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ τῶν Γραφῶν ἀκούουσιν, καὶ οὐκ εἰδόσιν, ὡς ἔρχεται, ἀνάρχως ἐκπορευθὲν παρὰ τοῦ Πατρὸς, τὸ πανταχοῦ ἀεὶ παρὸν, καὶ ὑπάγει πρὸς αὐτὸν, ὡς Πνεῦμα αὐτοῦ ἀχώριστον ὑπάρχον τῇ θεότητι· ἀῤῥήτως γὰρ προῆλθεν ἐξ αὐτοῦ φύσει, καὶ ἐπέστραπται πρὸς αὐτόν· καὶ πρόοδον μὲν τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἔχει, ὡς ἂν ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευόμενον· μόνην δὲ τὴν εἰς τὸν Πατέρα, ὡς ἂν ἓν καὶ ταυτὸν ὑπάρχων· ἐπιστρέφει δὲ πρὸς τὸν γεννήσαντα προελθὸν, ὡς ἂν μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ὂν οὐσίας, καὶ τῆς πατρικῆς ἕξω γενέσθαι συνυπάρξεως μὴ δυνάμενον. Τῷ δὲ εἰπεῖν· « Οὕτως ἐστὶν πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Πνεύματος· » διδάσκει, ὡς τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ πνευματικὸν γεννᾷ, καὶ λέγεται πνευματικὸς ἐκ τῆς ἕξεως, καθὰ ὁ ἐξ ἀνθρώπου τεχθεὶς καλεῖται ἄνθρωπος. Ἐπιφωνεῖ γοῦν τῷ τοιούτῳ ὁ Μελῳδός· « Ἀνακαινισθήσεται ὡς ἀετοῦ ἡ νεότης σου· » καὶ, « Μακάριοι, ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. » Καὶ Παῦλος δὲ συνιστῶν, ὅτι

A generat. Nam Baptista quoque historice et consentanee (32) cum hac locutione, « Ex aqua et Spiritu, » ait de Christo : « Ille (33) vos baptizabit in Spiritu sancto, et igne. » Cum enim fictile sit vas (34) humanum, ideo primum indiget, ut per aquam purificetur, deinde ut per spiritalem ignem roboretur, ac perficiatur (35) (est enim Deus « ignis consumens » [36]) : atque ita Spiritu sancto indiget, a quo perfectum fiat et renovetur : novit enim spiritalis iguis etiam irrigare, novit spiritalis aqua etiam reconflare. Id porro demonstrat Paulus, cum in secunda ad Corinthios scribit : « Habentes (37) autem thesaurum hunc in vasis fictilibus. » Cum vero ait Christus, « Quod genitum est ex carne, caro est, et quod genitum est ex Spiritu, Spiritus
B est, » breviter docuit, eum hominem, qui baptismum non sit consecutus, carnalem esse, id est, cœlestis lucis participem non exsistere (nam perspicuum est, carnem, quatenus (38) vivit cum propria anima, hic ab eo accipi) : qui autem baptizatus fuit, spiritalem esse, hoc est participem vitæ immortalis. Ubi vero inquit, « Spiritus ubi vult spirat, » ostendit hunc propria potestate præditum esse, atque omnipotentem. Inquiens autem, « Et vocem ejus audis, sed nescis unde venit, et quo vadit, » indicat se non solum Nicodemum ibi alloqui, sed et Arium, et Eunomium, et Macedonium anticipate incusare, qui Spiritus sancti vocem per Scripturas audiunt, ac nesciunt, quod ipse ubique semper præ-
C sens venit, sine initio procedens a Patre, et vadit ad eum, utpote Spiritus ipsius, et deitate ab eo inseparabilis exsistens : ineffabiliter enim processit natura (39) ex ipso, **252** et reversus est ad eum : et progressum quidem ex Patre habet, utpote ex ipso procedens ; solam (40) autem progressionem in Patrem habet, utpote qui unum et idem cum ipso est : revertitur autem ad Genitorem (41) in procedendo, utpote qui et est unius ejusdemque cum illo essentiæ, neque esse potest extra Patris coexsistentiam. Dicendo autem, « Sic est omnis, qui genitus est ex Spiritu, » docet a Spiritu Dei spi-

(32) *Consentanee.* Cod. ἐπόμενος. Lego ἑπομένως.

(33) *Ille.* Matth. III, 11. Biblia : αὐτός pro ἐκεῖνος.

(34) *Fictile... vas.* Locutio biblica ex II Cor. IV, 7. Mœris in voce κεραμεοῦν, atque Hesychius habent ὀστρακινόν pro ὀστράκινον. At in Bibliis ea vox ita semper scribitur, ut a librario nostro hoc in loco.

(35) *Roboretur ac perficiatur.* Sacramentum confirmationis indicat a baptismo distinctum. In Græco autem est : « robustum perficiatur. » Quo modo in libro *De Spir. sancto*, num. 6, ait idem Didymus : « sancta perficitur. »

(36) *Ignis consumens.* Deut. IV, 24, et IX, 3.

(37) *Habentes.* II Cor. IV, 7. In Bibliis legitur ἔχομεν, id est, « habemus, » pro ἔχοντες.

(38) *Quatenus.* Vel, « quandiu. » Codex mendose, ἐνόσω pro ἐν ὅσῳ. Simili modo Didymus ad cap. XV, vers. 29, Jobi (pag. 295 catenæ *in Jobum* a Niceta concinnatæ) : Τὰ γὰρ δένδρα, ἐν ὅσῳ μὲν ἵσταται, καὶ σκιὰν ποιεῖ· ἀποτμηθέντα δὲ, οὐκέτι· id est, « arbores enim quandiu stant, umbram faciunt ; excisæ vero, nequaquam. »

(39) *Natura.* Seu, « vere. » Vide not. 64, pag. 212.

(40) *Solam*, etc. Ne inferat hinc schismaticus aliquis, Spiritum sanctum, Didymi sententia, ex Patre tantummodo procedere, quod ei tribuat « solam progressionem in Patrem : » nam ratio illa, quam subjungit, « utpote qui unum et idem cum ipso est, » hujusmodi sensum excludit, cum de Filio quoque eam valere certum sit. Ideo ergo theologus noster « solam progressionem in Patrem » Spiritui sancto tribuit, ut ejus « creationem » inficietur. »

(41) *Ad genitorem.* In Græco, πρὸς τὸν γεννήσαντα, id est « ad eum qui genuit, » vel, « ad generantem. » Miror autem Didymum hac locutione uti tam impropria. Sed, nisi mendum aliquod subsit, ea sic procul dubio accipienda est, ut nihil aliud valeat, quam πρὸς τὸν Πατέρα, id est, « ad Patrem. »

Digitized by Google Распознавание текста

ritalem (42) generari, et spiritalem dici hominem ex habitu; sicut qui natus est ex homine, vocatur homo. Acclamat itaque hujusmodi homini spirituali Melodus inquiens : « Renovabitur (43) ut aquilæ juventus tua; » et : « Beati (44) quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. » At Paulus quoque Spiritum et illuminatos (seu baptizatos) regenerare, et Dei denominationem ex natura habere confirmat, dum scribit ad Titum quidem, sicut superius (45) dictum est : « Regenerans nos per lavacrum regenerationis, et renovationis Spiritus sancti. » Ad Romanos vero : « Si autem (46) Spiritu opera corporis (47) mortificatis, vivetis : quicunque enim Spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt : non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis in filios, in quo clamamus : Abba (Pater). Ipse (48) Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei : si autem filii, etiam hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. » Ad Timotheum vero in secunda Epistola : « Non enim (49) dedit nobis Deus Spiritum servitutis (50), sed potentiæ, et charitatis, et emendationis. » Quod enim **253** de Spiritu sancto loquatur, ex eo etiam patet quod dicat : « Non enim accepistis Spiritum servitutis iterum in timore; sed accepistis Spiritum adoptionis in filios : » cum enim jam spiritum nostrum omnino haberemus, accepimus etiam Spiritum Dei. Manifestum vero hoc etiam ex eo est, quod subjunxerit, ipsum Spiritum testimonium reddere spiritui nostro. Sed vide quomodo præter exspectationem Spiritum sanctum Dominum esse annuntiat : nam qui non est servus, est liber; et qui liberat, Dominus est; nemo enim præbet alteri quod ipse non habet; et qui ad adoptionem (51) in filios, et ad hæreditatem ducit, Deus est, communionem essentiæ et dominationis cum illo habens, cujus adoptione et hæreditate dignos facit. Hæredes autem dicit, Christum quidem, utpote natura Filium; nos vero, utpote ipsius benignitate, hæreditatis dignos factos; cohæredes autem Christi, propter ineffabilem ejus incarnationem. Clamat vero in nobis pro nobis : Abba, id est, Pater; quia nos neque genuini filii sumus, ut ipse est genuinus Spiritus, nec præterea sine aliquo metu eam vocem proferre audemus :

Quis enim coram magno Deo venire,
Aut ullum verbum dicere (52) *queat, cum natura*
[mortalis sit?

τούς τε φωτιζομένους τὸ Πνεῦμα ἀναγεννᾷ, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ προσηγορίαν φύσει κέκτηται, ἔγραψεν, πρὸς μὲν Τίτον, καθὼς ἀνωτέρω ἐλέχθη· « Ἀναγεννήσας ἡμᾶς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαινίσεως Πνεύματος ἁγίου· » πρὸς δὲ Ῥωμαίους· « Εἰ δὲ Πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε· ὅσοι γὰρ Πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοι υἱοὶ Θεοῦ εἰσιν. Οὐ γὰρ ἐλάβετε Πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον· ἀλλ' ἐλάβετε Πνεῦμα [116 *b*] υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν· Ἀββὰ ὁ Πατήρ. Αὐτὸ τὸ Πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ· εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι, κληρονόμοι μὲν Θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ· » πρὸς δὲ Τιμόθεον ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἐπιστολῇ· « Οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς Πνεῦμα δουλείας, ἀλλὰ δυνάμεως, καὶ ἀγάπης, καὶ σωφρονισμοῦ. » Ὅτι γὰρ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διαλέγεται, εὔδηλον καὶ ἐκ τοῦ εἰπεῖν· « Οὐ γὰρ ἐλάβετε Πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε Πνεῦμα υἱοθεσίας. » Ἔχοντες γὰρ ἤδη πάντως τὸ ἡμέτερον, ἐλάβομεν καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ. Σαφὲς δὲ τοῦτο καὶ ἀπὸ τοῦ ἐπαγαγεῖν, ὡς « Αὐτὸ τὸ Πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν. » Ὅρα οὖν, πῶς παραδόξως Δεσπότην ἀπαγγέλλει τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ὁ γὰρ μὴ ὢν δοῦλος ἐλεύθερός ἐστιν· καὶ ὁ ἐλευθερῶν δεσπότης καθέστηκεν· οὐδεὶς γάρ, ὃ αὐτὸς οὐκ ἔχει, ἄλλῳ παρέχει. Καὶ ὁ εἰς υἱοθεσίαν καὶ κληρονομίαν ἄγων Θεός ἐστιν, κοινωνίαν οὐσίας καὶ δεσποτείας ἔχων πρὸς ἐκεῖνον, οὕτινος τῆς υἱοθεσίας καὶ κληρονομίας ἀξιοῖ. Κληρονόμον δὲ γράφει, Χριστὸν μὲν, ὡς φύσει Υἱόν· ἡμᾶς δὲ, ὡς ἀγαθότητι αὐτοῦ τῆς κληρονομίας ἀξιουμένους· συγκληρονόμους δὲ Χριστοῦ, διὰ τὴν ἀνέκλεκτον ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ. Κράζει δὲ ἐν ἡμῖν ἀντὶ ἡμῶν· « Ἀββά· » ὅ ἐστιν Πατήρ· ἐπειδήπερ ἡμεῖς οὔτε γνήσιοι υἱοὶ, ὡς αὐτὸ γνήσιον Πνεῦμα, καὶ ἄλλως ἀπαρρησίαστοι πρὸς τοιαύτην φωνήν

Τίς γάρ κεν μεγάλοιο Θεοῦ κατ' ἀπείρονα δῶμα
Ἔλθοι· ἢ εἴποι τι ἔπος θνητὸς ἐὼν γενεήν;

(42) *Spiritalem*. Simili modo in libro *De Spir. S.*, num. 5 : « Sic et is (inquit), qui Spiritus sancti particeps efficitur, per communionem ejus fit spiritualis pariter, et sanctus. » Vide notas ad segm. 127 *b*.

(43) *Renovabitur*. Psal. CII, 5.

(44) *Beati*. Psal. XXXI, 1.

(45) *Superius*. Segm. 69 *b* et 52 *a*. Vide not. 77, pag. 156. Cod. habet, Τίτον, cum accentu circumflexo.

(46) *Si autem*. Rom. VIII, 13-17.

(47) *Opera corporis*. Vulgata translatio eodem sensu : « facta carnis. » Quam lectionem habent etiam in theologi nostri libro *De Spir. S.*, num. 39, edita exemplaria. At codex noster ms. ibi sic habet : « Si autem Spiritu opera carnis vivificaveritis, vivetis : quicunque enim Spiritu Dei ducuntur, hi filii Dei sunt. » Ubi pro, « vivificaveritis, » legendum videtur, « mortificaveritis, » etsi ejus codicis exscriptor num. etiam 42 ejusdem libri rursus scripserit, « vivificaveritis; » cum ibi sic exaraverit : « Si quis autem transcenderit vitam carnis, et Spiritu opera ejus vivificaverit, vivet beata æternaque vita... « Quod si Spiritu opera carnis vivificaveritis, vivetis. » Sed melius, ut opinor, edita exemplaria : quæ lector consulet, si libuerit.

(48) *Ipse*. Vulg. int. habet : « Ipse enim. » Didymus vero in lib. *De Spir. sancto*, num. 55, vocem illam, « enim, » omittit. At eam habet ibidem num. 39, nisi a librariis addita fuit ex Latinis Bibliis.

(49) *Non enim*. II Tim. I, 7

(50) *Servitutis*. Biblia : δειλίας, id est « timoris, » pro δουλείας. Vide segm. 55 *b*.

(51) *Qui ad adoptionem*. In libro quoque *De Sp. S.*, num. 41 et 42, similia dictavit Didymus.

(52) *Verbum dicere*. Vide Homer. *Iliad.* lib. XX, 250.

Digitized by Google Распознавание текста

Πρὸς δὲ Γαλάτας περὶ τῶν βαπτισθέντων [117 *a*] φησίν· « Οὐκ ἔτι εἶ δοῦλος, ἀλλὰ υἱός· εἰ δὲ υἱός, καὶ κληρονόμος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ. » Κορινθίοις δὲ τὰ ἴσα ἐπιστέλλει· « Ἀλλὰ ἀπελούσασθε, ἀλλ' ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. » Ἄθρει οὖν καὶ ἐκ τῶν ῥητῶν τούτων, ὡς ἡ ἀπολύτρωσις, καὶ ὁ ἁγιασμὸς, καὶ ἡ δικαίωσις οὐκ ἄνευ τοῦ ὀνόματος τοῦ θείκοῦ Πνεύματος παρέχεται. Καὶ πάλιν ἐν ταῖς Πράξεσιν ἠρώτησεν, φησὶν, τινὰς μαθητὰς, εἰπών· « Εἰ Πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; » Τῶν δὲ ἀποκριναμένων, « Ἀλλ' οὐδὲ εἰ Πνεῦμα ἁγιόν ἐστιν, ἠκούσαμεν· » ἔφη· « Εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; » ὡς οὐδὲν ὄφελος ἐσχηκότων ἀπὸ τοῦ μὴ καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐξ ἴσου πιστεῦσαι καὶ βαπτισθῆναι, ὡς ἐπίστευσαν εἰς τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν. Καὶ ἔτι ἀπαγγέλλουσιν αἱ Πράξεις ἀνωφελὲς τὸ βάπτισμα, δίχα τῆς τοῦ θείκοῦ Πνεύματος ἐπιφοιτήσεως, καὶ τοῦ ἁγιασμοῦ αὐτοῦ, ἐν συλλαβαῖς τοιαύταις· « Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις ἀπόστολοι, ὅτι δέδεκται ἡ Σαμάρεια τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀπέστειλαν πρὸς αὐτοὺς Πέτρον καὶ Ἰωάννην· οἵτινες καταβάντες προσηύξαντο περὶ αὐτῶν, ὅπως ἂν λάβωσιν Πνεῦμα ἅγιον. Οὐδέ πω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκὸς, μόνον δὲ βεβαπτισμένοι ὑπῆρχον εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Τότε ἐπετίθεσαν τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐλάμβανον Πνεῦμα ἅγιον. » Τὸ γὰρ ἔχειν· « Μόνον δὲ βεβαπτισμένοι ὑπῆρχον εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, » καὶ τὸ μετέπειτα λαμβάνειν τὸ Πνεῦμα, δηλοῖ, ὡς μόνον οὐχὶ ἔλειπεν αὐτοῖς ἡ περὶ τοῦ Πνεύματος θεογνωσία· [117 *b*] ἀλλ' ὅτι καὶ σὺν τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πνεύματι συμπάρεστιν, καὶ συμμνημονεύεται, καὶ συνεργετεῖ ὁ Πατὴρ καὶ Θεὸς, κἂν ποτε ἰδικῶς μὴ ὀνομασθῇ· ἢ ὡς δ' αὖ πάλιν, κἂν σιωπηθείη τῷ λόγῳ, καὶ μὴ τῇ πίστει, ὁ Υἱὸς, ἢ τὸ Πνεῦμα, συμπάρεστιν, καὶ συμμνημονεύεται, καὶ συνσώζει ἅμα τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Καὶ πάλιν· « Καὶ συναυλιζομένοις παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι· ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου· Ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ βαπτισθήσεσθε, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας· » καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ Πέτρου περὶ τῶν ἐν Καισαρείᾳ βαπτισθέντων· « Ἐν δὲ τῷ ἄρξασθαί με λαλεῖν, ἐπέπεσεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτοὺς, ὥσπερ καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ· ἐμνήσθην δὲ τοῦ ῥήματος τοῦ Κυρίου, ὡς ἔλεγεν· Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » Οἱ οὖν ἐν ψιλῷ ὀνόματι τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ οὐχ ὡς ἐν ὀνόματι Θεοῦ καὶ Πνεύματος Θεοῦ, φύσει ὄντος Πνεύματος αὐτοῦ, βαπτι-

A In Epistola vero ad Galatas de iis qui baptizati sunt inquit : « Non jam (53) es servus, sed filius : si autem filius, etiam hæres Dei per Christum; » et Corinthiis affinia scribit : « Sed abluti (54) estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri. » Observa porro, illud ex his etiam verbis colligi, redemptionem, et sanctificationem, et justificationem non sine nomine divini Spiritus præberi. Et rursus in Actis interrogavit, inquit, quosdam discipulos : « Si Spiritum (55) sanctum accepistis credentes? » Cum vero illi respondissent, « Sed neque si Spiritus sanctus est, audivimus, » dixit : « In quo ergo baptizati estis? » quia scilicet nihil ipsis proderat, nisi etiam in Spiritum sanctum ex

B æquo crederent, et baptizarentur, sicut crediderant in Patrem et Filium. Præterea inutile esse baptisma sine divini Spiritus adventu ac sanctificatione, annuntiant Acta his verbis : « Cum autem (56) **254** audissent apostoli, qui erant Jerosolymis, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et Joannem, qui descendentes oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum : nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant (57) manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum. » Ex illis enim verbis, « Sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu, » atque ex eo quod postea acceperint Spiritum, apparet, non modo ipsis defuisse cognitionem, qua Deum Spiritum cognoscerent, sed etiam

C cum Filio et Spiritu simul adesse, et simul commemorari, et simul beneficia largiri Patrem ac Deum, etsi aliquando is peculiariter non fuerit nominatus : aut vice versa, etsi taceatur verbis, non fide Filius, aut Spiritus, simul cum Deo et Patre adesse utramque personam, et simul commemorari, et simul salvare (58). Ac rursus : « Et cum (59) essent congregati in eadem domo (60), præcepit eis, ab Jerosolymis ne discederent, sed

D exspectarent promissionem Patris, quam audistis a me : quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem in Spiritu sancto baptizabimini, non post multos hos dies; » et rursus ex persona Petri de iis qui in Cæsarea baptizati erant, scriptum est : « Cum vero (61) cœpissem loqui, cecidit Spiritus sanctus super eos, sicut et in nos in initio : recordatus sum autem verbi Domini, sicut dicebat : Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini in Spiritu sancto. » Qui ergo baptizantur (62) in nudo nomine Spiritus sancti, et non

(53) *Non jam.* Galat. IV, 7.
(54) *Sed abluti.* I Cor. VI, 11.
(55) *Si Spiritum.* Act. XIX, 2 et 3.
(56) *Cum autem.* Act. VIII, 14-17.
(57) *Imponebant.* Græca editio : ἐπετίθουν. Didymus et hic et segm. 219 *b*, ἐπετίθεσαν.
(58) *Simul salvare.* Codex, συνσώζει. Elegantius, ut puto, scriberetur συσσώζει· qua ratione scribimus σύσσιτος, συσπένδειν, etc. In *Philosophumenis* tamen, cap. 2, legimus, συνσεσημμένης.
(59) *Et cum.* Act. I, 4 et 5.
(60) *Congregati,* etc. Bibliorum editio habet : συναυλιζόμενος, id est, « cum iis versans in eadem domo. »
(61) *Cum vero.* Act. XI, 15 et 16.
(62) *Qui... baptizantur.* Id est, « qui baptismum accipiunt, inanem spem habent, » nisi Spiritum sanctum credant esse Deum. Sic enim benigne vi-

Digitized by Google Распознавание текста

tanquam in nomine Dei, et Spiritus Dei, qui natura est Spiritus ejus, ii utpote mera aqua abluti, vanam atque inutilem spem habent. Cum enim in piscina immergimur, complacentia Dei et Patris per gratiam Spiritus ejus, peccatis nudamur, deponentes **255** veterem hominem, et regia ipsius potentia regeneramur atque obsignamur ; cum vero ex illa ascendimus, induimur Salvatorem Christum ut stolam incorruptibilem, et æquali honore dignam, ac ille dignus est, qui nos regeneravit et obsignavit, sanctus Spiritus : « Quotquot (63) enim, » inquit Scriptura, « in Christum baptizati estis, Christum induistis ; » et eam, de qua loquuntur Scripturæ, « imaginem (64) ac similitudinem Dei » accipimus, quam acceperamus per divinam insufflationem, et amiseramus (65) per peccatum : ac denuo quales in protoplasto fuimus, invenimur, peccati expertes, et propria prædíti potestate (66) :

ζόμενοι, ὡς ὕδατι ψιλῷ λουόμενοι, ἀνόνητον ἔχουσι τὴν ἐλπίδα. Καταδύοντες μὲν γὰρ ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ, εὐδοκίᾳ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς γυμνούμεθα, τῇ χάριτι τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ, τῶν ἁμαρτιῶν, ἀποτιθέμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ τῇ βασιλικῇ αὐτοῦ δυνάμει ἀναγεννώμεθα καὶ σφραγιζόμεθα· ἀνιόντες δὲ ἐνδυόμεθά τε τὸν Σωτῆρα Χριστόν, στολὴν ἄφθαρτον καὶ ἰσότιμον τοῦ ἀναγεννήσαντος καὶ σφραγίσαντος ἡμᾶς ἁγίου Πνεύματος, (« Ὅσοι γάρ, » φησὶν, « εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε· ») καὶ τὴν γεγραμμένην εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τοῦ Θεοῦ ἀπολαμβάνομεν, ἣν ἐδεξάμεθα διὰ τοῦ θείκοῦ ἐμφυσήματος, καὶ ἀπωλέσαμεν διὰ τοῦ ἁμαρτήματος· καὶ αὖθις εὑρισκόμεθα, [118 *a*] οἷοί περ ἐπὶ τοῦ πρωτοπλάστου ἐγενήθημεν,' ἀναμάρτητοι καὶ αὐτεξούσιοι· ταῦτα γὰρ σημαίνει ἡ εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις· ὡς ἁρμόζειν τὴν Παύλου περὶ τῶν βαπτιζομένων Γοαφὴν· « Ὅπως

dentur hæc accipienda, ut de suscipiente baptismum loquatur Didymus, non vero de ministro baptismi, quasi invalidum, aut saltem suscipienti inutile sit baptisma ab eo collatum, qui perperam de Spiritus sancti divinitate sentiat, etsi formulam a Christo præscriptam pronuntiet inter baptizandum. (Vide segm. 128 *a*). Quanquam norunt theologi non defuisse etiam post Nicænum concilium Patres, qui baptismum ab hæreticis collatum ut invalidum habuere. Meum non est hac de re nunc disserere. Illud tantum animadverto, S. Athanasium oratione 2 *contra Arianos*, num. 42 et 43, in ea videri opinione fuisse, ut prava interpretatio atque acceptio formulæ a Christo præscriptæ baptismum irritum redderet : ait enim num. 43, « multas hæreses » trium personarum « nomina » in baptismo quidem « pronuntiare ; sed cum recte non sentiant, » inquit, ἀλυσιτελὲς ἔχουσι καὶ τὸ παρ' αὐτῶν ὕδωρ, id est, « inutilis est aqua quam donant. »

(63) *Quotquot.* Galat. III, 27.

(64) *Imaginem.* Imaginis ac similitudinis vocabulis non eamdem rem designari in Gen. cap. I. vers. 26, putant multi Patres, alii e contrario unam eamdemque. His assentiri videtur Didymus. Quæsierunt etiam Patres, quid illud sit, propter quod dictus est homo « ad imaginem Dei. » Ac in corpore quidem eam rationem quærendam non esse, sed in anima, consentiunt omnes, nec ab eis dissentit Didymus, ut apparet ex verbis illis : « quam acceperamus per divinam insufflationem. » Verum ex quanam animæ proprietate aut attributo ea ratio repetenda sit, non consentiunt, imo in plures, easque inter se diversas abiere sententias : quas accurate docteque recenset ac expendit vir clariss. D. Joan. Chrys. Trombellius Dissertatione 3 *in Hilarii Epistolam* in *Anecdotis* nostris edita. Facile tamen inter se, ut reor, Patres illi conciliari possunt : nec enim necesse est ut ex una tantum re imaginis ac similitudinis notio repetatur ; imo quo plura sunt quæ hominem Deo aliquatenus similem faciunt, eo magis verum est quod in Genesi dicitur, ad imaginem Dei conditum hominem fuisse.

(65) *Amiseramus.* Hieronymus in libro *adversus Joannem Jerosolymitanum episcopum*, num. 7, Origenianos errores enumerans, de quibus Joannem ipsum et accusat, et a S. Epiphanio accusatum dicit, sic loquitur : « Imaginem et similitudinem Dei, ad quam homo conditus fuerat, dicit ab eo perditam, et in homine post paradisum non fuisse. » Paria de Origene scribit Epiphanius ipse hæresi LXIV, pag. 528. At quamvis hæc ita sint, non continuo tamen reprehendendus videtur Didymus noster : nam quidquid sit de Origenis sententia, catholico sensu, ni fallor, dici potest, imaginem ac similitudinem Dei per peccatum originale ab homine amissam esse. Nimirum ejus effati veritas, aut falsitas ex eo sensu pendet, quo vocabula illa « imaginis ac similitudinis » accipiuntur : si quis enim ex. gr. ejus imaginis notionem in hoc sitam affirmet, ut anima sit immortalis, ac deinde subjungat, hominem per peccatum Dei imaginem amisisse, is sine dubio erit hæreticus : secus vero se res habebit, si in justitia originali, aut gratia sanctificante, aut alia aliqua simili re sitam eam putet. Hinc fit ut alii etiam Patres id ipsum affirmarint, quod Didymus. Tertullianus in libro *De baptismo*, cap. 5 : « Ita restituitur (inquit) homo Deo ad similitudinem ejus, qui retro ad imaginem Dei fuerat. Imago in effigie, similitudo in æternitate censetur. Recipit enim illum Dei Spiritum, quem tunc de afflatu ejus acceperat, sed post amiserat per delictum. » Eadem sentit auctor homiliæ quæ hunc habet titulum : « Quod homo imaginem Dei per peccatum abjecit. » Eadem illi Patres, qui in virtute sitam volunt ejus imaginis notionem. Eadem Augustinus libro VI *De Genesi ad litteram*, cap. 27 et 28. Neque vero in *Retractationibus*, cap. 24, falsum omnino esse ait, quod ibi scripserat, ac multo minus hæreticum. « In sexto (inquit) libro, quod dixi, « Adam imaginem Dei, secundum quam factus est, perdidisse peccato, » non sic accipiendum est, tanquam in eo nulla remanserit, sed quod tam deformis, ut reformatione opus haberet. Non igitur in fidei retentione, contemplatione, dilectione, quæ non erit semper, sed in eo, quod semper erit, invenienda est, quam dici oporteat imaginem Dei. » Quin Hieronymus ipse in Comment. *in Epist. ad Ephesios*, lib. I, cap. 2, pag. 582 ed. Veron., eadem tradidit, quæ Didymus hoc in loco. « Sic suæ intelligentiæ coaptabit (inquit) ut dicat hominem juxta imaginem et similitudinem Dei factum, eamdem post reconciliationem formam recepturum, quam et nunc angeli habent, et ipse perdiderit. » Quem locum Hieronymo exprobrat Rufinus lib. I *contra* ipsum *Hieronymum*, num. 39. Demum S. Zeno, Veronensium episcopus, lib. II, tract. 19, eodem fere modo loquitur quo Didymus.

(66) *Potestate.* Tertullianus, libro II *adversus Marcionem*, cap. 5 : « Oportebat (inquit) imaginem et similitudinem Dei, liberi arbitrii, et suæ potestatis institui, in qua hoc ipsum, imago et similitudo Dei deputaretur, arbitrii scilicet libertas et potestas. » Cæterum quo sensu accipienda sint quæ hic docet Didymus, ii norunt, qui Augustini de

Digitized by Google Распознавание текста

γέ ησθε κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος ὑμᾶς· » καὶ, « Καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. » Ἀναπείσει δὲ περὶ τούτου, καὶ αὖθις γράφων ὁ αὐτὸς, Ῥωμαίοις μέν· « Οὓς προέγνω καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς· » Ἐφεσίοις δέ· « Καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασιν, συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ, καὶ συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. » Τίς, ἢ πότε ταῦτα παρέσχεν; Ὁ Πατὴρ, μετὰ τοῦ ἀνακαινισθῆναι ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτοῦ. Ὃν τρόπον γὰρ τὸ πρῶτον ὑπὸ τῆς μακαρίας Τριάδος ἐκτίσθημεν κατὰ τὸ, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον· » οὕτως τὸ δεύτερον ὑπ' αὐτῆς σωζόμεθα· ἵν' ὁμοίως τὴν Τριάδα δοξάζωμεν. Δίχα δὲ τοῦ ἀναγεννηθῆναι βαπτίσματι ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ, καὶ σφραγισθῆναι τῷ ἁγιασμῷ, καὶ ναὸς αὐτοῦ γενέσθαι, οὐδεὶς τῶν ἐπουρανίων ἔτυχεν ἀγαθῶν, κἂν τὸν ἄλλον βίον ἄμεμπτος εὑρέθη. Ἀλλὰ καὶ οἱ πρὸ βαπτίσματος μαρτυρῆσαι ἐπιτυχόντες, τῷ ἰδίῳ ἀπολουσάμενοι αἵματι, οὕτως ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τοῦ Θεοῦ ἐζωοποιήθησαν. Διὸ προτρέπων ὁμοῦ καὶ μαρτυρόμενος ἱερολόγος ἀνὴρ βοᾷ· « Προσέλθετε πρὸς αὐτὸν, καὶ φωτίσθητε, καὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν οὐ μὴ καταισχυνθῇ. » Φῶς γὰρ τὸ ἀληθινὸν καὶ αἴτιον τοῦ αἰσθητοῦ φωτὸς, καὶ δόξα ἐκλάμπουσα πανταχοῦ ἐστι τὸ Πνεῦμα τὸ σεπτὸν, ἢ καὶ αὖθις ψάλλει· [118 *b*] « Διότι φῶς τὰ προστάγματά σου ἐπὶ τῆς γῆς. » Περὶ τούτου καὶ ἐν τῷ κη' ψαλμῷ διδάσκει· « Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ὁ Θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντησεν· Κύριος ἐπὶ ὑδάτων πολλῶν· » καὶ

A **256** hæc enim significat ea imago, et similitudo : adeo ut quadret huc quod scribit Paulus de baptizatis : « Ut sitis (67) secundum imaginem ejus, qui creavit vos ; » et, « Sicut (68) portavimus imaginem terreni, portabimus etiam imaginem cœlestis. » Id ipsum vero nobis ex eo præterea persuadebitur, quod scribit idem Apostolus ; ad Romanos quidem : « Quos præscivit (69), et prædestinavit conformes imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus ; » ad Ephesios autem : « Et cum (70) essemus mortui peccatis, convivificavit nos cum Christo, et conresuscitavit, et consedere fecit in cœlestibus. » Quis, aut quando hæc largitus est? Pater, simulque a sancto ejus Spiritu renovati sumus : nam sicut primum a beata Tri-
B nitate creati fuimus, juxta illud, « Faciamus (71) hominem : » ita secundo ab ipsa salvamur : ut æqualiter Trinitatem glorificemus. Nemo autem, qui baptismate regeneratus non esset a Spiritu Dei, et obsignatus sanctificatione, et factus templum ejus, cœlestia bona consecutus est, etsi reliqua ejus vita inculpabilis inventa fuerit. At ii etiam, qui ante baptismum martyrium assecuti sunt, proprio abluti sanguine (72), sic a sancto Dei Spiritu vivificati fuerunt. Ideo cum exhortatione testificationem conjungens sacer scriptor clamat : « Accedite (73) ad eum, et illuminamini (74), et facies vestræ non confundentur. » Lux enim vera est, ac subjectæ sensibus lucis productor et exsplendescens ubique
C gloria, sive claritas venerandus Spiritus. Qua ratione rursus psallit : « Quia lux (75) mandata tua in

gratia ac libero arbitrio doctrinam norunt, catholicæ Ecclesiæ judicio confirmatam. Liberum scilicet arbitrium Adami peccato sauciatum quidem est, sed non sublatum, nec veluti mortuum : ita tamen vivum mansit, ut in ipsis etiam baptizatis adhuc infirmum sit, atque « integerrimis » illis « viribus, » ut Augustinus ipse loquitur, destitutum, quas habuit « in protoplasto, » id est in Adamo, ante peccatum. « Jam baptizatis enim » (inquit is in *Opere imperfecto contra Julianum* lib. VI, cap. 8), « et eis, qui jam Spiritum sanctum acceperant, dicebat Apostolus : « Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem : hæc enim invicem adversantur, ut non ea, quæ vultis, faciatis. » Ubi tu, qui negas liberum arbitrium vires suas perdidisse peccando, id est male se utendo? » et cætera, quæ sequuntur. Nos ergo per baptismum ita fieri αὐτεξουσίους intelligendum est, ut ab ea servitute liberemur, de qua Scripturæ et Patres. Ut enim ait Ambrosius epist. 42, num. 7 : « Redegerat humanum genus in perpetuam captivitatem obnoxiæ hæreditatis gravi fœnore, quod obæratus auctor ad posteros de fœnerata successione transmiserat. » Quod autem ait Didymus, baptizatos, ac Spiritu sancto obsignatos, fieri ἀναμαρτήτους, id est « peccati expertes, » certum est. Verum ἀναμαρτησία isthæc et alio sensu segm. 174 *b* usurpatur, et pravo sensu post Didymi obitum a Pelagio prædicata est. Hujus sententiam refellens Hieronymus lib. II *contra Pelagianos* num. 4 : « Absque vitio (inquit), quod Græce dicitur κακία, hominem posse esse aio : ἀναμάρτητον, id est, sine peccato, esse nego. » Et num. 7 : « Quod autem scriptum est, « Et sanguis Jesu Filii ejus emundat nos ab omni peccato, » tam in confessione baptismatis, quam in clementia pœnitudinis accipiendum est. »

Nimirum ne baptizatus quidem potest omnia vitare peccata venialia. Ab hac doctrina alienum Didymum non fuisse colligi videtur ex iis, quæ ad vers. 17, cap. IV Jobi (pag. 149 Catenæ *in Jobum* a Niceta contextæ) ipse dictavit, etsi de baptizatis non loquatur : « Ne dixeris (inquit) hæc te nulli peccato obnoxium pati ; cum impossibile sit hominis vitam ad perfectam Legis normam exigere. » Ἔστι γάρ, ὅτε μὲν καὶ ἑκουσίοις, πολλάκις δὲ καὶ ἀκουσίοις περιπίπτομεν, διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν, id est : « Fit enim per naturæ infirmitatem, ut sponte interdum, sæpe etiam inviti, in peccata incidamus. » Et ad vers. 15 cap. X (pag. 253 ejusdem catenæ) : « Quædam enim peccata ex arbitrii nostri libertate (ἐκ προαιρέσεως τῆς ἡμετέρας) fiunt ; quibus supplicium comitatur : alia vero a parentibus manant, quibus purgatio debetur. »

D (67) *Ut sitis.* Coloss. III, 10. Vide not. 4, pag. 186.

(68) *Sicut.* I Cor. XV, 49.

(69) *Quos præscivit.* Rom. VIII, 29.

(70) *Et cum.* Ephes. II, 5 et 6. Post voces, τῷ Χριστῷ, aliqua omittit.

(71) *Faciamus.* Gen. I, 26.

(72) *Sanguine.* De baptismo sanguinis loquitur Tertullianus in libro *De baptismo* cap. 16.

(73) *Accedite.* Psalm. XXXIII, 5 (seu 6).

(74) *Illuminamini.* Cum baptismus a Græcis « illuminatio » vocetur, ideo ad baptismum refert hæc Didymus.

(75) *Quia lux.* Non Psaltis hæc verba sunt, sed Isaiæ, quamvis in Vulg. translatione non legantur : nam cap. XXVI, vers. 9, ubi Vulg. int. habet, « Cum feceris judicia tua in terra, » Græca Biblia sic habent ut citat Didymus.

Digitized by Google Распознавание текста

terra. » De hac re in psalmo etiam XXVIII sic docet: « Vox Domini (6) super **257** aquas, Deus gloriæ (sive claritatis) intonuit : Dominus super aquas multas ; » et in LXXVI psalmo : « Vox tonitrui (77) tui in rota. Illuxerunt (78) coruscationes tuæ orbi terræ : vidit et commota est terra. » Nam per aquas baptismum significat, in quo fit a sacerdotibus, sicut idem Psalles canit, « operatio multa (79); » per tonitruum autem, baptismi gratiam quocunque pertingentem (80), et cum timore receptam, indicat; per rotam vero, vitam instabilem, ac mire variam; per coruscationes autem, spiritalem pulchritudinem (81), quam coram Deo habent illuminati, id est, baptizati ; per commotionem terræ denique, promptam humanitatis motionem in Dei cognitionem declarat. Dum vero post incarnationem Dominus baptizabatur, dum draconem (82) in aquis (83) exsistentem, Jordanemque ore capientem, ut ænigmatice Jobus narrat, occidebat ; dum sordes nostras abstergebat, et vetus peccatum (84) dimittebat, **258** et super serpentes, et scorpio-

A ἐν ος' ψαλμῷ· » Φωνὴ τῆς βροντῆς σου ἐν τῷ τροχῷ. Ἔφαναν αἱ ἀστραπαί σου τῇ οἰκουμένῃ· ἴδεν, καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ. » Διὰ μὲν γὰρ τῶν ὑδάτων τὸ βάπτισμα σημαίνει, ἐν ᾧ γίνεται παρὰ τῶν ἱερέων, καθὰ ψαλμῳδεῖ ὁ αὐτὸς, « ἐργασία πολλή· » διὰ δὲ τῆς βροντῆς τὴν πανταχοῦ φθάσασαν καὶ μετὰ φόβου ὑποδεχθεῖσαν χάριν τοῦ βαπτίσματος αἰνίττεται· διὰ δὲ τοῦ τροχοῦ, τὸν ἄστατον καὶ ἀλλόκοτον βίον· διὰ δὲ τῶν ἀστραπῶν, τὰ κατὰ Θεὸν κάλλη τῶν φωτιζομένων· διὰ δὲ τοῦ σαλευθῆναι τὴν γῆν τὸ κινηθῆναι σὺν προθυμίᾳ τὴν ἀνθρωποτητα εἰς θεογνωσίαν δηλοῖ. Καὶ τοῦ Δεσπότου δὲ βαπτιζομένου ἐν τῇ οἰκονομίᾳ ἐπὶ τῷ τόν τε δράκοντα, τὸν ἐπὶ τοῖς ὕδασι δεξάμενον τὸν Ἰορδάνην, ἐν τῷ στόματι, ὡς ἱστορεῖ αἰνιγματωδῶς ὁ Ἰὼβ, θανατῶσαι, τόν τε ἡμέτερον B ἀποσμῆξαι ῥύπον, καὶ τὴν παλαιὰν συγχωρῆσαι ἁμαρτίαν, καὶ ποιῆσαι πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, ἅμα δὲ καὶ διδάξαι πάντας, τὴν παλιγγενεσίαν ἀνθρώποις εἶναι σωτηρίαν· παρῆν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ὁ Πατήρ. Ὁ μὲν γὰρ ἐξ οὐρανῶν ἐμαρτύρει τῇ

(76) *Vox Domini.* Psal. XXVIII, vers. 3. Hunc locum ad baptisma refert Ambrosius quoque in libro *De mysteriis* cap. 5.

(77) *Vox tonitrui.* Psal. LXXVI, vers. 17 et 18 (seu 19).

(78) *Illuxerunt.* Aut librarius inter scribendum similitudine vocum deceptus ex duobus duorum psalmorum versiculis a Didymo fortasse hic allatis unum fecit ; aut Didymum fefellit eorumdem versiculorum similitudo. Nimirum in psalmo quidem LXXVI, sic legitur : Ἔφαναν αἱ ἀστραπαί σου τῇ C οἰκουμένῃ· ἐσαλεύθη καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ, id est : « Illuxerunt coruscationes tuæ (seu, fulgura tua) orbi terræ : commota est, et tremens facta est terra. » In psalmo vero XCVI, vers. 4 : Ἔφαναν αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ· εἶδε καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ, id est: « Illuxerunt coruscationes ejus orbi terræ : vidit, et commota est terra. »

(79) *Operatio multa.* Hæc ipsa verba non habet Psalles. Existimo autem hic respici versiculum 23 psalmi CVI, ubi legitur : Ποιοῦντες ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς, id est: « Facientes operationem in aquis multis. »

(80) *Quocunque pertingentem.* Lege segm. 123 *b.*

(81) *Pulchritudinem.* Græca plurali numero : κάλλη. Eodem modo Chrysostomus in oratione prima *contra Anomœos* anno 386 habita (tom. I, pag. 448) inquit : Κιόνων κάλλη, id est: « Columnarum pulchritudinem. »

(82) *Draconem.* Vide Job XL, 18-20, ubi Vulg. D quidem interpres habet, « Leviathan, » sed Græca editio, δράκοντα, id est « draconem : » qua dictione « diabolum » sæpe designari docet Didymus pag. 123 catenæ *in Jobum.*

(83) *In aquis.* Affinia sunt quæ dictavit Didymus ad psalmi LXXIII versiculum 13 : Τὰς οὖν πολλὰς τῶν δρακόντων καὶ τοῦ δράκοντος κεφαλὰς ἐπὶ τοῦ ὕδατος συνέτριψεν ὁ Σωτήρ. Et paucis interjectis : Καθ' ὧν ἐνεργοῦσιν οἱ δράκοντες, καὶ ὁ τούτων, ὡς γέγραπται, ἔξαρχος, βασιλεύων ἐν τοῖς ὕδασι καὶ διατρίβων ἐν τῇ θαλάσσῃ. Id est : « Multa ergo draconum, et draconis capita in aqua contrivit Salvator... Contra quos operantur dracones, et eorum exarchus, ut Scriptura loquitur, regnans in aquis, et degens in mari. »

(84) *Vetus peccatum.* An peccatum originale, quod ab Origene etiam admissum fuisse contendunt Ballerinii fratres doctissimi tom. IV Operum Norisii pag. 823. Quanquam haud satis video, quomodo catholica de peccato originali doctrina concilietur cum doctrina de animarum præexsistentia, et antiquis lapsibus admissa ab Origene, « qui præterita in cœlis, et antiqua delicta solvi dicit in baptismo, » ut de ipso loquitur Hieronymus in calce *Dialogorum contra Pelagianos.* Sed mittamus Origenem. Didymus noster dogma hocce sæpius indicat, ut et paulo ante, et segm. 36 *a*, et 175 *a*, et 179 *b*. Quin etiam illud ad versiculum 18 cap. x Jobi (pag. 236 catenæ *in Jobum* a Niceta collectæ) profitetur Didymus. « Vide autem (inquit), quod incumbentium tentationum recordatus, ad primam malorum causam, id est mandati transgressionem, et ex corruptione generationem recurrat; nusquam tamen contra primi hominis creationem indignanter queritur. Uteri vero et ventris mentionem faciens, quod vitæ hujus corruptionem experiretur, grave existimat : » Ἡμεῖς γὰρ ἑαυτοῖς τῇ παραβάσει τὴν ὀδυνηρὰν ταύτην ζωὴν ἐπεισηγάγομεν, id est: « Ipsi enim nosmetipsos per transgressionem in ærumnosam hanc vitam conjecimus. » In commentariis vero in Psalmos ad vers. 9 psalmi CX : Τῷ αὐτοῦ γοῦν τιμίῳ αἵματι (inquit)... ἐλυτρώθημεν ἐκ τῆς πατροπαραδότου ἀναστροφῆς ἡμῶν, id est : « Ejus igitur pretioso sanguine. . . redempti sumus a subversione nostra, quæ a patre nostro Adamo nobis veluti tradita est. » Demum in libro *adv. Manichæos* pag. 209: « Si corpus ex coitu sumpsisset (Dominus),.. existimatus et ipse fuisset illi peccato obnoxius, cui omnes, qui ex Adamo originem ducunt, per successionem obnoxii sunt. » Miror itaque Jacobum Basnagium in Animadversionibus ad hunc Didymi librum tom I *Lect. antiqq.* Canisii pag. 199, hæc scripsisse : « Peccatum originale negasse videtur Didymus in libro *adversus Manichæos.* » Nulla autem alia ratione innititur Basnagius, quam ista, quod nempe illa Pauli verba, « natura filii iræ, » sic explicat Didymus, ut φύσει, seu « natura, » idem sit ac « vere. » At non alia de causa eam interpretationem amplexus est theologus noster, quam ut Manichæis Pauli textu abutentibus, et naturam « per se malam » esse contendentibus sese validius opponeret, dum neminem « natura » malum esse, sed « ex mutatione liberæ voluntatis » malum fieri docebat.

Digitized by Google Распознавание текста

γνησιότητι τοῦ οἰκείου τόκου· τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα, ἀνοιχθέντων αὐτῷ, ὡς βασιλεῖ καὶ ἀνωτέρω τῆς ἀγγέλων φύσεως ὄντι, τῶν οὐρανῶν, κατελθὸν, ἐπέμενεν ἐπὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Φησὶν γάρ· « Ἰδοὺ ἀνεῴχθησαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἴδον τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡς περιστεράν. » [119 *a*] Νόει οὖν, τί ἐστιν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἅτε τὸν ἑαυτοῦ ναὸν, ἡμᾶς, τῷ ὑψίστῳ Θεῷ συγκαθεσθῆναι, καὶ συνδοξασθῆναι, καὶ συμβασιλεῦσαι ποιεῖ, καὶ ὅτε μένει ἐπὶ τὸν μονογενῆ Θεόν· καὶ εἰ ὁσίως λέγουσιν αἱρετικοὶ μὴ συγκαθέζεσθαι αὐτὸ, καὶ συμπροσκυνεῖσθαι, καὶ συμβασιλεύειν τῷ Θεῷ Πατρί. Μὴ ὁμοίως δὲ ἡμῶν, τῶν κτιστῶν, καὶ ἐν τοσαύτῃ ἀγαθῶν ἔργων γυμνότητι τηλικαῦτα ἐλπιζόντων, νοηθείη τὸ ἅγιον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ συγκαθέζεσθαι, καὶ συνδοξάζεσθαι, καὶ συμβασιλεύειν τῷ Θεῷ· ἀλλ' ὡς Πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ φύσει Θεὸς καὶ Βασιλεὺς, καὶ ἀϊδίως συγκαθεζόμενος, καὶ πλήρης ἀχράντου δόξης ὑπάρχων. Οἱ γὰρ κτιστοὶ, κατὰ χάριν μετὰ τὴν ἀνάστασιν τούτων ἀξιωθήσονται, ἀπολαύοντες τῶν ἀγαθῶν τῆς βασιλείας, οὐκ ὄντες δὲ βασιλεῖς. Οἶδεν γὰρ ἡ Γραφὴ, ἄλλην μὲν ἡλίου δόξαν, ἄλλην δὲ σελήνης καὶ ἀστέρων· καὶ τούτων πάλιν διάφορον δόξαν. « Ἀστὴρ γὰρ, » φησὶν, « ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. » Καὶ ὁ ὀφθαλμὸς τοῦ σώματος τῶν ἄλλων μελῶν τιμιώτερός ἐστι· πλὴν καὶ αὐτὸς σῶμά ἐστιν· ὥστε τοσοῦτον ἡμᾶς ἀνακαινισθέντας τῆς θείας ἀπολαύειν οἰκειότητος, ὅσον ἡ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐνδέχεται δύναμις, καθὼς λέγουσιν.

A nes, ac supra omnem inimici potestatem ambulare (85), atque hæc omnia conculcare nos faciebat; et dum simul docebat omnes, salutarem hominibus esse regenerationem : aderat Spiritus sanctus item ut Pater : hic enim e cœlis proprio Filio testimonium perhibebat, ac eum verum et genuinum esse testificabatur ; Spiritus vero sanctus, apertis sibi cœlis ut regi, et supra angelorum naturam exsistenti, descendens manebat supra Filium Dei. Ait enim Scriptura : « Ecce (86) aperti sunt cœli, et viderunt Spiritum Dei descendentem sicut columbam. » Considera ergo atque intellige, quid sit Spiritus sanctus, (87) qui suum ipsius templum, id est nos, cum altissimo Deo consedere, et conglorificari, et conregnare facit, et super unigenitum B Deum manet : ac vide, num pium sanctumque sit quod aiunt hæretici, ipsum simul non sedere, nec simul adorari, nec simul regnare cum Deo Patre. Nemo autem putet, sanctum Dei Spiritum cum Deo consedere, et conglorificari, et conregnare eo modo, quo nos, qui increati non sumus, atque in tanta bonorum operum nuditate tali, ac tam sublimia speramus; nam considet, conglorificatur, et conregnat cum Deo ut Spiritus ejus, ut natura Deus, ut Rex, ut ab æterno considens, ut plenus incorrupta atque immaculata gloria. Qui enim creati sunt, illi per gratiam hæc consequentur post resurrectionem (88), sed ita ut regni quidem bonis fruituri sint, reges vero futuri non sint. Novit namque Scriptura aliam esse solis gloriam, id est claritatem, aliam lunæ, atque stellarum : et his rursus eamdem non esse gloriam : « Stella (89) enim, » inquit, « a stella differt in gloria ; » et corporis oculus aliis **259** membris nobilior est; attamen corpus et ipse est (90). Itaque nos baptismate renovati divina familiaritate tantum fruimur, quantum naturæ nostræ vires sinunt : quomodo ait quidam :

Ὁππόσον ἡμέριόν κε Θεῷ γένος ἰσάζοιτο. C *Quantum* (91) *mortale genus Deo æquiparari potest.*

Καὶ Πέτρος ἐκθειάζων τὸ βάπτισμα, ὡς Θεοῦ ὄντος τοῦ ἀνακτίζοντος ἡμᾶς ἁγίου Πνεύματος, καθολικὸν διὰ τῆς πρώτης Ἐπιστολῆς ἐξεφώνησε κήρυγμα, διαγορεῦον ταυτί· « Ἀναγεγεννημένοι, οὐκ ἐκ σπορᾶς

Et Petrus baptisma divinum esse docens, quia Spiritus sanctus, a quo rursus creamur, Deus est, catholicam (id est universalem) doctrinam in prima catholica Epistola prædicavit his verbis :

(85) *Ambulare.* Respicit fortasse psal. xc, vers. 13.

(86) *Ecce.* Matth. III, 16. Biblia habent : ἀνεῴχθησαν αὐτῷ, id est « aperti sunt ei. » Pro ἴδον habent εἶδε, id est « vidit. » Et pro ὡς habent ὡσεί.

(87) *Qui.* Codex, ἅτε. Legendum fortasse ὅτε.

(88) *Post resurrectionem.* Ideo hæc adjicit theologus noster, quod sententiam illam Pauli respiciat superius a se allatam : « conresuscitavit, et consedere fecit in cœlestibus : » qua rem futuram denotari vult, tametsi præteriti temporis verbis efferatur, « consessionem » nempe, quæ futura sit post « conresuscitationem. » Porro sanctorum animas, simul ac purgatæ sint, aut, si nulla indigeant purgatione, statim post discessum e corpore, intuitiva Dei visione frui, dogma catholicum est : quod vulgo rejiciunt Græci heterodoxi. Pro illis pugnat Matthæus Quæstor Angelus Panaretus catholicæ Ecclesiæ maxime infensus, antithesi 2 *adversus S. Thomam Aquinatem.* Frustra vero pro sua opinione ex hoc Didymi loco argumentum schismatici isti homines peterent. Cum enim præ oculis hic habeat, ut dixi, Didymus « consessionem » illam, et « conglorificationem, et conregnationem, et conresuscitationem cum Christo, » de qua sæpius Paulus, ideo D de iis bonis loquitur, quæ simul omnia sancti extremo judicii die duntaxat plene consequentur. Quid est enim συνδοξάζεσθαι Χριστῷ, seu « glorificari una cum Christo, » nisi glorificari instar Christi? cujus corpus post resurrectionem glorificatum est, seu gloriosum, ac resplendens factum fuit. Hujusmodi vero « glorificationem » sanctorum non modo animabus, sed corporibus quoque communicandam in resurrectione respicere videtur verbis illis, quæ mox subdit : « Et corporis oculus. » etc. Vide segm. 206 *b*, et 40 *b*.

(89) *Stella.* I Cor. xv, 41.

(90) *Corpus et ipse est.* Hoc fortasse vult : Sancti Deum corporeis oculis ne tunc quidem videre poterunt, cum « gloriosa » erunt eorum corpora.

(91) *Quantum.* Librarius hunc versum in codicis margine sic explicat : Σημείωσαι, ὁπόσον τὸ ἀνθρώπινον γένος τῇ τοῦ Θεοῦ φύσει δύναται προσεγγίσαι, id est « Nota, quantum humanum genus ad Dei naturam potest accedere. »

Digitized by Google Распознавание текста

« Regenerati (92) non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbum Dei vivi, et permanentis. » Verebatur enim eum, qui præcepit in Evangelio secundum Marcum : « Euntes (93) in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit : qui vero non crediderit, condemnabitur. » Quid est autem ea prædicatio? « Euntes docete (94) omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. » Quod et Paulus observans scripsit : « Gratia (95) Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei et Patris, et communicatio Spiritus sancti, cum omnibus vobis. » Quam spiritalem communicationem catholicæ etiam Epistolæ sic antea (96) nominaverant : « Ut sitis (97) divinæ communicantes (seu participes) naturæ. » Quinam vero sunt non credentes, et hanc ob causam condemnati? Qui hanc non servant honoris æqualitatem debitam sanctæ Trinitati. Quibus rursus per Paulum denuntiatum est in Epistola ad Galatas : « Sunt aliqui (98), qui vos conturbant, volentes vertere Evangelium Christi. Sed etsi angelus vos de cœlo aliter evangelizaret, præter id quod evangelizati estis, anathema sit. Et iterum dico : Si quis vos evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit. » Traditionem vero transgredi dum **260** vetat, antedictum ibi intelligit divinum mandatum, non traditionem Arianorum, et Eunomianorum, et Macedonianorum, qui has denominationes ab illis sortiti sunt, quorum opinionem ita sequuntur, ut divinas prædicationes contemnentes, illorum garrulitatem, ac nugas legis instar habeant, alios vero ne audiant quidem.

Quidquid (99) *immortalis Dei consilia manifestant,*

Id tu, qui mortalis es, firmissime tene.
Neque mente a dolosis hominibus deceptus
Cohibitionis nesciam immortalis numinis iram in te ultrahas.

CAPUT XIII.

De iis qui, ut Spiritum deprimant, afferunt illud: Nisi quis natus fuerit ex aqua et Spiritu.

Hi autem mera vocabula aucupantes (1), ac ea, quæ de Spiritu sancto dicta sunt, in suam ipsorum perniciem minuentes, inquiunt : Aqua ergo æquali

(92) *Regenerati.* I Petr. I, 23. Quæ hic attingit Didymus, ea fusius persequitur enarratione *in primam Petri* ad hunc locum. « Est enim (inquit) prima nativitas secundum Adam mortalis, et ideo corruptibilis, posterior autem ex Spiritu, et Verbo semper vivente Dei. Et hoc ergo Verbum, quod pro semine ponitur, incorrupta demonstrat, quia ex virtute, et Spiritu ei congruente dicitur incorruptum : « Omnis » enim, « qui nascitur ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ejus in eo manet ... » Vivum vero et permanens Verbum dicimus secundum evangelicam disciplinam. »

(93) *Euntes.* Marc. XVI, 15 et 16.

(94) *Euntes docete.* Matth. XXVIII, 19. In libro *De Sp. sancto*, num. 23, impressa exemplaria, et codex noster habent : « Euntes ite, et docete. » Sed expungendæ videntur voculæ, « ite et » : quas ne codex quidem ms. a Vallarsio ibi citatus habet.

(95) *Gratia.* II ad Cor. XIII, 13.

φθαρτῆς, ἀλλ' ἀφθάρτου, διὰ λόγου ζῶντος Θεοῦ καὶ μένοντος. » Ἐδεδοίκει γὰρ [119 *b*] τὸν παρακελευσάμενον ἐν τῷ κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίῳ· « Πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον πάντα, κηρύξατε τὸ Εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει. Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας καταχριθήσεται. » Τί δὲ τὸ κήρυγμά ἐστιν; « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Ὅπερ καὶ Παῦλος φυλάττων ἔγραψεν· « Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος, μετὰ πάντων ὑμῶν. » Ἥντινα πνευματικὴν κοινωνίαν καὶ τὰ Καθολικὰ προκατωνόμασεν χαράγματα οὕτως· « Ἵνα γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως. » Τίνες δὲ οἱ ἀπιστοῦντες, καὶ διὰ τοῦτο κατακρινόμενοι; Οἱ ταύτην μὴ φυλάττοντες τὴν ἰσοτιμίαν τῆς ἁγίας Τριάδος· οἱστισι καὶ αὖθις διὰ Παύλου παρήγγειλεν ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐπιστολῇ· « Εἰσί τινες, οἵτινες ὑμᾶς θορυβοῦσι, θέλοντες στρέψαι τὸ Εὐαγγέλιον Χριστοῦ· ἀλλ' εἰ καὶ ἄγγελος ὑμᾶς ἀπ' οὐρανοῦ ἄλλως εὐαγγελίσηται, παρ' ὃ εὐαγγελίσθητε, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ πάλιν λέγω· Εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίσηται, παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. » Παράδοσιν δὲ μὴ παραβαίνεσθαι, τὴν προλεχθεῖσαν αὐτοῦ εἶπε θεϊκὴν ἐντολήν, οὐ τὴν Ἀρειανῶν, καὶ Εὐνομιανῶν, καὶ Μακεδονιανῶν, τῶν τὴν προσηγορίαν ταύτην κληρωσαμένων ἀπ' ἐκείνων, ὧν τῇ δοκήσει ἐξηκολούθησαν, καὶ τῶν θείων κηρυγμάτων καταφρονήσαντες, νόμον τὴν ἐκείνων ἀδολεσχίαν ἐποιήσαντο, οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀκούοντες.

Ὅσσα κεν ἀθανάτοιο Θεοῦ βουλεύματα φαίνει,

Ταῦτα σὺ, θνητὸς ἐὼν, ἴσχε μάλ' [120 *a*] *ἀσφαλέως·*
Μηδὲ νόον δολίοισιν ὑπ' ἀνθρώποισι δολωθείς,
Ἄσχετον ἀθανάτου μῆνιν ἐπισπάσεαι.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Περὶ τῶν πρὸς εὐτέλειαν τοῦ Πνεύματος ἐπιφερόντων τὸ, Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος.

Οὗτοι δὲ λεξιθηροῦντες, καὶ τὰ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος καθ' ἑαυτῶν σμικρύνοντες, φασίν· Οὐκοῦν ἰσοδύναμον καὶ συνδοξαζόμενον τὸ ὕδωρ τῷ ἁγίῳ

(96) *Antea.* An Epistolam Petri secundam scriptam esse indicat ante secundam Pauli ad Corinthios?

(97) *Ut sitis.* II Petr. I, 4.

(98) *Sunt aliqui.* Galat. I, 7-9. Sensum potius citat, quam ipsa verba Pauli, quæ veluti in compendium redigit, memoriter ea afferens.

(99) *Quidquid.* Librarius in margine hanc apposuit explicationem, quam ut Latine vertam, necesse non est.

Ὅσα τοῦ ἀθανάτου Θεοῦ τὰ βουλεύματα φανεροποιεῖ
Ταῦτα σὺ, θνητὸς ὑπάρχων, κάτεχε πάνυ ἀσφαλέως·
Μηδὲ τὸν νοῦν σου ὑπὸ δολίων ἀνθρώπων δολωθεὶς,
Τὴν ἀκατάσχετον τοῦ ἀθανάτου Θεοῦ ὀργὴν ἐφ' ἑαυτὸν ἑλκύσῃς.

(1) *Aucupantes.* In Græco, λεξιθηροῦντες· quæ vox deest in vulgaribus Lexicis.

Digitized by Google Распознавание текста

Πνεύματί ἐστιν· ἐπειδὴ γράφει· « Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος. » Τοῦτο δὲ κατηγορῆσαί ἐστιν ἑαυτῶν, ὡς ἐπιλαμβανομένων τοῦ καλῶς φθεγξαμένου αὐτὰ Χριστοῦ, καὶ διαβαλεῖν, ἃ μηδ' ὁ Μῶμος διαβαλεῖν δυνήσεται· οὐ μὴν ἴδιον Χριστιανῶν. Οὐχ ὡς συντάττεται γὰρ ἡ ἁγία Τριὰς ἐμνημονεύθη καὶ τὸ· ὕδωρ· ἀλλ' ὡς ὁ λόγος ἀπέδωκε, καὶ ὡς ἑτέρωθι ἅμα τῷ ἀθανάτῳ Θεῷ θνητὰ συνεμνημονεύθη. Γέγραπται γάρ· « Ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ εἰς σέ· » καὶ πάλιν· « Ἐπίστευσεν ὁ λαὸς τῷ Θεῷ καὶ Μωϋσεῖ τῷ θεράποντι αὐτοῦ· » καὶ πάλιν· « Πᾶς ὁ λαὸς ἐφοβεῖτο τὸν Θεὸν καὶ Σαμουήλ· » καὶ πάλιν· « Καὶ ἦν ῥομφαία τῷ Κυρίῳ καὶ τῷ Γεδεών· » καὶ τὸ προσυφανθησόμενον δὲ τούτοις θεώρημα καίριον καὶ ἐπάξιον τῆς ὀρθῆς πίστεώς ἐστιν. Εἰ γὰρ, κατὰ τὸν Παῦλον, « εἰς τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ καὶ εἰς Χριστὸν » βαπτιζόμεθα, ὀρθῶς συνεφράσθη τῷ Πνεύματι τὸ ὕδωρ. Ἀπὸ γὰρ τῆς πλευρᾶς τοῦ Σωτῆρος ὕδωρ καὶ αἷμα ὁμοῦ ἔρρευσεν, ὡς οὐκ ἀγνοεῖ ἡ λόγχη, καὶ ὁ στρατιώτης. Πρὸς τούτῳ, εἰ, ὡς Παῦλος ἔγραψε, Κορινθίοις μέν· « Πάντες βρῶμα τὸ πνευματικὸν ἔφαγον, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πνευματικὸν ἔπινον πόμα. Ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός· » αὖθίς τε· « Καὶ πάντες ἐν Πνεῦμα ἐποτίσθησαν· » Ἑβραίοις [120 *b*] δέ· « Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας Πνεύματος ἁγίου, καὶ καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα » (τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα, ῥῆμα τοῦ Θεοῦ Πατρὸς ἀνευφημήθη)· ἀραρότως ἐν τῷ ὕδατι ὁ Χριστὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ οὐδέποτε παρ' οὐδενὶ ἄνευ τοῦ βαπτιστικοῦ ὕδατος ὁ Χριστὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ὅπου οὖν τὸ θεῖον μυστήριον, ὡς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, οὕτω καὶ τοῦ θείκοῦ Πνεύματος τεθεσμοθέτηται, καὶ τὴν ἴσην μαρτυρίαν ἀπηνέγκαντο ἄμφω αἱ μακάριαι καὶ αὐτοτελεῖς ὑποστάσεις· πῶς οὐκ ἀσθονία καὶ ταῦτα δι' ἀποδείξεων περὶ τῆς ὁμοουσιότητος αὐτῶν ἐστιν; Ἐγὼ οὖν οἶμαι, ὡς καὶ διὰ τοῦτο εἰς οἶνον, καὶ κρεῖττονα οἴνου, τὸ ὕδωρ μετέβαλε, καὶ εὐφροσύνην τῷ γαμικῷ δείπνῳ παρέσχετο· ἀσυμφανῶς διδάξαι βουληθείς, ὅτι καὶ τὸ ὕδωρ εἰς ἀθάνατον χρῆσιν τοῦ βαπτίσματος μετέθηκε, καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος τὸ λεῖπον τῆς πίστεως ἀνθρώποις ἀνεπλήρωσε, μετὰ τοῦ θεϊκοῦ Πνεύματος, συμφωνίᾳ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Καὶ τῆς σκιᾶς γὰρ τοῦ θείου

potestate prædita est, ac Spiritus sanctus, et simul cum ipso glorificata : cum scriptum sit : « Nisi quis natus fuerit ex aqua et Spiritu. » At hoc quidem est semetipsos accusare ; nam Christum ipsum objurgant, qui scite ista verba protulit : ac ea calumniantur, quæ ne Momus (2) quidem calumniari queat. Id tamen Christianos dedecet. Nec enim habita ratione ordinis, ac dignitatis memorata ibi est post sanctam Trinitatem etiam aqua ; sed quia sic sermo tulit ; sicut alibi quoque simul cum immortali Deo mortalia commemorata sunt : scriptum est enim : « Peccavi (3) in cœlum, et in te ; » et rursus : « Credidit (4) populus Deo, et Moysi famulo ejus ; » et rursus : « Omnis (5) populus timebat Deum, et Samuelem ; » et rursus : « Et erat (6) romphæa Domino, et Gedeoni. » Sensus vero, quem speculando ex iis verbis eruemus, quemque **261** hic subjiciemus, nec intempestivus (7) est, et recta fide dignus. Si enim juxta Paulum (8) « in mortem Christi, et in Christum » baptizamur, recte una cum Spiritu nominata est aqua : nam ex latere Salvatoris aqua et sanguis simul fluxit, ut novit lancea (9), et miles. Præterea Paulus scripsit Corinthiis quidem : « Omnes (10) escam spiritalem manducarunt, et omnes eumdem spiritalem bibebant potum : bibebant enim de spiritali sequente petra : petra autem erat Christus ; » et rursus : « Et omnes (11) uno spiritu potati sunt ; » ad Hebræos vero : « Impossibile (12) est enim eos, qui semel sunt illuminati, gustaveruntque donum cœleste, et participes facti sunt Spiritus sancti, et bonum gustaverunt Dei verbum ; » Spiritus autem sanctus verbum Dei Patris dictus est (13). At si hæc ita se habent, congruenter (14) in aqua Christus, et Spiritus sanctus intelligitur, nec unquam sine aqua baptismali in ullo homine habitat Christus, et Spiritus sanctus. Cum ergo divini hujus mysterii institutio sicut Filii Dei, ita et divini Spiritus esse dicatur in Scripturis, cumque æquale testimonium utrique beatæ, ac per se perfectæ hypostasi perhibeatur : quis negare potest, uberrime earum consubstantialitatem e Scripturis demonstrari ? Ego igitur puto, ob hanc etiam rationem aquam in vinum, et in id, quod melius erat vino, a Christo mutatam esse, ac eum nuptiali cœnæ hilaritatem præbuisse, quia occulte ac mystice docere voluit,

(2) *Momus.* Voces, καλῶς et Μῶμος, indicare videntur respici a Didymo adagium illud : Παντὶ τῷ καλῷ μῶμος ἕπεται, id est : « Quidquid rectum est, reprehensione non caret : » vel : « Pulchrum quidlibet Momus persequitur. »

(3) *Peccavi.* Luc. xv, 18. Biblia pro εἰς σέ habent ἐνώπιόν σου, id est « coram te. »

(4) *Credidit.* Exod. xiv, 31. Biblia : ἐπίστευσαν pro ἐπίστευσεν.

(5) *Omnis.* I Reg. xii, 18 (seu 19). Citatur sensus.

(6) *Et erat.* Judic. vii, 20. Duæ voculæ, « et erat, » non exstant in Bibliis, sed adduntur a Didymo locum memoriter dictante.

(7) *Nec intempestivus.* Codex, κέριον. Lego καίριον. Vide not. 30, pag. 57. Apud Athanasium quoque in opusculo pseudigrapho tom. II, pag. 560, legitur ἀκεροπερίσπαστος, pro ἀκαιροπερίσπαστος.

(8) *Paulum.* Rom. vi, 3.

(9) *Lancea.* Simili modo Tertullianus in libro *De baptismo* cap. 9 : « Nunquam (ait) sine aqua Christus . . . Cum vulneratur, aqua de latere prorumpit : scit lancea militis. »

(10) *Omnes.* I Cor. x, 3 et 4. Biblia : πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικόν, κ. τ. λ. Et, ἔπινον pro ἔπιον.

(11) *Et omnes.* I Cor. xii, 13.

(12) *Impossibile.* Hebr. vi, 4 et 5.

(13) *Dictus est.* Ephes. vi, 17.

(14) *Congruenter.* Codex, ἀρατότως. Lego ἀραρότως. Videtur vero aliquod verbum omissum hic fuisse a librario.

Digitized by Google Распознавание текста

quod ipse aquam etiam ad immortalem baptismi usum transtulit, atque id quod deerat fidei hominibus, per baptismum una cum divino Spiritu, et concorditer cum Deo et Patre supplevit. Nam justi magno labore vix umbram divini hujus baptismatis assecuti sunt, quod nobis per adventum ac manifestationem Filii, et Spiritus Dei propter agnitionem immortalium harum hypostasium donatum fuit. Piscina enim Trinitatis officina est pro salute omnium fidelium hominum; et eos, qui in ipsa abluuntur, a morsu **262** serpentis liberat, et mater omnium fit per Spiritum sanctum, manens virgo. In ea namque, ut dictum est, omnia accipimus distributionis charismata, et ibidem tum cœlestes paradisi gratiæ obsignantur, ac subscribuntur, tum sponsam sibi animam nostram ille assumit, qui fecit eam, juxta Paulum scribentem: « Despondi (15) vos uni viro virginem castam exhibere, Christo. » Sed quid ni breviter id dicam, quod majus ac sublimius in ipsa est? Quem non audent in cœlis angeli vocare patrem, eum nos discimus in terra sic appellare sine ulla trepidatione. Atque hoc illud est, quod in XXVI psalmo canit Psaltes: « Pater (16) meus, et mater mea dereliquerunt me; »: quasi dicat: Nec enim immortales manserunt Adam et Eva: « Dominus autem assumpsit me; quasi dicat: Et mihi matrem dedit, piscinam; patrem, Altissimum; fratrem, Salvatorem, qui propter nos baptizatus est: nunc ergo vere hæc novi genitus simul et salvatus, quando non amplius audio: « Deflete (17) mortuum, quia defecit lux; » sed optatam vocem: « Venite (18), omnes qui laborastis et onerati fuistis, et ego requiescere faciam vos, » ungens, lavans, induens singulos indivulse toto me ipso, et nutriens corpore meo, et sanguine.

A τούτου βαπτίσματος, τοῦ ἡμῖν δωρηθέντος ἐπιφανεῖ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν ἐπίγνωσιν τὴν εἰς τὰς ἀκηράτους ὑποστάσεις ταύτας, πολλὰ καμόντες οἱ δίκαιοι μόλις ἔτυχον. Ἔστι γὰρ ἡ κολυμβήθρα τῆς Τριάδος, ἐργαστήριον πρὸς σωτηρίαν πιστῶν πάντων ἀνθρώπων· καὶ τοὺς λουομένους ἐν αὐτῇ, τοῦ δήγματος ἀπαλλάττει τοῦ ὄφεως, καὶ μήτηρ πάντων γίνεται, τῷ ἁγίῳ Πνεύματι μένουσα Παρθένος. Ἐν αὐτῇ γὰρ, ὡς εἴρηται, πάντα ὑποδεχόμεθα τῆς διανομῆς τὰ [121 *a*] χαρίσματα, καὶ ἐκεῖσε τοῦ παραδείσου αἱ δωρεαὶ ὑπογράφονται, καὶ νύμφην ἑαυτῷ τὴν ἡμετέραν ψυχὴν λαμβάνει ὁ ποιήσας αὐτὴν, κατὰ Παῦλον ἐπιστέλλοντα· « Ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. » Καὶ τί δὲ συντόμως τὸ B μεῖζον οὐ λέγω ἐν αὐτῇ; Ὃν οὐ τολμῶσιν οἱ ἐν οὐρανοῖς Πατέρα καλεῖν, ἡμεῖς μανθάνομεν ἐπὶ γῆς καλεῖν, μηδένα φοβούμενοι. Καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ ἐν κς' ᾄδεται ψαλμῷ· « Ὁ πατήρ μου καὶ ἡ μήτηρ μου ἐγκατέλιπόν με· » (οὐ γὰρ, φησὶν, ἔμειναν ἀθάνατοι Ἀδὰμ καὶ Εὔα)· « ὁ δὲ Κύριος προσελάβετό με. » Καὶ ἔδωκέ μοι, φησὶ, μητέρα τὴν κολυμβήθραν, πατέρα τὸν Ὕψιστον, ἀδελφὸν τὸν δι' ἡμᾶς βαπτισθέντα Σωτῆρα. Νῦν οὖν οἶδα ἀληθῶς γεννηθεὶς ὁμοῦ καὶ σωθεὶς, ὅτε μηκέτι ἀκούω· « Κλαύσατε τεθνηκότα, ὅτι ἐξέλιπε φῶς· » ἀλλὰ τὴν εὐκταίαν φωνήν· « Δεῦτε, πάντες οἱ κεκοπιακότες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, » ἀλείψας, λούσας, ἐνδύσας ἕκαστον ἀδιασπάστως ὅλον ἐμαυτὸν, καὶ θρέψας τῷ σώματί μου καὶ τῷ αἵματι.

CAP. XIV.

A mundi constitutione aquas sanctificatas fuisse a Spiritu sancto, atque anticipate nobis eam, quæ est ex baptismo, salutem dispensatam ac præstitutam esse. Et Israelitas salutem obtinuisse ex ea, quæ olim erat, baptismi imagine; multo autem magis ipsam consequi illos, qui nunc baptizantur, gratisque justificantur (19), *et beati prædicantur.*

Jam vero opportunum tempus est, ut dum Scripturæ testimoniorum, quæ divini Spiritus, et immortalis baptismi propria sunt, partem aliquam colligo, ex veteri etiam Testamento deprompta, quantum potero, scribam (20). Incipiam autem paulo altius. Indivisa, et ineffabilis Trinitas cum ab æterno humani **263** generis imbecillitatem, fragilitatemque prænosceret; dum ex nihilo humidam substantiam produxit, remedium hominibus, ac sanationem per aquas obtinendam præparavit. Ideo Spiritum sanctum, cum ferebatur super aquas, jam ex eo tempore illas sanctificasse (21) constat,

C

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Περὶ τοῦ ἀπο καταβολῆς κόσμου τὰ ὕδατα ἡγιάσθαι ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ προοικονομεῖσθαι ἡμῖν τὴν ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος σωτηρίαν. Καὶ περὶ τοῦ Ἰσραηλίτας σωτηρίας τετυχηκέναι ἀπὸ τῆς οὔσης ποτὲ εἰκόνος τοῦ βαπτίσματος· πολλῷ δὲ πλέον τοὺς νῦν βαπτιζομένους, καὶ προῖκα δικαιουμένους, καὶ μακαριζομένους.

Καὶ δὴ καιρὸς ἥκει τῷ λόγῳ, τὰς τῷ θείῳ Πνεύματι καὶ τῷ ἀθανάτῳ βαπτίσματι οἰκείας ἀποδείξεις ἀναλεγόμενον ἐκ μέρους καὶ ἀπὸ τῆς πρεσβυτέρας διαθήκης, ὡς ἂν δύνωμαι, γράφειν. Ἄρξομαι δὲ μικρὸν ἄνωθεν. Ἡ ἀδιαίρετος καὶ ἄῤῥητος Τριὰς, προορῶσα ἐξ αἰῶνος τοῦ ἀνθρωπίνου βίου τὰ ὀλισθηρὰ, ἅμα τῷ παραγαγεῖν ἐκ μὴ ὄντων τὴν ὑγρὰν οὐσίαν, ηὐτρέπισεν ἀνθρώποις τὴν ἐν τοῖς ὕδασιν D ἴασιν. Τοιγάρτοι τῇ ἑαυτοῦ ἐπιφορᾷ τὸ ἅγιον Πνεῦμα [121 *b*] ἐκ τότε ἁγιάσαν αὐτὰ, καὶ ζωογόνον ἀποτελέσαν φαίνεται. Παντὶ γὰρ πρόδηλον ὑπάρχει, ὡς καὶ τὸ ὑπερκείμενον τῷ ὑποκειμένῳ τῆς οἰκείας με-

(15) *Despondi.* II Cor. XI, 2.
(16) *Pater.* Ps. XXVI, 16 (seu 10).
(17) *Deflete.* Ecclesiastic. XXII, 9 (seu 10). Græca editio: Ἐπὶ νεκρῷ κλαῦσον· ἐξέλιπε γὰρ φῶς, id est: « Super mortuum plora; defecit enim lux. »
(18) *Venite.* Matth. XI, 28. Græca editio: « Venite ad me omnes, qui laboratis, » etc.
(19) *Justificantur.* Codex, δικαιομένους. Lego δικαιουμένους.
(20) *Scribam.* Vide not. 45, pag. 258.
(21) *Sanctificasse.* Rem lectori fortasse gratam faciam, si animadvertere non omittam, plura Didymum in hoc capite ex Tertulliani libro *De baptismo* mutuatum aut imitatum esse. Rem ita se habere,

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ЕР

ταῖδωσιν, ἵν' οὕτως εἴπω, ποιότητος, καὶ πᾶσα ὑποκειμένη ὕλη, τῆς τοῦ ἐπικειμένου φιλεῖ πως ἁρπάζειν ἰδιότητος. Ὅθεν ἀδιακρίτως παντὶ ὕδατι, καὶ ἐν θαλάττῃ δὲ, ἀνάγκης καταλαβούσης βάπτισμα γίνεται, ὡς μιᾶς τε οὔσης φύσεως ὑδάτων καὶ πάσης ἁγιασθείσης. Ὅπως δὲ τὸ θαλάττιον ὕδωρ ἁλμυρὸν εὑρίσκεται, τοῦ ἑνὸς γένους τῶν ὑδάτων ὑπάρχον, ἑτέρα ἐπιδείξει σὺν Θεῷ φάναι πραγματεία. Αὔταρκες δὲ, εἰς τὸ κινούμενον νυνὶ κεφάλαιον, μνημονεῦσαι τοῦ τε κοσμογράφου Μωϋσέως, ἐξηγουμένου κατὰ λέξιν οὕτως· « Καὶ Πνεῦμα Κυρίου ἐπεφέρετο ἐπὶ τῶν ὑδάτων· » τοῦ τε πνευματοφόρου Δαυΐδ, ψάλλοντος· « Κύριος ἐπὶ ὑδάτων πολλῶν. » Τοῦτο δὲ συνενδείκνυται οὐ μικρῶς, καὶ τὸ ὑπερθεν τῶν Ἰορδανείων ῥείθρων γεγενῆσθαι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τοῦ Δεσπότου βαπτιζομένου, καὶ μεμενηκέναι ἐπ' αὐτόν. Ὀρθῇ δὲ τὸ τηνικαῦτα ἐν εἴδει περιστερᾶς. Ἐπειδὴ τὸ ζῶον τοῦτο ἀκέραιόν τέ ἐστι καὶ χολῆς ἐστέρηται. « Γίνεσθε » γὰρ, φησὶν, « ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. » Εἴπερ δὲ καὶ ἐκ τῆς συναγομένης ψήφου ἀπὸ τοῦ ὀνόματος τοῦ μνημονευθέντος πτηνοῦ ἐπικουρίαν τινὰ δεῖ τῷ λόγῳ τούτῳ πορίζεσθαι, καὶ αὐτὴ ὑποσημαίνει πως τὸ ἀπερίγραπτον τοῦ ἁγίου Πνεύμα-

ac vivificam eis vim, fecunditatemque tribuisse. Omnibus enim manifestum est, quod ea res, quæ alteri supervenit, huic ipsi subjectæ rei propriam, ut sic dicam, qualitatem communicat, quodque omnis subjecta materia (22) arripere quodam modo consuevit illius proprietatem, quod ei supervenit. Unde promiscue quavis aqua, etiam in mari, si repentina necessitas tulerit, baptismus fit; quod una sit aquarum natura, et tota fuerit sanctificata. Quomodo autem salsa maris aqua unius aquarum generis esse inveniatur, altera elucubratio, Deo opem ferente, demonstrabit (23). Sufficit vero ad hoc, de quo agimus, capitulum illustrandum, ut commemoremus cum cosmographum Mosem ita ad verbum enarrantem: « Et Spiritus (24) Domini ferebatur super aquas; » tum spiritiferum Davidem psallentem: « Dominus (25) super aquas multas. » At id ipsum simul ex eo etiam satis ostenditur, quod supra Jordanis fluenta, dum Dominus baptizabatur, apparuerit Spiritus sanctus, et manserit super eum. **264** Apparuit autem tunc in columbæ specie (26), quia hoc animal et simplex (27) est, et bile caret (28). Ait

nullus dubito: quo pacto autem id fieri potuerit, deinceps quæram. Interim quæ ex eo volumine theologus noster desumpsit, summatim indico. I. Ergo quæ capite 3 et 4, de prima aquarum sanctificatione ex Genesi disputat Tertullianus, ea Didymus præsenti segm. 121 *b* imitatur. II. Probaticam piscinam baptismi figuram dicit Tertullianus, cap. 5: id ipsum fusius docet Didymus segm. 125 *b*; ita tamen ut alicubi Tertullianum imitari videatur. III. Quæ de chrismate scripsit ille cap. 7, plane similia sunt iis, quæ hic legimus segm. 126 *a*. IV. Quæ de Spiritus sancti descensu supra Christum ait presbyter Afer cap. 8, aliquam habent affinitatem cum his, quæ Alexandrinus catechista dictat segm. 121 *b*. Demum quæ docet primus capite 8 et 9, de diluvii, ac de maris Rubri aquis, et de aqua amara, quæ poculenta facta est, ea paulo longius persequitur alter segm. 122 *a*.

(22) *Subjecta materia.* Ex Tertulliano hæc hausisse Didymum arbitror. Nam is cap. 4 libri *De baptismo* plane affinia habet: « Sanctum autem, inquit, utique super sanctum ferebatur, aut ab eo, quod superferebatur, id quod ferebat, sanctitatem mutuabatur. Quoniam subjecta quæque materia, ejus quæ desuper imminet, qualitatem rapiat necesse est . . . Ita de sancto sanctificata natura aquarum, et ipsa sanctificare concepit. » At quinam fieri potuit ut Alexandrinus homo Latinum scriptorem imitaretur? Ignoscet lector, si ad conjecturas confugio. Ac primum quidem Latinæ linguæ omnino expers fortasse non erat Didymus, eaque de causa Latinas voces segm. 6 *a* inseruit: nisi forte Rufinum Aquileiensem, qui sex, atque eo amplius annis Alexandriæ Didymum audivit, Latina ei interpretatum conjicere quis malit. Deinde cum Tertulliani nomen in Orientali etiam Ecclesia maxime notum foret (eum enim « omnium Ecclesiarum sermone celebrari » testatur Eusebius in *Chronico*), idcirco aliqua saltem ejusdem opera Græce conversa fuisse incredibile non est. Demum cum duos de baptismo libros Tertullianus ediderit, alterum Latine, qui exstat, alterum Græce, ut testatur ipsemet cap. 15 Latini libri *De baptismo*, ideo suspicari licet, nonnulla ex iis, quæ in Latino nunc legimus, in Græco etiam exstitisse.

(23) *Demonstrabit.* Codex, ἐπιδείξῃ. Lego, ἐπιδείξει.

(24) *Et spiritus.* Gen. I, 2. Editio Græca: Καὶ Πν. Θεοῦ ἐπεφ. ἐπάνω τοῦ ὕδατος, id est: « Et Spiritus Dei ferebatur super aquam. » Quem locum eodem modo quo Didymus, passim interpretantur alii Patres, maxime Tertullianus. Hieronymus in *Dialogo adversus Luciferianos* num. 6, scribit: « Spiritus, inquit Moyses, Domini ferebatur super aquas. » Ex quo apparet baptisma non esse sine Spiritu sancto. Itaque legit, « Spiritus Domini, » ut Didymus. Sed Tertullianus legisse videtur « Spiritus Dei. »

(25) *Dominus.* Psal. XXVIII, 3.

(26) *In columbæ specie.* Matthæus, Marcus, et Joannes aiunt tantummodo, Spiritum sanctum descendisse ὡσεὶ περιστεράν, id est, « sicut columbam. » Respicit ergo Didymus 22 versiculum tertii capitis Lucæ: ubi tamen non legitur: ἐν εἴδει περιστερᾶς, id est, « in columbæ specie; » sed: σωματικῷ εἴδει ὡσεὶ περιστεράν, id est, ut vertit Vulg. interpres, « corporali specie, sicut columbam. » Ast Ambrosius in libro *De mysteriis*, ubi multa eum scripsisse mox dicemus iis similia, quæ hoc in loco Didymus dictaverat, cap. 4, segm. 25, quasi legerit apud Lucam, « in specie columbæ, » sic loquitur: « Cum secundum Græcos in specie columbæ Spiritum descendisse sit scriptum. » Et affini modo loquitur cap. 7, segm. 37, item ut Tertullianus libro *De baptismo* cap. 8.

(27) *Simplex.* Codex, ἀκέρεον pro ἀκέραιον· et mox, ἀκέρεοι pro ἀκέραιοι. Vide not. 30, pag. 57. Simili modo ε pro αι aliquando scribitur in vetustissimo ac celebri codice nostræ hujus bibliothecæ Sancti Salvatoris Bononiæ, Lactantii *Institutiones*, Institutionumque epitomen continente. Ita ex gr. hic versus,

Καρποφόρον γαῖάν τε καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου,

qui a Lactantio affertur lib. I, cap. sexto, sic ibi scriptus est fol. 5:

ΚΑΡΠΟΦΟΡΟΝΓΕΑΝΤΕ
ΚΑΙΥΔΑΤΟCΟΙΔΜΑΤΑΠΟΝ
ΤΟΥ

Et locus, quem in editis exemplaribus libro I, cap. 7, inveniet lector, in eodem codice sic exaratus est:

Digitized by Google Распознавание текста

enim Christus : « Estote (29) simplices sicut columbæ. » Quod si etiam ex numero, qui colligitur ex commemoratæ volucris nomine, adjumentum aliquod (30) orationi nostræ comparare oportet, is quoque subindicat quodammodo, Spiritum sanctum esse incircumscriptum : nam vox περιστερά (quæ columbam designat) valet octingenta et unum (31) : qui numerus significatur per α, et ω : duo autem hæc elementa sunt initium et finis omnium elementorum. Porro diluvium etiam, quod mundum a veteri iniquitate expurgavit (32), **265** mystice atque occulte delictorum mundationem a divina piscina faciendam, quodammodo prænuntiabat. Et arca ipsa, quæ illos servavit, qui in eam admissi sunt, imago (33) erat venerandæ Ecclesiæ, ac bonæ, quæ inde nobis est, spei. Et columba, quæ ramum olivæ in arcam tulit, ac telluris detectionem indicavit, Spiritus sancti adventum significabat, cœlestemque reconciliationem ; symbolum enim pacis est olea. Quin etiam mare Rubrum, quod eos Israelitas excepit, qui neque ancipites (34) fuerunt, neque in incerto crediderunt, quodque illos a malis, quæ ipsis in Ægypto a Pharaone ejusque exercitu

DEVS'RESPONDITVIGINTIETVNO
VERSIBVS' QVORVMHOCPRIN
CIPIVMEST
ΑΥΤΟΦΥΤΕCΑΔΙΔΑΚΤΟCΑ
ΜΗΤΟΡΑCΤΥΛΗΙΚΤΟCΟΥ
ΝΟΜΑΜΗΤΕΛΟΓΩΧΟΡΟΥ
ΜΕΝΟCΕΝΠΥΡΙΝΕΟΝΤΟΥ
ΤΟΘΕΟCΜΙΚΡΑΔΕΘΕΟΥ
ΜΕΡΙCΑΝΤΕΛΟΙΗΩC
NVMQVISPOTESTSVSPICARIDE
IOVEESSEDICTVM . . . . .

Hunc porro codicem « insignissimum » merito vocat Montfauconus in *Diario Italico*, eumque sæculo sexto, aut septimo exaratum dicit : verum equidem, nisi tanti viri auctoritate deterrerer, quinto potius sæculo scriptum arbitrarer : ea sane interpunctionis signa, quæ Isidorus Hispalensis memorat, nulla ibi occurrunt, sed duntaxat virgula superne apposita, quam superiore in specimine lector observavit. Quæ cum ita sint, quis miretur, codicis quoque Passioneiani scriptorem in hujusmodi menda incidisse? præsertim cum opus hocce ex vetustissimis membranis descriptum ab eo fuisse conjicere liceat, ut dicam in notis ad segm. 139 *b*.

(28) *Bile caret*. In libro *De baptismo*, cap. 8, ea scripsit Tertullianus, quæ his aliquantum similia sunt. « Tunc ille sanctissimus Spiritus, inquit. . . . super baptismi aquas, tanquam pristinam sedem recognoscens, conquiescit, columbæ figura delapsus in Dominum, ut natura Spiritus sancti declararetur per animal simplicitatis, et innocentiæ : quod etiam corporaliter ipso felle careat columba. Ideoque, « Estote, » inquit, « simplices, sicut columbæ. » Cyprianus quoque in libro *De unitate Ecclesiæ* columbam vocat « animal non felle amarum. » Et Rufinus *in psalmum* LXVII similia habet.

(29) *Estote*. Matth. x, 16.

(30) *Aliquod*. Vocibus illis, « aliquod, subindicat, quodammodo, » non magni se facere hanc rationem manifesto ostendit Didymus : ac merito quidem : nam et frigida satis est, et ex turbido etiam fonte derivata videtur, ut mox dicam.

(31) *Octingenta et unum*. E Græce ad verbum : « est calculorum octingentorum et unius. » Nimirum vocis, περιστερά, prima littera π valet LXXX, altera ν, et ita porro : ut tandem efficiatur summa octingentorum et unius : qui numerus e duobus itidem elementis α et ω magno simul sumptis coalescit. Didymus porro hæc sumpsisse videtur ex Irenæo, qui tamen ea non ex propria, sed ex delirantium hæreticorum sententia scripserat. Capite quidem 14 primi libri : « Quem (inquit) cum ad baptismum accessisset, columbæ descensus perspicue ostendit, quæ quidem est ω et α. Hujus enim numerus est unum et octingenta (Græce : ἥτις ἐστὶν ω καὶ α· ὁ γὰρ ἀριθμὸς αὐτῆς, μία καὶ ὀκτακόσιαι). » Capite vero proxime sequenti : « Eodem modo Christus septem litterarum est . . . Atque hac ratione ipse se dicit α, et ω, ut περιστεράν, id est, columbam indicet : hunc enim numerum habet hæc avis. » Ac post Irenæum Tertullianus in libro *De præscriptionibus hæreticorum* cap. 50 : « Marcus quidam (inquit) et Colarbasus novam hæresim ex Græcorum alphabeto componentes . . . Propter hanc enim causam Christum dixisse : « Ego sum α et ω. » Denique Jesum Christum descendisse, id est, columbam in Jesum venisse, quæ Græco nomine cum περιστερά pronuntietur, habet secundum numerum, DCCCI. » Simili modo Hieronymus lib. II *in Zachariam* cap. 8, scribit : « Quod autem numerum septem millium ad Christianorum nomen diximus pertinere, supputa Græce ἑπτάκεις χιλίους, et Χριστιανούς, et eumdem numerum, summamque reperies, id est, mille nongentos quadraginta et unum. »

(32) *Expurgavit*. Tertullianus libro *De baptismo* cap. 8 : « Post aquas diluvii (inquit) quibus iniquitas antiqua purgata est, post baptismum, ut ita dixerim, mundi, » etc.

(33) *Imago*. Constat id ex Petri testimonio. « Arca Noe (inquit Hieronymus lib. *contra Luciferianos* pag. 195, ed. Veron.) Ecclesiæ typus fuit, dicente Petro Apostolo : « In arca Noe pauci, id est octo animæ salvæ factæ sunt per aquam : quod et nos nunc similis formæ baptisma salvos facit. » Itaque Tertullianus cap. 8 libri *De baptismo* ait : « ubi Ecclesia est arca figurata. »

(34) *Ancipites*. Vide not. 3, pag. 232.

τος. Ἔστι γὰρ περιστερὰ μιᾶς καὶ ὀκτακοσίων ψήφου, αἵτινες δηλοῦνται διὰ τοῦ ἄλφα καὶ ω· τὰ δὲ στοιχεῖα ταῦτα ἀρχὴ καὶ τέλος ὅλων καθέστηκε τῶν στοιχείων. Καὶ ὁ κατακλυσμὸς τοίνυν, ὁ τὴν ἀρχαίαν ἀδικίαν ἐκκαθάρας τοῦ κόσμου, προεφήτευεν [122 *a*] οἱονεί πως ἐπικεκρυμμένως τὸν ἀπὸ τῆς θείας κολυμβήθρας τῶν ἁμαρτιῶν καθαρισμόν· καὶ ἡ κιβωτὸς αὐτὴ, σώσασα τοὺς ἐν αὐτῇ εἰσφρήσαντας, εἰκὼν τῆς σεπτῆς ἐτύγχανεν Ἐκκλησίας καὶ τῆς ἐντεῦθεν ὑπαρχούσης ἡμῖν ἀγαθῆς ἐλπίδος· καὶ ἡ περιστερὰ, κλάδον ἐλαίας κομίσασα ἐν τῇ κιβωτῷ, καὶ τῆς γῆς τὴν ἀνάδειξιν μηνύσασα, ἐσήμαινε τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν ἐπιφοίτησιν καὶ τὴν ἄνωθεν διαλλαγήν· σύμβολον γὰρ ἡ ἐλαία τῆς εἰρήνης. Ἀλλὰ καὶ ἡ ἐρυθρὰ θάλαττα εἰσδεξαμένη Ἰσραηλίτας, οὔτ' ἐνδυάσαντας, οὔτ' ἐπ' ἀδήλῳ πιστεύσαντας, καὶ τῶν ἐπηρτημένων αὐτοῖς κακῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἀπὸ Φαραὼ καὶ τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ ἀπαλλάξασα, καὶ πᾶσα δὲ ἡ ὑπόθεσις τῆς ἀπὸ Αἰγύπτου αὐτῶν ὁδοῦ, τύπος ἦν τῆς ἐν τῷ βαπτίσματι σωτηρίας. Ἐμήνυε γὰρ, Αἴγυπτος μὲν τὸν κόσμον, ἐν ᾧ οὐ καλῶς βιοτεύοντες πράττομεν κακῶς· ὁ δὲ λαὸς, τοὺς νῦν φωτιζομένους τὰ δὲ ὕδατα, μεσιτεύσαντα τῷ λαῷ τὴν ἀσφάλειαν,

Digitized by Google Распознавание текста

δῆλον τὸ βάπτισμα· ὁ δὲ Φαραὼ καὶ οἱ ὁπλῖται, τὸν Σατὰν καὶ τοὺς ὑπηρέτας αὐτοῦ· Μωϋσῆς δὲ, τῇ ῥάβδῳ τὸ πικρὸν ὕδωρ χρήσιμον ποιήσας, σωτηρίαν καθολικὴν προηγόρευεν. Αὐτὸς γὰρ τύπον ἔφερεν τοῦ Χριστοῦ· ἡ δὲ ῥάβδος, τοῦ σταυροῦ· τὸ δὲ πικρὸν ὕδωρ, τοῦ εὐλογηθέντος ὕδατος τῆς κολυμβήθρας. τοῦ δυσχρήστου μέν ποτε φανέντος τοῖς ἀπίστοις, εὑρεθέντος δὲ τοῖς πιστοῖς εἰς πᾶσαν ἀνάψυξιν, καὶ « Ὡς δρόσος Ἀερμών, ἡ καταβαίνουσα ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών. » Δίδωσι δὲ ἡμῖν εἰς τοῦτο εὐπορίαν μαρτυρίας καὶ ἡ βίβλος τῶν Βασιλειῶν, καὶ αὐτὴ ἐν [122 *b*] ἀπορρήτῳ τὰ ὅμοια τῶν προκειμένων ὑποφαίνουσα, ἐν ῥήσει καὶ ὑποθέσει τῇ ὑπογεγραμμένῃ· « Ἐλισσαῖος, φησὶν, ἐπορεύθη μετ' αὐτῶν· καὶ ἦλθον εἰς τὸν Ἰορδάνην, καὶ ἔτεμνον τὰ ξύλα. Καὶ ἰδοὺ ὁ εἷς ὡς καταβάλλει τὴν δοκὸν, τὸ σιδήριον ἐξέπεσεν εἰς τὸ ὕδωρ· καὶ ἀνεβόησεν· Ὦ κύριε· καὶ αὐτὸ κεχρημένον. Καὶ εἶπεν ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ· Ποῦ ἔπεσεν; Καὶ ἐπέδειξεν αὐτῷ τὸν τόπον. Καὶ ἀπέκλασε ξύλον, καὶ ἔῤῥιψεν αὐτὸ ἐκεῖ, καὶ ἐπεπόλασε τὸ σιδήριον· καὶ εἶπεν· Ὕψωσον σεαυτῷ. Καὶ ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἔλαβεν αὐτό. » Ἐδηλοῦτο γὰρ, διὰ μὲν Ἐλισσαίου τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ τοῦ πυθομένου, « Ποῦ ἐξέπεσεν ἡ ἀξίνη; » ὁ μετὰ ἀνθρώπων γενόμενος Θεός, ὁ πάλαι εἰπών· « Ἀδὰμ, ποῦ εἶ; » διὰ δὲ τοῦ ἑνὸς προσώπου, τοῦ τὸ ξύλον καταβάλλοντος, καὶ ἐπιδεικνύοντος τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἡ ἀξίνη ἔπεσεν, ὁ Ἀδὰμ ὁ τῷ ἀληθήτῳ Θεῷ ἀποκρινάμενος· « Γυμνός εἰμι, καὶ ἐκρύβην, » καὶ τῷ τοιῷδε ῥήματι δείξας τὸν τόπον, ἔνθα αἰδούμενος ἐκρύπτετο, ἔτι δὲ ἐδηλοῦτο καὶ τὸ φυτὸν, οὗ ἥψατο οὐκ εἰς δέον· διὰ δὲ τοῦ πεσόντος σιδήρου εἰς τὸ βάθος τὸ ἀφανὲς, ἡ δύναμις τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ἐσημαίνετο, ἡ ἐκπεσοῦσα τοῦ φωτὸς ἕνεκα τοῦ ἐπιβαλεῖν χεῖρα εἰς τὸ ξύλον τῆς ζωῆς· διὰ δὲ τοῦ φάναι ὅτι ἦν καὶ αὐτὸ κεχρημένον, τὸ δόσει Θεοῦ ἐσχηκέναι τὸν πρωτόπλαστον, ἣν ἀφῆκε δύναμιν, ἣν καὶ ἔδει τῷ δεδωκότι, οἷαν εἴληφεν ἀποδοῦναι· διὰ δὲ τοῦ ληφθέντος ξύλου, καὶ ῥιφέντος κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἔχοντος τὸ ζητούμενον, ὁ πολυύμνητος σταυρός· διὰ δὲ τοῦ [123 *a*] Ἰορδάνου, τὸ ἀθάνατον βάπτισμα· ἐν γὰρ τῷ Ἰορδάνῃ ὁ τὸν Ἰορδάνην ποιήσας, βαπτισθῆναι δι' ἡμᾶς κατηξίωσεν. Διὰ δὲ τοῦ ἐπιπολάσαι τοῖς ὕδασι τὸν σίδηρον, καὶ ἐλθεῖν πρὸς τὸν ἀπολέσαντα, τὸ διὰ τοῦ φωτίσματος εἰς τὸ οὐράνιον ἀναφέρεσθαι ὕψωμα, καὶ τὴν προτέραν ἀποδέχεσθαι χάριν, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἀπολαμβάνειν πατρίδα· διὰ

A imminebant, liberavit, atque adéo tota fugæ illorum ex Ægypto historia, typus erat (35) salutis, quam in baptismo consequimur. Significat enim Ægyptus quidem mundum, in quo, nisi recte vivamus, male nobiscum agitur; populus autem eos, qui baptismo nunc illuminantur; aquæ vero, quæ populo securitatis veluti mediatrices fuerunt, baptismum designabant; Pharao autem, ac milites, Satanam, ejusque ministros; Moyses vero, qui amaram (36) aquam virga utilem fecit, salutem universalem prænuntiabat. Ipse enim typum gerebat Christi; virga vero, crucis, aqua autem amaræ benedictam piscinæ aquam præmonstrabat: quæ aqua inutilis quidem aliquando visa est infidelibus, fidelibus vero utilis ad omnem refrigerationem com-

B perta est, et « Tanquam ros Aermon (37) descendens super montes Sion. » Sed liber quoque Regnorum luculentum nobis hac de re præbet testimonium, cum et ipse similia præcedentibus arcane subindicet in capitulo atque historia, quæ hic subscribitur. « Elisæus (inquit) ivit (38) cum eis: et venerunt ad Jordanem, et cædebant ligna. Et ecce unus dum dejicit trabem, ferrum cecidit **266** in aquam. Et exclamavit: o domine: et illud commodatum (fuerat). Et dixit homo Dei: Ubi cecidit? Et ostendit ei locum; et fregit lignum, et illud projecit illuc, et innatavit ferrum. Et dixit: Attolle tibi. Et extendit manum suam, et accepit illud. » Etenim per Elisæum quidem hominem Dei, et interrogan-

C tem, « Ubi cecidit » securis? significabatur Deus, qui cum hominibus versatus est, quique olim dixit: « Adam (39), ubi es? » Per unam vero personam, quæ lignum dejicit, et ostendit locum, in quem securis cecidit, Adamus designabatur, qui Deo, quem nihil latet, respondit, « Nudus (40) sum, et me abscondi, » atque his verbis locum ostendit, ubi præ verecundia sese abscondebat: insuper vero indicabatur etiam planta, quam tetigerat contra fas; per ferrum autem, quod cecidit in obscuram profunditatem, vis humanæ naturæ denotabatur, quæ excidit a luce, propterea quod manum injecerit homo in lignum vitæ; per id vero quod dixit, « Et illud commodatum fuerat, » significabatur, ex dono Dei habuisse protoplastum eam, quam

D amisit vim; quam etiam illum oportebat ei, qui ipsam dederat, talem restituere qualem acceperat. Per lignum vero, quod acceptum est, et projectum

(35) *Typus erat.* Hæc vix attingit Tertullianus lib. *De bapt.* cap. 9. Valde similia vero habet Theodoretus in Commentariis in Epist. I *ad Cor.* cap. x, vers. 1, tom. III, pag. 166. Lege, si placet, quæ de sensu mystico libro XII *contra Faustum* cap. 27 et seqq. scripsit Augustinus: ibi enim hæc et ipse exempla profert.

(36) *Amaram.* Tertullianus breviter hæc exponit. « Item (ait) aqua de amaritudinis vitio in usum commodum suavitatis Mosei ligno remediatur. Lignum illud erat Christus, venenatæ et amaræ retro naturæ venas in saluberrimas aquas baptismi, scilicet ex sese remedians. » Quæ vero Didymus subjicit usque ad segm. 125 *b*, de iis non loquitur Tertullianus.

(37) *Tanquam ros Aermon.* Ex Psal. CXXXII, 3. Hebræum exemplar, et Vulgata translatio habent: « Hermon: » Græca Biblia et Didymus: « Aermon, » vocem scilicet tribus constantem syllabis.

(38) *Ivit*, etc. IV Reg. VI, 4-7. Complutensis editio aliter. At Biblia Francofurti edita Didymi lectionem in multis exhibent. Utramque editionem conferat lector cum hoc Didymi loco.

(39) *Adam.* Gen. III, 9. Norunt autem omnes theologi, quid de Verbi ante Incarnationem apparitionibus senserint vetustiores Patres, quos sequitur hoc in loco Didymus, ut et segm. 32 *b*.

(40) *Nudus.* Gen. III, 10.

Digitized by Google Распознавание текста

in eum locum, ubi erat quod quærebatur, sancta, hymnisque semper celebranda crux designabatur (41); per Jordanem **267** vero, immortale baptisma; nam in Jordane is qui Jordanem fecerat, baptizari propter nos dignatus est. Ferri autem innatatio in aquis, ejusque accessus ad eum qui illud amiserat, significabat, nos per baptismum in cœlestem sublimitatem extolli, et pristinam gratiam suscipere, et veterem patriam recipere. Verba vero illa, « attolle tibi, » atque hæc alia, « Extendit manum et accepit, » significant, opus esse ut sciamus, quod ille ipse, qui ad baptismum accessit, credere debet, et attollere, id est, glorificare (42) eo modo, qui baptismi lege ac formula præscriptus fuit, et illas manus nunc recte ad Deum extendere, quas olim communi naturalis cum Adamo unionis ratione non recte in plantam vitæ injecit. Quod si quis renuens, ac ea quæ dicimus, improbans baptismum in hoc Scripturæ loco prænuntiari inficietur, ab illo sciscitari par est, quænam sit talium verborum ac narrationum utilitas, quam (43) respexerit sacer scriptor, dum hæc posuit. Cum vero idem propheta fontis, qui in Jericho erat, aquam ex amara et sterili suavem, et fecundam fecit, salem et aquam tum in novam (44) hydriam, tum ex ea in fontis aquam projiciens, et inquiens (45), « Hæc dicit Dominus : Sano aquas istas; » prænuntiavit per renovationem quidem hydriæ et aquæ, novam novi fœderis piscinam; per salem vero, fidem, et eam, quam ex hac percipimus, utilitatem; per aquam demum, quæ, cum esset qualitatis expers, fecunda, et suavis omnibus facta est, prophetavit, quod qui ad baptismum accedunt, veteris mœstitiæ tunicis exuuntur, et onera deponunt, et novæ gratiæ dono induuntur, et salutaris Spiritus participatione fruuntur, atque adoptione in filios. Porro Spiritus sancti summe ineffabiles in baptismalibus aquis divitias, et propitiationem (46) pulchre idem propheta prædocuisse videtur, ac illud simul indicasse, ad omnes, qui convertuntur, et ad universas humanas vitas extendi universalem Spiritus sancti providentiam, adeo ut nemo eorum, qui nolunt, rejectus inveniatur; cum Nebemanum **268** Syrum (47) leprosum alienigenam, qui ab eo petierat, ut curationem (48) sibi adhiberet, ad Jordanem δὲ τοῦ γράφειν, « Ὕψωσον σεαυτῷ, » καὶ διὰ τοῦ, « Ἐξέτεινε τὴν χεῖρα, καὶ ἔλαβε, » τὸ δεῖν εἰδέναι, ὡς αὐτὸν τὸν προσιόντα τῷ φωτίσματι, πιστεῦσαι χρεών, καὶ ὑψῶσαι, τοῦτ' ἔστι δοξάσαι, οὕτως, ὡς βαπτισθῆναι προστέτακται, καὶ ἐκτεῖναι νῦν τὰς χεῖρας καλῶς εἰς τὸν Θεόν, ἃς πάλαι, τῷ κοινῷ λόγῳ τῆς πρὸς τὸν Ἀδὰμ φυσικῆς ἐγώσεως, οὐ καλῶς εἰς τὸ φυτὸν τῆς ζωῆς ἐπέβαλεν. Τὸν δὲ ἀνανεύειν ἐθέλοντα, ὅτι καὶ τὸ χωρίον τοῦτο προφητεία περὶ τοῦ βαπτίσματός ἐστιν, ἄξιον ἀπαιτεῖν, τί τὸ χρήσιμον τῶν τοιῶνδε ῥημάτων καὶ διηγημάτων, πρὸς ὃ βλέπων ὁ ἱερὸς συγγραφεὺς ταῦτα τέθεικεν. Καὶ τῆς ἐν Ἱεριχὼ δὲ πηγῆς τὸ πικρὸν καὶ ἀγονοποιὸν ὕδωρ, προσηνὲς καὶ γόνιμον ἀποτελέσας ὁ αὐτὸς προφήτης, ἐν τῷ ἅλας καὶ ὕδωρ, καὶ εἰς ὑδρίαν καινὴν βαλεῖν, καὶ ἀπ' αὐτῆς εἰς τὸ πηγαῖον ὕδωρ, καὶ φάναι, « Τάδε λέγει Κύριος· Ἰαμαι τὰ ὕδατα ταῦτα· » προηγόρευσε, διὰ μὲν τῆς καινουργίας ὑδρίας καὶ τοῦ ὕδατος, τὴν νέαν κολυμβήθραν· διὰ δὲ τῶν ἁλῶν, τὴν πίστιν καὶ τὴν ἐξ αὐτῆς δύνησιν· διὰ δὲ τοῦ τὸ ἄποιον ὕδωρ, γόνιμον καὶ νόστιμον πᾶσι γεγενῆσθαι, προεφήτευσεν, ὡς οἱ προσομιλοῦντες τῷ βαπτίσματι, τῆς παλαιᾶς [123 *b*] στυγνότητος ἀποδύονται τοὺς χιτῶνας, καὶ ἀποτίθενται τὰ φορτία, καὶ τῆς νέας χάριτος ἐνδύονται τὴν δωρεάν, καὶ ἀπολαύουσι τῆς τοῦ σωτηρίου Πνεύματος μετουσίας καὶ υἱοθεσίας. Δοκεῖ μοι καλῶς, ὅτι τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὸν ἐπὶ τοῖς βαπτιστικοῖς ὕδασιν ἀῤῥητότατον πλοῦτον καὶ ἱλασμὸν προδιδάσκων ὁ αὐτὸς, καὶ ὅτι εἰς πάντας τοὺς ἐπιστρέφοντας καὶ εἰς πάντας τοὺς ἀνθρωπίνους βίους διατείνει ἡ ἐπὶ πάντων πνευματικὴ πρόνοια, ὡς μηδένα τῶν οὐ θελόντων ἀπόβλητον εὑρίσκεσθαι, Νεεμὰν τὸν Σύρον τὸν λεπρὸν, τὸν ἀλλόφυλον, δεηθέντα αὐτοῦ τῆς περιοδίας, εἰς τὸν Ἰορδάνην ἑπτάκις καταβαπτισθῆναι ἐπεμψεν· ὥστε τῇ ἐπὶ τῶν ὑδάτων τοῦ Κυρίου φωνῇ τὸ πάθος ἀπ' αὐτοῦ ἐξαναλῦσαι, καὶ ὅλον αὐτὸν ἐπὶ τὸ καθαρὸν καὶ ὅσιον εἶδος τῆς ψυχῆς ἀναδραμεῖν. Ἑπτάκις δὲ εἶπε βαπτίσασθαι, ἢ ἵνα εἰδέναι ἔχοι ὁ ἀλλοεθνὴς, ὡς ἐν τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ὁ Θεὸς τῶν ἔργων κατέπαυσε, καὶ εὐλόγησεν ἅπερ ἐν ταῖς ἓξ ἐποίησεν (ὅθεν ἑπτάμυξον τῇ συναγωγῇ ἐν ἧν τῶν κειμηλίων), καὶ ὡς πληρωματικός ἐστι καὶ τέλειος ὁ ἀριθμὸς ὁ ἑπτά· ἢ μᾶλλον, ὅτι τὸ θεῖκὸν Πνεῦμα ἡνίξατο. Ἡσαΐας γὰρ τὸ παντελὲς καὶ πρὸς τὸν υἱὸν ἀπαράλλακτον τῆς φύσεως αὐτοῦ τῇ πίστει ἐγχωρούντως θεωρήσας, ἑπτὰ σημασίας περὶ αὐτοῦ πέμπεσθαι, quod est, ad verbum, « gloriam sursum mittere, » nempe offerre.

(43) *Quam.* Codex, πρὸς ἃ. Lego πρὸς ὃ.

(44) *Novam.* Codex mendose, καινεῖν. Lego καινήν.

(45) *Hæc dicit.* IV Reg. II, 21.

(46) *Propitiationem.* Codex mendose, ἱλασμόν pro ἱλασμόν.

(47) *Syrum.* Codex, τὸ νοῦρον. Lego τὸν Σύρον.

(48) *Curationem.* Codex, τῆς περιοδίας. Quæ vox deest in vulgaribus Lexicis. Modestinus cap. 6 *De excusation.* hæc scripsit : « Grammatici, sophistæ, rhetores, medici, qui περιοδεύται, id est circulatores vocantur, quemadmodum a reliquis muneribus, ita et a tutela, et a cura requiem habent. » Itaque conjicio Alexandriæ nomen hoc, περιοδευ-

(41) *Crux designabatur.* Locum libri quarti Regum, qui allegorice hic explicatur, eodem, quo Didymus, modo interpretatus fuerat Irenæus : ut proinde hunc ille imitatus videri queat. Irenæi verba necdum edita sunt. Exscripsi illa e codice XVI, Græco bibliothecæ Venetæ S. Marci, quo codice catena in quatuor libros Regum continetur. Exstant autem folio 221 ad versiculum 7 capitis sexti libri IV : et ita se habent : *Εὐηγγελιον μαθητοῦ τῶν ἀποστόλων.* Ὧδε δι' ἔργου, etc. Hæc cum altero fragmento quod mox ex codice XV ejusdem bibliothecæ affert Mingarelli, edidimus in *Addendis* ad Irenæum, tom. VII fin. EDIT.

(31) *Comedite.* Græca editio rectius ; hic enim addit : καὶ πορεύεσθε καὶ ἀγοράσατε, id est « et ite, et emite : » quæ lectio Hebræo exemplari consentanea est. Hæc tamen verba ab aliis quoque omitti, ut a Didymo, testatur auctor adnotationum, quæ adjectæ sunt editioni Francofurtensi.

(32) *Qui credit.* Joan. VII, 38.

(33) *Hoc autem.* Ibid. 39. Græca ed., εἶπε pro ἔλεγεν.

(34) *Omnes.* Rom. III, 23, 24.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον· καὶ ἀκοῦσαι, ἃ ἠκούσατε, καὶ οὐκ ἤκουσαν. » Οἱ δὲ πνευματικοὶ μόνον οὐχὶ βλέπομεν καὶ ἀκούομεν, ἀλλὰ καὶ δωρεὰν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φωτιζόμεθα καὶ ἀπολαύομεν, σώματος Χριστοῦ μεταλαμβάνοντες καὶ πηγῆς ἀθανάτου γευόμενοι.

A Illos, qui hujus gratiæ digni facti sunt, beatos prædicans Dominus apud Lucam aiebat discipulis : « Beati (35) oculi, qui vident quæ videtis. Dico enim vobis, quod multi prophetæ et reges voluerunt videre quæ vos videtis, et non viderunt (36), et audire quæ audistis, et non audierunt. » Nos vero, qui spirituales (37) efficimur, non modo ea videmus et audimus, sed etiam gratis a Spiritu sancto illuminamur, iisque fruimur, dum corpus Christi participamus, et immortalem fontem gustamus.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Ἐν πολλοῖς οὖν φαίνεται ἡ Γραφή, οὐχ ἧκιστα δὲ ἐπὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, διὰ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν τῆς οὐσίας καὶ ἐνεργείας ταυτότητα, μόνου τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ τοῦ σωτηρίου αὐτοῦ σημάντρου, ἐν ᾧ κατασφραγιζόμενοι ἀναστοιχειούμεθα εἰς εἰκόνα τὴν πρώτην, μνημονεύουσα. Ἀσφράγιστον γὰρ πρόβατον, εὐάλωτον τοῖς λύκοις, οὐκ ἔχον τὴν ἀπὸ τῆς σφραγῖδος συμμαχίαν, οὐδὲ γιγνωσκόμενον ὁμοίως τῶν ἄλλων παρὰ τοῦ καλοῦ ἡμῶν Ποιμένος, ἐπειδὴ μηδὲ αὐτὸ γινώσκει τὸν πάντων Ποιμένα. Ἀποδείξεις δὲ τούτων εἰσὶν, ὡς ἡνίκα ὁ Σωτὴρ λέγῃ· « Ὅταν ἔλθῃ τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς [128 *a*] πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν· » καὶ πάλιν· « Ὑμεῖς βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » Καὶ ὡς ὅταν Παῦλος ἐπιστέλλῃ, πρὸς μὲν Κορινθίους· « Πάντες ἐν ἑνὶ σώματι εἰς ἓν Πνεῦμα ἐβαπτίσθημεν, εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλληνες, εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι· καὶ πάντες ἓν Πνεῦμα ἐποτίσθημεν· » πρὸς δὲ Ἐφεσίους· « Μὴ λυπεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως· » καὶ πάλιν· « Ἐν ᾧ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθημεν τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ· » ὅπερ προφητεύων ἔψαλλεν Δαυΐδ· « Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε. »

CAP. XV.

In multis porro, maxime vero in sancto baptismate, propter essentiæ et operationis identitatem cum Patre et Filio, Scripturam meminisse constat solius Spiritus sancti, et salutaris ejus signaculi (aut sigilli), quo obsignati in pristinam imaginem B reformamur. Nam ovis non signata, facile a lupis capi potest, cum sit illa ope destituta, quæ ex obsignatione comparatur, neque a bono Pastore nostro aliarum instar agnoscatur, quod ne ipsa **278** quidem Pastorem omnium cognoscat. Hæc autem sic demonstrantur. Salvator ait : « Cum venerit (38) Spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem ; » et rursus : « Vos baptizabimini (39) in Spiritu sancto ; » et Paulus scribit ad Corinthios quidem : « Omnes (40) in uno corpore in unum Spiritum baptizati sumus, sive Judæi, sive Græci, sive servi, sive liberi ; et omnes uno Spiritu potati sumus ; » ad Ephesios vero : « Nolite (41) contristare Spiritum sanctum Dei, in quo obsignati estis in diem redemptionis ; » et rursus : « In quo C (42) credentes obsignati sumus Spiritu promissionis sancto. » Quod prophetans David psallebat, « Signatum (43) est super nos lumen vultus tui, Domine, » lumen divinæ faciei (44) dicens Spiritum.

(35) *Beati.* Luc. x, 23, 24.

(36) *Non viderunt.* Græca editio : οὐκ εἶδον, καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε.

(37) *Spirituales.* Propter inhabitantem in nobis Spiritum sanctum nos denominari et esse « spirituales » sæpius docet theologus noster tum in hoc opere, tum in libro *De Spiritu sancto*, num. 5 et 35, tum fortasse in fragmento, quod exstat in Joannis Damasceni *Parallelis* sub litera β tit. IV, ubi legitur : Ὃς γὰρ ὁ εἰς ὕδωρ βαπτιζόμενος ὅλος ὑγραίνεται· οὕτως ὁ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι βαπτιζόμενος ὅλος πνευματικὸς καὶ ἅγιος γίνεται, id est, « Sicut enim qui in aqua baptizatur, totus fit madidus ; ita qui in Spiritu sancto baptizatur, totus fit spiritualis et sanctus. » Tribuitur quidem hoc fragmentum in Lequieni editione Gregorio Nysseno, ac desumptum dicitur ex ejus oratione 7 *in baptismum*. At in Naniano codice pagina 509 tribuitur Didymo. Ac sane cum binas, quæ exstant, Nysseni orationes de baptismo agentes percurrerim, illud in eis invenire non potui.

(38) *Cum venerit.* Joan. XVI, 13.

(39) *Vos baptizabimini.* Act. I, 5.

(40) *Omnes.* I Cor. XII, 13. Græca editio : Ἐν ἑνὶ Πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν.... καὶ πάντες εἰς ἓν Πνεῦμα ἐποτίσθημεν, ut legit etiam Vulg. interpres.

(41) *Nolite.* Ephes. IV, 30.

(42) *In quo.* Ephes. I, 13. Græca Biblia, ἐσφραγίσθητε, id est « obsignati estis. »

(43) *Signatum.* Psal. IV, 7. Vide segm. 57 *a*. Porro hunc versiculum de Spiritu sancto interpretatus est etiam in comment. *in Psalmos* ad psal. LXXXVIII, 16, pag. 831, catenæ Corderianæ, atque a Davide eos, qui baptizati sunt, ac Spiritu sancto obsignati, induci affirmat sic loquentes : « Signatum est, » etc. Similia docuit *ad Psalmum* CIV, 4, pag. 114, in eadem catena, et in commentariis *in Acta apostolorum* tom. IV *Anecd.* Wolfii pag. 4. In catena vero manuscripta, quam commemoravi, pag. 228 et 229, hæc leguntur folio 10, ad ea verba : « Quis ostendet nobis bona ? Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. » Διδύμου. Τὸ γὰρ ἐπὶ μετώπου σημεῖον, ἡ κοινωνία τῆς Θεότητος (Origenem imitatur) εἰς τοὺς ὑγιῶς αὐτὴν νοοῦντας φθάνουσαν (lego φθάνουσα). Νόει δὲ καὶ φῶς, τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως, καὶ εἰκόνα αὐτοῦ τοῦ ἀοράτου Θεοῦ. Ὅπερ φῶς ἀπεντεῦθεν ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς μορφωθέντας κατ' αὐτόν· περὶ οὗ καὶ ἐξέλαβόν τινες τὸ τίς ἀντὶ τοῦ εἷς δείξει μόνος ἡμῖν τὰ ἀγαθά· ἵνα ᾖ ἀτόμου σημαντικόν. ὡς τό, Ἄνθρωπός τις εὐγενής. Id est : « Didymi. Nam signum in fronte est communicatio Deitatis, cujus participes fiunt qui eam sano sensu interpretantur. Intellige autem et lumen vultus Dei, et characterem substantiæ, et imaginem ipsius inconspicui Dei. Quod lumen signatum est super nos ipsi conformes factos, de quo etiam nonnulli intellexerunt illud : « Quis (*pro* unus) ostendet solus nobis bona : » ut individuum significet, quemadmodum illud : « Homo τις (id est, quis, *seu* quidam) nobilis. »

(44) *Divinæ faciei.* In commentariis *in Psalmos*, ad vers. 10 psalmi XV, Didymus « Patris vultum » interpretatur Filium. Idem fecit in commentariis *in Ecclesiastem*, ad cap. III, vers. 14, explicans ea verba : « Ut timeant a facie ejus. » Nimirum in catena manu scripta *in Ecclesiastem*, quæ exstat

Digitized by Google Распознавание текста

Si ergo in nomine (45) Patris, et Filii, et Spiritus sancti ex æquo obsignamur et baptizamur, sequitur ut Trinitas in una deitate sit ac regno. Nec enim in creaturarum nomine hæc accipimus, neque assumit Deus creaturæ nomen cum suo, aut obsignationem, quasi ipse solus salvare non possit. Qui ergo transeunt ad orthodoxiam, etsi forte baptizati fuerint, baptizantur [46] (nec **279** enim dicimus, rebaptizantur (47), cum verum baptisma non habeant) ; Eunomiani quidem, quia unam faciunt immersionem, dicentes baptizari solum in mortem Domini (48): Phryges (49) vero, quia non baptizant in tres sanctas hypostases, sed eumdem esse credunt Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum. Unguntur (50) autem qui a quavis

A ρι· » φῶς τοῦ θεϊκοῦ προσώπου τὸ Πνεῦμα εἰπών. Εἰ οὖν εἰς ὄνομα Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος ἴσως σφραγιζόμεθα καὶ βαπτιζόμεθα· ἄρα ἐν μιᾷ θεότητι καὶ βασιλείᾳ ἡ Τριάς. Οὐ γὰρ ἐπὶ κτίσμασιν ταῦτα δεχόμεθα, οὐδὲ ξυμπαραλαμβάνει ὁ Θεὸς κτίσματος ὄνομα τῷ ἑαυτοῦ, ἢ σφραγῖδα, ὡς μόνος σώζειν οὐ δυνάμενος. Μετερχόμενοι τοίνυν εἰς τὴν ὀρθοδοξίαν, κἂν τυχὸν ὦσιν βεβαπτισμένοι, βαπτίζονται μέν (οὐ γὰρ λέγομεν ἀναβαπτίζονται, ἐπειδὴ μὴ ἔχουσι τὸ ἀληθὲς βάπτισμα)· οἱ δὲ Εὐνομιανοὶ μὲν, διὰ τὸ μίαν κατάδυσιν ποιεῖσθαι, λέγοντες μόνον εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου βαπτίζεσθαι· Φρύγες δὲ, διὰ τὸ μὴ εἰς τὰς τρεῖς ἁγίας ὑποστάσεις βαπτίζειν, ἀλλὰ πιστεύειν τὸν αὐτὸν εἶναι Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα. Χρίονται

in codice 22 Græco bibliothecæ Venetæ S. Marci, hæc leguntur pag. 80: Διδύμου. Περὶ τῶν ὁρατῶν ὁ λόγος κτισμάτων... Ὅρα δὲ, ὅτι οὐκ εἶπεν· Ἵνα φοβηθῶσι τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Πρόσωπον γὰρ Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά. Πρόσωπον δὲ Θεοῦ προηγουμένως ὁ Υἱὸς κατὰ τό· « Ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ σωθησόμεθα. » Id est: « Didymi. De visibilibus creaturis sermo hic est. . . Observa autem non dixisse Ecclesiasten : Ut timeant Deum ; sed, vultum ejus. Nam « Vultus Domini super facientes mala. » Vultus autem Dei præcipue est Filius, juxta illud : « Ostende vultum tuum, et salvabimur. » Cum porro Spiritus sanctus a Filio etiam procedat, merito a Didymo dicitur esse lumen vultus Dei.

B cratis verba recitare sufficiat. « Hoc unum dicam, » inquit, « eos sacrum baptisma adulterasse; non enim in Trinitatem baptizant, sed in mortem Christi. » S. Epiphanius contra hæresi LXXVII, pag. 992, affirmat « Aetii discipulos cum eorum successore Eunomio rebaptizare in nomine Dei increati, et in nomine Filii creati, et in nomine Spiritus sanctificantis, et a creato Filio procedentis. » Verum Epiphanius de baptismo loquitur iterum collato iis qui baptizati fuissent a catholicis, aut etiam ab Arianis, Didymus vero aliique de baptismo primum dato. Quod vero spectat ad Montanistas, eorum baptisma rejecerat concilium Laodicenum canone 8, et juxta quædam exemplaria Nicænum quoque canone 19.

(45) *In nomine*, etc. Hoc ipsum argumentum affert Didymus in libro *De Spiritu sancto* num. 24; et illum, qui unum ex tribus nominibus omitti posse, aut unquam potuisse doceat, vocat « contrarium legislatorem Christi, » sive (ut legit S. Thomas eum Didymi locum allegans in catena ad cap. XXVIII Matthæi) « contrarium Christo legislatori. »

C

(46) *Baptizantur*, etc. Baptismum ab hæreticis rite collatum ut validum haberi a Didymo, hinc colligo : 1, quia Eunomianorum duntaxat ac Phrygum baptisma excipit : exceptio autem firmat regulam; 2, quia horum baptismum ideo invalidum dicit, quod formula a Christo præscripta in baptismi collatione non uterentur; 3, quia in unctione rem contra se habere, quam in baptismo, indicans subjungit : « Unguntur autem, qui a quavis hæresi accedunt. » Multo cautius vero, aut saltem clarius loquitur Didymus, quam in Procatechesi Cyrillus, qui ait : Μόνον γὰρ οἱ αἱρετικοὶ ἀναβαπτίζονται, ἐπειδὴ τὸ πρότερον οὐκ ἦν βάπτισμα, id est « Hæretici enim tantum rebaptizantur; siquidem prius illud baptisma non erat. »

(47) *Nec . . . dicimus, rebaptizantur.* Eodem modo locutus fuerat Cyprianus in epistola 71 *ad Quintum* data, in eo tamen errans, quod non aliquorum duntaxat, ut Didymus, sed omnium hæreticorum baptisma respueret. « Nos autem dicimus (inquit), eos qui inde, non rebaptizari apud nos, sed baptizari : neque enim accipiunt illic aliquid ubi nihil est. »

D

(48) *In mortem Domini.* Mentem fortasse Didymus intendit ad septimum canonem secundæ œcumenicæ synodi, paulo ante quam hæc ipse dictaret habitæ; si tamen revera canon ille ab ea synodo conditus fuit. Ibi porro cum Eunomianorum, tum Montanistarum baptisma invalidum declaratur. Cæterum quod spectat ad Eunomianos, hoc ipsum quod Didymus, de iis affirmant Socrates lib. v, cap. 24, Sozomenus lib. VI, cap. 26, Theodoretus lib. IV *Hæreticarum fabularum*, cap. 3, Philostorgius ipse, quamvis Eunomianus, lib. X, num. 4, et Anastasius Bibliothecarius in *Historia eccles.* pag. 55. Se-

(49) *Phryges.* Phryges, id est, Montanistas, « baptizare in Patrem, et Filium, et Montanum, aut Priscillam, » ait Basilius in epistola 188, quæ est canonica prima, pag. 269, tom. III, ed. Parisiensis anni 1730. Didymus vero noster eosdem hæreticos ait « non baptizare in tres sanctas hypostases. » At quemadmodum nonnulli, ut monachus Maurinus operum Basilii editor, ex ipsius Basilii verbis non colligi putant, Montanistas præscripta a Christo formula inter baptizandum usos non esse; ita non deerunt qui id ne ex Didymi quidem verbis colligi arbitrabuntur : ea enim ita accipienda esse contendent, ut ideo in tres sanctas hypostases non baptizare dicantur, quod divinarum personarum distinctionem non admiserint, ideoque baptismi formulam mente quidem, sensu atque interpretatione vitiaverint, sed eadem tamen, atque catholici, verba pronuntiaverint. At si res ita se habet, cur Didymus e tam multis hæreticorum sectis nondum illius ætate exstinctis Eunomianos tantum hic memorat ac Montanistas? Nonne horum baptismum a « cujusvis » alterius « hæresis » baptismate secernere videtur? Propterea fortasse quod nulli alii tunc in Alexandrina diœcesi forent hæretici, qui baptismi formulam immutassent. Hæc tamen non de Montano ipso dicta volo, qui recte de Trinitate sensisse videtur, etsi aliter opinetur Didymus segm. 215 *b*; neque de iis Montanistis, qui dicebantur « secundum Proclum; » sed de nequioribus aliis Montanistis, qui (Didymo teste, ac Theodoreto in lib. III *Hæreticar. fabularum*, cap. 2) divinarum personarum distinctionem inficiabantur, nempe de iis qui appellabantur « secundum Æschinem. »

(50) *Unguntur.* Utrum ea chrismatio, quæ hæreticis extra Catholicam rite baptizatis, et confirmatis, ac deinceps ad Catholicam ipsam venientibus conferebatur, sacramentum esset, an ecclesiastica cæremonia, disputant theologi. Quid autem hac de re senserit Didymus, non videtur quidem certo colligi posse ex hoc loco; ipsum tamen de sacramento potius loqui, quam de mera cæremonia, infero ex verbis hisce : « Quia non habent sanctam unctionem. »

Digitized by Google Распознавание текста

δὲ οἱ ἀπὸ πάσης αἱρέσεως μετερχόμενοι, ἐπειδὴ οὐκ ἔχουσι τὸ ἅγιον χρίσμα. Ἐπίσκοπος δὲ μόνος τῇ ἄνωθεν χάριτι τελεῖ τὸ χρίσμα.

A hæresi accedunt, quia non habent sanctam unctionem, sive chrisma. Episcopus vero solus per cœlestem gratiam perficit chrisma (51), sive unctionem.

ΚΕΦ. ΙϚ'.

Εὑρίσκομεν δὲ, ὅτι, καθάπερ τὴν [128 *b*] τῶν Ἀζύμων ἡμέραν εἰς τιμὴν καὶ δόξαν τοῦ ἁγίου καὶ προσθήτου Πάσχα τοῦ Χριστοῦ τυπικῶς ἐπετέλουν Ἰσραηλῖται· οὕτω καὶ τὴν παρ' ἐκείνοις ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς εἰς τιμὴν καὶ δόξαν τῆς σωτηρίου καὶ σεπτῆς ἐπιδημίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν εἰκόνι ἑορτάζοντες ἐτύγχανον. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ μυστικῶς διὰ τῆς ἑορτῆς τῶν Σκηνοπηγιῶν τὰς συναξεις προηγόρευον τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν καὶ μαρτυρίων, αἵτινες ἄγουσιν ἡμᾶς διὰ πίστεως καὶ καλλιεργίας ἐπὶ τὰς οὐρανίους σκηνάς· περὶ ὧν ὁ πήξας αὐτὰς ἔλεγεν· « Ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας, ἵν', ὅτε ἐκλίπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς οὐρανίους σκηνάς. » Οὐ διέλιπεν γάρ ποτε ἡ παναπείρατος φαιδρότης τῶν ἑορτῶν τούτων. Καὶ πρὸς αὐτὴν ἀφορῶν ὁ Μελῳδὸς, ἐν τῷ παναρμονίῳ δεκαχόρδῳ πρὸς τὸν Θεὸν ἐκελάδει· « Εὐλογήσεις τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου. » Ὁ γὰρ στέφανος περιφερὴς ὤν, πανταχόθεν εἰς ἑαυτὸν ἀνακυκλοῦται, οὐδὲ ἀρχὴν ἔχων, οὐδὲ πέρας.

B Compertum præterea est, Israelitas, sicut Azymorum diem in honorem et gloriam sancti et desideratissimi Paschatis (52) Christi typice celebrabant, ita et suæ Pentecostes diem, ut festum in honorem et gloriam salutaris ac venerandi adventus Spiritus sancti, in imagine celebrasse. Quin etiam per Scenopegiarum, aut tabernaculorum festum synaxes [53] (id est collectas) sanctarum Ecclesiarum et martyriorum mystice prænuntiabant: quæ synaxes per fidem et bona opera in cœlestia nos ducunt tabernacula, de quibus is qui ea compegit, aiebat : « Facite (54) vobis amicos ex mammona iniquitatis, ut, cum defeceritis, recipiant vos in cœlestia tabernacula. » Nec enim unquam defecit interminata (55) horum festorum alacritas. Oculos vero in eam intendens Melodus in suo illo maxime harmonico decachordo clamabat ad Deum : « Benedices (56) coronam anni benignitatis tuæ. » Nam corona, cum sit rotunda (57), undecunque in semetipsam instar circuli redit nec initium habens nec finem.

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Καὶ ἅτε οἵας δόξας φυλάττομεν περὶ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς, τοιαύτας ἔχωμεν καὶ περὶ τοῦ παντεφόρου Πνεύματος αὐτοῦ, μὴ λέγοντες βασιλεύτερον, ἢ προ-

CAP. XVII.

Atque ut quales de Deo Patre tenemus opiniones, tales etiam de omnium inspectore (58) Spiritu ejus habeamus, nec Patrem magis regem (59) esse

(51) *Chrisma.* Quæ de confirmationis ministro ordinario atque extraordinario docent ac disputant theologi, nemini ignota sunt vel mediocriter in theologicis disciplinis versato. Utrum vero Didymus chrismatis nomine chrismationem potius hic quoque, ut antea, intelligat, quam unguentum ipsum, quod ab episcopo benedicitur, et quo chrismatio perficitur, non ausim definire. Illud tantum animadverto, auctorem *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti* editarum parte II, tomi III Operum Augustini in Appendice quæ a nonnullis tribuuntur Hilario Luciferiano Romanæ Ecclesiæ diacono sub Damaso, quæstione 101, hæc scribere : « Nam in Alexandria et per totam Ægyptum, si desit episcopus, consignat (juxta alium codicem, consecrat) presbyter. »

(52) *Desideratissimi Paschatis.* Paschatis nomine sacrosanctam Eucharistiam a Didymo hic, ut alicubi a Chrysostomo, denotari arbitror : idque confirmo primum ex eo, quod segm. 191 *a* idem nomen hoc sensu adhibeat noster theologus : deinde ex adjuncta voce « desideratissimi : » sæpe enim adjungi ea consuevit a Patribus, cum de Eucharistia sermonem habent; imo nomen hoc solum, « Desiderata, » Eucharistiam ipsam designabat. Ita S. Zeno lib. II, tract. 32, eos qui baptizabantur, ad divinam Eucharistiam invitans, ait : « Eia quid statis, fratres, vestram quos per fidem genitalis unda concepit . . . ad « Desiderata » quantocius festinate. » Lege, quæso, quæ ad hunc Zenonis locum adnotarunt perdocti Ballerinii pag. 229.

(53) *Synaxes.* Synaxeos nomen pluribus modis a veteribus Patribus accipi, nemo ignorat. Didymus hic solemnes fidelium conventus potissimum designat ac festos Ecclesiæ dies. Vide segm. 142 *a*.

(54) *Facite.* Luc. XVI, 9, ubi pro οὐρανίους legitur αἰωνίους.

(55) *Interminata.* In Græco, παναπείρατος. Legendum esse suspicetur quis, παναπείριτος, aut παναπέρατος. Cum tamen pro ἄπειρος, quod est, « expers, » seu « non expertus, » et « interminatus, » Pindarus *Nem.* Od. 1, et Clemens in *Protreptico* pag. 74, dixerint ἀπείρατος, id est, « non expertus, » imo Didymus ipse ad vers. 17 capitis primi Jobi pag. 44 catenæ *in Jobum* λύπης ἀπείρατον vocet eum, qui sit « tristitiæ expers; » quidni dixerit theologus noster etiam παναπείρατος, pro πανάπειρος, id est, « interminatus? » Fateor Pindarum Dorice scribentem dicere potuisse ἀπείρατοι, pro ἀπείρητοι. At de Clemente Alexandrino eadem ratio non valet, cum is Dorice non scripserit. Huc accedit quod in Orphei versibus a Proclo allatis lib. IV, *in Timæum* vox ἀπείρατος « immensam » fortasse significat : ait enim : Μήσατο δ' ἄλλην γαῖαν ἀπείρατον, ἣντε σελήνην Ἀθάνατοι κλήζουσιν, id est, « Aliam vero immensam terram condidit, quam dii vocant lunam. » Quo sensu autem interminatam dicat Didymus trium illarum solemnitatum alacritatem, ex iis apparet, quæ mox subjicit.

(56) *Benedices.* Psal. LXIV, 12. Codex habet χριστότητος pro χρηστότητος.

(57) *Rotunda.* Codex, περιφερήν. Lego περιφερής.

(58) *Omnium inspectore.* Gregorius quoque Nazianzenus Spiritum sanctum dixit παντεπίσκοπον. At παντέφορος verti etiam potest « omnium præses. »

(59) *Magis regem.* Ariani, Augustino teste in libro *contra sermonem Arianorum* cap. 18, « sic Trinitatis potestates vel officia gradibus ordinabant, ut. . . facerent tanquam imperatorem Patrem, judicem Filium, advocatum Spiritum sanctum. »

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

dicamus, **281** aut antiquiorem, quam sit Spiritus; sed nihil hominibus firmum esse noverimus, nisi ipsis ea, quæ omnibus est proxima, et cunctis auxilium præbet, Trinitas opituletur (nam « Fallax (60) equus ad salutem, inquit Psaltes: prope (61) est autem Dominus timentibus eum: et gigas (62) non salvabitur in multitudine virtutis suæ ») : eum Scriptura declarat simul cum Patre semper adesse, et simul cum eo operari, et nobis in unaquaque re opem ferre, et fortitudinem ac robur nobis injicere, et illius manifestationem ac doctrinam ejusdem dignitatis ac præstantiæ esse eum adventu et doctrina Filii, et hujus doctrinam illius doctrinæ consonare. Ac sane Deus et Pater indivisam, et solam stabilem exsistentem, et invictam suam, et Verbi, et Spiritus ipsius opem Zorobabeli promittens, et manifestissime asseverans non differre, nec a se invicem distare divinas hypostases, ait per Aggæum (63) prophetam : « Et nunc (64) confortare, Zorobabel, dicit Dominus, et confortare, Jesu fili Josedec sacerdos magne, et confortetur omnis populus terræ: quia vobiscum ego sum, dicit Dominus omnipotens, et Spiritus meus stetit in medio vestri. » Per Isaiam vero eos leniter redarguit, qui in nomine ejus et Spiritus ipsius non ambulabant, sic inquiens : « Væ, filii (65)! Consilium fecistis, non per me, et pacta, non per Spiritum meum; » et rursus Isaias de illis, qui in divinam Spiritus potentiam deliquerant, ait: « Ipsi (66) non crediderunt, et irritaverunt Spiritum sanctum (67), et versus est eis (68) in inimicitiam. » Nam ab ira, et inimicitia, et ab omnibus (69) hujusmodi rebus alienus est Spiritus sanctus, neque concutitur, aut commovetur, cum sit Spiritus mansuetudinis, et bonus, et supremæ ac impatibilis atque omnipotentis naturæ; quin potius ipse irascentes atque ad iracundiam provocantes sanat, et iræ æstum omni aufert creaturæ, ejusque loco pacem inducit; sicut illis manifestum est, qui considerent, eos omnes, qui sermonibus ipsius obtemperant, **282** mitem ac mansuetam vitam ducere (70). Sed quemadmodum multis in locis (71) scriptum est: « Exacerbaverunt Deum » et Patrem; et : « Iratus est (72) eis ; » in psalmo autem cv legitur : « Ipsi vero (73) exacerbaverunt eum in consilio ipsorum, » ita nunc (74) eodem modo de Spiritu ejus propheta

A γενέστερον αὐτοῦ· ἀλλ' εἰδότες, ὅτι οὐδὲν ἀνθρώποις βέβαιον, ἂν ἡ Τριὰς μὴ συμμαχῇ, οὖσα πάντων πλησίον, καὶ πάντων ἐπίκουρος (« Ψευδὴς » γὰρ « ἵππος εἰς σωτηρίαν, » φησίν· « ἐγγὺς δὲ Κύριος τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν, καὶ γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πλήθει ἰσχύος [129 *a*] αὐτοῦ ») · ἡ Γραφὴ δηλοῖ, ὡς συμπάρεστιν ἀεὶ καὶ συνεργεῖ τῷ Πατρὶ, καὶ ἐφ' ἑκάστῳ βοηθεῖ ἡμῖν, καὶ ἰσχὺν ἐντίθησιν, καὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ παρουσίας καὶ διδαχῆς ἡ αὐτοῦ ἐπιφάνεια ὁμότιμός ἐστιν, καὶ ἡ διδασκαλία σύμφωνος τυγχάνει οὖσα.

Ἀμέλει τοι ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τὴν ἀδιαίρετον, καὶ μόνην βεβαίαν, καὶ ἀήττητον βοήθειαν αὐτοῦ, καὶ τοῦ Λόγου, καὶ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ ὑπισχνούμενος τῷ Ζοροβάβελ, καὶ ἀποφαίνων τρανέστατα, ὡς οὐ διαφέροιεν, οὔτ' ἀφεστᾶσιν ἀλλήλων αἱ θεῖαι ὑποστάσεις, εἶπεν B δι' Ἀγγαίου τοῦ προφήτου· « Καὶ νῦν κατίσχυε, Ζοροβάβελ, λέγει Κύριος, καὶ κατίσχυε, Ἰησοῦ ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας, καὶ κατισχυέτω πᾶς ὁ λαὸς τῆς γῆς· διότι μεθ' ὑμῶν ἐγώ εἰμι, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ τὸ Πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν. » Διὰ δὲ Ἡσαΐου πραϋπαθῶς καταμέμφεται τοῖς ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ μὴ πορευομένοις, οὑτωσὶ λέγων· « Οὐαὶ, τέκνα! Βουλὴν ἐποιήσατε, οὐ δι' ἐμοῦ· καὶ συνθήκας, οὐ διὰ τοῦ Πνεύματός μου. » Καὶ πάλιν Ἡσαΐας περὶ τῶν πλημμελησάντων εἰς τὸ θεῖον κράτος τοῦ Πνεύματος λέγει· « Αὐτοὶ ἠπείθησαν, καὶ παρώξυναν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐστράφη αὐτοῖς εἰς ἔχθραν. » Ὀργῆς μὲν γὰρ καὶ ἔχθρας, καὶ ἀπὸ τῶν τοιούτων πάντων ἐκδέδηκεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· C καὶ οὐ παρασαλεύεται, οὐδ' ὑποκινεῖται, Πνεῦμα πραότητος ὄν, καὶ ἀγαθὸν, καὶ τῆς πρωτίστης, καὶ ἀπαθοῦς, καὶ παντοκρατορικῆς φύσεως· καὶ αὐτὸ μᾶλλον τοὺς ὀργιζομένους καὶ θυμοῦντας ἰώμενον, καὶ ὅλης ἀφαιρούμενον τῆς κτίσεως τὸ φλεγμαῖνον, καὶ ἀντεισφέρον εἰρήνην, ὡς ἔστι δῆλον τοῖς νοοῦσιν, ὅτι πᾶς ὁ πειθαρχῶν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, ἔζησεν ἡμέρως. Ὃν τρόπον δὲ πολλαχοῦ ἐγράφη· [129 *b*] « Παρεπίκραναν τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, καὶ ὠργίσθη αὐτοῖς· » καὶ ὡς ἐν ῥε' ψαλμῷ φάσκει· « Αὐτοὶ δὲ παρεπίκραναν αὐτὸν ἐν τῇ βουλῇ αὐτῶν· » οὕτω νῦν ὁμοιοτρόπως περὶ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ προφητεύει, διὰ τὸ τῆς θεότητος, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως ἀπαράλλακτον. Καὶ Μιχαίας δὲ ὁμοίως ἀποκλαίεται D τὸν Ἰσραὴλ, ὡς Θεῷ προσκρούσαντα, λέγων· « Ὦ

(60) *Fallax.* Psal. xxxii, 17.

(61) *Prope.* Ex Psal. cxliv, 19 (seu 18) : ubi tamen legitur ἐπικαλουμένοις, id est, « invocantibus, » pro « timentibus. » Vide etiam Psal. lxxiv, 10.

(62) *Et gigas.* Psal. xxxii, 16.

(63) *Per Aggæum.* Codex, δι' ἀγγέλου. Lego δι' Ἀγγαίου.

(64) *Et nunc.* Agg. ii, 5, 6. Nonnulla tamen intermedia omittit Didymus.

(65) *Væ, filii.* Isa. xxx, 1. Complutensis editio, Οὐαὶ τέκνα ἀποστάται· τάδε λέγει Κύριος· Καὶ ἐποιήσατε βουλὴν... καὶ συνθήκην . . .

(66) *Ipsi.* Isa. lxiii, 10. Vide not. 98, pag. 54.

(67) *Spiritum sanctum.* Græca editio hic addit αὐτοῦ, id est, « ejus. »

(68) *Versus est eis.* Græca ed. hic addit Κύριος, id est, « Dominus. »

(69) *Ab omnibus.* Codex : καὶ ἀπὸ τῶν τοιούτων πάντων. Concinnior videretur oratio, si legeremus, καὶ τῶν ἀπὸ τοιούτων πάντων. Alioquin legendum superius foret : ἀπ' ὀργῆς μὲν γὰρ, κ. τ. λ.

(70) *Vitam ducere.* Codex, ἔζησεν. Sed lego ἔζησεν.

(71) *Multis in locis.* Verbi gratia, Exech. ii, 3; psal. v, 12 et alibi.

(72) *Iratus.* Ut psal. lix, 1; num. xxv, 3 et alibi.

(73) *Ipsi vero.* Psal. cv, 41 (seu 43).

(74) *Ita nunc.* Hoc idem argumentum ex eorumdem textuum collatione desumptum affert theologus noster in libro etiam *De Spiritu sancto*, num. 47.

Digitized by Google Распознавание текста

οἶκος τοῦ *Ἰακὼβ παρώργισε* τὸ Πνεῦμα Κυρίου. » Καὶ ὁ πνευματοφόρος δὲ Δαυὶδ, τὸ πρὸς τὸν Πατέρα ἰσότιμον καὶ ἰσοδύναμον τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ συνομολογῶν, καὶ τὸ δίχα τοῦ ἁγίου Πνεύματος μηδοτιοῦν τῶν ἀγαθῶν ὑπάρχειν τῇ κτίσει, ηὔχετο· « Τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με ἐν γῇ εὐθείᾳ· » καὶ, « Πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με· » τοῦτ' ἔστιν, τῷ Πνεύματί σου τῷ ἀρχικῷ καὶ ἐξουσίαν ἔχοντι στερέωσον, ἵν' οὕτω δυνηθῶ τῆς τε ἁμαρτίας καθαρισθῆναι, καὶ τῆς προφητείας μὴ ἐκπεσεῖν. Καὶ ἐν Εὐαγγελίῳ τοὺς ἀποστόλους διδάσκων ὁ Δεσπότης, ὅτι τῆς ἑαυτοῦ ἐπιφανείας οὐχ ἧσσων ἔσται ἡ παρουσία τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ἡ ἐκεῖθεν περιγινομένη σωτηρία τῇ κτίσει· ἀλλ' ἴση καὶ ἡ αὐτὴ, διὰ τὴν μίαν θεότητα καὶ ἐνέργειαν, λέγει· « Συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω. Ἐὰν γὰρ μὴ ἐγὼ ἀπέλθω, ἐκεῖνος οὐκ ἔρχεται, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. » Καὶ σύμφωνον δὲ τῇ ἑαυτοῦ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος διδασκαλίαν παριστῶν, ἔφη· « Ὅταν ἔλθῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκεῖνο ὑμᾶς διδάξει καὶ ἀναμνήσει πάντα, ἃ εἶπον ὑμῖν· » καὶ, « Οὐκ ἐστὲ ὑμεῖς οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. » Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὁμότιμον τῷ Πατρὶ, ὡς ἀποδέδεικται, ὁμότιμον δὲ καὶ τῷ Υἱῷ, ὡς ὡμολόγηται· δῆλον, ὅτι τὴν ἴσην καὶ πρὸς ἀλλήλας ἔχουσι σχέσιν τί θεῖαι ὑποστάσεις. [130 *a*] Τὰ γὰρ τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ἴσα πάντως ἐστίν· ἴσος δὲ ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, ἴσον δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα τῷ Υἱῷ· δῆλον, ὅτι ὁμοίως ἴσον ἐστὶ καὶ τῷ Πατρί. Αὐτοῦ τοίνυν εἰπόντος τὸ θεσπέσιον Πνεῦμα λαλεῖν ἐν τοῖς ἀποστόλοις, ὁ Παῦλος, διὰ τὴν ἀπαραλλαξίαν τῆς φύσεως καὶ διδαχῆς, τὸν Χριστὸν ἰσχυρίζεται λαλεῖν ἐν αὐτῷ, γράφων· « Εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ. » Σημειωτέον δὲ, ὡς ὅλα ταῦτα τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Πνεύματος αὐθεντικῶς δηλοῖ γεγενῆσθαι· καὶ ἐν τῷ Λουκᾷ δὲ, ὡς προελέχθη, προεῖρηκεν αὐτοῖς· « Ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει, ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους. » Αὕτη δὲ ἐτύγχανεν ἡ τοῦ θείκοῦ Πνεύματος.

loquitur, ob identitatem videlicet deitatis, et dominationis, et potentiæ. Michæas vero similiter Israelem, qui Deum offenderat, deplorat inquiens : « Domus (75) Jacob ad iracundiam provocavit Spiritum Domini. » Et spiritifer David Spiritum eamdem cum Patre dignitatem ac potentiam habere, nullumque ulli creaturæ bonum sine Spiritu sancto esse confitens, ita precabatur : « Spiritus (76) tuus bonus deducet me in terra recta ; » et : « Spiritu (77) principali confirma me, » id est, Spiritu tuo dominatore et potestatem habente corrobora me, ut sic possim et a peccato mundari, et a prophetia non excidere. Ac in Evangelio apostolos docens Dominus, ipsius manifestatione minorem, aut minus excellentem non fore adventum Spiritus sancti ; nec illam, quæ inde futura erat, creaturarum salutem ; sed æqualem utramque esse et eamdem, propter deitatis et operationis unitatem, declarans ait : « Prodest (78) vobis, ut ego abeam : nisi enim ego abiero, ille non venit ad vos, Spiritus sanctus. » Et doctrinam suam doctrinæ Spiritus sancti concordem demonstrans, inquit : « Cum venerit (79) Spiritus sanctus, ille vos docebit, et suggeret omnia, quæ dixi vobis ; » et : « Non estis (80) vos qui loquimini, sed Spiritus Patris qui loquitur in vobis. » Quod si Spiritus Patris dignitate æqualis est Patri, ut ostensum est, ac si idem dignitate æqualis est etiam Filio, ut est in confesso, apparet æqualem (81) etiam inter se relationem habere divinas hypostases. Quæ enim sunt eidem æqualia, etiam inter se æqualia omnino sunt : atqui æqualis est Filius Patri, et æqualis est etiam Spiritus Filio : **283** perspicuum est ergo, Spiritum similiter æqualem esse etiam Patri. Cum igitur divinum Spiritum in apostolis loqui dixerit ipse Filius ; Paulus pariter, ob naturæ ac doctrinæ nulla in re discrepantis identitatem, Christum in se loqui asseverat, dum scribit : « Si experimentum (82) quæritis ejus, qui in me loquitur, Christi. Observandum porro hic est, his omnibus adventum Spiritus ex ipsius potestate factum ostendi. In Luca vero, ut antea (83) dictum est, ipsis apostolis prædixit Christus : « Vos autem (84) sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto ; » virtute scilicet divini Spiritus.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Ἥντινα ἀλκὴν ἐνδυσάμενοι οὐκ ἔτι εὐκατάπληκτοι καθεστήκεσαν, ὡς γέγραπται, ὅτι ἦσαν κεκλεισμέναι αἱ θύραι, τῶν μαθητῶν κρυπτομένων διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, καὶ ὅτι Πέτρος ὁ πρόκριτος

CAP. XVIII.

Qua vi ac strenuitate postquam induti fuerunt, non amplius facile perterrefieri potuere, sicut tunc contigerat, quando, ut scriptum est (85), clausæ erant portæ, discipulis sese occultantibus propter

(75) *Domus.* Mich. II, 7. Vulgata translatio hæc non habet, sed legunter in Græca LXX interpretum.

(76) *Spiritus.* Psal. CXLII, 12 (seu 10). Similia vero ex hoc psalmi versiculo colligit Didymus in lib. *De Spiritu sancto*, num. 53.

(77) *Spiritu.* Psal. L, 13 (seu 14).

(78) *Prodest.* Joan. XVI, 7, ubi Græca editio habet : συμφέρει . . . Ἐὰν γὰρ μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς.

(79) *Cum venerit.* Joan. XIV, 26. Voces tamen illæ, ὅταν ἔλθῃ, huc translatæ sunt ex cap. XV, 26. Nam cap. XIV, 26 sic legitur : Ὁ δὲ Παράκλητος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.... ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα, καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα ἃ εἶπον ὑμῖν.

(80) *Non estis.* Matth. X, 20.

(81) *Æqualem.* Codex, ἴσης. Sed lego ἴσην.

(82) *Si experimentum.* II Cor. XIII, 3. Græca editio : Ἐπεὶ... ζητεῖτε, id est « Quoniam... quæritis : » quam lectionem superius secutus est Didymus pag. 64. Vulgatus vero int. legisse videtur ut Didymus hoc in loco, cum vertat : « An... quæritis? » vocula enim *si*, id est « si, » sæpe in Bibliis valet, « nunquid. »

(83) *Antea.* Nempe segm. 75.

(84) *Vos autem.* Luc. XXIV, 49. Vide not. 64, pag. 167.

(85) *Scriptum est.* Joan. XX, 19.

Digitized by Google Распознавание текста

metum Judæorum ; eumque præsul apostolorum Petrus propter puellæ minas jurejurando affirmavit, non nosci a se Dominum, illum nempe ipsum, a quo factus fuerat cœlorum claviger : sed duodecim illi, vel soli, nec simul congregati, non modo universo terrarum orbi restiterunt, coram omnibus populis intrepide clamantes : « Non possumus (86) nos quæ vidimus, et audivimus, non loqui ; » sed etiam omni diabolicæ seductioni sese opposuerunt, et creaturarum cultum (87) sustuleruntque, atque ab hominum animis caliginem, ut poeta loquitur quæ in ipsis ait,

Ut probe cognoscerent et Deum et hominem.

Per manuum vero impositionem homines a variis morbis liberabant ; adeo ut Petri quidem vel ipsa umbra (89) e corpore illius **284** in terram cadens, Pauli vero sudaria (90) etiam, ex ejus corpore illata, ægrotorum sanationes perficerent. Ac Paulus quidem Romanis scribebat : « In credendo (91), ut abundetis in spe, in virtute Spiritus sancti. » Petrus autem diabolum confidenter profligabat, et divinam Spiritus sancti essentiam prædicabat, dicens Ananiæ : « Quare (92) tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto? » Quisnam est ille, cui mentitus fuerat? Id dixit Petrus ipse, cum subdidit : « Non es (93) mentitus homini, sed Deo. » Nec enim quemquam ipsi reverebantur, qui pecuniæ amore captus (94) foret, aut qui injustitiam respiraret, aut quid prudentiæ consentaneum sit, non videret, aut qui sincere erga consubstantialem Trinitatem affectus non esset, etsi ad primas forte mundanas sedes ascendisset, ac supremas (95) in manibus haberet præfecturas : quin ipsam imperatoriam (96) purpu-

A τῶν ἀποστόλων, διὰ κόρης ἀπειλὴν διωμνύετο μὴ εἰδέναι τὸν Κύριον, τὸν ποιήσαντα αὐτὸν κλειδοῦχον τῶν οὐρανῶν· ἀλλ' οἱ δυοκαίδεκα μόνοι, καὶ αὐτοὶ οὐχ ὑφ' ἓν ὄντες, ἀντέστησαν μονονουχὶ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, δήμοις ὅλοις ἀντικράζοντες· « Οὐ δυνάμεθα ἡμεῖς ἃ εἴδομεν καὶ ἠκούσαμεν, μὴ λαλεῖν. » Ἀλλὰ καὶ πάσῃ τῇ διαβολικῇ πλάνῃ παρετάξαντο, καὶ τὴν κτισματολατρείαν ἀπήλασαν, καὶ τὴν λεγομένην ἀχλὺν ἀφεῖλον τῆς τῶν ἀνθρώπων ψυχῆς, ἣ πρὶν ἐπῆεν, ὥς φασιν,

antea inerat (88), abstulerunt, nempe, sicut idem ait,

Ὅφρ' εὖ γινώσκοιεν ἠμὲν Θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα.

Per manuum vero impositionem homines a variis morbis liberabant ; adeo ut Petri quidem vel ipsa B umbra (89) e corpore illius **284** in terram cadens, Pauli vero sudaria (90) etiam, ex ejus corpore illata, ægrotorum sanationes perficerent. Ac Paulus quidem Romanis scribebat : « In credendo (91), ut abundetis in spe, in virtute Spiritus sancti. » Petrus autem diabolum confidenter profligabat, et divinam Spiritus sancti essentiam prædicabat, dicens Ananiæ : « Quare (92) tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto? » Quisnam est ille, cui mentitus fuerat? Id dixit Petrus ipse, cum subdidit : « Non es (93) mentitus homini, sed Deo. » Nec enim quemquam ipsi reverebantur, qui pecuniæ amore captus (94) foret, aut qui injustitiam respiraret, aut quid prudentiæ consentaneum sit, non videret, aut C qui sincere erga consubstantialem Trinitatem affectus non esset, etsi ad primas forte mundanas sedes ascendisset, ac supremas (95) in manibus haberet præfecturas : quin ipsam imperatoriam (96) purpu-

Διὰ δὲ τῆς τῶν χειρῶν ἐπιθέσεως ποικίλων νόσων ἀπήλλαττον τοὺς ἀνθρώπους· [130 *b*] ὡς Πέτρου μὲν καὶ τὴν ἀποπίπτουσαν τοῦ σώματος σκιὰν, Παύλου δὲ καὶ τὰ σουδάρια τοῦ χρωτὸς ἰάσεις ἀποτελεῖν. Καὶ Παῦλος μὲν Ῥωμαίοις ἔγραφεν· « Ἐν τῷ πιστεύειν εἰς τὸ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν τῇ ἐλπίδι, ἐν δυνάμει Πνεύματος ἁγίου. » Πέτρος δὲ μετὰ παῤῥησίας τὸν διάβολον κατειργάζετο, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν θεῖκὴν οὐσίαν ἀνεφθέγγετο, πρὸς τὸν Ἀνανίαν λέγων· « Διὰ τί ἐπείρασεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; » Τίς γὰρ ὁ ψευσθείς; Εἶπεν ἐπαγαγών· « Οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. » Οὐκ ἦν γὰρ αὐτοῖς ἐν αἰδοῖ τις, ἢ τῶν χρημάτων ὑπάρχων, ἢ ἄδικον ἀναπνέων, ἢ σώφρον μὴ βλέπων, ἢ μὴ διακείμενος περὶ τὴν ὁμοούσιον Τριάδα εἰλικρινῶς, κἂν τυχὸν ἦν τοῖς πρώτοις ἐπιδεδηκὼς κοσμικοῖς θρόνοις, καὶ τὰς ἄκρας ἐν χερσὶν ἔχων ἀρχάς. Ὑπερεώρων δὲ καὶ αὐτῆς τῆς βασιλικῆς ἀλουργίδος, καὶ κρείττονες ἦσαν χρημάτων, τὸν ἀμείωτον θησαυρὸν ἔχοντες τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἐλάλουν δὲ

(86) *Non possumus.* Act. IV, 20. Græca editio habet εἴδομεν pro ἴδομεν.

(87) *Creaturarum cultum.* Codex, κτισματολατρίαν. Lego κτισματολατρείαν. Ita etiam segm. 151 *a*.

(88) *Antea inerat.* Librarius locum hunc non intelligens, mendose scripsit : ἢ πρὶν εἶποτεν ὥς φασιν ὄφρ' εὖ, κ. τ. λ. Sed legendum, ἢ πρὶν ἐπῆεν. Nempe Homericis hic locutionibus utitur Didymus ex *Iliadis* γ΄ libro desumptis, ubi Minerva Diomedem sic alloquens inducitur vers. 127 :

Ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν,
Ὄφρ' εὖ γινώσκῃς ἠμὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα.

Id est :

Caliginem vero tibi ab oculis abstuli, quæ prius inerat, Ut bene dignoscas tum deum, tum etiam hominem.

Quæ dum proposito suo accommodat theologus noster, civem suum atque antecessorem Clementem imitari videtur, qui idem facit cum in *Protreptico* pag. 87, ubi habet : Ὄφρ' εὖ γινώσκοις, et reliqua ; tum in primo *Strom.* pag. 425, ubi ait : Ὄφρ' εὖ γινώσκοιμεν, et cætera.

(89) *Umbra.* Vide Act. V, 15.

(90) *Sudaria.* Vide Act. XIX, 12.

(91) *In credendo.* Rom. XV, 13. Quorsum hæc Didymus afferat, patet ex ejus libro *De Sp. sancto* num. 10, ubi hæc legimus : « In multis quoque aliis locis Apostolus memorat, in Spiritus sancti substantia Dei munera commorari, sicut in illo : Deus autem spei repleat vos omni gaudio, et pace in credendo, ut abundetis in spe et virtute Spiritus sancti. » Deus autem [*codex noster habet* : Deus enim] largitor bonorum spem, quam promisit, reddet [*cod. noster*, reddit] his qui habent illum ; gaudio [*cod.* et gaudio] et pace complet eos : qui imperturbatam et sedatam [*cod.* consedatam] cogitationem possidentes, lætas habent mentes, et ab omni perturbationum tempestate tranquillas. Qui autem in virtute Spiritus sancti prædicta bona fuerint consecuti, etiam rectam fidem in [*deest in codice vocula*, in] Trinitatis mysterio consequentur.

(92) *Quare.* Act. V, 3. Didymus porro cum alibi dictaverit ἐπλήρωσε, id est « implevit, » hic eam lectionem sequitur, quam secutus est Vulgatus Int. legens ἐπείρασε, id est « tentavit. »

D (93) *Non es.* Act. V, 4. Græca editio habet ἀνθρώποις, id est « hominibus ; » quam lectionem secutus est Didymus superius segm. 106, *b*.

(94) *Captus.* Librarius sine accentu ac spiritu scripsit, τισηττω. Sed legendum τις ἥττων.

(95) *Supremas.* Videtur respicere ac tacite vellicare non modo ethnicos imperatores ac magistratus, quibus, fidei causa, animose restiterunt apostoli, verum etiam Constantium, Julianum Apostatam, ac Valentem, qui Didymi ætate Christi Ecclesiam vexaverant ; quibus tamen catholici episcopi apostolorum exempla imitati strenue, fidei causa, sese opposuerunt. Ut enim Didymus ipse ait enarratione *in primam Petri Ep.* cap. 2, « etiam reluctandum est usque ad mortem, si quando voluerint (qui ad principandum sunt constituti) extra Christum nos facere aliquid dicere, vel agere præter sensum, aut sanctiones ecclesiasticas. »

(96) *Imperatoriam.* Aut, « regiam. »

Digitized by Google Распознавание текста

καὶ ἑτέραις γλώσσαις, « καθὼς, » φησὶν, τὸ Πνεῦμα ἐδίδου ἀποφθέγγεσθαι αὐτούς· » καὶ συνίεσαν ὁμιλίαν οἱ Γαλιλαῖοι Πάρθων, Μήδων, Περσῶν, καὶ ἀλλοθρόων Ἑλλων ἀνθρώπων, ἔτι δὲ καὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ Αὐσονίαν γλῶτταν· πολύφωνοί τε ἐγίνοντο, καὶ ἀνεδείκνυντο, οἷοί περ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι εὑρίσκεσθαι μέλλομεν, τῶν τοῦδε τοῦ κόσμου ἀπολυθέντες δεσμῶν, κατὰ τὴν Παύλου φωνήν· « Ὅπου οὐκ ἔνι Ἕλλην, βάρβαρος, Σκύθης· ἀλλὰ τὰ πάντα ἐν πᾶσιν Χριστός. » Πρόδηλον δὲ, ὡς διὰ τὸ τῆς Τριάδος ταυτοούσιον εἶπεν· « Πάντα ἐν πᾶσιν Χριστός· » ἐπεὶ ποῦ ζητοῦμεν τὸν. . . . . .

A ram (97) despiciebant, et divitiis superiores erant, cum indeficientem thesaurum haberent Spiritus sancti. Loquebantur vero etiam aliis linguis (98), « prout Spiritus (inquit Scriptura) dabat eloqui ipsos; » et sermonem intelligebant Galilæi homines Parthorum, Medorum, Persarum (99), aliorumque (1) diversis **285** linguis loquentium hominum, et Græcam (2) insuper atque Ausoniam (3) linguam : multis vero ipsi linguis loquebantur, ac tales sese exhibebant, quales nos in futuro sæculo, cum ab hujus mundi vinculis liberati fuerimus, inveniemur juxta illud Pauli : « Ubi (4) non est Græcus, barbarus, Scytha; sed omnia in omnibus Christus. » Manifestum est autem, ideo Paulum dixisse, « Omnia in omnibus Christus, » quod una eademque sit Trinitatis essentia : alioquin ubinam quærimus (5). . . . . .

ΚΕΦ. ΙΘ'.

CAP. XIX (6).

B

. . . . . .

ἢ ὁ Πατὴρ ἐνηνθρωπηκέναι νομισθείη. Τὸ [131 *a*] καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀμυδρῶς ὁμοῦ καὶ τηλαυγῶς ἐμνημόνευεν, πρὸς τὸ αὐτοὺς κατὰ μέρος τὴν ὄψιν φωτιζομένους εἰς νόησιν τῶν θείων λογίων, καὶ, κατὰ τὸν Παῦλον, « ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν » ἐρχομένους, δυνηθῆναι μαθεῖν τὰς αὐτοτελεῖς τρεῖς ὑποστάσεις. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ἐν ιζ' φέρεται ψαλμῷ· « Λαὸς, ὃν οὐκ ἔγνων, ἐδούλευσέ μοι, εἰς ὑπακοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μοι. » Ἀμέλει Δαυὶδ τοπικῶς τηνικαῦτα τὸν Πατέρα μόνον ἐγνῶσθαι εἰδὼς, ἐψαλλεν· « Γνωστὸς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ Θεός· ἐν δὲ

. . . . . .

aut Pater incarnatus esse putabitur. Id etiam de Spiritu sancto obscure simul et perspicue commemoravit, ut, eorum oculis ex parte illuminatis, ad intelligentiam divinorum oraculorum, atque, utait Paulus (7), « e gloria in gloriam » venire possent, ac tres per se perfectas hypostases cognoscere. Atque hoc illud est, quod in XVII psalmo significatur : « Populus (8), quem non cognovi, servivit mihi, in obedientia auriculæ obedivit mihi. » David sane cum localiter tunc Patrem duntaxat cognitum esse sciret, psallebat : « Notus (9) in Judæa Deus, in Is-

(97) *Purpuram.* Codex habet ἁλουργίδος cum spiritu leni : quo modo eam vocem in pluribus membraneis codicibus scribi testantur qui Pollucem adnotationibus illustrarunt. Videtur tamen scribendum potius ἁλουργίδος cum spiritu aspero, si verum sit quod multi grammatici volunt, ἁλουργίδα dici quasi ἁλὸς ἔργον, id est « opus maris. » Adnotat autem Mœris Atticam esse hanc vocem : sic enim scribit : Ἁλουργὲς, Ἀττικῶς· πορφυροῦν, Ἑλληνικῶς, id est : « Vox » ἁλουργές « Attica est, Græce vero dicitur πορφυροῦν. »

(98) *Aliis linguis.* Ex Act. II, 4. Græca editio· Ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ Πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι.

(99) *Parthorum, Medorum, Persarum.* Patet Didymum respicere hæc Lucæ verba in Act. II, 9 : « Parthi, Medi et Elamitæ. » Itaque Elamitæ Didymo sunt Persæ. « Elam (inquit Hieronymus *in Jerem.* XXV, 25) regio Persidis trans Babylonem; unde et Elamitæ. » Cur autem Rigaltius in Notis ad Tertullianl libr. *adv. Judæos* cap. 7, legendum velit « Elamiæ, pro Elamitæ, » fateor me non intelligere.

(1) *Aliorumque*, etc. Sacer quidem codex Act. II, 5, ait : ἀπὸ παντὸς ἔθνους, id est « ex omni gente; » sed Didymus in commentariis ad eum locum (tom. 4. *Anecd. Wolf.* pag. 2) ita hæc accipit, ut valeant : « ex multis gentibus; » nimirum ex iis omnibus quæ Hierosolymam convenerant.

(2) *Græcam.* Quod apostoli Græcum sermonem intelligerent, videtur Didymus pro miraculo habere. Ita sensit etiam illa ætate Chrysostomus in opusculo *contra Judæos et gentiles*, tom. I, pag. 576, edit. Montfauconianæ, ubi aperte ait, apostolos Hebraice locutos esse, nempe, ut ego interpretor, Syriace. Explodenda tamen isthæc videtur opinio ingeniosissimo adolescenti, imo, ut rectius loquar, doctissimo viro Dominico Diodato, cujus liber *De Christo Græce loquente* inscriptus tribus ipsis, antequam prælo pagina hæc mandaretur, diebus Neapoli ad me allatus fuit. Eum avide statim summaque cum voluptate percurri : et quamvis mirum videatur, ignotum fuisse quarto sæculo non Alexandrino tantum Didymo, sed Antiocheno etiam scriptori Chrysostomo, quanam lingua ante trecentos circiter annos loquerentur Judææ incolæ; tanta tamen apparet in eo libro rationum vis atque copia, ut fatear me in Diodati sententia ita acquievisse, ut vix ac ne vix quidem me in posterum dubitaturum putem, quin vernacula Judææ lingua apostolorum ætate fuerit Græca inelegans, videlicet Hellenistica.

(3) *Ausoniam.* Latinam nempe : quam Joannes quoque Chrysostomus Didymi æqualis τὴν Ἰταλῶν γλῶσσαν, id est « Italorum linguam » vocaverat num. 5, libri III adversus oppugnatores vitæ monasticæ, quem anno circiter 375 scripsit.

(4) *Ubi.* Coloss. III, 11. Biblia : Ὅπου οὐκ ἔνι Ἕλλην... βάρβαρος, Σκύθης.... ἀλλὰ τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσι Χριστός.

(5) *Quærimus.* Codex hoc loco mutilus est : deest enim unum segmentum, id est, finis capitis duodevicesimi, ubi sermo erat de eunucho, quem Philippus baptizavit, atque initium decimi noni. Nempe cum integra membrana ablata sit ex codice, dimidia quidem hic desideratur, dimidia vero altera huic respondens deest post segmentum 134 *b*.

(6) *Cap. XIX.* Initio hujus capitis Macedonianorum argumentum proponebat Didymus ex eo ductum, quod Spiritus sanctus aperte in Scripturis non vocetur « Deus. »

(7) *Paulus.* II Cor. III, 18.

(8) *Populus.* Psal. XVII, 48 (seu 45). Græca Biblia pro εἰς ὑπακοὴν habent εἰς ἀκοήν, id est « in auditu. »

(9) *Notus.* Psal. LXXV, 1 (seu 2). Vocula δέ, id est « autem, » non legitur in Bibliis. Quatuor porro in locis hunc psalmi versiculum quatuor

rael autem magnum nomen ejus. » Cum vero manifestatus est Deus Verbum et **286** creditus, cœpit Novum Testamentum eum quoque clarius prædicare Deum, et cognitionem etiam Spiritus sancti paulatim ex parte subministrare, pro viribus scilicet illorum qui eam accipere debebant. Iis enim qui nuper ad agnitionem veritatis vocati erant, nec mentem habebant in ejus contemplatione versatam, inaccessa quodammodo perfectissima hujusmodi fides videbatur. Quomodo autem hac de re dubitare possumus, cum ad eam demonstrandam illorum exemplum afferre queam, qui deorsum versus chaos inclinati sunt, quique ad hanc usque diem ne divinitati quidem Unigeniti credunt? Neque vero hæc testimonio suo destituta esse voluit Paulus, cum Corinthiis quidem in prima Epistola scripserit : « Et ego (10), fratres, non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus : tanquam infantibus (11) in Christo, lac vobis potum dedi, et non escam ; nondum enim poteratis : sed ne nunc quidem (12) adhuc potestis; adhuc enim carnales estis ; » ad Hebræos vero : « Etenim (13) cum deberetis esse magistri propter tempus, rursum indigetis ut doceamini, quæ sint elementa exordii oraculorum Dei ; et facti estis indigentes lacte, non solido (14) cibo : omnis enim, qui lactis est particeps, expers est sermonis justitiæ; infans enim est : perfectorum autem est solidus cibus, eorum, qui propter habitum sensus exercitatos habent ad discretionem boni et mali. » Sufficit ergo Pater inquiens ipsum Spiritum esse sui ipsius, nempe ipsius Patris. Sufficit etiam Filius, qui per unum quidem nomen, sed per tres æque honorandas hypostases omnem terrarum orbem in unitate fidei congregari jussit. Si enim Patris nomen est Deus, profecto quod est Pater (qui nempe est Deus), id ipsum est etiam cum Filius, tum sanctus Dei Spiritus, ut perspicuum est. Id declarant seraphini quoque, cum ter dicunt, « Sanctus, » et semel, « Dominus. » Et alibi, non aliud quam hoc ipsum docens Filius, aiebat de se ipso quidem illis, qui ei non credebant tanquam vero Deo : « Ego (15) in nomine Pa-

A τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ἐπιφανέντος δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου καὶ πιστευθέντος, ἡ Νέα Διαθήκη ἤρξατο καὶ αὐτὸν μὲν τρανέστερον κηρύττειν Θεὸν, κατὰ μέρος δὲ, πρὸς τὴν δύναμιν τῶν δεχομένων, ἐχορήγει πάλιν ἡσύχως τὴν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος γνῶσιν. Τοῖς γὰρ ἄρτι κεκλημένοις εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ οὐκ ἐντριβῆ τοῖς ἐπ' αὐτῇ θεωρήμασιν τὴν διάνοιαν ἔχουσιν, δυσπρόσιτός πως εἶναι ἐδόκει ἡ τοιάδε τελεωτάτη πίστις. Καὶ τί δεῖ περὶ τούτου διαπορεῖν, ἔχοντας εἰς ἀπόδειξιν τοὺς περὶ τὸ χάος κάτω νενευκότας, καὶ ἕως τῆς δεῦρο μηδὲ τῇ θεότητι τοῦ Μονογενοῦς πιστεύοντας; Οὐκ ἀμάρτυρα δὲ ταῦτα Παῦλος ποιεῖ, γράφων Κορινθίοις μὲν τὸ πρῶτον· « Κἀγὼ, ἀδελφοὶ, οὐκ ἠδυνήθην λαλῆσαι ὑμῖν ὡς πνευματικοῖς, ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς.
B Ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ οὐ βρῶμα· οὔπω γὰρ ἠδύνασθε· ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε· ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε· » Ἑβραίοις [131 *b*] δέ· « Καὶ γὰρ ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι διὰ τὸν χρόνον, πάλιν χρείαν ἔχετε τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς, τίνα τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ· καὶ γεγόνατε χρείαν ἔχοντες γάλακτος, οὐ στερεᾶς τροφῆς. Πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος, ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης· νήπιος γάρ ἐστι· τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφὴ, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ. » Ἀρκεῖ οὖν ὁ Πατὴρ, λέγων Πνεῦμα εἶναι αὐτὸ ἑαυτοῦ· ἀρκεῖ δὲ καὶ ὁ Υἱὸς, θεσπίσας δι' ἑνὸς μὲν ὀνόματος, τριῶν δὲ ὑποστάσεων ὁμοτίμων,
C πᾶσαν τὴν οἰκουμένην εἰς ἑνότητα συνάγεσθαι πίστεως. Εἰ γὰρ τοῦ Πατρὸς τὸ ὄνομα Θεός· εὖ δῆλον, ὡς, ὅπερ ἐστὶν ὁ Πατὴρ (τοῦτ' ἔστιν Θεὸς), τοῦτο ὑπάρχει ὅ τε Υἱὸς τό τε ἅγιον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Ὅπερ καὶ τὰ σεραφὶμ δηλοῖ, λέγοντα τρίτον, « Ἅγιος, » καὶ ἅπαξ, « Κύριος. » Καὶ ἑτέρωθι δὲ οὐκ ἄλλο, ἢ τοῦτο διδάσκων, ἔλεγεν ὁ Υἱὸς, περὶ μὲν ἑαυτοῦ τοῖς μὴ πιστεύουσιν αὐτῷ, ὡς Θεῷ ἀληθινῷ· « Ἐγὼ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου ἐλήλυθα (τοῦτ' ἔστιν Θεὸς τοιοῦτος, οἷος ἐκεῖνος), καὶ οὐ λαμβάνετέ με (ἀντὶ τοῦ, οὐ πιστεύετέ μοι)· ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε· » τὸν Ἀντίχριστον ὑπεμφαίνων. Περὶ δὲ τοῦ ἁγίου

modis accipit theologus noster; nam I, illum hic de Patre, qui solus in Judæa cognitus fuerit, interpretatur. II. Superius segm. 97 *a*, sic accipere videtur, ut « notus » idem sit, atque ἐπιφανής. III. In libro *De Spiritu sancto* num. 11 : « Christi nomen, inquit, beneolens, ante adventum ejus in solo Israelis populo versabatur, quasi Judææ vase inclusum : « Notus » enim, ait, « in Judæa Deus, in Israel magnum nomen ejus. » Denum in commentariis *in Psalmos* ad hunc locum docet γνωστόν dici non modo id quod cognoscitur, sed etiam id quod cognosci potest, adeo ut γνωστόν sit etiam quod ignoratur, si notum fieri queat : tum subdit : Γνωστοῦ τοίνυν οὕτως ὄντος ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ τοῦ Θεοῦ, κ. τ. λ., id est, « Cum ergo ita notus (seu cognoscibilis) in Judæa sit Deus, » etc.

(10) *Et ego.* I Cor. III, 1-3. Græca editio : Καὶ ἐγὼ, ἀδελφοὶ, οὐκ ἠδυνήθην, κ. τ. λ.

(11) *Tanquam infantibus.* Græca editio dandi casu habet ὡς νηπίοις· quæ proinde verba ibi ad verbum « loqui » referre necesse est. At Didymus quarto casu habet ὡς νηπίους, ideoque referenda hæc sunt ad sequens verbum ἐπότισα, quod est « potionavi, » ut quidam veteres loquuntur, seu « potum dedi. » Hunc sensum exhibet Vulgata Latina editio.

(12) *Ne nunc quidem.* Græca ed., οὔτε ἔτι.

(13) *Etenim.* Hebr. v, 12-14.

(14) *Non solido.* Græca editio, καὶ οὐ στερεᾶς. Vulgatus int. legit ut Didymus.

Ὡς ἀληθῶς γὰρ, ἐπειδὴ μὴ ἔστιν κοινωνία τῷ σκότει πρὸς τὸ φῶς, καὶ τοῖς ἐστερημένοις τῆς θείας γνώσεως πρὸς τοὺς ὑπ' αὐτῆς καταυγαζομένους· εἰκότως γέγραπται περὶ τῶν κακοδόξων· « Τὸ Πνεῦμα οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν· ἐν σκότει διαπορεύονται. » Δικαίως [δὲ καὶ ἐπιστέλλουσι περὶ αὐτῶν, ὁ μὲν Ἰωάννης, ὅτι « Ἐπ' ἐσχάτου τοῦ χρόνου ἐλεύσονται ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι τῶν ἀσεβειῶν. Οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες, ψυχικοὶ, Πνεῦμα μὴ ἔχοντες· » ὁ δὲ Παῦλος, πρὸς μὲν Τιμόθεον· « Τὸ δὲ Πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις, καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων, ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων [138 *a*] κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν· » πρὸς Ἑβραίους B δέ· « Ἀθετήσας τις νόμον Μωϋσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει· πόσῳ, δοκεῖ, τὶς χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας, ὁ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς Διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος, ἐν ᾧ ἡγιάσθη, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας; » Ἐφεσίοις δέ· « Μὴ λυπεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. » Καὶ ὁ Δεσπότης δὲ ἐν Ματθαίῳ, τῷ ἀλόντι ἐπὶ βλασφημίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς ἀναπολόγητα πταίσαντι, παρατείνει τὴν κόλασιν, οὐχ ἕως τοῦ παρόντος αἰῶνος, ἀλλὰ καὶ τοῦ μέλλοντος· ἵνα σφόδρα φυλαττώμεθα τοιοῦτο μηδὲ κατὰ ἄγνοιαν ἁμαρτῆσαι, λέγων· « Πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, ἡ δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται αὐτοῖς· C

CAP. XXVI.

Revera enim, quoniam luci cum tenebris nulla est communicatio, nec iis, qui divina cognitione privati sunt, cum his, qui ab ea illuminati fuerunt, merito scriptum est de hæreticis perperam sentientibus : « Spiritum non cognoverunt (86), nec intellexerunt ; in tenebris ambulant. » Merito etiam de ipsis scribunt, Joannes quidem : « In novissimo (87) tempore venient illusores juxta eorum desideria ambulantes in iniquitatibus. Hi sunt, qui separant (88), animales, Spiritum non habentes : » Paulus vero ad Timotheum : « Spiritus (89) autem expresse dicit, quod in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, cauteriatam habentium propriam conscientiam ; » ad Hebræos autem : « Prævaricatus (90) quis legem Moysis, sine miseratione in duobus aut tribus testibus moritur : quanto videtur quis (91) deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, et sanguinem Testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et Spiritui gratiæ contumeliam fecerit? » et ad Ephesios : « Nolite (92) contristare Spiritum sanctum Dei, in quo obsignati estis in diem redemptionis. » Dominus vero apud Matthæum ei, qui in blasphemia contra Spiritum sanctum deprehensus fuerat, utpote cujus delictum excusatione careret, punitionem producit non modo usque ad præsens sæculum, sed etiam usque ad futurum ; ut diligenter caveamus, ne in hoc peccatum ne per ignorantiam (93) quidem prolabamur; ait D

(85) *Maledictus.* Gen. IX, 25. Complut. editio pro Χάμ, seu « Cham, » habet Χαναάν, seu « Chanaan, » ut legitur in Hebraico exemplari. Francofurtensis vero habet Χάμ, ut Didymus. Ac pro δουλεύσει, id est, « serviet, » utraque editio habet, παῖς οἰκέτης ἔσται, id est, « puer servus erit. »

(85*) *Nec enim.* Act. VIII, 21, ubi Simonem Magum sic Petrus alloquitur : Οὐκ ἔστι σοι μερὶς, et reliqua, id est, « non est tibi pars, » et quæ sequuntur.

(86) *Spiritum non cognoverunt.* Psal. LXXXI, vers. 5. Vox tamen, « Spiritum, » deest in Bibliis cum Græcis, tum Latinis.

(87) *In novissimo.* Non Joannis hæc sunt, sed Judæ vers. 18 et 19. Græca ed. habet : Ἐν ἐσχάτῳ χρόνῳ ἔσονται ἐμπαῖκται. Sed codex Alexandrinus, circa tempora concilii Nicæni primi exaratus, ut aliqui opinantur, aut certe vetustissimus, habet eam ipsam lectionem, quam hic sequitur Didymus.

(88) *Qui separant.* Biblia hic addunt, ἑαυτούς, id est, « semetipsos. »

(89) *Spiritus.* I ad Tim. IV, 1 et 2.

(90) *Prævaricatus.* Hebr. X, 28 et 29.

(91) *Videtur quis.* Græca editio pro δοκεῖ τις, habet δοκεῖτε, id est, « putatis. »

(92) *Nolite.* Ephes. IV, 30.

(93) *Per ignorantiam.* Affinia, imo plane gemina dictaverat Didymus initio libri *De Spiritu sancto*, ubi hæc legimus : « Præsertim cum blasphemia in eum sine venia sit, ita ut blasphemantis pœna ten-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

enim : « Omne (94) peccatum et blasphemia remittetur hominibus, blasphemia vero in Spiritum (95) non remittetur ipsis. Et quicunque dixerit sermonem contra Filium hominis, remittetur ei ; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in sæculo isto, neque in futuro. » Qualis vero alius sermo est contra Spiritum sanctum (96), aut quænam alia intelligitur blasphemia de ipso, nisi hoc quod est illum non confiteri Deum consubstantialem, et coæternum Patri, et Filio? Nam specialiter cum de Deo sermo est, blasphemandi verbum adhibetur. Definivit vero, remitti quidem blasphemiam contra Filium hominis, non remitti vero eam, quæ sit de Spiritu sancto. Quibus verbis significat, non remitti ei, qui sero saltem, ac tandem aliquando non crediderit, ipsum ex Deo Patre consubstantialiter processisse : nam ei, qui hoc agnovit, remittitur. Perinde enim est, ac si diceret : Quod spectat quidem ad Filium, prætextum saltem, etsi non rationabilem, **299** habent, nempe humilia illa, atque abjecta, quæ de ipso dicuntur, quæque de ineffabili Incarnatione intelligenda sunt. Quod vero spectat ad Spiritum sanctum, nullam habent excusationem. Idcirco et Sapientia divinum Spiritum Deum esse declarans, et ejus nomine iis comminans, qui ipsum blasphemant, ait : « Benignus (97) est enim Spiritus sapientiæ, et non liberabit blasphemum a labiis suis : quoniam renum illius testis est Deus, et cordis illius inspector est verus, et linguæ auditor : quoniam Spiritus Domini replevit orbem terrarum, et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. » Nam qui deitati ejus non credunt, sicut Apostolus ad Timotheum in prima scribit Epistola, assimilati Hymenæo (98), et Alexandro, « circa fidem naufragaverunt, et traditi sunt Satanæ, ut discerent non blasphemare. » Et merito quidem : nam Spiritum sanctum ipsis prosperum flare noluerunt, et ejus illuminationem omni anchora firmiorem spreverunt, et perfectam ejus, et Christi gubernationem respuerunt, semetipsos eo glorificationis hymno privantes, qui Deo conveniens est, et æqualitatem servat personarum. Nam sicut in primo Regnorum libro (99) dictum est ab Heli (1) : « Si peccaverit (2) vir in virum, et orabunt pro eo ad Dominum : si autem Domino peccaverit, quis orabit pro eo? » At « Dominus (3) Spiritus est, » ut scripsit Paulus.

A καὶ ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ, οὔτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. » Ἄλλος δὲ πολύς ἐστι λόγος κατὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἢ ἄλλη ποία νοεῖται περὶ αὐτοῦ βλασφημία, ἢ τὸ μὴ ὁμολογεῖν αὐτὸ Θεὸν ὁμοούσιον καὶ συνάναρχον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ; Ἰδικῶς γὰρ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὸ βλασφημεῖν εἴρηται. Ὥρισεν δὲ ἀφίεσθαι μὲν τὴν κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου βλασφημίαν, τὴν δὲ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μὴ ἀφίεσθαι· ἐκεῖνο δηλῶν, ὅτι τῷ κἂν γοῦν ὀψέ ποτε μὴ πιστεύσαντι ἐκ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς ὁμοουσίως αὐτὸ ἐκπεπορεῦσθαι· τῷ γὰρ ἐπιγνόντι ἀφίεται. Φησὶν γάρ· Ἐπὶ τοῦ [138 *b*] Υἱοῦ ἀφορμὴν γοῦν, εἰ καὶ μὴ εὔλογον, ἔχουσι B τὰ περὶ τῆς ἀφράστου ἐνανθρωπήσεως μικροπρεπῆ ῥήματα· περὶ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὐδεμίαν ἔχουσι σκῆψιν. Διὸ καὶ ἡ Σοφία θεολογοῦσα τὸ θεῖον Πνεῦμα, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀπειλοῦσα τοῖς βλασφημοῦσιν αὐτό, λέγει· « Φιλάνθρωπον γὰρ Πνεῦμα σοφίας, καὶ οὐκ ἀθῳώσει βλάσφημον ἀπὸ χειλέων αὐτοῦ, ὅτι τῶν νεφρῶν αὐτοῦ μάρτυς ὁ Θεὸς, καὶ τῆς καρδίας αὐτοῦ ἐπίσκοπος ἀληθὴς, καὶ τῆς γλώσσης ἀκουστής· ὅτι Πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην, καὶ τὸ συνέχον τὰ πάντα, γνῶσιν ἔχει φωνῆς. » Οἱ γὰρ τῇ θεότητι αὐτοῦ ἀπιστοῦντες, καθὰ ὁ Ἀπόστολος Τιμοθέῳ ἐν τῇ α' γράφει Ἐπιστολῇ, ἀφομοιωθέντες Ὑμεναίῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ, « περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν, καὶ παρεδόθησαν τῷ Σατανᾷ ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν. » Εἰκότως· αἴσιον γὰρ C αὐτοῖς τὸ ἅγιον Πνεῦμα πνεῖν οὐκ ἠθέλησαν, καὶ τὴν πάσης ἀγκύρας βεβαιοτέραν ἐπίλαμψιν αὐτοῦ ἠθέτησαν, καὶ ἔχειν αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Χριστοῦ τελείαν τὴν κυβέρνησιν οὐκ ἠνέσχοντο, τῇ θεοπρεπῶς καὶ ἰσοτίμου δόξης ἑαυτοὺς στερήσαντες. Καὶ γάρ, ὡς ἐν τῇ α' τῶν Βασιλειῶν εἴρηται παρὰ τοῦ Ἠλὶ, « Ἐὰν ἁμάρτῃ ἀνὴρ εἰς ἄνδρα, καὶ προσεύξονται περὶ αὐτοῦ πρὸς τὸν Κύριον· ἐὰν δὲ τῷ Κυρίῳ ἁμάρτῃ, τίς προσεύξεται περὶ αὐτοῦ; » Ὁ δὲ « Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστιν, » ὡς ἔγραψε Παῦλος.

---

datur non solum in omne præsens sæculum, sed etiam in futurum. Ait quippe Salvator, « Blasphemanti in Spiritum sanctum non esse remissionem neque in isto sæculo, neque in futuro. » Unde magis ac magis oportet intendere, quæ Scripturarum de eo relatio sit, ne in aliquem (*codex noster*, ne aliquis), saltem per ignorantiam, blasphemiæ error obrepat. » Eadem inculcat etiam in fine ejusdem libri num. ultimo.

(94) *Omne.* Matth. XII, 31 et 32.

(95) *In Spiritum.* Græca editio : Ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, id est, « Blasphemia vero Spiritus non remittetur hominibus. »

(96) *Contra Spiritum sanctum.* S. Athanasius in Fragmentis comment. *in Matthæum*, pag. 59. Matthæi locum a Didymo hic citatum sic explicat, ut « deitatem Verbi ipse Christus » Spiritum sanctum « appellet..... humanitatem vero suam » filium hominis « vocet. » At Didymus tum hic, tum in libro *De Spiritu sancto*, tertiam Trinitatis personam Spiritus sancti nomine intelligit.

(97) *Benignus.* Sap. I, 6 et 7.

(98) *Hymenæo.* Codex mendose, Ὑμενέῳ. Vide Epist. I ad Tim. I, 19 et 20.

(99) *Libro.* In Græco : ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βασιλειῶν. Subintellige, βίβλῳ. Simili modo in commentariis *in Psalmos* ad psal. LXXVII, vers. 59, pag. 644 catenæ Corderianæ, ait : Ὡς ἡ πρώτη φησὶ τῶν Βασιλειῶν, id est, « ut ait primus Regnorum (liber). »

(1) *Heli.* Codex, Ἐλὶ, pro Ἠλί.

(2) *Si peccaverit.* I Reg. II, 27 (seu 25). Vide librum Didymi *De Spiritu sancto*, num. 63.

(3) *Dominus.* II Cor. III, 17.

Digitized by Google Распознавание текста

[139 *a*] ΚΕΦ. ΚΖ'.

Ἀκουστέον δὲ (χαλεπὸν γὰρ οὐδὲν ἐκ τούτου, ἀλλὰ καὶ ἐπωφελὲς) καὶ στίχων τῶν παρ' Ἕλλησι, μετρίαν περὶ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν Πατέρα συντάξεως τοῦ Υἱοῦ Λόγου καὶ τοῦ Πνεύματος συναίσθησιν δεξαμένων, καὶ πρόσφορα καὶ ἀληθῆ θεωρησάντων εἶναι τὰ ὀνόματα ταῦτα· καὶ ὡς οὐ διέζευκται τὸ παγκρατὲς ἅγιον Πνεῦμα, οὐ φύσει, οὐ δυνάμει, οὐ δόξῃ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς, ὡς οὐδὲ ὁ Μονογενής· ἀλλὰ καὶ πρόεισιν ἐξ αὐτοῦ οὐ συμμετρότερον, καὶ παρ' αὐτῷ μένει, πληροῦν τῇ ἑαυτοῦ ὑπερτάτῃ καὶ ἁπλέτῳ χάριτι καὶ δυνάμει ἅπαντα, κατὰ τὸ κοινὸν αὐτῷ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἀγαθὸν βούλημα. Εἰσὶν δὲ οἱ στίχοι χρησμοῦ οὕτως·

Πνεῦμα μὲν ἀθανάτοιο Θεοῦ Πατρὸς ἐκπροπό-
[ρευμα·
Αὐτόθεν, ἔνθεν ἔβη, μένον ἔμπεδον, οὔτι με-
[ριστόν·
Ἀλλὰ Θεοῖο Λόγοιο μένον ζαθέοις ὑπὸ κόλποις,
Πάντα τελεῖ, ἅτε θεῖος ἀμήδεται ἀρχέγονος φρήν·

Κτίσμασι δὲ ξύμπασι φέρει χάριν, ἣν ὑπὸ πάντα

A

CAP. XXVII.

Audiendi vero etiam sunt (nihil enim inde molestiæ erit, sed potius utilitas) eorum versus (4), qui mediocriter apud Græcos Filii Verbi et Spiritus æqualitatem cum Deo Patre persenserunt, atque hæc nomina (5) congrua ac vera esse viderunt: **300** juxta quos etiam omnipotens Spiritus sanctus nec natura, nec potentia, nec gloria a Deo Patre segregatur, sicut ne Unigenitus quidem; quin et procedit ex ipso, ita ut non sit minor, et apud eum manet, omnia implens suprema, et copiosa sua cum gratia, tum potentia, secundum Patris et Filii communem cum ipso bonam voluntatem. Hi autem sunt oraculi versus (6):

Spiritus quidem ab immortali Deo Patre proce-
[dens (7),
B *Ibidem unde venit, manens firmus* (8), *et nequaquam*
[separabilis,
Sed sub divino Verbi Dei sinu manens,
Omnia perficit, utpote divinus (9), *quæ vult* (10) *pri-*
[migenia mens.
Creaturis autem omnibus fert gratiam, sub qua (11)
[omnia

(4) *Versus.* Hujusmodi monumenta a Didymo afferri is non mirabitur, qui Lactantium, aliosque Patres, Didymo præsertim antiquiores, legerit. Cæterum cum apud Augustinum, lib. XIII *contra Faustum Manichæum*, pag. 251, Faustus ipse hæc scripsisset: « Si sunt aliqua, ut fama est, Sibyllæ de Christo præsagia, aut Hermetis, quem dicunt Trismegistum, aut Orphei, aliorumque in gentilitate vatum, hæc nos aliquanto ad fidem juvare potuerunt, qui ex gentibus efficimur Christiani, » scite respondet Augustinus, pag. 260: « Sibylla porro, vel sibyllæ, et Orpheus, et nescio quis Hermes, et si qui alii vates, vel theologi, vel sapientes, vel philosophi gentium de Filio Dei, aut de Patre Deo vera prædixisse, seu dixisse perhibentur, valet quidem aliquid ad paganorum vanitatem revincendam, non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam. »

(5) *Hæc nomina*, etc. Videri posset hic locus cum iis pugnare, quæ dictaverat Didymus in libro *De Spiritu sancto*, num. 2: ibi enim ait, « appellationem Spiritus sancti penitus ab his ignorari, qui extra sacram Scripturam philosophantur: Solummodo enim, inquit, in nostratibus litteris et notio ejus, et vocabulum refertur tam in novis quam in veteribus. » Verum reipsa inter se duo hæc loca non pugnant: nam illic de nomine « Spiritus sancti » loquitur, hic de nomine « Spiritus » tantum; illic de genuina Spiritus sancti notione, hic potius de adumbrata quadam; illic de philosophis, qui nihil ex divinis codicibus hauserint, hic de iis, quos fortasse aliqua ex sacris Scripturis hausisse arbitratur. Nam, ut recte statuit S. Thomas in *Summa theolog.*, p. I, q. 32, « impossibile est per rationem naturalem ad cognitionem Trinitatis divinarum personarum pervenire. »

(6) *Oraculi versus.* Quamvis sibyllam, aut sibyllas neque hic, nec usquam alias in his libris nominet Didymus, ac versus isti in editis sibyllinis carminibus ab Alexandrino aliquo poeta, ut nonnullis videtur, haud multo post Christi Domini nostri resurrectionem auctis, atque interpolatis, non exstent; sibyllinos tamen esse conjicio tum plures ex iis, quos alibi attulit, ac præsertim libro III, cap. 2, sibyllinus certe est ille, quem superius allegavit, pag. 237:

Μὴ κίνει καμάρινα· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.

Exstat enim libro tertio Oraculorum Sibyllinorum, pag. 276. Ac eum respicit, mea quidem sententia, Lucianus in *Pseudologista*. Hexametros vero τοῦ χρησμοῦ, id est oraculi versus citat etiam Julianus Apostata in fragmento orationis, sive epistolæ, pag. 297 et 299 editionis Lipsiensis anni 1696. Ac Justinus, ut de aliis sileam, in *Cohortatione ad Græcos*, num. 11, hæc habet: « Consulenti enim cuidam, ut ipsi narratis, oraculum vestrum, quibus tandem hominibus piis esse, ac religiosis aliquando contigisset, sic oraculum dicitis respondisse: C

Μοῦνοι Χαλδαῖοι σοφίην λάχον, ἠδ' ἄρ' Ἑβραῖοι,
Αὐτογένητον ἄνακτα σεβαζόμενοι Θεὸν αὐτόν.

Id est.

Soli Chaldæi sapientiam sortiti sunt, et Hebræi,
Per se existentem regem colentes Deum ipsum.

Quin hoc oraculum Porphyrius afferebat in libro *De philosophia ex oraculis*, teste Eusebio in *Præpar.* lib. IX, cap. 10. Cum itaque vel acerrimi Christianæ religionis adversarii hujusmodi monumentorum auctoritate moverentur, mirum non est, si Patres argumento, quod vocant « ad hominem, » utentes in medium ea protulerunt, qualia ipsorum ætate circumferebantur.

(7) *Ab... Patre procedens.* Etsi alia deessent argumenta, hæc locutio, meo quidem judicio, istarum mercium adulterationem satis argueret. Quis D enim neget hanc, aliasque hujusmodi, quæ subjunguntur, ex Evangelio depromptas esse?

(8) *Firmus.* Codex, ἐμπεδόν. Lego, ἔμπεδον.

(9) *Utpote divinus.* Pro θεῖος, legendum fortasse θεῖον, ut referatur ad nomen Πνεῦμα.

(10) *Quæ vult.* Aut, « molitur. » Codex habet, ἀμήδεται. Lego, ἃ μήδεται. Theognis tamen in Sententiis versu 428, ait: Καὶ κεῖσθαι πολλὴν γῆν ἐπαμησάμενον, id est (ni fallor): « et jacere sub multæ terræ strue. » Sed hunc quoque locum emendandum conjecerim, ut legatur ἐπιμησάμενον, pro ἐπαμησάμενον. Quod si quis Theognidis, aut vulgatæ lectionis auctoritate ductus in versibus a Didymo citatis malit retinere lectionem, ἀμήδεται, tunc dicendum erit, θεῖος positum esse a poeta pro θεία, vel nomen φρήν masculini generis factum esse: itaque vertemus: « Omnia perficit, quæ molitur divina primigenia mens. »

(11) *Qua.* Librarius parum versus, quos exscri-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Opera Dei vivunt, et sempiternam sortiuntur opem.
Et rursus :
Ut omnia contineat Trinitas, quæ omnia dimetitur.

Ἔργα θεοῦ ζώει, καὶ αἰώνιον ἔλλαχ' ἀρωγήν
Καὶ πάλιν·
Ὅφρα τὰ πάντα Τριὰς συνεχῇ, κατὰ πάντα με-
[τροῦσα

Orphei (12), qui apud Græcos est primus theologus :

301 *Omnia* (13) *enim immortalis Dei magno sub* [*auxilio*
Homines perficiunt, sub sapienti Spiritus (14) *mo-* [*tione.*

Ὀρφέως τοῦ παρ' Ἕλλησι πρώτου θεολόγου·
Πάντα γὰρ ἀθανάτοιο θεοῦ μεγάλῃ ὑπ' ἀρωγῇ
Ἄνθρωποι τελέουσι, σοφῇ ὑπὸ Πνεύματος ὁρμῇ.

Platonis Comici (15), qui venuste in subscriptis iambis Deitatem servata unitate protensam dicit (16) in Trinitatem, a qua omnia facta sunt, et conservantur.

Πλάτωνος τοῦ Κωμικοῦ, ὃς ἀνθηρῶς ἐν τοῖς ὑπογεγραμμένοις ἰάμβοις θεότητα μοναδικῶς ἐκτεινομένην εἰς Τριάδα, ἀφ' ἧς τὰ ὅλα γέγονέ τε καὶ σώζεται.

Deus enim est unus Pater supremus,
Qui Verbo omnia sapientissime, et Spiritu
Firmavit labentia et ex profundi errore
In lucem revocat ex diuturna (17) *confusione.*

[139 *b*] Θεὸς γάρ ἐστιν εἷς Πατὴρ ὑπέρτατος·
Λόγῳ τὰ πάντα πανσόφως καὶ Πνεύματι
Στήσας ὀλισθαίροντα, κἀκ βυθοῦ πλάνης
Εἰς φῶς ἀνέλκων ἐκ μακρᾶς ἀταξίας

Mercurii Trismegisti (18) ex tribus ad Asclepium sermonibus (19), qui (20), cum quidam bonum genium interrogaret, de sanctissimo Spiritu hoc fudit oraculum ;

Ἑρμοῦ Τρισμεγίστου ἐκ τῶν πρὸς τὸν Ἀσκληπιὸν λόγων τριῶν. Ἑρομένου τινὸς τὸν ἀγαθὸν δαίμονα, περὶ τοῦ τρισαγίου Πνεύματος ἐχρησεν οὕτως·

302 « Nisi (21) quædam esset providentia Domini omnium, adeo ut hunc sermonem mihi revela-

« Εἰ μὴ πρόνοιά τις ἦν τοῦ πάντων Κυρίου, ὥστε μοι τὸν λόγον τοῦτον ἀποκαλύψαι, οὐδὲ ὑμᾶς τοι-

bebat, intellexisse videtur. Itaque etsi iota, quod nunc « subscriptum » vocant grammatici, omittere consueverit, hic tamen ita scripsit, ut in vetustiore apographo scriptum invenit, nempe ᾗι, pro ᾖ. Similique modo paulo post recte scripsit σοφῇι, et ὁρμῇι, pro σοφῇ, et ὁρμῇ.

(12) *Orphei.* Quæ de Orpheo, et versibus ei tributis viri docti scripserunt, vulgo nota sunt. Poetam hunc nunquam fuisse docuit Aristoteles, ut testatur Cicero in primo *De natura deorum*. Eum tamen citant Justinus in *Cohortatione ad Græcos*, Cyrillus Alexandrinus lib. I *in Julianum*, pag. 26, Julianus ipse Apostata oratione 4, pag. 136, Pausanias, Damascius in libro *De principiis*, tom. III *Anecd.* Wolfii, pag. 198, 209, 252 et 256, aliique plurimi. Quinimo ethnicus philosophus Theon Alexandrinus, Didymi æqualis, Orphei ipsius, ac Mercurii Trismegisti scripta Alexandriæ interpretabatur, teste Joanne Malala in *Chronographia* lib. XIII.

(13) *Omnia.* Orphei omnia, quæ supersunt, non modo opera, verum et fragmenta edidit Jo. Matthias Gesnerus Lipsiæ anno 1764. Sed duo hi versus ibi desiderantur.

(14) *Spiritus.* Quemadmodum Spiritus sancti mentio aperte fit in his versibus, quos ex Orpheo profert Didymus, ita in iis, quos Justinus affert in *Cohort. ad Græcos*, Pater, et Verbum commemorantur. Lege Justinum ipsum, pag. 19, et Cyrillum Alexandrinum, lib. I *in Julianum*.

(15) *Platonis Comici.* Alios ex Platone Comico iambos profert Clemens Alexandrinus in quinto *Strom.*, pag. 849.

(16) *Dicit.* Deest in codice vox, λέγει, aut alia similis.

(17) *Diuturna.* Etsi Passioneianum codicem accurate exscripserim, tamen in meo apographo mendose exaraveram μαχᾶς, quam lectionem in mea ad præclarissimum præsulem Bononiæ tunc Prolegatum Joannem Archintum epistola Venetiis edita exhibui. Sed inspecto rursus ipso codice monuit me amicus in eo legi μακρᾶς.

(18) *Mercurii Trismegisti.* Sive, « Hermetis ter maximi. » Lege, si placet, quæ de Mercurio Trismegisto scripserunt Fabricius in *Biblioth. Græca* vol. I, pag. 46, et sequentibus, aliique plures. Vocatur a Tertulliano in libro *adversus Valentinianos* « Mercurius ille Trismegistus magister omnium physicorum. » Ac eum citant Clemens Alexandrinus, Lactantius, Cyrillus Alexandrinus, Joannes Stobensis, S. Thomas Aquinas, aliique. Quæ sub ejus nomine circumferuntur, ea vel sæculo XVI, ut genuina habebat vir doctissimus Augustinus Steuchus in libris *De perenni philosophia*, pag. 18 edit. Lugdunensis, et alibi passim.

(19) *Ex tribus ad Asclepium sermonibus.* Indicare videtur hac locutione Didymus, tres ad Asclepium libellos simul olim junctos fuisse, ac forsitan velut unum opusculum habitos. At nunc exstant quidem in *Pœmandro*, sed a se invicem disjuncti. Sunt autem in Ferrariensi Patricii editione anni 1591, liber VI, liber IX, et liber XV *Pœmandri*. Nam liber XIX, qui hunc habet titulum, sive initium, Ἀσκληπιῷ εὖ φρονεῖν, huc pertinere non videtur : præsertim cum Cyrillus Alexandrinus locum inde proferens, sic eum citet in libro II *contra Julianum* : Ἐν τῷ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως, id est « In libro *De natura universi.* »

(20) *Qui.* Codex hoc loco mendosus est : habet enim ἐρομένου, pro ἐρομένου, et ἀγαθός, pro ἀγαθόν. Videtur etiam addenda vocula, ὅς, id est « qui ; » ut legatur : ὅς, ἐρομένου τινὸς τὸν ἀγαθόν, etc. Cyrillus Alexandrinus libro I *in Julianum*, pag. 35, hæc ipsa tria ex Mercurio Trismegisto loca affert, quæ citat Didymus hoc in loco. Primus vero iste sic ibi citatur a Cyrillo : Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ τρίτῳ πρὸς Ἀσκληπιὸν, ὡς ἐρομένου τινὸς, περὶ τοῦ θείου Πνεύματος, φησὶν οὕτως· « Εἰ μὴ πρόνοιά τις, » etc., id est, « Et rursus idem [Hermes, seu Mercurius] in eodem sermone tertio ad Asclepium, tanquam aliquo de divino Spiritu interrogante, sic ait : « Nisi providentia quædam, » et quæ sequuntur. In editione autem Ferrariensi a Patricio concinnata exstat hoc fragmentum libro XI, et hunc habet titulum : Ἐκ τοῦ αὐτοῦ τρίτου, id est « Ex eodem tertio [libro ad Asclepium]. »

(21) *Nisi.* Hæc, item ut alia paulo post, Mercurii, Porphyriique loca a typographo sic imprimenda curavi, ut ea exaravit amanuensis in codice Passioneiano ; nempe ita ut instar carminum a reliquis secernantur, et singuli versus, aut lineæ cæteris lineis breviores sint. Videtur enim is ligatam orationem a soluta non satis novisse distinguere : alioquin sui sæculi consuetudinem secutus foret. Quod si conje-

Digitized by Google Распознавание текста

οὗτος ἔρως κατεῖχεν, ἵνα περὶ τούτου ζητήσητε. Νῦν δὲ τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου ἀκούετε. Τούτου τοῦ Πνεύματος, οὗ πολλάκις προεῖπον, πάντα χρῄζει. Τὰ πάντα γὰρ βαστάζον, κατ' ἀξίαν τὰ πάντα ζωοποιεῖ καὶ τρέφει, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας πηγῆς ἐξήρτηται, ἐπίκουρον πνεύμασι, καὶ ζωῆς ἅπασιν ἀεὶ ὑπάρχον, γόνιμον ἓν ὄν. »

A ret (22), ne vos quidem (23) talis amor cepisset, ut de eo quæreretis. Nunc vero reliquum sermonem audite. Hujus Spiritus, de quo antea sæpius dixi, cuncta indigent : omnia enim cum portet (24), pro merito omnia vivificat (25) et nutrit; et a sancto fonte pendet, opem cunctis spiritibus, et animantibus (26) semper ferens, cum unus (27) fecundus sit. »

Αὖθίς τε τῇ εὐγενεστέρᾳ γνώμῃ καθυποτάττων τοὺς πολλοὺς, καὶ οὐκ ἀκριβεῖς περὶ τὴν γνῶσιν, τὴν ἕνεκα τῆς ἀχράντως, ἀμετρήτως, ἀφάτως, καὶ ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἐχούσης αὐτοτελοῦς Τριάδος, περὶ ἧς οὐδεὶς οὕτως μεγαλοφρονέστατος, οὐδὲ ὑψηλονούστατος ἀνθρώπων ἐστὶν, ὃς ἄξιόν τι τῆς τοσαύτης ὑπεροχῆς αὐτῆς θεωρῆσαι δύναται, ἀποφθέγγεται τοιάδε

B Et rursus nobiliore alia præstantiorique sententia plerosque homines veluti subjiciens (28), ac reprimens, qui accurate cognoscere negligunt immaculatam, immensam, ineffabilem, et semper eodem modo se habentem, per se perfectam Trinitatem, de qua nullus plane homo, quamvis maxime sublimi sapientia, et excelsissima mente præditus (29) fuerit, quidquam, quod tanta ipsius Trinitatis excellentia dignum sit, speculari potest, talia eloquitur :

« Οὐ γὰρ ἐφικτὸν ἐστιν εἰς ἀμυήτους τοιαῦτα μυστήρια παρέχεσθαι· ἀλλὰ τῷ νῷ ἀκούσατε· Ἓν μόνον ἦν φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἔστιν ἀεὶ νοῦς νοὸς φωτεινός· καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν, ἢ ἡ τούτου ἐνότης. Ἀεὶ ἐν αὐτῷ ὢν, ἀεὶ τῷ [140 *a*]

« Nam fieri (30) non potest, ut profanis, qui initiati non sunt, hujusmodi mysteria exhibeantur : sed mente (31) audite. Una tantum erat lux intellectualis ante lucem intellectualem : et est semper mens mentis (32) **303** lucida : nec aliud

curas meas addere hic licet, exemplar illud, quo amanuensis ad exscribendum suum codicem usus est, pervetustum fuisse hinc etiam conjicio. Hoc enim modo exarari vetustissimis temporibus consuevisse non modo poetarum carmina a scriptore aliquo allegata, verum etiam loca, quæ soluta oratione scripta forent, colligo ex antiquissimo Bibliothecæ nostræ codice, quem not. 2 pag. 261, memoravi. Ibi enim hoc eodem modo omnia cum poe- C tarum loca, tum prosaice loquentium auctorum exarata sunt. Duo tantum affero exempla. Primum desumo ex folio codicis sexto, pag. 1, col. 2, ubi hæc leguntur, quæ in impressis Lactantii *Institutionibus* exstant capite 7 libri primi.

NOMINATUR'QUODSENECAHO
MOACUTUSINEXHORTATIONIB·
VIDIT NOSINQUITALIUN
DEPENDEMUS'ITAQUEAD
ALIQUEMRESPICIMUS'
CUIQUODESTOPTIMUM
INNOBISANIMAMDEBEA
MUS'ALIUSNOSEDIDIT'ALI
USINSTRUXIT'DEUSIPSE
SEFECIT
HISIGITURTOTTANTISQUETES·
TIBUSCONPROBATUR'UNIUS
DEIPOTESTATE .....

Alterum occurrit folio 27, pag. 2, col. 2, quod in- D venies lib. II, cap. 3.

.. ADSECUTISUNT'UTINTELLE
GERENT'QUIDNONSIT'ILLUDADSE
QUINEQUIVERUNT'UTDICERENT
QUIDSIT'NOTACICERONISVOXEST
UTINAMTAMFACILEVERA
INVENIREPOSSEMQUAM
FALSACONVINCERE
QUODQUIAVIRESHUMANAECO-
DICIONISEXCEDIT'EJUSOFFICIJ'A
CULTASNOBISADTRIBUTAEST'QUIB·
TRADIDITDEUSSCIENTIAMVERI
TATIS'CUIEXPLICANDAEQUATTUOR

Simili ratione exarari ab amanuensibus jussit Augustinus sex vaticinia, quæ lib. XVIII *De civit. Dei*, cap. 23, Latine soluta oratione conversa protulit ex Lactantio : etsi verborum Augustini sensum editores, aut typographi non attenderint. « Nos, inquit, nihil interponentes, sed in unam seriem connexa ponentes, solis capitibus, si tamen scriptores ea servare non negligant, distinguenda curavimus. »

(22) *Mihi revelaret.* Editio Ferrariensis citato loco habet με, pro μοι, et mendose, ἀποκαλεῖψαι, pro ἀποκαλύψαι. Apud Cyrillum quoque legitur με, pro μοι. Quod si legas με, vertendum erit : « adeo ut hunc sermonem revelarem. »

(23) *Ne vos quidem*, etc. Apud Cyrillum, et in Patricii editione legitur : Οὐδὲ ὑμᾶς νῦν ἔρως τοιοῦτος κατεῖχεν, id est, « Ne vos quidem talis nunc amor cepisset. »

(24) *Cum portet.* Editio Ferr. mendose, βαστάζων, pro βαστάζον.

(25) *Omnia vivificat.* Editio Ferr. omittit hic voces, τὰ πάντα· sed leguntur apud Cyrillum.

(26) *Spiritibus et animantibus.* Apud Cyrillum legitur : Πνεύματι καὶ ζωῆς. Didymus, seu potius Passionei amus hujus operis exscriptor habet : πνεύμασι καὶ ζωῆς. Utraque lectio videtur respuenda, et legendum, ut edidit Patricius : πνεύμασι καὶ ζώοις.

(27) *Cum unus*, etc. In Ferrariensi Trismegisti editione fragmentum absolvitur voce ὑπάρχων· tum sequitur aliud fragmentum. Itaque desunt ibi voces, γόνιμον ἓν ὄν. Leguntur tamen apud Cyrillum.

(28) *Subjiciens.* In Græco, καθυποτάττων. Quod verbum deest in vulgaribus lexicis. Eo utitur Clemens Alexandrinus in quinto *Stromatum*, pag. 680. Καθυποτάξαντας (inquit) τὸν νοῦν τοῖς πάθεσι, id est, « mentem passionibus subjicientes. »

(29) *Excelsissima mente præditus.* Codex mendose, ὑψηλοπουστότατος. Lego, ὑψηλονούστατος.

(30) *Nam fieri.* In Ferrariensi Patricii editione exstant hæc ibidem ante superiora, nempe libro XX, pag. 50, sub hoc titulo : *Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου ἐκ τοῦ γ' πρὸς Ἀσκληπιόν*, id est « Mercurii Trismegisti, ex tertio ad Asclepium. » Similique modo ea citat Cyrillus in eo, quem dixi loco. Augustinus Steuchus hæc, et sequentia verba cum aliqua lectionum varietate affert lib. I *De perenni philosophia*, cap. 10.

(31) *Mente.* Editio Ferrariensis et Cyrillus legunt, τῷ νοΐ, pro τῷ νῷ.

(32) *Mens mentis.* Cyrillus legit, ut Didymus. In editione Ferrariensi deest vox, νοός.

Digitized by Google Распознавание текста

quidquam erat, quam (33) hujus unitas. Semper in se ipsa (34) exsistens, semper sua mente, et luce, et Spiritu omnia amplectitur, et continet. »

A ἑαυτοῦ νοῒ καὶ φωτὶ καὶ πνεύματι πάντα περιέχει. »

Et aliis interjectis (35) subdit :

« Extra hunc non Deus, non angelus (36), non dæmon, non alia quæpiam substantia : omnium enim est Dominus, et pater, et Deus, et fons, et vita, et potentia, et lux, et mens, et Spiritus, et omnia in ipso et sub ipso (37) sunt. »

Καὶ μεταξὺ ἄλλων ἐπάγει·

« Ἐκτὸς τούτου οὐ Θεὸς, οὐ ἄγγελος, οὐ δαίμων, οὐκ οὐσία τις ἄλλη. Πάντων γάρ ἐστι Κύριος καὶ Πατὴρ, καὶ Θεὸς, καὶ πηγὴ, καὶ ζωὴ, καὶ δύναμις, καὶ φῶς, καὶ νοῦς, καὶ Πνεῦμα, καὶ πάντα ἐν αὐτῷ καὶ ὑπ' αὐτόν ἐστι. »

Mentem ex mente (38), et lucem intellectualem ex luce intellectuali, et insuper Spiritum, quo omnia comprehendit, nominans Trismegistus, Deum Patrem, et Unigenitum, et unum ejus sanctum Spiritum denotat : quo modo ait Sapientia : « Spiritus (39) Domini replevit orbem terrarum. » Angelos autem, et dæmones, et eos, qui dicti quidem sunt a Græcis dii, sed revera dii non sunt, et omnem naturam, sub hac individua potestate esse declarat, quæ unum est rerum omnium principium, et a qua omnia creata sunt. Porphyrius vero etsi nullo modo recte sentiat de illo, qui revera Deus est, sed ei veluti irascatur (40), ut ita dicam, tamen Platonis exponens opinionem, et veritatis vi quodammodo compulsus, aut fortasse etiam Platonem reveritus, hæc scripsit :

Νοῦν ἐκ νοῦ, καὶ φῶς νοερὸν ἐκ φωτὸς νοεροῦ, ἔτι δὲ καὶ Πνεῦμα, ᾧ πάντα περιέχει· τὸν Θεὸν Πατέρα, καὶ τὸν Μονογενῆ, καὶ τὸ ἓν αὐτοῦ ἅγιον Πνεῦμα δηλοῖ· ὡς ἡ Σοφία λέγει· « Πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην. » Ἀγγέλους δὲ καὶ δαίμονας, καὶ τοὺς λεχθέντας μὲν ὑπὸ Ἑλλήνων, οὐκ ὄντας δὲ ἀληθῶς θεοὺς, καὶ πᾶσαν φύσιν, ὑπὸ ταύτην εἶναι τὴν ἀδιαίρετον ἐξουσίαν, τὴν μίαν πάντων δημιουργικὴν ἀρχήν. Καὶ Πορφύριος δὲ, καίτοι τὸ παράπαν οὐ σωφρονῶν περὶ τὸ ὄντως θεῖον, ἀλλ' αὐτοχολωτῶν, ὡς εἰπεῖν, ὅμως Πλάτωνος ἐκτιθέμενος δόξαν, καί πώς ποτε συνελαθεὶς ὑπὸ τῆς ἀληθείας, ἢ τάχα καὶ τὸν Πλάτωνα αἰδεσθεὶς, φάναι διενοήθη ταυτί·

B

« Nam usque (41) ad tres hypostases dixit Plato Dei essentiam progredi ; esse autem primum quidem supremum Deum, nempe bonum, post ipsum vero etiam secundum, nimirum Conditorem ; ac tertium (42) quoque, videlicet animam mundi (43) : **304** nam usque ad animam divinitatem progredi. »

« Ἄχρι γὰρ τριῶν ὑποστάσεων ἔφη Πλάτων τὴν τοῦ θείου προελθεῖν οὐσίαν· εἶναι δὲ, τὸν μὲν ἀνωτάτω Θεόν τ' ἀγαθὸν, μετ' αὐτὸν δὲ καὶ δεύτερον τὸν Δημιουργὸν, τρίτην δὲ καὶ τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν· ἄχρι γὰρ ψυχῆς τὴν θειότητα προελθεῖν. »

C

Exsecrandus porro, ac maledictus (44) Porphyrius,

Ὡς τὸ ἔνδον τεθολωμένος καὶ βεβλαμμένος διορατι-

(33) *Quam.* Apud Cyrillum legitur : ἡ τούτου ἐνότης. In editione Patricii : ἡ τούτου ἑνότης. Didymus utramque vocalem habet ῆ et ἡ.

(34) *In se ipsa.* Didymus habet, ἐν αὐτῷ. Sed apud Cyrillum, et in Patricii editione legitur, ἐν ἑαυτῷ· quæ lectio videtur alteri anteferenda.

(35) *Aliis interjectis.* In Patricii editione proxime post ea, quæ modo attulit Didymus, sequuntur quæ subdit. Tamen Cyrillus quoque, alterum locum ab altero secernit, hæc interponens : Καὶ μεθ' ἑτερά φησιν· Ἐκτός, etc., id est, « et post alia dicit : Extra, » etc. Videntur ergo in Patricii editione aliqua desiderari.

(36) *Non angelus.* Pro οὐ ἄγγελος, rectius apud Cyrillum, et in Ferrariensi editione legitur, οὐκ ἄγγελος.

(37) *Sub ipso.* Ferrariensis editio, ὑπ' αὐτῷ. Apud Cyrillum, ut apud Didymum, ὑπ' αὐτόν.

(38) *Mentem ex mente*, etc. Cyrillus quoque post aliata hæc Trismegisti verba eodem modo ea interpretatur, quo hic interpretatus fuerat Didymus.

(39) *Spiritus.* Sap. I, 7.

(40) *Irascatur.* Librarius sine spiritu, ac sine accentu scripsit, αυτοχολωτων. Legendum fortasse αὐτοχολωτῶν, aut αὐτοχόλωτος.

(41) *Nam usque.* Deprompta hæc sunt ex Porphyrii opere, quod inscriptum erat : *Περὶ φιλοσόφου ἱστορίας βιβλία δ'*, h. est, « Philosophicæ historiæ libri quatuor, » seu « De vitis philosophorum : » Cujus operis Eunapius meminit initio libri *De vitis sophistarum*, aliique. Exstabant autem hæc libro quarto, qui erat *De vita Platonis*. Id colligo ex Cyrillo Alexandrino, qui hæc eadem verba post Didymum bis attulit : nempe libro I *in Julianum*, pag. 34 edit. Lipsiensis anni 1696, ubi hæc legimus : Πορφύριος γάρ φησι, Πλάτωνος ἐκτιθέμενος δόξαν, ἄχρι τριῶν ὑποστάσεων τὴν τοῦ θείου προελθεῖν οὐσίαν, et reliqua, ut hic apud Didymum : id est : « Nam Porphyrius Platonis exponens opinionem, ait, usque ad tres hypostases Divinitatis essentiam progredi, » et quæ sequuntur. Octavo autem libro ejusdem operis ait : Γράφει τοίνυν Πορφύριος ἐν βιβλίῳ τετάρτῳ *Φιλοσόφου ἱστορίας*· Ἄχρι γὰρ τριῶν ὑποστάσεων ἔφη Πλάτων τὴν τοῦ Θεοῦ προελθεῖν οὐσίαν· εἶναι δὲ τὸν μὲν ἀνώτατον Θεὸν, τἀγαθὸν, et reliqua, ut hoc in loco Didymus. Id est : « Scribit igitur Porphyrius in quarto libro *Philosophicæ historiæ* : Nam usque ad tres subsistentias, » et cætera.

(42) *Tertium.* Pro, τρίτην, id est « tertiam, » apud D Cyrillum legitur, τρίτον, id est « tertium. »

(43) *Animam mundi.* De Platonica deorum triade tam multi scripserunt, ut de ea rursus disserere supervacaneum sit. Lege, si placet, Petavii librum I *De Trin.*, cap. 1, et auctorem Præfationis *in Justini opera*, parte II, pag. 10 et seqq. Cæterum cum tertium illum Deum Plato obscure significaverit, non omnes Platonici eam sententiam sequebantur, quam hic Porphyrius proponit. Ut enim ait Origenes libro V *contra Celsum*, num. 7, pag. 581 : Σαφῶς δὴ τὸν ὅλον κόσμον λέγουσιν (οἱ Ἕλληνες) εἶναι θεόν· Στωϊκοὶ μὲν τὸν πρῶτον· οἱ δ' ἀπὸ Πλάτωνος τὸν δεύτερον· τινὲς δ' αὐτῶν τὸν τρίτον, id est « Manifesto sane (ethnici) universum mundum aiunt esse Deum. Stoici quidem eum putant esse primum Deum : Platonici vero secundum : ac Platonicorum nonnulli tertium. »

(44) *Maledictus.* In Græco, ἐπάρατος· quod epithetum Porphyrio tunc maxime congruebat, cum

Digitized by Google Распознавание текста

κὴν ὁ ἐπάρατος Πορφύριος, καὶ πρὸς τὴν τελεωτάτην ἀδυνατῶν θεολογίαν, ἅτε μήτε κατ' ἐπιθυμητικὴν [140 *b*] καὶ φοιτικὴν αὐτοῦ ὁρμὴν, τὴν παροῦσαν ποιούμενος ἐξήγησιν, ἀμυδρῶς τὸ ἓν καὶ σωστικὸν ἅγιον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ψυχὴν προσηγόρευσεν· οὐ τὴν ἀνθρώπου δὲ ὅμως, ἀλλὰ τὴν τῷ παντὶ διαπεφοιτηκυῖαν κόσμῳ. Ἔχεις οὖν καὶ τοὺς τῶν ἔξω σοφοὺς μαρτυροῦντας, ὡς αἱ τρεῖς μακάριαι ὑποστάσεις ἐν μιᾷ θεότητι, καὶ οὐκ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἐξεφάνησαν· ἀλλ' ὅτε ἡ πρώτη, τότε σὺν αὐτῇ ἅμα καὶ ἐξ αὐτῆς καὶ ἡ ἄλλη καὶ ἡ ἑτέρα συναϊδίως, ὡς τὸ ἀπαύγασμα τῷ πυρί. Κείσθω δέ τι κατὰ φυσικὸν λόγον καὶ ἐκ τῶν ἡμετέρων μαρτυροῦν τῇ ἀνάρχῳ ἐκπορεύσει, καὶ τῇ πρὸς τὸν μονογενῆ Θεὸν Λόγον ὁμουσιότητι τοῦ θεϊκοῦ ἑνὸς Πνεύματος. Ἔστιν δὲ τοῦτο· Λόγος οὐ γεννᾶται, ἢ ἐκφαίνεται, μὴ συνορμῶντος καὶ συμπροερχομένου ἅμα αὐτῷ Πνεύματος. Πολλοὶ δὲ τοιοῦτοι ἐξ Ἑλληνικῶν βίβλων λόγοι, καὶ οὐκ ἀπόβλητοι· ἀλλ' ἔτι τῶν ἀπογεγραμμένων ἐνταῦθα συμφυέστεροι καὶ ἰδιώτεροι ἐπὶ πλέον εἰσαῦθις, ἐὰν τῷ Θεῷ δοκῇ, εἰς μέσον προενεχθήσονται πρὸς ἡμῶν. Ἐγὼ γὰρ καὶ οἱ ἐμοὶ, ὡς ἴσασιν οἱ μνήμης μοι τῆς περὶ τὴν ἄναρχον καὶ ἀεὶ ὡσαύτως καὶ κατὰ ταυτὰ ἔχουσαν μακαρίαν Τριάδα, τῆς διδούσης ἀεὶ καλὰ, οὐκ ἀφαιρουμένης δὲ, οὐδ' ὀνειδιζούσης, ἐν ταῖς παρ' ἡμέραν ταύταις συνουσίαις κοινωνήσαν-

utpote interiorem mentis visionem turbatam habens, et læsam, neque ad perfectissimam theologiam pervenire valens, quippe quæ concupiscibili, et venereo illius appetitui consentanea non est, dum præsentem proponit explicationem, obscure unum, et salutiferum Spiritum Dei sanctum indicavit, animam eum nominans; non hominis tamen animam dicens, sed animam, quæ universum mundum pervadat. Ipsos ergo ethnicorum sapientes testari vides, tres beatas hypostases in una deitate, neque vero aliam alias, eluxisse : sed quando prima, tunc cum ipsa simul, et ex ipsa, etiam alia, et altera persona coæterne exstitit, sicut splendor coævus est igni. Sed aliquid etiam de nostro afferamus ex naturali ratione deductum, quod æternam unius divini Spiritus processionem, ejusque cum unigenito Deo Verbo consubstantialitatem confirmet. Est autem hujusmodi. Sermo non generatur, aut non effertur, nisi simul cum ipso Spiritus exeat, et procedat. Plures vero aliæ hujusmodi rationes, ac doctrinæ, eæque non improbandæ, quin multo adhuc magis ad rem pertinentes, magisque propriæ, quam quæ hic exscriptæ sunt, rursus, si Deo visum fuerit, ex Græcorum libris in medium a nobis proferentur (45). Ut enim norunt qui in hisce alternorum dierum (46) congressibus (47) **305** communem mecum habuerunt com-

hæc Didymus dictaret. Theodosius enim Magnus imperator ejus scripta igne aboleri jusserat.

(45) *Proferentur.* Quod hic pollicetur, præstat libro tertio, cap. 2 et seqq.

(46) *Alternorum dierum.* Perbelle hæc in Didymum quadrant : Auctorem enim indicant et Alexandrinum, et Alexandrinæ Ecclesiæ catechistam atque doctorem. Nam congressus isti, sive ecclesiastici conventus alternis diebus Alexandriæ habebantur, nempe feria quarta, feria sexta, ac die Dominico : Sabbato autem non habebantur. Quem morem Epiphanius, Salaminæ in Cypro haud longe ab Alexandrinorum civitate degens, ex apostolicis derivat temporibus, cum in *Expositione fidei*, num. 22, tom. I, pag. 1104 hæc scribit : Συνάξεις δὲ ἐπιτελοῦμεναι ταχθεῖσαι εἰσιν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων, τετράδι, καὶ προσαββάτῳ, καὶ Κυριακῇ. Quæ sic vertit Petavius : « Sacri porro conventus, et synaxes ab apostolis institutæ sunt his potissimum diebus, quarta, sextaque feria, et Dominica. » Ego autem sic malim vertere : « Synaxibus autem celebrandis quarta, sextaque feria, et Dominica, jam inde ab apostolorum tempore assignatæ sunt. » Porro his ipsis diebus catecheses habere consueverant catechistæ Alexandrini : isque mos in Alexandrina Ecclesia vetustus erat, quippe qui ab Origene Didymi præcessore servatus fuisset. Hæc omnia Socratis testimonio confirmanda sunt, quod brevitatis causa Latine tantum afferam. Is ergo lib. v *Hist. eccl.*, cap. 22, postquam varios Ecclesiarum, quantum ad jejunia pertinet, ritus exposuit, hæc subjungit : « Quod vero spectat ad synaxes, non minor est varietas. Nam cum omnes ubique terrarum Ecclesiæ per singulas hebdomadas die Sabbati sacra mysteria celebrent, Alexandrini tamen, et Romani, vetustam quamdam traditionem secuti, id facere detrectant. Sed Ægyptii, qui Alexandrinis vicini sunt, et ii, qui Thebaidem incolunt, Sabbato quidem synaxes celebrant; non tamen, sicut mos est Christianorum, sacra mysteria percipiunt. Postquam enim epulati sunt, et omni ciborum genere saturati, sub vesperam oblatione facta communicant. Præterea Alexandriæ quarta feria, et ea, quæ dicitur Parasceve,

leguntur sacræ Scripturæ, easque doctores interpretantur; et cuncta fiunt, quæ ad synaxim pertinent, excepta mysteriorum celebratione. Atque hic mos Alexandrinæ Ecclesiæ vetustus est. Constat enim Origenem his ut plurimum diebus in ecclesia docuisse. » Legendus etiam Sozomenus lib. VII *Hist. eccl.*, cap. 19, ac Nicephorus Callistus lib. XII, cap. 34. Quamdam vero huic non dissimilem consuetudinem octavo, et nono sæculo in monasteriis adhuc viguisse constat ex Theodori Studitæ epistola 16 ad Nicolaum (apud Sirmondum tom. V, pag. 198) : sic enim Nicolaum ipsum hortatur sanctus præsul : « Cura prorsus ut catecheslm qualibet hebdomade ter facias ad vesperam; quoniam a Patribus id traditum est, et salutare. » At contra in Cæsariensi Ecclesia, exempli gratia, Didymi ætate et Sabbato etiam habebantur synaxes, et feria quarta sextaque distribuebatur Eucharistia. « Nos igitur quater singulis septimanis (ait Basilius epist. 289) communicamus, Dominica, feria quarta, in Parasceve, et Sabbato. » In Romana vero Ecclesia quænam tum vigeret consuetudo saltem Quadragesimæ tempore, indicat etiam S. Leo in sermone quarto *De Quadragesima* sic loquens : « Secunda igitur, et quarta, et sexta feria jejunemus : Sabbato autem apud beatum Petrum apostolum vigilias celebremus. » Etsi enim hæc verba Quesnellus ibi expungenda censuerit, cum tamen in pervetustis exemplaribus exstent, retinenda videntur.

(47) *In hisce... congressibus.* Videat lector, utrum locutio hæc, ἐν ταύταις, id est, « in his, » indicet Didymum concisim libros hosce *De Trinitate*, aut eorum partem aliquam recitasse in congressibus, quos modo dixi, dum catechistæ munere fungeretur. Quod vero attinet ad vocem, συνουσίαις, hac potius, quam synaxium nomine ideo fortasse utitur Didymus, quod in Alexandrina Ecclesia feriis quarta, et sexta non peragerentur sacra mysteria, aut quod li conventus, quibus non episcopus, non presbyter præerat, sed magister nullis sacris ordinibus initiatus, cujusmodi erat Didymus, magis proprie συνουσίαι, quam συνάξεις appellarentur.

Digitized by Google Распознавание текста

memorationem (48) æternæ, et simili semper eodemque modo se habentis beatæ Trinitatis, quæ bona ac præclara semper largitur (49), nec ea aufert, aut exprobrat (50), nullum unquam fuit tempus, quo ego una cum meis cessaverim [51] (in sanctissimo autem ipsius Trinitatis nomine omnia dicta sint, et fiant, et quiete deliberentur) mihimet ipsi et meis omnia subministrare (ipsa enim, cum sit omnium causa, nullius rei indiget, ac nobis prodesse tantum ipsa potest), eam et adorando, et glorificando, et pro meis viribus celebrando : ac nullo unquam tempore non dictitavi, eos valde in suam ipsorum perniciem peccare, qui præclarum aliquid, ac sapiente dignum de illa vel discere negligunt, vel docere. Nunc vero, cum ea duntaxat stabilia, et firma esse credam, quæ Trinitas ipsa præcurrit, mentis oculos (52), ut soleo, una cum corpore sursum intendens (53) supplico cum pro me ipso, tum pro iis, qui orti sunt ex me, tum pro iis, qui ex ipsis nati sunt, et nascentur; ac insuper Salvatori Christo obediens, qui orare alterum pro altero nos jussit, pro universis hominibus **306** supplico, ea dicens, quæ Psaltes in LXX psalmo orans ait : « In te, Domine (54), speravi, ne confundar in sæculum : in justitia tua libera me, et eripe me; inclina ad me aurem tuam, et salva me. Esto mihi in Deum protectorem (55), et in locum munitum, ut salvum me facias, quoniam firmamentum meum, et refugium meum es tu. Deus meus, eripe me de manu peccatoris, de manu contra legem agentis et iniqui. Quoniam tu es patientia mea, Domine, Domine, spes mea a juventute mea. In te confirmatus sum ex utero, de ventre matris meæ tu es protector meus. In te laudatio mea semper : tanquam prodigium factus sum multis (56), et tu, Domine (57), adjutor meus fortis. Repleatur os meum laude, ut cantem (58) gloriam tuam, tota die magnificentiam tuam. Ne projicias me in tempore senectutis (59); dum deficit fortitudo mea,

A τες, οὐκ ἔστιν ὅτε, ἢ ἐπαυσάμην, ἢ (ἐν τῷ ὀνόματι δὲ αὐτῆς τῷ παναγίῳ πάντα λεγέσθω, καὶ πραττέσθω, καὶ σιγῇ βουλευέσθω) ἐμαυτῷ καὶ τοῖς ἐμαυτοῦ παρέχων τὸ πᾶν (χρῄζει γὰρ αὕτη, πάντων αἰτία οὖσα, [141 a] οὐδενὸς, εἰ μὴ τῆς ἡμῶν ὠφελείας), προσκυνῶν τε καὶ δοξάζων, καὶ πρὸς δύναμιν τὴν οὖσάν μοι ἐγκωμιάζων αὐτήν· ἢ οὐ πολλὰ ἔφην ἀδικεῖσθαι πρὸς ἑαυτῶν τοὺς μὴ σπουδάζοντας σοφόν τι περὶ αὐτῆς, ἢ μαθεῖν, ἢ διδάξαι. Καὶ νῦν δὲ συνήθως πιστεύων, ὡς σταθερὰ καὶ βέβαια ἐκεῖνά ἐστιν μόνα, ὧν προηγεῖται αὕτη, ἀνατείνων σὺν τῷ σώματι τῆς διανοίας τὰ ὄμματα, λίσσομαι ὑπέρ τε ἐμαυτοῦ καὶ τῶν ἐξ ἐμοῦ, καὶ τῶν ἀπ' αὐτῶν ὄντων τε καὶ ἐσομένων, ἔτι μὴν καὶ ὑπὲρ πάντων, πειθόμενος τῷ παρακελευσαμένῳ Σωτῆρι
B Χριστῷ εὔχεσθαι ὑπὲρ ἀλλήλων, λέγων, ἅπερ ὁ ἐν σ' ψαλμῷ προσευχόμενος· « Ἐπὶ σοὶ, Κύριε, ἤλπισα· μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα· ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ῥῦσαί με, καὶ ἐξελοῦ με· κλῖνον πρὸς μὲ τὸ οὖς σου, καὶ σῶσόν με. Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστὴν, καὶ εἰς τόπον ὀχυρὸν, τοῦ σῶσαί με· ὅτι στερέωμά μου καὶ καταφυγή μου εἶ σύ. Ὁ Θεός μου, ῥῦσαί με ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ, ἐκ χειρὸς παρανομοῦντος καὶ ἀδικοῦντος· ὅτι σὺ εἶ ἡ ὑπομονή μου, Κύριε, Κύριε, ἡ ἐλπίς μου ἐκ νεότητός μου. Ἐπὶ σὲ ἐπεστηρίχθην ἀπὸ γαστρὸς, ἐκ κοιλίας μητρός μου σύ μου εἶ σκεπαστής. Ἐν σοὶ ἡ ὕμνησίς μου διαπαντός. Ὡσεὶ τέρας ἐγενήθην τοῖς πολλοῖς, καὶ σὺ, Κύριε, βοηθός μου κραταιός. Πληρωθήτω τὸ στόμα μου αἰνέσεως, ὅπως
C ἀνυμνήσω τὴν δόξαν σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν μεγαλοπρέπειάν σου. Μὴ ἀποῤῥίψῃς με εἰς καιρὸν γήρους· ἐν τῷ ἐκλείπειν τὴν ἰσχύν μου μὴ ἐγκαταλίπῃς με. » Οὕτω γὰρ ἂν, σοῦ ἕνεκα, [141 b] τῆς οὐκ ἐχούσης τὸ ἀντιτασσόμενόν σοι, ἐν τῷ βουλεύεσθαι ἐλεεῖν καὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἡμᾶς, ἀγαθωτάτη καὶ παναλκεστάτη Τριὰς, ἀφ' ἧς καὶ παρ' ἧς πᾶν ἀγαθὸν, καὶ εἰς ἣν πάντων πᾶσα πάντοτε ἐλπὶς, καὶ μεθ' ἣν παντελῶς οὐδὲν, ῥυσθείημεν τῶν τε

(48) *Commemorationem.* In Græco, μνήμης. Quæ vox non satis est clara. Legendum forsitan, γνώμης, et vertendum : « sententiam de æterna... Trinitate. » Quod si quis μνήμην interpretari velit « memoriam, » sensus erit : « qui meminerunt, ut ego, eorum quæ dixi de æterna... Trinitate. »

(49) *Largitur.* In Græco, τῆς διδούσης, etc. Donec melior occurrat lectio, legendum est : τὴν διδοῦσαν... οὐκ ἀφαιρουμένην δὲ, οὐδ' ὀνειδίζουσαν.

(50) *Exprobrat.* Jacob I, 5. Et Ecclesiastic. XX, 15 et XLI, 29, seu 28.

(51) *Cessaverim.* Hic quoque Græcum exemplar subobscurum est. Delenda videtur vocula ἢ post vocem ἐπαυσάμην.

(52) *Mentis oculos*, etc. Cum corporeorum oculorum visione careret, mentis tantum oculos commemoravit.

(53) *Sursum intendens.* Precantis est, manus ἀνατείνειν, ut loquitur et Pollux lib. I, segm. 25. Christiani autem illas sic protendebant, ut corporis habitu crucis imaginem exhiberent. « Nos vero (ait Tertullianus lib. *De oratione* cap. 14) non attollimus tantum (manus), sed etiam expandimus e Dominica passione modulatum, et orantes confitemur Christo. » Ac nunc etiam in sacra liturgia Canonem, orationem Dominicam, aliasque orationes protensis in eum modum manibus sacerdos recitat.

(54) *In te, Domine.* Psal. LXX, a vers. 1 ad 10.

(55) *Protectorem.* Codex mendose, ὑπερασπιστής, D pro ὑπερασπιστήν.

(56) *Tanquam prodigium factus sum multis.* Merito hisce Psaltis verbis orat Didymus, « multorum » nomine Arianos, ut puto, quorum acerrimus adversarius fuit, intelligens. At nobis alio etiam sensu hæc licet accipere. Quis enim eum « multis prodigium factum » merito dici neget, qui, cum a quinto circiter ætatis anno oculis captus, atque omnino cæcus esset, tam multa tamen didicit, ac dictavit? Recte de illo Sozomenus lib. III *Hist. ecclesiastic.*, cap. 15, « Fuit autem, inquit, non vulgare miraculum : multique fama ejus impulsi Alexandriam se contulerunt, alii ejus audiendi, alii tantum videndi causa. »

(57) *Domine.* Vox a Didymo addita : nec enim exstat in Græcis Bibliis.

(58) *Cantem.* Biblia, ὑμνήσω. Didymus, ἀνυμνήσω.

(59) *Senectutis.* Francofurtensis editio, γήρους.

Digitized by Google Распознавание текста

ἡμαρτημένων ἡμῖν ψυχικῶν καὶ σωματικῶν ἐν γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ, ἐν λόγῳ καὶ ἔργῳ, ὧδε καὶ « ὅτε νικᾷς ἐν τῷ κρίνειν » τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων, τῶν τε ἐν κόσμῳ ἐπαχθῶν, καὶ τοῦ τοῖς ἀγαθοῖς ἀεὶ φθονοῦντος καὶ ἐναντίου ἱσταμένου δαίμονος, καὶ παντὸς πνεύματος πονηροῦ καὶ ἀκαθάρτου, καὶ τοῦ μισοκάλου Ἀντιχρίστου, οὗτινος, ὡς τεκμηριοῖ τὰ πράγματα, ὁ ἀγωνίας δεινῆς γέμων χρόνος ἤγγικεν ἤδη· ὥστε μηδένα, μὴ τῶν νῦν, μὴ τῶν τότε εὑρισκομένων ἀπολέσθαι. Οὕτως ἂν πᾶν κακὸν ἐκποδὼν γένηται, διοικηθείη τε καλῶς καὶ ἡσύχως, κατὰ τὸ σὸν ἄφθονον καὶ φιλόψυχον θέλημα, τά τε κοινὰ, τά τε ἰδιωτικὰ πράγματα· καὶ αἱρετὴ λοιπὸν καὶ εὐκταία πᾶσιν ἔσται ἡ ἐν ἑκάστῃ πόλει, μενοῦνγε ἡ ἐν ἀγρῷ εὐσεβὴς καὶ ἰδιοπράγμων οἴκησις· καὶ ὑπάρξῃ παντὶ, ὡς τοῖς ὁσίοις πατράσιν καὶ τοῖς πρὸ ἐκείνων, τὸ ὡς ἐρᾷ καὶ βούλεται κατ' ἐξουσίαν πλεῖν, ὁδοιπορεῖν, οἴκοι μένειν, γεωργεῖν, ἐπιμελῶς εἰς πανηγύρεις παραβάλλειν, λαλεῖν χαρίεντα καὶ ἐπιεικῆ, καὶ τὸ μεῖζον τούτων, τὸ ἀπερισπάστως καὶ νηφαλέως μεμνῆσθαί σου, καὶ παντὸς πράγματος ἐκ σοῦ ἀρχὴν ποιεῖσθαι καὶ τελευτὴν, μεταδιδόναι τε πρὸς δύναμιν τοῖς ἐνδεομένοις, ἀρχόμενον ἀπὸ τῶν πρὸς γένος καὶ τῶν οἰκείων, καὶ παρὰ σοῦ τὸ [142 a] δάνειον εἰς τὸ μέλλον ἐκδέχεσθαι, καὶ ἐπίμετρον ζωὴν αἰώνιον. « Νηστεία » γὰρ, φησὶν, « καὶ προσευχὴ ἐκ θανάτου ῥύεται· ἐλεημοσύνη δὲ, ὑπὲρ τὰ ἀμφότερα. » Ὡς γὰρ καὶ οἱ ἔξω φασίν·

ne derelinquas me. » Sic enim per te (60), quæ nihil habes, quod sese tibi opponat, dum nostrum etiam, qui peccatores sumus, misereri statuis, o optima et omnipotens Trinitas, a qua, et ex qua est omne bonum, et in qua omnis omnium spes semper sita est, et post quam nihil omnino est, a peccatis nostris, quæ anima et corpore, cognitione et ignorantia, verbo et opere peccavimus, liberabimur nunc, et cum « vincis in judicando (61) » abscondita hominum, et ab iis, qui nobis in mundo molesti sunt, et a dæmone, qui bonis semper invidet, eorumque adversarius est, et ab omni spiritu malo atque immundo, et ab honesti osore Antichristo, cujus, ut eventa indicant, plenum gravi conflictu tempus jam appropinquavit (62); adeo ut nemo eorum, **307** qui nunc sunt, nemo eorum, qui tunc invenientur, pereat. Sic procul absit omne malum, et præclare ac quiete, juxta munificam tuam voluntatem (63), atque amorem, quo animas prosequeris, dirigantur cum communes, tum privatæ res; et ita omnes in posterum in unaquaque civitate, imo et in agro, pie ac religiose, et sua tantum curantes vivant, ut gratum atque optabile fiat iisdem in locis domicilium; et liceat nunc etiam unicuique, sicut pridem sanctis nostris patribus, et iis, qui ante illos fuerunt, pro libito quod quisque amat, et vult, libere agere, navigare, peregre iter facere, domi manere, agros colere, studiose ad panegyres ac festa confluere, jucundos et honestos sermones habere, et, quod his majus (64) est, sine ulla distractione, sed vigilanter tui meminisse, et cujusvis rei initium a te, ac finem facere, et iis, qui indigent, largiri pro viribus, a propinquis, et consanguineis, ac domesticis incipiendo, et fenus a te in posterum sumere, et auctarii loco vitam æternam accipere. Nam « jejunium (65), » inquit, « et oratio liberat a morte: eleemosyna vero est supra utrumque. » Sicut enim etiam profani aiunt,

Εὐσεβίης οὐδὲν προφερέστερον ἐν μερόπεσσιν. *Pietate nihil utilius est hominibus.*

Οὕτως ἂν πρὸς τούτοις ἐγγένηται τὸ μὴ νοσεῖν ὑπερηφανίαν καὶ τῦφον, μηδ' εἶναι καυχηματίαν· δι' ἃ ἄφυκτα πάθη, ὁ μὲν ἔχθιστος Σατὰν τοῦ ἄνω φω-

A ἐπιθυμίαν, πρόειμι ἐπὶ τὰ ἑξῆς, πιστεύων, ὡς πρὶν ἢ λαλῆσω σὺν τοῖς παιδίοις, οἷς ἔδωκέν μοι, καὶ τοῖς παιδίοις τῶν παιδίων, δι' ἃ καὶ ζῶντες πονοῦμεν, ἔτι δὲ καὶ πᾶσιν, οἷς οἶδεν, τὴν χάριν δέξομαι. Αὐτοῦ γὰρ χρυσοῦν θέσπισμά ἐστιν· « Πάντα, ὅσα ἂν αἰτήσητε ἐπὶ τῷ ἐμῷ ὀνόματι, λήψεσθε· » καὶ, « Ἄνοιξον τὸ στόμα σου, καὶ πληρώσω αὐτό· » καὶ, « Οὐχ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρός μου τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. » Περὶ οὗ καὶ παρ' οὗ συναισθήσεως ἀξιωθέντες καὶ οἱ ἔξω φασίν·

Θεὸς ὁ τὰ πάντα τεύχων καὶ χάριν ἀοιδῷ φυτεύει.

Οὐκ αὐτάρκης γὰρ ὄντως ἡ ἀνθρώπου σύνεσις εἰπεῖν τι περὶ τοῦ Θεοῦ, μὴ θείαν προσλαβοῦσα βοήθειάν τε καὶ δύναμιν· ὥς που καὶ Διαγόρας ὁ Μήλιος ἔφησεν· « Θεὸς, πρὸ παντὸς ἔργου βροτείου, νωμᾷ φρένα

(6) *Indisertis*, etc. Cum de se demisse sentiret Didymus, imperitum se, ac peccatorem non raro vocat ; nihil vero crebrius in ore habet, quam ut se indiserium esse fateatur, ut videre licet etiam in libro *De Spiritu sancto*, num. 38 et 63.

(7) *De me peculiariter* Codex habet, ἰδία δ' ἐμοῦ λέγω. Aut legendum, ἰδίᾳ δὲ περὶ ἐμοῦ λέγω, aut subintelligenda vox λόγον, aut legendum, ἴδια δ' ἐμοῦ λέγω.

(8) *Largiri*. Codex sine accentu, ἀγηγειν. An legendum ἀρήγειν, id est « opem ferre, » et ἥ, id est « quæ, » vel ᾗ, id est « qua, » pro ἦν? Equidem legendum puto ἀγαγεῖν. Simile autem videtur quod apud Damascenum in *Parallelis* tit. 18, pag. 444, ait theologus noster, κρῖμα ἀγαγεῖν. [Quid si legeretur, χορηγεῖν ? Edit.]

(9) *Cum filiis*, etc. Si de Didymo nostro intelligenda sunt, quæ Libanius ejusdem æqualis in epistola 321 scribit, « filiorum » vocabulum ita hic accipiendum est, ut non filios κατὰ Πνεῦμα, seu spiritales, sive διὰ κατηχήσεως genitos denotet, sed quos ipse ex uxore susceperat. Ibi enim Libanius Sebastiano Manichæo (Alexandriæ, ut videtur, aut certe in Ægypto degenti) Rhetorium adolescentem Didymi filium, nempe Alexandrini viri (ut ex epistola 320 ipsius Libanii constat) filium commendat. Sed hæc alias.

(10) *Omnia*. Sensum potius citat, quam verba : nimirum ex duobus versiculis tertium conflat. Primus exstat Matth. xxi, 22, alter Joan. xiv, 13.

(11) *Aperi*. Psal. lxxx, 8 (sive 11). Biblia tamen Græca habent πλάτυνον, id est « dilata, » pro « aperi. »

(12) *Non vos estis*. Matth. x, 20.

(13) *Fabricator*. Cum verba ista, Θεὸς ὁ τὰ πάντα τεύχων, ex Pindaro citare videatur Didymus, conjicere licet, totum locum ex deperditis illius poetæ carminibus desumptum esse. Nimirum Clemens Alexandrinus lib. v *Strom.*, pag. 726, edit. Londin. hæc habet : Καὶ πάλιν (Πίνδαρος)· Θεὸς ὁ πάντας τεύχων βροτούς, id est, « Et rursus (Pindarus) : Deus, qui omnes condidit homines. » Ita quidem editio Londinensis. Verum non ita legebatur antea, sed in hunc modum : Θεὸς ὁ πάντα τεύχων βροτούς· quæ lectio cum mendosa esset, aut emendanda erat vox βροτούς, aut vox πάντα. Henricus Stephanus pro βροτούς legit βροτοῖς, ut sensus sit : « Deus qui omnia efficit mortalibus. » Alii vero pro

B voce πάντα, id est « omnia, » legere maluerunt, πάντας, id est « omnes. » Quod si eumdem cum Clemente Didymus affert Pindari locum, legendum erit πάντα. Quin etiam verti poterit : « Deus, qui omnia largitur. » : hoc enim etiam sensu verbo τεύχειν usus videtur Pindarus ipse in *Pythiis* oda IV, cum ait, ξείνι' ἁρμόζοντα τεύχων, id est « munera hospiti convenientia præbens. »

(14) *Inserit*. Librarius, omisso accentu in voce ἀοιδα, habet : Καὶ χάριν ἀοιδα φοιτεύει. Quem locum cum emendare vellem, plura in mentem veniebant. Modo suspicabar legendum esse, ἀεὶ διαφυτεύει· modo, ἀειδᾷ pro ἀειδῶς, id est « inconspicue. » Tandem, his aliisque rejectis conjecturis, ut probabiliorem amplexus sum lectionem hanc : Καὶ χάριν ἀοιδῷ φυτεύει. Conjicere tamen licet poetam Dorice scribentem pro ἀοιδῷ, quod masculini ac feminini generis nomen est, dicere voluisse ἀοιδᾷ, id est « cantrici, » aut musæ; musam enim memorat Julius Cæsar Scaliger libro I *Poetices*, cap. 2, quæ et ποιητὴ et ἀοιδὴ appellata sit.

(15) *Diagoras*. Ille scilicet, qui cognominatus est atheus, quod ridiculos ethnicorum deos non agnosceret, aut, ut alii putant, quod nullum plane Deum esse vellet. De ipso agit Fabricius in *Bibliotheca Græca*, vol. I, pag. 817.

(16) *Melius*. Melius erat Diagoras, non Milesius, ut in aliquibus libris perperam eum dici adnotat Fabricius. Ac Melium reipsa eum dicunt Laertius, D Arnobius, Sextus Empiricus, Cyrillus Alexandrinus, Cicero et Aristophanes in nubibus, itemque in avibus, ubi hunc habet versum : Ἦν ἀποκτείνῃ τις ὑμῶν Διαγόραν τὸν Μήλιον, id est, « Si quis vestrum interficiat Diagoram Melium. » Illic porro mendosam esse lectionem, et « Melium » pro « Milesio » irrepsisse, suspicari non licet. Duplex autem esset Melos, altera Argolici sinus insula, altera ex Cycladibus una, ex hac secunda Diagoram oriundum fuisse, ait Cellarius in *Geographia veteri* lib. II, cap. 14.

(17) *Deus*. Hoc Diagoræ fragmentum difficillimum fecit librarius; nam et aliquod fortasse vocabulum omisit, et cum ea, quæ exarabat, non intelligeret, sine accentu scripsit νομαφρενα, et δειραταβραχύν. Quæ mihi item ut librario obscura esse fateor. Gratam itaque lectori rem facturum me arbitror, si non modo quid *ipse* conjecerim, sed etiam quid perdoctus vir Jacobus Martorellius seu-

Digitized by Google Распознавание текста

ὑπερτάταν· αὐτοδαὴς [149 *a*] δὲ ἀρετᾷ βραχὺν οἶμον ἔρπειν. » Ἄρξομαι δὲ ἀφ' ὧν εἰκὸς ἄρξασθαι.

A opus humanum (18) sublimissimam **321** hominis mentem movet (19); qui autem per se, natura ipsa duce, ac sine institutione didicit, feliciter procedit (20), compendiariam semitam (21) veluti clericulum conficiens. » Inde vero incipiam, unde exordiri æquum est.

ΚΕΦ. Β'.

Α'. Εἰ τοίνυν ἀψευδεῖ ἡ Γραφὴ (πάντως δὲ ἀψευδεῖ, Θεὸν ἀληθινὸν καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀληθινὸν λέγουσα εἶναι τὸν Θεὸν Λόγον, ὡς πολλαχοῦ ἔχει, καὶ ὡς ὁ Πατὴρ λέγει· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός· » καὶ ὡς Ἰωάννης γράφει· « Καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ· οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ ζωὴ αἰώνιος· » καὶ ὡς Ἱερεμίας προφητεύει· « Θεοί, οἱ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν ἐπὶ τῆς γῆς· Κύριος, ὃς ἐποίησεν τοὺς οὐρανοὺς ἐν συνέσει, αὐτὸς Θεὸς ζῶν καὶ ἀληθινός· » δῆλον δήπουθεν, ὡς φύσει καὶ κυρίως Θεὸς ἄκτιστος ὢν, καὶ ἀνάρχος, καὶ ἀπαράλλακτος κατὰ πάντα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Οὔτε γὰρ αἰτία φύσει Θεοῦ ἀληθινοῦ εὑρίσκεται, οὐδὲ Θεὸς ἀληθινὸς ποιητὸς λέγεται, οὔτε Υἱὸς ἀληθινὸς ἑτεροούσιος νοεῖται. Καὶ τὸ ἔχειν δὲ, « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου· » καὶ, « Οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεός· » ζητεῖν ἄλλον γνήσιον Υἱὸν, ἢ κυρίως Θεὸν, ἀποκλείει· καὶ ἄλλως· Εἰ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ Υἱός ἐστιν, κατὰ μὲν τὴν ἄνω γέννησιν, Πατέρα ἔχει, Θεὸν δὲ οὐκ ἔχει· κατὰ δὲ τὴν κάτω, Θεὸν μὲν ἔχει, πατέρα

CAP. II.

I. Si ergo (22) mentiri Scriptura non potest (mentiri autem omnino nequit), cum Deum verum, et Filium Dei verum ait esse Deum Verbum, sicut ea multis in locis ait; et sicut Pater inquit : « Hic est (23) Filius meus dilectus; » et sicut Joannes scribit : « Et sumus (24) in vero Filio Dei Jesu Christo : hic est verus Deus, et vita æterna; » et sicut Jeremias prophetat : « Dii (25), qui cœlum et terram non fecerunt, pereant in terra. Dominus, B qui fecit cœlos in intelligentia, ipse Deus vivens et verus, » evidens sane est, quod ex natura sua, et proprie est Deus increatus, et principio carens, et quoad omnia omnino Deo et Patri similis, nihilque ab eo discrepans; nam neque illius, qui natura Deus verus est, ulla causa excogitari potest, neque Deus verus is dicitur, qui factus sit et conditus, neque qui Filius verus est, heterousius (id est alterius substantiæ) concipitur. Illa vero verba, « Hic est Filius meus; » et, « Hic est verus Deus, » ut alium quæramus genuinum Filium, quam eum, qui proprie Deus sit, non sinunt. Et aliter : Si verus Deus

fiat, exponero. Is porro cum hoc Diagoræ fragmentum in *Epistola ad Archintum præsulem* ita attulerim, ut ab eo transferendo abstinuerim, Neapoli peramice ad me scripsit in hæc ipsa verba, C quæ grati animi causa exscribo : « Si dovrebbe leggere così tutto intero : Θεὸς πρὸ παντὸς ἔργου, βροτεῖον νόημα φρένα θ' ὑπέρτατην αὐτοδαὴς διὰ καταβραχὺν οἶμον ἔρπειν.... *Deus præ omnibus operibus, humanam intelligentiam mentemque sublimissimam ex se ipse sapiens (est) secundum perbrevem viam irrepere....* Quello διὰ καταβραχύν bisogna dividere in due voci, cioè, o in διὰ καταβραχύν, ovvero διὰ περιβραχύν. » Ita Martorellius, qui se legere malle subdit ὑπέρτατην, quam ὑπερτάταν, quod verisimilius sit Diagoram, quamvis Melium, Athenis tamen diu moratum, Attice potius scripsisse, quam Dorice. Restat nunc ut veluti auctarii loco adjungam conjecturas meas. Ac primum quidem animadverto, Diagoram Meliumi non modo philosophum fuisse, sed etiam, Hesychio illustri, ac Suida teste, ᾀσμάτων ποιητήν, id est « cantionum, » sive « odarum scriptorem. » Fragmentum itaque a Didymo allatum non prorsam orationem esse existimo, sed versus ex lyrico aliquo D ipsius poemate depromptos : quos tamen tuto a se invicem secernere, nisi integram odam habeamus, vix possimus, quod Pindaricorum instar suas quasdam peculiares, fere incertas et laxissimas metri leges habeant. II. Pro νομᾷ φρένα videtur legi posse νωμᾷ φρένα. III. Vox Dorica ὑπερτάταν mutari sane posset in Atticam ὑπερτάτην· at equidem in Melio, lyricoque poeta Doricam terminationem retinere malim. IV. Pro δεαρεταβραχύν legerem δὲ ἀρετᾷ βραχύν. Demum pro ἔρπειν malit fortasse quis legere ἕρπων· sed codicis lectio temere mutanda non est, multoque minus in poetæ versibus : nam et prorsa oratione scribentes dicimus ἀγαθοὺς φαγεῖν, exempli gratia, eos, qui sint tantum « fruges consumere nati. » Itaque totus locus sic legi posse videtur, donec meliora occurrant : Θεὸς πρὸ παντὸς ἔργου βροτείου νωμᾷ φρένα ὑπερτάταν· αὐτοδαὴς δὲ ἀρετᾷ βραχὺν οἶμον ἔρπειν. Hanc lectionem expressi in translatione.

(18) *Humanum.* Vocem βροτείου retineo, ne a codicis lectione temere videar discedere : suspicari tamen licet legendum esse βροτοῦ, id est « hominis » : ita enim clarior videtur sententia.

(19) *Movet.* Si retineamus Doricam vocem νομᾷ, quasi posita sit pro νομῇ, nullus erit sensus. Itaque lego νωμᾷ, quod verbum, cum poeticum sit, poetæ convenit.

(20) *Feliciter procedit.* Lego ἀρετᾷ ex verbo ἀρετᾶν, quod Homericum etiam est. Si quis vero malit legere ἀρέτᾳ, ut sit Dorica terminatio pro ἀρετῇ, oportebit in sequentibus legere ἕρπει.

(21) *Compendiariam semitam.* In Græco, βραχὺν οἶμον. Haud scio an Diagoras imitari voluerit quod habet Pindarus in *Pythiis* oda IV :

> . . . . . *Καὶ τινα*
> *Οἶμον ἴσαμι βραχύν.*
> *Πολλοῖσι δ' ἄγημαι σοφίας ἑτέροις.*

Id est :

> . . . . . *Et quandam*
> *Viam novi compendiariam,*
> *Multisque aliis dux sum sapientiæ hujus.*

(22) *Si ergo.* Quinque et quinquaginta argumenta quæ hic afferuntur, incipiunt omnia a vocula *si*, hoc est, « si. » Erat nempe id usitatum Didymi ætate. Ut vero alia omittam exempla, in opusculo etiam Aetii hæretici, quod Epiphanius, hæresi LXXVI, inseruit libro II, tom. I, septem et quadraginta argumenta heterodoxi hominis, quorum duo superius ad verbum attulit Didymus lib. I, cap. 10, ab eadem dictiuncula incipiunt. Hujusmodi vero syllogismorum seriem vocat ibidem Aetius ἐπιχειρήματα ἐν εἴδει τῶν στιχήρων, id est, « epicheiremata in modum versuum, » Epiphanius vero ibidem pag. 930 ea vocat κεφάλαια, id est « capitula, » et pag. seq. συλλογιστικὰ κεφάλαια, id est « syllogistica capitula. »

(23) *Hic est.* Matth. III, 17.

(24) *Et sumus.* I Joan. V, 20.

(25) *Dii.* Jerem. X, 10 (sive 11).

Digitized by Google Распознавание текста

ac Filius est : secundum cœlestem quidem generationem Patrem habet, Deum vero non habet : secundum terrenam vero, Deum quidem habet, patrem vero non habet. Itaque ne imperviam, et ille ingrediatur, qui nihil tandem aliud est quam homo, profani quoque edixerunt in hunc modum :

A δὲ οὔ. Ἀτριβῆ οὖν καὶ τοῖς ἅπασι κτίσμασιν παντοίως ἀνεπίβατον μὴ στέλλεσθαι πορείαν, ἄνθρωπον ὅλως ὄντα, καὶ οἱ ἔξω διηγόρευσαν τοιῶσδε·

Deum legitime cole (26) *et venerare : sed ne illum* [*examines.*

Θεὸν νόμιζε καὶ σέβου, ζήτει δὲ [149 *b*] *μή.*

Et rursus :

Καὶ πάλιν·

Immortalis autem Deus, sempiternus omnino (27), [*inconcussus,*

Ἀθάνατος δὲ Θεος, παναγήραος, ἀστυφέλικτος,

Ineffabilis occultis sub consiliis (28) *per se* [*genitus* (29).

Ἄρρητος κρυφίοις ὑπὸ δήνεσιν, αὐτογένεθλος,

Gignens ipse seipsum, semper novus (aut *juvenis*), [*non creatus.*

Τίκτων αὐτὸς ἑαυτὸν, ἀεὶ νέος, οὐ ποιητός.

Ipse veritatis genitor, sapiens ipse verus.

Αὐτὸς ἀληθείης γενέτης, σοφὸς αὐτὸς ἀληθής.

B Ac Pindarus quoque fide dignum, ac veracem dicens Deum, sic locutus est :

Καὶ ὁ Πίνδαρος δὲ, πιστὸν καὶ ἀληθινὸν λέγων τὸν Θεὸν, ἔφησεν οὕτως·

322 *Atqui* (30) *Dei genus fidele semper.*

Καὶ μὰν Θεοῦ γένος πιστὸν ἀεί.

Ipse enim, cum veritatis genitor sit, ab humana mente intelligi nequit, nisi hæc veritate ipsius impleta (31), lucem sibimet ex illa comparet, ac veluti lampadem accendat, qua duce in suis investigationibus utatur.

Αὐτὸς γὰρ ὑπάρχων ὁ τῆς ἀληθείας γενέτης, οὐκ ἂν ὑπὸ ἀνθρωπίνης διανοίας ληφθείη, εἰ μὴ τῆς ἀληθείας τῆς αὐτοῦ πληρωθεῖσα, φῶς ἐκ ταύτης ἑαυτῇ πρὸς τὰς ζητήσεις ἀνάψειεν.

II. Si Deus unus est, sicut Moses docet inquiens, « Audi (32), Israel : Dominus Deus tuus Dominus (33) unus est: » Filius vero ita celebratur, ut vocetur Unigenitus Deus, et unus Dominus Jesus Christus : illud sequitur ut hic omnino consubstantialis sit, et unius ejusdemque dignitatis ac majestatis cum Deo et Patre ; ac hypostasi quidem C alius, et alius sunt, deitate autem et concordia unus : hoc enim significat illud : « Unus Deus. » Porro Græcos quoque hic rursus invenimus ab occulta necessitate, ac invitos ad veritatem impulsos, et easdem hac in parte, quas nosmetipsi, locutiones adhibentes, nobisque consentientes, in

Β'. Εἰ Θεὸς εἷς ἐστιν, ὡς Μωϋσῆς λέγει· « Ἄκουε, Ἰσραήλ· Κύριος ὁ Θεός σου Κύριος εἷς ἐστιν· » καὶ ὁ Υἱὸς δὲ ἀνυμνεῖται μονογενὴς Θεὸς καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός· ἐκ παντὸς ὁμοούσιος καὶ ἰσότιμος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, τῇ μὲν ὑποστάσει ἄλλος καὶ ἄλλος, τῇ δὲ θεότητι καὶ συμφωνίᾳ εἷς. Ἐν τούτῳ γάρ ἐστιν τὸ, « εἷς Θεός. » Εὑρίσκομεν ἀμέλει τοι καὶ Ἕλληνας αὖθις ὑπὸ ἀνάγκης ἀφανοῦς καὶ ἄκοντας περιτραπέντας εἰς τὴν ἀλήθειαν, καὶ ὁμοφώνῳ καὶ ὁμογνώμονι ἡμῖν διαθέσει ἐν τῷ μέρει τούτῳ κεχρημένους, ἀναφωνοῦντάς τε ἐγγράφως καὶ διαῤῥήδην ταῦτα·

suis ipsorum scriptis aperte exclamare in hunc modum :

Unus Deus est ; ipse omnium supremus rex,

Εἷς Θεός ἐστιν· ἀναξ παντυπέρτατος αὐτὸς ἁπάν- [*των,*

Et genitor omnino primus est et radix, et prin- [*cipium.*

Καὶ γενέτης πάμπρωτος ἔφυ, καὶ ῥίζα, καὶ ἀρχή.

III. Si Dei quidem nomen semper est « Pater, » Filii autem « Filius, » et « Unigenitus ; » naturalis est, ac verus Filius, et sempiternus, **323** non vero est Filius ut nos ; qui enim Patri est Unigenitus, nullum

Γ'. Εἰ ἀεὶ ὄνομα, τῷ μὲν Θεῷ τὸ, « Πατὴρ, » τῷ δὲ Υἱῷ τὸ, « Υἱὸς, » καὶ « Μονογενὴς, » φυσικὸς καὶ ἀληθινός ἐστιν Υἱὸς, καὶ ἄναρχος, καὶ οὐ καθ' ἡμᾶς Υἱός. Ὁ γὰρ Μονογενὴς τῷ Πατρὶ οὐκ ἔχει φύσει ὁμοπά-

(26) *Legitime cole.* In Græco, νόμιζε. Quod verbum eodem sensu Julius Pollux adhibet lib. I, cap. 1 : Ὁ μὲν τοίνυν (inquit) θεοὺς νομίζων ἀνὴρ, καλοῖτ' ἂν εὐσεβής, id est, « Quisquis autem deos legitime veneratur, pius vocetur. »

(27) *Sempiternus omnino.* Vide notas in Pollucem lib. II, cap. 2, segm. 14.

(28) *Sub consiliis.* Codex mendose, ὑποδηνεσις, sine accentu. Lego ὑπὸ δήνεσιν.

(29) *Per se genitus.* In *Constitutionibus apostolicis*, lib. VI, c. 11, et in *Recognitionibus*, lib. III, num. 3, ii reprehenduntur, qui Deum dicunt αὐτογένεθλον, aut αὐταίτιον, aut αὐτοπάτορα, id est « per se genitum, sui ipsius causam, sui ipsius patrem. » Vide Cotelerii adnotationes ad ea loca ; Synesius tamen in tertio hymno Deum sic alloquitur ;

D Αὐτοπάτωρ, προπάτωρ, ἀπάτωρ, Υἱὲ σεαυτοῦ, id est « Pater tui ipsius, ante-pater, sine patre, Fili tui ipsius. » At qui accuratius locuti sunt, sese ab hujusmodi vocibus abstinuerunt, ut Didymus noster, qui utitur quidem vocibus αὐτοφυὴς et αὐτογενὴς, id est « per se exsistens, » at nusquam Deum vocat αὐταίτιον, aut αὐτοπάτορα, aut αὐτογένεθλον, aut αὐτολόχευτον.

(30) *Atqui.* Verba sunt Pindari in Nemeis ode X, ubi tamen deest vox ἀεί, et pro Θεοῦ legitur θεῶν.

(31) *Impleta.* Codex πληρωθῆ σαφῶς. Lego πληρωθεῖσα φῶς.

(32) *Audi.* Deut. VI, 4.

(33) *Tuus.* Biblia : ἡμῶν, id est, « noster. »

Digitized by Google Распознавание текста

τριων ἀδελφὸν, οὐδὲ λέγεται πατὴρ, μήπω γεγεν- A habet fratrem, quicum communem habeat patrem; nec dicitur pater is qui nondum generavit.

Δ'. Εἰ εὐλόγως εἴρηται Λόγος Θεοῦ [150 *a*] ὁ Υἱὸς, συνυπάρχει τῷ γεννήσαντι, οἰκείως τῇ φύσει ἔχων αὐτῷ, καὶ ἀπαθῶς καὶ ἀνάρχως γεννηθείς. Οὐδὲ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐκτὸς τοῦ ὑποστατοῦ Λόγου αὐτοῦ ἐπινοεῖσθαι δύναται· οὔτε μὴν Λόγος κτίζεται, ἀλλὰ γεννᾶται ἀπαθῶς. Παραλλήλως, εἰ τοῦ Θεοῦ Λόγος καὶ σοφία δικαίως ἐγγέγραπται ὁ Υἱὸς, καὶ δι' αὐτοῦ γέγονε τὰ πάντα, οὐκ ἀπὸ Λόγου τοῦ Θεοῦ ἔκτισται, ἀλλ' ἀπὸ γαστρὸς αὐτοῦ γεγέννηται. Εἷς γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ ἐν ποίῳ ἄλλῳ Λόγῳ εἶχεν κτισθῆναι; Ταῦτα γὰρ καὶ Ἑλλήνων λογάδες διαγορεύουσιν·

IV. Si recte Filius dictus est Verbum Dei, coexsistit ergo genitori, ejusque per naturam proprius est, et impassibiliter, atque ab æterno genitus fuit. Nam nec Pater concipi potest sine ipsius Verbo subsistente (34): neque Verbum creatur, sed generatur impassibiliter. Similiter, si Dei Verbum, et Sapientia merito dictus est Filius in Scripturis, ac si « per ipsum facta sunt omnia, » non fuit ergo creatus ex Verbo Dei, sed ex ventre ejus generatus fuit: cum enim unum sit Dei Verbum; in quo alio Verbo (35) creari potuit? Hæc porro Græcorum etiam sapientes edixerunt:

Ἄρρητα γὰρ τίκτουσιν αἱ Θεοῦ γοναί.
Παντὸς πάθους δὲ καὶ φύσεως ὑπέρτερος.

B *Ineffabilia enim gignunt Dei generationes.*
Ipse vero supra omnem passionem et naturam [est.

Ε'. Εἰ ἔστιν ὁ Υἱὸς, ὡς ἐδείχθη, αὐτὴ ἡ αἰώνιος ζωὴ καὶ φῶς τὸ ἀληθινὸν, τοῦ εἶναι καὶ ζῆν οὐκ ἤρξατο. Καὶ παραλλήλως, εἰ ἔστιν ταῦτα καὶ ὁ Πατὴρ, οὐδὲ κατὰ ἐνθύμησιν ἕν τινι παραλλάττει.

V. Si Filius, ut ostensum fuit, est ipsa æterna vita, et lux vera, profecto esse et vivere non cœpit. Et similiter, si Pater quoque est hæc eadem, in nulla re ab eo differt Filius, ne secundum cogitationem quidem.

Ϛ'. Εἰ δύναμις καὶ σοφία ὁ Υἱὸς εἶναι τοῦ Θεοῦ εἴρηται, συνάναρχός ἐστι τῷ γεννήσαντι· οὐδὲ γὰρ ἦν, ὅτε ἐκτὸς τούτων ὑπῆρχεν ὁ Πατὴρ, οὐδὲ προσῆκεν εἰπεῖν, ὅτι μὴ ἔχων, ὕστερον ὁτιοῦν προσέλαβεν. Καὶ οἱ ἀπὸ τῆς ἔξωθεν δὲ σοφίας τι μαθόντες, οὐ δεύτερον εἶδος, οὐ δεύτερον χρόνον, εἰ θέμις οὕτω φάναι, ὑπάρξεως θεότητος θεωρήσαντες, ἔφησαν πρὸς τὴν αὐτῶν δύναμιν τάδε·

VI. Si dicitur Filius esse potentia et sapientia Dei, coæternus est genitori; nam neque Pater fuit unquam sine his, neque dicere licet, eum aliquid olim non habuisse, quodcunque id sit, ac postea illud accepisse. Qui vero ex ethnicorum sapientia aliquid didicerunt, il neque secundum aliquam speciem, nec tempus aliquod secundum, si ita lo- C qui fas est, in Deitatis exsistentia speculantes, hæc pro eorum viribus dixerunt:

Αὐτὸς πάντα φέρει Θεὸς ἄμβροτος· αὐτὸς ἑαυτοῦ
Καὶ γενέτης, καὶ ῥίζα πέλει, καὶ τέρμα, καὶ υἱός.

Ipse omnia fert Deus immortalis; ipse sui [ipsius
Et genitor, et radix est, et terminus, et filius.

Ζ'. Εἰ τῷ Πατρὶ ἴσως σώζει, ἅτε [150 *b*] Σωτὴρ, ἔτι μὴν καὶ σοφίζει, ἀληθεύει, δικαιοῖ, ἁγιάζει· καὶ εἰ πάντα, ὅσα ἂν ὁ Πατὴρ ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ, οὐκ ἀνόμοιος αὐτῷ ἀναφαίνεται.

VII. Si æque ac Pater, salvat, utpote Salvator, et insuper si sapientes reddit, si verax est, si justificat, si sanctificat, ac si omnia quæcunque Pater facit, hæc etiam Filius similiter facit: apparet eum non esse Patri dissimilem.

Η'. Εἰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀνειδέου, καὶ ἀοράτου, καὶ ἀνάρχου, ὡς Παῦλος Ἑβραίοις γράφει, ἀπαύγασμά ἐστιν τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως, καὶ εἰκὼν ὁ Μονογενὴς, καὶ εἰ αὐτὸς ἀληθεύει λέγων· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακεν τὸν Πατέρα· » καὶ, « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν· » ὁμοούσιός ἐστιν, καὶ συνάναρχος, καὶ ἴσος, καὶ ἀπαράλλακτος τῷ Θεῷ Πατρί. Καὶ γὰρ ἐκ φωτὸς φῶς οὐχ ἑτεροουσίως οὐδὲ μετέπειτα γεννᾶται· καὶ χαρακτὴρ ὑποστάσεως τὸ ταυτὸν καὶ ἀπαράλλακτον τῆς φύσεως, καὶ δόξης, καὶ παντοκρατορίας δηλοῖ· καὶ εἰκὼν λογικὴ τὸ ἴσον καὶ ὅμοιον σημαίνει· καὶ ὁ βλέπων κτίσμα οὐ βλέπει τὸν ἄκτιστον. Ἓν γὰρ εἶπεν εἶναι τῇ θεότητι τὰς ὑποστάσεις, καὶ ἐν ἑνάδι οὐσίας διέσταλκε δίχα τὰ πρόσωπα.

VIII. Si forma carentis, et invisibilis, et æterni Dei, sicut Paulus Hebræis scribit, splendor est gloriæ, et character **324** substantiæ, et imago Unigenitus, ac si ipse verax est, cum ait, « Qui (36) vidit me, vidit Patrem; » et, « Ego (37) et Pater unum sumus: » profecto consubstantialis est, et coæternus, et æqualis, et quoad omnia similis Deo Patri, nihilque ab eo discrepans. Nam lux e luce neque heterousie (id est cum *diversitate substantiæ*) generatur, nec posterius; et character substantiæ indicat identitatem, omnemque excludit naturæ, et gloriæ, et omnipotentiæ discrepantiam; et imago rationalis denotat æqualitatem ac similitudinem; et qui videt creaturam, non videt In-

(34) *Subsistente.* In Græco, ὑποστατοῦ. Simili modo Clemens lib. VIII, *Strom.* pag. 915, quod subsistit, vocat ὑποστατόν.

(35) *In quo alio Verbo.* Præclare Augustinus hac ipsa ratione Arianos refellit tract. 1 *in Joannem*, num. 11, pag. 293, tom. III.

(36) *Qui.* Joan. XIV, 9.

(37) *Ego.* Joan. X, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

creatum. Unum enim deitate ait esse hypostases (38), et in unitate essentiæ (39) distinxit personas.

IX. Si Deus et Pater est immutabilis, nec posterius igitur, nec passibiliter generavit, sed sicut lux splendorem gignit, impassibiliter nempe, et continue; est enim incorporeus. Ethnicorum quoque sapientes, prout eorum ferebat imbecillitas, ita crediderunt:

Nec enim ex partus dolore Deus immortalis, ne- [que ex sinu
Ventris per obstetricem lucem fecit; sed mentis
Ineffabili conversione (40) *circumactus, per se* [genitus
Est, a semetipso ipse exsistens, et genitor et [filius.

Θ'. Εἰ ἄτρεπτος ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ, οὐθ' ὕστερον, οὔτε παθητῶς ἐγέννα, ἀλλ' ὡς φῶς τὴν αὐγὴν ἀπαθῶς καὶ ἀδιαστάτως· ἀσώματος γάρ. Καὶ οἱ ἔξω σοφοὶ πρὸς τὴν ἰδίαν ἀσθένειαν ἐπίστευσαν οὕτως·

Οὐ γὰρ ἀπ' ὠδῖνος Θεὸς ἄμβροτος, οὐδ' ἀπὸ κόλ- [πων
Νηδύος ἐκ λοχίης φάος ἔδρακεν· ἀλλὰ νόοιο
Ἀῤῥήτῳ στροφαλῃτι κυκλούμενος, αὐτολόχευτος
Γίνεται, ἐξ ἑθεν αὐτὸς ἐὼν γενέτης τε καὶ υἱός.

X. Si omnis creatura mutabilis est, Unigenitus vero est immutabilis; non est ergo creatura.

Ι'. Εἰ πᾶν κτίσμα τρεπτόν, [151 *a*] ἄτρεπτος δὲ ὁ Μονογενής· οὐκ ἄρα κτίσμα.

XI. Si creatura non cognoscit Patrem, nec novit nisi ea quæ Filius ei revelaverit, Filius vero, nemine ipsi revelante, novit Patrem; non est creatus Filius ipse, sed genitus.

ΙΑ'. Εἰ ἡ κτίσις οὐ γινώσκει τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ἃ ἀποκαλύψῃ ὁ Υἱός, ὁ δὲ Υἱὸς γινώσκει, οὐδενὸς ἀποκαλύπτοντος αὐτῷ· οὐκ ἔστιν κτιστὸς, ἀλλὰ γεννητός.

XII. Si Patri æqualem Filium norunt Scripturæ: Paulus enim scribit, « Non (41) rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: » et, « In ipso (42) habitat omnis plenitudo divinitatis; » ac si testatur evangelista (43) quod, « æqualem seipsum fecit Filius Deo; » ac si Jeremias (44) eum dicit « Deum, præ quo non reputabitur alter; » et Isaias (45), « Deum, fortem, **325** dominatorem: » quomodo existimant hæretici eum posteriorem aut inferiorem esse, Patrique quoad omnia æqualem non exsistere?

ΙΒ'. Εἰ τῷ Πατρὶ ἴσον αὐτὸν ἴσασιν αἱ Γραφαί· Παῦλος γὰρ γράφει· « Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο εἶναι ἴσα Θεῷ· » καί· « Ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος· » καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς λέγει, ὅτι « Ἴσον ἑαυτὸν ὁ Υἱὸς ἐποίει τῷ Θεῷ· » καὶ εἰ Θεὸν, πρὸς ὃν οὐ λογισθήσεται ἕτερος, λέγει αὐτὸν Ἱερεμίας· καὶ Ἡσαΐας Θεὸν, ἰσχυρὸν, ἐξουσιαστήν· πῶς ὑστερεῖ κατὰ αἱρετικοὺς, καὶ οὐκ ἔστιν ἴσος κατὰ πάντα τῷ Πατρί;

XIII. Si Paulus (46), salutarem prædicationem, quæ Christus, et Spiritus sanctus prædicatus est, veteri lege præstantiorem putat, quia perfectionem habet, ut in xxx λόγῳ (47) ostensum fuit: omnino atque absolute dicendum est, Filium et Spiritum nulla prorsus ratione Deo et Patre minores esse aut inferiores.

ΙΓ'. Εἰ Παῦλος τοῦ πρεσβυτέρου νόμου τὸ σωτήριον κήρυγμα, τὸ περὶ Χριστοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, προφερέστερον ἡγεῖται, διὰ τὸ ἔχειν τὸ τέλειον, ὡς ἐν τῷ λ' ἐδείχθη λόγῳ· πρέπει πάντη τε καὶ πάντως τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς κατὰ μηδὲν τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα μειονεκτεῖν.

XIV. Si illi, qui Filio credunt (48), vererinon debent, ne accusentur, quod creaturam adorent (49), et hanc eos criminationem effugere fidejussor est

ΙΔ'. Εἰ ἐκφεύγειν τὸ ἔγκλημα τῆς κτισματολατρείας τοὺς πιστεύοντας τῷ Υἱῷ παρεγγυᾷ Παῦλος, ἔτι δὲ καὶ ἀθῴους ἀποκαλεῖ τοὺς πρὸ τούτου ἐκτὸς

(38) *Hypostases.* Mutilus, aut saltem mendosus est hic locus. Pro ταῖς ὑποστάσεσι lego τὰς ὑποστάσεις.

(39) *In unitate essentiæ.* Codex, ἓν ἕνα δι' οὐσίας. Lego ἓν ἑνάδι οὐσίας. Totius autem loci sententia, ni puto, hæc est: Dum ait Christus, « Ego et Pater unum sumus, » voce illa « unum, » deitatis unitatem in duabus hypostasibus, significavit; voce vero illa, « sumus, » personas ipsas distinxit. Itaque addendum fortasse est aliquid, ac legendum, ex. gratia, καὶ τῷ ἐσμὲν ἐν ἑνάδι οὐσίας διέσταλκε δίχα τὰ πρόσωπα, id est « et voce illa, sumus, in unitate essentiæ distinxit personas. »

(40) *Conversione.* Codex sine accentu, στροφαλητι. Legendum forsitan στροφάλιγγι.

(41) *Non.* Philipp. II, 6.

(42) *In ipso.* Coloss. II, 9.

(43) *Evangelista.* Vide Joan. V, 18.

(44) *Jeremias.* Hilarius quoque lib. IV *De Trin.*, num. 42, et lib. V, num. 39, hæc Baruchi verba Jeremiæ tribuit, ut et alii ex vetustis Patribus fecerunt.

(45) *Isaias.* Cap. IX, vers. 6, juxta Græcam editionem.

(46) *Paulus.* Hebr. III, 7-9.

(47) *In* xxx *λόγῳ.* An respicit caput tricesimum libri primi, seu pag. 91, ubi legitur: « Vetus ergo Testamentum, » et quæ sequuntur? An verbis hisce *in* xxx *λόγῳ*, intelligit tricesimum argumentum, quod initio primi libri attulerit; aut tricesimam ex suis catechesibus, si tamen eas unquam edidit? An demum conjiciemus librarium ex nota A' fecisse A', ita ut cum in autographo esset A', id est « primo, » ipse in apographo scripserit A', id est « tricesimo? » Quod si ita esset, respiceret quæ dixit superius lib. I, cap. 7, pag. 2.

(48) *Qui Filio credunt.* Perspicuum est, Didymum hic ea in compendium redigere, quæ dixit lib. I, cap. 7, pag. 1 et 2.

(49) *Creaturam adorent.* Codex, κτισματολατρίας. Lego κτισματολατρείας.

Digitized by Google Распознавание текста

τοῦ Υἱοῦ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα μόνον ἐγνωκότας· οὐ κτίσμα ὁ Θεὸς Λόγος.

Paulus, ac si is præterea atheos, id est *sine Deo*, illos vocat, qui antea non Filium, sed Deum et Patrem duntaxat noverant; non est sane creatura Deus Verbum.

ΙΕ'. Εἰ Ἰουδαῖοι, ἀπιστήσαντες τῷ Χριστῷ, ἴσον ἑαυτὸν ποιοῦντι τῷ Θεῷ, καὶ διὰ τοῦτο σταυρώσαντες αὐτὸν κατεκρίθησαν, Χριστιανοὶ δὲ πιστεύσαντες ἀνωτέρω ἐκείνων γεγόνασιν· οὐ μικρότερος ἔν τινι τοῦ ἰδίου Πατρὸς ὁ Υἱός.

XV. Si Judæi, qui Christo semetipsum Deo æqualem facienti non crediderunt, eaque de causa illum crucifixerunt, condemnati sunt; Christiani vero, qui ei crediderunt, supra illos elevati fuere; nulla in re proprio Patre minor est Filius.

ΙϚ'. Εἰ τοῦ μόνου Θεοῦ ἐξαίρετον τὸ ὑμνεῖσθαι « μέγας Θεὸς, » ἀναφθέγγεται δ' [151 *b*] ὁ Παῦλος, « Τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστου, » καὶ ὁ Δαυΐδ, « Τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε; » οὐκ ἐξοχώτερος τοῦ Υἱοῦ, οὐδὲ ἀπαράβλητος πρὸς αὐτόν.

XVI. Si soli Deo eximie, atque excellenter convenit, ut « Magnus Deus » nuncupetur ac prædicetur, ait vero Paulus, « Magni Dei (50) et Salvatoris nostri Jesu Christi, » et David, « Quis similis (51) tibi in diis, Domine? » non est sane Pater excellentior Filio, neque incomparabilis respectu ipsius.

ΙΖ'. Εἰ ὁ αὐτὸς Παῦλος οὐ συναριθμεῖ αὐτὸν τοῖς κτιστοῖς θεοῖς, συντάττει δὲ μετὰ τοῦ Πατρὸς, Κορινθίοις γράφων, « Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοὶ ἔν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα· » οὐκ ἐν ποιήμασι συντετάξεται, μετὰ δὲ Πατρὸς συνδοξασθήσεται.

XVII. Si idem Paulus inter creatos deos illum non connumerat, sed ipsum cum Patre æquat et collocat, scribens Corinthiis, « Nam etsi (52) sunt qui dicuntur dii multi, et domini multi et in cœlo, et in terra: tamen nobis unus Deus Pater, ex quo omnia, et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia; » non est igitur inter creaturas collocandus, sed cum Patre conglorificandus.

ΙΗ'. Εἰ δημιουργὸς πάντων, καὶ αὐτῶν τῶν αἰώνων ἐστὶν ὁ Υἱὸς, ὡς ἐγράφη, πρὸ πάσης ἐνεργείας ἐστίν· ὁ δὲ πρὸ πάσης ἐνεργείας οὐκ ἐδημιουργήθη. Οὐδὲν γὰρ προαιώνιον, ἢ πρὸ ἐνεργείας κτιστὸν, ἀλλ' ἡ ἐν ἑνάδι ἀγένητος Τριὰς μόνη. Καὶ ἄλλως· Εἰ πάντων γενεσιουργός ἐστι τῶν ὄντων, οὐκ ἔστιν ὡς ταῦτα κτιστός. Κατ' οὐδὲν γὰρ τοῖς κτίσμασιν ὁ κτίστης παραπλήσιος εἶναι δύναται, ἢ ὀφείλει. Ἀλλ' οὐδὲ κτίσμα δημιουργοῦν οὐσιοῖ, ἢ λογικὸν ἀποτελεῖ.

326 XVIII. Si rerum omnium, ac ipsorum etiam sæculorum conditor est Filius, sicut scriptum legitur (53), exstitit ergo antequam quidquam fieret. At qui exstitit antequam quidquam fieret, non fuit conditus; nihil enim, quod creatum sit, ante sæcula, aut ante creationem exsistens intelligitur; sed ea duntaxat, quæ in unitate exsistit, increata Trinitas. Et aliter: Si omnium, quæ sunt, conditor est, non est creatus, cujusmodi illa sunt; nullo enim modo creaturis Creator similis esse potest aut debet; nec præterea creatura creando dare potest exsistentiam, neque rationis participem quempiam facere.

ΙΘ'. Εἰ ἦν ἐν τῇ ἀρχῇ Θεὸς πρὸς τὸν Θεὸν, ἀρχὴν ἄλλην αὐτὸς οὐκ ἔχει, ἀρχαιότερος ὢν πάσης ἀρχῆς. Ἐπεὶ ἀνάγκη πᾶσα δοῦναι ἀρχὴν καὶ τῷ Πατρί. « Ἦν » γὰρ, φησὶν, « ἐν τῇ ἀρχῇ Θεὸς πρὸς τὸν Θεόν. » Οὐκ ἔστιν δὲ ἀρχὴ τῆς μιᾶς θεότητος τῆς οὔσης ἐν τῇ ἀρχῇ.

XIX. Si erat in principio Deus apud Deum, aliud principium Filius ipse non habet cum sit antiquior omni principio: alioquin omnino necessarium erit assignare principium etiam Patri. « Erat » enim, inquit, « in principio Deus apud Deum (54). » Nullum vero principium habet una Deitas exsistens in principio.

Κ'. Εἰ νοῦ παντὸς ἀνώκισται, πῶς Παρθένος ῥεύσεως ἐκτὸς ἔτεκεν, μείνασα πάλιν παρθένος· πολλῷ μᾶλλον ἀνεφικτότερον, πῶς αὐτογενὴς Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἀνάρχως, καὶ ἄϊδιος πάθους ἐξ ὅλου ἑαυτοῦ ὅλον ἰσομέτρως τέτοκε τὸν Υἱόν.

XX. Si nulla percipere mens potest, quomodo Virgo sine fluxu peperierit, manens rursus virgo; quanto minus intelligi poterit, quomodo ille per se exsistens Deus ac Pater, ab æterno, et sine passione ex toto semetipso totum sibi perfecte æqualem genuerit Filium?

ΚΑ'. Εἰ ἡμᾶς πλάσας, αὐτεξουσίους [152 *a*] ἐποίησεν, κρίσιν ὁρίσας ἐπὶ καλῇ καὶ κακῇ πράξει· πῶς αὐτὸς οὐκ ἔχει τοῦτο, ὃ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ κατὰ τὴν προφητείαν ὢν Θεὸς, ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστής·

XXI. Si cum Filius ipse nos formavit, propria libertate præditos fecit, judicare nos statuens prout bonæ aut malæ nostræ actiones fuerint; quomodo ipse id non habet, quod dedit nobis? Ipse, inquam, qui juxta prophetiam est Deus fortis, dominator (55)?

ΚΒ'. Εἰ πιστός ἐστι Πέτρος ἐν ταῖς Πράξεσι

XXII. Si fide dignus est Petrus in Actis clamans:

(50) *Magni Dei.* Tit. II, 13.
(51) *Quis similis.* Psal. LXXXV, 7. Biblia pro τίς, id est « quis, » habent οὐκ ἔστιν, id est « non est. » Sed vide Psal. LXXXVIII, 7.
(52) *Nam etsi.* I Cor. VIII, 5, 6. Sextus tamen versiculus paulo aliter se habet in Bibliis cum Græcis, tum Latinis.
(53) *Legitur.* Hebr. I, 2.
(54) *Deus apud Deum.* Citat sensum Joan. I, 2.
(55) *Dominator.* Isa. IX, 6, juxta Græcam translationem.

Digitized by Google Распознавание текста

« Huic omnes (56) prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus omnem qui credit in eum ; » vere igitur ac proprie ipsi convenit nomen hoc, « Deus, » et, « Filius unigenitus Dei. » Nam si falso et improprie id ei nomen tribueretur, nihil ipsum juvare posset.

XXIII. Si mendacii expers Deus (qui etiam, ut ait sacer Psaltes (57), mentientes perdit) vera loquitur, cum apud Theologum (58) ait, « Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt ; » et, « Mea tua sunt, et tua mea : » Deus æternus profecto est **327** Dominus, nec ejus regnum finem habet, et est ipse omnia quæcunque est Pater, nihilque ab eo novum accepit secundum divinam naturam, sed tantum secundum servi formam posterius assumptam. Qualia vero cum de cœlesti semper dominante veritate, tum de terrena non veritate pronuntiarint etiam Græci, audiamus (59) :

Mendacii expers est magni Dei mens ; in mortalibus vero
Eos, qui mentiuntur, molestiæ insequuntur et infortunia (60).

XXIV. Si omnium hæres constitutus est, non est servus, sed genuinus Filius. Quod si non est servus, sed Filius, æternus Deus est. Nam primum quidem filius generatur, non creatur ; deinde vero de iis, quæ creata, atque in tempore exsistentia sunt, scriptum est : « Omnia (61) serva tua sunt » (seu, serviunt tibi).

XXV. Si ut rem magnam (revera enim magna est, ac solius Dei propria) de Patre dixit Paulus : « Qui est (62) super omnia, et per omnia, et in omnibus ; » æqualia vero idem Apostolus de Filio scripsit : « Ex quibus (63) est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen ; » itemque evangelista, cum ait : « Qui desursum (64) venit, supra omnia est : » nulla ergo in re a Patre discrepat Filius, nec ipso inferior est (65). Quam pie vero de hisce sentiant Græcorum theologi, qui multa audierunt, non pauca legerunt, ac plurima viderunt, inspicere operæ pretium est. Aiunt enim :

Omnia Deo plena sunt (66) ; *omnium finis est, et initium :*
Omnia ferens, et solvens, et ex ipsismet rursus ea augens.

XXVI. Si Filii propriam esse creaturam dicunt Scripturæ ; aiunt enim : « In propria (67) venit ; »

Α βοῶν· « Τούτῳ πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσιν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ πάντα τὸν πιστεύοντα εἰς αὐτόν· » ἀληθινὸν ὄνομα ἔχει τό, « ὁ Θεὸς, » καὶ, « Υἱὸς μονογενὴς τοῦ Θεοῦ· » ψευδώνυμον γὰρ οὐδὲν ὀνίνησιν.

ΚΓ'. Εἰ ἀληθεύει ὁ ἀψευδὴς Θεὸς, ὁ καὶ τοὺς ψευδομένους ἀπολλύων, ὡς ὁ Ἱεροψάλτης λέγει, παρὰ τῷ Θεολόγῳ εἰπών· « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστιν· » καὶ, « Τὰ ἐμὰ σά ἐστιν, καὶ τὰ σὰ ἐμά· » Θεός ἐστιν ἄναρχος Κύριος, οὗ ἡ βασιλεία ἀτελεύτητος, καὶ πάντα, ὅσα ἐστὶν ὁ Πατὴρ, οὐδὲν λαβὼν παρ' αὐτοῦ κατὰ τὴν θείαν φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ὕστερον τοῦ δούλου μορφήν. Οἷα δὲ περί τε τῆς ἄνω ἀεὶ κρατούσης ἀληθείας, περί τε τῆς κάτω οὐκ ἀλη- Β θείας ἐφθέγξαντο καὶ Ἕλληνες, ἐπαΐωμεν·

Ἀψευδὴς μεγάλοιο Θεοῦ νόος· ἐν δὲ βροτοῖσι
Ψευδομένοις χαλεπὰ ὤπασε δυσμοραπαθ.

ΚΔ'. Εἰ κληρονόμος πάντων καθέστηκεν, οὐ δοῦλος, ἀλλὰ γνήσιος Υἱός. Εἰ δὲ μὴ δοῦλος, ἀλλ' Υἱὸς, Θεός ἐστιν ἄναρχος. Υἱὸς γὰρ γεννᾶται, οὐ κτίζεται· καὶ περὶ τῶν κτιστῶν καὶ ὑπὸ χρόνον γέγραπται· « Τὰ σύμπαντα δοῦλα σά. »

ΚΕ'. Εἰ ὡς μέγα (καὶ γάρ ἐστιν ἀληθῶς μέγα καὶ μόνου Θεοῦ) περὶ Πατρὸς εἶπεν Παῦλος· « Ὁ ἐπὶ C πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν· » τὰ δὲ ἴσα αὐτὸς περὶ τοῦ Υἱοῦ γέγραφεν· « Ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς [152 *b*] τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν· » καὶ ὁ εὐαγγελιστής φησιν· « Ὁ ἐρχόμενος ἄνωθεν, ἐπάνω πάντων ἐστίν· » οὐκ ἀφέστηκεν ἔν τινι, οὐδ' ἀποδεῖ τοῦ Πατρός. Ὅπως δὲ εὐλαβῶς ἔχουσι περὶ τούτων οἱ Ἑλλήνων θεολόγοι, οἱ πολλὰ μὲν ἀκούσαντες, οὐκ ὀλίγα ἀναγνόντες, ἑωρακότες δὲ καὶ πλεῖστα, ἐπισκοπεῖν ἄξιον. Φάσκουσι γάρ·

Πάντα Θεοῦ πλήρη, πάντων πέρας ἐστὶ καὶ ἀρχὴ,
Πάντα φέρων, λύων τε καὶ ἐξ αὐτῶν πάλιν αὔξων.

ΚϚ'. Εἰ τοῦ Υἱοῦ ἡ κτίσις ἰδία γέγραπται (φησὶν D γάρ· « Εἰς τὰ ἴδια ἦλθεν· » καὶ πάλιν· « Τὰ ἐμὰ

(56) *Huic omnes.* Act. x, 43.
(57) *Psaltes.* Psal. v, 6 (seu 7).
(58) *Theologum.* Joan. xvi, 15 et xvii, 10.
(59) *Audiamus.* Codex, ἐπαΐομεν. Lego ἐπαΐωμεν.
(60) *Infortunia.* Librarius sine accentu scripsit, δυσμοραπαθ. Vocem vero χαλεπά ita exaravit, ut nescias an scribere voluerit χαλεπά, id est « molesta, » an vero χαλεπᾷ, id est χαλεπαίνει. Medica itaque manu indiget hic versus ; sed quonam modo legendus sit, divinare difficile est. Ego cum aliquam tandem lectionem amplecti cogerer, sic transtuli, quasi legerem : ψευδομένοις χαλεπὰ ὤπασε δύσμορά τε. Suspicatus tamen etiam sum pro ψευδομένοις, legi posse ψευδόμενος, ut referatur ad nomen νόος, at pro δυσμοραπαθ, quid legendum sit, conjicere non valeo, nisi cui placeat δύσμορα πᾶν. Alii meliora afferent.
(61) *Omnia.* Psal. cxviii, 91.
(62) *Qui est.* Ephes. iv, 6.
(63) *Ex quibus.* Rom. ix, 5.
(64) *Qui desursum.* Joan. iii, 31.
(65) *Inferior est.* Codex, ἀποδεεῖ. Lego ἀποδεεῖ.
(66) *Omnia Deo plena sunt.* Hemistichium hocce legitur etiam apud Porphyrium : affert enim ipse hunc oraculi versum : Πάντα Θεοῦ πλήρη· πάντη Θεός ἐστι Φανήθη, id est, « Omnia plena Deo : namque est is ubique Phanethe. »
(67) *In propria.* Joan. i, 11

Digitized by Google Распознавание текста

πρόβατα τῆς ἐμῆς φωνῆς ἀκούει· » καὶ πρὸς τὸν Πέτρον· « Σοὶ δώσω τὰς κλεῖς τῶν οὐρανῶν »), κτίστῳ δὲ οὐχ ὑπάρχει τὸ ἴδια εἶναι πάσῃ τῇ θείᾳ κτίσει, ἢ ἐξουσίαν διδόναι οὐρανῶν ἀνοίξεως, ἤγουν λέγειν τοῦτο ἀκινδύνως· συνδεσποτεύει τῷ παντοκράτορι αὐτοῦ Πατρί.

ΚΖ'. Εἰ ὁ ἀθάνατος οὐ κρείσσων τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ εἰ οὔτε Θεὸς, οὔτε ἄψυχος σὰρξ δεῖται πω τροφῆς, ἢ ὕπνου· οὐκ ἄρα διὰ ψυχῆς ἡ ἄῤῥητος ἐνανθρώπησις, οὔτε μὴν ἐπιγραπτέον τῇ θεότητι ἀγωνίαν, καὶ τροφῆς ἔφεσιν, καὶ ὕπνον, καὶ τὰ τοιαῦτα.

ΚΗ'. Εἰ, καθὰ γέγραπται, ἐκ δεξιῶν συνεδρεύει τῷ Πατρὶ, ὡς ἀληθινὸς καὶ ἰσότιμος Θεὸς, καὶ Υἱὸς αὐτοῦ μονογενὴς· ὁμόθρονός ἐστιν, ἀμέριστον καὶ ἀπέραντον τὴν βασιλείαν κεκτημένος, καὶ τῷ Πατρὶ ἐξ ἴσου συμπροσκυνούμενος καὶ συνδοξαζόμενος, αὐτός τε καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Πῶς; γὰρ ἂν ἠδύνατο, Τριάδος ἐν ἑνὶ θρόνῳ παρούσης, εἷς προσκυνεῖσθαι κατέναντι τοῦ ἑνὸς αἰωνίου θρόνου, ἐπ' ἀνατολὰς τῆς προσκυνήσεως [153 *a*] γινομένης, καὶ τῆς δόξης ἀναπεμπομένης; Ὅτι γὰρ ἔνθα ὁ Πατὴρ, ἐκεῖ καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ ἐστιν, σύνθακον αὐτῷ εὑρισκόμενον καὶ συμπροσκυνούμενον, ὡς τῆς ἁπάντων βασιλίδος φύσεως ὑπάρχον, ἐκ πολλῶν ἀνεκηρύχθη, καὶ ἐκ τῆς λεγούσης Γραφῆς· « Ἐν τούτῳ γὰρ γινώσκομεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν ἐστιν, ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ, οὗ ὁ Υἱὸς ἔδωκεν ἡμῖν. » Οὐ νοεῖται γὰρ τὸ ἡμέτερον πνεῦμα· τοῦτο γὰρ ἔχοντες ἤδη, ἐλάβομεν τὸ ἅγιον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ.

ΚΘ'. Εἰ θέλημα τοῦ Πατρὸς, ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα· ἐν ἴσῃ δόξῃ καὶ μιᾷ ἰδιότητι ὑπάρχει τοῦ Πατρός· καὶ οὐχ ὁσίως ποιοῦσιν, ἢ τὴν δόξαν ἐναμείβοντες, ἢ ὑποτοπάζοντες κατά τι παραλλάττειν αὐτόν.

Λ'. Εἰ προσκυνεῖται παρ' ἀγγέλων, πῶς οὐκ ἄξιος καὶ παρ' ἀνθρώπων· Εἰ δὲ προσκυνεῖται, οὐ κτίσμα.

et rursus: « Oves (68) meæ vocem meam audiunt; » ac si Petro ipse dicit: « Tibi (69) dabo claves cœlorum; » creaturæ **328** vero non convenit ullam ex Dei creaturis propriam (70) habere, aut potestatem cœlos aperiendi conferre, aut hæc tuto dicere: sequitur ut Filius communem cum omnipotenti suo Patre dominatum habeat.

XXVII. Si immortalis Deo Verbo præstantior non est, ac si neque Deus, neque caro inanimata cibo indiget, aut somno; non ergo sine anima (71) ineffabilis Incarnatio facta est, nec præterea agonia, et cibi appetitus, et somnus, et similia Deitati attribuenda sunt.

XXVIII. Si, quemadmodum Scripturæ testantur, a dextris cum Patre considet ut verus, et ipsi æqualis Deus, et ut Filius ejus unigenitus; sedet ergo in eodem throno, individuum et indeterminabile regnum possidens, et cum Patre ex æquo simul adoratur, et conglorificatur cum ipse, tum Spiritus Dei; nam alioqui, cum Trinitas in uno throno sit, quomodo posset unus a nobis adorari in conspectu unius æterni throni, quando ad orientem (72) conversi adorationem perficimus, et glorificationem offerimus? Quod enim ubi est Pater, ibi etiam Spiritus ejus sit, simul cum eo considens, simulque cum eo adoratus, utpote qui naturæ est omnium dominæ, cum ex multis Scripturæ oraculis constat, tum maxime ex eo quod sic se habet: « In hoc (73) enim cognoscimus, quod Deus in nobis est, ex Spiritu ejus, quem Filius dedit nobis. » Nec enim spiritus noster hoc loco intelligitur; nam cum eum jam haberemus, accepimus Spiritum sanctum Dei.

XXIX. Si voluntas Patris hæc est, « ut omnes (74) honorent Filium, sicut honorant Patrem; » æqualem gloriam, et unam proprietatem habet cum Patre; et impie faciunt **329** qui aut glorificationis verba immutant, aut secundum aliquid eum a Patre diversum esse suspicantur.

XXX. Si adoratur ab angelis (75) Filius, quomodo non est adorandus etiam ab hominibus? At si ado-

(68) *Oves.* Joan. x, 27. Sensum magis citat, quam verba.

(69) *Tibi.* Matth. xvi, 19.

(70) *Propriam.* In Græco aliquod mendum.

(71) *Sine anima.* Codex, διὰ ψυχῆς, id est « per animam. » Sed legendum puto δίχα ψυχῆς, id est « sine anima: » nam Ariani quoque animam Christo negabant.

(72) *Ad orientem.* Consuevisse Christianos, dum orabant, ad orientem converti, testatur Tertullianus in *Apologetico*, cap. 16: « Alii, » inquit . . . « solem credunt Deum nostrum . . . Inde suspicio, quod innotuerit nos ad orientis regionem precari. » Didymi vero ætate ritum hunc servatum fuisse constat ex Basilii libro *De Spiritu sancto*, cap. 27, Ambrosii libro *De mysteriis*, cap. 2, num. 7, Eusebii Cæsariensis commentariis *in Psalmum* xci, pag. 608, et ex aliis: adeo ut Socrates lib. v *Hist. eccl.*, cap. 22, tanquam novum atque inusitatum narraverit quod Antiochiæ factum fuerat. « Antiochiæ, quæ est in Syria, » inquit, « inversus est Ecclesiæ situs; neque enim altare ad solis ortum spectat, sed ad occasum. » At sua etiam ætate vetustum ritum viguisse testatur Lucas Tudensis, sæculi xiii scriptor, lib. ii *contra Albigenses*, cap. 23. In Rituali tamen codice Cophtorum, quem edidit Allatius lib. i *Symmictων*, episcopus orans, modo ad *orientem*, modo ad *occidentem*, modo versus altare sese convertere jubetur. Verum ex hoc Didymi loco nihil aliud tuto colligi posse videtur, nisi Alexandriæ tunc potissimum consuevisse Christianos ad orientem verti, cum doxologiæ seu glorificationis verba Deum adorando recitabant. Qui ritus aliqua ex parte etiamnum viget: nam et cum glorificationis verba in fine psalmorum et hymnorum, aut alias dicimus, inclinato capite omnes, ac proni adoramus, et sacerdos in sacra liturgia quoties glorificationis verba, et orationum conclusionem, quæ quoddam glorificationis genus est, recitat, ad crucem in medio altari erectam conversus inclinatur, id est, spectato veteri altaris situ, orientem versus.

(73) *In hoc.* I Joan. iv, 13.

(74) *Ut omnes.* Joan. v, 23.

(75) *Ab angelis.* Vide pag. 104, et Epist. ad Hebr. i. 6.

Digitized by Google Распознавание текста

randus est, creatura non est; divina enim lege vetamur deos adorare, quia creaturæ sunt.

XXXI. Si Deus et Pater est in ipso Filio, et ipse in Patre ex æquo, ac si Spiritus Dei apud ipsum manet, ut ostensum fuit; æqualis et similis est Trinitas, ac nemo habere, aut adorare, aut glorificare potest Patrem, quin æque habeat Filium, et Spiritum ejus, et tres æqualiter adorare ac glorificare debeat.

XXXII. Si leges fert, et a peccatis, atque a morte liberat Filius, et Spiritus sanctus : « Nam lex (76) Spiritus vitæ (clamat Paulus) in Christo Jesu, liberavit me a lege peccati et mortis : » hæ profecto hypostases sunt, primæ, et unius Omnipotentis et vivificantis naturæ; nam creatura per se ipsam hæc facere non potest.

XXXIII. Si recte vocatus est a Scriptura Filius quidem Salvator, Spiritus vero sanctus salutis largitor, immutabilis est; ac si immutabilis, etiam increatus cum Filius, tum Spiritus : qui enim est mutationi obnoxius, non potest eos salvare qui aberrarunt, utpote creatus, et non impeccabilis.

XXXIV. Si nos creaturæ a Filio in filios adoptamur, sicut ii testantur, qui mysteria nobis tradiderunt, Paulus quidem inquiens : « Quia (77) autem estis filii, emisit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra clamantem, Abba, Pater; » Joannes vero : « Quotquot (78) autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri : » nullo modo a vera deitate absunt hæ hypostases. Quomodo enim Filius in semetipso, aut per semetipsum, aut in Spiritu proprio adoptari potest in Filium?

XXXV. Si Spiritum sanctum ait Paulus esse « Spiritum Dei, » sicut est nobis noster, ac si Deus similiter « Spiritum suum » illum nominat; impium est qui eum non dicit Deum coæternum et consubstantialem Patri; nam nec fuit unquam Deus sine suo Spiritu, neque opinari licet, hunc posterius, aut extrinsecus ei accessisse, aut increati Spiritum esse spiritum creatum. Sed 330 præterea simul cum ipso super cherubicum thronum ascendit, et simul adoratur et conglorificatur, sicut antea dictum est, utpote Spiritus ab eo inseparabilis.

XXXVI. Si creatura accipere potest sanctitatem (79), sapientiam, bonitatem et omnem perfectam virtutem; est enim mutabilis; Spiritus vero sanctus hæc accipere non potest, sed largiri; est

Τεθέσπισται γὰρ μὴ προσκυνεῖν θεοῖς, ἐπειδὴ κτίσματα.

ΑΑ'. Εἰ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐν αὐτῷ, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Πατρὶ ἐξ ἴσου, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ μένει παρ' αὐτῷ, ὡς ἐδείχθη· ἴση καὶ ὁμοιος ὑπάρχει ἡ Τριάς· καὶ οὐδεὶς ἔχειν, ἢ προσκυνεῖν, ἢ δοξάζειν δύναται τὸν Πατέρα, μὴ ἴσως ἔχων τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ἴσως προσκυνῶν καὶ δοξάζων.

ΑΒ'. Εἰ νομοθετεῖ, ἁμαρτιῶν τε καὶ θανάτου ἐλευθεροῖ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα (« Ὁ γὰρ νόμος, φησὶν, τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἠλευθέρωσέν με [153 b] ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου, » κράζει ὁ Παῦλος)· τῆς πρώτης καὶ μιᾶς εἰσιν παντοκρατορικῆς καὶ ζωοποιοῦ φύσεως αἱ ὑποστάσεις αὗται. Κτίσμα γὰρ οὐ δύναται ἀφ' ἑαυτοῦ ταῦτα ποιεῖν.

ΑΓ'. Εἰ ὀρθῶς γέγραπται, ὁ μὲν Υἱὸς Σωτὴρ, τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα σωτηρίαν ἐπιχορηγεῖν· ἄτρεπτός ἐστιν καὶ ἄκτιστος, ὡς ἄτρεπτος ὁ τε Υἱὸς τό τε Πνεῦμα. Τὸ γὰρ τρεπτὸν σώζειν οὐ δύναται ἀποσφαλέντα, ὡς κτιστὸν καὶ οὐκ ἀναμάρτητον.

ΑΔ'. Εἰ ἡμεῖς οἱ κτιστοὶ υἱοθετούμεθα παρὰ τοῦ Υἱοῦ, καθὰ μυσταγωγοῦντες ἡμᾶς λέγουσιν (Παῦλος μέν· « Ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν, κράζον· Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ· » Ἰωάννης δέ· « Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι »)· οὐκ ἀπολείπονται πω τῆς ἀληθοῦς θεότητος αἱ ὑποστάσεις αὗται. Πῶς γὰρ ὁ Υἱὸς ἐν ἑαυτῷ, ἢ δι' ἑαυτοῦ, ἢ ἐν τῷ ἰδίῳ Πνεύματι υἱοποιηθήσεται;

ΑΕ'. Εἰ τὸ ἅγιον Πνεῦμα λέγει Παῦλος εἶναι « τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα, » ὡς ἔστιν ἡμῖν τὸ ἡμῶν, καὶ εἰ ὁ Θεὸς ὁμοίως « Πνεῦμα αὐτοῦ » προσαγορεύει αὐτό· δυσσεβὲς ὁ μὴ λέγων αὐτὸ Θεὸν συνάναρχον καὶ ὁμοούσιον τῷ Πατρί. Οὐδὲ γὰρ ἦν, ὅτε ἐκτὸς τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ ἦν, οὐδὲ προσῆκεν νοεῖν, ὡς ὕστερον, ἢ ἔξωθεν αὐτῷ προσγέγονεν, ἢ ὅτι τοῦ ἀκτίστου Πνεῦμα τὸ κτιστὸν πνεῦμα τυγχάνει· ἀλλὰ καὶ συνεπιβέβηκεν αὐτῷ ἐπὶ τὸν χερουβικὸν θρόνον, καὶ συμπροσκυνεῖται καὶ συνδοξάζεται, ὡς προείρηται, ἅτε Πνεῦμα ἀχώριστον αὐτοῦ.

ΑϚ'. Εἰ ἡ κτίσις δεκτικὴ [154 a] ἁγιότητος, σοφίας, ἀγαθότητος, καὶ πάσης τελείας ἀρετῆς τυγχάνει (τρεπτὴ γὰρ), τὸ δ' ἅγιον Πνεῦμα οὐ δεκτικὸν, ἀλλὰ παρεκτικὸν (ἄτρεπτον γάρ)· ἆρα Δημιουργὸς,

(76) *Nam lex.* Rom. VIII, 2.
(77) *Quia.* Galat. IV, 6.
(78) *Quotquot.* Joan. I, 12.
(79) *Accipere potest sanctitatem.* In Græco, δεκτικὴ ἁγιότητος, id est « capax est sanctitatis. » Quam locutionem retinuit Hieronymus in theologi nostri libro *De Spiritu sancto*, num. 4, et sequentibus, ubi fuse hoc argumentum exponit ipse Didymus, atque inter cætera hæc habet : « Hæc quippe omnia sapientiæ et cæterarum virtutum, et sanctificationis species sunt; ista vero substantiæ, de qua nunc sermo est, sapientiæ, et scientiæ, et sanctificationis effectrix est... Porro Spiritus sanctus, confessione omnium, immutabile est, sanctificator scientiæ divinæ, et universorum attributor bonorum (*legendum cum nostro codice :* « immutabilis est, et sanctificator, scientiæ divinæ, et universorum attributor bonorum »)..... Si igitur sanctificator est, non mutabilis, sed immutabilis substantiæ ostenditur... Omne enim quod alieni boni capax est, ab hac substantia separatur : tales autem sunt cunctæ creaturæ. »

Digitized by Google Распознавание текста

καὶ οὐ δημιούργημα αὐτὸ τυγχάνον καθ' ὑπαρξίν, κατὰ τὰ προειρημένα.

AZ'. Εἰ ἡ κτίσις ἀναλαμβανομένην καὶ ἀποβαλλομένην γνῶσιν ἔχει, τὸ δὲ Πνεῦμα οὐδ' ἔξωθεν ἴσχεν, οὐδ' ἀποῤῥιπτεῖν πέφυκε τὴν γνῶσιν, ἀλλὰ καὶ ἀποκαλύπτειν τὰ τοῦ Θεοῦ σοφίας καὶ γνώσεως, καὶ τοῦ Πατρὸς κατ' οὐσίαν ὑπάρχον· οὐκ ἄρα κτίσμα τὸ Πνεῦμα. Ἐπαΐωμεν δὲ καὶ τῶν περὶ τούτου Ἑλληνικῶν σοφισμάτων, ἐχόντων ὧδε·

. . . . . .

AIF'. Εἰ ὁ δοῦλος οὐκ οἶδεν, τί ποιεῖ ὁ Κύριος αὐτοῦ, τὸ δὲ Πνεῦμα οἶδεν τὰ τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· οὐ διώρισται αὐτοῦ φύσει καὶ τῇ συμφωνίᾳ, ὁμολογουμένως δὲ Θεός ἐστιν καὶ Δεσπότης, ἴσην γνῶσιν ἔχων τῷ Θεῷ, ὅπερ ἀμήχανον καὶ ἀδύνατον εἶναι ἐπὶ παντὸς κτιστοῦ.

AΘ'. Εἰ ἓν καὶ μόνον εἶναι τοῦτο, ὡς κα. τὸν Υἱὸν μονογενῆ, ἴσασιν αἱ Γραφαί· οὐκ ἔστι κτιστὸν, ὡς τὸ πλῆθος τῶν πνευμάτων, ἀλλὰ τῆς μονάδος θείας οὐσίας. Διὸ μόνον αὐτὸ ἰδίως καὶ κυρίως ἔστι τε καὶ κέκληται ἅγιον Πνεῦμα, καὶ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, καὶ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, καὶ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ Πνεῦμα ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται· καὶ ἐκ τοῦ εἶναι αὐτὸ ἐν πᾶσιν, ὡς τὸν Θεὸν, γινώσκομεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν ἐστιν.

MF'. Εἰ ἐν ἴσῳ ἁμαρτυρήθη εἶναι ἡ Τριὰς ἀλήθεια, καὶ ἀγαθότης, καὶ [154. b] ἁγία· ἐν μιᾷ θεότητί ἐστιν, μηδὲν ἔχουσα πολυσχιδές. Μία γὰρ ἡ ἄτρεπτος θεία ἀλήθεια, καὶ ἀγαθότης, καὶ ἁγιωσύνη ἐστίν. Ἡ γὰρ κτίσις, καὶ μεθεκτῶς ταῦτα ἔχει, καὶ τρέπεται κατ' οἰκείαν προαίρεσιν ἐπ' αὐτοῖς, νῦν μὲν ἀληθεύουσα, ἄλλοτε δὲ ψευδομένη, καὶ νῦν μὲν ἀγαθυνομένη, ἄλλοτε δὲ κακυνομένη. Φαίνανται καὶ περὶ τούτου οἱ λογάδες τῶν ἔξω εἰρηκότες τάδε·

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ. . . . . . .

MA'. Εἰ, καθὰ γέγραπται, ἀνακαινίζει ἡμᾶς ἐν τῷ βαπτίσματι, καὶ ἐλευθεροῖ ἀπὸ ἁμαρτίας καὶ θανάτου τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ ναὸς αὐτοῦ ἐσμεν ὁμοίως τοῦ Θεοῦ Πατρός· ὡς Δημιουργὸς καὶ συνεργὸς τῷ Δημιουργῷ ἀναστοιχίζει, καὶ ὡς Δεσπότης ἐλευθεροῖ, καὶ ὡς Θεὸς ἐνοικεῖ. Ὁ δὲ ταῦτα ὢν, ποίημα παραπλησίως τοῖς ποιήμασιν εἶναι οὐ δύναται· οὐδὲ λέγειν, ἢ σιωπῶντα ἀνέχεσθαι ἀκούειν τοῦτο θέμις.

MB'. Εἰ ἅμα τῷ Θεῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ αὐτοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀναστοιχειοῖ ἡμᾶς εἰς εἰκόνα τὴν πρώτην, καὶ διὰ τῆς μετουσίας αἴτιον ἡμῖν υἱοθεσίας καὶ τοῦ γίνεσθαι θεούς ἐστιν,

(80) *Ante.* Vide pag. 157 et 158.
(81) *Patris est.* In Græco subest aliquod mendum.
(82) *Sic se habent.* Reliqua omisit librarius.
(83) *Cognoscimus.* Vide Sap. XII, 1, et I Joan. IV, 13.

A enim immutabilis. Creator ergo est, non creatura, secundum essentiam, juxta illa quæ ante (80) dicta sunt.

XXXVII. Si creatura cognitionem suam modo acquirit, modo amittit; Spiritus vero neque extrinsecus cognitionem suam habuit, nec eam abjicere potest, sed potius ea revelat, quæ sunt sapientiæ et cognitionis Dei, ac si Patris est (81) secundum essentiam; non est ergo creatura Spiritus. Audiamus vero de hoc etiam Græcorum cogitata quæ sic se habent (82):

. . . . . .

XXXVIII. Si servus non novit quid faciat dominus ejus; Spiritus vero juxta Apostolum novit ea quæ sunt Dei: non distinguitur per naturam ab B ipso Deo, neque per concordiam; sed Deus profecto est, et Dominus, æqualem cum Deo cognitionem habens: id quod nulla plane ratione ulli unquam creaturæ convenire potest.

XXXIX. Si unum et solum esse hunc Spiritum, item ut Filium unigenitum, norunt Scripturæ, non est ergo creatus, cujusmodi est spirituum multitudo: sed ad unitatem pertinet divinæ essentiæ. Ideo solus ipse proprie ac singulariter et est et vocatus fuit Spiritus sanctus, et Spiritus Patris, et Spiritus Dei, et Spiritus qui est ex Deo, et Spiritus qui a Patre procedit. Et ex eo quod ipse sit in omnibus ut Deus, cognoscimus (83) quod Deus in nobis est.

XLI. Si Trinitas ex æquo in Scripturis esse dicitur veritas, et bonitas, et sancta, **331** sequitur ut C sit in una deitate, nihil habens multifidum; una est enim immutabilis divina veritas, et bonitas, et sanctitas. Nam creatura et per participationem hæc habet, et in his mutatur per propriam ipsius voluntatem, modo quidem verum loquens, alias vero mentiens; et modo quidem bona exsistens, alias vero mala. De hac etiam re ethnicorum sapientes ista dixisse constat:

Talis enim mens est terrenorum hominum,
Qualem (84). . . . .

XLII. Si, ut scriptum est, renovat nos in baptismo, et liberat a peccato, et a morte Spiritus sanctus, ac si templum ejus sumus similiter ac Dei Patris; igitur tanquam Conditor, et Creatoris cooperator rursus creat; et ut Dominus liberat, et ut Deus D inhabitat. Qui autem est hæc; non potest creatura esse instar aliarum creaturarum; neque hoc dicere fas est, aut hæc dicentem tacendo patienter audire.

XLIII. Si simul cum Deo Patre, et Filio ejus baptismum Spiritus sanctus nos reformat in pristinam imaginem, et per sui participationem causa nobis est ut adeptemur in filios; et dii efficiamur; et

(84) *Qualem.* Reliqua desunt in codice. [Homerici sunt versus, Od. Σ, 137, qui sic se habent:

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε

EDIT.]

Digitized by Google Распознавание текста

nulla creatura nos hoc modo aut adoptare in filios potest, aut deos facere : quomodo non est ipse verus Deus ?

XLIII. Si nulla ex creaturis in creationis historia, aut in glorificatione, aut in baptismo simul cum Deo Patre commemoratur, Spiritus vero commemoratur : est ergo ipse Deo Patri, et Unigenito æqualis Deus, et æquali potentia præditus.

XLIV. Si prophetas, et apostolos auctoritate propria misisse dicitur in Scriptura, sicut Pater et Filius : hæc fecit ut Deus Patri in omnibus consentiens, et ut rerum futurarum præscius, et creaturarum Dominus.

XLV. Si ea, quæ alicubi de Patre aut de Filio in Scripturis dicta sunt, alibi de Spiritu sancto scripta fuerunt, fieri omnino nequit, ut Spiritus ipse non sit unius per se perfectæ deitatis ac ejusdem voluntatis, et gloriæ cum Patre et Filio sine ulla discrepantia. Nam quæ sunt eidem æqualia, sunt etiam æqualia inter se, ut aiunt.

XLVI. Si nulla ex cœlestibus potestatibus **332** cœlestia dona largiri potest, Spiritus vero Dei propria potestate ea largitur, quæ dare solius divinæ naturæ est : est ergo Deus omnibus sufficiens, et omnium, atque adeo eorum etiam, qui sunt in cœlis, dominator, et Patri ac Filio consubstantialis.

XLVII. Si nulla ex invisibilibus aut visibilibus substantiis in sacris Scripturis vocata est Deus, nec veritas, nisi Pater, et sanctus ejus Spiritus, et Unigenitus ; indubitatum est, eum ad unitatem divinæ et supersubstantialis essentiæ pertinere.

XLVIII. Si virtutes cœlorum, qui omnium creaturarum maximi sunt, et lucidissimi, in Spiritu Dei sunt, non potest fieri, ut ipse sit creatura, sed Creatoris cooperator est, et æqualiter cum ipso operatur.

XLIX. Si orbem terrarum implet, et omnia continet, ut loquitur Sapientia (85), est profecto ipse unius supremæ, augustæ, et incomprehensibilis, et inaccessibilis, et intangibilis, et forme carentis essentiæ, et est Conditor, nec loco circumscribitur, sed ipse hoc universum comprehendit.

L. Si in Trinitate naturam non distinguit Scriptura, nec prima, et secunda, et tertia natura in ipsa Trinitate distinguitur : quamnam rationem afferre possunt hæretici adversus eos qui illam credunt essentialiter quidem unam esse, in proprietatibus vero hypostasim distinctam ?

LI. Si primam creaturam diabolum esse ostendit liber Jobi, Spiritus non est creatura, sed ad Unitatem essentiæ pertinet : nec enim sane dixerint, diabolum ante illum conditum fuisse, et ei quidem aliquando excellentiorem locum obtigisse, divino autem Spiritui inferiorem.

LII. Si quemadmodum ad Dei gloriam, et adorationem, Pascha ab initio etiam a Judæis celebratum

(85) Cap. I, vers. 7.

καὶ οὐδὲν τῶν κτιστῶν τῷ τρόπῳ τούτῳ ἔχει τὸ υἱοποιεῖν ἢ θεοποιεῖν· πῶς αὐτὸς οὐκ ἔστιν ἀληθινὸς Θεός ;

ΜΓ'. Εἰ μηδὲν τῶν κτισμάτων εἰς δημιουργίαν, ἢ εἰς δοξολογίαν, ἢ εἰς τὸ βάπτισμα συνεμνημονεύθη τῷ Θεῷ Πατρὶ, τὸ δὲ Πνεῦμα μνημονεύεται· ἆρα ὡς ἰσότιμος καὶ ἰσοσθενὴς τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Μονογενεῖ, Θεός ἐστιν.

ΜΔ'. Εἰ τοὺς προφήτας καὶ [155 *a*] ἀποστόλους ἐξουσιαστικῶς ἀπεσταλκέναι, καθ' ὁμοιότητα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, μεμαρτύρηται· ὡς Θεὸς σύμφωνος κατὰ πάντα τῷ Πατρὶ, καὶ ὡς προγνώστης καὶ τῆς κτίσεως Δεσπότης ταῦτα πεποίηκεν.

ΜΕ'. Εἰ, ἅπερ νῦν εἴρηται περὶ τοῦ Πατρὸς ἢ τοῦ Υἱοῦ, ἄλλοτε περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀναγέγραπται, ἀμήχανον, ἀδύνατον, μὴ εἶναι ἀπαραλλάκτως τῆς μιᾶς αὐτοτελοῦς θεότητος, καὶ θελήσεως, καὶ δόξης τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ. Τὰ γὰρ τῷ αὐτῷ ἴσα, φασὶ, καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα.

ΜϚ'. Εἰ μηδὲν τῶν οὐρανίων δυνάμεων οὐράνια χαρίσματα δύναται παρέχειν, τὸ δὲ τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα κατ' ἐξουσίαν δωρεῖται, ἃ δοῦναι μόνης τῆς θείας φύσεώς ἐστιν· ἆρα παναρκὴς Θεὸς, καὶ ἐξουσιαστὴς ἐστι, καὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς, καὶ ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τυγχάνει.

ΜΖ'. Εἰ μηδὲν τῶν ἀοράτων ἢ ὁρατῶν ἱερῷ γράμματι προσηγόρευται θεῖον καὶ ἀλήθεια, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ὁ Μονογενής· ἀναμφήριστον, ὡς τῆς ἑνάδος θείας καὶ ὑπερουσίου ἐστὶν οὐσίας.

ΜΗ'. Εἰ τῶν παμμεγεθεστάτων καὶ φωτοειδεστέρων πάντων ἐν ποιήμασιν οὐρανῶν αἱ δυνάμεις ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ εἰσιν, οὐκ ἐγχωρεῖ αὐτὸ ποίημα καθεστάναι, ἀλλὰ συνεργὸν καὶ ἰσουργὸν τῷ Δημιουργῷ.

ΜΘ'. Εἰ τὴν οἰκουμένην πληροῖ, καὶ πάντα ἐμπεριέχει, κατὰ τὴν λέγουσαν τοῦτο Σοφίαν· τῆς ἀνωτάτω σεπτῆς, καὶ ἀπερινοήτου, ἀπροσίτου τε καὶ ἀνεπάφου, [155 *b*] καὶ ἀμόρφου μιᾶς οὐσίας ἐστὶν Δημιουργόν· καὶ τόπῳ οὐ περιγράφεται, αὐτὸ δὲ περιείληφεν τόδε τὸ πᾶν.

Ν'. Εἰ Γραφὴ οὐ διορίζει τῇ φύσει τὴν Τριάδα, οὐδ' ὁρίζεται ἐπ' αὐτῆς πρώτην, καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην φύσιν· ποῖος αὐτοῖς ὕπεστι λόγος πρὸς τοὺς πιστεύοντας, ἡνῶσθαι μὲν αὐτὴν οὐσιωδῶς, διακεκρίσθαι δὲ ἐν ἰδιότησιν ὑποστάσεων ;

ΝΑ'. Εἰ τὸ πρῶτον κτίσμα ὁ διάβολος ἐδείχθη ἐν τῷ Ἰὼβ, οὐ κτίσμα, ἀλλὰ τῆς Μονάδος οὐσίας τὸ Πνεῦμα. Οὐ γὰρ φαίεν ἂν τὸν διάβολον προδεδημιουργῆσθαι, καὶ αὐτὸν μέν ποτε τὴν ὑπερέχουσαν τάξιν εἰληχέναι, τὸ δὲ θεῖον Πνεῦμα τὴν ὑφειμένην.

ΝΒ'. Εἰ, καθάπερ εἰς δόξαν καὶ προσκύνησιν τοῦ Θεοῦ τὸ Πάσχα ἐξ ἀρχῆς καὶ παρ' Ἰουδαίων ἐπετε-

Digitized by Google Распознавание текста

λέσθη, οὕτω καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡ Πεντηκοστή· πῶς οὐ συνάναρχος αὐτῷ ὑπάρχει ἀείμνητος Θεός;

ΝΓ. Εἰ, ὡς τοῦ σημάντρου τοῦ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, οὕτω καὶ τοῦ ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος σημαινομένου ἡμῖν μνημονεύει τὰ λόγια· οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς ποιήμασιν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἴσῃ τιμῇ καὶ εὐχαριστίᾳ. Οὐ γὰρ ποιήματος ἅμα καὶ τοῦ Θεοῦ σφραγῖδα ἀναλαμβάνομεν, οὐδὲ συμπαραλαμβάνει ὁ Θεὸς κτίσματος σφραγῖδα, τῇ ἑαυτοῦ ὡς μόνος σώζειν οὐχ ἱκανός.

ΝΔ'. Εἰ πᾶσα βλασφημία ἀφίεται τοῖς ἀνθρώποις, ἡ δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἀσυγχώρητος· ἆρα οὐκ ἐλάττων τυγχάνει Θεός. Βλασφημία δέ ἐστιν τὸ μὴ λέγειν αὐτὸ Θεόν. Ἀνάγεται γὰρ ἡ βλασφημία καὶ εἰς τὸν Παντοκράτορα, οὗ πνοὴ τυγχάνει.

ΝΕ'. Εἰ ἀπαράβατον αἱρετικοὶ [156 *a*] φυλάττουσιν τό τε πρόσταγμα τοῦ Πατρὸς λέγοντος, « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός· αὐτοῦ ἀκούετε, » τήν τε περὶ τὸ βάπτισμα τοῦ Υἱοῦ παράδοσιν· διὰ τί μὴ ἀχώριστον τῇ φύσει, καὶ ἰσότιμον, καὶ ἰσοδύναμον ὁμολογοῦσι τὴν Τριάδα, καὶ ἰσοτίμως δοξάζουσιν; Ἓν γὰρ ὄνομα, τοῦτ' ἔστιν τὸ τῆς μιᾶς θεότητος, τρεῖς δὲ ὑποστάσεις ἐδίδαξεν, ἑκάστῃ τὴν ἰσοτιμίαν τηρήσας.

ΚΕΦ. Γ.

Καὶ ταῦτα μὲν ἀποδεδειγμένα κείσθω. Αἱρετικῶν δὲ πρῶτόν ἐστιν ἀσεβέστατον καὶ ἀποτομώτατον πρόβλημα, τὸ ἐν Παροιμίᾳ Σολομῶνος γεγραμμένον· « Κύριος ἔκτισέν με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέν με· ἐν ἀρχῇ πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι, καὶ πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι, πρὸ τοῦ ἐλθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. » Διὰ τούτου γὰρ τοῦ προβλήματος βιάζονται κτίσμα τὸν κτίστην καὶ εὐεργέτην ἀποφαίνειν. Κρείττων δὲ καὶ πιθανωτέρα τῆς αὐτῶν βουλήσεως καὶ ἡ τῆς Γραφῆς ταύτης ὑπάρχει νόησις. Εἰ γὰρ ἀληθῆ καὶ κατακρατοῦντα τὰ προκείμενα πάντα κεφάλαια καὶ τὰ ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ καταταγέντα ἐστίν, ὥσπερ οὖν ἐστιν, ἀρηδηλοτάτην ἀπὸ τῶν θείων λογίων δεξαμένη μαρτυρίαν· πῶς οὐ τῶν ἀνοσιωτάτων καὶ ἀδυνατωτάτων ἐστὶν οὕτως ἐκδέχεσθαι τὰ δι' ἐπικρύψεως δηλούμενα θεῖα πράγματα; Οὔκουν εὔδηλον,

A est, ita et ad gloriam Spiritus sancti celebrata est Pentecoste: quomodo non est ipsi Deo coæternus perpetuis laudibus celebrandus (86) Deus?

LIII. Si Scripturarum oracula sicut commemorant signaculum a Patre, et a Filio impressum, ita etiam signaculum commemorant, quo a Spiritu sancto obsignati sumus (87): non est inter creaturas numerandus Spiritus, sed æqualis ei' debetur **333** honor, et gratiarum actio. Nec enim creaturæ simul, et Dei obsignationem accipimus, neque creaturæ obsignationem simul cum sua assumit Deus, quasi solus salvare non valeat.

LIV. Si omnis blasphemia remittitur hominibus, blasphemia vero in Spiritum Dei est irremissibilis, non est ergo Spiritus minor aliquis Deus. Blasphe-
B mia vero est, ipsum non dicere Deum: redundat enim blasphemia etiam in Omnipotentem, cujus ipse halitus est.

LV. Si non transgrediuntur hæretici, sed observant cum præceptum Patris inquientis, « Hic est (88) Filius meus dilectus: ipsum audite; » tum ea, quæ Filius de baptismo tradidit: quare Trinitatem natura inseparabilem, et æque honorandam, et æque potentem non confitentur, nec eam æquali honore glorificant? Unum enim esse nomen, id est, nomen unius deitatis; tres vero hypostases, is docuit, unicuique servans honoris æqualitatem.

CAP. III.

Atque hæc quidem ut a nobis demonstrata supponantur. Hæreticorum vero prima objectio, eaque
C impiissima, et absurdissima (89), ex eo ducitur, quod in Proverbio (90) Salomonis scriptum est. « Dominus (91) creavit me initium viarum suarum in opera ipsius; ante sæculum fundavit me; in principio antequam terram faceret, et antequam abyssos faceret; antequam venirent (92) fontes aquarum: antequam montes firmarentur (93): ante omnes vero colles gignit me. » Hoc enim quod objiciunt, argumento conantur ostendere, eum, qui Creator est, ac beneficiorum largitor, esse creaturam. Sed germana hujus etiam oraculi sententia eorum interpretatione ac scopo præstantior est ac probabilior. Si enim vera sunt (sicut sane sunt), et assensum extorquentia omnia, quæ antea allata
D fuerunt capitula atque argumenta, quæque in primo λόγῳ (94) posita ac enumerata sunt: **334** mani-

(86) *Perpetuis laudibus celebrandus.* Codex ἀείμνητος. Legendum fortasse, ἀείμνηστος.

(87) *Obsignati sumus.* In Græco, ἐσήμαινον. Lego σημαινομένου, aut σεσημασμένου.

(88) *Hic est.* Matth. XVII, 5.

(89) *Absurdissima.* In Græco, ἀποτομώτατον. De qua voce lege, si placet, S. Maximi scholia ad cap. 2, paragraph. 2 libri *De cœlesti hierarchia.*

(90) *In Proverbio.* Non dissimili modo, numero scilicet singulari, « Proverbium » alii etiam dixerunt Didymo suppares, ut Palladius Helenopolitanus in *Epistola ad Lausum*, ubi, allatis ex libro Proverbiorum quibusdam verbis, subjungit: Καθὼς ἡ Παροιμία λέγει, id est, « ut Proverbium ait. » Eodemque modo loquitur Epiphanius in *Anchorato*, cap. 42.

(91) *Dominus.* Prov. VIII, 22-25. Merito ab hoc textu Didymus: ex eo enim Arius « erroris sui introducendi occasionem nactus est, » ut ait Epiphanius hæresi LXIX, num. 12.

(92) *Antequam venirent.* Græca editio, πρὸ τοῦ προελθεῖν, id est « antequam procederent. »

(93) *Firmarentur.* In Complutensi editione legitur, ἑδρασθῆναι, ac vertitur: « facti essent »: quasi ducatur ex verbo ὁράω. At Francofurtensis rectius, ut puto, habet ἑδρασθῆναι cum spiritu aspero, ut Didymus.

(94) *In primo* λόγῳ. An primum indicat hujus operis librum? Vide not. 2, pag. 137.

Digitized by Google Распознавание текста

festissimo divinorum oraculorum testimonio interpretatio nostra confirmatur : quomodo ergo (95) non summe impia, maximeque infirma est eorum explicatio, qui divinas res arcano et symbolico modo significatas interpretantur hac ratione? Nonne evidens est, de ea, quæ rerum omnium causa et creatrix est, Sapientia, de magno, inquam, Deo Verbo, qui est super omnia, quemque textus iste (96) indicare nequit, non dici in Proverbiis a Salomone illud : « Dominus creavit me? » Nec enim is tam audax (97), tamque arrogans contra Deum fuit, qui, sicut omnium semper miseretur, sic etiam ipsi, vel post tam magna peccata, pepercit, ejusque misertus est. Quin si quis ei sensus est (sicut sane est) eorum, quæ hic contingunt, aut quæ dicuntur ab heterodoxis, puto eum etiam ante destinatam (98) ac vespera carentem diem ipsis contradicere, ac dicam impingere, et adversari, ac docere, sibi nunquam talem de Verbo suspicionem in mentem venisse; novit enim et ipse, utpote qui sapientiam regno prætulit (99), eamque petiit, et consecutus est, ac regnum auctarii loco habuit, novit, inquam, etiam ipse, quod et a patre suo Davide audiverat, nempe Dominum, quatenus vivificans et vita est, secundum cœlestem generationem exsistere non cœpisse, et quatenus (1) lux est vitam largiens, et sempiterna, **335** ac subsistenter et consubstantialiter ex paterna luce emanans, ab alio illuminatum non fuisse. Sed de mundana sapientia sermonem habuit, de scientia, exempli gratia, bene dicendi, exercitibus imperandi, medendi, ædificia exstruendi, in summa de ea sapientia quæ in omnibus sapientibus viris quavis præclara scientia præditis invenitur. Revera enim si ea quæ textum

A ὅτι οὐ περὶ τῆς παναιτίου καὶ δημιουργοῦ σοφίας (φημὶ τοῦ ἐπὶ [156 *b*] πάντων μεγάλου Θεοῦ Λόγου, ὃν οὐκ ἂν δύναιτο δεῖξαι λόγος) παροιμιάζεται Σολομὼν τὸ, « Κύριος ἔκτισέν με. » Οὐ γὰρ θρασυκάρδιος οὕτως καὶ αὐθάδης κατὰ τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, τοῦ καὶ μετὰ τηλικαῦτα ἁμαρτήματα συγγνόντος καὶ συμπαθήσαντος, ὡς πᾶσιν ἀεὶ καὶ αὐτῷ. Ἀλλὰ καὶ εἴ τίς ἐστιν, ὥσπερ οὖν ἐστιν, αὐτῷ τῶν ἐνταῦθα γινομένων, ἢ παρὰ τῶν ἑτεροφρόνων λεγομένων αἴσθησις· οἶμαι αὐτὸν καὶ πρὸ τῆς κυρίας καὶ ἀνεσπέρου ἡμέρας ἀντιλέγειν αὐτοῖς, καὶ αἰτιᾶσθαι, καὶ ἀντικαθίστασθαι, διδάσκοντα μήτε ὑπόνοιάν ποτε τοιαύτην περὶ αὐτοῦ εἰληφέναι. Αὐτόν τε γάρ φησιν ἐπίστασθαι, ἅτε σοφίαν ὑπὲρ βασιλείαν ζητήσαντα, καὶ ἐπιτυχόντα, καὶ ἐν προσθήκης μέρει τὴν βασι-
B λείαν κομισάμενον· καὶ ἡμέντοι καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Δαυὶδ ἀκηκοέναι, ὅτι ὡς ζωοποιὸς καὶ ζωὴ ὁ Κύριος τοῦ εἶναι κατὰ τὴν ἄνω γέννησιν οὐκ ἤρξατο, καὶ ὡς ζωόδοτον καὶ ἀΐδιον φῶς συνυφεστῶτως καὶ ὁμουσίως ἐκ τοῦ πατρικοῦ φωτὸς ἐκλάμψαν, ὑπ' ἄλλου οὐ πεφώτισται· ἀλλὰ γὰρ περὶ τῆς ἐγκοσμίου σοφίας τὸν λόγον ἐνηνοχέναι, τῆς ἐν λόγοις, τῆς ἐν στρατηγίᾳ, τῆς ἐν ἰατρικῇ, τῆς ἐν ἀρχιτεκτονικῇ, καὶ ἁπλῶς τῆς ἐν πάσῃ θαυμαστῇ ἐπιστήμῃ
C πᾶσι τοῖς σοφοῖς ἀνδράσιν ἐνυπαρχούσης. Καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς, εἴ τις σωφρόνως καὶ θεοσεβῶς τὰ προηγούμενα καὶ τὰ ἑπόμενα τοῦ, « Κύριος ἔκτισέν με, » θελήσῃ σκοπῆσαι· ταχέως, καὶ ἀμέσως, καὶ αὐτόθεν εὑρήσει πολὺν τὸν ἔλεγχον. Προέταξεν [157 *a*] γάρ· « Ἀρχὴ σοφίας, φόβος Κυρίου· σύνεσις δὲ ἀγαθὴ πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτήν· » καὶ πάλιν· « Δι' ἐμοῦ βασιλεῖς βασιλεύουσιν, καὶ δυνάσται γράφουσιν δικαιοσύνην· δι' ἐμοῦ μεγιστᾶνες μεγαλύνονται, καὶ τύραννοι δι' ἐμοῦ κρατοῦσιν γῆς. »

(95) *Ergo.* Vocem hanc addere coactus sum, ut concinnior esset oratio. Cæterum suspicor casu aliquo factum esse, ut verba illa; ἀρηδηλοτάτην, et quæ sequuntur, e suo loco dimota sint : multo enim clarior erit hic locus, si ita legeris : Κρείττων δὲ καὶ πειθανωτέρα τῆς αὐτῶν βουλήσεως καὶ ἡ τῆς Γραφῆς ταύτης ὑπάρχει νόησις, ἀρηδηλοτάτην ἀπὸ τῶν θείων λογίων δεξαμένη μαρτυρίαν. Εἰ γὰρ ἀληθῆ καὶ κατακρατοῦντα τὰ προκείμενα πάντα κεφάλαια καὶ τὰ ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ καταταγέντα ἐστὶν, ὥσπερ οὖν ἐστιν· πῶς οὐ τῶν ἀνοσιωτάτων, et reliqua.

(96) *Textus iste.* In Græco, λόγος. Nimirum sæpe vox λόγος, aut « sermo, » apud Didymum, aliosque Patres, Scripturæ textum valet. Ut cum in libro *De Spiritu sancto*, num. 13, sic loquitur Didymus : « In communi itaque sermo pronuntiat, non esse dictum cuiquam creaturæ, *Sede a dextris meis.* » Et num. 14 : « Ad conditionem ejus approbandam etiam prophetiarum sermonem usurpant, dicente Deo, *Oreo Spiritum.* » Et num. 2 : « Plena sunt volumina Scripturarum his sermonibus. » Et, ut alia omittam exempla, in enarratione *in primam Joannis Epistolam*, cap. IV, ad vers. 12, ait : In præsenti sermone : *Deum nemo vidit unquam.* »

(97) *Tam audax.* Salomonis Proverbia Deo afflante scripta sunt. Itaque benigna interpretatione indigent tum hic locus, tum quæ mox subjicit segm. 159 *a*, tum demum quæ dictavit initio commentariorum *in Ecclesiasten*, ad prima tituli verba, nempe : Ῥήματα Ἐκκλησιαστοῦ, hoc est, « Verba Ecclesiastæ. » Etenim catena manu scripta, de qua dixi pag. 278, not. 43, hæc habet folio 68 codicis 22 : Διδύμου. Προσεκτικὸν ποιεῖ τὸν ἀκούοντα· οὐ γὰρ ἰδιώτου, ἢ τοῦ τυχόντος οἱ λόγοι· τὰ μὲν γὰρ ἠθικὰ διδάσκων, ἑαυτοῦ Παροιμίας λέγει· φυσικὰ δὲ παραδιδοὺς, οὐκέτι Σολομῶντος, ἀλλ' Ἐκκλησιαστοῦ φησιν· οὐ γὰρ εἶ (lego οὐ γὰρ ἦ) Σολομὼν ἁπλῶς καὶ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἢ (lego ἀλλ' ἦ) σοφὸς καὶ Θεοῦ διάκονος, ταῦτα προφέρεται. Αὐτοῦ γοῦν ἐστιν εἰπόντος ἀκοῦσαι· Οἱ ἐμοὶ λόγοι ὑπὸ Θεοῦ εἴρηνται, καθάπερ ἀποστόλων καὶ προφητῶν. Id est : « *Didymi.* Auditorem attentum reddit : nec enim privati aut vulgaris hominis sunt hi sermones. Nam moralia quidem docens, ait : Parabolæ Salomonis : physica autem, id est naturalia, tradens, non ait amplius : Salomonis ; sed : Ecclesiastæ ; nec enim quatenus Salomon simpliciter, et homo, sed quatenus sapiens, et Dei minister hæc profert. Ipsum porro audire licet inquientem (*Prov.* XXXI, 1) : *Mei sermones a Deo dicti sunt* : sicut sermones apostolorum et prophetarum. »

(98) *Ante destinatam.* Universalis judicii diem eleganter vocat κυρίαν ἡμέραν, id est « diem præscriptam, destinatam, delinitam. » Ut enim ait Julius Pollux lib. I, cap. 7, Ἡμέρα κυρία, ἡ ἐπί τινι τεταγμένη, id est « Alicui certæ rei destinatus dies ἡμέρα κυρία vocatur. »

(99) *Regno prætulit.* Vide lib. III Reg. III, 9 et 11 ; lib. I Paralip. I, 10 et 11 ; et librum Sapientiæ, cap. VII, vers. 8 : quem librum Salomoni tribuit Didymus, ut vidimus pag. 165.

(1) *Et quatenus.* Codex κακός. Lego καὶ ὡς.

Digitized by Google Распознавание текста

hunc, « Dominus creavit me, » antecedunt, ac subsequuntur, prudenter quis ac pie considerare voluerit, cito, imo statim eodem in loco multa inveniet, quibus hæretici refelli queant. Nam antea hæc posuerat Salomon : « Initium (2-41) sapientiæ timor Domini, intelligentia (42) autem bona omnibus qui faciunt eam ; » et rursus : « Per me (43) reges regnant, et dynastæ scribunt justitiam ; per me megistanes (44) magnificantur, et dominatores per me imperant terræ. »

Ἄνευ δὲ σοφίας, φησὶν, ἥτις ἐστὶν ἡ μεταδοθεῖσα ἡμῖν ἄνωθεν φρόνησις, καὶ νουνεχία, καὶ λόγων ἀρετὴ, οὐδὲν τῶν δεόντων κατορθοῦται· διαφεύγει γὰρ τὰ πολλὰ καὶ καλὰ τῶν νοημάτων τὸν ταύτης ἐστερημένον. Ὁ δὲ ταύτης . μεταλαχὼν ἄνθρωπος τόν τε Θεὸν, ὡς χρὴ, φοβεῖται, καὶ φίλα αὐτῷ πράττει, καὶ ἀνθρώπῳ νομοθετεῖ, καὶ οὗτος κρατεῖ ἐκείνου, καὶ πολλαπλάσια ἐκτήσατο, καὶ οὐ μόνον λέγων αὐτὸς καὶ ποιῶν ἥδεται, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀκροωμένους αὐτοῦ, ἢ ἔργον μανθάνοντας τὰ αὐτοῦ, σωφρονίζει. Ἐν δὲ τοῖς ἑφεξῆς ἐξέθετο σποράδην ταῦτα· « Κύριος ἐποίησεν χώρας ἀοικήτους, καὶ ἄκρα οἰκούμενα τῆς ὑπ' οὐρανόν. Ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ· ἡνίκα ἀφώριζε τὸν ἑαυτοῦ θρόνον ἐπ' ἀνέμων, ἡνίκα ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ ἄνω νέφη, καὶ ὡς ἀσφαλεῖς ἐτίθει πηγὰς τῆς ὑπ' οὐρανὸν, ἐν τῷ τιθέναι αὐτὸν τῇ θαλάσσῃ ἀκριβασμὸν αὐτοῦ. » Ὁ δὲ ποιήσας τὴν γῆν ἐκ μὴ γῆς, καὶ καλῶς τεχνιτεύσας οὐρανῶν περιφερεῖς κύκλους ἐκ μὴ οὐρανῶν, καὶ τοὺς δρόμους ταχεῖς τελοῦντα ἥλιον, πανταχοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς φαίνοντα, καὶ ἁπλῶς λόγῳ ἅπαντα φήνας, μονογενὴς ἐστιν Υἱὸς Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ ἀνευφημηθεὶς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία, καὶ ὡς [157 *b*] ταῦτα ὑπάρχων τοῦ ἀνάρχου καὶ ἀληθῶς αὐτοῦ Πατρὸς, μὴ ἔχων ἀρχὴν, καθὰ διδάσκουσιν, Ἰωάννης μὲν λέγων· « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· » Παῦλος δὲ Ἑβραίοις γράφων· « Πρὸς δὲ τὸν Υἱόν φησιν· Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. » Καὶ μεταξύ φησιν· « Καὶ σὺ κατ' ἀρχὰς, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σού εἰσιν οἱ οὐρανοί. » Ὥστε μὴ αὐτὸν, ἀλλὰ γὰρ ἕτερον εἶναι πρόσωπον τὸ πάντα ταῦτα, καὶ τὸ, « Κύριος ἔκτισέ με, » εἰρηκός. Εἶτ' ἐπήγαγεν· « Καὶ ὕδατα οὐ παρελεύσεται στόμα αὐτοῦ. » Ἆρα οὖν ὡς ἐκτίσθη σοφία, περὶ τοῦ νοητοῦ στόματος τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ Λόγου ἐξηγεῖται. Αὖθίς τε· « Ἡνίκα ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ θεμέλια τῆς γῆς, ἥμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα· ἐγὼ ἥμην ᾗ προσέχαιρεν καθ' ἡμέραν· εὐφραινόμην δὲ ἐν προσώπῳ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ· ὅτε εὐφραίνετο τὴν οἰκουμένην συντελέσας, καὶ ἐνευφραίνετο ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων. » Ὁ γὰρ δημιουργὸς Υἱὸς Λόγος, ὁ πάντα μὲν προειδὼς καὶ προδυνάμενος, μακροθυ-

Sine sapientia vero, inquit, hoc est, sine illa, quæ desuper nobis communicatur, prudentia, et consilio, et scientiæ doctrinæque copia nullo in vita officio recte quis fungitur. Qui enim ista sapientia careat, eum fugiunt multa, et præclara cogitata ; qui vero hanc homo sortitus est, et Deum, ut oportet, timet, et grata ei facit, et homini (45) leges imponit, et ita (46) illum sibi subjicit, et plurima sibi comparat, et non solum oblectatur ipse, dum loquitur, dumque agit, sed etiam eos, qui ipsum audiunt, aut ejus actiones (47) norunt, prudentes reddit. In subsequentibus vero hæc sparsim exposuit ipse Salomon (48) : « Dominus fecit regiones inhabitabiles (49), et extremitates habitatas ejus, quæ sub cœlo est. Quando præparabat cœlum, simul cum eo aderam ; quando (50) segregabat thronum suum super ventos ; quando fortes faciebat excelsas nubes ; et cum securos ponebat fontes ejus, quæ sub cœlo est ; dum poneret ipse (51) mari legem accurate ab eo servandam. » At ille, qui terram fecit ex non terra, qui rotundos cœlorum orbes ex non cœlis pulchre fabricavit, qui solem veloces cursus perficientem, ac omnia ubique cœlorum, **336** et terrarum illuminantem, et, ut breviter dicam, qui universa verbo condidit, ac apparere fecit, is, inquam, est unigenitus Filius Verbum Dei, qui celebratus fuit ac vocatus Dei potentia, et Dei sapientia, quique ut æterni sui et veri Patris potentia et sapientia est, initium non habet, sicut docent Joannes quidem cum dicit (52) : « Omnia per ipsum facta sunt ; » Paulus vero, cum Hebræis scribens ait : « Ad Filium (53) autem : Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi. » Ac nonnullis interjectis : « Et tu (54) initio, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cœli. » Itaque persona, quæ hæc omnia in Proverbiis dixit, alia est ab ea sapientia, quæ ait, « Dominus creavit me, » non vero est eadem. Subjungit postea : « Et aquæ (55) non præteribunt os ejus. » Sapientia ergo, quatenus creata est, quod dixit, sic exponit, ut de intelligibili ore Conditoris, nempe Dei Verbi, se loqui ostendat. Et rursus : « Quando fortia (56)

(2-41) *Initium.* Prov. I, 7.

(42) *Intelligentia.* Secunda hæc versiculi pars legitur in Græca libri Proverbiorum editione, sed deest in Hebraico fonte atque in Latinis Bibliis. Huc vero translata est ex psalmo CX.

(43) *Per me.* Prov. VIII, 15 et 16.

(44) *Megistanes.* Codex, μεγιστάνες, cum accentu acuto.

(45) *Homini.* Codex, ἄνω. Lege ἀνῷ, id est, ἀνθρώπῳ.

(46) *Ita.* Codex, οὗτος. Malim, οὕτως.

(47) *Ejus actiones.* Codex, ἔργον . . . . τὰ αὐτοῦ. Legendum, ἔργα . . . τὰ αὐτοῦ, vel, ἔργον . . . τὸ αὐτοῦ

(48) *Dominus.* Prov. VIII, 26-29.

(49) *Inhabitabiles.* Græca ed. habet, καὶ ἀοικήτους, id est « etiam inhabitabiles. »

(50) *Quando.* Didymus, ἡνίκα. Compl. ed., καὶ ὅτε. Francofurtensis, ὅτε.

(51) *Ipse.* Vox, αὐτόν, deest in Bibliis.

(52) Cap. I, vers. 3.

(53) *Ad Filium.* Hebr. I, 8.

(54) *Et : Tu* Hebr. I, 10.

(55) *Et aquæ.* Prov. VIII, 29. Biblia habent στόματος pro στόμα.

(56) *Quando fortia.* Prov. VIII, 29-31. Biblia habent καί pro ἡνίκα.

Digitized by Google Распознавание текста

faciebat fundamenta terræ, eram apud ipsum adaptans : ego eram, in qua gaudebat per diem; lætabar vero (57) in persona ejus in omni tempore; quando oblectabatur (58) postquam orbem terræ perfecisset, et delectabatur in filiis hominum. » Nam Conditor quidem Filius Verbum, qui omnia antea et præsciebat, et poterat, quique erga iniquam etiam, et prave sentientem multitudinem lenis est, ac tarde irascitur, et pœnitentiam exspectat, postquam omnia perfecisset, gaudebat de inexsistente creaturis suis sapientia, et in ea delectabatur, in suo ipsius opere sese oblectans (59). At ipsa etiam sapientia creata in persona ipsius oblectabatur. Tum post alia inquit : « Exitus (60) vero mei in viis vitæ : et paratur voluntas a Domino. Qui autem peccant in me, impii erunt (61) in suas ipsorum animas, et qui oderunt me, diligent mortem. »

A μῶν τε καὶ ἐπὶ ἀδίκῳ καὶ κακοδόξῳ πλήθει καὶ περιμένων μετάνοιαν, συντελέσας τὰ πάντα, προσέχαιρε τῇ ἐνούσῃ τοῖς κτίσμασιν αὐτοῦ σοφίᾳ, καὶ ἐνευφραίνετο ἐν αὐτῇ, ἐπιγαννύμενος τῷ ἰδίῳ ἔργῳ· εὐφραίνετο δὲ καὶ αὐτὴ ἐν προσώπῳ αὐτοῦ. Εἶτα μεθ' ἕτερά φησιν· « Αἱ δὲ ἔξοδοί μου ἐν ὁδοῖς ζωῆς, καὶ ἑτοιμάζεται θέλησις παρὰ Κυρίου. Οἱ δὲ ἁμαρτάνοντες εἰς ἐμὲ ἀσεβήσουσιν εἰς τὰς ἑαυτῶν ψυχάς· καὶ οἱ μισοῦντές με ἀγαπήσουσι θάνατον. »

Et merito quidem sic loquitur. Qui enim suam ipsorum vitam sapientia duce non gubernant, il sibimetipsis insidiantur, et suæ ipsorum insipientiæ atque insciliæ congruentem mercedem inveniunt mortem. Ut rectam vero, ac sanam interpretationem nostram **337** esse (62) quisque videat, ac ne cæci quidem, ut dici solet, de hac re ambigere queant; de illo ipso, de quo dixit Joannes (63), « Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, » sapientia creata inquit, « Sapientia (64) ædificavit sibi domum, et suffulsit columnas septem. » De qua domo ipse Dominus ait : « Solvite (65) templum hoc, et ego in tribus diebus excitabo illud. » Sed ut magis magisque ostendat Salomon, de conditrice Sapientia se non loqui, in sequentibus ita disserere pergit : « Fili (66), si sapiens fueris, tibimetipsi sapiens eris, et propinquis (67) : si autem malus evaseris, solus exhauries mala. » Et rursus : « Filius (68) eruditus, sapiens erit; insipiente autem ministro utetur; » et rursus : « Sapiens (69) corde suscipit præcepta; » et : « Hic (70) ex labiis profert sapientiam : virga verbera (71) virum vecordem : sapientes abscondent sensum; » et rursus : « Sapientia (72) viro parit prudentiam; » et rursus : « Os justi (73) distillat sapientiam; » et : « Linguæ (74) sapientum sanant; » et : « Qui ambulat (75) cum sapientibus, sapiens erit. » Deinde vero : « Quæres (76) sapientiam apud malos, et non inve-

B Καὶ μάλα εἰκότως. Οἱ γὰρ τὸν ἑαυτῶν βίον μὴ σοφίᾳ κυβερνῶντες, ἑαυτοῖς ἐπιβουλεύουσιν [158 *a*], καὶ τῆς ἑαυτῶν ἀφροσύνης καὶ ἀπαιδευσίας ἄξιον εὑρίσκουσι θάνατον. Ὥστε δὲ καὶ τυφλοὺς, τοῦτο δῆ τὸ τοῦ λόγου, μὴ ἀμφιβάλλειν ὑγιῶς τὴν ἡμετέραν ἑρμηνείαν, ἡ κτιστὴ σοφία φάσκει περὶ ἐκείνου, περὶ οὗ εἶπεν Ἰωάννης, « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· » « Ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, καὶ ὑπήρεισε στύλους ἑπτά. » Περὶ οὗ οἴκου ὁ αὐτὸς Δεσπότης ἔφη· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐγὼ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. » Μᾶλλον δὲ καὶ μᾶλλον δεικνὺς Σολομὼν, ὡς οὐ περὶ τῆς δημιουργοῦ διαλέγεται σοφίας, ἐν τοῖς ἑπομένοις διεξέρχεται οὕτως· « Υἱὲ, ἐὰν σοφὸς γένῃ, σεαυτῷ σοφὸς ἔσῃ καὶ τοῖς πλησίον· ἐὰν δὲ κακὸς ἀποβῇς, μόνος ἀντλήσεις κακά· » καὶ πάλιν· « Υἱὸς πεπαιδευμένος σοφὸς ἔσται, τῷ δὲ ἄφρονι διακόνῳ χρήσεται· » καὶ αὖθις· « Σοφὸς καρδίᾳ δέχεται ἐντολάς· » καὶ, « Οὗτος ἐκ χειλέων προφέρει σοφίαν. Ῥάβδῳ τύπτε ἄνδρα ἀκάρδιον· σοφοὶ κρύψουσιν αἴσθησιν· » καὶ πάλιν· « Ἡ σοφία ἀνδρὶ τίκτει φρόνησιν· » αὖθίς τε· « Στόμα δικαίου ἀποστάζει σοφίαν· » καὶ, « Γλῶσσαι σοφῶν ἰῶνται· » καὶ, « Ὁ συμπορευόμενος σοφοῖς σοφὸς ἔσται· » εἶτα ἐξῆς· « Ζητήσεις σοφίαν παρὰ κακοῖς, καὶ οὐχ εὑρήσεις· » καὶ μεθ' ἕτερα· « Σοφία πανούργων ἐπιγνώσεται τὰς ὁδοὺς· φόβος Κυρίου, παιδεία καὶ σοφία· » αὖθίς τε· « Νεοσσοῖς αἱρετώτεραι χρυσίου· νεοσσιαὶ δὲ φρονήσεως, ὑπὲρ

(57) *Lætabar vero.* Biblia paulo aliter, præmissa particula δέ, in hunc modum : Καθ' ἡμέραν δὲ εὐφραινόμην.

(58) *Oblectabatur.* Complut. ed., ἠυφραίνετο, et paulo post, ἐνηυφραίνετο.

(59) *Sese oblectans.* Codex, ἐπιγανύμενος. Lego ἐπιγαννύμενος.

(60) *Exitus.* Prov. VIII, 35 et 36. Græca editio : Αἱ γὰρ ἔξοδοί μου ἔξοδοι ζωῆς, id est, « nam exitus mei exitus vitæ. »

(61) *Impii erunt.* Biblia, ἀσεβοῦσιν, id est, « impii sunt. » Et paulo post, ἀγαπῶσι, id est, « diligunt. »

(62) *Sanam... esse.* Post vocem, ἑρμηνείαν, librarius vacui spatii tantum reliquit, quantum dictionem ἔχειν capere queat, quam addendam puto.

(63) Cap. I, vers. 14.

(64) *Sapientia.* Prov. IX, 1.

(65) *Solvite.* Joan. II, 19. Vox ἐγώ deest in Bibliis.

(66) *Fili.* Prov. IX, 12.

(67) *Et propinquis.* Voces, καὶ τοῖς πλησίον, desunt in Complut. editione. Francofurtensis habet : D Καὶ τοῖς πλησίον σου.

(68) *Filius.* Hæc in Hebræo exemplari et in Vulgata translatione desiderantur. Francofurtensis editio eadem bis habet in Proverbiis, cap. IX, 12, proxime post præcedentia, et cap. X, vers. 5. At Complutensis ea tantum habet cap. X. Didymi vero Biblia Complutensibus hac in re consentanea fuisse, indicant voces : « Et rursus. »

(69) *Sapiens.* Prov. X, 9. Græca editio habet δέξεται pro δέχεται.

(70) *Hic.* Prov. X, 14 et 15. Græca editio pro οὗτος habet ὅς, id est, « qui. »

(71) *Verbera.* Biblia τύπτει, id est, « verberat. »

(72) *Sapientia.* Prov. X, 24.

(73) *Os justi.* Prov. X, 32.

(74) *Linguæ.* Prov. XII, 19.

(75) *Qui ambulat.* Prov. XIII, 21.

(76) *Quæres.* Prov. XIV, 6.

Digitized by Google Распознавание текста

ἀργύριον. » Et, κατὰ αἱρετικοὺς, τοὺς ἀποθραύοντας τῆς Χριστιανῆς πίστεως τὸ κεφάλαιον, μᾶλλον δὲ πᾶσαν προαιρουμένους, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτοῖς, ἡ δημιουργὸς Σοφία ἔφη τίνας αὐτῆς [158 *b*] νεοσσοὺς νοήσομεν; Καὶ πάλιν· « Οὐ χρείαν ἔχει σοφίας ἐνδεὴς φρενῶν· » αὖθίς τε· « Κόσμος νεανίσκοις σοφία· » καὶ πάλιν· « Γενεᾶς σοφίας, φόβος Κυρίου. » Ποίαν κάνταῦθα γενεὰν δώσουσι τῷ Δημιουργῷ, εἰ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ ἐφθέγξατο, « Κύριος ἔκτισέ με; » Καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς φησι· « Μετὰ σοφίας οἰκοδομεῖται οἶκος, καὶ μετὰ συνέσεως ἀνορθοῦται πόλις· » εἶτα· « Κρεῖσσον σοφὸς ἰσχυροῦ. »

nies; » et post alia : « Sapientia (77) callidorum cognoscet vias. Timor (78) Domini, eruditio, et sapientia ; » et rursus : « Nidi (79) sapientiæ eligibiliores auro; nidi vero prudentiæ, super argentum. » Quod si hæc verba creatrix Sapientia dixit, ut hæretici volunt, qui ipsum Christianæ fidei caput quassare conantur, vel potius omnem fidem, quantum in ipsis est, adimunt (80) et evertunt : quomodo ea interpretabimur? aut quosnam ipsius Sapientiæ pullos esse putabimus? **338** Et rursus : « Non habet (81) usum sapientiæ qui est indigus mentis; » et rursus : « Ornatus (82) juvenibus sapientia; » et rursus : « Generationis (83) sapientiæ, timor Domini. » Quamnam hic quoque Conditoris generationem esse inquient, si ipse de seipso dixit : « Dominus creavit me? » Et in subsequentibus ait · « Cum sapientia (84) ædificatur domus, et cum intelligentia corrigitur civitas. » Deinde : « Melior (85) est sapiens forti. »

Ταῦτα οὖν πάντα περὶ τῆς ἐν κόσμῳ σοφίας. Ὅταν γὰρ περὶ τῆς σοφίας τοῦ Θεοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ μονογενοῦς καὶ ἀληθινοῦ Υἱοῦ Λόγου μνημονεύῃ ἐν αὐταῖς ταύταις ταῖς Παροιμίαις, ὑπερφυῶς καὶ ὥσπερ ὑπ' ἐκπλήξεως θαυμάζων ἀναφθέγγεται ταυτί· « Ὁ Θεὸς ἐδίδαξέ με σοφίαν, καὶ γνῶσιν ἁγίων ἔγνωκα· ἁγια δὲ ἐπίσταμαι. Τίς ἀνέβη εἰς οὐρανὸν καὶ κατέβη; τίς συνήγαγεν ἀνέμους ἐν κόλπῳ; τίς συνέστρεψε τὸ πᾶν ὕδωρ ἐν ἱματίῳ; τίς ἐκράτησε πάντων τῶν ἄκρων τῆς γῆς; τί ὄνομα αὐτῷ; ἢ τί ὄνομα τῷ τέκνῳ αὐτοῦ, ἵνα γνῷς; » Καὶ τὸ ἔχειν δὲ, « Πρὸ πάντων βουνῶν γεννᾷ με, » ὡς περὶ τῆς ἐν ἡμῖν κτιστῆς λέγει σοφίας, ὅτι δημιουργικῶς γεγέννηται, καὶ, ὡς εἰπεῖν, ἐφ' ἑκάστῃ μετὰ ἑκάστου σοφοῦ συντίκτεται. Ὁ γὰρ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐγεννήθη συνυφεστὼς τῷ τεκόντι, ἅτε Λόγος, καὶ ἀπαύγασμα, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· ἀλλ' οὐκ ἔτι γεννᾶται. Καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ Παροιμία ὄνομα τῇ βίβλῳ, ὡς οὐ πάντως ἀεὶ τὸ φαινόμενον, ἀλλ' ὅτι μάλιστα δι' ἑτέρου πράγματος, ἢ προσώπου ἕτερον σημαινούσῃ, καὶ ὅτι Σολομὼν [159 *a*] παροιμιαστὴς, ἀλλ' οὐ προφήτης

Hæc ergo omnia de mundana sapientia dixit Salomon. Cum enim de sapientia Dei Patris, et unigenito ac vere Filio Verbo meminit in hisce ipsis Proverbiis, admiratione præter modum captus, et stupore veluti perculsus hæc eloquitur : « Deus (86) docuit me sapientiam, et scientiam sanctorum cognovi. Sancta autem scio (87). Quis ascendit in cœlum, et descendit? quis congregavit ventos in sinu? quis coacervavit omnem aquam in vestimento? quis dominatus est omnium extremitatum terræ? quod est nomen ejus? aut quod nomen est Filio ejus (88) ut scias? » Quod vero spectat ad ea verba, « ante omnes colles generat me, » hæc de creata, quæ in nobis est, sapientia dicuntur, quod scilicet per creationem generata fuerit, et, ut ita dicam, quotidie cum unoquoque sapiente simul nascatur. Nam Filius Dei generatus est simul subsistens cum generante utpote Verbum, et splendor, et character substantiæ ejus; sed amplius non generatur (89). Præterea (90) hic Salomonis liber Proverbium nuncupatur, quod non semper id significet quod signi-

(77) *Sapientia.* Prov. XIV, 8.

(78) *Timor.* Puto deesse voculam καί in codice ; nec enim pertinent ista ad vers. 8, cap. XIV; sed Francofurtensis editio ea habet cap. XVI, vers. 4, Complutensis autem vers. ultimo capitis XV.

(79) *Nidi.* Prov. XVI, 17. Codex, νεοσσοῖς. Legendum, νεοσσιαὶ σοφίας, ut patet. Sic enim habent Græca Biblia : Νοσσιαὶ σοφίας αἱρετώτεραι χρυσίου· νοσσιαὶ δὲ φρονήσεως αἱρετώτεραι ὑπὲρ ἀργύριον.

(80) *Adimunt.* Codex, προαιρουμένους. Suspicor legendum esse, παραιρουμένους. Quod si quis malit retinere vocem, προαιρουμένους, ac verba illa, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτοῖς, referre ad verbum ἀποθραύοντας· aut ita vertendum erit : « vel potius quamlibet fidem amplectentes; » tunc enim Ariani passim, Eunomiani ac Macedoniani novas fidei confessiones cudebant : aut, quod parum verisimile videtur, vox προαιρουμένους valet hic « reprobantes : » sed hæc interpretatio haud scio an ullo sive sacro, sive profano exemplo confirmari possit, nisi forte versiculo 15 capitis septimi Isaiæ, ubi Græca editio habet : Πρὶν ἢ γνῶναι αὐτὸν, ἢ προελέσθαι πονηρὰ, ἢ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν· id est, « prius quam sciat ipsa aut reprobare mala, aut eligere bonum. »

(81) *Non habet.* Prov. XVIII, 2.

(82) *Ornatus.* Prov. XX, 29. Biblia, νεανίαις pro, νεανίσκοις.

(83) *Generationis.* Prov. XXII, 4. Biblia, γενεά, id est, « generatio. »

(84) *Cum sapientia.* Prov. XXIV, 3. Vox, πόλις, id est, « civitas, » deest in Bibliis.

(85) *Melior.* Prov. XXIV, 5. Biblia, κρείσσων. Vulgatus interpres aliter.

(86) *Deus.* Prov. XXX, 3 et 4. Complut. ed. Ὁ Θεὸς δεδίδαχέ με. Francofurtensis, Θεὸς δὲ ἐδίδαξέ με.

(87) *Sancta autem scio.* Hæc verba desunt in textu Hebraico, et in omnibus Græcis Latinisve translationibus. Videntur esse interpretamentum verborum, « scientiam sanctorum cognovi, » quod in margine, aut inter lineas positum, inde in textum Alexandrinorum exemplarium irrepserit.

(88) *Filio ejus.* Ita etiam textus Hebraicus, et Vulgata translatio. Sed Græca Biblia nunc habent, τοῖς τέκνοις αὐτοῦ, id est, « filiis ejus. »

(89) *Amplius non generatur.* Miror Didymum sic loqui. Ut enim ait Augustinus in epist. 238, ad Pascentium Arianum, segm. 24, « semper gignit Pater, et semper nascitur Filius. » Ita ergo Didymi verba accipere oportet, ut sensus sit : « Denuo non generatur (Sapientia increata). »

(90) *Præterea*, etc. Hac ipsa responsione usus est S. Epiphanius in *Ancorato*, cap. 42.

Digitized by Google Распознавание текста

ficare videtur, sed per unam rem, aut personam plerumque alia in eo designetur : Salomon vero Parœmiastes, id est Proverbiorum scriptor sit, non propheta (91). De hac porro sapientia, de ea, inquam, quæ est in creatura, cum **339** sapientissimus Sirachi filius ait : « Prior (92) omnibus creata est sapientia, et intellectus prudentiæ ab ævo : » Deinde subdit : « Cum fidelibus (93) in vulva concreata est cum ipsis; et cum hominibus fundamentum sæculi nidificavit : » tum Apostolus in prima ad Corinthios ita scripsit : « Quoniam (94) enim in Dei Sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes : » et : « Stultam (95) fecit Deus sapientiam mundi. » Quin etiam Job ita eam memorat : « Sapientia (96) vero unde inventa est? qualis autem est locus prudentiæ (97) ? » Et alibi : « Sapientia (98) pauperis contempta; » et : « Hic (99) sapientiæ est moderator. » Quidam vero Creatorem putarunt ex persona creatæ sapientiæ dixisse, « Dominus creavit me : » nam qui omnium Conditor ac Servator est, sæpius creaturarum personam assumens loquitur, ut cum ex persona Ecclesiæ olim a Paulo vexatæ ait : « Saul (1), Saul, quid me persequeris? » et iis, qui benefici fuerunt : « Esurivi (2), et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere. » Et alia his similia.

Cum enim propria exsplendescat benignitate, et totus sit bonitas, et, sicut apostolus Judas ait, solus Dominus (3) exsistat, parcit omnibus (4), et sibi facta ducit quæ quis in opera manuum ejus peccaverit. Atqui alia etiam humano modo dicta inveniemus de incomprehensibili Deo; ut cum parabolice scribitur : « Homo (5) quidam erat paterfamilias; » et rursus : « Homo (6) quidam erat habens vineam; » et cum cœleste regnum grano sinapis, et semini assimilatur. Quod si concedendum etiam foret, Salomonem non ex persona sapientiæ, quæ in nobis est, locutum fuisse; sic intelligenda tamen essent ejus verba, ut ex persona, ac respectu sapientis, et incomprehensibilis Incarnationis dicta forent, nullo autem modo de sempiterna et invisibili natura unigeniti Dei. Nec enim ait sine additamento, creavit me, sed adjecit, in opera ejus; perinde ac si diceret : Creavit me, quando ad homines, qui sunt opera ejus, veni, aut

A ἐστίν. Περὶ ταύτης δὲ τῆς σοφίας, φημὶ τῆς ἐν τῇ κτίσει, ὅ τε σοφώτατος υἱὸς Σειρὰχ λέγει· « Προτέρα πάντων ἔκτισται σοφία καὶ σύνεσις φρονήσεως ἐξ αἰῶνος· » καὶ ἐπιφέρει τούτῳ· « Μετὰ πιστῶν ἐν μήτρᾳ συνεκτίσθη αὐτοῖς, καὶ μετὰ ἀνθρώπων θεμέλιον αἰῶνος ἐνόσσευσεν· » ὅ τε Ἀπόστολος Κορινθίοις τὸ πρῶτον ἐπέστειλε τόνδε τὸν τρόπον· « Ἐπειδὴ γάρ, » φησίν, « ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν Θεὸν, εὐδόκησεν ὁ Θεὸς διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας· » καὶ, « Ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου. » Καὶ δὴ καὶ ὁ Ἰὼβ τοιῶσδε μέμνηται ταύτης· « Ἡ δὲ σοφία πόθεν εὑρέθη; ποῖος δὲ τόπος ἐστὶ τῆς φρονήσεως; » καὶ ἑτέρωθι· « Σοφία τοῦ πένητος ἐξουθενουμένη· » καὶ, « Οὗτος τῆς B σοφίας ἐστὶ διορθωτής. » Τινὲς δὲ τὸν γενεσιουργὸν ἐνόησαν ἐκ προσώπου τῆς κτιστῆς εἰρηκέναι σοφίας τὸ, « Κύριος ἔκτισέ με. » Πολλάκις γὰρ κτισμάτων πρόσωπον ὁ πάντων ὑποστάτης καὶ Σωτὴρ ἀναλαμβάνων διαλέγεται· ὡς ὅταν ἐκ προσώπου τῆς ποτε διωχθείσης Ἐκκλησίας παρὰ Παύλου φάσκει· « Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις; » καὶ τοῖς εὖ ποιήσασιν· « Ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· » καὶ ὅσα τοιαῦτα.

C Ἰδίᾳ γὰρ ἐκλάμπων φιλανθρωπίᾳ, καὶ ὅλος ὢν ἀγαθότης, καὶ ὡς ὁ ἀπόστολος Ἰούδας ἔφη, μόνος Δεσπότης, φείδεται πάντων, καὶ ἰδιοποιεῖται τὰ εἰς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἁμαρτήματα. Καὶ μέντοι καὶ ἕτερα [159 *b*] ἀνθρωπολογηθέντα περὶ τοῦ ἀνεφίκτου θείου εὑρήσομεν· ὡς ὅταν παραβολικῶς γράφει· « Ἄνθρωπός τις ἦν οἰκοδεσπότης· » καὶ πάλιν· « Ἄνθρωπός τις ἦν ἔχων ἀμπελῶνα· » καὶ ὡς ὅταν τὴν οὐράνιον βασιλείαν κόκκῳ σινάπεως καὶ σπόρῳ παρεικάζει. Εἰ δὲ καὶ συγχωρητέον τὸ μὴ ἐκ προσώπου τῆς ἐν ἡμῖν σοφίας Σολομῶνα γεγραφέναι, ἀλλ' οὖν νοητέον ἐκ προσώπου τῆς σοφῆς καὶ ἀπερινοήτου ἐνανθρωπήσεως, οὐχ ἅπαξ δὲ περὶ τῆς ἀνάρχου καὶ ἀθεωρήτου φύσεως τοῦ μονογενοῦς Θεοῦ εἰρηκέναι. Οὐκ αὐτοτελῶς γὰρ ἔφη, « Ἔκτισέ με, » D ἀλλ', « εἰς ἔργα αὐτοῦ· » ὡσεὶ ἔλεγεν· Ἔκτισέ με, ὅτε εἰς ἀνθρώπους τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐγενόμην, ἢ κατεσκήνωσα σαρκωθεὶς ἐξ αὐτῶν. Ὁ γὰρ ὢν, καὶ προὼν, καὶ μὴ δι' ἑαυτὸν, δι' ἄλλους δὲ γενόμενος, ἐκεῖνο

(91) *Non propheta.* Mirum videtur sic loqui Didymum, præsertim cum tam late pateat in Scripturis prophetæ nomen, ut omnes theologi norunt, et apud Græcos. In Menologio, quod exstat in Naniano codice 177, Adamus, et alii quinque eo nomine donantur : nam ad primam Martii diem legitur : Τῶν ἁγίων προφητῶν Ἀδὰμ, Ἄβελ, Σὴθ, Ἐνὼς, Ἐνὼχ, Μελχισέδεκ, id est, « Sanctorum prophetarum Adam, Abel, Seth, Enos, Enoch, Melchisedech. » Nihil aliud ergo velle videtur Didymus, quam Salomonem in Proverbiorum libro Parœmiastæ potissimum officio fungi, non prophetæ.

(92) *Prior.* Ecclesiastic. I, 4.

(93) *Cum fidelibus.* Ibid., 12 (seu 16).

(94) *Quoniam.* I Cor. I, 21.

(95) *Stultam.* Ibid., 20.

(96) *Sapientia.* Job XXVIII, 12.

(97) *Prudentiæ.* Biblia : Ἐπιστήμης, id est, « scientiæ. »

(98) *Sapientia.* Ecclesiastis cap. IX, vers. 16.

(99) *Hic.* Sap. VII, 16 (seu 15), sed ibi legitur : Αὐτὸς καὶ τῆς σοφίας ὁδηγός ἐστι, καὶ τῶν σοφῶν διορθωτής, id est, « Ipse sapientiæ dux est, et sapientium moderator, » sive « emendator. »

(1) *Saul.* Act. IX, 4.

(2) *Esurivi.* Matth. XXV, 35.

(3) *Solus Dominus.* Epist. Jud. vers. 4.

(4) *Parcit omnibus.* Sap. XI, 27.

(5) *Homo.* Matth. XXI, 33.

(6) *Homo.* Luc. XX, 9. Græca editio : Ἄνθρωπός τις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, id est, Homo quidam plantavit vineam. »

Digitized by Google Распознавание текста

πῶς ἔστι νοῆσαι, δι' οὓς καὶ καθ' οὓς ἐγένετο; Ὡς τὸ ἀνάπαλιν ἐκεῖνοι εὑρίσκονται τρόπον τινά, ὃ ἐστιν ὁ δι' αὐτοὺς γενόμενος κατ' αὐτούς. Τοιγαροῦν ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, μορφὴν ἔλαβε δούλου· ἡμεῖς τε ἐγενόμεθα κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς, ὡς ἐδίδαξε Παῦλος. Ἦ ἄρα καὶ τῇ « ἔκτισε » λέξει ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ, κατέστησεν, ἢ, κατέταξεν, ἐχρήσατο, ὅτε ὁμοῦ ἐπί τε τῶν χερουβὶμ καὶ ἐν φάτνῃ ἦν, ὡς τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ αἰνιγματωδῶς δηλῶν προεῖπεν· « Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ· » καὶ ὡς ὁ Ὑμνολόγος ψάλλει· « Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο· » καίτοι ἀΐδίως προϋπῆρχε βασιλεὺς βασιλευόντων, εὐπρέπειαν ἀκατάληπτον ἔχων. Ὁμοίως οὐκ εἶπεν, ἐν ἀρχῇ, ἢ, πρὸ ἀρχῆς ὁδῶν αὐτοῦ, ἀλλ' « ἀρχὴν ὁδῶν [160 *a*] αὐτοῦ. »

A inter eos habitavi, carne ex **340** ipsis sumpta. Nam qui est exsistens, et præexsistens, quique non propter seipsum, sed propter alios factus est, illum jam fuisse unum ex iis, propter quos factus est, et quibus similis factus est, quomodo intelligi potest? At hæreticos (7) vice versa id quodammodo velle constat, ut is antea fuerit quod propter illos factus est, eisque similis. Igitur qui in forma Dei erat, formam servi accepit; nos vero secundum imaginem ejus, qui creavit nos, sicut docuit Paulus (8), facti sumus. Fortasse etiam vox, creavit, adhibetur hic pro constituit, vel collocavit, quando simul et super cherubim erat, et in præsepi : quo modo, Incarnationem suam per ænigma indicans, prædixit : « Ego autem (9) constitutus sum rex ab B eo super Sion montem sanctum ejus; » et Hymnologus psallit : « Dominus (10) regnavit, decorem indutus est. » Atqui ab æterno præexsistebat rex regum decorem habens incomprehensibilem. Insuper non ait, in initio, aut, ante initium viarum suarum; sed, « initium viarum suarum. »

Ὥστε πάλιν τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ ἀρχὴν προλέγεσθαι, καὶ οὐ τὴν φύσιν τῆς ἀνάρχου αὐτοῦ θεότητος. Ἀπολεσάντων γὰρ τῶν ἀνθρώπων τὴν ὁδὸν τὴν ἄγουσαν πρὸς Θεὸν, αὐτὸς ἡμῖν ἐν τῇ οἰκονομίᾳ ὁδὸς ἐγένετο πρόσφατος καὶ ζῶσα· καὶ ὃν τρόπον διὰ τὴν ἐν σαρκὶ οἰκονομίαν εἶπεν· « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός· » καὶ πάλιν· « Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ, » τοῦτ' ἔστι διὰ τῆς εἰς τὴν ἐμὴν ἐνανθρώπησιν πίστεως βαδίσῃ· δι' αὐτὴν ἔφη καὶ τὸ, « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ. » Ἐτέχθη γὰρ, ἐκ μὲν τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς, ἀνάρχως, ἀφράστως· ἐκ δὲ τῆς ἀμιάντου Παρθένου, τῷ μὲν προειδέναι πάντα ὡς Θεὸς, καὶ τῷ προορίσαι τὴν οἰκονομίαν, πρὸ τοῦ αἰῶνος (καθὰ ἐπιστέλλουσιν, Παῦλος μὲν Κολοσσαεῦσιν· « Τὸ μυστήριον C τοῦτο, τὸ ἀποκεκρυμμένον πρὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, νῦν ἐφανερώθη τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ· » Πέτρος δὲ ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ περὶ τοῦ Χριστοῦ· « Προεγνωσμένου μὲν πρὸ καταβολῆς κόσμου, φανερωθέντος δὲ ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων »), τῷ δὲ πράγματι, ὅτε ἐπέφανεν ἐξ ὕψους τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου ποτὲ καθεσθεῖσιν· ὅτε λίθος παραβολικῶς ὠνομάσθη· ὅτε ἐγένετο ἀρχὴ ὁδῶν καὶ θεμέλιος ἡμῶν· ᾧτινι θεμελίῳ καὶ λίθῳ ἐπιμαρτυροῦσιν οὕτως, Παῦλος μὲν γράφων Κορινθίοις τὸ πρῶτον· « Θεμέλιον γὰρ οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός. » Ἀρχὴν δὲ τοῦ καλεῖσθαι Χριστὸς Ἰησοῦς ἐν τῇ ἐνανθρωπήσει ἔλαβεν. Ὅθεν ἐν τῷ Λουκᾷ ὁ ἄγγελος τὴν [160 *b*] ὀνομασίαν αὐτοῦ ὡς ἐπὶ μέλλουσιν ποιεῖται, λέγων τῇ Παρθένῳ· « Ἕξεις υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται· » καὶ μεθ' ἕτερα· « Διὸ καὶ τὸ γεννώ-

Rursus ergo Incarnationis ejus initium prænuntiat, non vero naturam æternæ ipsius deitatis. Nam cum viam homines amisissent, quæ ducit ad Deum, ipse nobis in Incarnatione factus est via nova ac viva : et sicut propter Incarnationem dixit, « Ego sum (11) via; » et rursus, « Nemo (12) venit ad Patrem, nisi per me, » id est, nisi per fidem in meam Incarnationem, vadat : ita ob eamdem dixit etiam : « Dominus creavit me initium viarum suarum. » Genitus enim fuit ex hypostasi quidem Patris, ab æterno, ineffabiliter; ex intemerata autem Virgine, quatenus quidem omnia præscivit utpote Deus, et quatenus prædestinavit Incarnationem, ante sæculum genitus fuit (sicut scribunt Paulus quidem Colossensibus : « Mysterium (13) hoc absconditum ante sæcula, et a generationibus, nunc manifestatum est sanctis ejus; » Petrus vero in prima Epistola, de Christo inquiens : « Qui præcognitus (14) quidem est ante mundi constitutionem, manifestatus autem in novissimis temporibus) : sed re ipsa genitus fuit, quando apparuit, ac illuxit ex alto (15) iis, qui in tenebris et in umbra mortis pridem sedebant; » quando **341** (16) lapis parabolice nominatus est; quando factus est initium viarum, et fundamentum nostrum : cui fundamento, ac lapidi testimonium ita perhibent Scripturæ. Paulus quidem in prima ad Corinthios Epistola scribit : « Fundamentum (17) enim nemo D potest ponere, præter id quod positum est, qui est Jesus Christus. » Initium autem nuncupationis hujus, quia dicitur Christus Jesus, in Incarnatione accepit. Idcirco angelus denominationem ejus tanquam futuram enuntiat apud Lucam inquiens Virgini:

(7) *At hæreticos.* Hæc divinans potius, quam interpretans scripsi : adeo obscurus est locus in Græco. Aliqua vero omissa fuisse arbitror a librario.
(8) *Paulus.* Philipp. II, 6 et 7, et Coloss. III, 10.
(9) *Ego autem.* Psal. II, 6.
(10) *Dominus.* Psal. XCII, 1.
(11) *Ego sum.* Joan. XIV, 6.
(12) *Nemo.* Ibidem.
(13) *Mysterium.* Coloss. I, 26. Vide pag. 197, not. 81.
(14) *Qui præcognitus.* I Petr. I, 20.
(15) *Illuxit ex alto.* Luc. I, 78 et 79.
(16) *Lapis.* Act. IV, 11.
(17) *Fundamentum.* I Cor. III, 11. Vide not. 36, pag. 33.

Digitized by Google Распознавание текста

« Habebis filium (18), et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur. » Et post alia : « Ideo (19) et quod nascetur (20) sanctum, vocabitur Filius Dei. » Petrus autem (21), et Paulus ad Romanos scribunt : « Ecce pono in Sion lapidem offensionis (22), et petram scandali, et omnis, qui credit in eum, non confundetur. » Acta vero apostolorum : « Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis ædificatoribus, qui factus est in caput anguli ; et non est in alio aliquo salus (23). »

Illud hic animadverte, quod, si una non est sanctæ Trinitatis Deitas, et potentia, ne apud Patrem quidem est salus (propitia vero sit nobis sancta Trinitas). Atqui etiam Daniel lapidem (24) vidit ex monte abscissum sine manibus (nempe eum, qui ex Maria genitus fuit sine fluxu, ac sine operatione viri), et comminuentem idolum, sive imaginem, id est, mundum, ob crassitudinem mentis, et luxum, in quo vivebat. Quid autem miramur, salutis negotium modo quodam, quem nec verbis, nec mente assequi licet, divina præscientia ante sæcula factum esse? cum nos quoque ineffabili hac præscientia (25), ac potentia ante sæcula creatos esse, et salvatos dicat Apostolus scribens Ephesiis quidem : « Elegit (26) nos sibi ipsi (27) ante constitutionem **342** mundi, ut essemus sancti, et immaculati in conspectu ejus in charitate : qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum; » Timotheo autem : « Secundum (28) potentiam Dei, qui servavit nos, et vocavit vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum proprium propositum, et gratiam datam nobis in Christo Jesu ante tempora sæcularia, manifestatam autem nunc per adventum Salvatoris nostri Jesu Christi. »

Multa enim cum futura quasi jam præterita, tum etiam præterita quasi adhuc exsistentia, vel futura prædicere solet omniscius et omnipotens Spiritus sanctus ; maxime vero ea, quæ spectant in ineffabilem Incarnationem, velut præterita enuntiavit, antequam fierent : ut cum Dominus caro nondum factus ait in XXI psalmo : « Foderunt (29) manus meas, et pedes meos ; » et rursus : « Diviserunt (30)

(96) In *Timæo.* Tomo III Operum, pag. 37 edit. Serrani. Sed paulo aliter : Καὶ τό τ' ἦν, τό τ' ἔσται, χρόνου γεγονότος εἴδη, φέροντες λανθάνομεν ἐπὶ τὴν ἀΐδιον οὐσίαν· οὐκ ὀρθῶς· λέγομεν γάρ, etc. Quæ sic verto : « Et verba *erat*, ac *erit*, quæ temporis sunt formæ, ad æternam essentiam imprudentes transferimus : sed non recte. Dicimus enim, » etc.

(97) *Verba vero.* Plato : τὸ δὲ ἦν, τό τ' ἔσται, περὶ τὴν ἐν χρόνῳ γένεσιν ἰοῦσαν πρέπει λέγεσθαι· κινήσεις γάρ ἐστον, id est « verba vero *erat*, et *erit*, de re, quæ in tempore oriatur, dici convenit : sunt enim motiones. »

(98) *Propter tempus.* Pro διὰ χρόνον Plato habet ποτέ, id est « unquam. »

(99) *Et Ephraim.* Jer. xxxi, 9.

(1) *Primogenitus.* Rom. viii 29.

Digitized by Google Распознавание текста

τε ἡμῶν, πρωτότοκός τε ἀριθμεῖται. Αὐτὸς μὲν γὰρ ἐξ ἀπείρου ὕψους ἑαυτὸν διὰ τοὺς ἰδίους δούλους ἐκένωσας, καὶ ἀνακαινίσας πάντα, καὶ ἀρχὴν κρείττονος βίου τῇ ἑαυτοῦ ἐπιδημίᾳ παρασχόμενος, καὶ διὰ τοῦτο πρωτότοκος κληθείς, οὔ τί που τὴν θείαν παρεβλάβη δόξαν· οὐδὲ γὰρ μειονεκτεῖσθαί πως, ἢ εἰς τὸ τοῦ χεῖρον ἔχοντος μέτρον καταφέρεσθαι ἀνέχεται δυνάμεως λέξεων, ἐν τῇ καταχρήσει διὰ τὴν ἀρρεγκτον οἰκονομίαν ἐξενηνεγμένων· ἡμεῖς δὲ ἐκ πολλῆς ταπεινώσεως καὶ σκότους εἰς δόξαν καὶ φῶς ἀνήχθημεν ἄπειρον, τὴν εἰς αὐτὸν εἰσδεδεγμένοι πίστιν. Ἕκαστον γὰρ, παρ' ὃ τὴν φύσιν ἐστὶν, λέξεως ὄγκῳ, ἢ χθαμαλότητι, οὔτ' ἀναθρώσκειν πως καὶ ἐξαίρεσθαι, οὔτε μὴν ἑαυτοῦ οἱονεὶ κατιέναι καὶ ὑφιζάνειν δύναται.

A ac filii Dei. Nemo enim natura frater est filii unigeniti : qui vero omnium conditor, et administrator est, ac solus misericors, is et frater noster, et primogenitus nominatur. Nam ipse quidem quando ex infinita altitudine sese propter suos servos exinanivit, et omnia renovavit, et melioris vitæ initium suo adventu nobis præbuit, ideoque primogenitus vocatus est; nullum quoad divinam suam gloriam detrimentum cepit : nec enim illum quodammodo imminuere, aut ad deteriorem conditionem deprimere potest eorum vocabulorum vis, quæ de ipso ob ineffabilem Incarnationem improprie et abusive pronuntiata sunt. Nos vero ex magna abjectione et caligine in infinitam gloriam ac lucem evecti sumus, cum fidem recepimus, qua in eum credimus : nulla enim res potest vocabulorum sublimitate, aut vilitate nec supra id, quod ex natura sua est, extolli, nec infra se ipsam veluti descendere, ac subsidere.

Οὐ μικρὰ δὲ συνενδείκνυται τοῖς ὑφ' ἡμῶν διηγηθεῖσιν, ἀλλὰ καὶ μόνον ἐπικουρεῖν ἰσχύει καὶ τὸ ἐν τῷ ψαλμῷ τὸν ἀπερινόητον Θεὸν ἀξιῶσαι εἰπεῖν· « Εὗρον Δαυὶδ τὸν δοῦλόν μου· ἐν ἐλαίῳ μου ἁγίῳ ἔχρισα αὐτόν. Καὶ γὰρ ἡ χείρ μου συναντιλήψεται αὐτῷ, ὁ βραχίων μου κατισχύσει αὐτόν· οὐκ ὠφελήσει ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ, καὶ υἱὸς ἀνομίας οὐ προσθήσει τοῦ κακῶσαι αὐτόν. Καὶ συγκόψω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, [167 *b*] καὶ τοὺς μισοῦντας αὐτὸν τροπώσομαι. Καὶ ἡ ἀλήθειά μου καὶ τὸ ἔλεός μου μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ. Καὶ θήσομαι ἐν θαλάσσῃ χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἐν ποταμοῖς δεξιὰν αὐτοῦ. Αὐτὸς δὲ ἐπικαλέσεταί με· Πατήρ μου εἶ σὺ, ὁ Θεός μου, καὶ ἀντιλήπτωρ τῆς σωτηρίας μου. Καὶ ἐγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτὸν ὑψηλὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς. » Κἂν τε γὰρ περὶ τοῦ συνυφεστῶτος τῇ πατρικῇ δόξῃ ἀπαυγάσματος, καὶ ἐπ' ἐσχάτων ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ ἀνθήσαντος, κἂν τε περὶ τοῦ Δαυὶδ τοῦτο διαγορεύεσθαι δοίημεν, οὐκ ἂν τῇ τῆς συνηθείας ὑπονοίᾳ ὁ πρωτότοκος νοηθείη. Πῶς γὰρ ἢ τὸν ἤδη ὄντα ἄνθρωπον (λέγει γὰρ, ὅτι « Εὗρον Δαυὶδ τὸν δοῦλόν μου »), ἢ τὸν πρεσβυτέρους ἑαυτοῦ ἔχοντα ἀδελφοὺς, πρωτότοκον ποιήσεται; Ὅτι δέ ποτε σύνηθες τῇ Γραφῇ τοὺς ὄντας ἤδη καθ' ὕπαρξιν, γίνεσθαί πως ὃ οὐκ ἦσαν ἐξαγγέλλειν, Παῦλος ὁ Χριστοῦ γέμων καὶ ἁγίου Πνεύματος ἐμπλεως οὕτω που φάσκει· « Οὐκ ἔτι εἶ δοῦλος, ἀλλὰ υἱός. » Τὸ γὰρ, « οὐκ ἔτι, » τοῖς ἤδη ὑφεστηκόσιν τὴν ἐπὶ ἄλλο τι τοῦ λοιποῦ κατάστασιν σημαίνει. Καὶ πάλιν· « Οὓς προέγνω καὶ προώρισεν συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς· » ἀντὶ τοῦ, ὁ Θεὸς ὁ προγνοὺς ἀπογόνους, καὶ πάντα τὰ παρελθόντα καὶ ἐπιόντα, ὡς ὑφεστῶτα καὶ παρόντα ὁρῶν, παρ' ᾧ ἓν τι μέτρον οἱ αἰῶνες ἅπαντές εἰσι, καὶ οὐδὲν μεμερισμένον, ὡς πρὸ βραχέος ἐλέχθη, προῖδεν καὶ ἐπιφανῶς ὑπέσχετο [168 *a*], τοὺς ἀνθρώπους συμμόρφους ἔσεσθαι τοῦ ὄντος ἀϊδίως ἐν μορφῇ αὐτοῦ μο-

B Non pauca porro sunt, quibus confirmari valeant quæ edisseruimus; sed illud vel per se solum magnam vim habet, quod in LXXXVIII psalmo sic loquatur incomprehensibilis (2) Deus : « Inveni (3) David servum meum, in oleo meo sancto unxi eum : etenim manus mea **353** auxiliabitur ei; brachium meum roborabit eum. Non proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non apponet nocere ei : Et concidam a facie ejus inimicos ejus, et odientes eum in fugam convertam. Et veritas mea, et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu ejus : Et ponam in mari manum ejus, et in fluminibus dexteram ejus. Ipse autem invocabit me : Pater meus es tu, Deus meus, et susceptor salutis meæ. Et ego primogenitum ponam illum, excelsum apud reges terræ. » Nam

C sive de eo, qui splendor est coexsistens cum Paterna gloria, quique novissimis temporibus ex radice Jesse efflоruit, sive de Davide hoc dictum esse concedamus, suspicari nemo potest, nomen primogeniti accipiendum hic esse de eo, qui per coitum primo sit genitus. Nam quomodo aut eum, qui jam erat homo (ait enim Deus : « Inveni David servum meum,») aut illum, qui seniores se ipso fratres habebat, primogenitum faceret ipse Deus? Quod autem dicere aliquando Scriptura consueverit, eos qui jam sunt secundum exsistentiam, fieri quodammodo quod non erant, Paulus Christo plenus, et Spiritu sancto repletus sic alicubi testatur : « Non amplius (4) es servus, sed

D filius. » Nam illud, « non amplius, » eorum, qui jam subsistebant, aliam quamdam fore in posterum conditionem, ac statum significat; et rursus : « Quos præscivit (5), et prædestinavit conformes imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus : Hoc est : » Deus, qui nepotes, ac posteros præcognovit, quique omnia cum præterita, tum futura ut jam subsistentia, et præsentia intuetur, et apud quem una quædam mensura sunt

(2) *Incomprehensibilis.* Codex, ἀπεριβόητος. Lego ἀπερινόητος.

(3) *Inveni.* Psal. LXXXVIII, a vers. 20 ad 27. Lectionum varietates nullius momenti sunt.

(4) *Non amplius es.* Gal. IV, 7.

(5) *Quos præscivit.* Rom. VIII, 29.

Digitized by Google Распознавание текста

omnia sæcula, cui demum nihil est non individuum, ut paulo ante (6) dictum fuit, prævidit, et manifeste pollicitus est, homines ei conformes futuros esse, qui ab æterno erat in forma Unigeniti ejus Filii, postquam hic Unigenitus seipsum propter nos ad servilem formam demittens dixerit ex propria gratia : « Non amplius (7) vos voco servos, sed amicos, et fratres, » ut ait Scriptura. Quemadmodum enim nos creaturæ, vocati sumus filii Dei secundum gratiam, non secundum naturam; ita Unigenitus Dei quando miscebat terrena cœlestibus, et nova nobis salus in perpetuum (8) fiebat, frater **354** noster, et primogenitus vocatus est, non secundum naturam, quam habet ex Patre, sed secundum œconomiam, qua carnem sumpsit ex Virgine, carni ipsius Virginis similem. Opportune ergo adversus hæreticos dici potest, quod scite ab ethnicis dictum fuit : « Mendacia odio habe, ut tibi veritas assuefiat. »

A νογενοῦς Υἱοῦ, ἀφ' οὗ ἂν οὗτος ὁ **Μονογενὴς**, καθεὶς ἑαυτὸν δι' ἡμᾶς εἰς δουλοπρεπῆ μορφὴν, λέξει ἰδίᾳ δωρεᾷ· « Οὐκ ἔτι ὑμᾶς καλῶ δούλους, ἀλλὰ φίλους καὶ ἀδελφοὺς, ὡς γέγραπται. Ὑν τρόπον γὰρ ὡ κτιστοὶ, υἱοὶ ἐκλήθημεν τοῦ Θεοῦ, κατὰ χάριν, οὐ κατὰ φύσιν· ὡσαύτως ὁ Μονογενὴς τοῦ Θεοῦ, ὅτε ἐμίγνυ τὰ ἐπίγεια τοῖς ἐπουρανίοις, καὶ σωτηρία ἡμῖν νέα διὰ τέλους ἐγίνετο, ἀδελφὸς ἡμῶν καὶ πρωτότοκος ἐκλήθη, οὐ κατὰ τὴν ἐκ Πατρὸς φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐκ τῆς Παρθένου καὶ κατὰ τὴν Παρθένον σάρκωσιν αὐτοῦ. Εὔκαιρον τοίνυν ἂν εἴη εἰπεῖν πρὸς αἱρετικοὺς, ὅπερ εἴρηται τοῖς ἔξω καλῶς· « Τὰ ψεύδη μίσει, ἵνα σοι ἡ ἀλήθεια προσεθίζηται. »

CAP. V.

Quod tertio loco proponunt, est prophetia, in qua ex persona Domini, qui rebus omnibus subsistentiam tribuit, dicitur : « Ego (9) sum principium et finis. » Inde enim ipsius exsistentiam, quæ temporis expers (10) est, et creaturæ intelligentiam excedit, temporariam esse colligunt, ineptas fingendo interpretationes (11); atque in eo enituntur, ut ipsorum nequitia virtus censeatur. Quotquot (12) autem hunc Unigenitum in sermone divitem (13) Deum non ignorant, ut hæretici isti, illi ne aurei quidem hujus dicti, quo ipsius divinitas indicatur, sublimitatem assequi se posse vident. Nam vox principium denotat, eum, ut principio carentem, constitutionis rerum omnium causam esse, sicut est Deus Pater. Nam qui est principium, nullum habet ante se exsistentem, sicut ultimus nullum habet post se ultimum. Etenim ἀρχή, seu *principium*, ut ait (14) Aristoteles in quinto *Metaphysicorum* (15), dicitur multis modis. Dicitur enim ἀρχή, id est *principatus*, ut regnum, et im-

B

ΚΕΦ. Ε'.

Τρίτη αὐτῶν πρότασις, ἡ ἐκ προσώπου τοῦ πάντα ὑποστήσαντος Κυρίου λέγουσα προφητεία· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος. » Χρονικὴν γὰρ ἐντεῦθεν τὴν ἄχρονον καὶ ὑπὲρ νοῦν ὕπαρξιν αὐτοῦ ἀπιθάνοις ἐκδοχαῖς ἀναπλάττουσιν, καὶ βιάζονται τὴν κακίαν αὐτῶν ἀρετὴν νομισθῆναι. Ὅσοι δὲ τοῦτον τὸν Μονογενῆ πλουσιολόγον Θεὸν οὐκ ἀγνοοῦσιν, ὡς οὗτοι, ἐπιδεῶς ἔχουσι καὶ τῆς τοῦ χρυσοῦ ῥήματος τούτου θεολογίας. Δηλοῖ γὰρ ἡ μὲν ἀρχὴ, τὸ αἴτιον αὐτὸν εἶναι, ὡς ἄναρχον, καθὰ ὁ Θεὸς Πατὴρ τῆς πάντων συστάσεως. Ὁ γὰρ ὢν ἀρχὴ οὐκ ἔχει τὸν προϋπάρχοντα, ὡς ὁ ὕστατος οὐκ ἔχει τὸν [168 *b*] ὕστατον. Ἀρχὴ γὰρ, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ τῶν *Μετὰ τὰ φυσικὰ*, λέγεται πολλαχῶς. Λέγεται μὲν γὰρ ἀρχὴ, οἷον βασιλεία, στρατηγία· λέγεται δὲ καὶ τοπικῶς, ὡς ἀρχὴ δρόμου ἡ βαλβίς· λέγεται δὲ καὶ χρονικῶς, ὡς ἀρχὴ ἔτους ἦδε ἡ ἡμέρα· λέγεται δὲ καὶ φυσικῶς, ὡς ἀρχὴ βρέφους τὸ σπέρμα· λέγεται δὲ καὶ κατὰ αἰτίαν, ὡς ἀρχὴ τοῦ ἀνδριάντος ὁ ἀνδριαντοποιός. Οὕτως οὖν λέγομεν αὖ-

C

D

(6) *Paulo ante.* Segm. 106.

(7) *Non amplius vos.* Joan. xv, 15. Citatur sensus.

(8) *In perpetuum.* Græce, διὰ τέλους. Quæ formula eodem sensu adhibetur a LXX Int. semel, nempe Isa. LXII, 6, ab Isocrate in *Nicocle*, et a Philemone apud Justinum martyrem in lib. *De monarchia* pag. 39, hoc versu : Θεῷ δὲ θῦε διὰ τέλους δίκαιος ὤν.

(9) *Ego.* Apoc. XXI, 6. Græca editio : Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος, ἰᾶ est, « Ego sum A et Ω, principium et finis. » Vide etiam Apoc. I, 8.

(10) *Temporis expers.* Nempe, ab æterno exsistens. Joannes Euchaitarum metropolita in oratione necdum edita (cui titulus : Λόγος εἰς τὴν σύναξιν τῶν ἁγίων ἀγγέλων, τὴν ἐπιτελουμένην κατὰ τὴν ὀγδόην τοῦ Νοεμβρίου μηνός, id est, « sermo in synaxim sanctorum angelorum, quæ celebratur die VIII Novembris), » angelorum quoque exsistentiam dicit ἄχρονον, sed alio sensu; propterea scilicet quod creatos fuisse putet, antequam ullum esset tempus. Τούτοις (inquit) ὕπαρξις ἄχρονος μὲν, οὐκ ἀνάρχος δέ. Χρόνος γὰρ κόσμῳ σύνδρομος, πρὸ δὲ κόσμου τὰ ὑπερκόσμια, id est, « Horum exsistentia temporis quidem expers est, sed non æterna : tempus enim una cum mundo cœpit : quæ vero supra mundum sunt, tempus præcedunt. »

(11) *Interpretationes.* In Græco, ἐκδοχαῖς. Qua voce eodem sensu, ut puto, utitur Didymus in comment. ad vers. 5 capitis noni Jobi pag. 909 catenæ, quamvis Junius eam aliter acceperit : Ἤδειν (inquit) Ἰησοῦς ὁ καταστρέφων τὴν κατὰ τὸ γράμμα ἐκδοχὴν καὶ τοὺς ταύτῃ μετὰ τὴν χάριν ἐμμένοντας... τὰ πεπαλαιωμένα κατεστράφη, πεπαλαίωται τὰ τοῦ γράμματος. Quæ sic vertit Junius : « Venit Jesus, qui exspectationem (pace Junii dictum sit : malim vertere, « interpretationem ») secundum litteram, et eos, qui post gratiam in ea perseverant, delet... Vetera delata sunt; quæ ad litteram pertinent, vetustatem induerunt. »

(12) *Quotquot.* Codex, ὅσοις. Lego ὅσοι.

(13) *In sermone divitem.* In Græco, πλουσιολόγον. An legendum, Πατρὸς Λόγον, id est, « Patris Verbum? »

(14) *Ait.* Codex mendose φασιν pro φησιν.

(15) *In quinto Metaph.* Aristotelis verba non affert : exstant autem cap. 1, pag. 883, tom. II, edit. Parisiens. anni 1619. De voce porro ἀρχὴ fuse disserit et Tertullianus in libro *Adversus Hermogenem* cap. 19 et 20.

Digitized by Google Распознавание текста

τὴν ἀρχὴν, ὡς αἴτιον καὶ Δημιουργόν· τὸ δέ γε τέλος τὸ εἰς αὐτὸν, ὡς ἀπερίγραφον καὶ μόνον ἔχοντα ἀθανασίαν, πάντων τὰ πέρατα συνερείδεσθαι, καὶ μετὰ τὴν τοῦδε τοῦ παντὸς πληρότητα εἰς ἀεὶ καὶ ἀπείρως διαμένειν αὐτόν. Οὐκοῦν ὁ ἄπειρος γένεσιν ἔχειν οὐ δύναται· μὴ δυνάμενος δὲ, αὐτὸς μὲν ἀγένητός ἐστι, καίτοι γεννητὸς ὢν ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ Πατρὸς φυσικῶς· τὰ δὲ γενητὰ γεγένηται ἐξ αὐτοῦ δημιουργικῶς. Τούτοις ἑπομένως νοηθείη ἂν καὶ ὅπερ Παῦλος Κολοσσαεῦσιν ἐξήγγειλε τόνδε τὸν τρόπον· « Καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων· » οὐχ ὡς ποιητὸς (μὴ γένοιτο!), ἀλλ' ὡς γεννητός. Εἰ μὴ γὰρ ἦν ἀνάρχως αὐτὸς πρὸ πάντων γεννηθεὶς ἀληθινῶς καὶ ὁμοουσίως, οὐκ ἂν κατ' εἰκόνα ἡμεῖς αὐτοῦ ὁμοούσιοι τοῦ ἡμᾶς τεκόντος ἐγενήθημεν· καὶ εἰ μὴ προῆν ἀδημιουργήτως ὁ ποιητὴς καὶ προνοητὴς, οὐκ ἂν ὑπῆν δημιουργικῶς τὰ ποιητὰ καὶ προνοούμενα.

A perium ducis in bello. Dicitur etiam relate ad locum, ut, ἀρχή (id est *initium*) cursus in stadio est repagulum, seu carcer. **355** Dicitur et relate ad tempus, ut, ἀρχή (hoc est *initium*) anni est hæc dies. Dicitur relate ad naturam, ut, ἀρχή (seu *principium*) infantis est semen. Dicitur secundum causam, ut, ἀρχή (sive *auctor*) statuæ est statuarius. Sic ergo Filium dicimus esse principium, ut causam, et conditorem: eum vero appellari etiam finem, tum quia in ipso, cum incircumscriptus sit, ac solus habens immortalitatem, omnium simul rerum termini innituntur ac firmantur; tum quia post hujus universi finem (16) semper, et in infinitum permanebit. Qui ergo finis expers est, exsistentiæ B initium (17) habere non potest. Quod si hoc habere nequit, ipse quidem est increatus, quamvis ex persona Dei Patris naturaliter genitus sit: quæ vero facta sunt, ab ipso per creationem facta sunt. Simili modo intelligendum est etiam quod ita Paulus Colossensibus annuntiavit: « Et ipse (18) est ante omnia: » non ut factus (absit!), sed ut genitus. Nam nisi esset ipse ab æterno ante omnia vere et consubstantialiter genitus, non essemus nos, instar illius (19), nostro consubstantiales genitori; ac nisi increate præexstitisset creator et provisor, res creatæ ac provisæ non subexsisterent, ut sic loquar, per creationem.

[169 *a*] ΚΕΦ. Ϛ'.

Τέταρτον προτείνουσιν ὑπὸ ἀκολάστου γλώσσης τὸ παρὰ Πέτρῳ ἐν ταῖς Πράξεσιν εἰρημένον· « Γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι καὶ Κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ὁ Θεὸς ἐποίησεν, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε. » Καὶ τοῦτο δὲ οὐ περὶ τῆς θείας C καὶ ἀκαταλήπτου γέγραπται οὐσίας τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος Θεοῦ Λόγου, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὄντος, καὶ οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγησαμένου τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐκ Μαρίας συμμόρφου τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν. Ἡ γὰρ μνήμη τοῦ σταυροῦ καὶ τὸ συνῆφθαι τῷ « ἐποίησεν » τὸ, « Ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, » αὐτὸν ἐδήλωσεν, οὗ πολλαχοῦ μέμνηται ἡ Γραφή. Καὶ ὡς ὅταν ἐν ταῖς Πράξεσι λέγῃ ὁ αὐτὸς Πέτρος· « Ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς μὲν παρεδώκατε καὶ ἠρνήσασθε κατὰ πρόσωπον Πιλάτου, κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν· ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε· καὶ ᾐτήσατε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν, τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε. » Καὶ Ζαχαρίας φησίν· « Ἐκχεῶ ἐπὶ τὸν οἶκον Δαυὶδ καὶ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας Ἱερουσαλὴμ Πνεῦμα χάριτος καὶ οἰκτιρμοῦ· καὶ ἐπιβλέψονται πρὸς μὲ, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν,

CAP. VI.

Quarto loco in medium afferunt, utpote proterva lingua præditi, quod a Petro in Actis dictum est: « Cognoscat (20) omnis domus Israel, quod et Dominum (21) eum, et Christum Deus fecit, hunc Jesum, quem vos crucifixistis. » At ne hoc quidem Scriptura dicit de divina et incomprehensibili essentia Dei Verbi, qui in principio erat, et apud Deum erat, et non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed de illo (22), qui ex Maria ortus est, communem nobiscum abjectionis formam habens. Nam quod commemoretur crux, et copuletur verbum « fecit » cum vocibus, « Quem vos crucifixistis, » ostendit de hoc sermonem esse, cujus pluribus in locis Scriptura mentionem facit: ut cum **356** in Actis ait idem Petrus: « Deus (23) Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob, Deus patrum nostrorum glorificavit puerum suum Jesum, quem vos quidem tradidistis, et negastis (24) ante faciem Pilati, cum judicasset D ille absolvendum esse: vos autem sanctum et justum negastis, et petiistis (25) virum homicidam donari vobis; auctorem vero vitæ interfecistis; » et Zacharias ait: « Effundam (26) super domum

(16) *Finem.* Seu, « consummationem. » In Græco, πληρότητα, id est « plenitudinem, » aut « complementum. »

(17) *Exsistentiæ initium.* In Græco, γένεσιν. Transtuli « exsistentiæ initium, » cum « generationem » transferre non possem. Nomen γένεσις hic sumitur quatenus derivatur ex verbo γίνομαι, id est, « sum, » vel « fio. »

(18) *Et ipse.* Coloss. I, 17.

(19) *Instar illius.* Vel: « qui secundum ejus imaginem sumus. »

(20) *Cognoscat.* Act. II, 36.

(21) *Et Dominum.* Vocula « et » deest in Græcis Bibliis, sed non in Latinis.

(22) *Sed de illo.* Eunomio hunc ipsum ex Actis locum objicienti eodem fere modo respondet Gregorius Nyssenus libro IV *contra Eunomium* pag. 148.

(23) *Deus.* Act. III, 13-15. Græca Biblia bis tantum repetunt vocem Θεός, id est « Deus. » Sed Vulg. interpres quater, ut Didymus.

(24) *Et negastis.* Græca editio addit hic αὐτόν· sed Vulg. interpres et codex Alexandrinus legit ut Didymus.

(25) *Petiistis.* Græca editio, ᾐτήσασθε, pro ᾐτήσατε.

(26) *Effundam.* Zachar. XII, 10.

Digitized by Google Распознавание текста

David, et super habitatores Jerusalem Spiritum gratiæ, et miserationis; et aspicient ad me, in quem punxerunt, et plangent super eum (27) planctum, sicut super dilectum, et dolebunt super eum tanquam super primogenitum. » Cujus prophetiæ recordatus Joannes post salutiferam crucem dixit : « Videbunt (28) in quem compunxerunt. » De hoc angelus quoque congratulans hominibus inquit : « Natus est nobis (29) Salvator hodie, qui est Christus Dominus. » Si autem hodie natus dicitur, non spectatur sane ut exsistens ante sæcula. Attendendus ergo est animus ad hoc Scripturæ miraculum, quod angeli, et homines unius novæ theognosiæ (id est *agnitionis Dei*) festum celebrabant æquali affectione simul acclamantes, et sibi mutuo consentientes. Sic autem loquimur, ut fictione quadam ineffabilem ejus incarnationem significemus, et blasphemiam, quæ adversus ejus Deitatem tendit declinemus; non vero quod credamus, alium esse Filium, qui est ex Patre, alium illum (30), qui factus est caro, quique crucifixus fuit : quoniam nunquam disjungi a seipsa, neque **357** mutari potest deitas. Etenim ne Apostolus quidem duos cogitavit, cum dixerit ; « Christo (31) igitur passo pro nobis carne. » Porro sacer quoque Psaltes arcanum hocce Incarnationis mysterium et celans quodammodo, et aperte revelans, et occultans potius quam ignorans (32), et ignorans potius quam occultans, in cvm psalmo similiter ac Petrus in commemoratis verbis, prophetat : « Et cognoscant (33), quod manus tua hæc ; et tu, Domine, fecisti eam. » Nempe manum (34) quidem Patris vocat Deum Verbum, quia consubstantialiter coexsistit cum Patre, et omnia ab ipso facta sunt ; quia vero sine ulla sui mutatione factus est caro, quo ipso modo novit et voluit, ideo dicitur factus ab illo, cujus est manus.

Vox autem « fecit » non semper valet « creavit, »

καὶ κόψονται ἐπ' αὐτὸν κοπετὸν, ὡς ἐπὶ ἀγαπητὸν, καὶ ὀδυνηθήσονται ἐπ' αὐτὸν, ὡς ἐπὶ πρωτότοκον. » Ἡστινος προφητείας ἀναμνησθεὶς Ἰωάννης μετὰ τὸν σωτήριον σταυρὸν, εἶπεν· « Ὄψονται, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. » Περὶ τούτου καὶ ὁ ἄγγελος συγχαίρων ἀνθρώποις [169 *b*] ἔλεξεν· « Ἐτέχθη ἡμῖν Σωτὴρ σήμερον, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος. » Ὁ δὲ σήμερον τεχθεὶς οὐκ ἂν ποτε ὁ προαιώνιος νοηθείη. Προσεκτέον οὖν καὶ τῷδε τῷ τοῦ Γράμματος θαύματι, ὅτι ἄγγελοι καὶ ἄνθρωποι μιᾶς νεαρᾶς θεογνωσίας ἑορτὴν ἐπετέλουν ἴσῃ διαθέσει ὁμοφωνοῦντες καὶ ὁμογνωμονοῦντες. Οὕτω δέ φαμεν, ἐπινοίᾳ τινὶ τὴν ἄφραστον αὐτοῦ οἰκονομίαν σημαίνοντες, καὶ τὴν εἰς τὴν θεότητα αὐτοῦ συντείνουσαν βλασφημίαν ἐκκλίνοντες, οὐκ ἄλλον δὲ πιστεύοντες εἶναι τὸν ἐκ Πατρὸς Υἱὸν, καὶ ἄλλον τὸν γενόμενον σάρκα καὶ σταυρωθέντα· ἐπεὶ μήποτε διαζεύγνυσθαι ἑαυτῆς, μηδὲ τρέπεσθαι πέφυκεν ἡ θεότης. Οὐδὲ γὰρ ὁ Ἀπόστολος δύο ἐνόησεν ἄν, εἰπών· « Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί. » Καὶ ὁ Ἱεροψάλτης γὰρ τὸ ἀπόῤῥητον τοῦτο μυστήριον τῆς οἰκονομίας καὶ κρύπτων πως καὶ ἀναπεπταμένως ἐκφαίνων, καὶ καλύπτων μᾶλλον ἢ ἀγνοῶν, καὶ ἀγνοῶν μᾶλλον ἢ καλύπτων, ἐν ῥῃ' ψαλμῷ ὁμοιότροπον τοῦ μνημονευθέντος ῥήματος Πέτρου προφητεύει· « Καὶ γνώτωσαν, ὅτι ἡ χείρ σου αὕτη· καὶ σὺ, Κύριε, ἐποίησας αὐτήν·. » διὰ μὲν τὸ ὁμοουσίως συνυπάρχειν τῷ Πατρὶ, καὶ πάντα γεγενῆσθαι πρὸς αὐτοῦ, χεῖρα τοῦ Πατρὸς προσαγορεύων τὸν Θεὸν Λόγον. Διὰ δὲ τὸ ἀτρέπτως σάρκα, ὡς οἶδε καὶ ἠθέλησε, γεγενῆσθαι, λέγων αὐτὸν πεποιῆσθαι παρ' ἐκείνου, οὗ χείρ ἐστιν.

Οὐκ ἀεὶ δὲ τὸ, « ἐποίησε, » νοεῖται ἀντὶ τοῦ,

(27) *Super eum.* Complut. ed., ἐφ' ἑαυτούς, id est « super se ipsos. » Sed Hebræum exemplar, et Francofurtensis editio et Vulgata translatio habent, « super eum. »

(28) *Videbunt.* Joan. XIX, 37.

(29) *Natus est nobis.* Luc. II, 11. In libro Didymi *De Spiritu sancto*, num. 45, impressa exemplaria habent : « natus est vobis. » Sed Vaticanus codex habet : « natus est nobis, » ut Græca Biblia, et Didymus hoc in loco.

(30) *Alium*, etc. Cum hæc attulerim in *Epistola ad Archintum præsulem*, veritus est amicus quidam meus, ne inde colligeret quis, auctorem nostrum Nestorio juniorem esse, aut æqualem. At omnem scrupulum e medio tollent quæ ex Didymo proferam his plane affinia. In libro enim *De Spiritu sancto*, num. 52, hæc dictaverat : « Ipse ergo sermone Dei assumptus in cœlum [*codex noster ms.* Iste ergo, qui surgens a mortuis a sermone Dei est assumptus in cœlis], elevatus esse ab ea, de qua supra diximus, dextera Dei prædicatur [*codex noster :* elevatus esse ab eadem, quam supra diximus, Patris Dei dextera prædicatur], et accepisse repromissiones [*legendum puto cum nostro codice*, repromissionem] Spiritus sancti a Patre... Nam et Dominicus homo accepit communicationem Spiritus sancti, sicut in Evangeliis scribitur... Hæc autem absque ulla calumnia de Dominico homine, qui totus Christus, unus est Jesus Filius Dei [*codex caret verbis*, qui totus, *etc.*, *usque* ad Filius Dei], sensu debemus pietatis accipere, non quod alter et alter sit, sed quod de uno atque eodem quasi de altero secundum naturam Dei et hominis disputetur. » Similia habet in Enarrationibus *in I Petri Epistolam* cap. II, et *in I Joannis* cap. IV. Neque vero inutilis erat Didymi tempore hæc cautio. Nam primo Origenes « accusatus fuerat quasi duos Christos dicens, unum Deum Verbum, et alium Jesum Christum, qui ex Maria natus est, » ut ait Pamphilus Martyr in *Apologia* pro ipso Origene. Deinde duos a catholicis admitti Filios fingebant Apollinaristæ, alterum naturalem, adoptivum alterum, ut testatur Nyssenus in Opusculo *ad Theophilum*, tom. II, pag. 694, ubi refellit hanc calumniam. Demum synodi Romanæ Patres (Theodoreto teste lib. V *Hist. eccles.*, cap. 11) canonem hunc sub Damaso condiderant : « Anathematizamus eos, qui duos Filios asserunt, unum ante sæcula, et alterum post assumptionem carnis ex Virgine. »

(31) *Christo.* I Petr. IV, 1.

(32) *Occultans potius quam ignorans.* « Nam etsi secundum umbram viverent prophetæ (ait Didymus ad vers. 6 psalmi XXXV) veritatem tamen non ignorabant, cujus ea symbolum est. »

(33) *Et cognoscant.* Psal. CVIII, vers. 26 (seu 27).

(34) *Manum.* Vide not. 96, pag. 13.

Digitized by Google Распознавание текста

« Ἔκτισεν, » ἀλλὰ καὶ κατὰ σχέσιν· ὡς τὸν ἤδη ὄντα κατ' οὐσίωσιν διδάσκαλον, τότε ποιεῖ τις τῶν ἑαυτοῦ παίδων διδάσκαλον, ὅταν [170 *a*] διδάσκειν τοὺς παῖδας ὁ διδάσκαλος ἄρξηται· καὶ ὡς ὅτε παῖδα τότε ποιεῖ τις στρατιώτην, ἢ ῥήτορα, ὅταν τὴν στρατείαν, ἢ τὸ ῥητορεύειν ὁ παῖς μετέρχηται. Τῇ γὰρ διανοίᾳ ταύτῃ περὶ τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ εἶπεν· « Βοηθὸς καὶ σκεπαστὴς ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν· » καὶ Ἡσαΐας· « Ἐγένου πάσῃ πόλει ταπεινῇ βοηθός. » Καὶ ὁ Ἱεροψάλτης ἐν μὲν κθ' ψαλμῷ· « Κύριος ἐγενήθη βοηθός μου· » ἐν δὲ λ'· « Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστὴν, καὶ εἰς οἶκον καταφυγῆς, τοῦ σῶσαί με· » καὶ Ἀβραὰμ πρὸς Σάρραν τὴν ἑαυτοῦ σύμβιον· « Ἐγένετό μοι καὶ εἰς γυναῖκα· » καὶ ὁ Παῦλος· « Γινέσθω ὁ Θεὸς ἀληθὴς, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης. » Ἀκολούθως τούτῳ ἐκλαμβάνεται καὶ, « Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ. » Οὐ γὰρ περί του τοιῶσδε λόγῳ φάναι, ἢ τοιῶσδε, τὴν οὐσίαν αὐτοῦ δηλοῖ. Διὸ οὐχ ἁπλῶς τὸ, « κατεστάθην, » ἀλλ', « ἐπὶ τὸ ὄρος Σιὼν, » εἶπεν· ὑπάρχων γὰρ πάντων ἐξ ἀπείρου καὶ ἐπ' ἄπειρον βασιλεὺς (φησὶ γάρ· « Κύριος βασιλεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἐπ' αἰῶνα, καὶ ἔτι· » καὶ, « Ἡ βασιλεία σου, βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων »), ἐδόκει πως μήπω μὲν βασιλεύειν τῶν μὴ γινωσκόντων αὐτὸν, γεγενῆσθαι δὲ καὶ ἐπὶ αὐτοὺς βασιλεὺς ἐν τῇ ἐνανθρωπήσει, δι' ἣν αὐτός τε Δαυὶδ ἐξῄτει ἐν θ' ψαλμῷ· « Κατάστησον, Κύριε, νομοθέτην ἐπ' αὐτούς· γνώτωσαν ἔθνη, ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν· » Μιχαίας τε προεφήτευσεν· « Καὶ ὁ Κύριος βασιλεύει ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. » Διεσάφησαν δὲ περὶ τούτου καὶ οἱ ἔξω τοιάδε·

A sed accipitur etiam secundum relationem. Ita eum, qui magister jam sit secundum exsistentiam, tunc quis facit suorum filiorum magistrum, cum docere filios magister cœperit : et filium tunc quis facit militem, aut rhetorem, cum filius ad militiam, aut rhetoricam artem exercendam accesserit. Hoc enim sensu de Deo ac Patre ait Moses : « Adjutor (35), et protector factus est mihi in salutem. » Et Isaias : « Factus es (36) omni civitati humili auxiliator; » et sacer Psaltes in XXIX psalmo : « Dominus (37) factus est adjutor meus. » In XXX autem : « Fias (38) mihi in Deum protectorem, et in domum refugii, ut salvum facias me; » et Abrahæus ad Saram conjugem suam : « Facta est (39) mihi etiam in uxorem; » et Paulus : « Fiat (40) Deus verax, omnis autem homo mendax. » Juxta hunc sensum accipitur et illud : « Ego autem (41) constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus. » Qui enim rem aliquam (42) hoc, aut illo modo esse dicit, is non denotat ipsius rei essentiam. Quare **358** non dixit simpliciter, « constitutus sum, » sed addidit, « super montem Sion. » Nam cum esset omnium ab æterno, et in infinitum rex (ait enim Moses : « Dominus (43) rex in sæculum, et in sæculum, et ultra; » et : « Regnum (44) tuum regnum omnium sæculorum »), videbatur quodammodo nondum super illos regnare, qui eum non agnoscebant, factus vero esse rex etiam super ipsos in Incarnatione : propter quam cum ipse David in IX psalmo sic orabat : « Constitue (45), Domine, legislatorem super eos; cognoscant gentes, quod homines sunt; » tum Michæas propheta inquit : « Et Dominus (46) regnat ex nunc et usque in sæculum. » De hac re vero ethnici quoque talia declararunt :

B

C

Οὔτοι γὰρ βασιλεὺς Θεὸς [170 *b*] *ἄμβροτος οὔτε λῆγον,*
Οὔποτ' ἀποφθινύθον, οὐδ' ἀποπαυόμενον.

Nam rex Deus immortalis nomen est nunquam desinens,
Nunquam periens, neque cessans.

Ὁμοιότροπον τούτῳ ἐστὶ καὶ τὸ, « Δέξασθε τὸν ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ὑμῶν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν. » Πάλιν γὰρ τὸν ἐξ ἡμῶν σύμμορφον γενόμενον ἡμῖν λέγει, καὶ προτρέπει δέξασθαι αὐτὸν,

Allatis Scripturæ verbis similia sunt hæc : « Excipite (47) pontificem confessionis vestræ, qui fidelis est ei qui fecit illum. » Nam hic quoque de eo loquens Scriptura, qui ex nobis conformis fa-

(35) *Adjutor.* Exod. XV, 2. Vulgatus interpres habet : « Fortitudo mea, et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem. » Ambrosius vero lib. III *De fide*, cap. 5 : « Nec semper tamen (inquit) « factum esse » ad creationem refertur; scriptum est enim : « Domine, refugium factus es nobis; » et : « Factus es mihi in salutem. . . » Scriptum est : « Fiat autem Deus verax, omnis autem homo mendax. . . . » Nam et Moyses dicit : « Adjutor et protector factus est mihi in salutem. » Et David dicit : « Esto mihi in Deum protectorem, et in domum refugii, ut salvum me facias. » Et Isaias dicit : « Factus est omni civitati humili adjutor. » Quinque hæc testimonia eodem modo attulerat Didymus. An hunc ejus locum præ oculis habuit Ambrosius?

(36) *Factus es.* Isa. XXV, 4, juxta Græcam translationem. Latina enim habet : « Factus es fortitudo pauperi. »

(37) *Dominus.* Psal. XXIX 13 (sive 11).

(38) *Fias.* Psal. XXX, 3.

(39) *Facta est.* Gen. XX, 12. Latina editio habet « Duxi eam in uxorem. »

(40) *Fiat.* Rom. III, 4. Latina Biblia habent, « Est, » pro « Fiat. » Sed et Ambrosius legit, « Fiat, » ut vidimus modo.

(41) *Ego autem.* Psal. II, 6.

(42) *Rem aliquam.* Codex : Περὶ τοῦ. Lego περί του, id est, περί τινος.

(43) *Dominus.* Exod. XV, 18.

(44) *Regnum.* Psal. CXLIV, 13.

(45) *Constitue.* Psal. IX, 21.

(46) *Et Dominus.* Mich. IV, 7. Græca Biblia, βασιλεύσει, pro βασιλεύει. Didymus vero aliqua omittit intermedia.

(47) *Excipite.* Hebr. III, 1 et 2. Græca editio habet : Κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Χριστὸν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν, id est : « Considerate apostolum, et pontificem confessionis nostræ Christum Jesum, qui fidelis est ei, qui fecit ipsum. » Athanasius in sermone majore *De fide*, num. 26, locum hunc exponit de Christo ut homine, et maxime innititur voci κατανοήσατε.

Digitized by Google Распознавание текста

ctus est nobis, nos hortatur, ut ipsum excipiamus : qui est quidem ab æterno Deus, et Filius Dei verus, sed tunc propter nos factus erat Pontifex ; quoniam in mundo (48) erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit, increatam ejus deitatem nolens agnoscere. Sensu his, quæ diximus, consentaneo accipitur etiam quod Paulus ad Corinthios scribens ait : « Ex ipso (49) autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est sapientia vobis (50) a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio, ut, quemadmodum scriptum est : Qui gloriatur, in Domino glorietur. » Nam « secundum Deum, » ut quidam ait, « et boni, et sapientes sunt homines. » Et e contrario :

A Θεὸν μὲν καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀληθινὸν ἀνάρχως ὄντα, τότε δὲ δι' ἡμᾶς ἀρχιερέα πεποιημένον, ἐπειδὴ ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω, ἀποδραμὼν αὐτοῦ τῆς ἀκτίστου θεότητος. Ἑπομένως θεωρεῖται καὶ ἡ πρὸς Κορινθίους Παύλου φωνή· « Ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐγενήθη σοφία ὑμῖν ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις· ἵνα, καθὼς γέγραπται, Ὁ καυχώμενος ἐν Κυρίῳ καυχάσθω. Κατὰ γὰρ Θεὸν, φασὶ, καὶ ἀγαθοὶ καὶ σοφοί εἰσιν ἄνθρωποι· » καὶ τὰ ἐναντία τούτων·

Nam (51) *ingentia et incommoda corpora*
Ruunt gravibus inflictis a Deo calamitatibus.

B *Τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόνητα σώματα*
Πίπτει βαρείαις πρὸς θεοῦ δυσπραξίαις.

Quemadmodum enim cum « positus est (52) ut lux esset gentium, » substantialiter tunc factus non est lux, sed lumen quo illuminantur **359** qui eum agnoscunt (« Erat (53) » enim, inquit Joannes, « lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum ») : ita etiam, cum natura et ab æterno esset Dominus, tunc « rex constitutus est, » et « factus fuit Dominus, » cum discipuli, ut scriptum est, servi (54) ejus facti sunt ; cum Apostolus scripsit : « Paulus (55) servus Jesu Christi ; » cumque omnes eum ut Dominum et Christum (56) agnoscentes Christiani denominati sumus, velut servi participes facti nominis herilis : sicut legitur in Isaia : « Iis vero (57), qui serviunt mihi, vocabitur nomen novum, quod benedicetur in terra. » Meo autem judicio nostrum orthodoxorum genus peculiariter prænuntiat : de quo ibidem dicitur : « Hi sunt (58) semen benedictum a Deo ; » et : « Lætitia (59) sempiterna super caput eorum. » Tale est etiam quod in Canticis legimus : « Ἐκλελοχισμένος (60) ex myriadibus, » id est, *selectus* : non quod sit ex multis filiis unus ; sed quia David, aut Deipara, ex qua est quoad carnem Christus, præ omnibus electa fuit in Incarnatione : meritoque et in ipso sibi complacuit, et dixit : « Quis (61) assimilabitur Domino in filiis Dei ? » aut etiam dicitur electus ut Unigenitus (62) ex omnibus in Incarnatione peccati expers.

Ὅν τρόπον γὰρ τεθεὶς φῶς εἶναι ἐθνῶν, οὐκ οὐσιωδῶς ἐγένετο τότε φῶς, ἀλλ' ᾧ φωτίζονται οἱ ἐπιγινώσκοντες αὐτὸν (« Ἦν » γὰρ, φησὶν, « τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον ») · οὕτω καὶ « βασιλεὺς κατεστάθη, » καὶ « Κύριος ἐγένετο, » φύσει καὶ ἀνάρχως ὢν Κύριος, ὅτε οἱ μαθηταὶ, ὡς γέγραπται, δοῦλοι αὐτοῦ γεγόνασιν· ὅτε ὁ Ἀπόστολος ἐπέστελλεν· « Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ· » ὅτε καὶ πάντες, τὴν κυριότητα αὐτοῦ καὶ χριστότητα ἐπιγνόντες, Χριστιανοὶ ἐπεκλήθημεν, ὡς δοῦλοι τοῦ δεσποτικοῦ [171 *a*] ὀνόματος μετασχόντες· καθὰ λέγει ἐν Ἡσαΐᾳ· « Τοῖς δὲ δουλεύουσίν μοι κληθήσεται ὄνομα καινὸν, ὃ εὐλογηθήσεται ἐπὶ τῆς C γῆς. » Κατ' ἐμὲ δὲ ἰδικώτερον τὸ τῶν ὀρθοδόξων ἡμῶν γένος προφητεύει, περὶ οὗ ὁ αὐτὸς εἶπεν· « Οὗτοί εἰσιν σπέρμα εὐλογημένον ὑπὸ Θεοῦ· » καὶ, « Εὐφροσύνη αἰώνιος ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῶν. » Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἐν τοῖς Ἄσμασι κείμενον· « Ἐκλελοχισμένος ἀπὸ μυριάδων· » τοῦτ' ἔστιν, ἐκλελεγμένος, οὐχ ὡς ἐκ πολλῶν υἱῶν μόνος, ἀλλ' ἐπειδὴ Δαυὶδ, ἤτοι ἡ Θεοτόκος, ἐξ ἧς τὸ κατὰ σάρκα Χριστὸς ἐκ πάντων εἰς τὴν οἰκονομίαν ἐπελέγη· καὶ εἰκότως καὶ ἐν αὐτῷ εὐδόκησε, καὶ λέγει· « Τίς ὁμοιωθήσεται τῷ Κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ; » ἢ καὶ ἐπίλεκτος, ὡς Μονογενὴς, ἐκ πάντων, ἐν τῇ ἐνανθρωπήσει ἀναμάρτητος.

(48) *In mundo.* Joan. I, 10.
(49) *Ex ipso.* 1 Cor. I, 30, 31.
(50) *Vobis.* Græca editio, ἡμῖν, id est « nobis. »
(51) *Nam.* Codex mendose, τὰ γὰρ περισσὰ καννοητά. Sunt duo Sophoclis versus ex « Ajace lora gestante » huc translati, nonnullis commutatis verbis ; sic enim leguntur in Sophocle :

Τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόνητα σώματα
Πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυσπραξίαις
Ἔφασχ' ὁ μάντις.

(52) *Positus est.* Ex Act. XIII, 47, ubi legitur : Τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, id est « posui te in lucem gentium. »
(53) *Erat.* Joan. I, 9.
(54) *Servi.* Vide Luc. XVII, 10, et Joan. XIII, 16.
(55) *Paulus.* Rom. I, 1.
(56) *Et Christum.* In Græco : Τὴν κυριότητα αὐτοῦ καὶ χριστότητα, id est « ipsius Domineitatem (ut sic barbare vertam) et Christeitatem. » Nec D enim legendum puto χρηστότητα, pro χριστότητα, etsi binæ istæ voces χρηστός et χριστός non raro a veteribus auctoribus, nedum librariis inter se veluti confusæ fuerint. Lege Lactantium *Divin. inst.* lib. IV, cap. 7, Tertullianum *Apologetic.*, cap. 3, Theophilum Antiochensem lib. II *ad Autolycum*, Justinum *Apolog.* I, pag. 45 ed. Paris. anni 1742, et Clementem Alexandrinum *Protrept.* pag. 72 et 76, ac *Pædagog.* lib. I, cap. 6.
(57) *Iis vero.* Isa. LXV, 15 et 16.
(58) *Hi sunt.* Isa. LXI, 9.
(59) *Lætitia.* Isa. LXI, 7 et XXXV, 10.
(60) *Ἐκλελοχισμένος.* Cant. V, 11. Græca editio, ἐκλελογισμένος.
(61) *Quis.* Psal. LXXXVIII, 7.
(62) *Unigenitus.* In Græco, Μονογενὴς. Quæ vox aut ita hic accipitur, ut pag. 349, ubi Christus vocatur « Unigenitus omnis creaturæ, » quatenus singulari plane modo ex Maria genitus est ; aut idem valet ac μόνος γεννηθείς, id est « solus genitus

Digitized by Google Распознавание текста

ΚΕΦ. Ζ'.

Ἐκ βλασφημίας εἰς βλασφημίαν ἰόντες, προΐσχονται εὐθὺς μετὰ τὰ προκείμενα τὸ παρὰ Παύλου θεολογικῶς εἰρημένον· « Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν καὶ Θεοῦ σοφίαν· » κατὰ τὸ σφίσι δοκοῦν ἑρμηνεύοντες συλλογιστικῶς· ὅτι ἡ τοιάδε θέσις δηλοῖ δυνάμει καὶ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκτίσθαι αὐτόν. Καὶ ἡ φράσις δὲ, καὶ ἡ διάνοια τὴν ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ ὑποδείκνυσιν. Ἐν αὐτῇ γὰρ, φησὶ, Χριστὸς ὠνομάσθη, καθ' ὁμοιότητα τῶν πρὸ αὐτοῦ κληθέντων χριστῶν. Εἰ δὲ καὶ εἰς τὴν θεότητα αὐτοῦ δεκτέον τὸ ῥητὸν, αὐτόθεν τὸ ἀκραιφνὲς τῆς πρὸς τὸν Πατέρα αὐτοῦ ὁμοουσιότητος κατασημαίνεται, καὶ δηλοῖ πᾶσαν τὴν πατρικὴν δύναμίν τε καὶ σοφίαν ἐναποκεῖσθαι αὐτῷ, ὡς [171 *b*] Λόγῳ δημιουργικῷ, καὶ Υἱῷ αὐτοῦ ἀληθινῷ.

ΚΕΦ. Η'.

Ἔν τι καὶ τοῦτο πάθημα αἱρετικὸν καθέστηκε, τὸ λέγειν· Εἰ ἀμπέλῳ ἡ Γραφὴ παρείκασε τὸν Χριστὸν, κλήμασι δ' ἀνθρώπους, γεωργῷ δὲ τὸν Πατέρα, ἔστι δὲ ἡ ἄμπελος ὁμοφυὴς τοῖς κλήμασι, καὶ οὐ τῷ γεωργῷ· ἀναφαίνεται, φησὶν, ὁ Υἱὸς ὁμοφυὴς ἡμῖν, οὐ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Ἡμεῖς δὲ ἁπάντων τῷ λόγῳ αὐτῶν, φαμὲν, ὅτι κατὰ μὲν τὴν θεότητα, αὐτὸς τῆς γεωργοῦ ὑποστάσεως καρπὸς ὑπάρχει· κατὰ δὲ τὴν σάρκα, ἡμεῖς αὐτοῦ κλήματα τυγχάνομεν· προσέχοντες οὐχ ἥκιστα καὶ Παύλῳ δογματικῶς διατεινομένῳ· « Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους· » αὖθίς τε αὖ· « Οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν μέλη Χριστοῦ ἐστιν; » Ἐκ γὰρ δὴ τῆς τοιᾶσδε ἀποστολικῆς φράσεως ἐκβάλλονται καὶ οἵδε οἱ αἱρετικοὶ, καὶ οἱ κρίνοντες τὴν σάρκα τοῦ Δεσπότου ἐξ οὐρανοῦ, ἀλλ' οὐκ ἀνθρωπείαν τυγχάνειν.

CAP. VII.

Blasphemias blasphemiis cumulantes statim post ea, quæ protulerunt, id allegant, quod a Paulo theologice dictum fuit: « Christum (63) Dei virtutem (seu potentiam), et Dei sapientiam: » suisque ratiocinationibus **360** abutentes eo id trahunt, quo ipsis libet; nam significari volunt, Christum potentia ac sapientia Dei creatum esse. At verbis ipsis Pauli eorumque sensu indicatur, Incarnationem ab eo spectari; in hac enim Filium nominatum esse vult Christum instar eorum qui ante illum vocati sunt christi. Quod si etiam de ejus divinitate accipiendum sit Pauli dictum, nihil aliud ibidem significatur, nisi eum usquequaque Patri consubstantialem esse; omnem enim Patris cum potentiam, tum sapientiam in ipso, tanquam in Verbo Creatore, et vero ejus Filio, inesse declarat.

CAP. VIII.

In eo etiam peccant hæretici, quod sic argumententur: Viti Christum comparavit Scriptura, palmitibus homines, agricolæ vero Patrem. At vitis eamdem naturam habet cum palmitibus, non vero cum agricola. Filio igitur, inquiunt, communem cum hominibus, non vero cum Deo et Patre, naturam esse declarant divina oracula. Nos autem eorum argumento ita occurrimus. Secundum deitatem quidem Christus est fructus hypostaseos agricolæ. Sin autem secundum carnem spectetur, ejus palmites sumus nos. Quæ dum dicimus, ad ea maxime animum attendimus, quæ Paulus dogmatice asseveravit: « Nos enim (64) sumus corpus Christi, et membra ex membro (65). » Et rursus: « An nescitis (66), quod corpora vestra membra sunt Christi? » Hujus enim nuncupationis, quam nobis Apostolus tribuit, participes profecto non sunt nec isti hæretici, nec ii qui carnem Domini ex cœlo (67) esse rentur, non vero humanam.

(impeccabilis): » quatenus nullus plane ex omnibus hominibus eo sensu est ἀναμάρτητος, seu peccati expers, videlicet « impeccabilis, » quo talis est Christus Dominus.

(63) *Christum.* I Cor. I, 24. Theodoretus in commentariis ad hunc locum: « Sciendum est, inquit, « sapientiam et potentiam » appellari a divino Apostolo non Unigeniti divinitatem, sed crucis prædicationem. Ac Arianos Eunomianosque refellit, qui perperam ex hoc loco nituntur ostendere « sapientiam » Deum Verbum nominari. » Hanc interpretationem fusius exponit Rufinus Palæstinus in libro *De fide*, num. 11. At eam nusquam, ni fallor, indicat theologus noster, quamvis sæpius hæc Pauli verba inculcet tum in hoc opere, tum in aliis. In libro quidem *De Spiritu sancto*, num. 21 ait: « Quæ Sapientia Dominus est noster Jesus Christus, qui dicitur Dei Virtus, et Dei Sapientia. » Simili modo loquitur Didymus in comment. *in Psalmos* ad vers. 31 psalmi XVII et ad vers. 1, psalmi LIII, ac, ut alios omittam, Athanasius in oratione II *contra Arianos*, num. 42, et in sermone majore *De fide*, pag. 17.

(64) *Nos enim.* I Cor. XII, 27. Græca editio habet, Ὑμεῖς δέ ἐστε, id est « vos autem estis, » pro « nos enim sumus. »

(65) *Ex membro.* Aut ad verbum, « ex parte. » In nonnullis codicibus legitur, ἐκ μέλους, id est « ex membro: » quo modo fortasse legit Vulg. interpres. Sed Græca editio habet ut Didymus.

(66) *An nescitis.* I Cor. VI, 15.

(67) *Ex cœlo.* Aliquos exstitisse Didymi ætate hæreticos, qui carnem Christi cœlestem fuisse volebant, non humanam, certum est. Nam et Basilius epist. 161 *ad Sozopolitanos* anno 377 scripta sic loquitur: « Hæc enim omnia tolluntur ab iis, qui Dominum dicunt cœleste corpus habentem advenisse: » et Didymus ipse, ut alios omittam, in enarratione *in primam Joannis Epistolam*, cap. IV, hæc habet: « Sunt autem quidam hæretici, qui neque usque ad sermonem consentiunt in carne venisse Jesum, sed aut corpus cœleste eum detulisse putant, aut certe usque ad phantasiam hominem apparuisse confirmant. » At quosnam potissimum hæreticos designat Didymus? Apollinaristas, ut puto. Nam primum quidem Apollinarius ipse ita sensisse videtur: deinde Apollinaristæ. Novi equidem Jacobum Basnagium in ea esse opinione, ut putet Apollinarium tam crasso errore imbutum non fuisse: quod ut probet, hæc Apollinarii ipsius verba profert ex Leontio: « Concessum est, ut certum, corpus esse ex Virgine, divinitatem e cœlo; corpus formatum est in ventre; divinitas non creata, æterna: in compositione corpus perseverat esse corpus, et divinitas divinitas. » At cuinam ignota sunt hæreticorum artificia? Sæpe uno in loco id negare

Digitized by Google Распознавание текста

361 CAP. IX.

Sed alia etiam divina oracula sic interpretati sunt, ut a veritate dissentirent, et adhuc dissentiant : puta illum Isaiæ prophetæ locum, ubi Pater ait : « Magnum (68) tibi est vocari te (69) Filium meum : » quodque a Paulo scriptum est : « Qui definitus (70) fuit Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctitatis. » Nam et hæc illius divinitati affingunt, cum tamen de servili forma, quam ex Maria sumpsit, dicta sint : de qua forma angelus eidem Mariæ dixit : « Spiritus sanctus (71) superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi ; ideoque et quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. » Quin etiam a veritate dissentiunt, dum explicant illud : « Deus (72) Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriæ : » etenim hæc omnia divinitati ipsius attribuunt. At vero Paulus hoc in loco Patrem quidem dicit ejus qui non conspicitur, Deum vero ejus qui conspicitur : ac de isto eumdem angelum etiam paulo ante convenienti tempore, et novis, quæ commemorata sunt, nominibus ita evangelizasse constat : « Paries (73) filium, et vocabis nomen ejus Jesum : hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur. » Præterea dissentiunt veritati (nam eorum cogitata et dicta contumeliæ plena sunt) cum id etiam interpretantur, quod ait Dominus : « Vade (74) ad fratres meos, et dic eis : Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum. » Nam hic quoque Patrem vocat, sui ipsius quidem secundum naturam, nostrum vero secundum gratiam : Deum autem, sui ipsius quidem ob recentem ejus formam, nostrum vero secundum veritatem : ut et quod est æternum, et quod recens, indicetur. Condescendens enim quoad omnia servis Dominus, eum qui est ipsius Pater, ac noster Deus, patrem etiam nostrum pro sua bonitate **362** fecit, cum natura filii non simus : Deum vero etiam suum vocavit propter Incarnationem, quam manifestius prænuntiavit, cum dixit : « Ex ventre (75) matris meæ Deus meus es tu. » Quomodo enim potest unigeniti sui Filii, veri et magni Dei, Deus esse ? Sicut ergo nostrum hominum vere Deus est, non vero pater

A

ΚΕΦ. Θ'.

Καὶ εἰς ἕτερα δὲ θεῖα ῥητὰ διηνέχθησαν πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἔτι διαφέρονται· οἷον εἰς τὸ τῆς προφητείας Ἡσαΐου, ἔνθα ὁ Πατὴρ ἔφη· « Μέγα σοί ἐστι κληθῆναί σε παῖδά μου· » καὶ εἰς τὸ Παύλῳ γεγραμμένον· « Ὁ ὁρισθεὶς Υἱὸς Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης. » Καὶ ταῦτα γὰρ τῇ θεότητι αὐτοῦ ἐπιῤῥίπτουσι, λεχθέντα περὶ τῆς ἐκ Μαρίας δουλικῆς μορφῆς, περὶ ἧς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῇ· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται (172 *a*) ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ. Ἔτι μὴν διαφέρονται καὶ εἰς τὸ, « Ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ Πατὴρ τῆς δόξης· » τὸ πᾶν τῇ θεότητι αὐτοῦ ἀπονέμοντες. Λέγει δὲ ἐνταῦθα Πατέρα μὲν, τοῦ μὴ ὁρωμένου· Θεὸν δὲ, τοῦ ὁρωμένου. Περὶ οὗ ὁ αὐτὸς ἄγγελος καὶ μικρῷ πρόσθεν φαίνεται ἐπὶ προσήκοντι καιρῷ, καὶ νεαροῖς τοῖς μνημονευθεῖσιν ὀνόμασιν εὐαγγελισάμενος οὑτωσί· « Τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται. » Προσέτι διαφέρονται (λώβη γάρ ἐστι τὰ νοήματα καὶ ῥήματα αὐτῶν) καὶ εἰς τήνδε τὴν λέγουσαν δεσποτικὴν ῥῆσιν· « Πορεύου πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς· Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. » Κάνταῦθα γὰρ Πατέρα καλεῖ, ἑαυτοῦ μὲν κατὰ φύσιν, ἡμῶν δὲ κατὰ χάριν· Θεὸν δὲ, ἑαυτοῦ μὲν διὰ τὴν πρόσφατον αὐτοῦ μορφὴν, ἡμῶν δὲ κατὰ ἀλήθειαν· ἵνα καὶ τὸ ἀρχαῖον καὶ τὸ πρόσφατον σημαίνηται Συγκαταβὰς γὰρ εἰς ὅλα τοῖς δούλοις ὁ Δεσπότης, τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, ἡμῶν δὲ Θεὸν, Πατέρα μὲν καὶ ἡμῶν δι' ἀγαθότητα ἐποίησεν, οὐκ ὄντων φύσει υἱῶν, Θεὸν δὲ καὶ ἑαυτοῦ ἐκάλεσε διὰ τὴν ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ, ἣν σαφέστερον προανεφώνησεν, εἰπών· « Ἐκ κοιλίας μητρός μου Θεός μου εἶ σύ. » Πῶς γὰρ ἂν καὶ ἐγχωρεῖ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μεγάλου Θεοῦ, εἶναι Θεός ; Ὥσπερ οὖν ἡμῶν ἐστι Θεὸς τῇ ἀληθείᾳ, καὶ οὐ Πατὴρ κατὰ φύσιν· οὕτως αὐτοῦ μόνου ἀληθῶς κατ' οὐσίαν ἐστὶ Πατὴρ, καὶ οὐ Θεὸς κατὰ τὴν ἄνω γέννησιν· καὶ ἡμεῖς [172 *b*] μέτοχοι τοῦ Χριστοῦ γεγονότες, καταξιούμεθα τὸν ἐπουράνιον Θεὸν ἐπικαλεῖσθαι· « Πάτερ

B

C

videntur, quod alibi aperte affirmant. Sæpe etiam ex primo errore in alium transeunt, quem antea non defendebant. Hieronymus sane in *Chronico* hæc de Apollinario scripsit : « Cujus hic error est, ut asserat Jesum, solum carnem sine anima suscepisse... Ipsam autem carnem non de Maria assumptam, sed Verbi aliquid in carnem fuisse conversum. » Quid plura ? Gregorius Nazianzenus in *Epistola ad Nectarium* se legisse ait ipsius Apollinarii πυκτίον, id est « opusculum, » in quo aperte is aiebat, Christum, « priusquam e cœlo descenderet, Filium hominis fuisse, ac descendisse propriam afferendo carnem ; eam scilicet, quam jam in cœlo habebat, æternam. » De Apollinaristis vero legenda quæ cum aliis, tum Epiphanius hæresi LXVII scripsit, ubi inter cætera hæc habet : « Nonnulli (ex Apollinarii discipulis) eo progressi sunt ut Christum corpus e cœlo detulisse dicerent. » Cæterum Didymus neque in hoc opere, neque in ea, quam paulo ante citavi enarra-

D

tione, Apollinarium, aut Apollinaristas nominat, quod fortasse eorum nomina nondum ita infamia ei viderentur, ut ipsis quodammodo parcendum adhuc non esset. Vide not. 1, pag. 175.

(68) *Magnum.* Isa. XLIX, 6, juxta Græcam editionem : ex qua Hieronymus quoque cap. 4 comment. *in Ecclesiastem* ita hunc locum citat : « Magnum tibi est vocari te puerum meum. » Latina Biblia habent : « Parum est ut sis mihi servus. »

(69) *Vocari te.* Græca ed., τοῦ κληθῆναί σε.

(70) *Qui definitus.* Rom. 1, 4. Biblia : τοῦ ὁρισθέντος Υἱοῦ, etc.

(71) *Spiritus sanctus.* Luc. 1, 35.

(72) *Deus.* Ephes. 1, 17.

(73) *Paries.* Luc. 1, 31 et 32.

(74) *Vade.* Joan. XX, 17.

(75) *Ex ventre.* Psalm. XXI, 11. Græca editio pro ἐκ κοιλίας, habet eodem sensu ἀπὸ γαστρός

ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· » οὕτω καὶ ὁ ἀγαπητὸς Υἱὸς, μετασχὼν, κατὰ Παῦλον Ἑβραίοις ἐπιστέλλοντα, παραπλησίως τοῖς παιδίοις αἵματος καὶ σαρκὸς, καλεῖ τὸν Πατέρα Θεόν. Πρὸς οἷς καὶ τὸ μὴ μίξαντα εἰπεῖν, Πατέρα ἡμῶν καὶ Θεὸν ἡμῶν, ἀλλὰ κεχωρισμένως, « Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν, » ἔδειξε τὴν προλεχθεῖσαν διαφορὰν αὐτοῦ τε καὶ ἡμῶν. Οὐχ εὑρίσκεται γὰρ ἑαυτοῦ καὶ ἀνθρώπων ἐπικοίνως εἰρηκώς· Πατέρα ἡμῶν. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ, περὶ τῶν μετὰ παῤῥησίας καὶ ἐλευθεροστομίας ὁμολογούντων αὐτὸν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων Θεὸν καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ μονογενῆ, ὅ ἐστιν ὁμοούσιον, ὑπισχνεῖται· « Κἀγὼ, φησὶν, ὁμολογήσω αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου· » οὐ, τοῦ Πατρὸς ἡμῶν. Οὗ τί ἂν εἴη μεῖζον, ἐν μὲν ἀγαθοῖς, τοῦ ὁμολογηθῆναι ἡμᾶς ὑπ' αὐτοῦ· ἐν δὲ αἰσχίοις, τοῦ ἀρνηθῆναι ἐκείνοις τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ γνῶσιν, ὡς ἀντὶ τῆς ἀληθείας ἀνθῃρημένοις ψεῦδος; Καὶ τὸ, « Ἀναβαίνω » δὲ « πρὸς τὸν Πατέρα, » διὰ τὴν οἰκονομίαν εἶπεν, εὐαγγελιζόμενος τοὺς μαθητὰς, οὓς φιλῶν ἀδελφοὺς ἐκάλει, ὅταν ἀναβιβάζηται ἡ ἐξ ἡμῶν ἀπαρχὴ, ἀναβαίνοντος τοῦ ἀεὶ ὄντος πρὸς τὸν ὄντως ὄντα αὐτοῦ Πατέρα. Ἐπεὶ τοιγε λέγει· « Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ· » διὰ τῶν τοιούτων λέξεων τῇ θεότητι μυστικῶς ἅμα καὶ λευκῶς σημαίνων εἶναι αὐτόν.

A secundum naturam; sic ipsius tantum vere secundum essentiam Pater est, non vero Deus secundum cœlestem generationem. Et ut nos Christi participes facti, digni efficimur qui cœlestem Deum sic invocemus: « Pater noster, qui es in cœlis: » ita etiam dilectus Filius cum juxta Paulum ad Hebræos (76) scribentem, participaverit, similiter ac pueri, sanguini et carni, vocat Patrem Deum. Ad hæc cum indiscriminatim non dixerit, Patrem nostrum, et Deum nostrum, sed separatim, « Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum, » ostendunt hæc prædictum discrimen, quod interest inter eum ac nos. Nec enim usquam invenimus, ipsum de seipso, et de hominibus communiter loquentem dixisse, Patrem nostrum. Quin B apud Joannem in Evangelio de iis loquens qui libere aperteque coram hominibus ipsum esse confitentur Deum, et Filium Dei unigenitum, id est, consubstantialem, hæc pollicetur: « Et ego (77), inquit, confitebor eum (78) coram Patre meo. » Non ait, coram Patre nostro. Quodnam vero majus bonum, quam quod nos ipse confiteatur? quid contra magis ignominiosum (79), quam quod illi ea cognitione priventur, quæ est a Deo, utpote qui veritati mendacium prætulerunt? Verba autem, « Ascendo ad Patrem, » propter Incarnationem dixit, discipulis, quos diligebat, et fratres appellabat, bonum nuntium afferens: quoniam sursum ascendebat primitia nostra, dum ascendebat ille, qui semper est, ad eum qui vere est, nempe ad suum Patrem; ait enim ipse: « Nemo (80) ascendit (81) in cœlum, nisi qui descendit **363** de cœlo, is qui est in cœlo. » Quibus verbis mystice simul et clare significavit se deitate esse (82).

[173 *a*] ΚΕΦ. Γ'.

Καὶ Παύλου δὲ Φιλιππησίοις γράψαντος περὶ τῆς ἀσυγκρίτου καὶ οἰκονομικῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου δι' ἡμᾶς κενώσεως· « Τοῦτο δὴ λογιζέσθω ἐν ὑμῖν, ὅπερ καὶ

C

CAP. X.

Cum vero Paulus de incomparabili et dispensatoria Dei Verbi propter nos exinanitione scripserit ad Philippenses: « Hoc sane (83) reputetur in vobis,

(76) *Ad Hebræos.* Cap. II, vers. 14.

(77) *Et ego.* Non in Joanne hæc exstant, sed in Matth. X, 32.

(78) *Eum.* Græca editio: ἐν αὐτῷ, id est, « in ipso. » Sed Vulg. interpres legit ut Didymus.

(79) *Magis ignominiosum.* Codex, ἐν αἰσχίοις. Legendum, ἐν αἰσχροῖς, vel ἐν αἰσχίστοις, vel ἐν αἰσχίοσι.

(80) *Nemo.* Joan. III, 13.

(81) *Ascendit.* Græce, ἀναβέβηκε, quæ vox etsi præteritum tempus significare videatur, tamen præsenti nonnunquam respondet, ut fortasse hoc in loco, et in alio, qui interpretes vexavit, nempe D apud Joannem versiculo 17 capitis XX, ubi Vulgata editio habet: « Dicit ei (Mariæ) Jesus: Noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum. » Quamvis porro instituti mei non sit Scripturæ loca a Didymo allata explicare, tamen hanc a lectore veniam peto, ut pauca saltem de voce ἀναβέβηκα addere liceat, utque ea tanquam parva is ne despiciat: ut enim ait S. Hieronymus, « non sunt parva, sine quibus magna constare non possunt. » Puto ergo vocem illam aliquando significare, « ascendo, » non vero « ascendi: » sicut temporis præsentis sensum habent Græca verba, πέφυκα, μέμηλα, εἴλτθα, et Latina, « odi, novi, memini. » Nimirum vox, ἀναβέβηκα in Veteris Testamenti translatione Græca nusquam, in Novo autem bis tantum, ni fallor, legitur, etsi millies utrobique legatur ἀνέβην, id est, « ascendi. » In duobus autem hisce locis, nempe Joan. XX, 17, et III, 13, eam significare, « ascendo, »

non veno, « ascendi, » multis rationibus probare possem; sed eas facile quisque videbit Græca Biblia percurrens, et duo hæc loca expendens. Illud tantum animadverto, in libro Sap. XVIII, 16, legi: Καὶ οὐρανοῦ μὲν ἥπτετο, βεβήκει δὲ ἐπὶ γῆς, quæ in Latinis Bibliis sic leguntur: « et usque ad cœlum attingebat stans in terra. Jam vero perspicuum est, vocem βεβήκει hic poni pro ἔβαινε, ideoque vocem βέβηκα idem valere ac vocem βαίνει. Quæ si ita se habent, clarus est sensus verborum Christi apud Joannem, nempe: ne tempus nunc teras, Maria, in exploranda per tactum corporis mei veritate: id alias præstare poteris: nondum enim ascendo (id est ascendam), ad Patrem meum; sed statim vade ad fratres meos, etc. Simili modo, ut alia exempla omittam, accipitur vox ἀμφιβέβηκας in *Iliad.* cant. I, vers. 37.

(82) *Esse.* Aut deest aliqua vox in Græco, puta, ἐν οὐρανῷ, id est, « in cœlo, » aut vox εἶναι, id est, « esse, » eo sensu sumitur quo Deus dicitur esse is qui « est. » His consentanea sunt quæ Didymus ipse tradidit in commentariis ad hunc Joannis locum, pag. 49 catenæ in Joannem: Δηλουμένης (inquit) τινὸς ὑπεροχῆς ἁρμοζούσης Θεῷ τῷ ὀνόματι τοῦ οὐρανοῦ, κ. τ. λ., id est, « Significante cœli nomine quamdam Deo convenientem præcellentiam, » etc. Lege etiam quæ ipse Didymus de his Domini verbis disputat apud Wolfium, tom. IV *Anecdotorum*, pag. 8.

(83) *Hoc sane.* Philipp. II, 5-11. Græca editio: Τοῦτο γὰρ φρονεῖσθω.

Digitized by Google Распознавание текста

quod et in Christo Jesu, qui, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo : humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen : ut in nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, et infernorum : et omnis lingua confitebitur, quod Dominus Jesus in gloria est Dei Patris : » verba quidem, quibus dicitur Christus, cum in forma Dei esset, et æqualis Deo, semetipsum exinanivisse non ab alio coactus, sed libere, dum ita formam servi accepit, et ad hominum abjectionem venit, ut simul etiam principatus et potestates exspoliaverit (84), negligunt (85) isti hæretici ; verbis vero hisce, « Ideo et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen, » immobiliter insistunt : etsi vox « ideo » significet, Christum, quia similiter ac pueri, communicavit carni et sanguini, ideo tunc, non vero alias, exaltatum esse supra servilem conditionem, et donatum illi fuisse nomen, quod est super omne nomen, ac omnium præstantissimum : non tamen significat, quod Unigenitus (quem aiunt **364** tonitrui quidem filius (86) esse verum Deum et verum Filium Dei (87) ; Paulus vero, ante exinanitionem fuisse in forma et æqualitate Dei Patris) hæc sibi data acquisiverit : plura enim valde absurda inde inferrentur. Nam primo si Filius nuda et sola Dei appellatione a creaturis distingueretur, has aut parum, aut nihil plane antecelleret. Secundo hujusmodi donum ad nihilum redigeretur, si id quidem attendatur, quod fieri posset, aut in mentem nostram venire : quod enim donatum fuit, non est omnino stabile ac permanens, sed ejusmodi fere, ut amitti facile queat. Tertio si Filium secundum Deitatem divinum nomen tunc accepisse concipiamus, cum in mundo apparuit ; sequetur ut ipse id antea non habuerit, quod postea accepit, sed velut quoddam donum, aut mercedem pro suo ad nos adventu id retulerit. At vero ipse et ex infinita altitudine sese propter nos, carnem nostræ similem assumens, exinanivit, et cum esset naturaliter et Filius Verbum, et in forma Dei, et æqualis Deo, et Deus in principio exsistens apud Deum, neque singulare illud et incomparabile nomen extrinsecus ascitum (88) haberet, ac veluti adulterinum, nec eodem posterius decoratus sit ; reversus est rursus ad eminentissimam (89) altitudinem, in qua semper et in principio erat, et ad naturalem sibi honorem, ac gloriam, et ad propriam consessionem a dextris Patris sui.

A ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο εἶναι ἴσα Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσεν, μορφὴν δούλου λαβών, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος· καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα· ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός· » οὗτοι τῷ μὲν, ὅτι ἐν μορφῇ Θεοῦ, καὶ ἴσα τῷ Θεῷ ὑπάρχων, ἑαυτὸν ἐκένωσεν, ἐν τῷ λαβεῖν μὲν δούλου μορφὴν, καὶ ἐν ταπεινώσει ἀνθρώπων γενέσθαι, ἀπεκδύσασθαι δὲ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, οὐχ ἑτέρου ἀνάγκῃ, ἀλλ' ἑκουσίως· B ἔχουσιν· τῷ δὲ, « Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, » ἀτρέπτως ἐπιβάλλουσι, καίτοι τῆς « διὸ » λέξεως σημαινούσης, ὡς διὰ τὸ παραπλησίως τῶν παιδίων κεκοινωνηκέναι σαρκὸς καὶ αἵματος, τότε, καὶ οὐκ ἄλλοτε, ὑπερυψώθη τὸ δουλοπρεπὲς μέτρον, καὶ ἐχαρίσθη αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, τὸ πάντων προφερέστατον· οὐ μὴν ὅτι ὁ Μονογενὴς (περὶ οὗ λέγουσι τῆς τε βροντῆς ὁ υἱὸς, ὡς ἀληθινὸς Θεὸς καὶ ἀληθινὸς Υἱὸς Θεοῦ· καὶ Παῦλος, ὡς πρὸ τῆς [173 *b*] κενώσεως ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἦν) δοτὰ ἐκτήσατο ταῦτα. Ἐπείτοι καὶ ἄτοπα λίαν ἐκ τούτου εἰσφέρεται· ἓν μὲν, ὅτιπερ, εἰ ἐν ψιλῷ καὶ μόνῳ τῷ ὀνόματι διακέκριται Θεὸς ὁ Υἱὸς, πλεονεκτήσει τὴν κτίσιν, ἢ μικρὸν, ἢ τὸ σύμπαν οὐδέν· C δεύτερον δὲ, ὅτι ἐξυλισθήσειεν αὐτοῦ κατά γε τὸ ἐγχωροῦν, καὶ ὅσον ἦκεν εἰς λογισμὸν τὸ χάρισμα· ἐπείπερ τὸ δοτὸν οὐκ εἰς πᾶν ἐρειρισμένον καὶ διαμένον, ἀλλ' εὐαπόβλητόν πως· τρίτον, ὅτιπερ, εἰ κατὰ τὴν θεότητα νοηθείη εἰληφέναι τὸ θεῖον ὄνομα τὸ τηνικαῦτα, ὅτε ἐν κόσμῳ ἐφάνη, εὑρεθήσεται· μὴ ἐσχηκὼς πρὸ τούτου, ὃ ὕστερον ἔλαβεν, ἀλλ' ὥσπερ τι χάρισμα, ἢ μισθὸν κομισάμενος ὑπὲρ τῆς πρὸς ἡμᾶς ἀφίξεως. Αὐτὸς δὲ καὶ ἐξ ἀπείρου ὑψώματος δι' ἡμᾶς ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἑαυτὸν ἐκένωσε· καὶ διὰ τὸ εἶναι φυσικῶς Υἱὸς Λόγος, καὶ ἐν μορφῇ Θεοῦ, καὶ ἴσα Θεῷ, καὶ Θεὸς ἐν ἀρχῇ ὢν πρὸς τὸν Θεὸν, οὔτ' ἔξωθεν εἰσκεκριμένον καὶ νόθον οἷον ἔχων τὸ ἀπαράβλητον ὄνομα, οὔθ' ὕστερον τούτῳ ἐκτετιμημένος, ἐπανῆλθε πάλιν εἰς ὅπερ ἦν ἀεὶ καὶ ἐν ἀρχαῖς D ὑπερανέχον ὕψος, καὶ εἰς ἔμφυτον τιμὴν καὶ δόξαν, καὶ εἰς ἰδίαν τὴν ἐκ δεξιῶν τοῦ ἑαυτοῦ Πατρὸς συνεδρίαν.

(84) *Exspoliaverit.* Coloss. II, 15.

(85) *Negligunt.* Cod., ἔχουσι. Itaque addendum est adverbium aliquod, ut ὀλιγώρως, aut ἀμελῶς, legendumque in superioribus τῶν pro τῷ· nisi forte vox ἔχουσι mendosa sit.

(86) *Tonitrui... filius.* Vide Ep. I Joan. v, 20.

(87) *Dei.* Codex, ἐφ' οὗ. Lego Θεοῦ.

(88) *Ascitum.* In Græco, εἰσκεκριμένον, id est, « introductum. » Hoc sensu, ut puto, Pollux lib. II, cap. 4, segm. 76, ait : εἰσκρίνεται κατὰ τὰς ῥῖνας τὸ πνεῦμα. Quamvis enim interpres transtulerit, « per nares discernitur vapor, tamen vertendum censeo : « per nares introducitur flatus, » seu « spiritus. »

(89) *Eminentissimam.* Librarius scripserat ὑπερανέχων· tum inducta littera ω fecit o. Itaque lego et ipse, ὑπερανέχον. Nec enim Filius semper ὑπερανεῖχε ἐν ἀρχαῖς, id est, non semper « inter angelos

Πῶς δὲ καὶ ὑπερύψωσε καὶ ἐχαρίσατο ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα; Ἐρῶ, ὅτι καὶ δουλικὴν περιφέροντι αὐτῷ εἰκόνα ἔλεγέ τε, « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, » καὶ ἤθελε Θεὸν καὶ τότε καλεῖσθαι αὐτὸν, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, ὡς προείρηται. Πρὸ τῆς ἐν κόσμῳ γὰρ ἐπιφανείας τοῦ Υἱοῦ, τὰ ἐπουράνια [174 *a*] μόνον γόνυ ἔκλινεν αὐτῷ, καὶ ἐδόξαζεν αὐτὸν, εἰδότα τῆς ἁγίας Τριάδος τὴν ἰσόθεον δόξαν· ὡς τὰ σεραφὶμ τρίτον βοᾷν, « Ἅγιος, » καὶ ἅπαξ, « Κύριος· » ἵνα καὶ ἑκάστῃ ὑποστάσει τὸν ὕμνον ὁμοίως ἀναπέμψῃ καὶ μίαν αὐταῖς εἶναι κυριότητα καταγγείλῃ· τὰ δὲ ἐπίγεια καὶ τὰ καταχθόνια οὐκ ἤδει αὐτὸν οὕτως, ὡς ἐν τῇ οἰκονομίᾳ ἔγνω. Ἐξ ἐκείνου οὖν ἤρξατο καὶ αὐτὰ γόνυ κλίνειν αὐτῷ, καὶ δοξάζειν, καὶ Θεὸν καλεῖν· καὶ ἐν ἀθρόαις περιστάσεσι, τῇ ὀξύτητι τῶν συμβαινόντων φθανόμενα, οὐ πολλῇ κεχρῆσθαι προσευχῇ, οὐδὲ κατὰ τὸ σύνηθες βαττολογεῖν, ἀλλ' ἐπικαλεῖσθαι· « Χριστὲ, βοήθει· » ὡς τοῦ ὀνόματος τούτου ὄντος πᾶσιν εἰς σωτηρίαν. Τῷ δὲ εἰρῆσθαι, « Ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων καὶ σχήματι εὑρεθείς, » οὐ φάντασμα ὑποδηλοῖ τὴν ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ, ὡς ὑπετόπασάν τινες· τὸ ἐναντίον μὲν οὖν, ὅτι Θεὸς Λόγος ὁμοιότητα καὶ σχῆμα ἀνθρώπων ὄντως ἔφερεν. Νοητέον δὲ καὶ ἄλλως· Ἀπὸ τῆς ὄψεως, καὶ φορέσεως, καὶ ἀναστροφῆς δείκνυται ἕκαστος, ὅπερ ἐστὶ, καὶ ὃ βούλεται πράττειν. Κἂν γὰρ μὴ βοῶν περιέρχοιτο τοῦτο, ἀλλ' ὅμως κατήγορον τὴν φύσιν ἔχει τοῦ πράγματος, κἂν μὴ λέγῃ. Καὶ ὁ Σωτὴρ οὖν βουληθεὶς διὰ τῆς ἀτρέπτου ἐνανθρωπήσεως σῶσαι ἡμᾶς, καὶ πάντα ἐσχηκὼς τὰ ἡμέτερα δίχα ἁμαρτίας, ἀνάγκῃ τὴν ἀπὸ γνώμης καὶ ἔργων τοῖς ἀνθρώποις προσοῦσαν ἁμαρτίαν ποιεῖν ὑπελαμβάνετο. Ὁ γὰρ τλημαθέστατος Ἰὼβ ἀπὸ πάντων ἡμῶν κέκραγεν· « Οὐδεὶς ἀναμάρτητος, οὐδ' ἂν μιᾶς ὥρας ὁ βίος αὐτοῦ. Τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι ἐμεγάλυνας αὐτὸν, ἢ ὅτι προσέχεις τὸν νοῦν εἰς αὐτὸν, ἢ ἐπισκοπὴν αὐτοῦ ποιεῖς [174 *b*] ἕως πρωΐ, καὶ εἰς ἀνάπαυσιν αὐτὸν κρίνεις; » Αὐτὸς δὲ, τοῦτ' ἔστιν ὁ Δεσπότης, « ἁμαρτίαν, » ὡς προείρηται, « οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. » Τὸ δὲ

A At quonam modo Deus illum exaltavit, et donavit ei nomen, quod est super omne nomen? Respondeo, Scripturam ideo sic loqui, quia et ipsi servilem imaginem circumferenti dixit Pater, « Hic est Filius meus dilectus, » et eum voluit etiam tunc vocari Deum, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, sicut modo dictum est. Antequam enim Filius in mundo appareret, genu ei cœlestia tantum inclinabant, eumque glorificabant, quod sanctæ Trinitatis unam Deitatem, et æqualem gloriam esse scirent, et proinde seraphimi ter clamabant « Sanctus, » et semel « Dominus; » ut unicuique hypostasi hymnum simili **365** modo offerrent, et unam trium dominationem esse nuntiarent, terrestria vero, et inferna eum non ita noverant, ut cognoverunt in B Incarnatione. Tunc igitur cœperunt et ipsa genu ei flectere, illumque glorificare, ac Deum vocare, et in repentinis calamitatibus, cum eventuum celeritate præoccupantur, non longa uti oratione, nec multiloqui, ut solent, ac verbosi esse (90), sed breviter eum invocare clamando, « Christe, adjuva (91) : » quippe cum hoc nomen sit omnibus salutare. Quod vero dictum fuit, « In similitudine hominum, et habitu inventus, » non significat, phantasma esse illius Incarnationem, ut quidam suspicati sunt; sed contra denotat, gestatam vere a Deo Verbo esse similitudinem, et habitum hominum. Sed aliter etiam intelligi potest. Ex aspectu (92), ex corporis motione ac gestu, et ex conversatione cognoscitur unusquisque qualis sit, et quid velit facere : nam C etsi urbem ipse circumiens hoc non evulget, tamen ex ipsa rei natura, eo vel tacente, arguitur. Itaque Salvator etiam cum per œconomiam, qua sine ulla sui mutatione incarnatus est, nos salvare voluerit, et omnia, quæ nostra sunt, habuerit, excepto peccato, necessario videbatur hominibus peccati illius expers non esse, quod ex voluntate, et ex operibus (93) inest nobis. Nam patientissimus Job ex persona omnium nostrum clamavit : « Nemo (94) expers peccati, ne si unius quidem horæ sit vita iosius. Quid enim (95) est homo, quia magnificasti

se principatus supereminuit, » cum principatus non sint æterni. Cæterum verbo ἀνέχειν eodem sensu usus est Pollux lib. II, cap. 4, segm. 50, ubi ait : Ὀφρύας δὲ καλοῦσι, τὰ ἀνέχοντα τῆς γῆς, id est, « supercilia autem vocant, eminentiora terræ loca. » Conjicit quidem Flackenburgius legendum ibi esse τὰ ὑπερέχοντα, pro τὰ ἀνέχοντα, sed nullius codicis auctoritate fulcitur ejus conjectura.

(90) *Verbosi esse.* Respicit illud Christi apud Matth. VI, 7 : Προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε, id est, « orantes autem nolite multum loqui. » De quo capitulo legenda sunt quæ post alios nuperrime scripsit vir ingenio et doctrina præstantissimus Xaverius Mattei agens de Hebræorum Græcorumque poesi, tom. I, pag. 56.

(91) *Christe, adjuva.* Hanc precandi formulam in repentinis maxime casibus Didymi ætate usitatam fuisse, confirmat *Lausiaca* Palladii *historia*, cap. 150, ubi legimus : « Nobis autem magna voce Dominum nominantibus, » Christe, adjuva nos, « statim belluæ... se ipsas in aquam sunt jaculatæ. »

(92) *Ex aspectu.* Respicit, ut puto, illud Ecclesiastic. XIX, 25 : Ἀπὸ ὁράσεως ἐπιγνωσθήσεται ἀνὴρ... καὶ βῆμα ἀνθρώπου ἀναγγέλλει τὰ περὶ αὐτοῦ, id est, « ex aspectu cognoscetur vir... et incessus hominis enuntiat de illo. » D

(93) *Et ex operibus.* An sic loquitur, ut peccatum, quod designat, distinguat ab eo, de quo agit Paulus, cum ait, Christum « factum esse peccatum pro nobis? » An potius intelligit peccatum originale?

(94) *Nemo.* Duo ex Jobo loca affert, etsi unum citare videatur. Primus locus non exstat in Latinis Bibliis, sed Græca eum habent Job XIV, 4 et 5, ubi tamen sic legitur : Τίς γὰρ καθαρὸς ἔσται ἀπὸ ῥύπου; ἀλλ' οὐδεὶς, ἐὰν καὶ μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς, id est, « quis enim mundus erit a sorde? sed nemo, etsi una sit dies vita ipsius in terra. » Vetustissimus vero codex, quem Junius in sua Jobi editione expressit, pro, μία ἡμέρα, habet μιᾶς ἡμέρας, id est, « unius diei. » Alii aliter legerunt.

(95) *Quid enim.* Ab his verbis incipit alter, quem modo dixi, locus. Exstat Job VII, 17 et 18, ubi cum præcedant hæc verba, κενὸς γάρ μου ὁ βίος, id est,

Digitized by Google Распознавание текста

eum? aut quia intendis mentem in ipsum? aut inspectionem ejus facis (96) usque ad diluculum, et in requie eum judicas? » Ipse vero, id est, Dominus, **366** « peccatum (97) non fecit, » ut antea dictum est, « nec inventus est dolus in ore ejus. » Qui autem est peccati expers, est supra homines (98). Hac de causa divinum oraculum ait: « In similitudine et habitu hominum. »

A ἀναμάρτητον, ὑπεράνθρωπόν ἐστι. Διὰ τοῦτο κεχρησμῴδηται τὸ, « Ἐν ὁμοιώματι καὶ σχήματι ἀνθρώπων.

CAP. XI.

Ne illud quidem, quod in Joanne legitur, « Ego vivo (99) propter Patrem, » hæreticorum causam ullo modo juvare potest. Sic enim loquitur Salvator aut propter prædictum Incarnationis modum, aut quia ipse genitus est vita ex vita paterna, et lux e luce, et Deus ex Deo. Itaque et hoc ab eo audivimus apud eumdem Joannem: « Ego sum (1) vita, et lux; » et rursus: « Filius (2), quos vult, vivificat. » Si ergo Pater quoque vita est, et lux vera, profecto is qui est vita vitæ, et lux lucis, nihil ab eo differt; nam vita et lux omnino est; ac nullam plane habet probabilitatem illa hæreticorum formula, « Aliquando non erat, » si de eo dicatur, qui est ipsa creatrix vita et indeficiens lux. Aliter etiam respondere licet. Qui propter alterum vivit, non potest ipse unquam esse vita æterna, sicut ne is quidem, qui participatione Dei sanctus est, potest esse per se sanctus: est vero ipse sua potestate etiam alios sanctificans cum per semetipsum, tum per alios.

B

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Καὶ τὸ παρὰ Ἰωάννῃ, « Ἐγὼ ζῶ διὰ τὸν Πατέρα, » οὐδαμόθεν ἔχει λῆμμα. Ἢ γὰρ ἕνεκα τοῦ προλεχθέντος τῆς οἰκονομίας εἴρηται τρόπου, ἢ διὰ τὸ πεφηνέναι αὐτὸν ζωὴν ἐκ ζωῆς πατρικῆς, ὡς καὶ φῶς ἐκ φωτὸς, καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ. Τοιγαροῦν καὶ τοῦτο ἠκούσαμεν αὐτοῦ παρ' αὐτῷ Ἰωάννῃ· « Ἐγώ εἰμι ἡ ζωὴ καὶ τὸ φῶς· » καὶ πάλιν· « Ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ. » Εἰ οὖν καὶ ὁ Πατὴρ ζωή ἐστι καὶ φῶς ἀληθινόν· ζωὴ ζωῆς, καὶ φῶς φωτὸς οὐδὲν διαφέρει. Ζωὴ γὰρ καὶ φῶς ἁπλῶς ἐστί· καὶ οὐδὲ πειθανότητος ἐγγὺς τὸ, « Ἦν, ὅτε οὐκ ἦν, » ἐπὶ αὐτῆς τῆς δημιουργοῦ ζωῆς καὶ τοῦ ἀνεκλείπτου φωτός. Καὶ ἄλλως· Ὁ δι' ἕτερον ζῶν, αὐτὸς οὐκ ἂν εἴη ποτὲ ζωὴ αἰώνιος· ὡς οὐδὲ ὁ μεταδόσει Θεοῦ ἅγιος, αὐτοάγιος· αὐτὸς δὲ κατ' ἐξουσίαν καὶ ἄλλους ἁγιάζων δι' ἑαυτοῦ τε καὶ δι' ἑτέρων.

CAP. XII.

Verba quoque illa, « Ego descendi (3) de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed ejus qui misit me, Patris, » ita accipienda sunt, quasi dicat: Non ut humanitatis voluntatem faciam in Incarnatione, sed voluntatem deitatis. Nec enim est voluntas dilecti Filii a voluntate Dei et Patris separata; una enim et eadem voluntas est Trinitati. Sua porro hac mira prorsus obedientia, qua pro nobis, id est vice nostrum, obedivit, antiquam nostram inobedientiam abolevit: et quemadmodum in similitudinem hominum, eo modo quo ipse novit ac voluit, descendens passus est, sic et nos sibi conformes faciens in impassibilitatem (4) transtulit. **367** Quare, « Descendi, » inquit: nempe propria sponte ac voluntate veni, inquit, non vero ut minister ac famulus. Sicut et in alio loco similiter ait: « Ego (5) sum panis qui de cœlo descendi; » id est, non missus (6) fui.

C

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Καὶ τὸ « Ἐγὼ καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με Πατρὸς, » τοῦτο δηλοῖ· Οὐχ ἵνα τὸ τῆς ἀνθρωπότητος, φησὶ, θέλημα πράττω ἐν τῇ ἐνανθρωπήσει, ἀλλὰ τὸ τῆς θεότητος. Οὐ γάρ ἐστι θέλημα τοῦ ἀγαπητοῦ Υἱοῦ, θελήματος τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς κεχωρισμένον. Ἓν [175 *a*] γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ θέλημά ἐστι τῇ Τριάδι. Ταύτῃ γοῦν τῇ παραδόξῳ αὐτοῦ ὑπακοῇ τῇ ἀνθ' ἡμῶν, ἔλυσε τὴν ἡμῶν ἀρχαίαν παρακοήν· καὶ ὃν τρόπον εἰς ὁμοίωσιν ἡμῶν, ὡς οἶδε καὶ ἠβουλήθη, καταβὰς ἔπαθεν· οὕτω καὶ ἡμᾶς συμμόρφους ποιήσας ἑαυτοῦ, εἰς ἀπάθειαν μετέστησεν. Ὅθεν, « Καταβέβηκα, » ἔφη· αὐθαιρετικῶς, φησὶν, οὐχ ὑπουργικῶς. Καθὰ καὶ ἐν ἑτέρῳ μέρει ὁμοίως φάσκει· « Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς· » ὅ ἐστιν, οὐ πεμφθείς.

CAP. XIII.

Eodem sensu accipiendum est illud Psaltis: « Ideo (7) unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis; » et quod legitur apud Joannem in Evangelio: « Quem (8) Pater sanctificavit, et mi-

D

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Καὶ το τοῦ Ψαλμῳδοῦ· « Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε Θεὸς ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου· » καὶ τὸ παρ' Ἰωάννῃ ἐν Εὐαγγελίῳ κείμενον, « Ὃν ὁ Πατὴρ ἡγίασε, καὶ ἀπέστειλεν εἰς

« inanis enim est vita mea, » fortasse nomen illud, ὁ βίος, in causa fuit, cur isthæc antecedentibus hic citatis jungeret librarius, aut Didymus.

(96) *Facis.* Juniana editio habet, ποιῇ τοπρωΐ, id est, « facis diluculo. » Complutensis vero, ποιήσῃ ἕως τοπρωΐ, id est, « facies usque ad diluculum. » Quæ paulo post etiam pro κρίνεις habet κρινεῖς, id est, « judicabis. »

(97) *Peccatum.* I Petr. II, 22.

(98) *Supra homines.* Codex, ὑπερανον. Legi potest cum ὑπεράνθρωπον, aut potius ὑπὲρ ἄνθρωπον, tum ὑπερανθρώπινον.

(99) *Ego vivo.* Joan. VI, 57.

(1) *Ego sum.* Vide Joan. XIV, 6, et XII, 46.

(2) *Filius.* Joan. V, 21.

(3) *Ego descendi.* Joan. VI, 38 et 39.

(4) *In impassibilitatem.* De sensu hujus loci agimus in commentario de Didymo lib. II.

(5) *Ego.* Joan. VI, 51. Biblia: ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, id est, « panis vivus, qui, » etc.

(6) *Non missus.* Nempe instar famuli.

(7) *Ideo.* Psal. XLIV, 9 (sive 8). Biblia: ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου.

(8) *Quem.* Joan. X, 36.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

τὸν κόσμον, » παραπλησίως εἴρηται. Οὐκ ἄλλοτε γὰρ ἐχρίσθη καὶ ἡγιάσθη ὁ ἅγιος καὶ ἁγίοις ἀναπαυόμενος, « ὁ εἷς ἅγιος, εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Ἀμήν· » εἰ μὴ ὅτε οὐκ ἀποθέμενος ὃ ἦν, ἐγένετο ἀτυγχύτως καὶ ὃ οὐκ ἦν· ἵν' ἡμᾶς μετόχους ἑαυτοῦ ποιήσῃ καὶ ἁγιάσῃ, καθὰ εἶπεν· « Ὑπὲρ αὐτῶν ἁγιάζω ἐμαυτὸν, ἵνα ὦσιν αὐτοὶ ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ. »

A sit in mundum. » Qui enim sanctus est, et in sanctis requiescens (9), « unus sanctus (10), unus Dominus Jesus Christus in gloria Dei Patris. Amen, » non alias unctus fuit et sanctificatus, nisi quando, non deponens quod erat, factus est sine confusione (11) etiam quod non erat, ut nos sui ipsius participes faceret et sanctificaret, ut ipsemet inquit: « Pro ipsis (12) sanctifico me ipsum, ut sint ipsi sanctificati in veritate. »

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Ἀκολούθως τούτῳ θεωρεῖται καὶ τὸ ἐν ψαλμῷ εἰρημένον· « Οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν· » καὶ τὸ πολλαχοῦ γεγραμμένον, ὅτι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν ὁ Θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. Οὐ γὰρ χάριν ἔλαβεν αὐτὸς τὴν ἀνάστασιν, ἀλλὰ χάριν αὐτὸς δέδωκεν ἡμῖν τὸ καθ' ὁμοιότητα τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ ταύτης [175 *b*] πάλιν ἀνίστασθαι. Ἐπείτοιγε τὸ πρὸς τὸν Πατέρα ἰσότιμον καὶ ἰσοδύναμον καὶ ἐν τούτῳ διδάσκων τῷ κεφαλαίῳ, παρὰ Ματθαίῳ καὶ Λουκᾷ εἶπε· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐγὼ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· » καὶ, « Ἐξουσίαν ἔχω τὴν ψυχήν μου θεῖναι, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. »

368 CAP. XIV.

Sensu his, quæ dicta sunt, consentaneo intelligendum est etiam quod in psalmo legitur: « Non derelinques (13) animam meam in inferno (14), nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem: » et quod multis in locis (15) scriptum est, quod nempe B Christum Jesum Deus suscitavit a mortuis. Nec enim ex gratia accepit ipse resurrectionem, sed gratiam ipse nobis dedit, dum nobis concessit, ut secundum similitudinem suæ ipsius resurrectionis rursum resurgeremus. Æqualem enim sibi cum Patre majestatem ac potentiam hac quoque in re esse docens apud Matthæum (16) et Lucam inquit: « Solvite (17) templum hoc, et ego in tribus diebus suscitabo illud; » et: « Potestatem (18) habeo animam meam ponendi, et potestatem habeo rursus capiendi eam. »

(9) *Sanctus... et in sanctis requiescens.* In sacra Græcorum Liturgia oratio, quæ dicitur « Trisagii, » sic incipit: Ὁ Θεὸς ὁ ἅγιος, ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, id est, « Deus sanctus, et in sanctis requiescens. » Quin etiam in oratione ab episcopo recitanda, quæ exstat lib. VIII *Constitutionum apostolicarum*, cap. 11, legimus: Ἅγιε, ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενε, id est, « Sancte, qui in sanctis requiescis. » Hæc autem sacræ Liturgiæ locutio, a Didymo hic adhibita, deprompta est ex Isa. LVII, 15. Cæterum codex Passioneianus mendose habet ἁγίοις, pro ἐν ἁγίοις.

(10) *Unus sanctus.* Vide not. 9, pag. 161. In libro VIII *Constitutionum apostolicarum*, cap. 13, legitur: Ὁ ἐπίσκοπος προσφωνησάτω τῷ λαῷ οὕτω· Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. Καὶ ὁ λαὸς ὑπακουέτω· Εἷς ἅγιος, εἷς Κύριος, εἷς Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν· id est, « Episcopus ita ad populum proloquatur: Sancta sanctis. Populusque respondeat: Unus sanctus, unus Dominus, unus Jesus Christus, in gloria Dei Patris, benedictus in sæcula. Amen. » Quæ verba etsi in Liturgiis Chrysostomi ac Basilii non legantur, a populo tamen recitari in Missa, postquam D sacerdos dixit, « Sancta sanctis, » colligo ex Theodori Antidensis episcopi explicatione Missæ nondum, ni fallor, edita, quæ exstat in Naniano codice manu scripto: Ὁ ἀρχιερεὺς (ait Theodorus) λέγει· Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις.... Οἱ δὲ ἀκροαταὶ... λέγουσιν· Εἷς μόνος ἅγιος, εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός, id est, « Episcopus dicit: Sancta sanctis... Auditores vero inquiunt: Unus solus sanctus, unus Dominus Jesus Christus. » Joannes autem Veccus Constantinopolitanus patriarcha in opusculo, quod inscribitur *Συναγωγὴ ῥήσεων γραφικῶν*, quodque a Petro Arcudio inter opuscula aurea theologica editum fuit, hæc habet, pag. 156: Ὁμοίως καὶ ἐν τῇ δοξολογίᾳ τοῦ, « Δόξα ἐνὺψίστοις, » ἐν τῷ τέλει ᾄδουσιν οἱ Γραικοί· « Ὅτι σὺ εἷ μόνος ἅγιος, σὺ εἷ μόνος Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός· » id est, « Similiter in hymno, « Gloria in excelsis, » in fine canunt Græci: « Quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus Jesus Christus in gloria Dei Patris. » Verisimile itaque est, Didymum hæc e sacra Liturgia protulisse, aut potius ex hymno angelico « Gloria in excelsis, » qualis primis etiam sæculis recitabatur a Christianis matutino tempore: qua de causa libro VII *Constit. apostolic.*, cap. 47, vocatur « Oratio matutina. » Fateor in *Constitutionibus apostolicis* C loco verborum, « in gloria Dei Patris. Amen, » aliam legi clausulam aliquando longiorem; sed fieri facile potuit, ut ejusdem hymni non eadem esset ubique aut semper clausula. Ac sane in membraneo codice sæculi XI, quem servat Veneta Naniorum Bibliotheca, post psalmos et Cantica legitur iste hymnus multo quam apud Latinos auctiôr; nam post verba: εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Ἀμήν, adduntur alia plura, nempe καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε, et reliqua, hoc est, « singulis diebus benedicam te. » Quod si hunc hymnum respiceret Didymus, credibile vix foret, eum ab Hilario Pictaviensi episcopo compositum fuisse: quod tamen non pauci scripserunt, ut monent Maurini monachi in præfatione in Hilarii Opera, pag. 7, tom. I. Facilius crediderim, a S. Hilario eumdem hymnum Latine duntaxat conversum fuisse, et, cum ipse ab exsilio rediit, in Latinam Ecclesiam invectum, nisi prius a Telesphoro papa invectus fuerat.

(11) *Sine confusione.* Naturarum scilicet divinæ et humanæ. Similia dictavit Didymus Enarratione *in primam Joannis Epistolam* ad cap. 4, Eutychianorum blasphemiam, quæ Ecclesiam postmodum turbavit, in antecessum profligans. Vide, si libet, Tertullianum in libro *adv. Praxeam*, cap. 27 et 29, atque Ambrosium in libro *De Incarnationis Dominicæ sacramento*, cap. 6, num. 44 et seqq.

(12) *Pro ipsis.* Joan. XVII, 19.

(13) *Non derelinques.* Psal. XV, 10.

(14) *In inferno.* Græca editio, εἰς ᾅδην. Didymus, εἰς ᾅδου.

(15) *Multis in locis.* Rom. IV, 24; Act. II, 4, etc.

(16) *Apud Matthæum.* Matth. XXVI, 61.

(17) *Solvite.* Non in Luca exstant hæc, sed Joan. II, 19.

(18) *Potestatem.* Joan. X, 18.

Digitized by Google Распознавание текста

CAP. XV.

Ejusdem modi est etiam responsum, quod legisperito datum fuit. Cum enim is Domino ut homini, eum tentans, dixisset, « Magister (19) bone, » respondit Christus : « Quid me dicis bonum ? Nemo bonus, nisi unus Deus. » Nempe illud, « Nemo bonus, » refertur ad genus hominum; et illud, « Nisi unus Deus, » ad consubstantialitatem divinarum hypostasium. Quasi dicat : Si enim nosti me bonum, confitere (20) me esse Deum æqualem, et similem Patri ut secundum bonitatem, ita et secundum essentiam. Humanitas enim participatione bonitatem possidet; Deitas vero est apex bonitatis, et vita, et lux, et veritas, et pax, et charitas. Subjungit autem : « Ego lux (21) in mundum veni, ut omnis qui sequitur me (22), in tenebris non maneat. » Utque hæc ita esse persuadeat legisperito, ait : « Vende (23) omnia quæ habes, et veni, et sequere me. » Quod tamen non fecit legisperitus voluntati succumbens suæ innatam bonitatem non habenti. Filium porro bonum esse, Scripturæ testimoniis probatum est in primo λόγῳ (24). Quid autem ad demonstrandam **369** Filii bonitatem majus afferri potest, quam quod ipse operibus magis, quam verbis se natura bonum esse ostendit, juxta illum, qui ait : « Cœpit (24') Jesus et facere, et docere ? » Nimirum « facere » quidem cœpit, cum semetipsum exinanivit, et formam servi pro servis accepit, et quemlibet morbum, omnemque infirmitatem sanavit, et dæmones ejecit, et mare hominibus pervium fecit, et famelicas turbas in deserto saturavit, et servorum pedes lavit, et propter suarum manuum figmentum injurias sibi a figmenti ipsius manibus illatas perpessus est, et centupla (25) benefacientibus bona subministravit, et vitam æternam addidit. « Docere » autem cœpit, cum ait : « Vende (26) omnia, quæ habes, et da pauperibus, et veni, sequere me; » et : « Quod tu (27) odisti, alteri ne fe-

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Καὶ ἡ πρὸς τὸν νομικὸν ἀπόκρισις, τὸν πειραστικῶς εἰπόντα ὡς ἀνθρώπῳ τῷ Κυρίῳ, « Διδάσκαλε ἀγαθὲ, » καὶ ἀκούσαντα, « Τί με λέγεις ἀγαθόν, Οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς, » τοιαύτη τίς ἐστιν. Τὸ, « Οὐδεὶς ἀγαθὸς, » εἰς τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων· τὸ, « Εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς, » εἰς τὸ ὁμοούσιον τῶν θείων ὑποστάσεων φέρει. Εἰ γὰρ οἶδάς με, φησὶν, ἀγαθὸν, ὁμολόγησόν με Θεὸν ἴσον καὶ ὅμοιον, ὡς κατὰ τὴν ἀγαθότητα, οὕτως καὶ κατὰ τὴν οὐσίαν ὑπάρχοντα τοῦ Πατρός. Ἡ γὰρ ἀνθρωπότης μεταλήψει τὴν ἀγαθότητα κέκτηται· ἡ δὲ θεότης ἄκρα ἀγαθότητος, καὶ ζωὴ, καὶ φῶς, καὶ ἀλήθεια, καὶ εἰρήνη, καὶ ἀγάπη ἐστίν. Καὶ ἐπάγει· « Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα, ἵνα πᾶς ὁ ἀκολουθῶν μοι ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνῃ. » Πείθων τε τὸν νομικὸν ταῦθ' οὕτως ἔχειν, εἶπε· « Πώλησον πάντα, ὅσα ἔχεις, καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι. » Ὅπερ οὐκ ἐποίησεν ἡττώμενος τῆς γνώμης, οὐκ ἐχούσης ἔμφυτον τὸ ἀγαθόν. Ἐμαρτυρήθη μὲν οὖν ἡ ἀγαθότης αὐτοῦ ἐν τῷ α' λόγῳ. Τί δὲ ἂν εἴη εἰς ἀπόδειξιν μεῖζον τοῦ ἔργοις μᾶλλον ἢ λόγοις δεικνύντος τὸ ἑαυτοῦ φύσει ἀγαθὸν, κατὰ τὸν λέγοντα· « Ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν; »—« ποιεῖν » μὲν, ἐν τῷ κενῶσαι ἑαυτὸν [176a], καὶ μορφὴν δούλου ὑπὲρ τῶν δούλων λαβεῖν, θεραπεῦσαί τε πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακείαν, καὶ δαίμονας ἀπελάσαι, καὶ θάλασσαν ἀνθρώποις ποιῆσαι βατὴν, καὶ πεινῶντας ὄχλους ἐπ' ἐρημίας ἐμπλῆσαι, καὶ δούλων νίψαι τοὺς πόδας, καὶ διὰ τὸ πλάσμα τῶν ἰδίων χειρῶν, ὑπὸ τῶν χειρῶν τοῦ πλάσματος παθεῖν, καὶ ἑκατονταπλασίονα τοῖς εὖ ποιοῦσι χορηγεῖν ἀγαθὰ, καὶ προστιθέναι ζωὴν αἰώνιον· « διδάσκειν » δὲ, « Πώλησον, ὅσα ἔχεις, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι· » καὶ, « Ὃ σὺ μισεῖς, ἄλλῳ μὴ ποιήσῃς· » καὶ, « Μὴ ἀποδῶτε κακὸν ἀντὶ κακοῦ· » καὶ, « Ὃς ἐὰν ποιήσῃ ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποίησεν· » καὶ, « Παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου » καὶ, « Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς

(19) *Magister.* Marc. x, 17 et 18; et Matth. xix, 16 et 17; et Luc. xviii, 18 et 19.

(20) *Confitere.* Codex, ὁμολόγησέν με. Lego ὁμολόγησόν με.

(21) *Ego lux.* Joan. xii, 46.

(22) *Qui sequitur me.* Græca editio : ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, id est, « qui credit in me »

(23) *Vende.* Luc. xviii, 22. Vide etiam Matth. xix, 21 et Marc. x, 21.

(24) *In primo λόγῳ.* Vide not. 2, pag. 137. Porro de Filii bonitate nonnulla dictavit Didymus in libro *De Spiritu sancto*, num. 53, plura vero superius lib. i, cap. 18, pag. 50 et seqq. Affirmare tamen non ausim, eum hic, dum « primum » λόγον citat, alterutrum ex duobus iis locis spectare. Ambrosius quoque in libro ii *De fide*, cap. 2, ostendit, Filium esse « bonum. »

(24') *Cœpit.* Act. i, 1. Lege, si libet, Didymi fragmentum a Joanne Damasceno in *Parallelis* allatum tit. 17, pag. 515; quod affertur etiam ab Antonio Melissa in *Sententiis* sermone, seu cap. 48.

(25) *Centupla.* Respicit illud Matth. xix, 29 : « Centuplum (Græce ἑκατονταπλασίονα) accipiet, et vitam æternam possidebit »

(26) *Vende.* Luc. xviii, 22.

(27) *Quod tu.* In libro quidem Tobiæ legitur cap. iv, vers. 19 : Ὃ μισεῖς, μηδενὶ ποιήσῃς, id est : « Quod odio habes, nemini feceris. » Quorum verborum loco Vulgata translatio eodem capite vers. 16, hæc habet : « Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. » Atque hunc ipsum Tobiæ locum spectans fortasse Didymus in lib. *De Spiritu sancto*, num. 39 ait : « Quod tibi non vis fieri, » et cætera. Verum in præsenti segmento non tam Tobiæ librum respicere videtur, quam Evangelium, aut certe Novum Testamentum : in quo etsi eadem non exstent verba, idem tamen fere exstat sensus. Nam Matth. vii, 12, legitur : « Quæcunque vultis, ut faciant vobis, et vos facite illis, » et Luc. vi, 31 : « Prout vultis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis similiter. » Quin imo in Actis cap. xv, versiculo cum 20, tum 29, nonnulla olim exemplaria habebant, et nunc quoque aliqui codices, et Complutensis editio habent hoc additamentum : Καὶ ὅσα ἂν μὴ θέλουσιν ἑαυτοῖς γίνεσθαι, ἑτέροις μὴ ποιεῖν, id est, « et quæcunque nolunt sibi fieri, aliis non facere. » Quæ verba citantur ab Irenæo lib. ii, cap. 12, num. 14, atque a Cypriano lib. iii *Testimoniorum ad Quirinum* cap. 119, dum citant eum Actorum locum.

Digitized by Google Распознавание текста

ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου· καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν·» καὶ, « Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. » Καὶ πῶς δὲ οὐκ ἔστιν, ὦ αἱρετικὲ, ἀγαθὸς ἴσα τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ, ὅς γε ταῦτά σοι λέγοντι συγγνώμην ἔχει;

A ceris; » et: « Nolite (28) reddere malum pro malo; » et: « Quicunque (29) fecerit uni ex his minimis, mihi fecit; » et: « Omni (30) petenti a te, da; » et: « Diliges (31) Dominum Deum tuum (32) ex tota anima tua et ex totis viribus tuis et ex tota mente tua, et proximum tuum sicut te ipsum; » et: « In hoc (33) cognoscent omnes, quod mei discipuli estis, si diligitis invicem (34). » Quomodo autem, o hæretice, bonus non est æque ac ejus Pater, cum tibi hæc dicenti parcat?

ΚΕΦ. ΙϚ'.

Διὰ πάντων αἱρεσιομαχεῖν ἐγνωκότες, καὶ τὴν πρὸς Τιμόθεον τοῦ Παύλου φωνὴν, τὴν λέγουσαν· « Τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων, ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ σοφῷ Θεῷ τιμὴ καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν· » καὶ τὴν, « Μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον· » καὶ τὴν ἐν Εὐαγγελίῳ κειμένην· « Ἵνα γινώσκωσί σε, τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν· » καὶ τὴν διαγορεύουσαν προφητείαν· « Ἐγὼ ἐξέτεινα [176 *b*] τὸν οὐρανὸν μόνος· » οὐκ εἰς δέον ἐκδέχονται· φάσκοντες τὴν « μόνος » καὶ τὴν « ἀληθινὸς Θεὸς » λέξιν μὴ ἐπιδέχεσθαι δευτέραν, ἢ τρίτην ὑπόστασιν, ἔχειν δὲ τὴν ἀναφορὰν εἰς μόνον τὸν Πατέρα. Ἡ δὲ « μόνος » καὶ ἑνός ἐστι λέξις, ὁσάκις ἂν εἴρηται ἐπὶ τῆς Τριάδος τῇ Γραφῇ, διὰ τὸ ἐν μονάδι θεότητος ὑπάρχειν αὐτὴν, καὶ « μοναρχίαν » ἔχειν εἰρῆται. Διὸ ἡ ταυτότης « μόνος, » ἢ ἐκείνης, ἢ ἅμα τῶν δύο, ἢ τῶν τριῶν ἀχράντων ὑποστάσεων μνημονεύει, ἢ χωρὶς. Ἔτι δὲ οὕτως ἐρρήθη πρὸς ἀντεξέτασιν τῶν καλουμένων ψευδωνύμων θεῶν, ὥσπερ ἀεὶ τὴν δαιμόνιον πολυκοιρανίαν ἐκβάλλει, ἀκουσάντων· « Θεοί ἐστε· » ἵνα μηκέτι ὦμεν δεδουλωμένοι ὑπὸ ταλαὰ, καὶ πολύμορφα, καὶ τρεπτὰ, καὶ ἑτερόγνωμα στοιχεῖα, ἐπὶ τὴν πορνείαν ταύτην σκορπίζοντες τὰ νοήματα ἡμῶν, κατὰ τὸν λέγοντα· « Πρώτη πορνεία, ἐπίνοια εἰδώλων. » Πρὸς τούτοις, καὶ ὅτι οὐχ ἁρμόττει κτίσματι κυρίως καὶ καθ' ἅπαξ ἡ « μόνος » καὶ ἑνὸς λέξις, τῷ εἶναι πάντων, ἢ πολλῶν ἅμα κοινόν τι, διὰ τὸ πάντα ἔχειν πολλὰ ὁμοούσια καὶ ὁμοειδῆ, ὡς ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ τοῦ πρώτου ἐρρήθη λόγου. Ἡ δὲ, « Μόνος ἔχων ἀθανασίαν, » καὶ ἡ, « Ἀοράτῳ μόνῳ σοφῷ Θεῷ, » φωνὴ ἐγράφη, διὰ τὸ μηδὲ ἓν κτίσμα ἔχειν ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ παντὶ τὸ ἀθάνατον καὶ ἀόρατον, καὶ σοφὸν, ἀλλ'

370 CAP. XVI.

Cum pro sua hæresi omnibus modis (35) pugnare statuerint, Pauli quoque ad Timotheum scribentis sententiam perperam accipiunt, quæ sic se habet: « Regi (36) autem sæculorum incorruptibili, invisibili, soli sapienti, Deo honor et gloria in sæcula (37). Amen; » et hanc aliam: « Qui solus (38) habet immortalitatem, lucem habitans inaccessibilem; » et illam, quæ est in Evangelio: « Ut cognoscant (39) te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum; » et prophetæ verba: « Ego (40) extendi cœlum solus. » Aiunt enim vocibus « solus, » et « verus Deus, » secundam, aut tertiam hypostasim excludi; habere autem eas voces relationem ad solum Patrem. At vero vox « solus » quotiescunque etiam de Trinitate in Scripturis dicitur, de uno dicitur, eo quod hæc sit in unitate deitatis: unde Trinitatis dicta est « monarchia, » quod est, unius regnum, sive una regnantium majestas. Itaque (41) vocabulo « solus » Trinitatis identitas denotatur, et hanc Scripturæ significant, sive deitatem commemorent, sive duas simul ex perfectissimis illis hypostasibus, aut omnes tres, aut seorsum singulas. Præterea dum sic loquitur in allatis locis Scriptura, eos respicit, qui falso dicuntur dii: qua ratione dæmoniacam multorum dominationem (42) semper excludit, et ab ea nos, quibus dictum est, « Dii estis (43), » avertit; ne simus servientes (44) sub miseris (45), et multiformibus, et mutabilibus, et discordibus elementis, cogitationes nostras in hac fornicatione dissipando, juxta illum, qui ait: « Prima (46) fornicatio est excogitatio idolorum. » Insuper in objectis textibus ideo sic loquitur Scriptura, quia vox « solus, » illius propria,

(28) *Nolite.* Rom. XII, 17: Μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες. Vide etiam I Petr. III, 9, et Matth. V, 39, 40, 41, 44.

(29) *Quicunque.* Matth. XXV, 40. Sensum citat.

(30) *Omni.* Luc. VI, 30.

(31) *Diliges.* Luc. X, 27.

(32) *Tuum.* Biblia hic addunt: ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, id est, « ex toto corde tuo. »

(33) *In hoc.* Joan. XIII, 35.

(34) *Si diligitis invicem.* Græca editio eodem sensu: ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις.

(35) *Omnibus modis.* In Græco, διὰ πάντων. Ita Alexander Alexandrinus tom. II Conciliorum pag. 16, ed. Venetæ ait: διὰ πάντων ἀνενδεής, id est, « nullius plane rei indigens. »

(36) *Regi.* I Tim. I, 17.

(37) *In sæcula.* Biblia: « in sæcula sæculorum. »

(38) *Qui solus.* I Tim. VI, 16.

(39) *Ut cognoscant.* Joan. XVII, 3.

(40) *Ego.* Isa. XLIV, 24.

(41) *Itaque.* Codex hoc in loco, a voce διό usque ad ἡ χάρις, adeo depravatus est, ut non pauca de meo addere aut immutare coactus fuerim in versione. Pro ἡ χάρις lego ἢ χωρίς.

(42) *Multorum dominationem.* Codex mendose πολυκυρανίαν pro πολυκοιρανίαν. Opponitur vero ista monarchiæ. Illa multitudinem deorum, hæc Dei unitatem significat.

(43) *Dii estis.* Psal. LXXXI, 6.

(44) *Servientes.* Ex ep. ad Gal. IV, 3, ubi legitur: Ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἦμεν δεδουλωμένοι, id est, « sub elementis mundi eramus servientes. »

(45) *Miseris.* Codex, τὰ λά. Pro λά non lego λᾶ id est, « lapidis, » quia nimis dura esset ea lectio. Sed pro τὰ λά lego ταλαά. Simili modo Paulus in Ep. ad Gal. IV, 9, hujusmodi elementa, nempe ethnicorum deos, vocat ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, id est, « infirma et egena elementa. »

(46) *Prima.* Sap. XIV, 12. Biblia pro πρώτη πορνεία habent ἀρχὴ πορνείας.

Digitized by Google Распознавание текста

qui unus sit, creaturæ proprie et absolute non convenit : est enim creatura quid omnium simul, aut multorum commune; **371** nulla est enim, quæ multas non habeat ejusdem cum ipsa substantiæ, et formæ, sicut in XIV capite primi sermonis (aut libri) dictum fuit. Verba vero illa, « Solus habens immortalitatem, » et illa « Invisibili, soli sapienti (47) Deo, » ideo in Scriptura dicta sunt, quia nulla creatura habet ex seipsa et omnimode (48), ut sit immortalis, et invisibilis, et sapiens; sed a creatore Filio, qui solus modo quodam unico cum Patre, et Spiritu est hæc, accepit ut exsisteret immortalis et invisibilis : adeo ut Paulus in prima ad Corinthios scribat : « Quid autem (49) habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? » Atque ob hanc rationem hæ voces proprie ne conveniunt quidem creaturæ. Quod enim de suo non habet immortalitatem, potentia mortale est; quin etiam potest, si forte voluerit Conditor, exstingui, juxta id, quod in Evangelio legitur : « Timete (50) autem magis eum, qui potest corpus et animam perdere in gehenna. »

A εἰληφέναι παρὰ τοῦ δημιουργήσαντος Υἱοῦ, τοῦ μόνως σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι ὑπάρχοντος ταῦτα, ὕπαρξιν ἀθανασίας καὶ ἀορασίας· ὡς Παῦλον γράφειν Κορινθίοις τὸ πρῶτον· « Τί δὲ [177 *a*] ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; Εἰ δὲ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών; » Καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ τὰς λέξεις ταύτας κυρίως πρέπειν ποιήματι. Ἔστι γὰρ θνητὸν δυνάμει, τὸ μὴ ἔχον οἰκοθεν τὸ ἀθάνατον, ἀλλὰ καὶ δυνάμενον, εἰ θελήσοι τυχὸν ὁ ποιήσας, καὶ τὸ ἀποσβεσθῆναι, καθὼ ἐν Εὐαγγελίῳ εἶπεν· « Φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. »

Cum hæc ita se habeant, nihil prohibet, quominus ad majorem doctrinæ perspicuitatem unumquodque capitulum peculiariter persequamur. Illud ergo, « Regi sæculorum incorruptibili, invisibili, soli sapienti, Deo, » scripsit Paulus, postquam multa prius mundana enarraverat in Epistola; et illa omnia respiciens, quæ enarravit, ea verba subjunxit, ut manifestum erit unicuique Epistolæ sensum attendenti. Illud vero, « Solus habens immortalitatem, lucem habitans inaccessibilem, » relate ad creaturam scripsit, ut dictum est; nam vita æterna, et incorruptibilitas, est immortalitas. Ac vocabula, « veritas, » et « sapientia, » æquivalent vocabulis « verus, » et « sapiens; » hæc autem absolute ac simpliciter sunt solius Dei; Filium vero, et Spiritum sanctum hæc esse, sapientiam nempe, ac veritatem, testantur Scripturæ. Ac si, quemadmodum Pater creat, sanctificat, justificat et deificat eos ad quos venit, eodem modo etiam Unigenitus, et Spiritus Dei hæc facit; proprie ergo cum Filio, tum Spiritui Dei convenient nomina illa, « solus, » et « verus, » et « sapiens, » et « invisibilis Deus, » et « solus habens immortalitatem, » quomodo conveniunt Patri : similique ratione ipsi conveniet locus etiam Scripturæ, in quo **372** de Unigenito dicitur : « Hic est (51) Deus noster, non reputabitur alter in comparatione illius. » Quibus enim rebus, ut ita loquar, Pater differt a creatura, iis omnibus etiam Filius, et Spiritus Dei similiter ab ea differt. Nam quomodo solus Pater ea quæ diximus, habere potest? si vera sunt quæ de Filio, et Spiritu sancto ait Scriptura, ac si verum est illud : « Sicut Pater vitam habet, sic dedit Filio vitam habere, » ut capitulo etiam proxime sequenti dicemus. Illud vero, « Ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum, » Filium simul comprehendit, et æqualem ostendit Patri, cum quo

B Τούτων οὕτως ἐχόντων, οὐδὲν κωλύσει πρὸς πλείονα εὐμαθίαν ἕκαστον ἰδιαζόντως ἐξεργάσασθαι ῥητόν. Τὸ μὲν οὖν, « Τῷ βασιλεῖ τῶν αἰώνων, ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ σοφῷ Θεῷ » ἔγραψε, πολλὰ προδιηγησάμενος κοσμικὰ ἐν τῇ Ἐπιστολῇ, καὶ κατὰ πάσης τῆς διηγήσεως ἐπαγαγὼν τοῦτο, ὡς ἔσται σαφὲς παντὶ τῷ προσέχοντι τῇ ἐννοίᾳ τῆς Ἐπιστολῆς. Τὸ δὲ, « Μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, » ὡς πρὸς τὴν κτίσιν ἐπέστειλε, καθὼ εἴρηται. Ἡ γὰρ αἰώνιος ζωὴ, καὶ ἡ ἀφθαρσία, ἀθανασία ἐστί· καὶ ἡ « ἀλήθεια, » καὶ « σοφία » λέξις ἰσοδυναμεῖ τῷ « ἀληθινῷ » καὶ « σοφῷ » ῥήματι· καθάπαξ δὲ ταῦτά ἐστι μόνου Θεοῦ· μεμαρτύρηται δὲ ταῦτα εἶναι ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Καὶ εἰ, ὥσπερ ὁ Πατὴρ δημιουργεῖ, ἁγιάζει, δικαιοῖ καὶ θεοποιεῖ τοὺς πρὸς οὓς γίνεται, τὸν ἴσον τρόπον καὶ ὁ Μονογενὴς, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ποιεῖ· κυρίως ἄρα τῷ τε Υἱῷ, τῷ τε Πνεύματι τοῦ Θεοῦ τὸ, « μόνος, » καὶ « ἀληθινὸς, » καὶ « σοφὸς, » καὶ « ἀόρατος Θεὸς, » καὶ « μόνος ἔχων ἀθανασίαν, » ὡς τῷ Πατρὶ ἐφαρμόσει· καθάπερ καὶ αὐτῷ πρέπει ἡ περὶ τοῦ Μονογενοῦς λέγουσα Γραφή· « Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν· οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς [177 *b*] αὐτόν. » Πᾶσιν γὰρ, ἵν' οὕτως φράσω, οἷς ὁ Πατὴρ τῆς κτίσεως διαφέρει, καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ὁμοίως διαφέρει. Πῶς γὰρ λοιπὸν μόνος ἔχει τὰ προλεχθέντα ὁ Πατὴρ, εἰ ἀληθεύει τὰ περὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος γεγραμμένα, καὶ τὸ, « Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ζωὴν ἔχει, οὕτως ἔδωκε τῷ Υἱῷ ζωὴν ἔχειν, » ὡς καὶ τὸ προσεχὲς τούτῳ κεφάλαιον ἐπιδείξει; Τὸ δὲ, « Ἵνα γινώσκωσί σε, τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστὸν, » συμπεριέχει καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ δείκνυσιν ἴσον τῷ Πατρὶ, μεθ' οὗ νοεῖται καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. Ἡ δὲ ἀποστολὴ τὴν οἰκονομίαν δηλοῖ. Ἡ δὲ, « Ἐγὼ ἐξέτεινα τὸν οὐρανὸν μόνος, » φωνὴ, οὐκ ἔστι τοῦ Πατρός. Ἐπεὶ πῶς ἄληθες τὸ πάντα διὰ

(47) *Soli sapienti.* In libro *De Spiritu sancto* num 21, eodem modo hæc Pauli verba explicat : ait enim : Deus vero non alterius sapientiæ participatione, neque aliunde sapiens effectus, dictus est « Solus sapiens, » et (*rectius codex noster pro* et *habet* sed) generans sapientiam, et alios faciens sapientes.

(48) *Omnimode.* Codex, παντί. Malim, πάντη.

(49) *Quid autem.* I Cor. IV, 7.

(50) *Timete.* Matth. X, 28.

(51) *Hic est.* Baruch, III, 36.

Digitized by Google Распознавание текста

τοῦ Υἱοῦ γεγενῆσθαι; Ἢ γνώτωσαν καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ ὁμοιότροπον ἐν τῷ Ἰὼβ προφητικῶς εἰρῆσθαι· « Ὁ τανύσας τὸν οὐρανὸν μόνος, καὶ περιπατῶν ὡς ἐπὶ ἐδάφους ἐπὶ θαλάσσης. » Αὐτὸς γὰρ, ὡς πᾶσιν καταφανὲς, ἀεὶ μὲν, οὐχ ἧκιστα δὲ ἐν τῇ ἐνανθρωπήσει ἐθαυματούργησεν, καὶ ὡς ἐν πεδίῳ ἐβάδισεν ἐπὶ τῆς ὑγρᾶς.

A subintelligitur etiam ipsius Spiritus. Missio autem Incarnationem significat. Demum verba illa, « Ego extendi cœlum solus, » non sunt Patris : alioquin quomodo verum (52) erit, « omnia per Filium facta esse? » Aut (53) etiam de Filio similiter in Jobo prophetice dictum esse norint : « Qui extendit (54) cœlum solus, et ambulat in mari velut in pavimento. » Ipse enim, ut omnibus manifestum est, semper quidem, sed maxime in Incarnatione mirabilia operatus est, et in aqua velut in planitie ambulavit.

Μαρτυρεῖται δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς μνημονευθεῖσιν ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα οὕτως. Περὶ μόνου μὲν ἀληθινοῦ Θεοῦ, ὡς ἡνίκα περὶ μὲν τοῦ Υἱοῦ Ἰωάννης αὐτῇ λέξει ἀληθινὸν Θεὸν αὐτὸν εἶναι, καὶ μονογενῆ Θεὸν ἀναφθέγγεται· Ἰούδας μόνον Δεσπότην καλεῖ· καὶ ὁ προφήτης λέγει· « Σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ ποιῶν θαυμάσια, σὺ εἶ μόνος Θεὸς μέγας· » καὶ ἑτέρωθι· « Εἷς ἅγιος, εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός. » Περὶ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς ὅταν Παῦλος, ὁ συνέσεως πλήρης, Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καθὰ ἡμῖν τὸ ἡμῶν πνεῦμα, εἶναι [178 *a*] αὐτὸ μαρτυρεῖ. Καὶ πάλιν γράφει· « Ταῦτα πάντα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται. » Περὶ μὲν σοφίας, ὡς ἡνίκα περὶ μὲν τοῦ Υἱοῦ ὁ μνημονευθεὶς σεμνότατος γράφει Παῦλος· « Χριστὸν Θεὸν δύναμιν, καὶ Θεοῦ σοφίαν· » καὶ, Ἐν ᾧ εἰσι πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως ἀπόκρυφοι. » Καὶ Δαυὶδ ψάλλει· « Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε! Πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. » Καὶ ὡς Ἡσαΐας προφητεύει· « Καὶ αὐτὸς σοφὸς ἦγεν ἐπ' αὐτοὺς κακά. » Περὶ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς ὅταν Ἡσαΐας προφητεύῃ· « Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, Πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, Πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, Πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας. » Περὶ δὲ ἀφθαρσίας καὶ ἀθανασίας, προείρηται μὲν ἤδη, οὐ μέντοι ἄτοπον καὶ ἄλλα παραθέσθαι· ὡς ἡνίκα, περὶ μὲν τοῦ ψυχοδότου Μονογενοῦς, οὗ τὸ ὅμμα, καὶ ἡ ἀκοὴ, καὶ ἡ δίκη, καὶ ἡ φιλανθρωπία πανταχοῦ ἐφέστηκε, Δαυὶδ μελῳδεῖ· « Σὺ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν· » καὶ, « Εἰς τὸν αἰῶνα, Κύριε, ὁ λόγος σου διαμένει ἐν τῷ οὐρανῷ. » Περὶ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῦ τὰ σύμπαντα τρέφοντος, καὶ θείαις ἀκτῖσι καταλάμποντος, καὶ ἕως καὶ ἐπὶ τοὺς ἀπολειπο-

Sed præter ea quæ commemorata sunt, alia de Filio et Spiritu sancto testimonia addi possunt in hunc modum. De solo quidem vero Deo, ut cum Filium Joannes esse pronuntiat his ipsis verbis verum Deum (55) et unigenitum Deum (56); ac Judas (57) eum vocat solum Dominum; et Propheta inquit : « Tu es (58) Deus faciens mirabilia. Tu es solus Deus magnus; » et alibi : « Unus (59) sanctus, unus Dominus Jesus Christus. » De Spiritu autem sancto : ut cum Paulus intelligentiæ plenus Spiritum Dei et Patris ita eidem (60) esse testatur, sicut nobis noster est spiritus; et cum rursus scribit : « Hæc omnia (61) operatur unus et idem Spiritus, dividens seorsum unicuique, prout vult. » Et de Sapientia quidem : ut cum de Filio quidem commemoratus gravissimus vir Paulus scribit : « Christum (62) Dei (63) virtutem, et Dei sapientiam; » et : « In quo (64) **373** sunt omnes thesauri sapientiæ, et scientiæ absconditi. » Et David psallit : « Quam magnificata (65) sunt opera tua, Domine! Omnia in Sapientia fecisti; » et ut Isaias propheta inquit : « Et ipse (66) sapiens adduxit super eos mala. » De Spiritu autem sancto : ut cum Isaias prophetat : « Spiritus Dei (67), Spiritus sapientiæ et intelligentiæ, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiæ et pietatis. » De incorruptibilitate vero, et immortalitate antea quidem dictum jam fuit, non tamen absurdum erit alia etiam apponere : ut cum de vivificante Unigenito (68), cujus oculus, et auditus, et justitia, et benignitas ubique elucet ac manet, David canit : « Tu idem (69) es, et anni tui non deficient; » et : « In sæculum (70), Domine, Verbum tuum permanet in cœlo. » De Spiritu autem sancto, qui omnia alit, et divinis radiis illustrat ac vel in

(52) *Verum.* Codex, ἄληθες, proparoxytone. Vide pag. 161, not. 13.

(53) *Aut.* Codex, ἡ. Legendum vel ᾗ, id est, « qua ratione, quo modo : » vel ἤ, id est, « aut, » ut et lego.

(54) *Qui extendit.* Job IX, 8.

(55) *Verum Deum.* Ep. I Joan. V, 20.

(56) *Unigenitum Deum.* Joan. I, 18. Vide not. 13, pag. 76.

(57) *Judas.* Vers. 4.

(58) *Tu es.* Psal. LXXXV, 9 (seu 10). Sed Biblia paulo aliter.

(59) *Unus.* Vide not. 10, pag. 367.

(60) *Eidem.* Codex, αὐτό. Concinnior videtur sententia, si legamus αὐτῷ.

(61) *Hæc omnia.* I Cor. XII, 11

(62) *Christum.* I Cor. I, 24.

(63) *Dei.* Codex, Θεόν, id est, « Deum. » Sed mendose, nam et Biblia et Didymus ipse sæpe alibi habent Θεοῦ, id est, « Dei. »

(64) *In quo.* Coloss. II, 3.

(65) *Quam magnificata.* Psal. CIII, 25 (seu 24).

(66) *Et ipse.* Isa. XXXI, 2.

(67) *Spiritus Dei.* Isa. XI, 2. Græca editio pro Θεοῦ habet Κυρίου, id est, « Domini. »

(68) *Vivificante Unigenito.* In Græco, ψυχοδότου, id est, ψυχοδοτῆρος, nempe, « animarum datoris : » ut in Orphei hymno LXVI, ὀλβοδότης est « pecuniarum dator : » et hymno XVII : πλουτοδότης « divitiarum dator : » et Didymus ipse, pag. 193, alt : παντοδότῃ. Porro eumdem Christo titulum tribuit Prudentius in *Hamartigenia*, versu 931, qui sic se habet : « O Dee cunctiparens, animæ dator, o Dee Christe. » Respicit autem Gen. II, 7.

(69) *Tu idem.* Psal. CI, 28.

(70) *In sæculum.* Psal. CXVIII, 89.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

eos (71), qui a divina lege deficiunt, misericors et patiens est, ut aut convertantur (72), aut justo in altera vita supplicio puniantur : ut cum ait Scriptura : « Et incorruptus (73) ejus Spiritus est in omnibus. » Iis autem qui aiunt : Nunquid ergo animæ, et angeli immortales non sunt, et invisibiles? ita occurrendum est : Quod spectat ad immortalitatem, primum quidem hoc modo : nempe horum immortalitas (74) eadem nequaquam est cum primitiva et infinita immortalitate, sed longe inferior, tamque diversa, quam creatura a Creatore : atque hac de causa solus habere immortalitatem Deus dicitur, ut cognoscere facile possumus, si consideremus, nullum ex his neque creare, nec immortalitatem largiri posse, sicut solus invisibilis, et æternus Unigenitus, et Spiritus sanctus creat, et immortales reddit.

Alio autem modo sic : Animæ et angeli sunt cum immortales quoad immunitatem a morte essentiæque incorruptibilitatem, tum mortales, quatenus mente aliquando corrumpuntur ; nam ex mutatione est, **374** quando labuntur in peccatum, ex quo supervenit mors : quo sensu Paulus scribit : « Et in deliciis (75) vivens vidua, mortua est ; » etsi ea nondum ex hac vita migraverit, sicut jam explicatum est (76) in libro (77), aut λόγῳ (78) de Spiritu san-

A μένους τοῦ θείου νόμου μακροθυμοῦντος, ἵν' ἢ ἐπιστρέψωμεν, ἢ ἐκεῖσε τιμωρίαν ὑπόσχωσιν οὐ μεμπτήν· ὡς ὅταν λέγῃ· « Καὶ τὸ ἄφθαρτόν σου Πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσιν. » Τοῖς δὲ λέγουσιν, Οὐκ εἰσὶν οὖν αἱ ψυχαὶ καὶ οἱ ἄγγελοι ἀθάνατοι καὶ ἀόρατα; ἀπαντητέον οὕτως· Πρὸς τὸ ἀθάνατον πρῶτον καθ' ἕνα μὲν τρόπον, ὅτι τῇ πρωτουργῷ καὶ ἀπείρῳ [178 *b*] ἀθανασίᾳ ἡ τούτων οὐδαμῶς κοινωνεῖ, ὑπὸ δεδηκυῖα καὶ διωρισμένη ἐκείνης, ὅσον δημιούργημα Δημιουργοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο μόνος ἔχειν ἀθανασίαν ὁ Θεὸς ἐλέχθη, ὡς ἔστι γνῶναι ῥᾴδιον, εἴπερ εἰς νοῦν βαλοίμεθα, ὅτι τούτων οὐδὲν, οὔτε δημιουργεῖν, οὔτε ἀθανασίαν χορηγεῖν δύναται, ὡς ὁ μόνος ἀόρατος καὶ αἰώνιος Μονογενής, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα δημιουργεῖ, καὶ ἀθανάτους κατασκευάζει.

B

Καθ' ἕτερον δὲ, ὅτι αἱ ψυχαὶ καὶ οἱ ἄγγελοί εἰσι καὶ ἀθάνατοι κατὰ τὸ ἀνώλεθρον καὶ ἄφθαρτον τῆς οὐσίας, καὶ θνητοὶ κατὰ τὸ φθείρεσθαί ποτε τῇ γνώμῃ. Ἀπὸ γὰρ τροπῆς ἔστιν ὅτε πίπτουσιν εἰς ἁμαρτίαν, ἐξ ἧς ἐπέρχεται ὁ θάνατος· καθ' ὃν ὁ Παῦλος γράφει· « Καὶ ἡ σπαταλῶσα χήρα τέθνηκεν· » καίπερ μήπω τὸν τῇδε ὑπαλλάξασα βίον, καθὰ ἤδη ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐξηγήθη λόγῳ. Ἀντιδιαιρεῖται γὰρ τῷ ἀθανάτῳ τὸ θνητὸν,

(71) *Ac vel in eos.* Codex, καὶ ἕως καὶ ἐπὶ τούς, et reliqua. Sed post ἕως videtur deesse aliquid, ac præterea legendum, ἐπὶ τοῖς ἀπολειπομένοις.

(72) *Convertantur.* Codex, ἐπιστρέψωμεν in prima persona, tum ὑπόσχωσιν in tertia. Alterutrum fortasse mendosum est.

(73) *Et incorruptus.* Sap. XII, 1.

(74) *Horum immortalitas*, etc. Similia scribit Ambrosius lib. III *De fide*, cap. 3, num. 19 et seqq. Augustinus vero lib. I *De Trinitate*, num. 2 : « Vera immortalitas, » inquit, « incommutabilitas est. »

(75) *Et in deliciis.* I Tim. V, 6. Biblia : Ἡ δὲ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκε, id est, « Quæ autem in deliciis vivit, vivens mortua est. » In enarratione *in ep. I Joannis*, cap. III, hæc dictaverat Didymus : « Qui non habet hanc charitatem, permanet in morte : sicut erat mortua vidua, quæ in deliciis degebat, licet communem haberet vitam. »

(76) *Explicatum est.* In libro *De Spiritu sancto*, num. 39, hæc dictaverat Didymus : « Sed carnis sapientia illico, morte sibi sociata, interficit eos, qui juxta carnem gradiuntur, et sapiunt... Sapientia ergo carnis, cum morti juncta sit, inimica est Deo ; sapientia vero Spiritus... vitam habentibus se largitur æternam. » Et num. 41 : « Cum ergo ait : » Si Christus in vobis est, corpus quidem mortuum propter peccatum, « nequaquam vitiis lasciviæque deserviens, sed mortificatum peccato, non commovetur ad vitia : et nequaquam erit vitale peccato. » (Minus fortasse mendosa est nostri codicis lectio, quæ est hujusmodi : « et mortificatum peccato, non commovebitur ad vitia, et nequaquam erit vitale peccato). Postquam autem corpus peccato mortuum fuerit, Christus in his qui sua corpora mortificaverint, præsens Spiritum vitæ ostendit per justitiam, sive correctionem operum virtutum immortalium [*codex noster* : per justitiam operum, sive correptionem virtutum moralium], sive fidem Jesu Christi, in his qui juxta fidem illius conversantur..... Siquidem qui juxta carnem vixerit, morietur illa morte, quæ peccatum sequitur. » Peccatum « quippe, » cum consummatum fuerit [*in nostro codice desunt voces* « cum, » et « fuerit »], generat mortem, « secundum Jacobum. Sed et Ezechiel peccantem animam mori scribit : separatur enim jam a vita, quæ in sapientia Spiritus collocata est. Si quis autem transcenderit vitam carnis in Spiritu, et opera carnis per opera Spiritus mortificaverit [*codex noster*, vivificaverit], vivet beata æternaque vita, relatus in filios Dei, et directus in viam rectam propter Spiritum sanctum, qui et Dei Spiritus appellatur. » Si enim, « inquit, » juxta carnem vixeritis, moriemini : quod si Spiritu facta carnis mortificaveritis [*codex noster*, vivificaveritis], vivetis. » Affinia docuit Tatianus in Oratione *contra Græcos*, num. 14.

C

(77) *In libro.* Didymi opus *De Spiritu sancto* in tres libros ab editoribus dudum sectus fuit : sed perperam, ut monuit Tillemontius, tom. X, in Didymo : unum enim duntaxat librum esse constat ex vetustis scriptoribus ad unum omnibus. Hieronymus in libro *De viris illustribus*, cap. 109, Theologi nostri opera recensens his utitur verbis : « Contra Arianos libros duos, et de Spiritu sancto librum unum, quem ego in Latinum verti. » Hieronymo consentiunt Augustinus, Æneas Parisiensis, Ratramnus, Anselmus Havelbergensis, S. Thomas, Pastrengus, Guido Carmelita, synodus Florentina, aliique opus illud allegantes, ac præterea omnes veteres codices, qui idem opus velut unum librum exhibent, Vallasio teste, tom. II Operum Hieronymi, pag. 103. In nostro sane ms. codice sic inscribitur : « Beati Didymi Alexandrini liber *De Spiritu sancto*, D. Hieronymo interprete. »

D

(78) *Aut λόγῳ.* Græcus libri *De Spiritu sancto* titulus, mea quidem sententia, hic fuit : *Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λόγος*, non vero, *Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος βιβλίον*. Id confirmo ex veteri interprete, qui Hieronymi librum *De viris illustribus* in Græcam linguam transtulit ; ubi enim Hieronymus scripsit : « De Spiritu sancto librum unum, » ille sic vertit : *Περὶ Πνεύματος ἁγίου λόγον ἕνα*. At tres, quos nunc edimus, *De Trinitate* libros, non λόγους, sed βιβλία vocavit Didymus, ut apparet cum ex iis

Digitized by Google Распознавание текста

καὶ ἀντιστοίχως τῷ θνητῷ τὸ ἀθάνατον, καὶ νοεῖται ἐπὶ ψυχῶν καὶ ἀγγέλων, τὸ μὲν ἀθάνατον, ὅταν πρὸς τῷ θάνατον μὴ ἐπιδέχεσθαι, ὃ ἐστιν μὴ διαλύεσθαι, ἅτε ἀσυνθέτους ὄντας καὶ ἀνωλέθρους τὴν ὕπαρξιν, ἐὰν καὶ φθορᾷ γνώμης μὴ ὑποπέσωσιν, τοῦτ' ἔστιν, εἰ ἄτρεπτοι διαμείνωσιν· τὸ δὲ θνητὸν, ἀντικειμένως τούτῳ. Καθόλου δὲ ἔοικασιν οἱ τοιοῦτοι μὴ γινώσκειν τὰ ἀντιστρόφως λεγόμενα, καὶ ὡς οὐ πάντα τὰ ὁμωνύμως κατά τινων λεγόμενα πέφυκεν ἀντιστρέφειν. Ὁ μὲν γὰρ Θεὸς παντοίως ἀθάνατος, οὐ μὴν τὸ ἀθάνατον ἤδη. Πρὸς δὲ τὸ ἀόρατον, εἰσὶ μὲν [179 *a*] καὶ αἱ ψυχαὶ καὶ οἱ ἄγγελοι, ἀόρατοι μὲν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ σώματος ἡμῶν, ἐν τῷ εἶναι ἐκτὸς τῶν ὁρατῶν ἰδιωμάτων (φημὶ χρώματος, σχήματος, μεγέθους)', ὁρατοὶ δὲ τῷ νῷ, ὅ ἐστιν ὄμμα τῆς ψυχῆς· ἐπειδὴ μὴ ἀνέφικτοι, ἅτε κτιστοὶ τὴν ὕπαρξίν εἰσιν, ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν νόησις περὶ αὐτῶν. Ὥστε, εἰ καὶ κατὰ προσβολὴν αἰσθήσεως ὀφθαλμοῦ ὄμματος ἀόρατοι, ἀλλ' οὖν κατὰ ἀντίληψιν θεωρίας ἐπιστημονικῆς ὁρατοί εἰσιν. Ὁ δὲ Θεὸς ὑπὲρ τὸ ἀόρατον, καὶ ἀφανέστατον, καὶ ὑπὲρ πάντα νοῦν ὑπάρχων, οὐ μόνον ὄψει, καὶ συνόλως αἰσθήσει, μὴ ὑποπίπτειν, ἀλλὰ μήτε νῷ αὐτῶν ἀγγέλων ἐνορᾶσθαι, διὰ τὸ ἀκατάληπτον καὶ ἀπρόσιτον, πέφυκεν. Ὅτι μὲν γὰρ ἔστι Θεὸς, πᾶσι γνώριμον· τί δὲ, ἢ πῶς ὑπάρχει θεωρῆσαι, πάντων τῶν φυσικῶν δυσαλωτότατον καθέστηκεν. Ὀρθῷ οὖν προσερρήθη τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ « μόνος ἀθάνατος, σοφός τε θεὸς, καὶ ἀόρατος. »

cto. Nam mortale ab immortali (79) per oppositionem dividitur, et mortali immortale ex opposito respondet : et intelligitur in animabus atque angelis immortalitas, si non modo morti obnoxii non sint, quod est, non dissolvantur, utpote incompositi, et per eorum existentiam immunes a morte ; sed ne corruptioni quidem mentis succumbant, id est, si immobiles permaneant : mortalitas vero intelligitur, si res contra se habeat. Sed videntur hæretici isti ea omnino ignorare, quæ dicuntur reciproce (80), nec scire, quod non omnia quæ homonyme, id est, iisdem vocabulis æquivoce de aliquibus dicuntur, talia sunt ut reciproce dici et inverti possint. Nam **375** Deus quidem est omnino ac perfecte immortalis : non tamen quod immortale est, continuo Deus est (81). Quod vero spectat ad invisibilitatem, sunt quidem cum animæ, tum angeli invisibiles oculo corporis nostri, quia carent visibilibus proprietatibus, colore scilicet, habitu, magnitudine (82) : visibiles autem sunt menti, qui est oculus animæ : quoniam incomprehensibiles non exsistunt, utpote creati, sed eos mente complecti et cogitatione assequi possumus. Itaque etsi spectato corporei (83) oculi appulsu ac sensu sint invisibiles, spectata tamen contemplatione, ac scientia, qua eos percipere valemus et comprehendere, visibiles sunt. At vero Deus cum supra invisibile, et supra id quod maxime occultum est, et supra omnem mentem exsistat, non modo sub visionem, aut omnino sub sensum cadere non potest, sed ne mente quidem ipsorum angelorum inspici, quod sit incomprehensibilis et inaccessibilis. Quod enim Deus exsistat, omnibus notum est : quid autem, aut quomodo sit, creatæ mentis speculatio assequi non valet : quarumcunque enim naturalium rerum cognitionem cognitio ista præterpgreditur. Recte (84) ergo prædicto modo dictus fuit « solus immortalis, et sapiens Deus, et invisibilis. »

A B C

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Καὶ μὴν καὶ τὰ παρὰ Ἰωάννῃ ἀμώμητα καὶ ἀκέραια τοῦ πάντων Κυρίου ῥήματα, τὰ λέγοντα· « Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ζωὴν ἔχει ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ· καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν· » καὶ πάλιν· « Οὓς ἔδωκάς μοι, σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς ἔδωκας· » καὶ πάλιν· « Πάντα μοι παρεδόθη παρὰ τοῦ Πατρός μου· » καὶ πάλιν·

CAP. XVII.

Atqui verba etiam irreprehensibilia et inculpata, quæ ab omnium Domino apud Joannem dicta sunt : « Sicut (85) Pater vitam habet in semetipso, sic dedit et Filio vitam habere in semetipso ; et potestatem dedit ipsi judicium facere, quia Filius hominis est ; » et rursus : « Quos dedisti (86) mihi (87), tui erant, et mihi eos dedisti ; » et rursus : « Omnia (88) mihi tradita sunt a Patre meo ; » et rursus : « Data

tulis secundi ac tertii libri e Passioneiano codice superius fideliter exscriptis, tum ex pag. 146, 173, 183 et 219 ; tum demum ex Socrate, qui libro IV, cap. 23, opus hocce appellat : *Τὰ περὶ Τριάδος τρία βιβλία*. Parvi forsitan momenti videbitur hæc adnotatio, sed reipsa non est hujusmodi ; valet enim ad id confirmandum quod volo ; citari nempe hic a Didymo opus *De Spiritu sancto* ab Hieronymo translatum, non vero secundum ex tribus hisce libris *De Trinitate*, quamvis hunc librarius inscripserit : *Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*, id est, *De Spiritu sancto*, propterea quod de Spiritu sancto ibi sermo sit, sicut de Filio sermo est in primo libro.

(79) *Ab immortali*. Codex, τῷ θανάτῳ. Lego, τῷ ἀθανάτῳ.

(80) *Reciproce*. Codex, ἀντιστρόπως. Lego, ἀντιστρόφως.

(81) *Deus est*. Hæc addidi ex conjectura ; deest enim vocabulum aliquod in codice. ex. gr. Θεός.

(82) *Magnitudine*. En μέγεθος illud, id est, ea « magnitudo, » quam Deo denegat Didymus. Vide similia Origenis verba pag. 113 a me allata.

(83) *Corporei*. In Græco, ὀφθαλμοῦ ὄμματος. Itaque aut legendum σώματος, id est, « corporis, » pro ὄμματος, ut ipse legi ; aut alterutrum ex duobus vocabulis ex margine in textum irrepsisse putandum est ; aut demum ὄμμα non oculum, sed visionem denotat.

(84) *Recte*. Codex ὀρθῷ..... τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ, id est, « recto sensu quem dixi. » Sed concinnior videtur lectio, ὀρθῶς.

(85) *Sicut*. Joan. v, 26, 27.

(86) *Quos dedisti*. Joan. xvii, 6.

(87) *Mihi*. Græca editio hic addit, ἐκ τοῦ κόσμου, id est, « ex mundo. » Quæ verba in nonnullis Bibliorum codicibus desunt.

(88) *Omnia*. Matth. xi, 27.

Digitized by Google Распознавание текста

est (89) mihi omnis potestas in cœlo, et in terra; » et verba Davidis : « Postula (90) a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et potestatem tuam terminos terræ; » et alia his similia, ineffabilem Incarnationem **376** denotant. Rem autem ita se habere certum est, idque extra controversiam ponunt verba hæc, quæ statim adjunguntur : « Quia Filius hominis est; » ut proinde omnes, qui anima ac sensu plane destituti non sint, nobis cogantur assentiri. Nam cum benevolus esset nostro generi, et voluntarie factus esset pauper carne, quemadmodum scribit Paulus (91), ut nos, qui omnimodis jacturis et mutationibus cum propter vetus peccatum, tum propter recentia obnoxii eramus, ejus paupertate ditesceremus, cumque modo omnibus utili se gereret, dialecto nobis ab incunabilis familiari utebatur, ut Incarnationem intelligeremus, neque nos divinæ locutionis sublimitas obstupefaceret; vel sola enim miracula satis ostendebant ipsum esse Deum initii expertem, ac nullius egentem : adeo ut modeste loquens etiam hæc dixerit : « Vulpes agri (92) foveas habent, et volucres (93) cœli nidos; Filius autem hominis non habet ubi caput inclinet (94) :» nec enim (95) decebat rerum omnium dominum (96) aliquid in terra possidere, quod ejus veluti peculiariter proprium esset. Præterea vero eum quidem, qui Deus erat, et cui nulla unquam cum hominibus querela aut contentio fuit, oportebat quodammodo ea loqui, quæ humanæ conditioni convenientia forent ac modesta : quod serenissimam quidem ipsius, maximeque beatam, et omnia continentem naturam nihil lædebat, nobis vero proderat : semper enim ipse respicit non propriam sui ipsius altitudinem, sed hominum abjectionem. Ipsummet vero mihi suffragatorem faciam hæc dicentem Petro : « Ut autem (97), inquit, non scandalizemus ipsos, vade in mare, et jacito hamum, et eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, et aperto ore ejus, invenies staterem : et (98) illum sumens, da eis pro me, et te. » Hominem vero (99) ea verba usurpare, quæ Deo conveniunt, nefas est : nam regem quoque quam maxime decet modeste loqui; majorem enim ex hoc percipit gloriam, atque hac ratione ad ipsum **377** honoris apicem extollitur : ast ei, qui subditus sit, regum more loqui inconducibile est.

Itaque cum Altissimus foret, ac Dei Verbum verba omnia supergrediens Christus, locum habebant humilia ipsius dicta. At contra, si creatura is fuisset, locum non habuissent quæ loquebatur excelsa atque sublimia. Quomodo enim fieri poterat, ut vitam acciperet vita, aut potestatem acciperet ille

A « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς· » καὶ τοῦ Δαυὶδ· « Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου [179 *b*], καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς· » καὶ ὅσα τοιαῦτα, τὴν ἄφραστον οἰκονομίαν δηλοῖ. Καὶ ἅμαχον τοῦτο πλέον ποιεῖ, καὶ πάντας ἀναγκάζει, τούς γε μὴ τελέως ἀψύχους, συντίθεσθαι ἡμῖν τὸ εὐθὺς προσκεῖσθαι· « Ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν. » Εὐμενῶς γὰρ ἔχων πρὸς τὸ γένος ἡμῶν, καὶ ἐκὼν πτωχεύσας σαρκὶ, ὡς γράφει ὁ Παῦλος, ἵν' ἡμεῖς, οἱ παντοίαις βλάβαις καὶ μεταβολαῖς, διά τε τὴν ἀρχαίαν καὶ τὰς προσφάτους ἁμαρτίας, ὑποκείμενοι, τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσωμεν· καὶ πᾶσιν προσφόρως προσφερόμενος, τῇ ἡμῖν συντρόφῳ ἐχρῆτο διαλέκτῳ, ὅπως τὴν οἰκονομίαν συνιῶμεν, μὴ τῷ ὄγκῳ τῆς B θείας ἀποθαμβούμενοι φράσεως. Ἤρκει γὰρ καὶ μόνα τὰ θαύματα ἐκφαίνειν τὴν ἄναρχον καὶ ἀπροσδεῆ αὐτοῦ θεότητα· ὡς μετριάζοντα καὶ τοῦτο λέγειν· « Αἱ ἀλώπεκες τοῦ ἀγροῦ φωλεοὺς ἔχουσιν, καὶ τὰ πετηνὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι. » Οὐ γὰρ ἔδει τὸν Δεσπότην ἰδιάζον πως ἐπὶ γῆς τι κεκτῆσθαι. Καὶ ἄλλως δέ πως τὸν Θεὸν μὲν, ᾧ ἐνδειξις καὶ ἔρις πρὸς ἀνθρώπους οὐδέποτε οὐδεμία, ἀνθρωποπρεπῆ καὶ μετριόφρονα φθέγξασθαι χρεὼδες ἦν, καὶ οὐδὲν μὲν τὴν γαληνοτάτην αὐτοῦ καὶ πάντα περιέχουσαν φύσιν καταβλάπτον, ἡμᾶς δὲ εὐεργετοῦν. Ὁρᾷ γὰρ ἀεὶ οὐ πρὸς τὸ οἰκεῖον ὕψος, πρὸς δὲ τὸ ἀνθρώπων ταπεινόν. Αὐτὸν δὲ συλλήπτορα ποιήσομαι, λέγοντα Πέτρῳ· « Ἵνα δὲ, » C φησὶ, « μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτοὺς, πορευθεὶς εἰς θάλασσαν, βάλε ἄγκιστρον, καὶ [180 *a*] τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον· καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, εὑρήσεις στατῆρα· καὶ ἐκεῖνον λαβὼν, δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ. » Ἄνθρωπον δὲ Θεῷ ἁρμόζοντα ῥήματα ἀφιέναι, οὐ θέμις· ἐπεὶ καὶ βασιλεῖ ὅτι μάλιστα πρέπει μετριολογεῖν· μείζονα γὰρ ἐκ τούτου καρποῦται δόξαν, καὶ εἰς αὐτὴν ἀναφέρεται τῆς τιμῆς τὴν κορυφήν· ὑπηκόῳ δὲ βασιλικὰς φωνὰς ἐκφέρειν, ἀσύμφορον.

Ὥστε ἐπειδὴ Ὕψιστος ἦν, καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ D παντὸς λόγου κρείττων, χώραν εἶχεν τὰ χθαμαλὰ αὐτοῦ ῥήματα· εἰ δὲ κτίσμα ἐτύγχανε, πάλιν οὐκ εἶχεν χώραν, ἃ ἐφθέγγετο ὑψηλά. Πῶς γὰρ ἂν ἔλαβεν ζωὴν ἡ ζωὴ, ἢ ἐξουσίαν ὁ κατὰ Ἡσαΐαν ἰσχυρὸς καὶ ἐξουσιαστὴς Θεὸς, ὁ καὶ τοῖς ἀποθανεῖν δυναμέ-

(89) *Data est.* Matth. xxviii, 18.

(90) *Postula.* Psal. ii, vers. 8.

(91) *Paulus.* II Cor. viii, 9.

(92) *Vulpes agri.* Matth. viii, 20, et Luc. ix, 58. Vox, ἀγροῦ, id est, « agri, » deest in omnibus Bibliorum editionibus.

(93) *Volucres.* Codex, πετηνά pro πετεινά.

(94) *Inclinet.* Græca editio, κλίνῃ pro κλῖναι.

(95) *Nec enim.* Codex, ποῦ γάρ, id est, « ubi enim. » Lego, οὐ γάρ. Videtur enim librarius ab illo που, quod antegreditur, deceptus hic quoque scripsisse ποῦ pro οὐ.

(96) *Rerum omnium dominum.* In codice post dictionem Δεσπότην intervallum est vacuum, duobus aut tribus vocabulis capiendis sufficiens. Quare voces, « rerum omnium, » de meo addidi.

(97) *Ut autem.* Matth. xvii, 27. Vide not. 29, p. 4.

(98) *Et.* Deest in Bibliis hæc vocula.

(99) *Hominem vero.* Vocula δέ hic opponitur voculæ illi μέν, etsi procul positæ, quæ legitur superius in his verbis : Τὸν Θεὸν μὲν, ᾧ ἐνδειξις, etc.

Digitized by Google Распознавание текста

νεις τὸ ζῆν καὶ εἶναι κατ' ἐξουσίαν ἰδίαν παρέχων, ὁ Πέτρῳ τὰς κλεῖς τῆς οὐρανίου ζωῆς ἐγχειρίσας; Ἐκβοᾷ γὰρ καὶ ὁ Ἀπόστολος, ὡς « Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· » ἀντὶ τοῦ, Οὐχ ἥρπασεν, οὐκ ἔλαβε τὸ εἶναι ἴσος τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Εἰ δὲ ἄρα καὶ εἰς τὴν θεότητα εἴρητο τοῦ Υἱοῦ, ἐχρῆν αὐτοὺς οὕτω νοεῖν, ὅτιπερ, ὃν τρόπον τὸ, ἔχειν ζωὴν τὸν Θεὸν, οὐ τὸ κεκτῆσθαί τι ἄλλο ἑαυτοῦ, ὡς μὴ ἀνάρχως ἐσχηκότα, ἀλλὰ τὸ αὐτὸν εἶναι τοῦτο, ὅπερ ἔχειν λέγεται, δηλοῖ· τὸν αὐτὸν τρόπον, τὸ ἔχειν λαβόντα ζωὴν τὸν Υἱὸν, οὐχ ὡς μὴ ἔχοντα φύσει σημαίνει. Ἡ γὰρ λέξις ἡ « ὥσπερ ἔχει, » καὶ ἡ « οὕτως ἔδωκε, » τοῦτο παριστᾷ· ὅτι οὕτως ἔχει ὁ Υἱὸς τὴν ζωὴν, ὥσπερ ἔχει αὐτὴν οὐ λαβὼν ὁ Πατήρ· καὶ χρὴ θεοπρεπῶς ἐπί τε τοῦ Πατρὸς τὸ, ἔχειν ζωὴν, καὶ τὸ « ἐν ἑαυτῷ, » ἐπί τε τοῦ Υἱοῦ τὸ « δέδωκεν αὐτῷ, » καὶ τὸ, ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, ἐκλαμβάνειν· [180 *b*] καὶ μᾶλλον ἐκ τοῦ ἀναγκαίου τοῦ πράγματος τὴν θεϊκὴν ἐξουσίαν τοῦ Υἱοῦ, καὶ τὸ ἐπ' ἀμφοῖν ἓν θέλημα ἀθρεῖν. Ἦν γὰρ λέγει ἔχειν ζωὴν ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, ἡ ἑνὰς καὶ ὑπερούσιος οὐσία ἐστὶ, καὶ οὐχ ἕτερόν τι ἐν ἑτέρῳ τυγχάνον· ὅθεν εἶπεν· « Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή· » ὡς καὶ ἐντεῦθεν ἀναφαίνεσθαι, μὴ ἄλλην τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας εἶναι τὴν οὐσίαν τοῦ Υἱοῦ. Εἰ γὰρ αὐτός ἐστιν ἡ ζωὴ, τὴν δὲ αὐτὴν ἔχει ὁ Πατὴρ, τί ἄλλο εὑρίσκεται, ἢ ὁμοούσιος; καὶ εἰ αὐτός ἐστιν ἡ ζωὴ, πῶς, ὅ ἐστιν, εἶχε λαβεῖν; Ἀλλ' εἴπερ εἶχε, φησὶ, πῶς ἔλαβεν; Καὶ ταῦτα ληρήματα. Καὶ ὅμοιος γὰρ παρὰ ὁμοίου λαμβάνει, ἵνα μὴ εἴπωμεν, ὅτι καὶ μείζων ἔσθ' ὅτε παρ' ἐλάττονος, καὶ ἡ δεξιὰ παρὰ τῆς ἀριστερᾶς· ἴσμεν δὲ, ὅτι καί τινες ἐξ ἴσης τὸ κρῖναι λαχόντες, παρεχώρησαν τῷ ἑνὶ ἔσθ' ὅτε καὶ μείζονι αὐτῶν καθεστῶτι· καὶ εἴωθε λέγεσθαι· Ἔδωκαν τῷδε τὸ πρᾶγμα μόνῳ δικάσαι, καίτοι ἔχοντι αὐτῷ, καὶ πλειόνως εἰκὸς, τὴν ἐξουσίαν. Τοιγαροῦν οὐκ εἶπεν, ὅτι Ὃ μὴ ἔχει, ἔλαβεν, ἀλλὰ καὶ ὁ αὐτὸς εὐαγγελιστὴς λέγει· « Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐκ ἔλαβον· ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. » Διὰ τῶν τοιούτων ῥημάτων οὐ μόνον δείξας τοῦ Υἱοῦ ἰδίαν τὴν κτίσιν, ἀλλ' ὅτι καὶ τῷ Πατρὶ δίδωσιν ὁ Υἱὸς τοὺς λαμβάνοντας αὐτὸν, τοῦτ' ἔστι τοὺς πιστεύοντας, πανταχοῦ εὐεργετῶν αὐτοὺς, καὶ λαμβάνοντας αὐτὸν, καὶ παρεχομένους παρ' αὐτῷ τῷ Πατρί· ἐκ τοῦ κόσμου γὰρ ὄντας, τῇ ἑαυτοῦ οἰκονομίᾳ ποιεῖ οὐρανοπολίτας. [181 *a*] Πῶς δὲ καὶ ἡμεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ πάλιν αὐτῷ προσφέρομεν; Ἢ πῶς δόξαν αὐτῷ ἀναπέμπομεν; Μὴ ἄρα ὃ μὴ ἔχει, ἢ ὃ μή ἐστιν, αὐτῷ παρέχομεν; Ἀρκεῖ οὖν αὐτοῖς ἀποκρίνεσθαι. ὅτι οὕτως ἔλαβεν, ὡς ἐπτώχευσεν ἐκὼν, καὶ ὡς ἐγένετο κατάρα. Τί γὰρ ἂν φήσαιεν ἐρωτώμενοι ἐξ ἀνθυπο-

qui juxta Isaiam (1) est fortis, et dominator Deus? qui etiam iis, qui mori possunt, propria auctoritate largitur ut vivant et sint? qui Petro claves cœlestis vitæ in manus tradidit? Nam et Apostolus exclamat: « Qui non rapinam (2) arbitratus est se ἴσα Θεῷ, » id est, æqualem Deo. Quod est: Non rapuit, non accepit ut esset ἴσος Θεῷ, hoc est æqualis Deo et Patri. Quod si etiam de Filii deitate objecta verba dicta essent, oporteret (3) ipsos ita eadem intelligere, ut quemadmodum Deum habere vitam non significat, eum aliquid aliud a se ipso distinctum acquisivisse, quasi illud ab æterno non habuerit, sed significat, eum (4) esse hoc ipsum quod habere dicitur: ita et eodem modo Filium habere vitam quam acceperit, non significat, eum ex natura sua illam non habere; nam verba, « sicut habet, » et, « sic dedit, » ostendunt, ita habere Filium vitam, sicut illam habet Pater, qui eam non accepit. Ac sensu, qui divinam majestatem deceat, accipienda sunt cum verba, « Habet vitam, » et, « in semetipso, » de Patre dicta, tum quæ adduntur de Filio, « Dedit ei, » et, « habere in semetipso: » ac potius ex rei necessitate divina Filii potestas, et una in ambobus voluntas intelligenda est; nam vita, quam dicitur habere in seipso Pater, et Filius, unitas est, et supersubstantialis essentia, non vero alterum quid in altero exsistens: qua de causa ait ipse Filius: « Ego sum vita: » adeo ut vel ex hoc appareat, non aliam a Patris essentia esse essentiam Filii. Nam si Filius est vita, et eamdem vitam habet Pater, quid reliquum est, nisi ut ille sit huic consubstantialis? ac si Filius est vita, quomodo id potuit accipere, quod ipse est? At si eam habebat, inquiunt, quomodo accepit? Sed et istæ meræ sunt nugæ: nam etiam similis ab simili accipit: ne dicam, majorem quoque interdum accipere a minori, et dexteram a sinistra: novimus autem, quosdam etiam æquali judicandi **378** auctoritate præditos, eam aliquando alteri concedere, qui ipsis major sit: et dicere solemus: Dederunt huic soli ut rem hanc dijudicet: etsi is habeat (5), et fortasse magis habeat, judicandi potestatem. Itaque non ait Scriptura Filium id accepisse, quod non haberet, sed vel ipse evangelista inquit: « In propria (6) venit, et sui eum non receperunt (7): quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. » Quibus verbis non modo ostendit, propriam Filii esse creaturam (aut creationem), sed etiam Patri dari a Filio eos, qui ipsum Filium recipiunt, id est, illos qui Filio credunt (8), et his eum semper benefacere et cum ipsum recipiunt, et cum ab ipso (9) exhibentur

(1) *Juxta Isaiam.* Vide Isa. cap. IX. vers. 6.

(2) *Qui non rapinam.* Philipp. II, 6.

(3) *Oporteret.* Codex, ἐχρῆν. Alii scribere malunt ἐχρῆν· alii etiam ἔχρην.

(4) *Eum.* Codex, αὐτό. Lego, αὐτόν, idque refero ad Θεόν.

(5) *Etsi is habeat.* Codex, καὶ τοι ἔχοντι αὐτό. Lego, αὐτῷ pro αὐτό.

(6) *In propria.* Joan. I, 11, 12.

(7) *Non receperunt.* Biblia: οὐ παρέλαβον pro οὐκ ἔλαβον

(8) *Qui ipsum... recipiunt, id est illos qui Filio credunt.* Simili modo enarratione in I *Epist. Joan.* cap. III locutus est, cum hæc dictavit: Ait enim hic doctor in Evangelio suo, « suscipientes Jesum, » hoc est, dum credunt in nomine ejus, « potestatem accipere Dei filios fieri. »

(9) *Ab ipso.* Codex: παρ' αὐτῷ τῷ Πατρί, id est « apud ipsum Patrem. » Sed legendum fortasse, παρ' αὐτοῦ τῷ Πατρί.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/АВ

Patri : nam quamvis ex mundo sint, sua tamen Incarnatione cœli cives eos facit. Quomodo autem nos quoque ea, quæ Dei sunt, rursus ipsi Deo offerimus? aut quomodo gloriam ei reddimus? Nunquid quod non habet, aut quod non est, ei præbemus? Sufficit ergo ita hæreticis respondere : Filius eo sensu accepit, quo sensu voluntarie pauper factus est, et quo sensu factus est maledictum (10). Quid enim respondere possent, si nos exceptione (aut subjectione) uteremur, ac eos vicissim sic interrogaremus : Is qui est Deus, et Dominus omnium, et æterna vita, et lux vera, et immortalitas, quomodo pauper factus est? aut quomodo is, qui est benedictio, propter nos factus est maledictio?

A φορᾶς· Ὁ Θεὸς καὶ Κύριος πάντων, ἡ ἀΐδιος ζωὴ, καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, καὶ ἡ ἀθανασία, πῶς ἐπτώχευσεν; ἢ πῶς ἡ εὐλογία δι' ἡμᾶς ἐγένετο κατάρα;

CAP. XVIII.

Simili modo intelligendum est etiam quod in Joanne apostolis dictum fuit : « Si diligeretis me (11), gavisi essetis, quia (12) vado ad Patrem : quia qui misit me (13) Pater, major me est. » Quomodo enim vadit, aut missus est secundum deitatem ille qui dixit : « Ego in Patre (14), et Pater in me ; » et : « Pater (15), qui in me manet, facit opera ; » et : « Qui misit me (16), mecum est? » **379** Et is, de quo scriptum est, quod « seipsum exinanivit formam servi accipiens ; » et quod « in mundo erat, et mundus per ipsum factus est? » Qui enim mittit, illuc mittit, ubi non est qui mittit, nec qui mittitur. Quod si Deus ubique adest, omnia etiam continet, creaturas circumplectens, neque vero abiens, tum rediens, nec loca ex locis alternans. Ait enim sacer Psaltes : « Prope (17) est Dominus timentibus eum; » et rursus : « Si ascendero (18) in cœlum, tu illic es; si descendero in infernum, ades. Si assumpsero pennas meas diluculo, et habitavero in extremis maris : etenim illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua. » Jeremias autem : « Cœlum (19) et terram ego impleo, dicit Dominus. » Acta vero : « Quamvis (20) non longe sit ab unoquoque nostrum : in ipso (21) **380-382** enim vivimus, et movemur, et sumus : quemadmodum etiam nonnulli nostrorum poetarum (22) dixerunt :

B

C

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Οὕτως ἂν νοηθείη καὶ τὸ ἐν Ἰωάννῃ τοῖς ἀποστόλοις ῥηθέν· « Εἰ ἠγαπᾶτέ με, ἐχάρητε ἄν, ὅτι πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα· ὅτι ὁ πέμψας με Πατὴρ μείζων μου ἐστίν. » Πῶς γὰρ πορεύεται, ἢ ἐπέμφθη κατὰ τὴν θεότητα ὁ εἰπών· « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί· » καὶ, « Ὁ Πατὴρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων ποιεῖ τὰ ἔργα· » καὶ, « Ὁ πέμψας με, μετ' ἐμοῦ ἐστιν; » Ὁ μαρτυρούμενος, ὅτι « Ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών· » καὶ ὅτι « Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο; » Ὁ γὰρ πέμπων ἐκεῖ πέμπει, ἔνθα οὐκ ἔστιν ὁ πέμπων καὶ ὁ πεμπόμενος. Εἰ δὲ ὁ Θεὸς πανταχοῦ πάρεστι, καὶ πάντα συνέχει, περιδραξάμενος τὴν κτίσιν, καὶ οὐκ ἀπιὼν, καὶ πάλιν ἐπανιὼν, οὐδ' ἐκ τόπων τόπους ἀμείβων. Λέγει γὰρ ὁ μὲν Ἱερεμίας· « Ἐγὼ Κύριος τοῖς φοβουμένοις αὐτόν· » καὶ πάλιν· « Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει· ἐὰν ἀναλάβοιμι πτέρυγάς μου κατ' ὄρθρον, καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης· καὶ γὰρ ἐκεῖ [181 *b*] ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με, καὶ καθέξει με ἡ δεξιά σου. » Ὁ δὲ Ἱερεμίας· « Τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος. » Αἱ δὲ Πράξεις· « Καί γε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντα· ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν· ὡς καί τινες τῶν καθ' ἡμᾶς ποιητῶν εἰρήκασιν·

(10) *Factus est maledictum.* Galat. III, 13.

(11) *Si diligeretis.* Joan. XIV, 28.

(12) *Quia.* Græca editio hic addit εἶπον, id est « dixi. » Sed Vulg. interpres legit ut Didymus.

(13) *Qui misit me Pater.* Pro his verbis Græca et Latina Biblia habent : ὁ Πατήρ μου, id est « Pater meus. »

(14) *Ego in Patre.* Joan. XIV, 11.

(15) *Pater.* Joan. XIV, 10.

(16) *Qui misit me.* Joan. VIII, 29.

(17) *Prope.* Psal. CXLIV, vers. 19 (seu 18) legitur : Ἐγγὺς Κύριος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν, id est « Prope est Dominus omnibus qui invocant ipsum. » Hunc versiculum permiscuit fortasse Didymus cum vers. 10 psalmi LXXXIV.

(18) *Si ascendero.* Psal. CXXXVIII, vers. 7-9 (sive 8-10).

(19) *Cœlum.* Jerem. XXIII, **24**.

(20) *Quamvis.* Act. XVII, 27 et **28**.

(21) *In ipso*, etc. Hæc Pauli verba citans multa peccat auctor operis anno 1765 evulgati, quod inscribitur *La philosophie de l'histoire.* Nam cap. 43 hæc scribit : *Lorsque saint Paul cite ces vers d'un poëte grec, Aratus :* Tout vit dans Dieu, tout se meut, tout respire en Dieu, *il donne à ce poëte le nom de prophète* (*Actes des apôtres, chap.* XVII). Quam multa paucis in verbis falsitas atque inscitia! Falsum est primo, prophetam a Paulo vocari eum, quem allegat : prophetæ nomen hic nullum est. Falsum est secundo, verba hæc, « In ipso, » etc., esse Arati. Falsum est tertio, ea in Græco fonte esse versum, aut plures versus : neque vero pro versu, aut versibus haberi possunt nisi ab eo, qui Græcæ poeseos omnino ignarus sit. Falsum est quarto eadem citari a Paulo; sunt enim ipsius Pauli : qui etsi subjungat : « Sicut et quidam vestrorum poetarum dixerunt ; » non illa tamen respicit, quæ antecedunt, ut inscite putat iste nugator, sed quæ sequuntur. At enim tam acerbe, inquies, insectandus non est qui inconsiderate forsitan locutus sit; humanum est enim errare :

D *Scimus, et hanc veniam petimusque damusque vicissim.*
(HORAT., *De arte poet.*, vers. 11.)

Verum non de scriptore nunc agitur, qui labatur imprudens, sed de eo homine, qui etsi magnam sæpe rerum, de quibus scribit, inscientiam, sæpius tamen subdolam ac perversam prodit voluntatem, ubique ad fallendos incautos imperitosve lectores divina oracula, ac Patrum aliorumque scriptorum loca consulto immutat, ut ludibrio habeantur atque despectui. Innumerabilibus fere exemplis confirmare hæc possem, nisi longius a proposito aberrandum foret. Sed fusius ea persecutus sum in oratione, quam hic Bononiæ superiore anno 1766 in publico Archigymnasio ad studia instauranda habui, « De malis imporum quorumdam ætatis nostræ scriptorum artibus ac dolis. »

(22) *Nostrorum poetarum.* Cilices erant cum Aratus, tum Paulus. Biblia tamen habent « vestrorum » pro « nostrorum. »

Digitized by Google Распознавание текста

Τοῦ γαρ καὶ γένος ἐσμέν· » *ὁ δ' ἥπιος ἀνθρω-* [*ποισιν.*

A *Ipsius enim et genus sumus* (23) *: ipse vero* (24) *be-* [*nignus est in homines.*

Καὶ εἰ ὁ Δεσπότης αὐτὸς ἐξηγεῖται, ὡς οὐδέποτε τοὺς οὐρανοὺς τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας ἐγύμνωσεν, ὥσπερ οὐδὲ νῦν μετὰ τὴν ἀνάληψιν τῆς γῆς ἀπολιμπάνεται· « Ἰδοὺ » γὰρ, φησὶν, « ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· » βεβαιῶν τὰ παρὰ τοῦ ἱεροκήρυκος ἐν ι' ψαλμῷ ἀπθέντα, δι' ὧν καὶ ἐπὶ γῆς αὐτὸν, καὶ ἐν οὐρανῷ ἐπὶ τοῦ θείου ἐπικαθέζεσθαι θρόνου προσεκήρυττεν· φησὶν γάρ· « Κύριος ἐν ναῷ ἁγίῳ αὐτοῦ, Κύριος, ἐν οὐρανῷ ὁ θρόνος αὐτοῦ. »

Ac si Dominus ipse testatur, se nunquam cœlos sua præsentia privasse, sicut ne nunc quidem post Ascensionem abest a terra. « Ecce (25) » enim, inquit, « ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi, » ea confirmans quæ sacer præco in x psalmo cecinit, ubi et in terra ipsum, et in cœlo super divinum thronum sedere prædicavit; ait enim : « Dominus (26) in templo sancto suo, Dominus, in cœlo thronus ejus. »

Εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, ἀμάχως τὸ « πορεύομαι » καὶ « ὁ πέμψας, » ὡς μορφὴν δούλου λαβὼν, εἶπε, καὶ διὰ τὸ Ἰουδαίους ἀπιστεῖν τῇ οἰκονομίᾳ, καὶ ὅτι τῇ συμφωνίᾳ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐπεφάνη· καὶ οὐ διὰ B τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὥστε καὶ τοὺς παχεῖς τὸν νοῦν καὶ χερσώδεις Μοντανιστὰς ἐντρέπεσθαι, τὸν αὐτὸν Υἱοπατέρα ὁμοῦ καὶ Παράκλητον νοοῦντας· σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ Μανιχαῖον, μὴ προσιέμενον τὴν Παλαιὰν Διαθήκην· ἀλλ' ἀποκαλοῦντα τὸν μὲν Πατέρα ἀπάνθρωπον, ὡς ἐκβαλόντα τὸν Ἀδὰμ ἀπὸ τοῦ παραδείσου, τὸν δὲ Υἱὸν μόνον φιλάνθρωπον, ὡς δι' ἑαυτοῦ παραγενόμενον καὶ σώσαντα. Πῶς γὰρ μόνῳ τὴν χάριν εἰσώμεθα τῷ Χριστῷ, [182 *a*] ὅτι ἔπεμψεν αὐτὸν καὶ ὁ Πατήρ; Εἴωθε δὲ ἡ Γραφὴ τῇ λέξει τοῦ « ὁ πέμψας, » καὶ τοῦ « ἀπεστάλη » ἐπὶ τῆς ἀῤῥήτου συγκαταβάσεως προσχρῆσθαι· καὶ ὡς θνητῷ τῷ λόγῳ περιλαβεῖν ἀδύνατον ἦν τὸν ἀχώρητον, οὕτως καὶ τῇ τῶν ῥημάτων οἰκονομίᾳ τὴν διήγησιν ποιεῖσθαι, ἵνα μή τις ἀντιθεΐας ὑπόνοιαν σχοίη· ἐπείτοιγε C

Si hæc, inquam, ita se habent, profecto voces « vado, » et « qui misit, » dixit Dominus quatenus servi formam habens, et quia Incarnationi non credebant Judæi, et quia consensione Dei et Patris in mundum venit, neque vero ob hanc tantum rationem, sed etiam ut mente crassi, ac rudes Montanistæ (27) pudore afficiantur, qui putant eumdem esse Filiopatrem (28) simul et Paracletum; **383** una cum ipsis vero erubescat etiam Manichæus, qui Vetus Testamentum non admittit, sed Patrem quidem vocat inhumanum (29), quippe qui Adamum ejecit ex paradiso, Filium vero solum humanum, id est, benignum in homines, quippe qui per semetipsum venit, ac salvavit nos. Quomodo enim soli Christo gratias habeamus (30), cum miserit eum etiam Pater? Solet autem Scriptura verbis, « qui misit, » et « missus est, » uti, cum de ineffabili condescensione sermonem habet : et sicut mortali sermone comprehendi non poterat qui est incomprehensibilis, ita ne per verborum quidem œconomiam fieri poterat enarratio, ne quis antitheismi suspicionem caperet et semideum aliquem, aut Deo contrarium Deum cogitaret. Quandoquidem

poterat qui est incomprehensibilis, ita ne per verborum quidem œconomiam fieri poterat enarratio, ne quis antitheismi suspicionem caperet et semideum aliquem, aut Deo contrarium Deum cogitaret. Quandoquidem

Πάντα Θεοῦ πλήρη,

καθὰ εἴρηται. Μαρτυρεῖ δὲ τούτῳ ἡ ἀεὶ ζῶσα φωνὴ, λέγουσα· « Πάτερ, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου· ἐγὼ δὲ ᾔδειν, ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις, ἀλλὰ διὰ τὸν ὄχλον τὸν περιεστῶτα εἶπον, ἵνα πιστεύσωσιν, ὅτι σύ μὲ ἀπέστειλας· » τοῦτ' ἔστιν· Ἤδειν ὅτι πάντοτέ μου

Omnia (31) *Deo plena sunt,*

ut dictum fuit. Quod autem dixi, testimonio suo confirmat vox semper viva, quæ ait : « Pater (32), gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quod semper me audis, sed propter turbam, quæ circumstat, dixi, ut credant, quod tu

(23) *Ipsius... sumus.* Lege quæ de hoc Arati hemistichio scribit Jo. Alb. Fabricius *Bibl. Græc.* vol. II, pag. 453, Hugo Grotius, Calmetus, aliique.

(24) *Ipse vero*, etc. Desunt hæc verba in Bibliis. Didymus, utpote in poetis versatus, ea addidit ex Arato, versum a Paulo citatum absolvens. M. Tullius Cicero vertit :

Nos genus illius : nobis ille omine læto
Dextera præsignat.

Nimirum post vocem ἀνθρώποισι interpunctionis notam non apposuit, sed legit :

Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν· ὁ δ' ἥπιος ἀνθρώποισι
Δεξιὰ σημαίνει,

ut est apud Aratum.

(25) *Ecce.* Matth. XXVIII, 20.

(26) *Dominus.* Psal. X, vers. 4 (seu 5).

(27) *Montanistæ.* Montanistarum sectam Didymi tempore exstinctam non fuisse tum ex aliis monumentis constat, tum etiam ex epistola 41 Hieronymi ad Marcellam.

(28) *Filiopatrem.* Hunc errorem Montanistis tribuit et Hieronymus in epistola 41, quam scripsit anno Domini 384, nempe eo circiter tempore quo hæc dictabat Didymus. Cæterum non Montanus, nec Montanistæ omnes ita senserunt, sed ex Montanistis ii, qui secundum Æschinem vocabantur. « Privatam autem blasphemiam (inquit Tertullianus in lib. *De præscriptionibus hæreticorum*, cap. 52), illi qui sunt kata Æschinem, hanc habent, qua adjiciunt etiam hoc, ut dicant Christum ipsum esse Filium et Patrem. » Hanc υἱοπατορίαν, id est « filiopaternitatem » in Sabellianis quoque exsecratur secundum concilium œcumenicum canone VII, eamque refellit theologus noster etiam in libro *De Spiritu sancto* num. 38. Alio sensu υἱοπατορίαν nominat Allatius exercitatione X *in Chreyghtonum*, pag. 180, ita scilicet ut eam hæresim denotet, quæ Filium Spiritus sancti genitorem esse affirmet.

(29) *Inhumanum.* Hanc blasphemiam obiter refellit Didymus etiam in libro *De Spir. sancto* num. 45, et brevissime in enarratione *in primam Petri Epistolam* ad caput primum, et in enarratione *in primam Joannis* ad caput quartum.

(30) *Habeamus.* Codex, ἐσώμεθα. Legendum videtur, εἰσώμεθα· et paulo post, ὅτε ἔπεμψεν, pro ὅτι ἔπεμψεν.

(31) *Omnia.* Vide not. 61, pag. 327.

(32) *Pater.* Joan. XI, 41, 42.

Digitized by Google Распознавание текста

me misisti, » id est : Sciebam, quod semper me audis, cum una sit nostra voluntas, sed propter circumstantem turbam, ut crederet, dixi : Pater, gratias tibi ago, quia tu me misisti. Verba vero præpostero ordine protulit, caute agens propter auditores, qui et litigiosi erant, et inimicitiarum amantes. Sic etiam de præcursore Incarnationem prædicante ait scriptura : « Fuit (33) homo missus a Deo : » attamen ex cœlis missus non fuerat.

Legimus in Scripturis Deum etiam ab homine mitti, et hominem vocari, quin ullum divina et vera gloria detrimentum capiat. Ita Moyses in Genesi inquit : « Et transivit (34) torrentem, et trajecit omnia sua. Relictus est autem Jacob solus, et luctabatur homo cum eo usque ad mane. Vidit autem, quod non potest (35) Jacob in luctando : et ait illi : mitte me ; nam ascendit aurora. Ille vero dixit : non te dimittam, nisi me benedixeris. Dixit autem illi : quodnam est nomen tuum ? Ille vero dixit : Jacob. Et dixit ei : Non vocabitur **384** amplius nomen tuum Jacob, sed Israel erit nomen tuum, quia fortis fuisti cum Deo, et cum hominibus potens eris (36). Interrogavit autem Jacob, et dixit : Dic mihi nomen tuum. Et dixit : Quare tu interrogas nomen meum ? Et benedixit eum ibi. Et vocavit Jacob nomen loci illius, Species Dei : Vidi enim Deum facie ad faciem, et salva facta est anima mea. » Quod autem Deus sit is qui luctatus est, quique nomen suum tacuit, prophetia quoque confirmat : « Apparui (37) ad Abraham, et Isaac et Jacob patres vestros (38) cum sim Deus eorum, et nomen meum (39) non manifestavi eis. » Quomodo autem major dici potest Pater secundum deitatem illo, qui se æqualem (40) facit Patri ? quique ait : « Ego et Pater unum sumus ; » et de quo dicitur in Scripturis, quod sit verus Deus, et Filius, et Unigenitus ; « In quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis ; » et, « Deus magnus ; præ quo non reputabitur alter ; » et quod a dextris considet ? Verum in confesso est etiam, vocabulum illud, « major, » ad Incarnationem referri, propter quam is qui cujuslibet mutationis omnino expers est, minor etiam angelis, si ita loqui fas est, factus esse dicitur ab Apostolo his verbis : « Eum autem (41) qui modico quam angeli minoratus est, videmus Jesum, propter passionem mortis. » Nimirum non ut in forma Dei exsistens in cœlis, sed ut in forma servi in terra, quando ex Virgine citra ullam sui mutationem prodiit, aiebat : « Qui misit me Pater, major me est : » quasi diceret : Ea, quæ vobis, et cuilibet menti invisibilis est, Deitas major est aspectabili hac mea condescensione. Nam qui reipsa

(33) *Fuit.* Joan. I, 6.

(34) *Et transivit.* Gen. XXXII, a vers. 23 ad vers. 30. Codex mendose : Διέβην τὸν χειμάρουν, pro Διέβη τὸν χειμάῤῥουν.

(35) *Non potest.* Plura verba hic omittit Didymus, aut librarius.

36) *Eris.* Dictio hæc, ἔσῃ, id est « eris, » deest in Bibliis. Alias minimi momenti varietates prætereo.

ἀκούεις, μιᾶς θελήσεως οὔσης· ἀλλὰ διὰ τὸν περιεστῶτα ὄχλον, ἵνα πιστεύσωσιν, εἶπον τὸ, Πάτερ, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι σύ με ἀπέστειλας· πρωθυστέρως δὲ τὰς λέξεις ἐφθέγξατο, ἠσφαλισμένος ποιῶν, διὰ τοὺς ἀκροωμένους φιλαιτίους καὶ φιλαπεχθήμονας· ὡς καὶ περὶ τοῦ Προδρόμου τὴν οἰκονομίαν κηρύττοντος εἶπεν· « Ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ· » καὶ ὅμως οὐκ ἐξ οὐρανῶν ἀποσταλεὶς ἐτύγχανεν.

Γέγραπται ὁ Θεὸς καὶ ὑπὸ ἀνθρώπου ἀποστελλόμενος, καὶ ἄνθρωπος ὀνομαζόμενος, καὶ βλάβος περὶ τὴν θείαν καὶ ἀληθῆ δόξαν πάντως οὐχ ὑπομένων· ὡς Μωϋσῆς ἐν τῇ γενέσει λέγει· « Καὶ διέβη τὸν χειμάρρουν, καὶ διεβίβασε πάντα τὰ αὐτοῦ. Ὑπελείφθη δὲ Ἰακὼβ μόνος, καὶ ἐπάλαιεν ἄνθρωπος μετ' αὐτοῦ ἕως πρωΐ. Ἰδὼν δὲ, ὅτι οὐ δύναται Ἰακὼβ ἐν τῷ παλαίειν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀπόστειλόν με· ἀνέβη γὰρ ὁ ὄρθρος. Ὁ δὲ εἶπεν· Οὐ μή σε ἀποστείλω, εἰ μή με εὐλογήσῃς. Εἶπε δὲ αὐτῷ· Τί τὸ ὄνομά σου [182 *b*] ἐστίν; Ὁ δὲ εἶπεν· Ἰακώβ. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Οὐ κληθήσεται ἔτι ὄνομά σου Ἰακὼβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατὸς ἔσῃ. Ἠρώτησε δὲ Ἰακὼβ, καὶ εἶπεν· Ἀνάγγειλόν μοι τὸ ὄνομά σου. Καὶ εἶπεν· Ἵνα τί σὺ ἐρωτᾷς τὸ ὄνομά μου ; Καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν ἐκεῖ. Καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου Εἶδος Θεοῦ· Ἶδον γὰρ Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχή. » Ὅτι δὲ Θεός ἐστιν ὁ παλαίσας καὶ μὴ εἰπὼν αὐτοῦ τὸ ὄνομα, καὶ ἡ προφητεία λέγει· « Ὤφθην πρὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, τοὺς πατέρας ὑμῶν, Θεὸς ὢν αὐτῶν, καὶ τὸ ὄνομά μου οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς. » Πῶς δὲ καὶ μείζων κατὰ τὴν θεότητα ὑπάρχει τοῦ ἴσον ἑαυτὸν ποιοῦντος τῷ Πατρὶ, τοῦ λέγοντος· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν· » καὶ μαρτυρουμένου, ὡς ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ Υἱὸς, καὶ Μονογενής ἐστιν, « Ἐν ᾧ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος· » καὶ, « Θεὸς μέγας, πρὸς ὃν οὐ λογισθήσεται ἕτερος· » καὶ ὡς ἐκ δεξιῶν συγκαθέζεται ; Ἀλλ' ὁμολογουμένως καὶ τὸ « μείζων » εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν ἀποτείνεται, δι' ἣν ὁ μεταβολῆς διὰ παντὸς ἄμοιρος ὤν, ἠλαττῶσθαι καὶ τῶν ἀγγέλων, εἰ θέμις τοῦτο φάναι, γέγραπται παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ οὕτως· « Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου. » Ἀμέλει οὐκ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων ἐν οὐρανοῖς, ἀλλ' ἐν μορφῇ δούλου ἐπὶ γῆς, ὅτε ἐκ τῆς Παρθένου ἀτρέπτως προῆλθεν, [183 *a*] ἔλεγεν· « Ὁ πέμψας με Πατὴρ μείζων μου ἐστίν· » ὡσεὶ καὶ ἔλεγεν. Ἡ ὑμῖν καὶ πάσῃ διανοίᾳ ἀθέατος θεότης, μείζων τῆς ὁρωμένης συγκαταβάσεώς μου ὑπάρχει. Ὁ γὰρ τῷ πράγματι συγκαταβὰς, καὶ διακονῶν, καὶ μὴ διακονούμενος, καὶ δούλου φέρων μορφὴν, ὁ ἐν

(37) *Apparui.* Exod. VI, 3

(38) *Patres vestros.* Voces, τοὺς πατέρας ὑμῶν, desunt in Bibliis.

(39) *Nomen meum.* Græca editio hic addit, Κύριος, id est « Dominus. »

(40) *Se æqualem.* Joan. V, 18.

(41) *Eum autem.* Hebr. II, 9.

Digitized by Google Распознавание текста

μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, πως οὐχὶ καὶ τοῖς ῥήμασι συγκαταβαίνειν ἔμελλεν, ὁ παντὸς λόγου ἀνώτερος; οὕτως ὥστε καὶ ὀνειδίζει παρ' Ἰωάννῃ τοῖς ἐπὶ μικροπρεπείᾳ ἐκδεχομένοις τῆς οἰκονομίας τὰ ῥήματα, φάσκων· « Ἐγὼ τιμῶ τὸν Πατέρα μου, καὶ ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με. » Τιμᾷ δὲ καὶ ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν, λέγων· « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου· » καὶ μέντοι ἔλκων πρὸς αὐτὸν τοὺς ἀξίους. Καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο τὸ εἰπεῖν πεποιθήσει Πατέρα τὸν Θεὸν, δείκνυσιν, ὡς τὸ « μείζων » κατὰ τὴν ἐνανθρώπησίν ἐστιν.

A condescendit, qui ministrat, non vero ministratur, qui servi formam gerit, cum sit in forma Dei, quomodo non etiam verbis condescenderet? ipse, inquam, qui omni sermone sublimior est, atque excelsior, adeo ut apud Joannem eos etiam objurget, qui verba ob œconomiam, id est ob Incarnationem, ab ipso prolata sensu humiliore accipiebant, inquiens : « Ego (42) honoro Patrem meum, et vos inhonoratis me. » Honorat autem etiam Pater Filium dicens, « Sede a dextris meis, » et insuper eos, qui digni fuerint, ad illum trahens. Ex hoc ipso autem, **385** quod Deum confidenter dixerit Patrem, ostenditur, vocem illam, « major, » respectu Incarnationis dici.

Καὶ ἐξ ὑποδείγματος δὲ ῥᾷον ὑποστῆναι τοῦ μὴ κατὰ τὴν θεότητα εἰρῆσθαι τὸ « μείζων. » Ὁ γὰρ Κύριος φησίν· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν· οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ. » Ἀλλ' οὐχ ὡς ἐξ ἑτέρας μείζονος φύσεως ὄντα, ἢ κατ' ἀνθρώπους, ἔλεγε μείζονα εἶναι αὐτόν· πάντες γὰρ οἱ ἀρετῆς μεταποιούμενοι, ἢ ἐξισοῦντο αὐτῷ, ἢ τι ἀπελείποντο· οὐδὲ ὡς δυνάμει κρείττονος, ἢ χρόνῳ πλείονι εἰληφότος τὴν γένεσιν· αὐτὸς μὲν γὰρ τῇ ἐν κόσμῳ ζωῇ διέμεινεν ἔτη λ'· ἦσαν δὲ οἱ τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ καὶ τῷ πλήθει τῶν ἐτῶν ὑπερβάλλοντες αὐτόν. Ἀλλ' οὐ ταύτῃ κρείττονα τῶν ἀνθρώπων ἔλεγεν, ἀλλὰ τῇ προφητείᾳ, ἣν μάλιστα ἔνθεον αὐτὸς ἐδέξατο. Καὶ πάλιν· « Ὁ δὲ ἐν τῇ [185 *b*] βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μικρότερος, μείζων αὐτοῦ ἐστιν. » Ἔλεγε δὲ περὶ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου, τοῦ χρόνοις μὲν μικροτέρου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου, τῇ δὲ ἀξίᾳ τῆς ἀποστολῆς μείζονος. « Ἔθετο γὰρ ὁ Θεὸς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, » ὡς Παῦλος γράφει, « πρῶτον ἀποστόλους, ἔπειτα προφήτας. » Εἶπε δὲ, « Ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μικρότερος, » διὰ τὸ ἐν βίβλῳ ζώντων πάντων τὰ ὀνόματα γράφεσθαι, καὶ ὡς μεταγενεστέρου εἰκότως ὕστερον τετάχθαι τὸ αὐτοῦ ὄνομα. Τινὲς δὲ τὸ μέρος τοῦτο, περὶ τοῦ Δεσπότου ἐνόησαν, μικρότερον μὲν κατὰ τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, καθ' ἣν ἧσσων προφητῶν καὶ ἱερέων ὑπωπτεύετο τυγχάνειν, μείζονα δὲ κατὰ τὴν θεότητα. Ὥστε καὶ κατὰ ταῦτα τὸ « μείζων » καὶ τὸ « πέμψας » τῷ πρὸς τὸν Πατέρα ὁμοουσίῳ μείωσιν οὐ ποιεῖ. Καὶ ὅπερ δὲ εἴρηται πρὸ βραχέος, δοκεῖ πως ὁ κομψίᾳ λόγων χρώμενος, καὶ ὁ ἑαυτῷ ἀεὶ ἀπονέμων τὰ πρωτεῖα καὶ τιμὴν ἀπαιτῶν, οἴησιν ἔχειν· ἡ δὲ οἴησις, ὑπερηφανία τίς ἐστιν. Οὐδὲν δὲ πρὸ τῆς ὑπερηφανίας ἠτίμασεν· οὐδὲ γὰρ μείζονος μᾶλλον μέλει τῷ Θεῷ, ἢ μήποτε πλέον τοῦ μικροτέρου. Ἔχει γὰρ ἅπαξ, κἂν αὐτὸς μὴ λέγῃ, σύμφυτον τὸ μεῖζον· καὶ οὐδεὶς τῶν εὐγνωμόνων περὶ τούτου ἀμφισβητεῖ. Διὸ ἃ δή φησιν· « Ἐὰν ἐγὼ ἐμαυτῷ μαρτυρῶ, ἡ μαρτυρία μου

B Sed ab exemplo ostendere facilius est, vocem ipsam « major » ad Deitatem referendam non esse (43). Nam Dominus ait : « Amen (44) dico vobis : non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista. » Sed hunc majorem esse non ideo dixit Christus, quod alterius naturæ esset humana majoris; omnes enim, qui virtuti studebant, aut æquales ipsi erant, aut paulo inferiores. Ac ne ex eo quidem major dictus est Joannes, quod potentia superior, aut generatione antiquior foret; triginta enim annos in mundo vixerat; erant vero qui corporis robore et annorum numero eum superarent. Verum non hac ratione majorem hominibus eum dixit, sed propter prophetiam (45) summopere divinam, quam ipse acceperat. Et rursus : C « Qui autem (46) in regno cœlorum minor est, major ipso est. » Dicebat autem ista Christus de Joanne apostolo, qui ætate quidem minor erat Joanne præcursore, dignitate autem apostolatus major. « Posuit (47) enim Deus in Ecclesia, » ut Paulus scribit, « primum apostolos, deinde (48) prophetas. » Dixit autem, « in regno cœlorum minor, » quia in libro viventium nomina omnium scribuntur, et ipsius utpote junioris nomen merito posterius positum est. Quidam vero hunc locum de Domino intellexerunt, inquientes, eum minorem quidem esse secundum formam servi, in qua minor prophetis et sacerdotibus putabatur; majorem vero secundum deitatem. Itaque secundum hanc quoque explicationem verba « major, » et « qui misit, » D consubstantialitatem ejus cum Patre non minuunt. Ut autem paulo ante jam dictum est, qui fastu (49) verborum utitur ac primas sibimetipsi partes semper attribuit, atque honorem exigit; is animi elationem quodammodo habere videtur : animi autem elatio est quoddam superbiæ genus : nihil vero magis, quam superbiam, despectui haberi voluit : neque enim ejus, qui major sit, majorem curam

(42) *Ego.* Joan. VIII, 49. Lege catenam *in Joannem* XVII, 1, ubi affinia docet Didymus.

(43) *Referendam non esse.* Codex, τοῦ μὴ κατά, etc. Legendum videtur τό pro τοῦ.

(44) *Amen.* Matth. XI, 11.

(45) *Propter prophetiam.* Recte Hieronymus in libro *contra Luciferianos* num. 7. « Audi, » inquit, « Dominum loquentem : « Non est in natis mulierum major Joanne Baptista. » Nulli enim contigit prophetarum et annuntiare Christum, et digito demonstrare. »

(46) *Qui autem.* Matth. XI, 11.

(47) *Posuit.* I Cor. XII, 28.

(48) *Deinde.* Græca ed., δεύτερον, id est « secundo. »

(49) *Fastu.* Codex, κομψίᾳ. Lego, κομψείᾳ. Hoc sensu Pollux lib. VI, segm. 123, κομῶν « jactaterem » dixit.

Digitized by Google Распознавание текста

habet Deus; aut fortasse (50) major ipsi cura est de eo qui minor **386** sit. Habet enim ipse omnino, etsi id non dicat, ex natura sua, ut major sit; nec eorum qui recte sentiunt, quisquam de hoc dubitat. Quam ob causam ait : « Si ego (51) mihimetipsi testimonium perhibeo, testimonium meum non est verum; est Pater meus, qui testimonium perhibet mihi. » Sed ne quis hoc etiam ob ejus parvitatem ab ipso dictum putet, alibi ait : « Et si ego (52) testimonium perhibeo mihimetipsi, testimonium meum verum est. » Ast in primo etiam λόγῳ (53) satis ostensum est, dictionem hanc « major » neque respectu essentiæ, nec respectu potentiæ, nec respectu gloriæ cœlestis dictam fuisse. Quin etiam viri apud Græcos probati aiunt :

Immortalis vero Deus, supremus in æthere habitans,
Incorruptus, inconcussus, æternus, semper similis.

A οὐκ ἔστιν ἀληθής· ἔστιν ὁ Πατήρ μου ὁ μαρτυρῶν μοι. » Ἀλλ' ἵνα μὴ καὶ τοῦτο πρὸς σμικρότητος αὐτοῦ νομισθείη, ἑτέρωθι λέγει· « Κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ ἐμαυτῷ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθής ἐστιν. » Καὶ ἐν τῷ πρώτῳ δὲ λόγῳ ἱκανῶς ἐδείχθη περὶ [184 *a*] τοῦ « μείζων, » μήτε κατ' οὐσίαν, ἢ δύναμιν, ἢ δόξαν τὴν ἄνω εἰρῆσθαι. Φασὶν δὲ καὶ οἱ παρ' Ἕλλησιν δόκιμοι·

Ἀθάνατος δὲ Θεὸς πανυπέρτατος αἰθέρι ναίων,
Ἄφθιτος, ἀστυφέλικτος, ἀΐδιος, αἰὲν ὁμοῖος.

CAP. XIX.

B Alia quoque sunt in Scripturis oracula, quæ hæretici non eo sensu acceperunt, qui supremis et incomprehensibilibus hypostasibus dignus esset. Hujusmodi est illud : « Pater (54) mandatum dedit mihi, quid dicam, et quid loquar. » Tale est etiam quod de Spiritu sancto dicitur : « A semetipso (55) non loquetur, sed de meo accipiet, et annuntiabit vobis; » et quod alibi legitur : « Ego a me ipso (56) locutus non sum; » et rursum : « Sicut (57) mandavit mihi Pater, ita facio; » et rursus : « Sermo (58), quem auditis, non est meus, sed ejus qui misit me. » Et quæ is affinia sunt. Talibus enim locutionibus usus est Dominus, quatenus Verbum est Patris; quod ostendere nobis vellet unitatem naturæ, et ineffabilem concordiam consensumque sanC ctæ Trinitatis; et quod ipsius Trinitatis documenta trium personarum communia sint, non vero diversa. Nam omnis creatura, si fuerit rationalis, propriam habet voluntatem, cui, ut scriptum est (59), silentium indicit, ut ex Dei voluntate loquatur. Ideo aliquando quidem quæ sua sunt, loquitur et facit : aliquando vero quæ sunt Dei; et in aliquibus **387** quidem rebus conspirat cum homine sibi simili, in aliquibus vero, alia vult. Nam Deus Verbum cum sit Dominator et Sapientia, sanctus vero Dei Spiritus cum ex ipso procedat, et juxta Apostolum scrutetur profunda ejus, et solus sciat quæ sunt Dei, et divina dona ex propria potestate largiatur, idcirco antequam loquatur aut operetur, non exD spectat dum audiat, sicut faciunt creaturæ, quæ Dei voluntatem non modo ignorare possunt, verum etiam aliquando non facere : ut cum Abrahamus quidem hæsitans ait : « Nunquid (60), Domine, si loquar? » Moses vero deprecans ac recusans : « Gracilis (61) voce, et tardus lingua sum ego; » et : « Obsecro,

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Οὐκ ἐνόησαν, ὡς ἔστιν ἐπὶ τῶν ἀκροτάτων καὶ ἀπερινοήτων ὑποστάσεων θέμις, καὶ τὸ, « Ὁ Πατὴρ ἐντολήν μοι δέδωκεν, τί εἴπω, καὶ τί λαλήσω. » Περὶ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· « Ἀφ' ἑαυτοῦ οὐ λαλήσει, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν· » καὶ ἑτέρωθι· « Ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα· » καὶ πάλιν· « Καθὼς ἐνετείλατό μοι ὁ Πατήρ, οὕτως ποιῶ· » καὶ πάλιν· « Ὁ λόγος ὃν ἀκούετε, οὐκ ἔστιν ἐμὸς, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με· » καὶ ὅσα τοιαῦτα. Τοιούτοις γὰρ ἐχρήσατο ῥήμασιν ὁ Δεσπότης, ὡς λόγος ὢν τοῦ Πατρὸς, ἐνδείξασθαι ἡμῖν βουλόμενος τὴν ἕνωσιν τῆς φύσεως, καὶ τὴν ἄῤῥητον συμφωνίαν τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ ὡς κοινὰ αὐτῆς ἐστι τὰ διδάγματα, καὶ οὐ διεστῶτα. Πᾶν γὰρ κτίσμα, ἐὰν ᾖ λογικὸν, ἔχει θέC λημα ἴδιον· ὃ, ὡς γέγραπται, κατασιγάζει, ἵνα τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα εἴπῃ. Διὸ ποτὲ μὲν τὰ ἑαυτοῦ λαλεῖ καὶ ποιεῖ, ποτὲ δὲ τὰ τοῦ Θεοῦ· καὶ εἰς ἕνια μὲν συμπνέει τῷ ὁμοίῳ ἀνθρώπῳ· εἰς ἕνια δὲ, ἕτερα βούλεται. Ὁ γὰρ Θεὸς Λόγος ἐξουσιαστὴς ὢν καὶ σοφία, ἔτι μὴν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐκπορευόμενον παρ' αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἐρευνῶν τὰ βάθη αὐτοῦ, καὶ μόνον εἰδὸς τὰ τοῦ Θεοῦ, κατ' ἐξουσίαν παρέχον τὰς θείας δωρεὰς, οὐκ [184 *b*] ἀναμένει ἀκοῦσαι, καὶ οὕτως εἰπεῖν, ἢ ποιῆσαι, ὡς τὰ κτίσματα· ἅπερ πέφυκεν οὐ μόνον τοῦ Θεοῦ τὸ θέλημα ἀγνοεῖν, ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ μὴ ποιεῖν· ὡς ἡνίκα λέγῃ, ὁ μὲν Ἀβραὰμ ἐνδοιάζων· « Μή τι, Κύριε, ἐὰν λαλήσω; » Ὁ δὲ Μωϋσῆς παραιτούμενος· « Ἰσχνόφωνος καὶ βραδύγλωσσός εἰμι ἐγώ· » καὶ, « Δέομαι, Κύριε· οὐ δύναμαι μόνος φέρειν τὸ βάρος τοῦ λαοῦ τούτου· προχείρισαι ἄλλον σεαυτῷ. » Καὶ Ἀαρὼν καὶ Μαριὰμ οἰκείᾳ κινήσει ἐθρασύνθησαν κατὰ Μωϋσέως, ὅτε καὶ ἐλεπρίασεν ἡ Μαριὰμ, καὶ ὠργίσθη θυμῷ Κύριος. Ἀλλὰ καὶ Δαυὶδ, τὸ ἑαυτοῦ θέλημα ποιῶν, καὶ ἀριθμῶν τὸν λαὸν, ἐπιτιμᾶται. Καὶ

(50) *Aut fortasse.* Græce, ἢ μήποτε· quæ formula apud scriptores maxime Didymi æquales valet, « aut fortasse, » ut ipse reddidi.

(51) *Si ego.* Joan. v, 31, 32. Sensum potius citat, quam verba, idemque facit segm. 206 *b*.

(52) *Et si ego.* Joan. VIII, 14.

(53) *In primo... Λόγῳ.* Si vox isthæc, λόγῳ, ad primum hujus operis librum referenda est, allegat hic Didymus caput 16 ejusdem libri.

(54) *Pater.* Joan. XII, 49.

(55) *A semetipso.* Joan. XVI, 13, 14.

(56) *Ego a me ipso.* Joan. XII, 49.

(57) *Sicut.* Joan. XIV, 31.

(58) *Sermo.* Ibid. 24.

(59) *Ut scriptum est.* Quemnam Scripturæ locum respiciat, nescio : nisi forte respicit illud Christi. « Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. »

(60) *Nunquid.* Gen. XVIII, 30.

(61) *Gracilis.* Exod. IV, 10.

Digitized by Google Распознавание текста

Ἱερεμίας δὲ, παρὰ σκοπὸν τοῦ ἀνεξικάκου καὶ ἀμνησικάκου Θεοῦ εἰπών· « Νεώτερός εἰμι ἐγὼ, καὶ οὐ δύναμαι προφητεύειν, » ἀκούει· « Μὴ λέγε, ὅτι Νεώτερός εἰμι ἐγώ. » Καὶ ὁ Ἰωνᾶς δὲ, ἴδιον, καὶ οὐ τοῦ Θεοῦ ποιῶν θέλημα, πλοίῳ ἐπιβὰς, φεύγει εἰς Θαρσεῖς ἐκ προσώπου τοῦ πανταχοῦ ὄντος Κυρίου. Καὶ Παῦλος περὶ τῶν ἀποστόλων Γαλάταις φησίν· « Ἀλλ' ὅτε ἴδον, ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσιν πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ Εὐαγγελίου, εἶπον τῷ Κηφᾷ ἔμπροσθεν πάντων » τάδε. Ἵνα δὲ πληροφορηθῶσιν οἱ ἄπιστοι, εἴγε δὴ ἄρα καὶ πληροφορηθῶσιν, ἀνάγκη μακρῦναι τὸν λόγον. Πρὸ τῆς ἐν κόσμῳ παρουσίας τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἐφάνησαν ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, ὡς Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος, καθὼς ἔχουσιν αἱ Πράξεις τῶν ἀποστόλων, πλανῶντες, καὶ οὐ τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ [185 *a*] νόμου αὐτοῦ διδάσκοντες· περὶ ὧν καὶ Ἰεζεκιὴλ προφητεύει· « Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος· ἐπὶ τοὺς προφήτας, τοὺς πλανῶντας τὸν λαόν μου, οὐκ ἀπέστειλα αὐτούς· ἀφ' ἑαυτῶν ἐλάλησαν. »

Domine (62) : non possum solus ferre pondus populi hujus : elige tibi alium. » Et Aaron (63), ac Maria propriæ voluntatis motione contra Moysem audacter insurrexerunt, quando et Maria leprosa facta fuit, et Dominus iratus est. Quin etiam David suam faciens voluntatem, et populum numerans reprehenditur (64). Jeremias vero, cum præter mentem patientis, et injuriarum obliviscentis Dei dixisset, « Junior (65) sum ego, et non possum prophetare (66), » audiit : « Ne dicas : Junior sum ego. » Jonas autem propriam voluntatem faciens, non Dei, cum navigium conscendisset, « fugit (67) in Tharsis ex facie Dei » ubique exsistentis. Et Paulus de apostolis loquens ad Galatas hæc scripsit : « Sed cum (68) vidi quod non recte ambulant ad veritatem Evangelii, dixi Cephæ (69) coram omnibus » hæc. Verum ut iis, qui increduli sunt, omnis dubitandi locus præcludatur (si tamen id fieri potest), sermonem in longum protrahere necesse est. Antequam veniret in mundum Filius Dei, pseudochristi et pseudoprophetæ, cujusmodi fuit Judas Galilæus, apparuerant, sicut Acta apostolorum testantur : ii vero deceptores erant, nec ea docebant, quæ sunt Dei et legis ipsius. De illis pruphetat etiam Ezechiel : « Vivo (70) **388** ego, dicit Dominus : ad prophetas qui seducunt populum meum, non misi eos : a se ipsis locuti sunt. »

Ἐλθὼν τοίνυν ὁ ἀληθινὸς Χριστὸς, ὑπενοήθη πλάνος. Ἔχει γὰρ τὸ Εὐαγγέλιον, ὡς ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν Σκηνοπηγίων ἐζήτουν τὸν Ἰησοῦν οἱ ὄχλοι, λέγοντες· « Ποῦ ἔστιν; Καὶ ἦν περὶ αὐτοῦ διαφωνία· οἱ μὲν ἔλεγον· Ἀγαθός ἐστιν· ἄλλοι ἔλεγον· Οὐχί· πλανᾷ τὸν ὄχλον. » Καὶ πάλιν οἱ ἀρχιερεῖς λέγουσι τῷ Πιλάτῳ· « Οἴδαμεν, Κύριε, ὅτι εἶπεν ὁ πλάνος ἐκεῖνος ἔτι ζῶν· Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι. » Εἶπεν οὖν ὁ Σωτὴρ, περὶ μὲν ἐκείνων οὕτως· « Ὅσοι ἦλθον πρὸ ἐμοῦ, κλέπται ἦσαν καὶ λῃσταί· ἀλλ' οὐκ ἤκουσεν αὐτῶν τὰ πρόβατα. Τὰ ἐμὰ πρόβατα τῆς ἐμῆς φωνῆς ἀκούουσιν, καὶ γνωρίζει τὴν φωνήν μου, καὶ ἀκολουθεῖ μοι· » περὶ δὲ ἑαυτοῦ· « Ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ· » ὡς ἐκεῖνοι δῆλον ὅτι. Προειδὼς δὲ καὶ τὰ μέλλοντα, ὡς Θεὸς, καὶ ὅτι μετὰ τὴν ἐν οὐρανοῖς ἄνοδον αὐτοῦ, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιδημίαν, ἔσονται πάλιν πλάνοι, ὡς Σίμων, ὡς Μοντανὸς, ὡς Μανιχαῖος, προησφαλίσατο εἰπών· « Ὅταν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, τὸ

Cum itaque venisset verus Christus, suspectus fuit quasi seductor ; testatur enim Evangelium turbas in festivitate (71) Scenopegiorum quæsivisse Jesum dicentes : « Ubi est ? Et erat de ipso discordia : alii quidem dicebant : Bonus est; alii dicebant : Non; seducit turbam. » Et rursus principes sacerdotum aiunt Pilato : « Scimus, domine (72), quod dixit seductor ille adhuc vivens : Post tres dies resurgo. » De illis (73) ergo Salvator hæc dixit : « Quicunque (74) venerunt ante me, fures erant (75) et latrones : sed non audierunt (76) eos oves. Oves meæ (77) meam vocem audiunt, et cognoscunt vocem meam, et sequuntur me. » De se ipso autem ait : « Ego a me ipso (78) non loquor : » nempe : sicut illi faciebant. Cum vero etiam futura præsciret ut Deus, et post suam in cœlum ascensionem, sanctique Spiritus adventum rursus fore nosset seductores, ut Simon, ut Montanus, ut Manichæus fuerunt, nos præmunivit in-

(62) *Obsecro, Domine.* Ex duobus Scripturæ locis unum facit. Primus locus exstat Exod. IV, 13, ubi legitur : Δέομαι, Κύριε, προχείρισαι ἄλλον δυνάμενον, id est, « Obsecro, Domine, elige alium qui possit. » Alter vero exstat in Numeris cap. XI vers. 14 : Οὐ δυνήσομαι ἐγὼ μόνος φέρειν τὸν λαὸν τοῦτον, id est « non potero ego solus ferre hunc populum. »

(63) *Aaron.* Lege Numer. XII, 1, 9, 10.

(64) *Reprehenditur.* Lib. II Reg. XXIV, 12.

(65) *Junior.* Jerem. I, 6, 7.

(66) *Et non possum prophetare.* Sensum citat ; nam Biblia sic habent : Ἰδοὺ οὐκ ἐπίσταμαι λαλεῖν, id est, « Ecce nescio loqui. »

(67) *Fugit.* Joan. I, 3.

(68) *Sed cum.* Galat. II, 14.

(69) *Cephæ.* Græca editio : Πέτρῳ, id est « Petro. » Sed Vulgatus interpres legit ut Didymus, cujus lectionem exhibet etiam codex Alexandrinus.

(70) *Vivo.* Sensum citat, ac duorum prophetarum loca inter se confundit. Nempe in Michæa cap. III, vers. 5, legitur : Τάδε λέγει Κύριος ἐπὶ τοὺς προφήτας τοὺς πλανῶντας τὸν λαόν μου, id est, « Hæc dicit Dominus super prophetas qui seducunt populum meum. » In Ezechiele autem cap. XIII, vers 6 : Ἐγὼ οὐκ ἀπέσταλκα αὐτούς, id est « ego non misi illos. » Et vers. sequenti : Καὶ ἐλέγετε, Φησὶ Κύριος· Καὶ ἐγὼ οὐκ ἐλάλησα, id est : « Et dicebatis : Ait Dominus : et ego locutus non fui. »

(71) *In festivitate.* Joan. VII, 11, 12. Citatur sensus potius, quam verba.

(72) *Scimus, Domine.* Matth. XXVII, 63. Pro, οἴδαμεν, Græca editio habet : ἐμνήσθημεν, id est, « meminimus. »

(73) *De illis.* Clemens quoque in primo *Strom.*, pag. 368, de pseudoprophetis intelligit Domini verba, quæ allegat Didymus.

(74) *Quicunque.* Joan. X, 8.

(75) *Erant.* Græca editio, εἰσί, id est « sunt. »

(76) *Audierunt.* Biblia eodem sensu, ἤκουσαν pro ἤκουσεν.

(77) *Oves meæ.* Joan. X, 27. Sensus tamen affertur, non verba.

(78) *Ego a me ipso.* Joan. XIV, 10.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

quiens: « Cum autem (79) venerit Paracletus, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, ille vobis in memoriam revocabit verba mea, et deducet vos ad omnem veritatem : a semetipso non loquetur. » Id est : Spiritui sancto fidem ne denegetis, qui eadem dicit, et docet quæ ego : nec enim est alterius voluntatis (80), nec alterius essentiæ : iis autem qui Spiritum sanctum se habere aiunt, sed non loquuntur quæ mea sunt, et prophetarum, ne credatis. Manichæum vero ne toleretis, quod Vetus Testamentum non admittat, sed inhumanitatis condemnet bonum Patrem, qui mecum loquitur, ac ea facit, quæ ipsius erga homines benignitatem declarant. Ad hæc : cum Verbum Dei in ipso Deo subsistens sit Filius, cumque et ipse sit in Patre, et Patrem habeat in semetipso, merito dicitur non loqui a se ipso, sed, ut antea scriptum est, ea loquitur quæ sunt Dei, quippe qui Deus est ineffabilis ineffabiliter videns voluntatem **389** Patris. Atque id ipsum similiter de Spiritu sancto dicendum est, quippe qui est divinus Spiritus. Sed alia etiam explicatio afferri potest. Cum Verbum Patris ait, « Spiritus (81) a se ipso non loquetur, sed de meo accipiet, » unius essentiæ, uniusque voluntatis vinculum in Trinitate ostenditur. Cum vero ipse non dixerit, « A semetipso non loquitur, » sed, « non loquetur, » apparet, verba illa, « non loquetur, » ad certum quoddam tempus ac rem esse referenda. Quandoquidem detrectanti Moysi, ut antea dictum est, ait Deus : « Elige (82) septuaginta seniores, et accipiam de Spiritu, qui est in te, et dabo super illos. » Attamen non tanquam indigus accepit Deus de Spiritu, qui erat in Moyse. Unigenitum porro, ac Spiritum Dei, tanquam eum, qui propria auctoritate præditus sit, et tanquam Dominum, operari et loqui, alibi rursus testatur Scriptura in hunc modum : De Filio quidem, exempli gratia, ait David : « Deus noster (83) in cœlo et in terra omnia quæcunque voluit, fecit. » Isaias vero : « Fortis (84), Dominator. » Ac præterea propria potestate divinam virtutem operabatur (85), et miracula perficiebat, ut antea (86) dictum fuit. De Spiritu autem sancto, exempli gratia, Dominus hæc docet : « Spiritus (87) ubi vult, spirat. » Paulus vero : « Hæc autem (88) omnia operatur unus et idem Spiritus dividens seorsum singulis prout vult. »

A Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰ ῥήματά μου, καὶ ὁδηγήσει ὑμᾶς πρὸς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν· ἀφ' ἑαυτοῦ οὐ λαλήσει· » ἀντὶ τοῦ, Τῷ ἁγίῳ Πνεύματι μὴ ἀπιστήσητε, τὰ αὐτὰ λέγοντι καὶ διδάσκοντι, ἅπερ ἐγώ· Οὐ γὰρ ἑτερόβουλον, οὐδ' ἑτερούσιον· τοῖς δὲ Πνεῦμα ἅγιον λέγουσιν ἔχειν, καὶ μὴ [185 *b*] λαλοῦσι τὰ ἐμὰ καὶ τὰ τῶν προφητῶν, μὴ πιστεύσητε· μή τε μὴν ἀνάσχησθε Μανιχαίου, μὴ προσιεμένου τὴν Παλαιὰν Διαθήκην, ἀλλ' ἀπανθρωπίαν καταψηφιζομένου τοῦ ἀγαθοῦ Πατρὸς, τοῦ σὺν ἐμοὶ λαλοῦντος καὶ ποιοῦντος τὰ φιλάνθρωπα. Πρὸς τούτοις, Λόγος ὢν τοῦ Θεοῦ ἐνυπόστατος ὁ Υἱὸς, καὶ ὢν ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ τὸν Πατέρα ἔχων ἐν ἑαυτῷ, εἰκότως ἀφ' ἑαυτοῦ οὐ λαλεῖ· ἀλλ', ὡς προγέγραπται, τὰ τοῦ Θεοῦ λαλεῖ, ἅτε δὴ Θεὸς ἄῤῥητος βλέπων εἰς τὸ θέλημα τοῦ Πατρός· καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ὁμοίως, ἅτε θεῖον Πνεῦμα. Νοητέον καὶ ἄλλως· Τοῦ Λόγου τοῦ Πατρὸς φάσκοντος· « Τὸ Πνεῦμα ἀφ' ἑαυτοῦ οὐ λαλήσει, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται· » ὁρᾶται ὁ σύνδεσμος τῆς οὐσίας, καὶ τοῦ ἑνὸς θελήματος τῆς Τριάδος. Οὐκ εἰπόντος δὲ αὐτοῦ, Ἀφ' ἑαυτοῦ οὐ λαλεῖ, ἀλλ', « οὐ λαλήσει, » δείκνυται, ὡς ἐπί τινι καιρῷ καὶ πράγματι ἐλέχθη τὸ, « οὐ λαλήσει. » Ἐπείτοι τῷ Μωϋσεῖ, ὡς προείρηται, παραιτουμένῳ λέγει ὁ Θεός· « Ἔπιλεξαι ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρους, καὶ λήψομαι ἀπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἐν σοὶ, καὶ δώσω ἐπ' αὐτούς· » καὶ ὅμως οὐχ ὡς ἐνδεὴς ἐλάμβανεν ἀπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ὄντος ἐν τῷ Μωϋσεῖ. Πάλιν γοῦν ἄλλοτε ἐξουσιαστικῶς καὶ δεσποτικῶς ποιεῖν καὶ φθέγγεσθαι τὸν Μονογενῆ καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ μαρτυρεῖ ἡ Γραφὴ οὑτωσί· περὶ μὲν τοῦ Υἱοῦ, ὡς ἡνίκα λέγῃ Δαυΐδ· « Ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ πάντα, ὅσα ἠθέλησεν, ἐποίησεν· » Ἡσαΐας δέ· « Ἰσχυρὸς ἐξουσιαστής· » καὶ ὡς ὅτε κατ' ἐξουσίαν ἐνεργεῖ θείαν δύναμιν, καὶ θαύματα ἐπετέλει, ὡς προελέχθη. [186 *a*] Περὶ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς ἡνίκα ὁ Κύριος διδάσκῃ· « Τὸ Πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ· » Παῦλος δέ· « Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται. »

(79) *Cum autem.* Joan. XV, 26, XVI, 13, et XIV, 26. Quæ loca inter se permiscet, sensum citans. Simile quid facit in lib. *De Spiritu sancto* num. 30, ubi sic citat : « Cum autem venerit Paracletus Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. » Quæ partim desumpta sunt ex Joan. XV, 26, aut XVI, 13, partim ex XIV, 26.

(80) *Voluntatis.* Eodem modo Evangelii verba accipit in libro *De Spiritu sancto* num. 34 et 36.

(81) *Spiritus.* Hic quoque duos inter se textus confundit. Nam capite XVI Joannis, versiculo quidem 13 legitur : Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, id est « non enim loquetur a semetipso ; » versiculo autem 14 : Ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, id est, « quia de meo accipiet. »

(82) *Elige.* Num XI, 16, 17. Sensum duntaxat citat ; nam verba hæc sunt : Συνάγαγέ μοι ἑβδομήκοντα ἄνδρας. . . καὶ ἀφελῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἐπὶ σοὶ, καὶ ἐπιθήσω ἐπ' αὐτούς, id est, « congrega mihi LXX viros... et auferam de Spiritu, qui est in te, et imponam super ipsos. »

(83) *Deus noster.* Psal. CXIII, vers. 11 (apud Vulg. part. II, vers. 3. Vide not. 79, pag. 11.

(84) *Fortis.* Isa. IX, 6.

(85) *Virtutem operabatur.* Locutio Biblica. Vide psal. CXVII, vers. 16 ; Marc. IX, 39 ; Matth. XIII, 58, etc.

(86) *Antea.* Lege cap. 27 libri primi

(87) *Spiritus.* Joan. III, 8.

(88) *Hæc autem.* I Cor. XII 11.

Digitized by Google Распознавание текста

ΚΕΦ. Κ'.

Ἀποτίθεσθαι τὸν Μονογενῆ τὴν βασιλείαν, καὶ μὴ εἶναι βασιλέα αἰώνιον, ὑποτάσσεσθαί τε τῷ Θεῷ, ὥς τινα ἀντίθεον (Πλεως δὲ ἡμῖν ἔστω), καὶ εἶναι μόνον « τὰ πάντα ἐν πᾶσι » τὸν Πατέρα φαντάζονται, ἀφ' ὧν Κορινθίοις Παῦλος ἔγραψε τοιάδε· « Ὅταν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν· δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν, ἄχρις οὗ ἂν θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος· πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ὅταν δὲ εἴπῃ· Τὰ πάντα ὑποτέτακται, δῆλον, ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα· ὅταν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε αὐτὸς ὁ Υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. » Καὶ εἰς τοῦτο δὲ, ὅτι περὶ τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ἐλεῖσθαι ὀφείλομεν τὸν νοῦν ἀκριβῶς· εἴ γέ τις ἀναλογιζόμενος ὅπερ εἰ θεϊκῶς ὑποτάσσεται, ἀπ' ἀρχῆς ἂν ὑπετέτακτο. Ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῆς προφητείας Δανιὴλ, ἐχούσης ὧδέ πως κατὰ λέξιν· « Ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος, καὶ ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασεν· καὶ προσήχθη αὐτῷ, [186 *b*], καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία· καὶ πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ, γλῶσσαι δουλεύσουσιν αὐτῷ· ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται· καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται. » Παλαιὸν γὰρ ἡμερῶν τὸν Πατέρα λέγει· ὡς Υἱὸν δὲ ἀνθρώπου προσαχθέντα αὐτῷ, ᾧτινι ἐδόθη ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία, τὸν σύμμορφον τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν δηλοῖ. Ἐὰν οὖν μὴ δώσωσι, διὰ τοῦτο εἰρῆσθαι τῷ Ἀποστόλῳ καὶ τῷ προφήτῃ τὰ προκείμενα, λείπεται αὐτοὺς παραγράφασθαι τὸν ἕτερον. Ἀπὸ γὰρ τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ, νῦν μὲν βασιλεύει ὁ Υἱὸς, μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν ἀποτίθεται, κατ' αὐτούς. Ἀπὸ δὲ τῆς προφητείας, νῦν μὲν οὔπω βασιλεύει ὁ Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων, τότε δὲ ἄρχεται, μετὰ τοῦτο ἔμπαλιν φαίνεσθαι ἐπὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Εὑρίσκεσθαι δὲ πρὸς τούτοις, ὅτι τῇ μὲν Παρθένῳ Μητρὶ αὐτοῦ καὶ τῷ Ἰωσὴφ ὑπετάγη εἰς τὴν οἰκονομίαν, ἐκὼν δὲ δῆλον ὅτι, καὶ οὐκ ἀνάγκῃ, οὐδὲ καταβάλλων τι τοῦ βασιλικοῦ γέρως, μᾶλλον δὲ τῇ συγκαταβάσει δεικνὺς τὸ ὑπέρογκον τῆς θεότητος, καὶ τὸ πρᾶον τῆς Δημιουργοῦ δυνάμεως, καὶ οἰκονομῶν τὸ ἡμᾶς πατράσι πείθεσθαι· οἷς

A

B

C

D

CAP. XX.

Regnum ab Unigenito deponi, eumque æternum Regem non esse, sed subjici Deo quasi quemdam semideum (nobis autem propitius ipse ignoscat), ac solum Patrem « omnia in omnibus » esse comminiscuntur ex iis, quæ ad Corinthios Paulus scripsit hisce verbis : « Cum tradiderit (89) regnum Deo et Patri, cum evacuaverit omnem principatum et potestatem et virtutem : oportet enim illum regnare, donec posuerit omnes inimicos ipsius (90) sub pedibus **390** ejus : novissima inimica destruitur mors : omnia enim subjecit sub pedibus ejus. Cum autem dixit : Omnia (91) subjecta sunt, sine dubio præter eum qui subjecit ei omnia. Cum autem subjecta fuerint illi omnia, tunc ipse Filius subjicietur ei, qui subjecit ipsi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus. » Respondemus (92), hæc ab eo, qui accurate illa expenderit, de servi forma accipi debere; nam si subjiceretur qua Deus, subjectus fuisset ab initio. Constat id præterea ex Danielis prophetia, quæ ad verbum sic habet : « Contemplabar (93) in visione noctis, et ecce cum nubibus cœli quasi Filius hominis veniens (94), et usque ad Antiquum dierum pervenit, et adductus est (95) ei, et ipsi datus est principatus, et honor, et regnum; et omnes populi, tribus, linguæ servient ei : potestas ejus potestas æterna, quæ non præteribit, et regnum ejus non corrumpetur. » Nam « Antiquum dierum » dicit Patrem : Qui vero ei « adductus est quasi Filius hominis, » cui datus est principatus, et honor, et regnum, illum significat, qui nostræ abjectioni conformis factus est. Itaque nisi verba, quæ allegata sunt, ab Apostolo, et a propheta hac de causa dicta esse concesserint, restat ut alterutrius testimonium quasi præscriptione atque exceptione utentes (96) rejiciant. Nam juxta apostolica verba nunc quidem regnat Filius, post resurrectionem vero regnum deponit, ut ipsi opinantur. Juxta prophetiam vero nunc quidem nondum regnat Rex regnantium, et Dominus dominantium; tunc autem regnare incipiet (97), ac rursus postea apparere in Deo et Patre. Insuper vero compertum est (98), eum Virgini quidem matri suæ, ac Josepho subjectum fuisse in Incarnatione : voluntarie scilicet iis subjiciebatur, non necessitate coactus, neque quidquam de regia dignitate abjiciens; sed condescensione potius ostendens sublimitatem deitatis,

(89) *Cum tradiderit.* I Cor. cap. xv, a vers. 24 ad 28. Græca editio : παραδῷ. Codex Alexandrinus, et Didymus : παραδιδῷ.

(90) *Ipsius.* Vox, αὐτοῦ, deest hic in Græca editione, sed eam habet codex Alexandrinus.

(91) *Omnia.* Græca editio : Ὅτι πάντα pro τὰ πάντα.

(92) *Respondemus*, etc. Aliquod mendum in his subare videtur; nimis enim perplexa est in Græco sententia.

(93) *Contemplabar.* Dan. VII, 13, 14.

(94) *Veniens.* Græca editio hic addit ἦν, id est « erat. »

(95) *Adductus est.* Biblia pro προσήχθη, habent προσηνέχθη, id est « oblatus est. »

(96) *Exceptione utentes.* In Græco, παραγράφασθαι, quod jurisconsultis est præscribere, aut, quod idem est, exceptione uti. Quare apud Pollucem lib. VIII, segm. 60, ubi legitur, παρὰ διαιτηταῖς παραγραψάμενος, καὶ ὑπομοσάμενος νόσον, ἢ ἀπόδημίαν, miror interpretem sic vertisse : « apud arbitros reus vocatus, et morbum prætexens aut peregrinationem. » Vertendum enim puto : « apud arbitros exceptione usus, » et reliqua.

(97) *Regnare incipiet*, etc. Videtur in Græco aliquid desiderari.

(98) *Compertum est.* In Græco, εὑρίσκεσθαι, id est « inveniri. » Videtur legendum εὑρίσκεται, id est « invenitur. »

Digitized by Google Распознавание текста

et mansuetudinem creatricis virtutis, ac nos docens quomodo parentibus obedire debeamus : quibus merito ipse concessit ut honorentur, sicut apud Lucam ipsemet dixit : « Quid (99) quærebatis me? an nesciebatis, quod in domo Patris mei (1) oportet me esse? Et descendit (2), » inquit, « in Nazareth : et erat subditus illis. » Sed Patri ac Deo nondum juxta hæreticos subjectus fuit : ac mendax fuit Paulus, cum ad Philippenses scripsit : « Factus (3) obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. » Sicut ergo cum esset æqualis Deo, et in forma Dei, non propter seipsum, sed pro nobis factus est peccatum, et maledictio, sic non propter seipsum, sed propter nos dictus est in Scripturis regnum traditurus, et subjiciendus. Quoniam propter benignitatem in homines suam factus est sine ulla naturarum confusione quod nos sumus, excepto peccato, ac mansit unus et idem. Ille enim, qui est rerum omnium Conditor, quique omnibus imperat (inter omnia vero ponuntur etiam sæcula), qui demum a prophetis dictus est primus et deinceps (4), et omnipotens, quomodo potest sæculis deinceps futuris non imperare, ac regnare cum Patre et Spiritu sicut nunc, ita et semper?

391

Quod autem interminatum sit ejus regnum (unum est enim indivisum Trinitatis regnum), in primo λόγῳ (5) Scripturæ testimoniis accuratius atque operosius confirmatum est. Recte enim Gabrielem dixisse constat : « Regnabit (6) super domum Israel in sæcula, et regni ejus non erit finis; » et Davidem : « Thronus (7) tuus, Deus, in sæculum sæculi : virga rectitudinis virga regni tui; dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem; propterea unxit te, Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ participibus tuis. » Quod vero attinet ad illa Pauli verba (8) : « Ut sit Deus omnia in omnibus, » ea Deum quidem (9) maxime denotant, nec personam **392** a persona distinguunt : iis tamen similia idem Apostolus scribit de Filio. Romanis quidem : « Ex quibus (10) est Christus secundum carnem, qui est in omnibus Deus; » Colossensibus vero de futuro sæculo loquens ait : « Ubi (11) non est Græcus, et Judæus, Scytha, servus, liber, sed omnia in omnibus Christus; » et rursus de Ecclesia scribens ait : « Quæ est (12) cor-

τὸ τιμᾶσθαι δικαίως δέδωκεν αὐτὸς, ὡς παρὰ Λουκᾶ εἶπεν· « Τί ὅτι ἐζητεῖτέ με; Οὐκ ᾔδειτε ὅτι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Πατρός μου δεῖ με εἶναι; Καὶ κατῆλθε, » φησὶν, « εἰς Ναζαρὲθ, καὶ ἦν ὑποτασσόμενος αὐτοῖς. » Τῷ δὲ Πατρὶ καὶ τῷ Θεῷ οὐδέπω, [187 *a*] κατ' αὐτοὺς, ὑπετάγη· καὶ ἐψεύσθη μὲν παρὰ Παύλου, Φιλιππησίοις ἐπιστέλλοντος· « Γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. » Ὥσπερ οὖν ἴσα Θεῷ καὶ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐ δι' ἑαυτὸν, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν, ἁμαρτία γέγονε καὶ κατάρα· οὕτως, οὐ δι' ἑαυτὸν, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς γέγραπται παραδώσων καὶ ὑποταγησόμενος· ἐπειδὴ διὰ φιλανθρωπίαν γέγονεν ἀσυγχύτως, ὅπερ ἐσμὲν, ἐκτὸς ἁμαρτίας, μείνας εἷς καὶ ὁ αὐτός. Πῶς γὰρ ὁ πάντων ποιητὴς καὶ πάντων κρατῶν· (ἐν τοῖς πᾶσι δὲ τίθενται καὶ οἱ αἰῶνες), ὁ προφητευθεὶς πρῶτος, καὶ εἰς τὰ ἐφεξῆς, καὶ Παντοκράτωρ, δύναται εἰς τοὺς ἐφεξῆς αἰῶνας μὴ κρατεῖν καὶ βασιλεύειν σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι, καθὰ καὶ νῦν, καὶ ἀεί.

Ὅτι δὲ ἀτελεύτητος αὐτοῦ ἡ βασιλεία ὑπάρχει (μία γάρ ἐστιν ἀδιαίρετος τῆς Τριάδος), ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ ἐμαρτυρήθη ἐξεργαστικώτερον, ἐν οἷς Γαβριὴλ εὖγε φαίνεται εἰρηκώς· « Βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος· » καὶ Δαυὶδ· « Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε, Θεὲ, ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. » Περὶ δὲ τοῦ γράφειν, « Ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν, » μάλιστα μὲν ἀδιακρίτως ἔχει Θεὸν, ὅμως παραπλήσια τούτου ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος γράφει περὶ τοῦ Υἱοῦ, Ῥωμαίοις μέν· « Ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ [187 *b*] κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός· » Κολοσσαεῦσι δὲ περὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος διαλεγόμενος, φησίν· « Ὅπου οὐκ ἔνι Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος, Σκύθης, δοῦλος, ἐλεύθερος, ἀλλὰ τὰ πάντα ἐν πᾶσι Χριστός· » καὶ πάλιν περὶ τῆς Ἐκκλησίας γράφων, φησίν· « Ἥτις ἐστὶν τὸ σῶμα τοῦ τὰ πάντα

(99) *Quid*. Luc. II, 49.

(1) *In domo Patris mei*. Pro his verbis Græca ac Latina Biblia habent : « In his quæ Patris mei sunt. »

(2) *Et descendit*. Luc. II, 51. Græca editio habet κατέβη pro κατῆλθεν : et Ναζαρέτ pro Ναζαρὲθ· ac nonnulla addit.

(3) *Factus*. Philipp. II, 8.

(4) *Primus et deinceps*. Isa. XLI, 4, legitur : Ἐγὼ ὁ Θεὸς πρῶτος, καὶ εἰς τὰ ἐπερχόμενα. Et cap. XLIV, vers. 6 : Ἐγὼ πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα : Alterutrum ex bis locis respicit, ni fallor, Didymus.

(5) *In primo Λόγῳ*. An respicit caput 31 primi libri?

(6) *Regnabit*. Luc. I, 32.

(7) *Thronus*. Psal. XLIV, 8 et 9. Vide not. 43, pag. 95.

(8) *Ut sit Deus omnia in omnibus*. Celebrem hunc Pauli locum perperam ab Origene acceptum fuisse indicat Hieronymus in libro *adversus Joannem Jerosolymitanum* num. 16 his verbis : « Quærimus... an Origenis sententia sit vera, qui dixit... ipsos dæmones... humana carne vestiri, ut acta deinceps pœnitentia post resurrectionem eodem circulo quo in carnem venerant, revertantur ad viciniam Dei, liberati etiam aereis æthereisque corporibus, et tunc omnia genua curvent Deo, cœlestium, terrestrium, et infernorum, et sit Deus omnia in omnibus. » At Didymus eumdem Pauli locum hic explicans nihil tale docet.

(9) *Ea Deum quidem*, etc. Similem sententiam aut responsionem habet Hieronymus in epistola 55 *ad Amandum*, eamque fortasse ex Didymi commentariis *in Epistolam primam ad Corinthios* mutuatus est. En Hieronymi verba : « Non ait, « Ut sit Pater « omnia in omnibus, » sed « ut sit Deus : » quod proprium nomen est Trinitatis, et tam ad Patrem, quam ad Filium, et Spiritum sanctum referri potest. »

(10) *Ex quibus*. Rom. IX, 5.

(11) *Ubi*. Coloss. III, 11. Vide not. 12, pag. 29.

(12) *Quæ est*. Ephes. I, 23. Græca editio : ἥτις ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ, τὸ πλήρωμα τοῦ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου. Vide not. 10, pag. 29.

Digitized by Google Распознавание текста

ἐν πᾶσιν πληροῦντος Χριστοῦ · » καὶ ἀλλαχοῦ · « Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας » καὶ πάλιν · « Ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, Εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός. » Καὶ γὰρ εἰ μὴ διέσφαλται τὸ, « Ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος · » καὶ τὸ, « Ἐν αὐτῷ κόσμον καταλλάσσων · » καὶ τὸ, « Ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι, καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτὸν, » οὐχὶ δὲ εἰς ἄλλον · τῇ θεότητι αἱρεσιομάχοι διεσάφησαν · οὐ μόνον ὡς Υἱῷ πρὸς Πατέρα κοινωνίαν, ἀλλ' οὐδὲ ὡς φίλῳ πρὸς φίλον ἰσότητα συγκτητορίας παραχωροῦντες αὐτῷ. Ἰωσαφὰτ γὰρ βασιλεὺς Ἰούδα πρὸς Ἀχαὰβ βασιλέα Ἰσραὴλ τῆς φιλίας τὴν κοινωνίαν ἐνδεικνύμενος, ἔλεγεν · « Καθὼς σὺ, » φησὶν, « οὕτως κἀγώ · καὶ καθὼς ὁ λαός σου, οὕτως καὶ ὁ λαός μου · καὶ καθὼς οἱ ἵπποι σου, οὕτως καὶ οἱ ἵπποι μου · » καὶ τῷ παρ' αὐτοῦ μὴ τεχθέντι, τῆς ἰδίας προετίθει βασιλείας ὁμοτιμίαν. Ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς μαθηταῖς ἦν, φησὶ, κατὰ τὴν Γραφὴν διὰ τὸν Χριστὸν ἅπαντα κοινὰ καὶ ἀμέριστα. Ἀναιδέστερα τοίνυν τὰ αἱρετικῶν ῥήματα τῶν τοῦ διαβόλου. Ἐκεῖνος [188 *a*] μὲν γὰρ ὁ Θεομισὴς τὴν οἰκονομίαν οὐδέπω μαθὼν, τὴν ὅτε ἡμῖν, τότε καὶ ἀγγέλοις γνωσθεῖσαν · (« οὔπω » γὰρ αὐχηματικώτερόν φημι, ὅτε καὶ δι' ἡμῶν, πειθόμενος Παύλῳ φανερῶς φθεγγομένῳ · « Ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις διὰ τῆς Ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος τοῦ Θεοῦ σοφία), » καὶ διὰ τοῦτο πειράζειν τολμῶν, τῇ ἐξουσίᾳ κατελίμπανε τοῦ Σωτῆρος, εἰπών · « Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω. » Οὗτοι δὲ, τὸ τῆς θείας καὶ ἀφράστου γεννήσεως, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτοῖς, παραλύοντες ἀξίωμα, τρόπον τινὰ τὸν αἰώνιον ἐκμοχλεύουσι θρόνον, καὶ διορίζοντες φάσκουσιν · Ἀπιστοῦμέν σοι λέγοντι · « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν · » καὶ, « Πάντα, ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστιν. » Ἀπιστοῦμεν δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ φάσκοντι · « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. » Τοῦ βασιλικοῦ κατάβηθι θρόνου. Δι' ἃ παρὰ τῷ Λουκᾷ ἐν παραβολῇ φρικτὰ ἀποφαίνεται περὶ αὐτῶν. Λέγει γὰρ τοῖς ἀγγέλοις · « Τοὺς ἐχθρούς μου τούτους τοὺς μὴ θελή-

pus Christi omnia in omnibus implentis ; » et alibi : « Christus (13) heri et hodie idem, et in sæcula ; » Et rursus : « Ut in nomine (14) Jesu omne genu flectatur cœlestium, et terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confitebitur (15) : Unus Dominus Jesus Christus. » Etenim nisi falsum est illud : « In ipso (16) habitat omnis plenitudo divinitatis ; » et illud : « In ipso mundum (17) reconcilians ; » et illud : « In ipso complacuit (18) omnis plenitudo habitare, et per eum reconciliare omnia in ipsum, » non vero in alium ; si hæc, inquam, vera sunt, apparet (19) illos pro sua hæresi pugnantes deitati bellum inferre, quippe qui Christo non modo tanquam Filio communionem cum Patre negant, verum ne ipsum quidem tanquam amicum, æqualem cum amico possessorem ac dominum esse concedunt. Nam Josaphat rex Juda ut suam erga Achaabum (20) regem Israelis amicitiæ societatem ostentaret, inquiebat : « Sicut tu (21), sic et ego ; et sicut populus tuus, ita et populus meus ; et sicut equi tui, sic et equi mei ; » ac ei, qui ab ipso genitus non fuerat, æqualem proprio in regno honorem afferebat. Similiter vero etiam discipulis erant propter Christum omnia communia, ut testantur Scripturæ (22), et indivisa. Impudentiores itaque diabolo sunt hæretici, majoremque inverecundiam horum dicta præ se ferunt. Nam ille Dei inimicus cum Incarnationem, quæ non prius angelis, quam nobis nota facta est, nondum compertam haberet (nam cum aliqua jactantia dico « nondum, » quoniam per nos quoque ea angelis innotuit, si fides habenda est Paulo manifeste **393** inquienti : « Ut innotescat (23) nunc principatibus, et potestatibus (24) per Ecclesiam multiformis Dei sapientia »), atque hac de causa Salvatorem tentare ausus esset, libero ejusdem arbitrio permisit ut faceret quod vellet, dicens : « Si Filius (25) Dei es, mitte te deorsum. » At vero hi divinæ et ineffabilis generationis dignitatem, quantum in ipsis est, evertentes, sempiternum thronum quodammodo excutiunt, atque ita statuunt, et inquiunt : Non credimus tibi, cum dicis : « Ego (26) et Pater unum sumus ; et : « Omnia (27) quæcunque habet Pater, mea

(13) *Christus.* Hebr. XIII, 8.
(14) *Ut in nomine.* Philipp. II, 10 et 11. Vide not. 13 pag. 29.
(15) *Confitebitur* etc. Græca editio, et Latina translatio : « Confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. »
(16) *In ipso.* Coloss. II, 9.
(17) *In ipso mundum.* II Cor. V, 19. Græca editio : ἐν Χριστῷ, id est « in Christo : » pro « in ipso. »
(18) *In ipso complacuit.* Coloss. I, 19, 20.
(19) *Apparet*, etc. Codex, αἱρεσιομάχοι διεσάφησαν. Quæ lectio videtur mendosa. Ego sic verti quasi in Græco legeretur : αἱρεσιομάχους ἑαυτοὺς διεσάφησαν.
(20) *Achaabum.* Non Achabo, sed Joramo Achabi filio ea dixit Josaphat, quæ hic citantur.
(21) *Sicut tu.* Lib. IV Reg. III, 7. Biblia habent : Ὁμοιός μοι, ὁμοιός σοι· ὡς ὁ λαός μου, ὁ λαός σου· ὡς οἱ ἵπποι μου, οἱ ἵπποι σου, id est, « Similis mihi, similis tibi ; sicut populus meus, populus tuus ; sicut equi mei, equi tui. »
(22) *Scripturæ.* Act. IV, 32.
(23) *Ut innotescat.* Ephes. III, 10. Joannes quoque Chrysostomus in oratione *contra Anomœos*, anno Christi 387 habita, allato hocce Pauli loco, subjungit tom. I, pag. 474 : Μεθ' ἡμῶν καὶ δι' ἡμῶν αἱ ἄνω Δυνάμεις ἔγνωσαν τὰ ἀπόῤῥητα τοῦ βασιλέως, id est « nobiscum, et per nos supernæ virtutes secreta Regis cognoverunt. »
(24) *Et potestatibus.* Græca editio hic addit, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, id est « in cœlestibus : » quæ verba ne Didymus quidem omisit segm. 90 *a*.
(25) *Si Filius.* Matth. IV, 6.
(26) *Ego.* Joan. X, 30.
(27) *Omnia.* Joan. XVI, 15.

Digitized by Google Распознавание текста

sunt. » Neque vero majorem fidem habemus Deo et Patri dicenti : « Hic est (28) Filius meus dilectus, in quo bene complacui. » Itaque ex regio throno descende. Hinc fit, ut terribilia de ipsis apud Lucam in parabola pronuntiaverit ; ait enim angelis : « Illos meos (29) inimicos, qui noluerunt me regnare super ipsos, ducite huc, et mactate coram me. »

A σαντάς με βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτοὺς, ἀγάγετε ὧδε. καὶ κατασφάξατε ἔμπροσθέν μου. »

CAP. XXI.

Cum ea quæ ad designandas humanas Christi affectiones dicta sunt in Scriptura, Deo Verbo, non vero œconomiæ, id est Incarnationi, applicanda esse (30) velint hæretici, aiunt, eum factum esse carnem inanimatam : et quasi pœnitentia præ agonia ductus (31) fuerit is, qui est magnus Deus immutabilis, et incorruptus, aut quasi ex necessitate, non vero voluntarie, et libenter agoniæ obnoxius fuerit, aut quasi etiam omnino non potuerit, si voluisset, ea evitare, quæ in cruce passus est, contemnentes eam, quæ nullo modo contemnenda est, deitatem, eidem exprobrant et illud, quod in Matthæo legitur : « Pater (32), si possibile est, transeat calix iste ; » et illud : « Salva (33) me ex hac hora ; » et illud, quod in cruce dictum fuit : « Deus meus, Deus (34) meus, quare dereliquisti me ? » et illud : « Tristis (35) est anima mea usque ad mortem ; » et quod lacrymatus (36) fuerit propter **394** Lazarum ; et quod veluti defatigatus (37) ex itinere requieverit, et quod oraverit, et cibum appetiverit, et sitim, et somnum in navicula passus sit (apage infidelitatem) ; et illud : « Apparuit (38) angelus Domini corroborans eum ; » et alia his affinia. Sed hæreticis ipsis vicissim adversantur ac repugnant Scripturæ, quæ testantur eum secundum deitatem esse æqualem Deo ; et semetipsum exinanivisse formam servi accipiendo, et ea omnia, quæ antea dicta sunt. Quin etiam hoc ipsum eis adversatur, quod cum fiducia dixerit, « Pater, » et quod ipse omnia, quæ animata sunt, animaverit, et quod nunquam quasi minister sic locutus sit : « In nomine Dei, » aut « Patris mei fiat » unum ex iis miraculis, quæ fecit ; quemadmodum discipuli ejus illis, quorum morbi curatu difficiles, quorumve corpora infirma erant, ac putrida, dicebant, « In nomine (39) Jesu Christi surge, » atque in omnipotenti isto et inclyto nomine ea faciebant, quæ omnes simul creaturæ facere non poterant ; sed propria potestate virtutes operabatur, peccata dimittebat, et imperando inquiebat, « Remittuntur (40) tibi peccata, » ex inferno (41) eri-

ΚΕΦ. ΚΑ'.

Προσάπτειν πού τοι τῷ Θεῷ Λόγῳ, καὶ οὐ τῇ οἰκονομίᾳ, τὰ ἀνθρωποπαθῶς λεχθέντα βουλόμενοι, σάρκα ἄψυχον γεγενῆσθαι αὐτὸν λέγουσιν· καὶ ὡσανεὶ ὑπ' ἀγωνίας μεταμελομένῳ τῷ ἀτρέπτῳ καὶ ἀκηράτῳ μεγάλῳ Θεῷ, ἢ ὡς ἐξ ἀνάγκης, καὶ οὐχ ἑκοντὶ καὶ ἀσμένως, ἐπὶ [188 *b*] ταύτην ἐλθόντι, ἢ καὶ ὡς μὴ δυναμένῳ τὴν ἀρχὴν, εἰ ἤθελεν, τὰ περὶ τὸν σταυρὸν ἀποστῆσαι· οὕτω περιφρονοῦντες B τῆς ἀκαταφρονήτου θεότητος, ὀνειδίζουσιν αὐτῷ καὶ τὸ ἐν Ματθαίῳ ἐμφερόμενον· « Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο· » καὶ τὸ, « Σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης· » καὶ τὸ ἐν τῷ σταυρῷ εἰρημένον· « Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί ἐγκατέλιπές με ; » καὶ τὸ, « Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου μέχρι θανάτου· » καὶ τὸ δακρῦσαι αὐτὸν ἐπὶ Λαζάρῳ· καὶ τὸ ὡσανεὶ κεκοπιακότα ἐξ ὁδοιπορίας ἀναπαύσασθαι· καὶ τὸ προσεύξασθαι· καὶ τὴν τῆς τροφῆς ἔφεσιν· καὶ τὴν δίψαν· καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ σκάφους ὕπνον· (φεῦ τῆς κακοπιστίας !) καὶ τὸ, « Ὤφθη ἄγγελος Κυρίου ἐνισχύων αὐτόν· » καὶ ὅσα τοιαῦτα. Οἷς ἀντιβαίνει πάλιν καὶ ἐπανίσταται τὸ μαρτυρεῖσθαι κατὰ τὴν θεότητα εἶναι ἴσα Θεῷ· καὶ ὡς ἑαυτὸν ἐκένωσε C μορφὴν δούλου λαβών· καὶ ὅσα προείρηται. Καὶ αὐτὸ τοῦτο, τὸ εἰπεῖν πεποιθήσει, « Πάτερ· » καὶ ὅτι αὐτὸς πάντα τὰ ἔμψυχα ψυχοῖ· καὶ ὅτι οὐχ ὡς ὑπουργὸς ἐφθέγξατό ποτε· « Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ, » ἢ « τοῦ Πατρός μου γενέσθω » ἐν ὧν ἐποίησε θαυμάτων, καθὰ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τοῖς τε δυσιάτως ἔχουσι καὶ τοῖς σαθρῷ σώματι κεχρημένοις ἔλεγον· « Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγέρθητι· » καὶ ἐν τῷ παντοδυνάμῳ καὶ εὐκλεεῖ ὀνόματι τούτῳ ἐποίουν, ὅσα ἦν τῇ κτίσει ὁμοῦ πάσῃ δράσαι ἀδύνατα· ἀλλ' ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ ἐνήργει δυνάμεις, συνεχώρει ἁμαρτίας, λέγων βασιλικῶς· « Ἀφέωνταί σοι αἱ [189 *a*] ἁμαρτίαι· » ἐκ τοῦ ᾅδου ἐξήρπαζεν, δαίμονας ἐφυγάδευεν, τῇ θαλάσσῃ ἐμβριμούμενος ἐπέτατεν· « Σιώπα, πεφίμωσο· » τοῖς ἀνέμοις ἐπετίμα, καὶ ἐκόπαζον· τῷ Πέτρῳ δοὺς τὰς κλεῖς τοῦ οὐρανοῦ, ἔλεγεν· « Ὃ ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται D λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὃ ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· » τῷ Λα-

(28) *Hic est.* Matth. III, 17 ; XVII, 5.
(29) *Hos meos.* Luc. XIX, 27.
(30) *Applicanda esse.* Codex : Προσάπτει πού τοι. Legendum censeo : Προσάπτειν οὗτοι.
(31) *Pœnitentia... ductus.* Codex, μεταμελωμένῳ. Lege μεταμελουμένῳ, vel μεταμελομένῳ.
(32) *Pater.* Matth. XXVI, 39. Biblia : Πάτερ μου, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο.
(33) *Salva.* Joan. XII, 27.
(34) *Deus.* Matth. XXVII, 46, ex Psal. XXI, vers. 1.
(35) *Tristis.* Marc. XIV, 34, et Matth. XXVI, 38. Sed ibi legitur ἕως pro μέχρι.
(36) *Lacrymatus.* Joan. XI, 35.
(37) *Defatigatus.* Joan. IV, 6.
(38) *Apparuit*, Luc. XXII, 43. Græca editio : Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος ἀπ' οὐρανοῦ ἐνισχύων αὐτόν.
(39) *In nomine.* Act. III, 6.
(40) *Remittuntur.* Luc. XVII, 48.
(41) *Ex inferno.* Ne quis Origenismum hic latere suspicetur, animadverto primum quidem hanc ipsam a Didymo formulam adhiberi segm. 192 *a*, ubi non de reprobis, sed de Lazaro loquens ait : ἐξ ᾅδου ὑποστρέψει, id est « Ex inferno revertetur : » deinde vero eum respicere hoc in loco illud Joannis in Apocalypsi XX, 13 : « Et mors, et infernus dederunt mortuos suos, » et quod de Christo ad inferos descendente, et sanctos inde veluti extrahente do-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ζάρῳ παρεκελεύετο· « Δεῦρο ἐκ τάφων ἔξω· » Ἄλλῳ προσέταττεν· « Νεανίσκε, ἐγέρθητι· » τῷ λεπρῷ ἔφραζεν· « Θέλω, καθαρίσθητι· » ἄλλῳ· « Θάρσει, τέκνον· ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι· » ἑτέρῳ· « Ἔγειρε, ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει· » τῷ δαίμονι· « Τὸ ἄλαλον, » φησίν, « καὶ κωφὸν δαιμόνιον, ἐγώ σοι ἐπιτάσσω, ἔξελθε. » Καὶ οὐ μόνον ταῦτα ἀντιστήκει, ἀλλὰ καὶ προανῃρέθη τῶν ὑβριστῶν ἡ ἔννοια τοῦ, « Ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; » τοῦ μὲν Κυρίου παρὰ τῷ αὐτῷ Ἰωάννῃ προαναφωνήσαντος· « Ἰδοὺ ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐλήλυθεν, ἵνα σκορπισθῆτε ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια, καὶ ἐμὲ μόνον ἀφῆτε· καὶ οὐκ εἰμὶ μόνος, ὅτι ὁ Πατήρ μου μετ' ἐμοῦ ἐστιν· » τοῦ δὲ Παύλου Ἑβραίοις ἐπιστείλαντος, ὅτι καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἀχώριστον αὐτοῦ ἦν· « Εἰ γάρ, » φησὶ, « τὸ αἷμα ταύρων καὶ τράγων, καὶ σποδὸς δαμάλεως, ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους, ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα· πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα Ἰησοῦ, ὅστις διὰ Πνεύματος ἁγίου ἑαυτὸν ἄμωμον προσήνεγκε τῷ Θεῷ, καθαρίσει τὰς καρδίας ὑμῶν ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς;

A piebat, dæmones fugabat, mari minaciter mandabat, « Sile (42), obtumesce, » ventos increpabat, et cessabant; Petro cœli claves dans aiebat: « Quodcunque (43) solveritis super terram, erit solutum in cœlis, et quodcunque ligaveritis super terram, erit ligatum in cœlis; » Lazaro præcipiebat: « Veni (44) ex sepulcro foras; » alteri imperabat: « Adolescens (45), surge; » leproso dicebat: « Volo (46), mundatus sis; » alteri: « Confide (47), fili, remittuntur tibi peccata; » alteri: « Surge (48), tolle grabatum tuum, et ambula; » dæmoni, « Loquelæ (49) expers, » inquit, « et mutum dæmonium, tibi ego præcipio: egredere. » Neque vero hæc tantummodo hæreticorum conatibus resistunt, verum etiam jamdiu de merito sublata est contumeliosa interpretatio, quam adhibent hisce verbis: « Quare dereliquisti me? » tum quando Dominus apud **395** eumdem Joannem olim exclamavit: « Ecce (50) venit hora, et nunc venit, ut dispergamini unusquisque ad propria, et me solum relinquatis; et non sum solus, quia Pater meus (51) mecum est: » tum etiam quando Paulus Hebræis scripsit, Spiritum quoque sanctum inseparabilem ab ipso esse. « Si enim (52), » inquit, « sanguis taurorum, et hircorum, et cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis; quanto magis sanguis Jesu (53), qui per Spiritum sanctum semetipsum immaculatum obtulit Deo, emundavit corda vestra a conscientia prava? »

B

Τότε δὲ προσήνεγκε διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἑαυτὸν τῷ [189 *b*] Θεῷ, ὅτε εἰς τὸν σταυρὸν ἑκουσίως ἀνέβη. Ὥστε, οὐχ ὡς τῷ ῥήματι δοκεῖ δηλοῦν, ψιλῶς νοεῖν χρή· ἀλλ' ὅτι κἀνταῦθα συγκαταβὰς εἰς πάντα, καὶ πτωχεύων τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, καὶ μεταπλάσας τῷ λόγῳ ἑαυτὸν ἀτρέπτως εἰς τὸ κοινὸν, καὶ πᾶσαν τῆς ἐνανθρωπήσεως ἀκολουθίαν φυλάττων, καὶ μηδὲν τοῦ χαρακτῆρος τῆς ἀληθείας ἀφανίζων, τὰ πρέποντα ἀνθρώποις χαμαιζήλως, ὥσπερ ἦν ὄντως σοφία, ἐφθέγξατο, πρὸς τὸ καὶ ἡμᾶς ὁμοιουμένους αὐτῷ, καὶ τελέως συμμόρφους, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, γινομένους, ποιεῖν τὰ πρέποντα καὶ ἀρέσκοντα αὐτῷ, καὶ πορεύεσθαι ἀπὸ τῶν γηίνων ἐπὶ τὰ αἰθέρια. Οἷα δὲ καὶ περὶ τούτου παρὰ τοῖς ἔξω λέλεκται, οὐδὲν οἷον καὶ αὐτῶν ἐκείνων ἀκούειν. Οὕτω γὰρ οὐ μόνον τὴν παρ' ἡμῖν τῶν ἁγίων μεγαλοφωνίαν ἔτι πλέον στέρξομεν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον καὶ μᾶλλον θαυμάσομεν τὴν μίαν ἁπάντων χορηγὸν σοφίαν. Ἔχει δὲ ὧδε·

C

Tunc autem per Spiritum sanctum obtulit semetipsum Deo, quando in crucem voluntarie ascendit. Itaque non sunt objecta verba nude intelligenda, ut sonare videntur, sed hæc quoque sic accipi debent, ut ipse condescendens quoad omnia, et pauper factus in forma servi, et, quamvis cujuslibet mutationis expers sit, se ipsum tamen inter loquendum veluti in vulgarem hominem transformans, et omnem incarnationis consequentiam servans, et nulla in re characterem veritatis corrumpens, humiliter, quippe qui vera Sapientia est, ea locutus sit, quæ humanæ conditioni conveniunt, ut et nos ei similes perfecteque conformes juxta Apostolum facti, ea operemur, quæ ipsius voluntati consentanea sint, eique placeant, atque ex terrenis ad cœlestia evehamur. Quid vero profani etiam hanc in rem dixerint, nihil vetat quin ab his ipsis audiamus: sic enim non modo sublimitas doctrinæ nostræ a sanctis traditæ adhuc charior nobis erit, verum etiam magis magisque admirabimur unam illam omnium donorum largitricem sapientiam. Hæc igitur habent:

D

Πολλάκι γὰρ φθέγγονται, ὅσα σθένος ἐστὶν ἀκοῦ-
[σαι
Θνητοῖς· ἄλλα δ' ἔνεστι νοήματα κρείσσονα μύ-
[θοις.

Sæpius enim ea loquuntur quæ audire valent
Mortales, sed alia insunt in eorum verbis sensa su-
[blimiora.

cet Ecclesia, ac demum quod Matth. xxvii, 52, legitur de sanctis, qui post Domini mortem resurrexerunt.

(42) *Sile.* Marc. iv, 39.

(43) *Quodcunque.* Non eadem plane verba, sed ferme eadem habes Matth. xvi, 19, et xviii, 18.

(44) *Veni.* Joann. xi, 43. In Bibliis non exstant voces, ἐκ τάφων, id est « e sepulcro. »

(45) *Adolescens.* Luc. vii, 14.

(46) *Volo.* Matth. viii, 3; Marc. i, 41; et Luc. v, 13.

(47) *Confide.* Matth. ix, 2.

(48) *Surge.* Marc. ii, 9, et Joan. v, 8.

(49) *Loquelæ.* Marc. ix, 25 (seu 24). Biblia pro δαιμόνιον, habent: Τὸ πνεῦμα, id est « spiritus. »

(50) *Ecce.* Joan. xvi, 32.

(51) *Meus.* Deest hæc vox in Bibliis.

(52) *Si enim.* Hebr. ix, 13 et 14.

(53) *Sanguis Jesu,* etc. Paulo aliter Græca editio. Confer cum ipsa hunc locum.

Digitized by Google Распознавание текста

Itaque oportet (54) *mundis oculis acute aspicere*
Et ea veritatem Dei (*beata accipe dona*)
Ad aliam fabulis diviniorem viam pergendo.

Quomodo enim certiores facti essemus, eum nostras infirmitates, juxta id quod **396** scriptum est (55), in venerandam crucem sustulisse, ut per hanc meliorem hominibus statum compararet, nisi prius illas eo quo ipse novit modo in semetipso assumpsisset ac ostendisset?

Quomodo præterea nosse potuissemus, eum factum esse carnem animatam vere, non vero imaginarie, cum ipsum (56) putent Manichæi quidem, corpus apparenter habuisse, Ariani vero, fuisse inanimatum (57); nisi dixisset, « Tristis est anima mea, » et timorem ostendisset, et cibum, ac potum, et somnum cepisset? Hæc enim neque deitati conveniunt, neque carni inanimatæ. Nam quod spectat quidem ad corpus, eæ tantum in ipso passiones intelliguntur, quæ corpus ipsum labefactare valent atque corrumpere, non vero animæ passiones, quæ ob penuriam rerum necessariarum aut utilium in nobis exoriuntur. Quod vero spectat ad animam, in ea deprehenduntur curæ ac sollicitudines ob ipsas passiones susceptæ. Quapropter profani etiam auctores de stolida dementia loquentes hæc præcipiunt:

Fuge cito procul a terrenis (58) *passionibus, fuge,*
Præstantissimo animæ oculo, et immotis ejus radiis [*utens:*
Ut ponderosissimis corpus frenis coerceatur
Cum per animæ munditiem, tum per cœleste patris [*lumen.*

Quad si alia etiam Scripturæ loca, quæ ab hæreticorum pravis opinionibus longe absunt, ut a me jam dictum est, simili modo perpendamus, comperiemus, timore perculsum non esse eum, qui Deus est cujuslibet mutationis, ac passionis expers; qui voluntarie, juxta Apostolum Galatis scribentem, « exspoliavit (59) principatus, et potestates, et dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos ex præsenti sæculo nequam; » qui Petrum increpavit eo quod tristitia affectus esset, quando ei prædixit, oportere se crucifigi, et mori, et tertia die resurgere; qui voluntarie in crucem **397** ascendit, et exsultavit ut gigas ad concurrendam viam; qui vivifica sua morte mortem occidit, et omnes a morte redemit; qui suapte auctoritate, vi et operatione aliam quoque hominum multitudinem, qui jampridem obierant, simul cum se ipso (60) suscitavit, ac universæ humanæ naturæ resurrectionis spem lar-

A *Τῶς ἐχρῆν καθαροῖσιν ὑπ' ὄμμασιν ὀξέα λεύσ-* [*σειν.*
Καὶ πρὸς ἀληθείην Θεοῦ ὄλβια δέχνυσο δῶρα,
Ἄλλην θειοτέρην μύθων πρὸς ἀτραπὸν ὁδεύων.

Πῶς γὰρ ἂν ἐπληροφορήθημεν, ὅτι τὰς ἀσθενείας ἡμῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, εἰς τὸν τίμιον ἀνήνεγκε σταυρὸν, ὥστε διὰ τούτου κρείττονα παρασχεῖν τοῖς ἀνθρώποις κατάστασιν, εἰ μὴ πρότερον αὐτὰς, καθ' ὃν οἶδε τρόπον, εἰς ἑαυτὸν ἀνέλαβέ τε καὶ ἔδειξεν;

Πῶς δὲ ἂν εὐκρινὲς κατέστη, ὡς σὰρξ ἔμψυχος [190 *a*] ἐγένετο ἀληθῶς, καὶ οὐ φαντασίᾳ, οἰηθέντων αὐτὸν, Μανιχαίων μὲν, σῶμα δοκήσει ἐσχηκέναι, Ἀρειανῶν δὲ ἄψυχον γεγενῆσθαι, εἰ μὴ εἶπε, « Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου, » καὶ δειλίαν ἔδειξε, καὶ βρωμάτων, καὶ πομάτων, καὶ ὕπνου μετέλαβε; B Τὰ γὰρ τοιαῦτα οὔτε θεότητι ἁρμόττει, οὔτε σαρκὶ ἀψύχῳ. Περὶ μὲν τὸ σῶμα θεωρεῖται τὰ πάθη μόνον τὰ αὐτοῦ τοῦ σώματος φθαρτικὰ, οὐ μὴν τὰ λογισμῶν ἐρημίᾳ τῶν χρησίμων ἡμῖν ἐπιγιγνόμενα· περὶ δὲ τὴν ψυχὴν καταλαμβάνονται αἱ ὑπὲρ τῶν παθῶν φροντίδες. Διὸ καὶ οἱ ἔξω παραγγέλλουσι περὶ τῆς ἐμπλήκτου ἀνοίας·

Φεῦγε τάχος χθονίων παθέων ἄπο, τηλόσε φεῦγε,
Ψυχῆς ὄμμα φέριστον ἔχων, καὶ ἀκλινέας αὐγάς.

Σώματος ὡς ἀνέχοιτο μέγα βρίθοντα χαλινὰ,
Ἐκ καθαρῆς ψυχῆς τε καὶ αἰθερίης πατρὸς αἰ- [*γλης.*

C Ἐπισκοπούμενοι τοίνυν οὐχ ἥκιστα καὶ τὰ ἄλλα γραφικὰ, τὰ μακρὰν ἀπέχοντα τῶν αἱρετικῶν κακονοιῶν, ὡς ἤδη μοι εἴρηται, μαθησόμεθα, ὅτι οὐ δείδιεν ὁ τροπῆς καὶ πάθους παντὸς ἀμέτοχος Θεὸς, ὁ ἐκοντὶ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον Γαλάταις γράφοντα, « Ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, καὶ δοὺς ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ὅπως ἐξέληται ἡμᾶς ἐκ τοῦ αἰῶνος τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ· » ὁ ἐκπλήξας Πέτρῳ δυσχεράναντι, ἡνίκα προέλεγε δεῖν σταυρωθῆναι αὐτὸν, καὶ ἀποθανεῖν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι· ὁ ἑθελοντὴς ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀνελθὼν, καὶ ἠγαλλιωμένος ὡς γίγας δραμεῖν [190 *b*] ὁδὸν· ὁ τῷ ζωοποιῷ αὐτοῦ θανάτῳ τὸν θάνατον θανατώσας καὶ πάντας ἐκ θανάτου λυτρούμενος· οὗ ἡ αὐτεξούσιος ἐνέργεια καὶ ἄλλο πλῆθος θανάτῳ χρόνιον ἅμα αὐτῷ συνανέστησεν, καὶ ὅλῃ τῇ ἀνθρωπείᾳ D φύσει ἀναστάσεως ἐλπίδα ἐδωρήσατο· ὁ πᾶσιν ἄφοβον κατασκευάσας τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ θάνατον, καὶ πόθον τὸ

(54) *Oportet.* Pro ἐχῆν lego ἐχρῆν. Tum λεύσσειν pro λεύσειν. Legendum fortasse et ὀδεύειν pro ὁδεύων.

(55) *Scriptum est.* Matth. VIII, 17.

(56) *Ipsum.* Codex, αὐτῶν. Lego, αὐτόν.

(57) *Inanimatum.* Christo animam negasse Arianos certum est. Id testantur Athanasius, Theodoretus, atque, ut alios taceam, Augustinus in libro *De hæresibus* hæresi XLIX, quæ est Arianorum. « In eo, » inquit, « quod Christum sine anima carnem suscepisse arbitrantur, minus noti sunt... sed hoc verum esse et Epiphanius non tacuit, et ego ex eorum quibusdam scriptis, et collocutionibus certissime comperi. » Imo Lucius ipse Arianus in sermone, qui allegatur in concilio Lateranensi, quod habitum est anno 649, Christo animam expresse negat tribuendam esse.

(58) *Procul a terrenis.* Codex, θονίων. Lego, χθονίων. Præterea codex habet sine accentu quasi unum vocabulum ἀποτηλόσε. Lego, ἄπο τηλόσε.

(59) *Exspoliavit.* Prima hæc verba, ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, exstant in Epistola ad Coloss. cap. II, vers. 15. Reliqua vero in Ep. ad Galat. cap. I, vers. 4.

(60) *Simul cum se ipso.* Codex, ἅμα αὐτῷ. Legendum fortasse ἅμα αὐτῷ.

Digitized by Google Распознавание текста

πάθος ἀναδείξας, καὶ ποιήσας μὴ φεύγειν καλὴν τελευτὴν διὰ τὸν φόβον, ἀλλὰ καταστέλλειν τῷ τοῦ Θεοῦ θελήματι, ὡς τοὺς πιστῶς αὐτῷ προσανέχοντας, ἀλύπως καὶ ἀταράχως παθήματα καὶ θάνατον δι' αὐτὸν ὑποδέχεσθαι, σὺν Παύλῳ βοῶντας· « Ἐμοὶ τὸ ζῆν Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. » Θνητὸν μὲν γὰρ δὴ διὰ σὲ θάνατον, κἂν ἀρετῇ βίου πεποιθὼς ᾖ, εἰκός ἐστιν· τὸν δὲ ἀθάνατον Θεὸν ἀθανασίαν ἀποβαλεῖν καὶ δειλίαν ἀναλαβεῖν, ἀδύνατον.

A gitus est; qui ne mors pro ipso oppetita cuiquam timenda esset, effecit, et perpessionem optabilem reddidit, ac vires nobis dedit, ut præclaram mortem timoris causa ne fugeremus, sed nosmetipsos voluntati Dei libenter subjiceremus, adeo ut qui fideliter ei adhærent, alacres et imperturbati perpessiones, ac mortem ob ipsum subeant, clamentque cum Paulo: « Mihi (61) vivere Christus est, et mori lucrum. » Nam mortalem quidem, etsi virtuti vitæ confidat, mortem pavere (62) æquum est; immortalis vero Deus ut immortalitatem abjiciat, et timorem assumat, fieri nequit.

Ἀλλὰ καὶ θανάτου, ὡς οἶδεν καὶ ἠθέλησεν, ἐγεύσατο σαρκὶ, καὶ ἀθάνατος διέμεινε, ζωὰς καὶ τότε πᾶσιν χορηγῶν. Ἐπείτοιγε καὶ ἀδυναμία μερικῶς περιάπτεται τῷ Πατρὶ διὰ τὸ, « Εἰ δυνατόν· » καὶ δειλία ἡ οὐκ οὖσα κατηγορεῖται τοῦ Υἱοῦ διὰ τὸ, « παρελθέτω· » καὶ ἀπροαίρετος ἀναφαίνεται ἡ εἰς τὸν σταυρὸν φιλάνθρωπος καὶ αὐτοπροαίρετος ἄνοδος, καὶ ἀνόρμητος αὐτοῦ ἡ εἰς ᾅδου κρατερὰ καὶ ἐμβριθὴς κάθοδος, καὶ ψευδὴς εὑρίσκεται ὅ τε Ἰωάννης λέγων· « Ζωή ἐστιν· » καὶ, « Οὓς θέλει, ζωοποιεῖ· » ὅ τε Παῦλος κηρύττων· « Ἑαυτὸν ἐκένωσεν, μορφὴν δούλου λαβών· » καὶ, « Ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν [191 *a*] ὑπήκοος γενόμενος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· » τοῦτ' ἔστιν, ἀνασχόμενος ἕως σταυροῦ· οὐ γὰρ ἁπλῶς ἔφη, μέχρι θανάτου· ὅ τε Κύριος εἰπών· « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς, ἐγώ εἰμι ἡ ζωὴ καὶ ἡ ἀνάστασις· » καὶ, « Ἐγὼ τίθημι τὴν ψυχήν μου, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν. Οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτήν. Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. » Καὶ ὑπὲρ τίνος λοιτὸν εὐχαριστῶμεν, ὡς κηδεμόνι καὶ τὸ πρῶτον καὶ μόνον κῦρος ἔχοντι, τῷ ἀπροθύμως καὶ ἐκ τινος βίας, ὡς οἱ ἀπ' ἄλλου διοικούμενοι, ὑπὲρ ἡμῶν παθόντι; ἢ ἀνθ' ὅτου τὸ τριπόθητον καὶ προμηθέστατον Πάσχα ἑκάστου ἔτους, ἡμέρας μὲν οὖν, μᾶλλον δὲ καὶ ὥρας ἑκάστης τῇ πίστει ἐπιτελοῦμεν ἔμφοβοι, μετέχοντες τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ; Ἴσασιν δὲ οἱ τοῦ ἀκροτάτου καὶ διαιωνίου μυστηρίου καταξιωθέντες, ὃ λέγω· τὸ γὰρ σέβας καὶ ἡ εὐχαριστία ὀφείλεται τῷ οἰκείᾳ γνώμῃ καὶ ἀμεταμελήτως ἰδιόν τι ἀγαθὸν παρασχομένῳ.

B At mortem etiam eo modo, quo ipse novit, et voluit, gustavit in carne, et immortalis permansit, vitam omnibus etiam tunc largiens. Alioquin aliqua etiam Patri impotentia tribuetur, ob ea verba, « Si (63) possibile est; » et timor, qui reipsa nullus est, Filii arguetur propter illud « transeat; » et involuntaria videbitur ejus in crucem ascensio, quæ ex illius benignitate in homines, liberaque ipsiusmet voluntate profecta est; et illius potens ac ponderosus descensus ad inferos ex motione voluntatis ipsius Filii ortus non erit; et mendax invenietur cum Joannes, qui ait, « Vita (64) est, » et, « Quos vult (65), vivificat: » tum Paulus, qui hæc prædicat, « Semetipsum (66) exinanivit, formam servi accipiens; » et, « Humiliavit (67) semetipsum factus C obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, » id est, sufferens usque ad crucem; nec enim simpliciter dixit, « usque ad mortem: » tum etiam Dominus, qui ait: « Ego (68) sum lux, ego sum vita, et resurrectio; » et: « Ego pono (69) animam meam, ut rursus assumam eam: nemo tollit eam a me, sed ego pono eam: potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo rursus sumendi eam. » Quare autem ei tanquam curatori, ac provisori, primamque ac solam dominationem habenti gratias reddere jam pergimus, et Eucharistiam offerre, si non alacriter, ac **398** sponte, sed veluti ex quadam violentia, eorum instar, qui ab alio (70) reguntur, pro nobis passus est? aut quare desideratissimum, D et providentissimum Pascha (71) singulis annis, imo singulis diebus (72) aut potius singulis horis (73) fide celebramus, cum timore communicantes corpori, et sanguini ejus? Qui autem supremo,

(61) *Mihi*. Philipp. I, 21.

(62) *Mortem pavere*. Manifestum erratum habet codex, cum in eo legatur: δὴ διὰ σὲ θάνατον. Pro δὴ διὰ σέ lege δὴ δεῖσαι, aut δειλιάσαι, id est « pavere. »

(63) *Si*. Matth. XXVI, 39.

(64) *Vita est*. Vide Joan. I, 4, et XIV, 6.

(65) *Quos vult*. Joan. V, 21.

(66) *Semetipsum*. Philipp. II, 7.

(67) *Humiliavit*. Ibid. 8.

(68) *Ego*. Joan. VIII, 12, et XI, 25.

(69) *Ego pono*. Joan. X, 17, 18.

(70) *Ab alio*. Codex ἀπ' ἄλλου. Legendum fortasse ὑπ' ἄλλου.

(71) *Pascha*. Paschalis nomen sacram Eucharistiam designat, seu divini sacrificii celebrationem. Joannes Chrysostomus Didymi æqualis similia scripsit oratione 3 *contra Judæos*, tom. I, pag. 611, ed. Montfauconii: Ἕτερον Πάσχα, inquit, ἕτερον τεσ σαρακοστή. Τεσσαρακοστὴ μὲν γὰρ ἅπαξ τοῦ ἐναυτοῦ γίνεται· Πάσχα δὲ τρίτον τῆς ἑβδομάδος, ἔστι δ' ὅτε καὶ τέταρτον, μᾶλλον δὲ ὁσάκις ἂν βουλώμεθα. Πάσχα γὰρ... ἡ προσφορὰ καὶ ἡ θυσία, ἡ καθ' ἑκάστην γινομένη σύναξιν, id est, « Aliud Pascha est, aliud Quadragesima: nam Quadragesima quidem semel in anno fit; Pascha vero ter in hebdomade, nonnunquam etiam quater, vel potius quotiescunque voluerimus. Est enim Pascha... oblatio, et sacrificium, quod in singulis fit synaxibus, sive collectis. » Lege not. 52, pag. 280.

(72) *Singulis diebus*. Similia testantes Cyprianum, Hieronymum, Augustinum videbis apud eos, qui « de frequenti communione » scripserunt.

(73) *Singulis horis*. Alexandrinum hic scriptorem agnoscimus, atque Alexandrinæ, Ægyptiæve Ecclesiæ consuetudinem respicientem. De ea enim hæc scripsit Basilius epist. 93: « Alexandriæ autem et in Ægypto unusquisque etiam de plebe ut plurimum

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

æternoque mysterio digni facti sunt, norunt quid dicam (74). Nam cultus, et Eucharistia ei debetur, qui ex propria voluntate, ac sine pœnitentia proprium aliquod bonum largitus est.

Dicet etiam quispiam, Dominum, ut misericordia illos prosequeretur, de quibus ait, « Pater (75), ignosce illis, quia nesciunt quid faciant, » dixisse, « Transeat calix iste, » ut sensus sit: Transeat ab illis (76), ne in suam ipsorum perniciem tam impie contra me agant. Neque vero aliena est a veritate hujusmodi interpretatio verborum, « Transeat calix iste. » Sed quoniam videbat, diabolum tremere quidem, et aufugere, cum se ipsum Salvator Deum per miracula ostendebat, accedere vero ad ipsum, quando humanitatis propria loquebatur; ideo hunc mortis timorem præ se tulit is, « qui comprehendit (77) sapientes in astutia ipsorum: » ut sicut tunc cum tentare illum jam ausus fuerat, desperatus ab eo recessit, nihilque aliud quam ignominiam retulit, ac sese deridiculum fecit, ita nunc quoque ipsum rursus merum hominem esse putans, non vero Deum, qui eo quem solus ipse novit modo in carne apparuerit, cito accurrens (78) prodiret, ejusque crucifixionem suggereret, ac ipse quidem, qui invictum Deum sauciare moliebatur, imprudens sauciatus retrocederet; nos vero cruce Christi vivificati, et providentissima ejus **399** morte redempti exclamaremus cum Paulo Corinthiis scribente: « Ubi est (79), mors, victoria tua? ubi est, inferne, stimulus tuus? » Sic autem accepta certantis et in agonia positi non erant ea Domini verba: quoniam de Deo Patre etiam (« quem, » ut ait vir sacer, « timent (80) et contremiscunt universa a facie virtutis ejus, ») Isaias arcano quodam sensu sic loquitur: « Audite (81) vero, domus David: nunquid parum est vobis agonem præbere hominibus? et quomodo Domino agonem præbetis? Ideo dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce Virgo in ventre accipiet, et pariet Filium, et vocabunt (82) nomen ejus Emmanuel (83), quod est interpretatum, Nobiscum Deus. » Sed illuc unde discessit, redeat

habet domi communionem, et, quando vult, per se ipse fit illius particeps. » Novi eam epistolam Arnaldo suspectam esse quasi spuriam. Sed doctissimorum etiam virorum suspiciones insuper habere, ac negligere licet, si nulla innitantur ratione.

(74) *Norunt quid dicam.* Eam quæ dicitur « disciplina arcani, » Didymi ætate viguisse constat ex aliis etiam Patribus. Quin Chrysostomus hom. 1 *De sancta Pentecoste* tom. II, pag. 463, aliique eadem ferme verba adhibent, quæ Didymus.

(75) *Pater.* Luc. XXIII, 34.

(76) *Ab illis.* Biblia habent, « Transeat a me; » sed videtur Didymus non habuisse in suo codice illud ἀπ' ἐμοῦ, id est « a me. »

(77) *Qui comprehendit.* I Cor. III, 19, Job V, 13.

(78) *Cito accurrens.* Codex, ὁ ξυδρομήσας. Lego ὀξυδρομήσας.

(79) *Ubi est.* I Cor. XV, 55. Græca editio paulo aliter. Sed Vulg. interpres legit ut Didymus, nisi quod pro « inferne, » habet, « mors. » Vide etiam Osee XIII, 14, unde hæc sumpsit Paulus.

(80) *Timent.* In divinis Scripturis hæc non exstant. Citat ergo orationem Manassis, in qua hæc leguntur: Κύριε παντοκράτορ... ὃν πάντα φρίσσει,

Εἴποι ἂν τις, ὡς ἐλεῶν ἐκείνους, περὶ ὧν ἔφη, « Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν, » εἶπεν καὶ τὸ, « Παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο· » ἀπ' αὐτῶν, φησὶν, ἵνα μὴ τηλικοῦτον καθ' ἑαυτῶν εἰς ἐμὲ δυσσεβήσωσιν. Καὶ οὕτω δὲ νοῆσαι τὸ, « Παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο, » οὐκ ἔξω ἀληθείας ἐστίν. Ἐπειδὴ ἑώρα τὸν διάβολον, φρίττοντα μὲν καὶ ἀποφεύγοντα, ἡνίκα ἑαυτὸν ὁ Σωτὴρ Θεὸν διὰ τῶν θαυμάτων ἐπεδείκνυεν· προσερχόμενον δὲ, ὅτε [191 *b*] ἀνθρωπότητος ἴδια ἐφθέγγετο· τὴν παροῦσαν αὐτῷ δειλίαν θανάτου ὑπέφηνεν « ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, » ἵνα καθὰ ἤδη πειράσας τολμήσας, τῆς τε ἐλπίδος ἐκτὸς, καὶ ἄτιμος, καὶ καταγέλαστος ὑπενόστησεν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἄνθρωπον ψιλὸν πάλιν νομίσας εἶναι, καὶ οὐ Θεὸν, ὡς οἶδεν φανέντα σαρκὶ, ὀξυδρομήσας προέλθῃ καὶ ὑποβάλῃ αὐτὸν σταυρωθῆναι, καὶ αὐτὸς μὲν τρωθεὶς λελῃθότως, ὁ τρῶσαι τὸν ἀήττητον Θεὸν μηχανώμενος, παλίνορσος ἀποστῇ· ἡμεῖς δὲ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ ζήσαντες, καὶ τῷ προμηθεστάτῳ αὐτοῦ θανάτῳ λυτρωθέντες, ἀναβοήσωμεν μετὰ Παύλου Κορινθίοις γράφοντος· « Ποῦ σου, θάνατε, τὸ νῖκος; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ κέντρον; » Οὕτω δὲ οὐκ ἀγωνίας ἦν τὰ τοῦ Κυρίου ῥήματα, ὅτι καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς (« Ὃν, » ὡς εἶπεν ἱερὸς ἀνὴρ, « φρίττει καὶ τρέμει τὰ σύμπαντα ἀπὸ προσώπου δυνάμεως αὐτοῦ ») Ἡσαΐας ἀπορρήτῳ τινὶ θεωρίᾳ οὕτω διαλέγεται· « Ἀκούσατε δὴ, οἶκος τοῦ Δαυΐδ· μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις; καὶ πῶς Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; Διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον. Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται Υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, ὅ ἐστιν μεθερμηνευόμενον, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. » Ἀλλ' ὅθεν ἐξῆλθεν, πάλιν ὁ λόγος ἡμῖν ἐπανείτω. Οὔτε οὖν δακρύει ἡ ἀνωτάτω ἀπάθεια, καὶ ζωὴ, καὶ χαρὰ, καὶ εἰρήνη, καὶ πάντων ὑπομονὴ, ὁ φαιδρὰς ἡμέρας διδοὺς τοῖς ἅπασι, δι' ἄλλο τι, ἀλλὰ διὰ τὸ ὑποφῆναι

καὶ τρέμει ἀπὸ προσώπου τῆς δυνάμεώς σου, id est, « Domine omnipotens... quem omnia pavent, et tremunt a facie virtutis tuæ. » Eam porro orationem ab Alexandrino scriptore citari mirum non est. Nam et a pervetusto auctore *Constitutionum apostolicarum* lib. II, cap. 22, affertur quasi pars sacræ Scripturæ, et Alexandrinus codex illam habet post psalmos inter sacra cantica. Codex quoque membraneus Bibliothecæ nostræ S. Salvatoris Bononiæ sæculo XII scriptus, ac paginis 369 constans, post Græcum Psalterium undecim addit cantica, quorum postremum est ista oratio. Et in Naniano codice sæculi XV, qui Hesychii Hierosolymitani interpretationem *in Psalmos* continet, duodecim cantica Psalmis subjunguntur, quorum ultima duo sunt oratio Manassis, et oratio Simeonis senis, cum explanatione ipsius, ut puto, Hesychii. Quin S. Thomas in *Summa Theolog.* part. III, q. 84, art. 10, Manassis orationem citans eam vocat ultimum caput libri secundi Paralipomenon.

(81) *Audite.* Isa. VII, 13, 14.

(82) *Et vocabunt.* Græca editio: « et vocabis. »

(83) *Emmanuel.* Quæ addit post hanc vocem Didymus, translata huc sunt ex Matth. I, 23.

Digitized by Google Распознавание текста

διὰ τοῦ ὁρωμένου τῆς ἀοράτου θεότητος [192 *a*] αὐτοῦ τὴν συμπάθειαν. Πανταχοῦ γὰρ, ἢ λόγοις, ἢ ἔργοις τὰς διαθέσεις ἀναμίγνυσιν, ὅφρα ἡμεῖς ὥσπερ ἐκ τινων ἰχνῶν ἐπ᾽ αὐτὴν ὁρμήσωμεν τὴν θήραν τῆς ἐνθεαστικῆς νοήσεως, καὶ εὕρωμεν, ὡς τὸ πᾶν τῆς οἰκονομίας θεϊκῆς ἴδιόν ἐστιν εὐσπλαγχνία.

A rursus oratio nostra. Ille ergo, qui suprema impassibilitas est, et vita, et gaudium, et pax, et omnes tolerans, et lætos dies omnibus dans, nulla alia de causa flet, nisi ut per visibilem actionem, invisibilis suæ deitatis commiserationem manifestet; etenim semper aut verbis, aut operibus aliquas

affectiones permiscere consuevit, ut nos veluti ex quibusdam vestigiis ad investigationem venationem- que divini sensus feramur, et quidquid divinæ Incarnationis proprium est, misericordiæ esse com-

periamus.

Διά τε τὸ ἐλέγξαι τῶν ἀδελφῶν Λαζάρου τὴν διάνοιαν, ὡς οὐδὲν ἔχουσαν πιστὸν, οὐδὲ βέβαιον. Ἐρωτήσαντι γὰρ αὐτῷ, « Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; » δέον εἰπεῖν· Σὺ πάντα γινώσκεις, ἅτε Υἱὸς Θεοῦ, ἐξ ὧν προεῖπας πολλῷ διαστήματι τῷ φαινομένῳ ἀφεστώς· « Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται· » καὶ εἰ προστάξειας, ἐξ ᾅδου ὑποστρέψει, τὴν κοινὴν ἀνάστασιν προλαβὼν τῇ ἰδίᾳ· πάντα γάρ σοι ῥᾴδια πάντως ὑπάρχει ἐθέλοντι· δέον οὖν ταῦτα εἰπεῖν, τοὐναντίον ἔφασαν· « Τεταρταῖός ἐστιν, ἤδη ὄζει. » Εἵποιμεν ἂν πρὸς τοῦτο, δεδακρυκέναι, ὡς βασιλέα, τοῖς ἑαυτοῦ ὑποκύπτοντα θεσπίσμασι, τοῖς λέγουσιν, « χαίρειν μετὰ χαιρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων, » καὶ διὰ τοῦτο τὸν παλαιὸν θρῆνον ἡμῶν ἀποπαύοντα. Οὐδὲ κοπιᾷ κατὰ τὴν θεότητα, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως ἀκολουθίαν, ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους, καὶ τοὺς κεκοπιακότας καὶ πεφορτισμένους ἀναπαύων, ὁ τὴν ἔξοδον ἔχων ἀπ᾽ ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὸ κατάντημα ἕως ἄκρου αὐτοῦ· ᾧ γὰρ μὴ μείωσις, ἢ ἀποπεράτωσις, οὐδὲ κόπος ἐστίν. Εἰ γὰρ καὶ πώλῳ ποτὲ φαίνεται καθεσθεὶς, ἀλλ᾽ ὡς Θεὸς ὑμνεῖτο ὑπὸ παίδων μὲν ἀκάκων, κραζόντων· « Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις· » ὃ ἑρμηνεύεται· « Σῶσον [192 *b*] ὁ ἐν τοῖς ὑψίστοις· » ὑπὸ δὲ τοῦ Δαυὶδ ἐν νθ′ ψαλμῷ· « Ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ μέχρι δυσμῶν ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ· ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει. » Οὐδὲ ὀρέγεται τροφῆς ἄκων ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς, πρὸς ὃν ἀποβλέπει τὰ πάντα, κατὰ τὸν ψαλμῳδόν· « Οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσιν, καὶ σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτοῖς ἐν εὐκαιρίᾳ. Ἀνοίγεις σὺ τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐμπιμπλᾷς πᾶν ζῶον εὐδοκίας· » καὶ πάλιν· « Πάντα πρὸς σὲ προσδοκῶσιν,

Ideo etiam flevit, ut sororum Lazari cogitata, utpote nihil fidele, nihilque firmum habentia, redargueret: nam interroganti ipsi, « Ubi (84) posuistis eum? » cum respondere deberent: Tu omnia nosti, utpote Filius Dei, ut patet ex his, quæ antea, B cum longo intervallo apparenter distares, dixisti, « Lazarus (85) amicus noster dormivit; » ac si jusseris, ex inferno revertetur, communem resurrectionem antevertens propria resurrectione; omnia enim tibi volenti facillima sunt. Cum ergo hæc dicere deberent, e contrario dixerunt: « Quatriduanus (86) est, jam fetet. » Illud præterea 400 addemus, Christum flevisse instar regis propriis se edictis subjicientis, quibus jubemur « gaudere (87) cum gaudentibus, et flere cum flentibus, » ac propterea antiquæ nostræ lamentationi finem imponentis. Neque vero defatigatus est secundum deitatem, sed secundum incarnationis consequentiam is qui sanat (88) contritos, qui defatigatis (89) atque oneratis requiem dat, qui exitum (90) a summitate cœli habet, et occur- C sum usque ad summum ejus. Qui enim neque imminutioni obnoxius est, neque limitationi, is ne defatigatur quidem: nam etsi pullo insidens aliquando conspectus fuerit, tamen ut Deus laudabatur cum a pueris innocentibus, qui clamabant, « Hosanna in excelsis, » quod valet, « Salva (91), o tu qui es in excelsis; » tum a Davide in psalmo LIX: « Ab ortu (92) solis, et (93) usque ad occasum ex Sion species decoris ejus: Deus manifeste veniet. » Neque cibum appetit invitus is qui est panis vitæ, is ad quem omnia aspiciunt, juxta Psaltem inquientem: « Oculi (94) omnium in te sperant, et tu das

(84) *Ubi.* Joan. XI, 34.
(85) *Lazarus.* Joan. XI, 11.
(86) *Quatriduanus.* Joan. XI, 39. Sensum citat.
(87) *Gaudere.* Rom. XII, 15.
(88) *Qui sanat.* Isa. LXI, 1, et Psal. XLVI,
(89) *Defatigatis.* Matth. XI, 28.
(90) *Exitum.* Psal. XVIII, vers. 7, 8.
(91) *Salva.* Vocabulum ὡσαννά, sive potius ὡσαννά, nihil aliud est quam duæ Hebraicæ dictiones הושיעה נא (*hoshiha na*): voculam vero, *na*, quæ hortantis interjectio est, quasi redundantem non transfert Didymus. Cæterum si hanc etiam reddere quis velit, *Hosanna* valet *Salva, quæso*, sive σῶσον δή, ut transfert Theodorus Prodromus in Explanatione nondum edita liturgicorum canonum pag. 145 Naniani codicis. Porro cum vox « Hosanna » vocibus « Filio David » jungatur a Matthæo, Possinus in *Spicilegio evangelico* eam significare ait « ramos arborum, quos in honorem Christi abscissos ex arboribus sternebant in via. Hoc indicat » (inquit) « dativus. « Filio David, » a Matthæo expressus.... quam enim commodam sententiam habere potest: D Salva quæso Filio David? » Sed equidem nulla alia de causa dativum « Filio David » a Matthæo positum esse suspicor, nisi quia verbum הושיע *hosiah* in Hebræo sermone hunc habet casum. Itaque verba, « Hosanna Filio David, » respondent verbis Hebraicis הושיעה לבן דויד *hoshiha na leben David*; quæ si ad verbum, spretis grammaticorum legibus, Latine vertantur, sonant: « Salva, quæso, Filio David, » id est, « Filium David. » At contra grammaticorum regulas non peccavit Matthæus; cum enim Hebraicam vocem prius posuisset « Hosanna, » eum casum subjungere debuit, quem ea vox exposcit.
(92) *Ab ortu.* Psal. XLIX, vers. 2, 3. Librarius itaque mendose scripsit νθ′, id est, LIX, pro μθ′, id est, XLIX.
(93) *Et.* Vocula καί, id est, « et, » deest in Græca editione.
(94) *Oculi.* Psal. CXLIV, vers. 16, 17 (seu 15 et 16).

Digitized by Google Распознавание текста

escam Ipsis (95) in tempore opportuno : aperis tu manum tuam, et imples omne animal complacentia ; » et rursus : « Omnia (96) te exspectant, ut des illis (97) escam in tempore opportuno ; » is qui ex quinque panibus et duobus piscibus quinque hominum millia præter mulieres et puerulos saturavit, et ut duodecim cophini fragmentorum superessent, effecit ; qui dixit diabolo : « Non in pane (98) solo vivet homo : » qui universis nobis sufficientem ad omnia, et indeficientem mensam proposuit propriam bonitatem, inquiens : « Qui venit (99) ad me, non esuriet (1) : et qui credit in me, non sitiet unquam : » **401** qui ad ficum quidem venit quasi esuriens, sed præcepit ut Deus, ne ea planta fructum amplius ferret, et facto sermonem comprobavit, ostenditque, se illum esse, qui initio dixerat : « Educat (2) terra ligna fructifera. » Sed ne sitit quidem, nisi incarnationis causa, is qui est fons immortalis, quique Samaritanam docuit petere ab ipso aquam vitæ. Sufficit autem hic evangelicam vocem commemorare, quæ sic se habet : « Sciens Christus (3), quod jam omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dicit : Sitio : » ut appareat, Christum non siti coactum protulisse illud verbum, sed ne quidpiam omitteretur eorum, quæ in Scripturis dicta fuerant.

A δοῦναι τὴν τροφὴν αὐτοῖς εἰς εὔκαιρον· » ὁ ἐκ πέντε ἄρτων καὶ δύο ἰχθύων πεντακισχιλίους χορτάσας ἐκτὸς γυναικῶν καὶ παιδίων, καὶ δυοκαίδεκα κοφίνους κλασμάτων περιττεῦσαι ποιήσας· ὁ εἰπὼν τῷ διαβόλῳ· « Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος· » ὁ πᾶσιν ἡμῖν πανταρκῆ καὶ ἀνέκλειπτον τράπεζαν, τὴν οἰκείαν προθεὶς ἀγαθότητα, καὶ φάσκων· « Ὁ ἐρχόμενος πρὸς μέ, οὐ μὴ πεινήσῃ· καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, οὐ μὴ διψήσῃ πώποτε· » ὁ ἐλθὼν μὲν ἐπὶ τὴν συκῆν ὡσανεὶ πεινῶν, προστάξας δὲ ὡς Θεὸς μηκέτι καρπὸν τὸ φυτὸν ἐνεργεῖν, καὶ ἔργον τῷ λόγῳ ἐπιθείς, καὶ δείξας, ὡς αὐτὸς ἦν ὁ τὴν ἀρχὴν εἰπών· « Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ξύλα καρποφόρα. » Ἀλλ' οὔτε διψᾷ, εἰ μὴ διὰ τὴν οἰκονομίαν, ἡ ἀθάνατος πηγή, ἡ τὴν Σαμαρεῖτιν ὕδωρ ζωῆς B αἰτεῖν παρ' αὐτοῦ διδάσκουσα. Ἀρκεῖ δὲ περὶ τούτου τῆς εὐαγγελικῆς μνημονεῦσαι φωνῆς, τῆς λεγούσης· « Ὡς εἰδὼς ὁ Χριστὸς, ὅτι ἤδη πάντα [193 *a*] τετέλεσται, ἵνα τελειωθῇ ἡ Γραφὴ, λέγει· Διψῶ· » ὡς δείκνυσθαι, μὴ ἀνάγκῃ δίψης ἐξεληλυθέναι τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ πρὸς τὸ μή τι παραλειφθῆναι τῶν ἐν Γραφαῖς εἰρημένων.

Neque somno involuntarie captus est ; nec enim huic perpessioni subjectus is erat, qui cum omnium, tum etiam somni Dominus est ; qui nec dormit, nec dormitat, sed custodit Christianos ; qui deitate impassibilis est, etiam cum in passionibus manet : adeo ut eum Psaltes sic alloquatur : « Exsurge (4), velut dormiens, Domine. » Vox autem, « velut, » non absolute somnum indicat ; nam simul atque e somno excitatus est, increpavit ut Deus, ac venti quidem repressi sunt, mare autem adeo sedatum est, ut fluctibus agitari, et strepere desinens, remis pulsaretur, et occasionem præberet canendi hymnum cum harmonia nautica, et cum voluptate omnium, qui exclamaverant : « Christe, salva. » Cum enim vera vita dormiens concipitur, tunc universa mortua esse concipiendum est, utpote quæ non vivificantur : putandum est enim, hac dormiente, mortem vigilare, et neminem posse vitales auras carpere. Ne pauper quidem est ergo, quippe D qui de cœlo est nullius rei indigus (5) is, qui est dives (6) in misericordia, et bonus in miserationibus : quique dolori paupertatis nostræ medicinam adhibuit ipsemet incarnationem suam. Neque alieno indiget ille robore : scriptum est enim, quod in ipso (7) constant omnia ; et quod flectitur ei

Οὔτε ὕπνῳ μὴ θέλων ἑάλω· οὐ γὰρ ἡττᾶτο τοῦ πάθους, ὁ τῶν ὅλων καὶ τοῦ ὕπνου Κύριος, ὁ μὴ ὑπνῶν μηδὲ νυστάζων, ἀλλὰ φυλάσσων Χριστιανούς, καὶ ἀπαθὴς τῇ θεότητι καὶ ἐν τοῖς παθήμασι δι- C μένων· ὡς πρὸς αὐτὸν ἀναφθέγγεσθαι τὸν ψαλμῳδόν· « Ἐξεγέρθητι ὡς ὁ ὑπνῶν, Κύριε. » Τὸ δὲ « ὡς » οὐ καθ' ἅπαξ ὕπνον ἐμφαίνει· διαναστὰς γὰρ εὐθὺς ἐπετίμησεν ὡς Θεὸς, καὶ οἱ ἄνεμοι μὲν κατεστάλησαν, ἡ δὲ θάλαττα τοσοῦτον ἐλώφησεν, ὥστε κυμαίνεσθαι καὶ καχλάζειν, ἀφεῖσα τύπτεσθαι κώπαις, καὶ πρόφασιν ὕμνου μετὰ μέλους διδόναι ναυτικοῦ, μεθ' ἡδονῆς πάντων κραζόντων· « Χριστὲ, σῶσον. » Ὅταν γὰρ ἡ ἀληθινὴ ζωὴ νοηθείη κοιμωμένη, τότ' ἂν νοηθείη τὰ πάντα τεθνηκότα, ὡς οὐ ζωοποιούμενα. Οἶου γὰρ, ταύτης εὐδούσης, τὸν θάνατον ἐγρηγορέναι, καὶ μηδενὶ ὑπάρχειν τὰς ζωτικὰς δρέπεσθαι αὔρας. Οὔτε πτωχεύει οὖν, ὡς ἄνωθεν ὢν ἀνενδεὴς, ὁ πλούσιος ἐν ἐλέει, D καὶ ἀγαθὸς ἐν οἰκτιρμοῖς, ὁ φάρμακον τῷ ἄλγει τῆς πτωχείας τὴν παρ' ἑαυτοῦ οἰκονομίαν χορηγῶν. Οὐδὲ ἰσχύος ἐπιδεῖται ἀλλοτρίας ἐκεῖνος· γράφει γὰρ, ὡς ἐν αὐτῷ συνέστηκεν τὰ πάντα, καὶ ὡς κάμπτει αὐτῷ πᾶν γόνυ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ ὅτι ἐν [193 *b*] αὐτῇ τῇ οἰκονομίᾳ προσελθόντες ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ,

(95) *Ipsis.* Græca editio : αὐτῶν id est, « ipsorum. »

(96) *Omnia.* Psal. CIII, 28 (seu 27).

(97) *Illis.* Græca editio : αὐτῶν, id est, « illorum, » ut paulo ante.

(98) *Non in pane.* Matth. IV, 4.

(99) *Qui venit.* Joan. VI, 35.

(1) *Esuriet.* Codex, πεινήσῃ pro πεινάσῃ.

(2) *Educat.* Gen. I, 12. Sensum tamen duntaxat citat.

(3) *Sciens Christus.* Joan. XIX, 28. Biblia habent « Jesus » pro « Christus. »

(4) *Exsurge.* Psal. XLIII, 25 (seu 23). Græca editio : ἵνα τί ὑπνοῖς, id est, « quare dormis, » pro ὡς ὁ ὑπνῶν. Sed Psal. LXXVII, 71 (seu 65) legitur : ἐξηγέρθη, ὡς ὁ ὑπνῶν Κύριος, id est, « exsurrexit, velut dormiens, Dominus. »

(5) *Nullius rei indigus.* Codex, ἐνδεής. Sed lege ἀνενδεής.

(6) *Dives.* Ephes. II, 4.

(7) *In ipso.* Coloss. I, 17.

Digitized by Google Распознавание текста

ὡς ἀεὶ ὄντι ἐν τῷ Πατρὶ καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὄντι. Τί οὖν βούλεται τὸ, « Ὤφθη ἄγγελος Κυρίου ἐνισχύων αὐτόν; » ἀντὶ τοῦ, δοξάζων αὐτόν. Τοῦτο γὰρ συνέταξεν καὶ Μωϋσῆς, ᾄσας ᾠδὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ τοιάνδε· « Προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ· καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ Θεοῦ· » τοῦτ' ἔστιν, ἀνυμνήσουσιν. Ἐπαληθεύει δὲ ταῦτα καὶ ἄλλη γραφὴ, εἰσάγουσα ἀγγέλους λέγοντας· « Σή ἐστιν ἡ δόξα, σόν ἐστι τὸ κράτος, σή ἐστιν ἡ δύναμις, σή ἐστιν ἡ ἰσχύς. » Εὐφήμησαν δὲ καὶ οἱ ἔξω τοιῶσδε·

A omne genu cœlestium, et terrestrium, et infernorum; et quod in ipsa incarnatione accedentes (8) angeli ministrabant ei, ut semper in Patre et apud Deum exsistenti. Quid ergo sibi vult illud: « Apparuit (9) **402** angelus Domini confortans eum? » nimirum positum est pro: Glorificans eum. Hoc enim verbo usus est etiam Moyses cantans canticum in deserto, et inquiens: « Adorabunt (10) eum omnes angeli Dei, et confortent ei omnes filii Dei; » id est, hymnis celebrabunt. Confirmat vero hæc, et vera esse ostendit, alia etiam Scriptura introducens angelos inquientes: « Tua est gloria (11), tuum est imperium, tua est potentia, tua est fortitudo. »

Recte vero profani etiam auctores cecinerunt:

Πάντα θεοῦ μεγάλοιο νόου ὑπὸ νεύμασι κεῖται. B *Omnia nutibus mentis magni Dei subjecta sunt.*
Ἀρχὴ, πηγή τε ζωῆς, καὶ ὑπείροχον εὖχος, *Ipse est initium, et fons vitæ, et eminentissimum [decus,*
Καὶ κράτος ἠδὲ βίη, καὶ ἰσχύος ἄφθιτος ἀλκὴ, *Et potentia, et vis, et fortitudinis incorruptus vigor,*
Καὶ δύναμις κρατερὴ, καὶ ἀμφιέλικτος ἀνάγκη. *Et potestas fortis, et circumvolubilis necessitas.*

Οὐδὲ εὔχεται οὖν ὁ μέγας καὶ ἀληθινὸς Θεὸς, τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, ὁ ζῶν τοῦ Θεοῦ Λόγος καὶ πάντων κηδεμὼν, ὡς ἥσσων τῇ θεότητι· οὐ γὰρ εὐχῇ μεταβάλλει, ὡς ἡμεῖς, τὰ δυσχερῆ, ὃς ἄρα καὶ μόνῳ τῷ θέλειν, καὶ μόνῃ τῇ παρουσίᾳ, τὴν ἀγαθὴν ἅπασιν προξενεῖ ἐλπίδα, καὶ φθάνει τῇ δόσει τῶν καλῶν τὰς ἡμετέρας λιτάς· « Πρὸς αὐτὸν » γὰρ, φησὶν, « προσεύξονται· » ἀλλ' εὔχεται διὰ τὸ καθ' ἡμᾶς ἀσυγχύτως καὶ δίχα πταίσματος γεγονέναι, καὶ τοῦτο διὰ πραγμάτων ἐπιφανεστέρων δεῖξαι ἐσπουδακέναι. Ὁ γὰρ τοιαῦτα λέξας, καὶ σαρκὶ σταυρῷ προσηλωμένος χεῖρας καὶ πόδας· τοὺς μὲν, C δι' οὓς τὰ τοιαῦτα εἰς τὸ ὕψος ἀνήγαγεν, τοὺς δέ γε δαίμονας [194 *a*] τῷ ᾅδῃ προσέρρηξεν. Καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ Παῦλος γράφει· « Ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας, ἐδειγμάτισεν θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ. » Αὐτόθεν δὲ ἀφ' ὧν αἰτιῶνται ὁ Ἔλεγχος. Γράφει γὰρ ὁ αὐτὸς, σεσοφισμένος ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τῆς Σοφίας, εἰς ἄκρον δριμείαν πως

Neque etiam precatur magnus, et verus Deus, splendor gloriæ Patris, vivens Dei Verbum, atque universorum provisor, quasi secundum deitatem minor sit: nec enim ea, quæ molesta sunt, per orationem a se amovet, ut nos, ille qui vel sola voluntate, et sola præsentia bonam omnibus conciliat spem, et nostras preces præclarorum munerum largitione prævenit: « Ad ipsum » enim, inquit Scriptura (12), « orabunt. » Sed eatenus orat, quatenus citra naturarum permistionem nobis similis factus est, excepto tamen peccato: et quatenus id ipsum per facta illustriora ostendere studebat. Qui enim objecta verba protulit, atque in cruce secundum carnem clavis **403** suspensus est, et manibus, pedibusque confixus, is illos quidem, propter quos talia passus est, in altum evexit, dæmones autem inferno allisit. Atque hoc illud est, quod vult Paulus, cum scribit: « Exspolians (13) principatus, et potestates, traduxit (14), triumphans ipsos in semetipso. »

(8) *Accedentes.* Matth. IV, 11.

(9) *Apparuit.* Luc. XXII, 43.

(10) *Adorabunt.* Desunt hæc in Latinis Bibliis. Græca editio ea habet Deut. XXXII, 43, 44. Sed pro « adorabunt » habet « adorent: » ut et Paulus Hebr. I, 6.

(11) *Tua est gloria.* Undenam næc desumpta sint, ignoro. Apud Matthæum quidem cap. VI, vers. 13, orationis Dominicæ clausula hæc est: Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν, id est, « Quoniam tuum est regnum, et potentia, et gloria in sæcula. Amen. » Quæ verba non exstant in Latinis Bibliis. Verum hunc locum non respicit Didymus, cum angeli loquentes ibi non inducantur. An suspicabimur respici a Didymo hymnum Angelicum, « Gloria in excelsis, » in quo tunc hujusmodi verba recitarentur? Vide not. 9, pag. 367. Equidem puto hæc ex Bibliis citari a Didymo: ejus enim ætate aliquam fuisse Bibliorum versionem, in qua angeli iis verbis Deum collaudantes inducerentur, constat ex Epiphanii Anchorato cap. 37, ubi hæc legimus: Ὑπὸ ἀγγέλων μὲν εὐθὺς ἄνω καὶ πνευματικῶν ζώων βοώντων, καὶ λεγόντων· Σή ἐστιν ἡ δύναμις, σόν ἐστι τὸ κράτος, σή ἐστιν ἡ δύναμις. Ἐν τούτῳ δεικνύουσι τὸ προσκυνεῖν καὶ ἐνισχύειν, τουτέστιν διδόναι αὐτῷ τὸ ἴδιον τῆς ἰσχύος κράτος, id est, ut vertit Petavius, «Cum ab angelis in cœlo, ac spiritualibus animantibus laudibus afficitur, vociferantibus, atque ista concinentibus: » *Tua est virtus: tuum est imperium: tua est vis.* In quo quid « adorare, » ac « corroborare » sit, exprimunt, quod idem est ac proprium illi virium principatum deferre. Ex quibus Epiphanii verbis conjicio allatum a Didymo locum desumptum esse ex Isaiæ cap. VI, ubi seraphimi, aut ex Apocalypsis cap. V, vers. 12, ubi angeli Deum collaudant.

(12) *Scriptura.* Respicit Isa. cap. XLV, vers. 14, D ubi Græca editio habet: Καὶ προσκυνήσουσί σοι, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ, id est, « Et adorabunt te, et in te orabunt, quia in te Deus est, et non est Deus præter te. » Quem locum de Filio interpretatus est Theologus noster enarratione *in primam Joannis Epistolam* ad caput V. « Quomodo enim » (inquit) « non una divinitas Patris, et Filii, cum Propheta dicat: Et te orabunt, quia Deus in te est? » etc. Ab eo itaque errore longe abfuit Didymus, cujus Origenem accusat Theophilus Alexandrinus in epistola Paschali prima his verbis: « Dicit Origenes: Non est orandus Filius. » Eumdem porro Isaiæ locum eodem quo Didymus modo accepit S. Zeno Didymi æqualis lib. II, tract. 7, pag. 159, aliique Patres, quos eadem pagina enumerant doctissimi Ballerinii.

(13) *Exspolians.* Coloss. II, 15.

(14) *Traduxit.* Græca ed. hic addit, ἐν παῤῥησίᾳ, id est, « confidenter. »

Digitized by Google Распознавание текста

Inde autem petitur responsio, et confutatio, unde ipsi desumunt accusationem. Idem enim Apostolus a Spiritu Sapientiæ sapiens factus sententiam scribit summopere acrem quodammodo, et profundam, Deo tamen convenientem, nec ad intelligendum difficilem, et ex æquo cum ad sublimitatem Unigeniti tum ad ejus condescensionem pertinentem, quæ sic se habet : « Qui in diebus (15) carnis suæ, preces supplicationesque ad eum, qui possit illum salvum facere a morte, cum clamore valido (16) offerens, et exauditus ob εὐλάβειαν, id est, pietatem, etsi esset Filius, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam. » Postquam ergo ipse, quatenus ex duabus naturis constans, Dei Filius naturalis demonstratus est, non vero alias, ac præterea non propter suam deitatem, sed quando erat in carne propter carnes, et pro carnibus supplicationes, ut εὐλαβής, hoc est, « pius, » id est, peccati expers, fudit pro peccatoribus ei, in quo erat, et quem habebat in semetipso, quatenus idem cum ipso erat deitate, ex « iis, quæ passus est, » peculiariter « communicans nobis carne, et discens » generatim carnis « obedientiam : » id est, suscepit obedientiam, et veterem nostram inobedientiam delevit. Stultum ergo foret in deitate timorem concipere, aut fletum, aut defatigationem, et quæcunque antea dicta sunt : omnia enim potest Filius Verbum, hoc tantum excepto, quod his subjici non potest secundum paternam generationem, eo modo quo fieri non potest, ut Deus mentiatur, sicut scribit Paulus hujusmodi hominibus irascens. Sic autem habet : « In quibus (17) est impossibile mentiri Deum. »

Itaque hæretici « in camo (18), et freno maxillis eorum constrictis (19), » ab iis, quæ assequi nequeunt, recedant, et quæ investigare nefas est, curiose non inquirant : quid enim his opus habent ? Sed cum audiunt quæ allata fuere, sic illa intelligant, ut alia quidem dixerit ut homo, **404** alia ut Deus ; et ineffabilem, atque inexplicabilem ejus in homines benignitatem nobiscum agnoscant, et adorent, et cum Apostolo, et nobiscum clament : « Pax (20) Dei exsuperat omnem mentem ; » et : « Divitiæ (21) Christi sunt ininvestigabiles : » cum Psalte autem psallant : « Domini judicia (22) abyssus multa. » Ita quidem veri fideles, et accurati prædicatores. Profani vero quoque hæc consilia, ac monita dederunt :

Arcana ne tractes : ne investiges Deum :
Nec enim est tanta homini vis,
Ut omnium insectorem, et incomprehensibilem naturam
Invenire possit investigando, et excogitando.
Assequeris autem eum facile, si persuasus fueris
Maximum esse Conditorem universarum rerum.

CAP. XXII.

Sed ad aliud caput progrediamur. Itaque responsum etiam sapientissimum ad generalem universi finem spectans, quod ab omnium Domino apostoli apud Marcum tulerunt : « De die (23) au-

καὶ βαθεῖαν, ὅμως θεοπρεπῆ, καὶ οὐκ ἀσύνοπτον, καὶ ἐπαμφοτερίζουσαν τῷ τε ὑψώματι τοῦ Μονογενοῦς καὶ τῇ συγκαταβάσει αὐτοῦ ῥῆσιν, ἔχουσαν ὧδε· « Ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ δεήσεις καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον αὐτὸν σώζειν ἐκ θανάτου μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, καίπερ ὢν Υἱός, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθεν, τὴν ὑπακοήν. » Υἱὸς οὖν φυσικὸς τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸ ἐξ ἀμφοῖν δεδειγμένος, οὐκ ἄλλοτε, οὐδὲ διὰ τὴν ἑαυτοῦ θεότητα, ἀλλ' ὅτε ἦν ἐν σαρκί, διὰ τὰς σάρκας καὶ ὑπὲρ τῶν σαρκῶν ἱκετηρίας, ὡς εὐλαβής, τουτέστιν « ἀναμάρτητος, » ἀνέτεινεν ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν ἐκείνῳ, ἐν ᾧ ἦν, καὶ ὃν εἶχεν ἐν ἑαυτῷ, καθὸ ἦνωτο αὐτῷ τῇ θεότητι, « ἀφ' ὧν ἔπαθεν, » ἰδίως κοινωνήσας ἡμῖν σαρκί, μαθὼν γενικῶς τῆς σαρκὸς «τὴν ὑπακοήν·» ὅ ἐστιν, ἐδέξατο τὴν ὑπακοήν, καὶ ἀπήλειψεν τὴν ἀρχαίαν παρακοήν. Εὔηθες τοίνυν ἂν εἴη εἰς τὴν θεότητα λογίζεσθαι τὸ δειλιᾶσαι, ἢ δακρῦσαι, ἢ κοπιᾶσαι, καὶ ὅσα προελέχθη. Πάντα γὰρ δύναται ὁ Υἱὸς Λόγος, πλὴν τοῦ κατὰ τὴν πατρικὴν γέννησιν ταῦτα ὑποστῆναι, ὧς ἐστιν ἀδύνατον ψεύσασθαι τὸν Θεὸν, καθὰ γράφει Παῦλος δυσαρεστῶν τοῖς τοιούτοις. Ἔχει δὲ ὧδε· « Ἐν οἷς ἐστιν ἀδύνατον [194 *b*] ψεύσασθαι τὸν Θεόν. »

Ὀκνοῦν « ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν» ἀγχθέντες αἱρετικοὶ, τῶν μὲν ἀνεπιβάτων ἀναχωρείτωσαν, καὶ ἃ μὴ θέμις, μὴ πολυπραγμονείτωσαν· ποῦ γὰρ καὶ χρεία τούτου αὐτοῖς ; Ἀλλ' ἀκούοντες τὰ προκείμενα, νοείτωσαν, ὡς ἃ μὲν ἔλεγεν ἐν τοῖς ἡμετέροις, ἃ δὲ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ· καὶ τὴν ἄφατον καὶ ἀνεκδιήγητον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν μεθ' ἡμῶν γνωριζέτωσαν καὶ προσκυνείτωσαν, καὶ σὺν τῷ Ἀποστόλῳ καὶ ἡμῖν κραζέτωσαν· « Ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ ὑπερέχει πάντα νοῦν· » καὶ, « Ὁ πλοῦτος τοῦ Χριστοῦ ἀνεξιχνίαστος· » ἅμα δὲ τῷ μελῳδῷ ψαλλέτωσαν· « Τοῦ Κυρίου τὰ κρίματα ἄβυσσος πολλή. » Ταῦτα μὲν οἱ ἀληθινῶς πιστοὶ καὶ ἀκριβεῖς κήρυκες. Καὶ οἱ ἔξω δὲ συνεβούλευσαν καὶ ἐνουθέτησαν τάδε·

Ἄρρητα μὴ σάλευε· μὴ ζήτει Θεόν.
Οὐ γὰρ τοσοῦτόν ἐστιν ἀνθρώπῳ σθένος,
Τὸν παντεπόπτην, τὴν ἀχώρητον φύσιν
Εὑρεῖν ἀνιχνεύοντι καὶ τεχνωμένῳ.
Τύχοις δ' ἂν αὐτοῦ ῥᾳδίως, πεπεισμένος
Μέγιστον εἶναι τὸν Ποιητὴν τῶν ὅλων.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Ἀλλ' ἐφ' ἕτερον κεφάλαιον προΐωμεν. Καὶ τὴν ἐν Μάρκῳ τοίνυν φερομένην πρὸς τοὺς ἀποστόλους πάνσοφον τοῦ πάντων Δεσπότου ἀπόκρισιν, τὴν ἕνεκα τοῦ γενικοῦ τέλους λέγουσαν ταυτί· « Περὶ δὲ τῆς

(15) *Qui in diebus.* Hebr. v, 7, 8.
(16) *Valido.* Post hanc vocem addunt Biblia καὶ δακρύων, id est, « et cum lacrymis. »
(17) *In quibus.* Hebr. vi, 18.
(18) *In camo.* Ex psal. xxxi, vers. 12.
(19) *Constrictis.* Codex, ἀχθέντες. Sed legendum, ut et lego, ex Psalte, ἀγχθέντες· ipse enim habet ἄγξαι.
(20) *Pax.* Philipp. iv, 7.
(21) *Divitiæ.* Ephes. iii, 8. Citat sensum.
(22) *Judicia.* Psal. xxxv, 6 (seu 7).
(23) *De die.* Marc. xiii, 32.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἡμέρας ἐκείνης, ἢ τῆς ὥρας, οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν οὐρανῷ, οὐδὲ ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, » θεωρεῖσιν οὐχ ὑγιῶς. Ματθαῖος [195 *a*] μὲν γὰρ πρὸ αὐτοῦ κατὰ τῶν ἄλλων λέξεων ἀπαραλείπτως ἐλθὼν, οὐκ εἶπεν τὸν Υἱὸν ἀγνοεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ σχῆμα αὐτὸ τοῦ τέλους εἰδέναι ἐξέθετο τοιῶσδε· « Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἢ τῆς ὥρας, οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ μόνος. Ὥσπερ γὰρ αἱ ἡμέραι τοῦ Νῶε, οὕτως ἔσται ἡ παρουσία τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Ὥσπερ γὰρ ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ τρώγοντες, καὶ πίνοντες, γαμοῦντες καὶ ἐκγαμίζοντες, ἄχρι ἧς ἡμέρας εἰσῆλθεν Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν, καὶ οὐκ ἔγνωσαν, ἕως ἐπῆλθεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ ἦρεν πάντας· οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. » Οἱ οὖν ἄλλοι εὐαγγελισταὶ οὐδὲ ὅλως ἐμνημόνευσαν τούτου· ἀλλὰ κατὰ ταύτης τῆς αἱρετικῆς ἐναντιώσεως λύσιν παρέσχον οἱ ἀπόστολοι, ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ φάμενοι οὕτως· « Νῦν οἴδαμεν, ὅτι πάντα οἶδας· » ἄτε, φησὶν, Υἱὸς Λόγος τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· ἐξ ὧν πάντων ἐστὶν καὶ ἡ ἐσχάτη ἡμέρα. Καὶ χρὴ δὲ μὴ καθηκόντως ἐκλαμβάνειν τὸ προνοητικῶς ἀρνηθέν. Καθάπερ γὰρ δι' ἡμᾶς εἵλετο μορφὴν δούλου λαβεῖν, οὕτω καὶ τὸ εἰπεῖν, ὅτι ἀγνοεῖ. Φαρμάκῳ γὰρ οἷον τούτῳ ἐχρήσατο, διὰ τὸ συμφέρειν τῇ ἀνθρωπότητι μὴ γνῶναι τὴν ἐρώτησιν αὐτῆς· ἵν' ἀεὶ προσδοκῶσα, καὶ ἐπὶ θύραις εἶναι νομίζουσα τῆς κρίσεως τὸν καιρὸν, ἕτοιμος γένηται δι' ἔργων καὶ πίστεως εἰς τὸ σωθῆναι. Οὐδὲ γὰρ ἔλαθεν δημιουργήσας χρόνον, ὃν οὐκ ἠπίστατο· οὐδ' αὖ ἠγνόησεν τὴν ἑαυτοῦ δευτέραν [195 *b*] παρουσίαν, ὁ ὢν ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ τὸν Πατέρα ἔχων ἐν ἑαυτῷ· δῆλον δ', ὅτι σὺν τῇ εἰδήσει· εἰ γὰρ ἐν αὐτῷ ἐστιν ὁ Πατὴρ, ὁ πάντα εἰδὼς, οἶδεν καὶ αὐτὸς, ὁ πάντα θεωρῶν ἐν τῷ Πατρί. Πῶς γὰρ ἂν καὶ μὴ βλέποι, ὁ τὸ φῶς ἔχων ἐν ἑαυτῷ, ὁ πάντα εἰς τάξιν καὶ διακόσμησιν ἀγαγὼν, ὁ πάντα εἰδὼς πρὸ γενέσεως αὐτῶν, ὁ δημιουργὸς τῶν χρόνων, ὁ καὶ ὅριον θέμενος τῇ κτίσει, καὶ τὸ ποσὸν τῶν ἡμερῶν παγιώσας τῆς συστάσεως αὐτῆς, καὶ εἰπών· « Ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ ἔρχεται ἡ τελευταία ἡμέρα· » καὶ πάλιν· « Οὐκ ἔσται ἐν νυκτὶ, ἵνα ἡ ἡμέρα ἐν σκοτίᾳ ὑμᾶς καταλάβῃ· » ὁ καὶ τὰ ἐσόμενα σημεῖα περὶ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν προειρηκὼς, καὶ μέλλων ἐκείνην αὐτὴν ἀνατέλλειν τὴν φοβερὰν καὶ ἀνέσπερον ἡμέραν, ὁ καὶ τῆς κρί-

A tem illo, aut hora, nemo novit, neque angeli, qui in cœlo sunt, neque Filius, nisi Pater, » perperam interpretantur. Nam Matthæus quidem ante Marcum aliis verbis (24) eamdem rem nihil omittendo narrans, non dixit, Filium ignorare (25), sed vel ipsum modum consummationis mundi Filio notum esse ostendens ita eum exposuit : « De die (26) autem illa, aut hora (27), nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi Pater (28) solus. Sicut enim dies Noe, ita erit adventus Filii hominis. Sicut enim (29) erant diebus ante diluvium comedentes et bibentes, nubentes et nuptui tradentes, usque ad eum diem quo intravit Noe in arcam, et non cognoverunt, donec supervenit (30) diluvium, et tulit omnes : ita erit et adventus Filii hominis. » Cæteri autem
B evangelistæ hujus rei **405** ne meminerunt quidem omnino. Sed responsum, quo hocce hæreticorum argumentum solveremus, nobis subministrarunt apostoli, qui in Evangelio secundum Joannem sic loquuntur : « Nunc (31) cognovimus, quod omnia scis : » nempe, quatenus Filius Verbum Dei, per quem omnia facta sunt; in omnium autem rerum censu comprehenditur etiam ultimus dies. Convenienti autem (32) sensu interpretari oportet, quod provide a Christo negatum est. Nam quemadmodum propter nos formam servi accipere voluit (33), sic etiam dicere voluit se nescire; hoc enim veluti pharmaco usus est, quia prodest humanitati id nescire, de quo ipsa interrogat : ut semper exspectans, et in januis esse putans judicii tempus, per
C opera, et per fidem parata maneat, ut salvetur. Nec enim imprudens condidit ipse illud tempus, quod nesciret, neque præterea alterum suum adventum ignoravit is qui et est in Patre, et Patrem habet in semetipso : haud dubium vero quin eum habeat cum cognitione quam habet Pater. Si enim in ipso est Pater qui omnia scit, novit id et ipse qui omnia contemplatur in Patre. Quomodo enim non videat is qui lucem habet in semetipso; qui omnia in ordinem redegit, et ornavit; qui omnia scit antequam oriantur; qui est creator temporum; qui et terminum posuit creaturæ, et numerum dierum stabilivit, quibus ipsius creaturæ constitutio perseveratura est; quique dixit : « Sicut (34) fur
D in nocte, venit ultima dies; » et rursus : « Non erit (35) in nocte, ut dies in tenebris vos deprehen-

(24) *Aliis verbis.* Codex hoc in loco aliquod vitium habet. Equidem lego κατὰ τῶν ἄλλων pro καὶ τὰ τῶν ἄλλων.

(25) *Non dixit Filium ignorare.* Hieronymus lib. IV, *in Matthæum* cap. XXIV, de hoc ipso Matthæi textu loquens, quem hic affert Didymus, hæc scribit : « In quibusdam Latinis codicibus additum est, «neque Filius,» cum in Græcis, et maxime Adamantii et Pierii exemplaribus hoc non habeatur ascriptum. » Vide Ambrosium lib V *De fide* cap. 16, ubi hæreticos redarguit, quod voces, « nec Filius, » Matthæi textui addidissent. Sed Alexandrini codices ea corruptione infecti non erant.

(26) *De die.* Matth. XXIV, 36-39.

(27) *Aut.* Græca editio, καί, id est, « et. »

(28) *Pater.* Græca editio addit μου, id est, « meus. » Sed Vulg. interpres legit ut Didymus.

(29) *Enim.* Græca editio, δέ, id est, « autem. »

(30) *Supervenit.* Græca editio, ἦλθεν, id est, « venit. »

(31) *Nunc cognovimus.* Joan. XVI, 30.

(32) *Autem.* Codex, καὶ χρὴ δὲ μὴ καθηκόντως. Mendum autem hic latere videtur, nisi quis illud μή hic valere velit, « nonne? » Ego malim legere μήν pro μή, aut certe : καὶ οὐ χρὴ δὲ μὴ καθηκόντως.

(33) *Voluit.* Codex, εἵλετο pro εἵλετο.

(34) *Sicut fur.* 1 Thess. V, 2. Græca editio : Ἡ ἡμέρα Κυρίου ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται.

(35) *Non erit.* Etsi hæc, item ut præcedentia, non Paulo, sed Christo Domino tribuat Didymus,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

dat; » qui etiam futura signa illius temporis **406** A prædixit, et oriri faciet ipsam illam terribilem, ac vespera carentem diem; qui et judicii formam, et modum præmonstravit; qui dictus est habere thesauros (36) sapientiæ, et scientiæ; qui hæc præmonuit :« Erunt (37) in vobis hæreses, et schismata; » qui negationem Judæ, et Petri negationem ante galli cantum, et dissolutionem templi præ nuntiavit; qui pseudoprophetas postremis temporibus futuros præsignificavit; qui ait : « Nemo (38) novit Patrem, nisi Filius; » et : « Sicut (39) novit me Pater, et ego novi eum? » Evidens autem est, quod novit cum ea cognitione quam habet Pater.

σεως τὸ σχῆμα καὶ τὸν τρόπον προειπών, ὁ ἀποδειχθεὶς ἔχειν θησαυροὺς σοφίας καὶ γνώσεως, καὶ προμηνύσας· « Ἔσονται ἐν ὑμῖν αἱρέσεις καὶ σχίσματα· » καὶ τὴν ἄρνησιν Ἰούδα, καὶ τὴν πρὸ ἀλεκτρυοφωνίου ἄρνησιν Πέτρου, καὶ τὴν κατάλυσιν τοῦ ἱεροῦ· ὁ τοὺς ἐσομένους εἰς τὰ ἔσχατα ψευδοπροφήτας προσημάνας· ὁ λέγων· « Οὐδεὶς οἶδεν τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός· » καὶ, « Καθὼς γινώσκει με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω αὐτόν; » Σαφὲς δὲ, ὡς μεθ' ἧς ἔχει γνώσεως ὁ Πατήρ.

Quod si aliud est nosse Patrem, aliud vero nosse quæ sunt Patris, majus erit nosse Patrem, quam nosse quæ ejus sunt, id est, etiam ultimum diem; quatenus unusquisque major est ipsemet, quam quæ sui ipsius sunt. Sed ita etiam potest illud, « Nemo (40) novit diem illam, aut horam, neque Filius, nisi Pater, » sicut quidam sanctorum Patrum (41) sapientiæ plenus simpliciter (42) docuit (Basilio erat illi nomen); quasi scilicet idem sit ac si diceret : « Nisi Pater nosset, ne Filius quidem nosset : » ex quo sequitur, ut, si Pater novit, non possim (43) ego ignorare; sed non dico, inquit; omnia enim facio secundum voluntatem Patris : non est autem voluntas Patris, vos hoc nosse. Vobis ergo, inquit, ignoro, etsi reipsa non ignorem : prædixi enim vobis per Psaltem, « Lon-

Εἰ δ' ἕτερον τι εστιν εἰδέναι τὸν Πατέρα, ἕτερον δὲ τὰ τοῦ Πατρὸς, μεῖζον ἔσται τὸν Θεὸν Πατέρα τοῦ εἰδέναι τὰ αὐτοῦ, ὅ ἐστιν καὶ τὴν ἐσχάτην B ἡμέραν, καθ' ὅσον ἕκαστος μείζων αὐτὸς τῶν ἑαυτοῦ ὑπάρχει. Ἡ ἄρα καὶ τοιοῦτον εἶναι δύναται τὸ, « Οὐδεὶς οἶδεν τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἢ τὴν ὥραν, οὔτε ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ [196 *a*] Πατὴρ, » ὡς τις τῶν ἐν ἁγίοις Πατέρων σοφίας γέμων ἀσυλλογίστως ἐδίδαξεν (Βασίλειος ἦν ὄνομα αὐτῷ)· ἀντὶ τοῦ, « Εἰ μὴ ὁ Πατὴρ οἶδεν, οὐδὲ ὁ Υἱὸς οἶδεν· » ᾧ ἀκολουθεῖ, ὡς τοῦ Πατρὸς εἰδότος, οὐχ οἷόν τε ἐμὲ ἀγνοεῖν· ἀλλ' οὐ λέγω, φησίν· ποιῶ γὰρ πάντα κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Πατρός· τὸ δὲ γνῶναι τοῦτο ὑμᾶς, οὐκ ἔστιν θέλημα τοῦ Πατρός. Ὑμῖν οὖν, φησὶν, ἀγνοῶ, τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἀγνοῶν· προεῖπον γὰρ ὑμῖν διὰ τοῦ ψαλμῳδοῦ· « Ὡς μακρὰν ἀπὸ τῆς σω-

C

verisimile tamen est ab eo hic quoque citari I Thess. v, 4, ubi legitur : οὐκ ἐστὲ ἐν σκότει, ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς ὡς κλέπτης καταλάβῃ, id est, « non estis in tenebris, ut dies » (illa) « vos tanquam fur comprehendat. » At ne illud quidem improbabile, exstitisse Didymi ætate in aliquibus Evangeliorum exemplaribus, quibus ille usus sit, ea ipsa verba, quæ hic allegantur; nam paucis ante annis eadem quasi ex Evangelio attulerat Epiphanius in *Anchorato* cap. 21, ubi hæc scripsit : Λέγει γάρ· « Ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ ἔρχεται ἡ ἡμέρα ἐκείνη. »Καί φησι· « Οὐκ ἔσται ἐν νυκτὶ, ἵναἡ ἡμέρα ἐν σκότει ἡμᾶς καταλάβῃ. »Petavius porro primo hæc verba ex Joan. XII, 35 desumpta putat. Secundo totum locum sic vertit : Ita quippe loquitur (Filius) : « Sicut fur de nocte, sic illa dies adveniet. » Tum illud : « Nolite in nocte versari, ne dies illa vos in tenebris occupet. » Tertio adnotat, pro οὐκ ἔσται, id est, « non erit, » legendum forsitan esse, οὐκ ἐστέ, id est, « non D estis. » At Didymus quoque legit, « Non erit. » Quarto pro ἵνα, id est, « ut, » legendum forsitan censuit, ἵνα μή· vertit enim, « ne. » Sed Didymus quoque legit, « ut. » Demum vox illa, ἡμᾶς, erratum fortasse typographi est : nam Petavius ipse vertit « vos, » non vero, « nos. » Porro simili modo textus ille, « Nemo potest accipere Spiritum sanctum, nisi a Domino, » quem attulit Didymus segm. 63 *a*, nunc quidem in Scripturis non legitur, sed in iis Didymi ætate legebatur : quædam scilicet exemplaria illum habebant in I ad Cor. XII, 3, uti colligo ex Epiphanii *Anchorato* cap. 69. Ita demum textus iste, « Et adorabo te, Domine, fortitudo mea, » quem affert Didymus segm. 43 *b*, exstitisse in Bibliis Didymi ætate, patet ex eodem *Anchorato* cap. 50, ubi sic affertur : Καὶ προσκυνησάτω σε, Κύριε, ἡ ἰσχύς μου, id est, « Et adoret te, Domine, fortitudo mea. »

(36) *Thesauros.* Ex Epist. ad Coloss. II, 3.

(37) *Erunt.* In Evangeliis hæc non exstant. Citat fortasse sensum, non verba. Vide Ep. I ad Cor. XI, 19, et Epist. II Petr. II, 1. Cæterum Justinus quoque in *Dialogo cum Tryphone*, num. 35, Christo Domino hæc ipsa verba tribuit, dum sic loquitur : Εἶπε γὰρ (Ἰησοῦς Χριστός)... Ἔσονται σχίσματα καὶ αἱρέσεις, id est, « Dixit enim (Jesus Christus)..... Erunt schismata et hæreses. » Simili modo Hieronymus epist. 119, num. 11, ait : « Et Salvatoris verba dicentis : Estote probati nummularii : » etsi hæc verba non extent modo in Scriptura.

(38) *Nemo.* Matth. XI, 27.

(39) *Sicut.* Joan. X, 15.

(40) *Nemo.* Marc. XIII, 32.

(41) *Quidam sanctorum Patrum.* Interpretatio quam hic ex Basilio affert Didymus, exstat in epistola 236, quam Basilius ipse anno 376 *ad Amphilochium* scripsit, tom. III Operum, pag. 362, editionis Parisiensis. Basilium vero, etsi paucis ante annis vita functum, ita a Didymo compellari is non mirabitur, qui norit vel Gregorium ipsius Basilii fratrem in opusculo *De resurrectione* sic loqui : Ὁ πολὺς ἐν ἁγίοις Βασίλειος, id est, « magnus ille sanctus, Basilius. » Porro eidem Basilio, dum in vivis esset, Didymum de facie notum, atque amicum fuisse non dubito : Alexandriam enim venerat, ut monachos in Ægypto morantes inviseret, sicut constat ex ejus epist. 223, num. 2.

(42) *Simpliciter.* In Græco, ἀσυλλογίστως. Porro in concilio Lateranensi, quod habitum est Martino I pontifice, Basilii quidam locus sic affertur secretario IV, ἐκ τοῦ κατ' Εὐνομίου συλλογιστικοῦ λόγου, id est, « ex sermone syllogistico contra Eunomium. » Didymus itaque ideo fortasse ait, ἀσυλλογίστως, id est, « non syllogistice, » ut indicet se respicere Basilii epistolam, non vero polemica ejus opera.

(43) *Non possim.* Codex mendose, οὐκ οἷόν τε pro οὐχ οἷόν τε.

Digitized by Google Распознавание текста

τηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου! » τουτέστιν, πόρρω τῆς θεότητός μου οἱ ἐν τῇ ἐνανθρωπήσει λόγοι μου. Οὕτω δὲ ποιεῖ καὶ ἐπὶ Λαζάρου, προειπὼν μὲν, ὡς πάντα γινώσκων· « Λάζαρος κεκοίμηται· » ἐρωτῶν δὲ, ὡς οὐδὲν εἰδώς· « Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; » εἶτα ὡς Θεὸς ἐγείρων αὐτόν. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς αἱμορροούσης, φήσας μὲν, ὡς ἄνθρωπος ἀγνοῶν· « Τίς ἥψατό μου; » ἰασάμενος δὲ, ὡς Σωτήρ· ὡς καί που ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἠρώτα, ὡς ἀγνοῶν, τὸν Ἀδάμ· « Ποῦ εἶ; » καὶ τὸν Κάϊν· « Ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; » καὶ Μωϋσέα· « Τί ἐστιν ἐν τῇ χειρί σου; » καὶ ἐτέρωθι· « Ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ· » ὡς δῆθεν τοὺς οὐκ ὄντας ἀγνοῶν. Ἔλεγεν δὲ καὶ πρὸς Ἀβραὰμ, θελήσαντα σφαγιάσαι αὐτῷ τὸν υἱόν· « Νῦν ἔγνων, ὅτι φοβῇ σὺ τὸν Θεόν· » ὡς δῆθεν ἐν τῷ φθάσαντι τοῦτο ἀγνοήσας. Καὶ πάλιν· « Ποῦ Σάρρα ἡ γυνή σου; » Ὅτι δὲ ὁμολογουμένως καὶ τοῦτο εἰδὼς εἶπεν, τὰ ἐφεξῆς δηλοῖ. Εἰπόντος γὰρ αὐτοῦ, ὡς τέξεται, κἀκείνης ἀπιστησάσης διὰ τὸ καταγεγηρακέναι, καὶ ἐν τῷ κοιτωνίσκῳ μειδιασάσης, ἔφη· « Ἐγέλασεν Σάρρα ἔνδον οὖσα. » Ἔτι [196 *b*] δὲ καὶ τῷ Λὼτ εἶπεν· « Οὐ δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι (τουτέστιν, τὴν τιμωρίαν ἐπαγαγεῖν Σοδομίταις), μέχρι τοῦ ἐλθεῖν σε ἐκεῖ. Διὰ τοῦτο ἐκάλεσεν τὸ ὄνομα τῆς πόλεως Σιγώρ· » καὶ ἀλλαχοῦ· « Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, ἐργάται τῆς ἀνομίας· οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς. » Καὶ ἄλλα δὲ, τῷ δοκεῖν μικρὰ ὡς πρὸς θεότητα, φέρεται αὐτοῦ· οἷον τὸ, « Καταβὰς ἔρχομαι, εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν τὴν ἐρχομένην πρὸς μὲ συντελοῦνται· εἰ δὲ μή, ἵνα γνῶ· » καὶ ἐτέρωθι· « Μεταμέλημαι ποιήσας τὸν ἄνθρωπον· » καὶ πάλιν· « Μεταμέλημαι χρίσας τὸν Σαοὺλ εἰς βασιλέα· » καὶ ἐν ρε' ψαλμῷ· « Καὶ ἐμνήσθη τῆς διαθήκης αὐτοῦ, καὶ μετεμελήθη κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους αὐτοῦ, καὶ ἔδωκεν αὐτοὺς εἰς οἰκτιρμούς. »

ge (44) a salute mea verba delictorum meorum! » id est, longe a mea deitate verba, quæ dico in incarnatione. Sic autem se gerit etiam respectu Lazari; nam prius quidem, utpote omnia cognoscens, dixit: « Lazarus (45) dormivit: » deinde vero, quasi nihil sciret, interrogavit: « Ubi (46) posuistis eum? » ac demum, ut Deus illum suscitavit. **407** Sic etiam se gessit respectu mulieris hæmorrhoide laborantis (47); nam prius quidem, quasi homo ignorans, dixit: « Quis tetigit (48) me? » deinde illam sanavit ut Salvator. Ita etiam Deus et Pater Adamum alicubi, quasi ignorans, interrogavit: « Ubi es (49)? » et Cainum: « Ubi est (50) Abel frater tuus? » et Moysem: « Quid est (51) in manu tua? » Et alibi legitur: « Cognovit (52) Dominus eos qui sunt ejus: » quasi scilicet ignoret eos qui non sunt ejus. Abrahamo etiam, qui filium ipsi immolare volebat, dixit: « Nunc cognovi (53), quod tu times Deum: » quasi nempe id antea ignoraret. Et rursus: « Ubi est (54) Sara uxor tua? » Quod autem sine dubio hoc etiam sciret, cum ita locutus est, manifestum est ex iis, quæ sequuntur. Nam cum is dixisset fore ut ea pareret, illa vero id non crederet, quia jam consenuerat, et in cubiculo subrisisset, ait Dominus: « Risit (55) Sara intus exsistens. » Insuper Loto idem dixit: « Non possum (56) hoc facere, » id est, supplicium inferre Sodomæis, « donec tu venias illuc: ideo vocavit nomen civitatis Sigor; » et alibi: « Recedite (57) a me, qui operamini iniquitatem: nunquam novi vos. » Alia vero etiam, quæ in speciem abjecta sunt, atque humilia, ita de eo dicuntur, ut ad ejus deitatem referantur. Cujusmodi est illud: « Descendens (58) venio (59), utrum juxta clamorem ipsorum, qui venit ad me, perficiant, an non, ut sciam; » et alibi: « Pœnituit (60) me fecisse hominem; » et rursus: « Pœnituit (61) me unxisse Saul in regem; » et in cv psalmo: « Et recordatus est (62) testamenti sui, et pœnituit (eum) juxta multitudinem misericordiæ suæ, et dedit eos in miserationes. »

ΚΕΦ. ΚΓ'.

Καταζώννυνται δὲ εἰς τὰ μάλιστα, καὶ ἔχουσιν ἐν

408 CAP. XXIII.

Sese vero ad bellum accingunt ut cum maxime,

(44) *Longe.* Psal. xxi, 1 (seu 2).
(45) *Lazarus.* Joan. xi, 11 sqq.
(46) *Ubi.* Ibid. 34.
(47) *Hæmorrhoide laborantis.* Codex, αἱμορροούσης.
(48) *Quis tetigit.* Marc. v, 31.
(49) *Ubi es.* Gen. iii, 9.
(50) *Ubi est.* Gen. iv, 9.
(51) *Quid est.* Exod. iv, 2.
(52) *Cognovit.* II Tim. ii, 19.
(53) *Nunc cognovi.* Gen. xxii, 12.
(54) *Ubi est.* Gen. xviii, 9.
(55) *Risit.* Gen. xviii, 13. Sensus tantum hic citatur.
(56) *Non possum.* Gen. xix, 22. Græca editio aliquas habet nullius momenti varietates.
(57) *Recedite.* Matth. vii, 23. Græca editio eodem sensu: Οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς· ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. Similia dictavit Didymus in Commentariis *in Psalmos* ad versiculum 7 psalmi lxviii, et Enarratione *in primam Joannis Epistolam* ad cap. ii vers. 3, ubi hæc legimus: « Sicut enim nesciens peccatum Jesus, neque operatio [*legendum*, opera] iniquitatis, plenitudini [*leg.* plenitudine] non fraudatur, cum sit sapientia, et veritas Dei; ita nesciens judicii diem non minuitur: quia neque quando dicitur Deus in Scripturis sanctis oblivisci, et pœnitere, et irasci, divinitate minuitur. Quo enim modo illa panduntur, eodem et quod dictum est de judicii ignoratione, res oblivisci[tur [*legendum fortasse*, et quod res oblivisciturl. Sicut enim cum Deus solus sit sapiens, et scientiam habeat omnium, oblivio passibilis, et pœnitentia, aut aliquid hujusmodi in eo nequaquam exsistit, cum utique de eo dispensa vitæ [*lego*, dispensative] dicantur: ita ergo sapientia, et veritate Dei ignorantiam non recipiente, propter quamdam utilitatem horum et diem judicii dicitur ignorare. »
(58) *Descendens.* Gen. xviii, 21.
(59) *Venio.* Græca editio pro ἔρχομαι habet ὄψομαι, id est, « videbo. »
(60) *Pœnituit.* Gen. vi, 7. Græca editio: Μετεμελήθην, ὅτι ἐποίησα αὐτούς, id est, « Pœnituit me quod feci eos. » Apud Didymum videtur legendum μεταμέλομαι, aut μεταμεμέλημαι.
(61) *Pœnituit me.* Lib. I Reg. xv, 11. Græca editio: μεταμέλομαι, ὅτι ἔχρισα.
(62) *Et recordatus est.* Psal. cv, 43, 44 (seu 45, 46).

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

et in procinctu habent quod Paulus Corinthiis scribit in prima Epistola . « Quoniam (62*) nullus est Deus (63), nisi unus : nam etsi sunt qui dicantur dii, sive in cœlo, sive in terra (sicut sunt dii multi, et domini multi) : nobis autem unus Deus Pater, ex quo omnia (64), et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum. » Sic enim aiunt : Illud, « ex quo (65), » et illud, « Deus, » soli Patri convenit, utpote qui juxta superstitiosam eorum opinionem superior est, ac veluti tempore præcedit ambas hypostases. Illud vero « per quem, » et illud, « Dominus, » convenit Filio, utpote ministro, et secundas habenti, per quem omnia facta sunt. Illud vero, « in quo, » tertio loco per decrementum Spiritui sancto convenit : in ipso enim, inquiunt, omnis glorificatio Deo offertur. Id autem confirmant ex Pauli Litteris ; cum ex iis scilicet, quæ scriptæ sunt Ephesiis, quæque hanc habent exhortationem : « Nolite (66) contristare (id est offendere) Spiritum sanctum Dei, in quo obsignati estis in diem redemptionis ; » tum ex iis, quæ ad Corinthios missæ sunt, atque hujusmodi doctrinam habent : « Non est (67) enim regnum Dei esca, et potus : sed justitia, et pax, et gaudium in Spiritu sancto. » Sed ne hoc quidem eorum argumentum quidquam valet. Nam ea vocum permutatio non ex eo repetenda est, quod Filius, et Spiritus sanctus inferiores sint : ambæ enim voces « ex, » et « per, » unicuique hypostasi proprie conveniunt ; si enim omnia sunt ex Deo, ut profecto sunt, quomodo initio facta sunt omnia per Filium ? Ac si noverat Paulus, eum ascititiis diis annumerandum esse, quidni cum aliis eum permiscuit ? cur illum cum Patre conjunxit ? At voculis illis, « ex, » et « per, » usus est, primum quidem ne aliquam divinarum hypostasium confusionem cogitemus, sed singulas distinguamus : deinde ut explodatur Græcorum quidem polytheismus per illud, « Unus 409 Deus Pater : » Judæorum vero pervicacia, qua Christum contemnunt, per illud, « Unus Dominus Jesus Christus : » Montanistarum autem dementia, qui tres omnibus hymnis dignas hypostases quasi unam personam culturi erant, per illud, « Unus, » et « Unus, » et « Unus : » Sabellii demum furor dementissimus (68), qui Deum Verbum esse commiscebatur ut prolatitium verbum, quod resolvitur, et aeri permiscetur. Nimirum Apostolus divinæ pacis (id est unitatis) vinculum servans, rursus ambas hasce voces simul jungit, atque ad unum summe ineffabilem Deum illas refert, dum Roma-

προβολῇ ὅπερ Παῦλος Κορινθίοις ἐν τῇ πρώτῃ γράφει Ἐπιστολῇ· « Ὅτι οὐδεὶς Θεὸς, εἰ μὴ εἷς. Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ, εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ γῆς (ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοὶ), ἡμῖν δὲ εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. » Φησὶν γὰρ· Ἁρμόζει τὸ, « ἐξ οὗ, » καὶ τὸ, « ὁ Θεὸς, » ἐν μόνῳ τῷ Πατρὶ, ὡς ὑπερτέρῳ πρὸς τὴν θρησκείαν αὐτῶν, καὶ οἷον ὄντι τῷ χρόνῳ πρὸ ἀμφοῖν τῶν ὑποστάσεων· τὸ δὲ, « δι' οὗ, » καὶ τὸ, « ὁ Κύριος, » ὡς ὑπουργῷ καὶ δευτέρως ἔχοντι τῷ Υἱῷ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· τὸ δὲ, « ἐν ᾧ, » τρίτως καθ' ὑπόδασιν τῷ ἁγίῳ [197 *a*] Πνεύματι· ἐν αὐτῷ γὰρ, φησὶν, πᾶσα δόξα ἀναπέμπεται· ὁρμηθέντες καὶ πρὸς τοῦτο ἀπὸ τῶν Παύλου γραμμάτων, τῶν τε πρὸς Ἐφεσίους ἐχόντων παραίνεσιν, οὖσαν ἐν τούτοις· « Μὴ λυπεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως· » τῶν τε πρὸς Κορινθίους, ἐχόντων διδασκαλίαν τοιάνδε· « Οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις, ἀλλὰ δικαιοσύνη, καὶ εἰρήνη, καὶ χαρὰ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » Οὐδὲν δὲ οὐδὲ τοῦτο αὐτῶν ἐστιν παντελῶς. Αἱ γὰρ τῶν λέξεων ἐναλλαγαὶ, οὐ δι' ἐλάττωσιν τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματός εἰσιν· ἀμφότεραι γὰρ αἱ λέξεις οἰκείως ἔχουσι πρὸς ἑκάστην ὑπόστασιν· εἰ γὰρ τὰ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ οὖν ἀληθὲς, πῶς ἄνωθεν τὰ πάντα διὰ τοῦ Υἱοῦ; καὶ εἰ ἠπίστατο τοῖς εἰσποιητοῖς θεοῖς ἐναριθμεῖσθαι αὐτὸν, τί μὴ τοῖς ἄλλοις ἀνέμιξεν, καὶ μὴ τῷ Πατρὶ συνήνωσεν; Ἀλλ' οὕτως εἴρηνται, τοῦτο μὲν διὰ τὸ μὴ σύγχυσιν νοῆσαι τῶν θείων ὑποστάσεων, ἑκάστην δὲ διευκρινηθῆναι· τοῦτο δὲ διὰ τὸ ἐκβάλλεσθαι Ἑλλήνων μὲν τὴν πολυθεΐαν διὰ τοῦ, « Εἷς Θεὸς ὁ Πατήρ· » Ἰουδαίων δὲ τὴν περὶ τὸν Χριστὸν ἀθέτησιν διὰ τοῦ, « Εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός· » Μοντανιστῶν δὲ τὴν ἄνοιαν, μελλόντων τὰς τρεῖς πανυμήτους ὑποστάσεις ὡς ἓν πρόσωπον θρησκεύειν, διὰ τοῦ, « Εἷς, » καὶ « Εἷς, » καὶ « Εἷς· » Σαβελλίου δὲ τὴν μανίαν ἀνούστατον εἶναι τὸν Θεὸν Λόγον, ὡς τὸν προφορικὸν τὸν ἀναλυόμενον καὶ ἀέρι συνεχχεύμενον, φαντασθέντος, οὕτως· ὅτι [197 *b*] ὁ Ἀπόστολος τὸν σύνδεσμον τῆς θείας εἰρήνης φυλάττων, πάλιν ἀμφοτέρας τὰς λέξεις ταύτας συναγαγὼν, εἰς τὸν ἕνα ἀναπέμπει ἀῤῥητότατον Θεὸν, Ῥωμαίοις γράφας· « Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν· » καὶ Ἐφεσίοις· « Εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν· » οὐκ ἀλλότριον εἶναι λέγων τοῦ « ἐπὶ πάντων » τὸ « διὰ πάντων, » οὐδὲ τοῦ « διὰ πάντων » τὸ « ἐν πᾶσιν. » Οὐ

(62*) *Quoniam.* I Cor. VIII, 4-6.

(63) *Deus.* Græca editio addit ἕτερος, id est, « alter. » Quam vocem Vulgatus etiam interpres omisit, ut Didymus.

(64) *Ex quo omnia.* In Bibliis Græcis ac Latinis additur : « et nos in ipsum. »

(65) *Ex quo.* Codex mendose, ἐκ σοῦ. Legendum ἐξ οὗ. Et paulo post pro ἐν μόνῳ τῷ Πατρὶ, malim, μὲν μόνῳ τῷ Πατρὶ. Simile argumentum Aetius hinc eruebat, Theodoreto teste lib. II *Hist. eccl.* cap. 27. « Atqui (inquiebat) inter se dissimilia sunt, Ex quo, » et, « per quem. » Ergo Filius dissimilis est Deo Patri. »

(66) *Nolite.* Ephes. IV, 30.

(67) *Non est.* In Epistola non ad Corinthios, sed ad Rom. XIV, 17.

(68) *Dementissimus.* Codex mendose, ἀνούστατον. Legerem libenter ἀνυπόστατον, aut certe ἀνουστότην.

Digitized by Google Распознавание текста

κεχώρισται γὰρ τοῦ « ἐπὶ πάντων » ἡ κτίσις, ἣν ὁ μὲν « διὰ πάντων » Θεὸς Λόγος εἰς τὸ εἶναι παρήγαγε, τὸ δὲ « ἐν ἅπασιν » Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ πληροῖ, συνέχει, ἁγιάζει, καὶ ζωοποιεῖ. Διά τοι τοῦτο ἐξακολουθῶν τῷ περὶ τὸ βάπτισμα θεσπίσματι τοῦ Δεσπότου, τοῖς αὐτοῖς τὸ δεύτερον Κορινθίοις ἐπιστείλας, τῇ Τριάδι τὴν ἰσοτιμίαν ἐφύλαξεν, εἰπών· « Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν. » A nis scribit : « Quoniam (69) ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia : ipsi gloria in sæcula. Amen ; » et Ephesiis : « Unus (70) Deus et Pater omnium, qui est super omnia, et per omnia, et in omnibus : » non alienum esse ostendens eum, qui est, « per omnia, » ab illo, qui est « super omnia, » neque illum, qui est « in omnibus, » ab illo, qui est « per omnia. » Etenim is, qui est « super omnia, » non abest, cum sit immensus, a creatura, quam Deus quidem Verbum, qui est « per omnia, » ad existentiam adduxit, Spiritus vero Dei, qui est « in omnibus (71), » eam implet, continet, sanctificat, et vivificat. Hac sane de causa in secunda ad eosdem Corinthios Epistola tres Trinitatis personas æqualiter prosequens honore, ac iis consentanea scribens, quæ in baptismi formula jussit Dominus servari, ait : « Gratia (72) Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus cum omnibus vobis. »

Ἐνταῦθα τὸ ταυτὸν τῆς θεότητος, καὶ τὸ ἁπλοῦν τῆς πίστεως μονονουχὶ τοῦ Πατρὸς προτάττων τὸν Υἱὸν, ἀλλὰ καὶ προσκύνησιν ἴσην ἀπονέμων τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ ἑνότητα καὶ κοινωνίαν εἶναι λέγων αὐτῷ. Ποίαν δὲ ταύτην; Οὐσίας, βασιλείας, θελήματος, καὶ τῆς ἀναπεμπομένης δόξης. Ἐξ ὑπαρχῆς δὲ τοῦ προβλήματος μνημονεύσωμεν. Γράφει· « Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, » καὶ « εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός· » οὐχ ὡς τοῦ ὀνόματος « τῆς θεότητος » ὑπερέχοντος, ἢ πρωτεύοντος τοῦ ὀνόματος « τῆς κυριότητος, » οὐδ' ὡς ἁρμόζοντος μόνῳ μὲν τῷ Πατρὶ τὸ ἀκούειν « Θεὸς, » μόνῳ δὲ τῷ Υἱῷ τὸ καλεῖσθαι [198 *a*] « Κύριος » (ἀμφοτέρων γὰρ τὰ δύο ἴδια)· ἀλλ' ὅπως καὶ τὸ ἰδιοσύστατον τῶν ὑποστάσεων, καὶ τὸ ἐν μιᾷ εἶναι αὐτὰς θεότητι καὶ κυριότητι ἀπαγγείλῃ. Ἐπείτοιγε, κατ' αὐτοὺς, εἰ μὴ ἔστιν φύσει Θεὸς ὁ Υἱὸς, οὐδὲ Κύριος ὁ Πατὴρ (ἴλεως δὲ ἡμῖν εἴη, τοιαῦτα ἐξ ἀνάγκης διὰ τὴν ἀπόνοιαν φθεγγομένοις τὴν τούτων), ὡς ταυτὸν δὲ τυγχάνον « Θεὸς » καὶ « Κύριος, « καὶ ὡς θάτερον θατέρου μὴ διαφέρον, μηδὲ κεχωρισμένον ὡς ἐπίπαν, προτάττει ἡ Γραφὴ τὸ « ὁ Κύριος » τοῦ « ὁ Θεὸς, » κατὰ Μωϋσέα λέγοντα· « Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν· » καὶ πάλιν· « Πῶς διώξεται εἷς χιλίους, καὶ δύο μετακινήσουσιν μυριάδας, εἰ μὴ Κύριος παρέδωκεν αὐτοὺς, καὶ ὁ Θεὸς ἀπέδοτο αὐτούς; » καὶ κατὰ τὸν ψαλμῳδὸν ἐν ζ' ψαλμῷ· « Κύριε ὁ Θεός μου, εἰ ἐποίησα τοῦτο. » Κατὰ δὲ Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυὴ, ἡ λατρεία ἥτις ὀφείλεται μόνῳ Θεῷ, τῷ Κυρίῳ προσάγεται· πάντως δὲ ὡς Θεῷ. Ἔχει γάρ· « Μάρτυρες ὑμεῖς καθ' ἑαυτῶν, ὅτι ἐξελέξασθε ἑαυτοῖς τὸν Κύριον, τοῦ λατρεύειν αὐτῷ. » Ἔστιν δὲ σκοπῆσαι καὶ ἐξ ἑτέρας γραφῆς, ὡς οὐ τῇ μιᾷ ὑποστάσει ἁρμόττει τὸ « ὁ Κύριος. » Ψάλλει γὰρ Δαυὶδ ἐν πβ' ψαλμῷ· « Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ταραχθήτωσαν εἰς τὸν B Quibus in verbis propter (73) deitatis identitatem, et fidei simplicitatem non modo ante Patrem collocat (74) Filium, verum etiam æqualem adorationem tribuit Spiritui sancto, ejusque unitatem, et « communicationem » (id est communionem) commemorat. Qualis vero est ista communicatio? Essentiæ, regni, voluntatis, et glorificationis, quam Deo offerimus. Verum ea denuo commemoremus quæ objiciunt hæretici. Scribit Paulus : « Unus Deus Pater, » et : « Unus Dominus Jesus Christus, » non quasi (75) nomen « Deitatis » sit excellentius, aut anterius, quam nomen « Dominationis; » aut quasi conveniat soli quidem Patri, ut dicatur **410** « Deus, » soli autem Filio ut vocetur « Dominus; » utriusque enim propria sunt hæc duo. Sed ideo sic loquitur Apostolus, ut C et propriam subsistentiam hypostasium enuntiet, et eas in una deitate, ac dominatione esse significet. Nam alioquin, si Filius eorum sententia non est natura Deus, ne Pater quidem Dominus erit, (parcat autem ipse nobis talia ex necessitate ob istorum dementiam dicentibus). Quoniam vero unum et idem est « Deus, » et « Dominus, » et alterum ab altero non differt, nec sejungitur ullo modo, Scriptura præponit nomen « Dominus » nomini « Deus; » ut cum ait Moyses . « Dominus (76) Deus tuus (77) Dominus unus est; » et rursus : « Quomodo (78) persequetur unus mille, et duo transmigrare facient decem millia, nisi Dominus tradidisset illos, et Deus vendidisset illos? » Et cum ait Psaltes in VII psalmo : « Domine (79) Deus meus, si feci istud? » Juxta Jesum vero filium Nave cultus ille, qui soli Deo debetur, Domino offertur, ac redditur; nulla scilicet alia de causa, nisi quia Deus est: hæc enim habet : « Testes (80) vos estis contra vos- D

(69) *Quoniam*. Rom. XI, 36.
(70) *Unus*. Ephes. IV, 6.
(71) *In omnibus*. Respicit illud Sap. XII, 1 : « Incorruptus tuus Spiritus est in omnibus. »
(72) *Gratia*. II Cor. XIII, 13.
(73) *Propter*. Codex, τὸ ταυτόν. Addo διά, ac lego διὰ τὸ ταυτόν.
(74) *Ante Patrem collocat*. Codex, τοῦ Πατρὸς προστάττων. Sed perspicuum est legendum esse ut et lego] τοῦ Πατρὸς προτάττων.
(75) *Non quasi*, etc. Eodem modo Pauli verba, « Unus Deus, » etc., explicat in lib. *De Spir. S.* num. 29.
(76) *Dominus*. Deut. VI, 4.
(77) *Tuus*. Græca editio, ἡμῶν, seu « noster. »
(78) *Quomodo*. Deut. XXXII, 30.
(79) *Domine*. Psal. VII, 3 (seu 4).
(80) *Testes*. Josue XXIV, 22. In Bibliis idem sensus, sed verba aliquantulum diversa.

Digitized by Google Распознавание текста

metipsos, quod elegistis vobis Dominum, ut servi- A
retis ei. » Verum ex aliis etiam Scripturæ locis intelligere licet, non uni hypostasi nomen « Dominus » convenire : psallit enim David in LXXXII psalmo : « Erubescant (81), et conturbentur in sæculum sæculi, et erubescant, et pereant, et cognoscant, quod nomen tibi Dominus. Tu es solus Altissimus super omnem terram. » Si enim de Patre hæc dicuntur, quomodo Paulus scribit : « Unus (82) sanctus, unus Dominus Jesus Christus? » Et rursus : « Dominus (83) autem Spiritus est? » Si vero de Filio scribuntur, non ergo Dominus, non Altissimus, non sanctus juxta ipsos erit Pater. Aut Davidem criminentur psallentem in CIX psalmo : « Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis; » et in XCIX : « Scitote, quoniam Dominus ipse est Deus, B
quia (84) ipse fecit nos, et non ipsi nos. » His autem verbis illum significat, per quem omnia facta sunt; et in LXVII : « Iter facite ei qui ascendit super occasum : Dominus nomen illi. » Occasum vero dicit ultima tempora; Dominum autem, eum qui manifestatus est, « quando (85) venit plenitudo temporis. » Isaiam quoque accusent, qui **411** Deum, et Dominum similiter vocat Filium, prophetans in hunc modum : « Ecce (86) Deus noster, ecce Dominus cum fortitudine venit, et brachium cum dominatione : ecce merces ejus cum illo, et opus ante faciem (87) ejus : tanquam pastor pascet gregem suum, et brachio suo congregabit agnos. » Jacobum insuper objurgent, qui hoc suæ Epistolæ proœmium fecit : « Jacobus Dei, et Domini Jesu servus : » et C
postmodum ait : « Et Domini Dei (88). » Ac Paulum quoque reprehendant Romanis scribentem (89), et hæc asseverantem : « Quicunque (90) invocaverit nomen Domini, salvus erit. » Aut nobiscum consentiant, nomen « Deus, » et « Dominus » commune esse trium hypostasium, ut sunt nomina

αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, καὶ ἐντραπήτωσαν, καὶ ἀπολέσθωσαν, καὶ γνώτωσαν, ὅτι ὄνομά σοι Κύριος. Σὺ εἷ μόνος Ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. » Εἰ γὰρ περὶ τοῦ Πατρὸς λέγει, πῶς Παῦλος γράφει· « Εἷς ἅγιος, εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός; » καὶ πάλιν· « Ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστιν; » Εἰ δὲ περὶ τοῦ Υἱοῦ γράφει, οὐκοῦν οὐ Κύριος, οὐχ Ὕψιστος, οὐχ ἅγιος, κατ' αὐτοὺς, ὁ Πατήρ· ἢ ἐγκαλέσουσιν τῷ Δαυῒδ ψάλλοντι, ἐν μὲν ῥθ' ψαλμῷ· « Εἶπεν ὁ [198 *b*] Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου· » ἐν δὲ ιθ'· « Γνῶτε, ὅτι Κύριος αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς, ὅτι αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς, καὶ οὐχ ἡμεῖς. » Δηλοῖ δὲ ἐκεῖνον, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. Ἐν δὲ ξζ'· « Ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμάς· Κύριος ὄνομα αὐτῷ. » Δυσμὰς δὲ λέγει, ἐπ' ἐσχάτων καιρῶν· Κύριον δὲ, τὸν ἐπιφανέντα, ὅτε ἦλθεν τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου. Ἐγκαλέσουσι δὲ καὶ Ἡσαΐᾳ, Θεὸν καὶ Κύριον ὁμοίως τὸν Υἱὸν προφητεύοντι οὕτως· « Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν· ἰδοὺ Κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρείας· ἰδοὺ ὁ μισθὸς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔργον πρὸ προσώπου αὐτοῦ. Ὡς ποιμὴν ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ, καὶ τῷ βραχίονι αὐτοῦ συνάξει ἄρνας. » Ἔτι δὲ καὶ Ἰακώβῳ, προοίμιον τῶν ἑαυτοῦ γραμμάτων τοῦτο ποιησαμένῳ· « Ἰάκωβος Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ δοῦλος· » καὶ ἐν τοῖς ἑφεξῆς· « Καὶ Κυρίου Θεοῦ. » Γράψαντα δὲ καὶ Παῦλον, Ῥωμαίοις διαβεβαιούμενον· « Ὅτι πᾶς, ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται. » Ἢ συνθῶνται, ὡς τὸ « ὁ Θεὸς » καὶ « Κύριος » ἐπίκοινόν ἐστιν ὄνομα τῶν τριῶν ὑποστάσεων, ὡς καὶ Βασιλεὺς, καὶ Ὕψιστος, καὶ ἄχραντος, καὶ ἀκατάληπτος, καὶ ἅγιος, καὶ ὅσα πρέπει λέγειν περὶ Θεοῦ· καὶ οὐκ ἀλλοτριοῦται οὔτε ὁ Πατὴρ τῆς κυριότητος, κἂν γέγραπται· « Εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός· » καὶ, « Ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστιν· » οὔτε ὁ Υἱὸς, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκβάλλεται τῆς θεότητος, κἂν εἴρηται· « Εἷς Θεὸς ὁ Πατήρ. »

Rex, Altissimus, incorruptus, incomprehensibilis, sanctus, et quæcunque Deo conveniunt. Neque alienus est Pater a dominatione, licet scriptum sit : « Unus Dominus Jesus Christus; » et : « Dominus autem Spiritus est : » nec Filius aut Spiritus sanctus excluditur a Deitate, etsi dictum sit : « Unus Deus Pater. »

Hæc porro est veritatis doctrina, ut ostensum fuit, utque nos in doxologia profitemur. Hæretici vero propria auctoritate doxologiam quamdam composuerunt, et alteri per alium in alio, veluti per D
organum, gloriam reddunt, aut potius nulli : itaque et divinum de baptismate (91) edictum violant, et contra Pauli Epistolam faciunt; quod conjunctim utrobique ut dignitate æquales memorentur personæ Trinitatis : quin etiam contra Patris voluntatem agunt, qui honorari vult Filium suum, sicut ipse ho-

Ἡ μὲν οὖν ἀλήθεια οὕτως, καθὰ δέδεικται, καὶ ἡμεῖς δοξάζομεν. Αἱρετικοὶ δὲ, κατ' οἰκείαν ἐξουσίαν τὴν δοξολογίαν [199 *a*] συνθέντες, ἕτερον δι' ἄλλου ἐν ἄλλῳ, ὡς δι' ὀργάνου, δοξάζουσιν, τὸ δ' ἀληθέστερον οὐδένα· παραβαίνοντες καὶ τὸ περὶ τὸ βάπτισμα θεῖον θέσπισμα, καὶ τὴν Παύλου Ἐπιστολὴν, ἔνθα συνημμένως καὶ ὁμοτίμως μνημονεύει τῆς Τριάδος· ἔτι δὲ παραβαίνοντες καὶ τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς, βουλομένου τιμᾶσθαι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, καθάπερ αὐτός. Λέγουσι γάρ· « Δόξα Πατρὶ διὰ Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύμα-

(81) *Erubescant.* Psal. LXXXII, vers. 16, 17 (seu 18 et 19).
(82) *Unus.* Vide not. 93, pag. 200.
(83) *Dominus.* II Cor. III, 17.
(84) *Quia.* Non est in Bibliis hæc dictio.
(85) *Quando.* Galat. IV, 4.
(86) *Ecce.* Isa. XL, 10 et 11.
(87) *Ante faciem.* Didymus, πρὸ προσώπου. Græca editio, ἐναντίον.
(88) *Et Domini Dei.* In Jacobi Epistola hæc non leguntur.
(89) *Scribentem.* Cod. γράψαντα δὲ καὶ Παῦλον, Ῥωμαίοις διαβεβαιούμενον. Aut deest verbum, aut legendum est : γράψαντι. . . Παύλῳ. . . διαβεβαιουμένῳ.
(90) *Quicunque.* Rom. X, 13.
(91) *De baptismate.* Codex, καὶ τὸ βαπτισμα. Lego καὶ τὸ περὶ τὸ βάπτισμα.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

τι· » ὅπερ οὐδαμοῦ γέγραπται συνημμένως, ἀλλὰ κεχωρισμένως, καθ' ὑπαλλαγὴν λέξεων, διὰ τὰς μνημονευθείσας αἰτίας, οὐ μέντοι διὰ δοξολογίαν, ἤ τινα ὕφεσιν· οἷον ἐν τοῖς προκειμένοις ἡ Γραφὴ εἶπεν· « Εἷς Θεὸς καὶ Πατήρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα· » καὶ οὐκ ἐπήγαγεν, Ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, ἤ, Ἐν τῷ Πνεύματι. Πολλάκις δὲ κέχρηται τῷ « δι' οὗ » ἀντὶ τοῦ, μεθ' οὗ· ὡς Παῦλος Κορινθίοις γράφει· « Ἐκ γὰρ πολλῆς θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας ἔγραψα ὑμῖν διὰ πολλῶν δακρύων· » ἀντὶ τοῦ, μετὰ πολλῶν. Καὶ πάλιν ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ· « Ὅταν δὲ παραγένωμαι, οὓς ἐὰν δοκιμάσητε, δι' ἐπιστολῶν τούτους πέμψω ἀπενεγκεῖν τὴν χάριν ὑμῶν ἐν Ἱερουσαλήμ· » τουτέστιν, μετὰ ἐπιστολῶν πέμψω. Εἶτα ἀλλαχοῦ, οὐκ εἰποῦσα ἡ Γραφὴ τὸ « ἐξ οὗ » καὶ « δι' οὗ, » λέγει· « Ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· » ὅ ἐστιν, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Πολλαχοῦ γὰρ, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, μετὰ καὶ τοῦδε, ἢ σὺν τῷδε, εἴρηκεν τὸ « ἐν τῷδε· » ὡς ἐν ξς' προφητεύει ψαλμῷ· « Εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου ἐν ὁλοκαυτώμασιν· » ἀντὶ τοῦ, μετὰ ὁλοκαυτωμάτων· καὶ πάλιν· « Ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ· » τουτέστιν, μετὰ [199 *b*] ἀργυρίου καὶ χρυσίου· καὶ πάλιν ἐν ρζ'· « Οὐκ ἐξελεύσῃ ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν· » ὅ ἐστι, σὺν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν. Ὁ δὲ σοφώτατος Παῦλος, περὶ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ γράφων, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, Πάντα ἐπ' αὐτὸν συνέστηκε καὶ παρ' αὐτοῦ ἐκτίσθη, ἔφη· « Πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκεν, καὶ ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα. » Εἰ οὖν παραλλαξίαν οὐ δηλοῖ ἡ λέγουσα τοῦ Δεσπότου φωνὴ, « Βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, » παραλλαξίαν ἡ λέξις οὐχ ἕξει, « ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, » διά τε εἷς ἓν ὄνομα ἰσοτίμως εἰρῆσθαι, διά τε αὐτὸν εἶναι εἰπεῖν, « εἰς τὸ ὄνομα, » καὶ « ἐν τῷ ὀνόματι. »

noratur. Inquiunt enim : Gloria Patri per Filium in Spiritu sancto : quæ formulæ nusquam omnes conjunctim scriptæ sunt in Bibliis, sed tantum separatim per vocum permutationem, ob eas, quas diximus causas; non vero ut quidam in glorificatione gradus majores, ac minores statuerentur. Ita exempli gratia in iis quæ allata sunt, Scriptura dixit : « Unus Deus et Pater, ex quo omnia; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia : » sed non subjunxit, « In Spiritu sancto, » aut, « in Spiritu. » Sæpius vero adhibet illud, « per quem, » pro, « cum quo. » Ita Paulus Corinthiis scribit : « Nam ex multa (92) tribulatione, **412** et angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas; » pro, cum multis lacrymis; et rursus, in prima Epistola : « Cum autem (93) præsens fuero, quos probaveritis, per epistolas hos mittam perferre gratiam vestram in Jerusalem; » id est, cum epistolis mittam. Deinde alibi Scriptura ipsa, cum prius non dixisset, « ex quo (94), » et « per quem, » dicit : « in Spiritu (95) sancto; » id est, cum Spiritu sancto. Multis enim in locis pro « cum hoc etiam, » vel, « simul cum hoc (96), » dixit « in hoc. » Sic exempli gratia in LXVI psalmo prophetans Psaltes ait : « Ingrediar (97) in domum tuam in holocaustis, » pro, cum holocaustis; et rursus : « Eduxit (98) eos in argento et auro; » id est, cum argento et auro; et rursus in CVII : « Non egredieris (99) in virtutibus nostris? » id est, cum virtutibus nostris. Sapientissimus vero Paulus de Salvatore Christo scribens, pro hisce locutionibus : Omnia super ipsum constant; et : Ab eo creata sunt, usus est hisce aliis : « Omnia (1) in ipso constant; » et : « In ipso creata sunt omnia. » Si ergo discrepantiam non significant ea Domini verba : « Baptizantes (2) eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, » ne ista quidem locutio, « in Spiritu sancto, » discrepantiam indicabit : tum quia servata bonoris æqualitate unum nomen singulari numero dictum est, tum quia idem est (3), « in nomen, » atque « in nomine. »

Ἱκανὰ μὲν οὖν ἐστι καὶ ταῦτα. Εὑρίσκεται δὲ ὅμως τὸ « ἐξ οὗ » γεγραμμένον περί τε τοῦ Υἱοῦ, περί τε τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τὸ « δι' οὗ » κείμενον περὶ τοῦ Πατρὸς καὶ περὶ τοῦ θείου Πνεύματος, καὶ τὸ « ἐν ᾧ » οὐ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἀφωρισμένον, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ λεχθὲν, ὡς αἱ ὑποκείμεναι παριστῶσιν γραφαί. Ὅτι τὸ « ἐξ οὗ » εἴρηται καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὕτως· περὶ τοῦ Υἱοῦ, Παῦλος Ἐφεσίοις· « Ὅστις ἐστὶν ἡ κεφαλὴ Χριστὸς, ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον αὔξει τὴν αὔξησιν τοῦ Θεοῦ· » Ἰωάννης ἐν Εὐαγγελίῳ· « Ἐκ

Hæc porro vel sola quidem sufficiunt : invenitur tamen illud, « ex quo, » scriptum et de Filio, et de Spiritu sancto : ac illud, « per quem, » dictum de Patre, et de divino Spiritu : ac illud, « in quo » non Spiritui sancto reservatum, sed etiam de Patre et Filio dictum, sicut ex his, quæ subjicimus, Scripturæ locis apparet. Illud « ex quo » dici et de Filio, et de Spiritu sancto, sic probo. De Filio, Paulus Ephesiis ait : « Qui est (4) caput, Christus, ex quo totum corpus compactum, et connexum augebit augmento Dei (5). » Joannes in Evangelio : « Ex plenitudine (6) ejus nos omnes accepimus. Et rursus ex persona Filii :

(92) *Nam ex multa.* II Cor. II, 4.
(93) *Cum autem.* I Cor. XVI, 3
(94) *Ex quo.* Codex, τοῦ ἐξ οὗ. Lego τὸ ἐξ οὗ.
(95) *In Spiritu.* Joan. I, 33 et alibi.
(96) *Cum hoc.* Codex, σὺν τῷ δέ pro σὺν τῷδε. Et mox, ἐν τῷ δέ pro ἐν τῷδε.
(97) *Ingrediar.* Psal. non LXVI, sed LXV, 12 (seu 13).
(98) *Eduxit.* Psal. CIV, 36 (seu 37).
(99) *Non egredieris.* Psal. CVII, 12. In Bibliis additur Θεός, id est, « Deus. »

(1) *Omnia.* Coloss. I, 17, 16.
(2) *Baptizantes.* Matth. XXVIII, 19.
(3) *Idem est.* Codex, διά τε αὐτὸν εἶναι. Lego διά τε ταυτὸν εἶναι.
(4) *Qui est.* Ephes. IV, 15, 16. Græca editio eodem sensu : ὅς ἐστιν ἡ κεφαλή, ὁ Χριστός.
(5) *Augebit augmento Dei.* Hæc verba non habet Paulus, sed alia. At Didymus Apostoli mentem aperit, ac sensum citat.
(6) *Ex plenitudine.* Joan. I, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

« Ex meo (7) accipiet, et annuntiabit vobis. » Et alibi : « Cognovi(8)413 virtutem exeuntem a me. » De Spiritu sancto ait Joannes : « Qui seminat (9) in Spiritu, ex Spiritu metet vitam æternam ; » et rursus : « Quod genitum est (10) ex Spiritu, Spiritus est ; » et angelus : « Quod enim (11) in ea natum est, ex Spiritu sancto est. » Quod de Patre scripta fuerint conjunctim hæc tria, « ex quo, per quem, » et « in quo, » antea dictum fuit. Quod separatim illud, « per quem, » de Patre, et Spiritu sancto dicatur, sic ostendo. Quod spectat ad Patrem, Isaias ex persona Patris ad Filium ait : « Ecce (12) proselyti accedent ad te per me. » Illud hic observandum est, quod propter personarum æqualitatem, et consubstantialitatem, adducit gentes ad Filium Pater ; et rursus : « Væ (13) qui profunde (14) consilium facitis, et non per Dominum ; » et in Genesi Adamus ait : « Possedi (15) hominem per Deum ; » et rursus : « Quæcunque (16) mandavit Moyses Israeli per præceptum Domini ; » et Josephus eunuchis dicit : « Nonne (17) per Deum manifestatio ipsorum erit ? » quin et Paulus Hebræis : « Decebat (18) enim, » inquit, « eum, propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam evexit (19), auctorem salutis eorum, per passiones consummare. » Notanda vero est similitudo, quæ interest inter hoc capitulum, et illud quod allatum est, nempe : « Unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia ; » et ad Colossenses scribit : « Paulus (20) apostolus servus Jesu Christi per voluntatem Dei ; » et ad Corinthios : « Fidelis (21) Deus, per quem vocati estis in communionem Filii ejus Jesu Christi Domini nostri. » Observa hic rursus, ut paulo ante, quod Deus et Pater vocat homines ad suum ipsius Filium ; et ad Romanos : « Hortor (22) ergo vos, fratres, per miserationes Dei ; » et ad Galatas : « Itaque (23) jam non es servus, sed filius : si autem filius, et hæres per Deum (24). »

Quod autem attinet ad Spiritum sanctum, Isaias ex persona Patris : « Consilium (25) 414 fecistis, non per me : et pacta, non per Spiritum meum. » Paulus Corinthiis scribens : « Nobis (26) revelavit Deus per Spiritum suum (27) : Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei ; » et rursus : « Al-

A τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν· » καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ· « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν· » καὶ ἑτέρωθι· « Ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ. » Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, Ἰωάννης· « Ὁ σπείρων εἰς τὸ Πνεῦμα, ἐκ τοῦ Πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον· » καὶ πάλιν· « Τὸ [200 a] γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος, Πνεῦμά ἐστιν· » καὶ ὁ ἄγγελος· « Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. » Ὅτι περὶ τοῦ Πατρὸς γέγραπται ἡνωμένως « ἐξ οὗ, δι' οὗ, » καὶ « ἐν ᾧ, » προελέχθη· ὅτι κεχωρισμένως τὸ « δι' οὗ » κεῖται περὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὕτως· περὶ τοῦ Πατρὸς, Ἡσαΐας ἀπὸ τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱόν· « Ἰδοὺ προσήλυτοι προσελεύσονταί σοι δι' ἐμοῦ. » Ἐπιτήρησον, ὡς διὰ τὸ ἰσότιμον
B καὶ ὁμοούσιον, προσάγει τὰ ἔθνη τῷ Υἱῷ ὁ Πατήρ· καὶ πάλιν· « Οὐαὶ οἱ βαθέως βουλὴν ποιοῦντες, καὶ οὐ διὰ Κυρίου. » Καὶ ἐν τῇ Γενέσει Ἀδὰμ λέγει· « Ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ· » καὶ πάλιν· « Ὅσα ἐνετείλατο Μωϋσῆς τῷ Ἰσραὴλ διὰ τοῦ προστάγματος Κυρίου. » Καὶ Ἰωσὴφ πρὸς τοὺς εὐνούχους φησίν· « Οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἔσται ; » Ἀλλὰ καὶ Παῦλος Ἑβραίοις· « Ἔπρεπεν γὰρ, » φησὶν, « αὐτῷ, δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀναγαγόντα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελειῶσαι. » Σημειωτέον, πῶς παραπλήσιον τοῦτο μάλιστα τῷ ἐκκειμένῳ κεφαλαίῳ τῷ, « Εἷς Κύριος Ἰησοῦς
C Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα· » καὶ Κολοσσαεῦσιν· « Παῦλος ἀπόστολος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ· » καὶ Κορινθίοις· « Πιστὸς ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. » Μέμνησο πάλιν, ὅτι ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ καλεῖ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱόν. Καὶ Ῥωμαίοις· « Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ· » καὶ Γαλάταις· « Ὥστε οὐκ ἔτι εἶ δοῦλος, ἀλλὰ υἱός· εἰ δὲ υἱὸς, καὶ κληρονόμος διὰ Θεοῦ. »

Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος Ἡσαΐας ἀπὸ [200 b] τοῦ Πατρός· « Βουλὴν ἐποιήσατε οὐ δι' ἐμοῦ, καὶ συνθήκας οὐ διὰ τοῦ Πνεύματός μου· » Παῦλος Κορινθίοις· « Ἡμῖν ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ· τὸ γὰρ Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ· » καὶ πάλιν· « ὯΙ μὲν γὰρ

(7) *Ex meo.* Joan. XVI, 15.
(8) *Cognovi.* Luc. VIII, 46.
(9) *Qui seminat.* Non apud Joannem, sed in Epist. ad Galat. VI, 8.
(10) *Quod genitum est.* Joan. III, 6.
(11) *Quod enim.* Matth. I, 20.
(12) *Ecce.* Isa. LIV, 15. Vulgatus int. aliter. Francofurtensis editio caret vocula σοι, id est, « tibi, » sive « ad te. »
(13) *Væ.* Isa. XXIX, 14, juxta Græcam editionem. Vulgatus vero interpres nec eadem habet, nec eodem versiculo, sed 15.
(14) *Profunde.* Græca editio, βαθεῖαν βουλήν, id est, « profundum consilium. »
(15) *Possedi.* Gen. IV, 1.
(16) *Quæcunque.* Num. XXXVI, 5. Græca editio : Καὶ ἐνετείλατο Μωϋσῆς τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, διὰ προσ-
D τάγματος Κυρίου, id est, « Et mandavit Moyses filiis Israel, per præceptum Domini. »
(17) *Nonne.* Gen. XL, 8, juxta Græcam editionem. Vulgatus enim interpres paulo aliter.
(18) *Decebat.* Hebr. II, 10.
(19) *Evexit.* Græca editio, ἀγαγόντα, id est, « qui adduxit. » Didymus, ἀναγαγόντα.
(20) *Paulus.* Coloss. I, 1.
(21) *Fidelis.* I Cor. I, 9.
(22) *Hortor.* Rom. XII, 1.
(23) *Itaque.* Galat. IV, 7.
(24) *Hæres per Deum.* Vulgatus interpres, et codicis Alexandrini scriptor legit ut Didymus. Sed Græca editio nunc habet : κληρονόμος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ, id est, « hæres Dei per Christum. »
(25) *Consilium.* Isa. XXX, 1.
(26) *Nobis.* I Cor. II, 10.
(27) *Per Spiritum suum.* Quoties hæc citavit Di-

Digitized by Google Распознавание текста

διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ πίστις διὰ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος. » Ῥωμαίοις· « Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος· » καὶ πάλιν· « Ὁ ἐγείρας Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν, κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ, δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ· » καὶ πάλιν· « Ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ Πνεύματος ἁγίου· » καὶ πρὸς Τιμόθεον· « Τὴν καλὴν παραθήκην φύλαξον διὰ Πνεύματος ἁγίου, τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν. » Καὶ αἱ Πράξεις φησίν· « Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις διὰ Πνεύματος ἁγίου, οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη. » Εἶπεν δὲ « πρῶτον » τὸ Εὐαγγέλιον τὸ κατὰ Λουκᾶν· αὐτὸς γὰρ καὶ τὰς ἀποστολικὰς Πράξεις συνέγραψεν. Ὅτι, ἐν ᾧ, ἐγράφη περί τε τοῦ Πατρὸς, περί τε τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ αὐτωσί. Περὶ τοῦ Πατρὸς, Ὡσιέ· « Καὶ εἶπεν αὐτῷ, » φησὶν « ὁ Θεός· Κάλεσον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Οὐκ ἠλεημένη· διότι οὐ μὴ προσθήσω ἔτι ἐλεῆσαι τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλ' ἢ ἀντιτασσόμενος ἀντιτάξομαι αὐτοῖς· [201 *a*] τοὺς δὲ υἱοὺς Ἰούδα ἐλεήσω, καὶ σώσω αὐτοὺς ἐν Κυρίῳ Θεῷ αὐτῶν. » Ἐν τῇ ᾠδῇ Ἄννης· « Ἐστερεώθη ἡ καρδία μου ἐν Κυρίῳ, ὑψώθη κέρας μου ἐν Θεῷ μου. » Δαυὶδ ἐν ψαλμῷ ρζ'· « Καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ, ὁ Θεὸς, ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν; Δὸς ἡμῖν βοήθειαν ἐκ θλίψεως, καὶ ματαία σωτηρία ἀνθρώπου. Ἐν τῷ Θεῷ ποιήσωμεν δύναμιν, καὶ αὐτὸς ἐξουδενώσει τοὺς θλίβοντας ἡμᾶς· » καὶ πάλιν· « Ἐν τῷ Θεῷ ὑπερβήσομαι τεῖχος· » καὶ πάλιν· « Ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινέσω τοὺς λόγους μου. » Παῦλος πρὸς Κολοσσαεῖς· « Εὐχαριστοῦντες τῷ Πατρὶ, τῷ ἱκανώσαντι ὑμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί· ὃς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν

A teri (28) enim per Spiritum datur sermo sapientiæ: alii (29) vero fides per eumdem Spiritum (30); » et ad Romanos: « Hortor (31) autem vos, fratres, per Dominum nostrum Jesum Christum, et per charitatem Spiritus; » et rursus: « Qui suscitavit (32) Jesum Christum ex mortuis, vivificabit etiam mortalia corpora vestra per inhabitantem ipsius Spiritum in vobis secundum (33) divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum ejus; » et rursus: « Charitas (34) Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum; » et ad Timotheum: « Pulchrum (35) depositum (36) custodi per Spiritum sanctum habitantem in nobis; » et in Actis legitur: « Primum (37) quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Jesus facere, et B docere, usque ad diem qua præcipiens apostolis per Spiritum sanctum quos elegit, assumptus est. » Voce autem illa, « primum, » designatur Evangelium secundum Lucam; nam Acta etiam apostolica Lucas ipse conscripsit. Quod vero illud, in quo, scriptum fuerit cum de Patre, tum de Unigenito ipsius Filio, ex his patet. De Patre ait Osee: « Et dixit (38) ei Deus: Voca nomen ejus (39): Absque misericordia; quia non addam ultra misereri domus Israel, sed adversans adversabor eis: filiorum autem Juda miserebor, et salvabo eos in Domino Deo ipsorum. » In cantico Annæ: « Confirmatum (40) est cor meum in Domino, exaltatum est cornu meum in Deo meo. » David in psalmo CVII: « Et 415 non (41) egredieris, Deus, in virtutibus C nostris? Da nobis auxilium ex tribulatione, et vana salus hominis. In Deo faciamus virtutem, et ipse ad nihilum rediget tribulantes nos (42); » et rursus: « In Deo (43) transgrediar murum; » et rursus: « In Deo (44) laudabo sermones meos. » Paulus ad Colossenses: « Gratias (45) agentes Patri, qui dignos vos (46) fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos ex potestate tenebrarum,

dymus in his libris, legit, « per Spiritum suum. » At in libro *De Spir. S.* num. 31, si edita exemplaria spectemus, dictavit: « Per Spiritum sanctum. » Sic enim habent: In tantum ut is, qui ea susceperit, dicat: « Nobis autem revelavit Deus per Spiritum sanctum. » Sed ibi quoque codex noster ms. habet: « per Spiritum suum. »

(28) *Alteri.* I Cor. XII, 8, 9. Post vocem, σοφίας, nonnulla omittit Didymus.

(29) *Alii.* Græca editio ἑτέρῳ. Didymus ἄλλῳ. Ita etiam dictavit lib. *De Sp. S.* num. 9.

(30) *Per eumdem Spiritum.* Græca editio: ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι, id est, « alteri autem fides, in eodem Spiritu. » Quo modo legit, aut dictavit ipse Didymus superius segm. 95 *a*, et in lib. *De Spir. S.* num. 9, ubi sic loquitur: « Et fidei effectus est particeps, quæ ex Spiritu sancto venit, juxta illud, « Alii autem fides, in eodem Spiritu... » Necnon et illis donationibus « secundum eumdem Spiritum » affluebat, quæ vocantur « curationum gratiæ, » atque « virtutes » [rectius codex noster: atque *virtutum*: respicitur enim a Didymo I Cor. XII, 10]. Et hæc enim in enumeratione donorum Dei « in Spiritu, » et « secundum Spiritum, » in prima Pauli Epistola ad Corinthios collocantur. »

(31) *Hortor.* Rom. XV, 30.

(32) *Qui suscitavit.* Rom. VIII, 11.

(33) *Secundum.* Ephes. III, 16. Librarium aliqua omisisse puto, quod bis occurreret in apographo vox, ὑμῖν. Nimirum hæc, vel similia dictasse videtur Didymus: « ἐν ὑμῖν » καὶ πάλιν· « Ἵνα δῴη ὑμῖν D κατὰ τὸν πλοῦτον, » et reliqua: id est, « in vobis. » Et rursus: « Ut det vobis secundum divitias, » etc.

(34) *Charitas.* Rom. V, 5.

(35) *Pulchrum.* II Tim. I, 14.

(36) *Depositum.* Didymus: παραθήκην. Græca editio: παραχαταθήκην. Hoc Atticum, illud Græcum.

(37) *Primum.* Act. I, 1.

(38) *Et dixit.* Osee I, 6, 7.

(39) *Ejus.* Codex, αὐτοῦ. Sed legendum αὐτῆς.

(40) *Confirmatum.* Lib. I Reg. II, 1.

(41) *Et non.* Psal. CVII, vers. 12 et 14.

(42) *Tribulantes nos.* Græca editio: τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν, id est, « inimicos nostros. »

(43) *In Deo.* Psal. XVII, 32 (seu 30)

(44) *In Deo.* Psal. LV, 4 (seu 5).

(45) *Gratias.* Coloss. I, 12-14.

(46) *Vos.* Græca editio, ἡμᾶς, id est, « nos. »

Digitized by Google Распознавание текста

et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ : in quo habemus redemptionem (47), remissionem peccatorum ; » et rursus : « Paulus (48), et Silvanus, et Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre nostro (49), et Domino Jesu Christo ; » et rursus : « Si autem (50) tu Judæus cognominaris, et requiescis in lege, et gloriaris in Deo ; » et alibi : « Unus (51) Deus, per quem omnia, et nos in ipso ; » et rursus : « In Deo (52), qui omnia creavit ; » et rursus : « Tandem (53) aliquando prosperum iter habebo in voluntate Dei veniendi ad vos ; » et rursus : « Orate (54) in Deo ; » et rursus : « Qui facit (55) veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur ejus opera (56) quod in Deo sunt facta. »

De Filio autem Paulus Colossensibus scribit : « Quoniam (57) in ipso creata sunt omnia in cœlis, et in terra, visibilia, et invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, omnia per ipsum, et in ipso creata sunt : et ipse est ante omnia, et omnia in ipso constant ; » et Corinthiis in prima Epistola : « Sed abluti (58) estis, sed justificati estis, sed sanctificati estis in nomine Domini Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri ; » in secunda vero : « Deo (59) autem gratia, qui semper triumphat nos in Christo, et odorem notitiæ suæ manifestat per nos ; » et rursus : « Itaque (60) si quis in Christo, nova creatura ; » Romanis vero : « Nam lex (61) Spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati, et mortis. » Eisdem : « Omnes (62) enim peccaverunt, et egent gloria Dei : **416** justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Jesu. » Hebræis vero : « Multis modis olim Deus loquens patribus in prophetis, in novissimis (63) diebus his locutus est nobis in Filio. » Petrus in Epistola (64) : « Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam suam gloriam in Christo Jesu. »

CAP. XXIV.

Insuper Græci (65), qui sapientiam sibi arroganter tribuunt, et stupidorum omnium stupidissimi sunt, ac superstitioso plurium deorum cultu ebrii,

τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ· ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν·» καὶ πάλιν « Παῦλος, καὶ Σιλουανὸς, καὶ Τιμόθεος τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων ἐν Θεῷ Πατρὶ ἡμῶν, καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ·» καὶ πάλιν· « Εἰ δὲ σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, καὶ ἐπαναπαύῃ νόμῳ, καὶ καυχᾶσαι ἐν τῷ Θεῷ· » καὶ ἑτέρωθι· « Εἷς Θεὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· » καὶ πάλιν· « Ἐν τῷ Θεῷ τῷ τὰ πάντα κτίσαντι· » αὖθίς τε· « Ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς·» καὶ πάλιν· « Εὔχεσθε ἐν Θεῷ·» καὶ πάλιν· « Ὁ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα φανερωθῇ αὐτοῦ, ὅτι ἐν Θεῷ εἰσιν εἰργασμένα. »

Περὶ τοῦ Υἱοῦ, Παῦλος Κολοσσαεῦσι μέν· « Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ [201 *b*] τὰ ἀόρατα· εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἐκτίσθη· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκεν. » Κορινθίοις μὲν ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ· « Ἀλλὰ ἀπελούσασθε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε, ἀλλὰ ἡγιάσθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν·» ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ· « Τῷ δὲ Θεῷ χάρις, τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν· » καὶ πάλιν· « Ὥστε εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· » Ῥωμαίοις δέ· « Ὁ γὰρ νόμος τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἠλευθέρωσέν με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου· » τοῖς αὐτοῖς· « Πάντες γὰρ ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ·» Ἑβραίοις δέ· « Πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ. » Πέτρος ἐν Ἐπιστολῇ· « Ὁ δὲ Θεὸς πάσης χάριτος, ὁ καλέσας ἡμᾶς εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ δόξαν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. »

ΚΕΦ. ΚΔ'.

Ἔτι καὶ οἱ σοφοὶ καὶ πάσης ἀβελτηρίας ἐπέκεινα Ἕλληνες, οἱ πολυθεΐας δόξῃ καταμεθύοντες, καὶ ἑαυτοὺς πείθοντες, ὅτιπερ μόνοι εἰσὶν πολυμα-

(47) *Redemptionem.* Post hanc vocem Græca editio addit : διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, id est, « per sanguinem ejus. »

(48) *Paulus.* I Thess. I, 1.

(49) *Nostro.* Hæc vox deest in Bibliis Græcis ac Latinis.

(50) *Si autem.* Rom. II, 17. Græca editio habet : ἴδε, id est, « vide. » Vulgatus interpres legit ut Didymus. Quin Complut. etiam ed. habet εἰ δέ, id est, « si autem. »

(51) *Unus.* I Cor. VIII, 6. Græca editio habet ut Didymus ipse citavit alias, nempe ἐξ οὗ τὰ πάντα, id est, « per quem omnia, » non vero, δι' οὗ τὰ πάντα.

(52) *In Deo.* Ephes. III, 9.

(53) *Tandem.* Rom. I, 10.

(54) *Orate.* Vel, « oratis. » Unde hæc verba ducta sint, nescio. Itaque ignoro etiam, utrum vertenda sint « orandi » verbo, an « vovendi. »

(55) *Qui facit.* Joan. III, 21.

(56) *Opera.* Addendum in Græco, τὰ ἔργα.

(57) *Quoniam.* Coloss. I, 16, 17.

(58) *Sed abluti.* I Cor. VI, 11.

(59) *Deo.* II Cor. II, 14.

(60) *Itaque.* II Cor. V, 17.

(61) *Nam lex.* Rom. VIII, 2.

(62) *Omnes.* Rom. III, 23, 24.

(63) *In novissimis.* Didymus modo legit ἐπ' ἐσχάτων, ut hic et segm. 27 *b* ; modo ἐπ' ἐσχάτου, ut segm. 13 *a*, et 68 *b*, et in catena *in Psalmos* calamo exarata, quæ exstat codice Græco XVII Bibliothecæ S. Marci Venetiarum, pag. 206 ad titulum psalmi noni.

(64) *Deus.* I Petr. V, 10.

(65) *Græci.* Plures adhuc fuisse Alexandriæ Græcos, id est ethnicos, Didymi ætate, certum est. Id testatur Rufinus in *Hist. eccles.* lib. II, cap. 22 ; id indicat et Hieronymus lib. XVIII in Isaiam cap. 65, et Julianus Apostata sæpius : qui hac etiam de causa, ut puto, in epistola X Alexandriam vocat ἱερὰν πόλιν, id est, « sacram civitatem. »

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

θεῖς, ἀμαθαίνοντες δὲ περὶ τὸ καίριον παρὰ πάντας, καὶ οὐδεμίαν ἀκριβῆ περὶ τῆς ἐν μονάδι μακαρίας Τριάδος εἴδησιν ἔχοντες, αὐτῶν (παραπλησίως τῇ [202 a] λεγούσῃ Γραφῇ, « Ἀσεβὴς ἐμπεσὼν εἰς βάθος κακῶν, καταφρονεῖ ») δι' ἐθελοακρότητα δεισιδαιμονίας ὄθεν καὶ περιεργίας, εἰς βεβαίωσιν τῆς πολυθεΐας, μᾶλλον δὲ ἀθεΐας αὐτῶν ἐπερείδονται κακῶς τῇ προλεχθείσῃ τοῦ Ἀποστόλου φωνῇ· « Εἴ τινές εἰσι λεγόμενοι θεοί, εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ γῆς· ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοί, καὶ κύριοι πολλοί· » καὶ τῇ προφητικῇ, τῇ φασκούσῃ· « Θεοὺς οὐ κακολογήσεις· » καὶ, « Θεὸς θεῶν Κύριος ἐλάλησεν· » οὐκ ἔτι βλέποντες δύο ταῦτα· ἓν μὲν, ὅτι ὁ Ἀπόστολος ἔγραψε πρὸ τοῦ μνησθέντος ῥητοῦ· « Οὐδεὶς Θεὸς, εἰ μὴ εἷς· » ἕτερον δὲ, ὅτι « Λεγόμενοι θεοί εἰσιν· » τοῦτ' ἔστιν, οὐ φύσει ὑπάρχοντες, ἀλλ' ὀνόματι. Τὸ μὲν γὰρ ἀποτέλεσμα σεσιώπηται, δεῖ δὲ ἐκδέξασθαι, ὡς δεδομένον ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον νοοῦντας. Χάριν γὰρ καὶ τῶν κατ' ἔλλειψιν φρασθέντων γράφει· « Ὁ ἀναγινώσκων νοείτω. » Θεοὺς τοίνυν τοὺς ἁγίους λέγει, τοὺς κατὰ χάριν ἀξιωθέντας τῆς υἱοθεσίας καὶ ταύτης τῆς προσηγορίας· ὧν ἐξ ἀρετῆς τὸ πολίτευμα, κατὰ τὸν αὐτὸν Ἀπόστολον, ἔστιν ἐν οὐρανῷ· περὶ ὧν αὐτὸς ὁ ἀπλανὴς Θεὸς εἰρηκὼς φαίνεται· « Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες· » καὶ ὁ εὐαγγελιστής· « Εἰ ἐκείνους εἶπε θεοὺς, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο. » Καὶ μέντοι Μωϋσέα καὶ Ἀαρὼν αἰνίττεται ἡ Γραφὴ, τοὺς ἀγγέλων γείτονας, νοὺς οὐ μόνον γενικώτερον, ἀλλὰ καὶ ἰδικώτερον κατηγλαϊσμένους τῷ τοῦ Θεοῦ ὀνόματι. Εἶπεν γὰρ ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσεῖ· « Ἰδοὺ τίθεμαί σε θεὸν τῷ Φαραώ· » καὶ πάλιν τῷ Ἀαρών· « Ἔσῃ αὐτῷ εἰς θεόν· » τουτέστι, τῇ περὶ αὐτὸν προνοίᾳ. [202 b] Ἢ τάχα οὐκ ἀπεικὸς κατ' ἐμὲ καὶ τὰς πιστὰς καὶ εὐδοκίμους λειτουργικὰς τοῦ Θεοῦ δυνάμεις τὰ εὐχάριστα ποιήματα, σεραφὶμ λέγω καὶ κυριότητας, δυνάμεις τε καὶ ἐξουσίας, τούτῳ, καθὰ καὶ ἡμεῖς, τῷ ὑπερφερεῖ τετιμῆσθαι ὀνόματι. Ἀφθόνως γὰρ ὁ πάντων γενεσιουργὸς τοῖς αἰτοῦσιν αὐτὸν, καὶ οὐκ αἰτοῦσι, πιστοῖς δὲ καὶ εὐγνώμοσιν οὖσιν, καὶ χάριτος εἰδόσι μεμνῆσθαι, πάντων μεταδίδωσι, κἂν σιγῶσιν, τῶν ἑαυτοῦ ἀγαθῶν. Μᾶλλον οὖν ἐπιλεγέσθωσαν, Ἱερεμίαν μὲν προφητεύοντα περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι συμπτωχοτάτων αὐτοῖς θεῶν· « Θεοὶ, οἳ

A semetipsos putant solos multa doctrina prædítos, cum reipsa in eo quod præcipuum est, omnium indoctissimi sint, nullamque accuratam de beata Trinitate, quæ in unitate est, cognitionem habeant, juxta id quod ait Scriptura, « Impius (66) incidens in profundum malorum, despicit, » ob summam ac voluntariam (67) ipsorum superstitionem, ac supervacuum studium, ad stabiliendum polytheismum, vel potius atheismum abutuntur allatis Apostoli verbis, eisque maxime innituntur : « Si qui sunt (68) qui dicuntur dii sive in cœlo, sive in terra : sicut sunt dii multi, et domini multi ; » et prophetica sententia : « Diis (69) non maledices ; » et : « Deus (70) deorum Dominus locutus est. » Quæ dum proferunt, duo hæc non animadvertunt : pri-
B mum scilicet ante commemorata verba hæc alia scripta esse ab Apostolo : « Nullus Deus nisi unus ; » deinde vero eum loqui de iis, « Qui dicuntur dii, » id est, qui non natura dii sunt, sed nomine. Nam id quod sententiam perficit, omissum est. Sed ea verba ita accipienda sunt, ut Apostolum ex parte tantum id dixisse quod volebat, intelligamus, cætera vero supplenda esse. Nam ad ea etiam, quæ per ellipsim dicta sunt, pertinet illud Christi : **417** « Qui (71) legit, intelligat. » Deorum igitur vocabulo sanctos (72) denotat, qui per gratiam consecuti sunt, ut filii Dei et essent, et denominarentur : quorum conversatio (73) virtuti consentanea, juxta eumdem Apostolum, in cœlo est ; de quibus Deus ipse, qui falli non potest, inquit : « Ego dixi (74) : Dii estis, et filii Altissimi omnes ; » et evangelista : « Si illos (75) dixit deos, ad quos sermo Dei factus est. » Quibus tamen verbis angelis proximos Moysem et Aaronem subindicat Scriptura. Namque hi non modo generatim, sed etiam speciatim Dei nomine honestati sunt. Dixit enim Deus Moysi : « Ecce (76) constituo te deum Pharaoni ; » et rursus Aaroni : « Eris (77) ipsi in deum ; » nempe ob tuam erga ipsum providentiam. Illud etiam fortasse non sine aliqua verisimilitudine meo quidem judicio dici potest, fideles et probas Deo famulantes virtutes, Deoque gratas creaturas, seraphimos nempe, et dominationes, et virtutes, et potestates, præstantissimo isto nomine, item ut nos, honestatas fuisse ;

D ita dormierint ege naturæ, soli sancti et corpore, et anima in melius mutabuntur. » Quæ Didymi verba affert Hieronymus in epist. 119 *ad Minervium et Alexandrum* scripta.

(66) *Impius.* Prov. XVIII, 3. Græca editio eodem sensu : Ὅταν ἔλθῃ ἀσεβὴς εἰς βάθος, etc.

(67) *Summam ac voluntariam.* In Græco, ἐθελοακρότητα. Ita et Epiphanius in *Anchorato* cap. 14, pag. 19, ait : κατ' ἐθελοακρότητα δικαιοσύνης.

(68) *Si qui sunt.* I Cor. VIII, 5. Græca editio : Εἴπερ εἰσί.

(69) *Diis.* Exod. XXII, 28. Hujusmodi Scripturæ loca Christianis objicit Julianus Apostata apud Cyrillum libro IX contra impium illum ac perfidum desertorem scripto.

(70) *Deus.* Psal. XLIX, 1.

(71) *Qui legit.* Matth. XXIV, 15.

(72) *Sanctos.* Sanctorum nomine non sacros scriptores intelligit, ut segm. 27 *b*, et alibi passim, sed justos quoslibet : quo sensu in commentariis *in Epistolam I ad Corinthios* inquit : « Cumque omnes

(73) *Conversatio.* Philipp. III, 20.

(74) *Ego dixi.* Psal. LXXXI, 6.

(75) *Si illos.* Joan. X, 35.

(76) *Ecce.* Exod. VII, 1. Citat sensum. Verba enim Scripturæ sunt : Ἰδοὺ ἐγὼ δέδωκά σε θεὸν Φαραώ, id est, « Ecce ego dedi te deum Pharao. »

(77) *Eris.* Exod. IV, 16, legitur : Σὺ δὲ αὐτῷ ἔσῃ τὰ πρὸς τὸν Θεόν. Verum præterquam quod verba sunt aliquantulum diversa ab his, quæ affert Didymus, non Aaronem ibi alloquitur Deus, sed Mosem. In eodem autem libro cap. XVIII, 19, legimus : Γίνου σὺ τῷ λαῷ τὰ πρὸς τὸν Θεόν. At ibi quoque Mosem, non Aaronem alloquitur Jethro, non Deus.

Digitized by Google Распознавание текста

nam rerum omnium conditor tum iis, qui ab illo petunt, tum iis qui non petunt, sed fideles, et grati sunt, ac gratiæ meminisse norunt, omnia sua bona, etsi ipsi taceant, abunde communicat. Potius ergo Jeremiam prophetam legant de Græcorum diis, qui æque ac ipsi pauperrimi sunt,, hæc inquientem: « Dii (78), qui cœlum et terram non fecerunt, pereant in terra. Dominus fecit cœlos in intelligentia: ipse Deus vivens et verus; » et Davidem in CXIII psalmo canentem: « Idola (79) gentium argentum et aurum, opera manuum hominum. Os habent, et non loquentur; oculos habent, et non videbunt; aures habent, et non audient; nares habent, et non odorabunt; manus habent, et non palpabunt; pedes habent, et non ambulabunt; non clamabunt in gutture suo (80). Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis. »

A τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν ἐπὶ τῆς γῆς. Κύριος ἐποίησε τοὺς οὐρανοὺς ἐν συνέσει, αὐτὸς Θεὸς ζῶν καὶ ἀληθινός· » τὸν δὲ Δαυὶδ ἐν ριγ' ψάλλοντα· « Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων. Στόμα ἔχουσιν, καὶ οὐ λαλήσουσιν· ὀφθαλμοὺς ἔχουσιν, καὶ οὐκ ὄψονται· ὦτα ἔχουσιν, καὶ οὐκ ἀκούσονται· ῥῖνας ἔχουσιν, καὶ οὐκ ὀσφρανθήσονται· χεῖρας ἔχουσιν, καὶ οὐ ψηλαφήσουσιν· πόδας ἔχουσιν, καὶ οὐ περιπατήσουσιν· οὐ φωνήσουσιν ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν. Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. »

418 CAP. XXV.

Cum satis itaque de hoc etiam capitulo dictum sit, ad aliud transeamus. Hæreticorum magistri atque interpretes ad turpiora semper proclives, ut veritatem dilacerent, in certamen veniunt, et controversias continue movent atque excogitant, quæ cum recto scopo nihil plane conveniunt; labuntur enim ac peccant, dum innoxias etiam, et sublimiores sententias explicant magni illius, atque ab omni peccato immunis Dei, qui ob suam misericordiam morbos, in quos ob nostram insipientiam incidimus, sanat, atque omnibus semper opem fert, ac neque eos, qui recte vivunt ac veluti stant, neque eos qui in vita lapsi fuerint, deserit, aut aversatur. Sic autem se habent ejusdem verba: « Glorifica (81) me, tu Pater, apud temetipsum. » Putant vero eum propriam ac separatam habere gloriam; etsi subjunxerit, « gloria, quam habui, antequam mundus esset, apud te, » atque hæc subjungens manifestum illud fecerit, æternam se, quatenus Deus est, et connaturalem habere gloriam, quæ nunquam ab ipso abjecta fuit; deitas enim est immutabilis. Itaque hæc ad verbum scripserunt apostoli: inclytus (82) quidem ac celeberrimus Joannes: « Et vidimus (83) [inquit] gloriam ejus, gloriam ut Unigeniti. » Ille vero æterna memoria dignus, atque in his valde versatus apostolus Paulus: « Si enim (84) cognovissent (85), Dominum gloriæ non crucifixissent. » Cæterum quod proprio opere glorificetur Deus, cogitare nefas est: omnia enim per ipsum facta sunt; cum aliis autem omnibus facta est omnino illa etiam gloria, quam hic intelligendam esse putant. Præterea vero illius, qui virtus est, et sapientia Dei, opera ac serva esse omnia dicuntur in Scriptura. At Dei sapientia et virtus est Unigenitus, utpote conditor Verbum. Itaque apud eumdem evan-

B

ΚΕΦ. ΚΕ'.

Καταλιπόντες οὖν ἤδη καὶ τὸ κεφάλαιον τοῦτο, ἐπὶ ἕτερον μεταβῶμεν. Αἱρετικῶν οἱ ἐξηγηταὶ, νενευκότες πρὸς τὰ αἰσχίω, τὸν ἀγῶνα πρὸς τὸ παραρρηγνύναι τὴν ἀλήθειαν ἔχουσιν, καὶ μηδὲν [203 *a*] ὀρθῷ σκοπῷ προσηκούσας ἀμφισβητήσεις ἐπινοοῦσιν ἀεί. Προσπταίουσι γὰρ καὶ περὶ τὰς ἀναιτίους καὶ μείζονας συλλαβὰς τοῦ τὰ κακυνθέντα ἡμῶν δι ἡμετέραν ἀφροσύνην ἰωμένου δι' οἰκείαν εὐσπλαγχνίαν, καὶ ἀρήγοντος πάντοτε πᾶσιν, καὶ μήτε ὀρθῶν, μήτε τῶν ἐπταισμένων τὴν πολιτείαν ἀποστρεφομένου μεγάλου καὶ ἀναμαρτήτου Θεοῦ, τὰς ἐχούσας ὧδε· « Δόξασόν με σὺ, Πάτερ, παρὰ σεαυτῷ· » ὑπολαμβάνοντες ἰδίαν αὐτὸν κεκτῆσθαι δόξαν, καίτοι ἐπαγαγόντος· « Τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί· » καὶ ποιήσαντος διὰ τῆς συμφράσεως ταύτης δῆλον, ὅτι ἀΐδιον καὶ σύμφυτον ἔχει δόξαν κατὰ τὸ θεῖκὸν, ἥτις οὐκ ἀπεβλήθη αὐτοῦ· ἀμετάβλητον γὰρ τὸ θεῖον. Ἔφασαν τοιγάρτοι αὐταῖς λέξεσιν, ὁ μὲν ἀοίδιμος Ἰωάννης· « Καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς· » ὁ δὲ ἀείμνηστος καὶ πολύπειρος τούτων Παῦλος· « Εἰ γὰρ ᾔδεσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. » Καὶ ἄλλως δὲ οὐ θέμις νοεῖν, ὡς τῷ ἰδίῳ ἔργῳ δοξάζεται ὁ Θεὸς (πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο), σὺν πᾶσιν δὲ πάντως, καὶ ἣν νομίζουσι δόξαν. Καὶ Θεοῦ δὲ δυνάμεως καὶ σοφίας ἔργα καὶ δοῦλα τὰ σύμπαντα κεχρησμῴδηται. Τοῦ Θεοῦ σοφία καὶ δύναμις ὁ Μονογενής ἐστιν, ἅτε δημιουργὸς Λόγος. Ἡρμήνευσε τοιγαροῦν παρὰ τῷ αὐτῷ εὐαγγελιστῇ οὗτος ὁ εὔμικτος Θεὸς, τί ἐστιν τὸ, « Δόξασόν με, » πρὸς τὸν Πατέρα εἰπών· « Ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς· τὸ ἔργον ἐτελείωσα, ὃ δέδωκάς [203 *b*] μοι ἵνα ποιήσω· » ἀντὶ τοῦ, Οὐδὲν ἔξωθεν τοῦ θελήματός σου ἡ ἀνανθρώπησίς μου ἐποίησεν, ἀλλὰ πάντα

C

D

(78) *Dii.* Jerem. x, 10. Vide not. 38, pag. 80, et not. 25, pag. 321.

(79) *Idola.* Psal. CXIII, a vers. 12 ad 16.

(80) *Suo.* Codex, αὐτῷ, id est, « ipso. » Sed legendum αὐτῶν, id est, « ipsorum. »

(81) *Glorifica.* Joan. XVII, 5. Vulgatus interpres vertit: « Clarifica. » Sed idem est sensus. Ut enim ait Augustinus in libro *contra sermonem Arianorum* cap. 31, pag. 644, « Glorificare, et honorificare, et clarificare, tria quidem verba, sed res una est, quod Græce dicitur δοξάζειν· interpretum autem varietate aliter atque aliter positum est in Latino. »

(82) *Inclytus.* Simili modo loquitur Didymus ad vers. 17, cap. I Jobi. Ἀλλ' οὐ τοιοῦτος ἦν (inquit) Ἰὼβ ὁ ἀοίδιμος, id est, « At talis non erat inclytus Jobus. »

(83) *Et vidimus.* Joan. I, 14.

(84) *Si enim.* I Cor. II, 8.

(85) *Cognovissent.* Græca editio, ἔγνωσαν pro ᾔδεσαν.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

συμφώνως. Ἐνόησαν δέ τινες πιστῶς τὸ, « Δόξασόν με, » εἰρῆσθαι διὰ τὴν περιγινομένην δόξαν τῇ δουλικῇ μορφῇ. Ταῦτα ὡς ἐν ἐπιτόμῳ εἰδει. Εἰς ἀγωνιστικοὺς ἐρχόμεθα λόγους πρὸς τοὺς μὴ ἀκούοντας μὲν τὸ, « Πάτερ, » ἐπιλαμβανομένους δὲ τοῦ, « Δόξασον. » Εἰπάτωσαν ποίαν δόξαν ἐνόησαν. Ἆρα ἣν κἀὶ ἡμεῖς ἀναφέρομεν τῷ Θεῷ; Ἔστω τοίνυν κατὰ συγχώρησιν, οὐκουν τῇ ἀληθείᾳ. Διὰ τί οὖν κτίσμα καὶ ἧττονα λέγουσι τὸν Υἱὸν, τὸν ὑπ' αὐτοῦ δοξαζόμενον, τοῦ Πατρός; Ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ Εὐαγγελίῳ εἶπε· « Πάτερ, δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε· » καὶ πάλιν· « Ἐὰν δοξάζω ἐμαυτὸν, ἡ δόξα μου ἐν αὐτοῖς ἐστιν· ἔστιν ὁ Πατήρ μου ὁ δοξάζων με· » καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ Πατρός· « Καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω. » Ἀλλ' ἆρα καθ' ὃ δοξάζεται τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος; Καὶ πῶς τὴν ἰσοτιμίαν ἑαυτῷ ἐφύλαξε διὰ τοῦ, « Δόξασον τὸν Υἱὸν, ἵνα καὶ Υἱὸς δοξάσῃ σε: » Ἀλλ' ἑτέραν ὑποθώμεθα δόξαν; Ἐξ οὐκ ὄντων αὕτη εὑρίσκεται. Καὶ ποῖον ἔχει λόγον τόν τε Πατέρα τόν τε Υἱὸν ποιητῇ δόξῃ κατὰ νοητὸν δοξάζεσθαι;

A gelistam benignus (86) hicce Deus interpretatus **419** est ipsemet, quid sit illud, « Glorifica me, » cum dixit Patri: « Ego te (87) glorificavi in terra: opus perfeci quod dedisti mihi ut facerem. » Id est: Nihil extra voluntatem tuam in Incarnatione mea feci, sed omnia concorditer. Quidam vero fideliter, hoc est catholice interpretantes illud, « Glorifica me, » putarunt dictum esse propter gloriam servili forma potiorem. Hæc velut in compendio. Veniamus jam (88) ad certamen, et contra eos disputemus, qui vocem quidem illam, « Pater, » non audiunt, vocem vero, « Glorifica, » veluti apprehendunt. Dicant, quæso, quam gloriam intelligant: an eam, quam nos quoque Deo referimus? Esto, rem ita se habere concedamus, etsi revera non ita se habeat. Cur ergo et B creaturam, et minorem dicunt Filium, qui ab ipso Patre glorificatur? Nam in eodem Evangelio dixit Christus: « Pater (89), glorifica Filium tuum, ut et Filius tuus glorificet te; » et rursus: « Si glorifico (90) meipsum, gloria mea nihil est (91): est Pater meus qui glorificat me; » et rursus ex persona Patris: « Et glorificavi (92), et rursus glorificabo. » Sed secundum quidnam glorificatur inferior a superiore? Et quomodo servata sibi honoris æqualitate sic locutus est, « Glorifica Filium, ut et Filius glorificet te? » Sed de alia gloria sermonem ibi esse ponamus (93). Ex nihilo hanc esse invenimus. Quidnam vero sibi hoc vult, quod et Pater et Filius creata gloria arcano ac mystico modo accepta glorificetur?

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Πῶς οὖν, φησὶν, ἐν τῷ κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίῳ λέγει· « Ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων, » Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ παρ' ὀρθοδόξων λεγόμενον, ὅτι διὰ [204 *a*] τὸ C ταυτὸν τῆς θεότητος καὶ βασιλείας ἐν τῇ πατρικῇ δόξῃ ἐλεύσεται· τοῦτ' ἔστι, τὴν ἴσην δόξαν ἔχων τῷ γεννήσαντι. Πάλιν γὰρ ἐν Ματθαίῳ ὁ αὐτὸς Κύριος, τὸ κεφάλαιον τοῦτο φθεγγόμενος, καὶ δεικνὺς τὴν αὐτὴν εἶναι δόξαν αὐτῷ τε καὶ τῷ Πατρὶ, οὕτως εἶπεν· « Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ. »

CAP. XXVI.

Qui fit ergo, inquiunt, ut in Evangelio secundum Marcum dicat Christus: « Quando (94) venerit in gloria Patris sui cum angelis sanctis? » Sed hoc illud ipsum est, quod orthodoxi aiunt, ob identitatem nempe deitatis ac regni eum in paterna gloria venturum esse, id est, æqualem ipsum gloriam habere cum Genitore. Iterum enim in Matthæo idem Dominus eamdem rem exponens, et eamdem sibi **420** cum Patre gloriam esse ostendens, sic locutus est: « Cum autem (95) venerit Filius hominis in gloria sua, et omnes angeli (96) cum eo. »

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Ἀληθείας δὲ παντοίως ἀλλότριον, καὶ τὸ λέγειν αὐτοὺς μεταξὺ τῆς θείκῆς φύσεως καὶ τῆς κτιστῆς εἶναι τὴν τοῦ Υἱοῦ φύσιν, μεταφέροντες εἰς τοῦτο κακῶς τὴν καλῶς φέρουσαν Γραφήν· « Μεσίτης

CAP. XXVII.

A veritate omnino alienum est etiam quod aiunt, inter divinam naturam et creatam mediam intercedere naturam Filii, quod ut probent, perperam huc transferunt Scripturæ locum, in quo recte di-

(86) *Benignus.* Hanc esse genuinam, isto præsertim in loco, vocabuli εὔμικτος significationem nullus dubito. Id colligo cum ex affinibus vocabulis ἐπίμικτος, εὐκατάμικτος et εὐεπιμίκτως, tum ex contrariis, δύσμικτος, ἄμικτος, ἀπρόσμικτος, ἀνεπιμίκτως. Nam apud Joannem Stobensem quidem λόγῳ XX hic Euripidis versus legitur: Φίλοις τ' ἄμικτός ἐστι καὶ πάσῃ πόλει, id est: « Nec amicis, nec civitati familiarem se præbet et affabilem. » Apud Pollucem vero lib. V, cap. 31, idem fere valent hæc nomina, δυπροσίατος [legendum puto, *δυσπρόσιτος*], δυσπρόσοδος, ἄμικτος, δύσμικτος, δυσέντευκτος, σκυθρωπός, itidemque adverbia, δυσπροσίτως, ἀμίκτως, δυσμίκτως, ἀπροσμίκτως, ἀνεπιμίκτως. Apud Athanasium denique tom. II pag. 383, εὐκατάμικτος « mansuetum, » aut « mitem » significat.

(87) *Ego te.* Joan. XVII, 4.

(88) *Jam.* Codex, εἶδει. Lego ἤδη.

(89) *Pater.* Joan. XVII, 1.

(90) *Si glorifico.* Joan. VIII, 54.

(91) *Nihil est.* Codex habet ἐν αὐτοῖς ἐστιν, id est, « in ipsis est. » Sed videtur mendum. Itaque lego ex Bibliis, οὐδέν ἐστι.

(92) *Et glorificavi.* Joan. XII, 28.

(93) *Ponamus.* Librarius interrogantis hæc esse putans scripsit: Ἀλλ' ἑτέραν ὑποθώμεθα δόξαν, Hujusmodi enim est apud illum interrogationis signum. Sed concinnior videtur sententia, si ita legatur, ut ego legi.

(94) *Quando.* Marc. VIII, 38.

(95) *Cum autem.* Matth. XXV, 31.

(96) *Omnes angeli.* Græca editio: « omnes sancti angeli. » Sed vocem « sancti » ne Latina quidem Biblia habent.

Digitized by Google Распознавание текста

citur : « Mediator (97) Dei et hominum Dominus noster Jesus Christus. » Nam si res ita se habet, ne Deus quidem erit, nec Filius verus : quæ duo recto sensu ei convenire ostensum est : quin juxta hæreticorum sententiam ne creatura quidem erit : quod tamen nomen revera ei non convenit ; is enim creatura nec reipsa est, nec usquam in Scriptura dictus fuit. Imo e contrario in Isaia scriptum est : « Non legatus (98), non angelus, sed ipse Dominus salvavit eos : » id est, non creatura (99), sed ipse Deus, qui antequam eum precemur, dona nobis largitur sibi convenientia, nempe Deo digna. In Incarnatione ergo est mediatio ; in Incarnatione enim pro toto humano genere semetipsum ineffabiliter immolans, et spiritalis ac mystici thymiamatis loco sese proprio Patri offerens et eum placavit, et impendentem universo humano generi mortem exstinxit, et nos ab idolis abstraxit, et per unius Dei cognitionem nos copulavit, et paradisum reddidit, et in cœlos reduxit, terrena ut Deus dominator cœlestibus conjungens, eaque cum inter se distarent, coagmentans, et hominem in illam gratiam, a qua exciderat, restituens ; adeo ut Apostolus præ hujus reconciliationis præstantia ac magnitudine attonitus, divina sua lingua hæc prædicaverit : « Ipse est (1) pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriæ (aut septi) solvit ; » et rursus : « Justificati (2) ergo ex fide, pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum. »

Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστός. » Διολισθήσει γὰρ λοιπὸν τοῦ Θεὸς εἶναι καὶ Υἱὸς ἀληθινὸς, ὅπερ ὑπάρχειν κατὰ τὸν ὀρθὸν τρόπον ἀποδέδεικται· ἐκφεύξεται δὲ καὶ τὸ νοεῖσθαι, κατὰ τὸν αἱρετικὸν λόγον, ποίημα, ὅπερ οὔτ' ἔστιν, οὔτε γέγραπται· καὶ γοῦν καὶ τοῦτο ἐν Ἡσαΐᾳ κεχρησμῴδηται· « Οὐ πρέσβις, οὐκ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἔσωσεν αὐτούς· » τουτέστιν, οὐ κτίσμα, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεὸς, ὁ πρεσβυτέρας τῶν ἡμετέρων αἰτήσεων τὰς αὐτῷ πρεπούσας εἰς ἡμᾶς δόσεις χορηγῶν. Ἐν τῇ οἰκονομίᾳ τοίνυν ἡ μεσιτεία· ἐν ᾗ ὑπὲρ παντὸς τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἑαυτὸν ἀφράστως ἱερουργήσας, καὶ ἐν τάξει θυμιάματος νοητοῦ τῷ ἰδίῳ Πατρὶ προσαγαγὼν, αὐτόν τε ἐξεδυσώπησεν, καὶ τὸν ἐπηρτημένον τῷ κοινῷ γένει θάνατον ἀπέσβεσεν, καὶ ἡμᾶς τῶν εἰδώλων ἀπέστησεν, καὶ τῇ θεογνωσίᾳ [204 *b*] προσήνωσε, τόν τε παράδεισον ἀπέδωκεν, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνήγαγεν, συνάψας, ὡς Θεὸς ἐξουσιαστὴς, τὰ ἐπίγεια τοῖς ἐπουρανίοις, καὶ τὴν γενομένην διάστασιν συναρμόσας, καὶ ἐπαναγαγὼν τὸν ἄνθρωπον εἰς ἐκείνην τὴν χάριν, ἀφ' ἧς διώλισθεν· ὡς τὸν Ἀπόστολον, νικώμενον τῇ ὑπερβολῇ τῆς κατ ἀλλαγῆς, θεοφράστῳ γλώττῃ ἀνακηρύττειν· « Αὐτός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας· » καὶ πάλιν· « Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

421 CAP. XXVIII.

Quidam vero ex hæreticis omni prorsus fide destituti aliud etiam objiciunt, quod cum suspicari, tum multo magis dicere ridiculum est. Aiunt enim, dona creaturis ante stabilem, et fixum, ac benignum Salvatoris Christi in orbem terrarum adventum data, a solo Deo Patre donata esse, non vero a benefico, ac proprio ipsius Filio Verbo, propterea scilicet quod iste subjectus sit. At si partem (3), ac sortem cum iis haberent, qui theologicam illam sententiam pronuntiarunt : « Omnia (4) per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil : » (in rerum autem omnium censu venit omnis donatio per ipsum, et ab ipso facta ; eorum enim quæ facta fuere, hujusmodi etiam donationes pars sunt ; qua de causa prædicatum fuit : « Hic est (5) omnium Dominus ; » et : « Deus (6), Fortis, Dominator ; » et : « Non reputabitur (7) alter præ illo : ») ac si eum præterea intellexissent, qui ait : « Unus est (8) legislator, et judex, qui solus salvare potest ; » ne

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Πίστεως δὲ τὸ καθ' ὅλου χηρεύοντές τινες τῶν αἱρετικῶν, καὶ ἄλλο γελοῖον ὑπολαβεῖν τε καὶ πολλῷ πλέον εἰπεῖν φάσκουσιν· ὅτι τὰ πρὸ τῆς ἐν τῇ οἰκουμένῃ ἀστεμφοῦς, καὶ ἀσαλεύτου, καὶ φιλανθρώπου παρουσίας τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ τῇ κτίσει δοθέντα χαρίσματα, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς μόνου δεδώρηται, ἄνευ τοῦ ἰδίου αὐτοῦ ἀγαθουργοῦ Υἱοῦ Λόγου, ὡς δῆθεν αὐτοῦ ὑπεξουσίου τυγχάνοντος. Εἰ δὲ μερίδα καὶ κλῆρον εἶχον μετὰ τῶν θεολογησάντων, « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν » (ἐν οἷς πᾶσα δόσις δι' αὐτοῦ καὶ παρ' αὐτοῦ ὑπῆρξεν· μέρος γὰρ τῶν γεγενημένων καὶ αὐταί εἰσιν· ὅθεν καὶ ἀνείρηται· « Οὗτός ἐστι πάντων Κύριος, » καὶ· « Θεὸς, Ἰσχυρὸς, Ἐξουσιαστής· » καὶ· « Οὐ λογισθήσεται ἕτερος [205 *a*] πρὸς αὐτὸν »), καὶ εἰ ἐνόησαν δὲ καὶ τὸν διαγορεύσαντα, « Εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης καὶ κριτὴς ὁ μόνος σώζειν δυνάμενος· » ᾔδεσαν ἄν, ὡς δίχα τοῦ γενεσιουργοῦ καὶ σωτῆρος τῶν ἀγαθῶν, κριτοῦ τε ἅμα καὶ λυτρωτοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ Λόγου, οὐδεμία

(97) *Mediator.* I Tim. II, 5. Græca editio : Μεσίτης, Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς.

(98) *Non legatus.* Isa. LXIII, 9. Græca editio habet πρέσβυς pro πρέσβις.

(99) *Non creatura.* Affinia legimus in libro *De Sp. S.* num. 46. « Quia igitur Deus erat (inquit) qui salutem præbebat æternam, dictum est : « Non legatus, neque angelus. » Lege cætera, si placet.

(1) *Ipse est.* Ephes. II, 14.

(2) *Justificati.* Rom. V, 1.

(3) *Partem.* Locutio biblica ex Act. VIII, 21.

(4) *Omnia.* Joan. I, 3.

(5) *Hic est.* Videtur respicere Pauli verba : Κύριος πάντων ὤν, id est, « cum sit Dominus omnium, » quæ exstant in Epist. ad Galat. IV, 1.

(6) *Deus.* Isa. IX, 6.

(7) *Non reputabitur.* Baruch III, 22 (seu 36).

(8) *Unus est.* Jacob. IV, 12. Græca editio : Εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης ὁ δυνάμενος σῶσαι, id est, « Unus est legislator, qui potest salvare. » Sed Vulgatus interpres legit ut Didymus.

Digitized by Google Распознавание текста

γέγονεν ἄνωθεν δωρεά· οὐδὲ χρόνος, ἢ γένος κτισμάτων, κακῶν τε ἡφείθη καὶ προνοίας ἠξιώθη· ὡς δ' αὖ πάλιν ἔξω τῆς αὐτοῦ κρίσεώς ἐστιν οὐδὲ ἕν· ἀλλ' ἁρμόζουσαν ἕκαστοι τὴν κρίσιν φιλανθρώπως, καὶ εἴ τι πλέον ἐστὶ τούτου εἰπεῖν, ἢ νοῆσαι, ἢ μὴ νοῆσαι, ὑποστησόμεθα παρ' αὐτοῦ, παρ' οὗ καὶ τὰ ἀγαθὰ, εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς καὶ συμφωνίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐξ ἀρχῆς ἐκομισάμεθα. Πῶς γὰρ οὐκ ἀδικώτατον καὶ δυσσεβέστατον τὸ λέγειν, ἢ ὅλως ὑποτοπάζειν, ὅτι ἔκτισε μὲν καὶ ἐνομοθέτησεν αὐτὸς, οὐ προενόησε δὲ, ὅπερ τοῦ κτίσαι προκρίνεται· ἀλλὰ μετὰ ὅλα τὰ τῇδε, καὶ κρίνει τοὺς παρ' ἑτέρου δεξαμένους τὰ ἀγαθὰ, καὶ ἀπολέσαντας αὐτὰ ἀβουλίᾳ οἰκείᾳ καὶ ἀφροσύνῃ; ἢ πῶς οὐ παράλογον τοῦτο ὑπολαμβάνειν, ὅτι ἡμᾶς μὲν αὐτεξουσίους, ὅπερ εἴρηται πολλάκις, πεποίηκεν· αὐτὸς δὲ οὐκ ἔσχε τοῦτο, ὅπερ ἄλλοις, κατὰ τὸ μέτρον τῆς φύσεως αὐτῶν, καὶ κατὰ τὸ προσῆκον ἀπένειμε; Συνορῶσι δὴ οὖν, οἶμαι, καὶ αὐτοὶ, ὧν οἱ λόγοι τῶν ἀληθῶν ἁμαρτάνουσιν αἱρετικοὶ, ὅτι ἀντικείμενόν τι τοῖς ἡμῶν θελήσαντες εἰπεῖν, οὐχ ἕξουσιν. Τῇ γὰρ δυσανασχέτῳ καὶ ἀκαθέκτῳ [205 *b*] κακίᾳ αὐτῶν μαχόμενοι, τῷ δὲ τὸ χαίρειν κοινὸν πᾶσιν δεδωκότι Σωτῆρι, καὶ ἄλλοι πρὸς τοῖς μνημονευθεῖσιν ἀξιόχρεοι καὶ βέβαιοι τὸν τρόπον ἄνδρες, οὐχ ἁπλῶς ἄνθρωποι, μαρτυροῦντες φαίνονται. Ζαχαρίας μὲν γὰρ περὶ παρεληλυθότων καὶ μελλόντων διακεκριμένως βοᾷ· « Εἴ τι ἀγαθὸν αὐτοῦ, καὶ εἴ τι καλὸν, παρ' αὐτοῦ ἔσται. » Ἡσαΐας δὲ καθ' ὁμαλοῦ κηρύττει περὶ αὐτοῦ· « Θεὸς, Ἰσχυρὸς, Ἐξουσιαστής. » Τοῖς ἁγίοις δὲ τούτοις, οἷς σὺν ὥρᾳ καὶ χάριτι πανταχοῦ τῶν λόγων ἐπανθοῦσιν αἱ θεολογίαι, ἐφεπόμενοί πως ἐν τῷ μέρει τούτῳ καὶ οἱ ἔξω, πρόσφορα περὶ τοῦ Δημιουργοῦ καὶ παμβασιλέως ὑμνήκασιν. Ἔφασαν γάρ·

A hoc quidem ignorarent, quod sine conditore, et bonorum omnium largitore, et judice simul, ac redemptore unigenito Filio Verbo nullum e cœlo donum exstitit, nec ullo unquam tempore ullum creaturarum genus a malis sine ipso ereptum fuit (9), aut divinæ providentiæ beneficia consecutum est. Ne illud quidem eos lateret, quod ipsius judicio nemo obnoxius non est, sed conveniens singuli judicium subibimus, benigne, et si quid majus dici potest, aut cogitari, aut non cogitari, ab eo faciendum, a quo etiam bona initio retulimus beneplacito Patris et consensione Spiritus sancti. Quomodo enim non iniquissimus maximeque impius haberi posset qui diceret, aut omnino suspicaretur, eum creavisse quidem, et leges tulisse, sed non providisse? cum tamen istud majus sit nobisque utilius, quam B creatio: sed præter illa omnia, quæ pro nobis in hoc sæculo fecit, judicaturum etiam esse eos qui ab altero bona acceperint, eaque ob propriam insipientiam et ignaviam amiserint? Aut quomodo posset absurdum non videri, si quis in ea esset opinione, 422 ut ipse quidem Filius nos propria præditos potestate fecerit, sicut sæpius dictum est, ipse vero illud non habuerit, quod aliis juxta mensuram naturæ illorum, et quatenus conveniens est, tribuit? Ipsi ergo etiam hæretici, quorum doctrina a veritate aliena est, vident æque ac nos, dum aliquid dicere volunt, quod nostris dogmatibus adversetur, se id facere omnino non posse. Nam intolerandæ atque effreni eorum nequitiæ resistunt, ac vicissim Salvatoris qui omnibus in commune C hominibus gaudium comparavit, testimonium perhibent præter eos, qui commemorati jam sunt, alii etiam fide digni, et constantia moribusque spectati viri, iique non homines simpliciter, sed prophetæ. Zacharias enim cum de præteritis, tum de futuris seorsum loquens clamat: « Si quid (10) est bonum, ipsius est; et si quid præclarum, ab eo erit. » Isaias vero æque perspicue de ipso hæc prædicat: « Deus (11), Fortis, propria potestate præditus, Dominator. » Hosce porro sanctos, quorum libri præclaris de Filii divinitate testimoniis quasi floribus ubique (12) cum venustate et gratia exornantur, secuti quodammodo hac in parte sunt etiam profani vates, et quædam non inutilia de Creatore et universorum rege cecinerunt, quæ sunt hujusmodi:

Πάντα γὰρ ἀνθρώποισι Θεοῦ πέλει ἀγλαὰ δῶρα·
Εἴτ' ἀγαθόν τι πέφυκε καὶ ὄλβιον, εἴτε φέριστον,
Εἴτε ἐραστὸν, πᾶσι Θεοῦ καλὰ δῶρα τέτυκται. D

Omnia enim homines a Deo habent præclara dona,
Sive bonum aliquid fuerit ipsis, ac beatum, sive [*quid* (13) *optimum*,
Sive quid amabile, omnes a Deo præclara hæc [*dona habent.*

Καὶ πάλιν·

Κάρτος ἀμετρήτοιο Θεοῦ καὶ ἀπείριτος ἀλκὴ
Πάντων μὲν κρατέει, πάντεσσι δὲ μοῦνος ἀνάσσει.

Et rursus:

Potentia immensi Dei et infinitus vigor
Et omnia tenet, et omnibus solus ipse imperat

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Καὶ ἐν τῷ Ματθαίῳ αἰτούσῃ, φησὶ, τῇ καλλίπαιδι μητρὶ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου, ὥστε ἑκατέρωθεν αὐτοῦ, ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων, συνθώκους αὐτοῦ γενέσθαι ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ τῶν οὐρανῶν τοὺς

CAP. XXIX.

Apud Matthæum quoque, inquiunt, petenti pulchrorum Zebedæi filiorum matri, ut ex utroque Christi latere a dextris et a sinistris in cœlesti ejus regno duo ejusdem mulieris filii, qui erant apo-

(9) *Ereptum fuit.* Codex, ἡφείθη. Videtur legendum ἠφείθη.

(10) *Si quid.* Zach. IX, 17. Vide not. 27, pag. 37.

(11) *Deus.* Isa. IX, 6.

(12) *Ubique.* In Græco, πανταχοῦ τῶν λόγων, id est, « ubique librorum, » aut « sermonum. » Quo modo Latine dicimus: « ubique terrarum. » Quem hellenismum imitatus Augustinus lib. XII *contra Faustum*, cap. 27, ait: « Ubique illorum librorum... ubique illarum Scripturarum. »

(13) *Sive quid.* Legendum fortasse [ut et lego], εἴτε pro εἴ τι.

Digitized by Google Распознавание текста

stoli, considerent (14), ita respondit (15): « Non est meum dare, sed quibus paratum est a Patre **423** meo. » Sed ne hoc quidem ullo modo ejus decus (16) imminuit; nec enim semper contingit, ut qualis est nuda vocabulorum positio, tales etiam sint res ipsæ: sed aliquando sententiam perficit ipsa veritas, ea supplendo, quæ non dicuntur. Ita ergo locutus est Christus, quia servilem gerebat formam; aut potius quia invisos Deo ostendere illos voluit, qui primæ sedis honorem spreta graduum et æquitatis ratione appetunt; aut etiam quia mulier isthæc animo clam efferebatur ob filiorum præstantiam ac pulchritudinem, quos cum apostolici primatus, tum divinæ consessionis dignos esse existimabat: nec enim eum latebant secreta cordium, juxta id quod Joannes ait: « Ipse vero (17) Jesus non credebat eis (18), quia ipse cognoscebat omnes, et opus ei non erat (19), ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim cognoscebat, quid esset in homine. » Jam vero audi ea quæ sequuntur, meque in ejus loci interpretatione deceptum non esse tibi persuadeas. Statim enim subjungit Matthæus, « Cum irati essent (20) » duodecim (21) « ob duos hosce fratres, » dixisse Dominum: « In vobis (22) quicunque voluerit magnus esse, erit (23) vester minister, et quicunque voluerit esse primus, erit (24) vester servus. » Quomodo autem apud Lucam (25) quoque primæ sedis ac primi accubitus honorem de industria quæsitum impediat, audivimus. Nec enim erat justi Dei, qui præmia in futura vita cuilibet juxta uniuscujusque actiones præparat, largiri cuiquam quod injuste et arroganter petebatur, et primos in secundis sedibus collocare (26), et apostolos contristare, qui constanter ei fideles fuerant, neque principatum optaverant, et una cum ipsis patres etiam nostros (27) contristare, qui ei antea placuerant, et ob virtutem admirandi fuerant, quibuscum fœdus inierat, et quibus primas ex utroque ejus latere sedes antea promissas fuisse omnino verisimile est, in quorum etiam sinubus hi, de quibus est sermo, requieturi erant (28); insuper vero etiam Moysem contristare. **424** Quandoquidem ipse est cum rei a muliere petitæ, tum totius judicii Dominus, et ipse apostolis sedes præstituit, eosque ut summo impe-

A δύο αὐτῆς υἱοὺς, ἀποστόλους ὄντας, απεκρίθη· « Οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ Πατρός μου. » Καὶ τοῦτο δὲ οὐδὲν αὐτοῦ καταβάλλει τὸ γέρας. Οὐ γὰρ ἀεὶ, ὡς μόνη ἡ τῶν ῥημάτων ἔχει σύνταξις, οὕτω καὶ τὰ πράγματα· ἀλλ' ἔστιν ὅτε ἀπαρτίζει τὴν [206 *a*] διάνοιαν καὶ πρὸς τὰ μὴ λεγόμενα ἡ ἀλήθεια. Ἐῤῥήθη οὖν οὕτω διὰ τὴν δουλικὴν μορφὴν, ἢ μᾶλλον διὰ τὸ συστῆναι θεομισεῖς τὰς μὴ κατὰ βαθμὸν καὶ κατὰ λόγον εἰσπροεδρίας, ἢ καὶ διὰ τὸ ἐκείνην οἰκησιν ἐσχηκέναι εὐπαιδίας, καὶ τοῦ ἀξίους εἶναι τοὺς παῖδας αὐτῆς τῆς τε ἀποστολικῆς πρωτείας καὶ τῆς θεϊκῆς συγκαθεδρίας· οὐκ ἐλάνθανεν γὰρ αὐτὸν τὰ ἐγκάρδια, ὡς Ἰωάννης λέγει· « Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευεν αὐτοῖς, διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πάντας, καὶ μὴ χρείαν ἔχειν ἵνα

B τις μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ ἀνθρώπου· αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκε, τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. » Ἄκουε δὴ οὖν τῶν ἑξῆς, καὶ πείθου, ὡς οὐκ ἐσφάλη μοι τὸ νόημα. Εὐθὺς γὰρ ἔχει, ὅτι, « Ἀγανακτησάντων » τῶν δώδεκα « περὶ τῶν δύο τούτων ἀδελφῶν, » εἶπεν ὁ Δεσπότης· « Ἐν ὑμῖν ὃς ἐὰν θέλῃ μέγας γενέσθαι, ἔσται ὑμῶν διάκονος· καὶ ὃς ἐὰν θέλῃ εἶναι πρῶτος, ἔσται ὑμῶν δοῦλος. » Ὅπως δὲ καὶ ἐν τῷ Λουκᾷ κωλύει τὰς ἐξ ἐπιλογῆς πρωτοκαθεδρίας καὶ πρωτοκλισίας, ἠκούσαμεν. Καὶ γὰρ οὐκ ἦν τοῦ δικαίου Θεοῦ, τοῦ ἑτοιμάζοντος κατὰ τὴν ἑκάστου πολιτείαν τὰ μέλλοντα, παρασχεῖν τινι μὴ δικαίαν, ἢ αὐχηματικὴν αἴτησιν, καὶ τάξαι τοὺς πρώτους ἐν ὑστέροις, καὶ παραλυπῆσαι τοὺς τὴν τάξιν μὴ λιπόντας, μηδ' ἀρχῆς ἐφιεμένους ἀποστόλους, καὶ σὺν αὐτοῖς τοὺς προαρέσαντας

C αὐτῷ, καὶ ἐπ' ἀρετῇ θαυμασθέντας προπάτορας ἡμῶν, οἷς συνέθετο, καὶ οἷς πᾶν ἐστιν εἰκὸς τὴν ἑκατέρωθεν αὐτοῦ προεδρίαν [206 *b*] προῦποσχέσθαι, ὧν καὶ εἰς τοὺς κόλπους οὗτοι, περὶ ὧν ὁ λόγος, καταναπαύεσθαι ἔμελλον· πρὸς τούτοις δὲ καὶ Μωϋσέα· ἐπείτοι καὶ αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τοῦ αἰτηθέντος πράγματος καὶ τῆς κρίσεως πάσης Κύριος, καὶ ὁ προορίσας τοῖς ἀποστόλοις τοὺς θρόνους, βασιλικώτατα προαγαγόμενος αὐτοὺς καὶ ἐπαγγειλάμενος· « Ὑμεῖς καθεσθήσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνων, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. » Ὅρον γοῦν ἵνα οὐκ ἀντίλεκτον τοῦ μὴ μεγάλα αὐχεῖν τινα καὶ ἑαυτῷ ἀποδιδόναι τιθεὶς φάσκει· « Ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐδέν ἐστιν· ἀλλ' ἔστιν ὁ μαρ-

D τυρῶν περὶ ἐμοῦ, » ὁ λέγων, φησὶ, Πατήρ· « Οὗτός

(14) *Considerent.* Codex, συνθόκους pro συνθώκους.
(15) *Non est.* Matth. xx, 23.
(16) *Decus.* Codex, γῆρας. Lego γέρας.
(17) *Ipse vero.* Joan. II, 24, 25.
(18) *Non credebat eis.* Græca ac Latina Biblia habent: « non credebat semetipsum eis. »
(19) *Et opus ei non erat.* Græca editio eodem plane sensu: καὶ ὅτι οὐ χρείαν εἶχεν.
(20) *Irati essent.* Matth. xx, 24.
(21) *Duodecim.* Legendum δέκα, id est, «decem.»
(22) *In vobis.* Matth. xx, 26, 27.
(23) *Erit.* Græca editio, ἔστω, id est, « sit. »
(24) *Erit.* Græca editio, ut antea, ἔστω. Vulgatus interpres legit ut Didymus.
(25) *Apud Lucam.* Cap. xiv, vers. 7.
(26) *Collocare.* Codex, μεταξύ. Lego τάξαι, aut συντάξαι, aut quid simile.
(27) *Patres etiam nostros.* Abrahamum scilicet potissimum, aliosque hujusmodi patriarchas Veteris Testamenti.
(28) *Requieturi erant.* In sinu Abrahami cæterorumque patriarcharum requieturos fuisse post obitum Jacobum ac Joannem ait Didymus. Simili modo in enarratione *in Epist. I Petr.*, cap. I ad vers. 11 ac 12 inquit: « Omnes utique qui secundum Christum finiuntur, in ejus (nempe Abrahami) sinum proficiscuntur. » Inde tamen inferri nequit, ipsum in ea fuisse opinione ut censeret, sanctos nulla purgatione indigentes intuitiva ac benefica visione Dei non frui ante extremum judicii diem; sive hac fruerentur patriarchæ ante Christi adventum, ut contendit doctus vir Joannes Cadonicus, sive ea non fruerentur. Lege, si placet, quæ de hujusmodi locutione scribit Muratorius in libro *De paradiso*, ac Ballerinii, cap. 10 Dissertationis II in S. Zenonis Opera.

Digitized by Google Распознавание текста

ἐστιν ὁ Υἱός μου. » Ὅτι δ' οὕτως διὰ μόνην τὴν προλεχθεῖσαν αἰτίαν εἰρῆσθαι, αὐτὸς πάλιν πιστοῦται, φάσκων· « Κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθής ἐστιν· » καὶ πάλιν· « Αὐτὰ τὰ ἔργα μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ, καὶ Μωϋσῆς μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ. »

A rio præditus provexit, atque hæc ipsis pollicitus est : « Vos sedebitis (29) in duodecim sedibus, judicantes duodecim tribus Israel. » Unam ergo regulam statuens, eamque indubitatam, ut nemo scilicet sese efferat jactetque, nec sibimetipsi, sed ei bona omnia attribuat, inquit : « Si ego (30) testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum nihil est (31) : sed est qui testimonium perhibet de me : » nempe Pater qui ait : « Hic est (32) Filius meus. » Quod autem duntaxat propter prædictam causam hæc dixerit (33), ipsemet rursus confirmat inquiens : « Et si ego (34) testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum verum est. » Et rursus : « Ipsa (35) opera testimonium perhibent de me, et Moses (36) testimonium perhibet de me. »

ΚΕΦ. Λ'.

Τοιοῦτον ἔχει νόημα καὶ τὸ ἐν τῷ Λουκᾷ παρὰ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένον· « Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου. » Διὰ τοῦ οἰκείου προσώπου τὴν εἰς αὐτὸν τῇ πίστει ζωοποιουμένην ἀνθρωπότητα παρατίθεται, ἥντινα μέλη αὐτοῦ καλέσαι κατηξίωσεν· ἢ τάχα διδάσκει πάντας, τοῦτο μὲν εἰδέναι, ὡς ἐπλανήθη καὶ ἐν τούτῳ Ἄρειος, ἄψυχον αὐτὸν ἐν τῇ οἰκονομίᾳ οἰηθείς· τοῦτο δὲ, ἐν ταῖς ὑστέραις ἀναπνοαῖς προσευχομένους τῇ [207 a] αὐτῇ κεχρῆσθαι φωνῇ, εὐγνωμόνως ὁμολογοῦντας, ὡς παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων ἡ ὕπαρξίς ἐστιν, καὶ εἰς αὐτὸν πάλιν ἡ ἀνάλυσις. Νόμος οὖν ἦν τὸ γινόμενον.

CAP. XXX.

Eodem modo intelligendum est quod in Luca a Salvatore dictum fuit : « Pater (37), in manus tuas tradam spiritum meum. » Nimirum per propriam personam tradit humanitatem, quæ per fidem in ipsum vivificata est, quamque membra (38) sua vocare dignatus est. Aut fortasse omnes homines docet, dum ita loquitur, ut primum quidem norint errasse hac etiam in re Arium, qui eum in Incarnatione inanimatum fuisse putavit ; deinde vero, ut in ultimis respirationibus eadem uterentur formula (39) orantes, et grato animo illud confitentes, quod nostra hominum exsistentia a Deo est, et in ipso rursus nostra erit resolutio (40). Lex ergo erat quod tunc fiebat.

ΚΕΦ. ΛΑ'.

Οὐ μέχρι δὲ τοῦ Μονογενοῦς, ἀλλὰ καὶ ἕως τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπεκτείνουσι τὸ αἱρετικὸν δυσσέβημα. Καὶ γὰρ οὐ μόνῃ τῇ προκειμένῃ τοῦ Σωτῆρος φωνῇ, τῇ· « Ἐγὼ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα· » καὶ, « Τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἀφ' ἑαυτοῦ οὐ λαλήσει· » καὶ τῇ Παύλου, τῇ ἐχούσῃ· « Μόνῳ σοφῷ Θεῷ· » ἔτι δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς φερομέναις ἐν τῷ *Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος* λόγῳ, ἀθετικῶς, εἰς τὸ σμικρύνειν τὴν ἀπειρομεγέθη καὶ σεπτὴν αὐτοῦ φύσιν, κέχρηνται· ἀλλὰ καὶ τῇ προφητείᾳ Ἀμὼς, ὡσανεὶ παραδηλούσῃ

425 CAP. XXXI.

Neque vero suis in Unigenitum blasphemiis contenti sunt, sed in Spiritum sanctum quoque fertur hæretica impietas : nam non solum Salvatoris verbis jam allatis : « Ego a me ipso (41) locutus non sum ; » et : « Spiritus (42) sanctus a seipso non loquetur ; » et Pauli capitulo : « Soli (43) sapienti Deo ; » ac insuper aliis etiam oraculis, quæ afferuntur in λόγῳ *De Spiritu sancto* (44), perperam ad deprimendam illius infinitam et venerandam naturam usi sunt : verum etiam prophetæ Amos (45)

(29) *Vos sedebitis.* Matth. XIX, 28. Græca editio eodem sensu : Καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους, et reliqua ut hic.

(30) *Si ego.* Joan. V, 31, 32.

(31) *Nihil est.* Græca editio : οὐκ ἔστιν ἀληθής· ἄλλος ἐστίν, etc.

(32) *Hic est.* Matth. III, 17.

(33) *Dixerit.* Codex, εἰρῆσθαι. Videtur legendum εἴρηται.

(34) *Et si ego.* Joan. VIII, 14.

(35) *Ipsa.* Joan. V, 36.

(36) *Et Moses test. p. de me.* Non leguntur hæc in citato loco. Respicit fortasse vers. 39 ejusdem capitis.

(37) *Pater.* Luc. XXIII, 46.

(38) *Membra.* I Cor. VI, 15.

(39) *Formula.* Christianis ea quoque ætate in more positum fuisse indicat, ut morituri verba illa pronuntiarent : « In manus tuas, Domine, » et reliqua. Ac revera Gregorius Nazianzenus oratione XX de Basilio hæc scribit : « Atque ipse post extrema hæc verba, *In manus tuas commendo spiritum meum*, inter angelos a quibus abducebatur, animam exhalavit. »

(40) *Resolutio.* Græce : καὶ εἰς αὐτὸν πάλιν ἡ ἀνάλυσις. Quæ nisi ab eo dicerentur, cujus fides hac in re suspecta non est, exsecrabilem illum pantheismum redolere viderentur, quem infamis philosophus Spinosa ab inferis excitavit. At theologus noster non hasce ineptientium, aut potius insanientium nugas spectabat ; sed « resolutionis » nomine nihil aliud intelligit, quam quod Paulus in Epist. II ad Tim. IV, 6, nihilque aliud volebat, quam quod divinus ille scriptor qui ait : « Et Spiritus redeat ad Dominum qui fecit illum. »

(41) *Ego a me ipso.* Joan. XII, 49. Græca editio habet ἐξ ἐμαυτοῦ. Codex vero Passioneianus ita : ἀφ' ἑαυτοῦ· quod solœcum est. Sed librarii oscitantiæ tribuendum est erratum : Didymus enim segm. 46 *b*, et 184 *a* dictavit ἀπ' ἐμαυτοῦ.

(42) *Spiritus.* Joan. XVI, 13.

(43) *Soli.* Rom. XVI, 27 et I Tim. I, 17. Juxta Græcam editionem : Latina enim caret hic voce, « sapienti. »

(44) *Aliis . . . quæ afferuntur in* λόγῳ *De Spiritu sancto.* Ut appareat Didymi librum *De Spiritu sancto*, quem Hieronymus Latine vertit, hic posse intelligi, alios hosce Scripturæ textus indicare cogor, quos, cum ab hæreticis objicerentur, ipse ibi explicat. Sunt ergo hi potissimum, num. 13 : « Omnia per ipsum facta sunt ; » num. 26 : « Qui a Patre egreditur ; » num. 27 : « Alium Paracletum dabit vobis ; » et : « Spiritus interpellat pro nobis ; » num. 36 : « Non enim loquetur a semetipso ; » num. 38 : « De meo accipiet ; » et alii quos omitto.

(45) *Amos.* Prophetæ Amos verba attulit etiam,

Digitized by Google Распознавание текста

testimonio abutantur, quasi sanctum Dei Spiritum creaturam esse significet : cum tamen hujusmodi significationem neque hac in parte, nec in alia habeat ullo modo. Hæc autem sunt prophetæ verba : « Subverti (46) vos, sicut subvertit Deus Sodomam et Gomorrham, et facti estis quasi titio extractus ex igne : et ne sic quidem conversi estis ad me, dicit Dominus. Quapropter sic faciam tibi, o Israel : verumtamen quia sic faciam tibi, præpara te ad invocandum Deum tuum, o Israel. Quia ecce firmans (47) tonitruum, et creans spiritum, et annuntians inter homines Christum suum, faciens diluculum et nebulam, et ascendens super excelsa (48) terræ : Dominus Deus omnipotens nomen ipsi. » Cum ergo tres per se perfectæ hypostases hic commemorentur, una quæ ait, « Subverti; » altera de qua ipsa dicit, « Sicut subvertit Deus; » alia ubi legitur, « Christum suum (49); » 426 apte et concinne dicta hæc esse intelligimus non ex persona (50) Patris aut (51) de sancto ejus Spiritu, sed ex persona ipsius Spiritus sancti, qui loquitur etiam de vento, id est de spiritu illo, qui tonitruum, quod in hominum auribus insonat, comitari solet. Quam ob rem in verbis, quæ sequuntur, diluculum ac nebulam (52) commemorat. Quomodo enim potest Pater esse ille qui dixit : « Annuntians inter homines Christum suum, » non vero, Christum meum; sicut in CXXXI psalmo dixit, « Paravi lucernam Christo meo? » aut qui ait, « Nomen ipsi, » cum dicere deberet, nomen mihi? Quodsi Patrem ibi sic loqui concederemus, illud etiam inde sequeretur, ut Spiritus sanctus declararetur Deus omnipotens. Sed ne illud quidem dici potest, verba ista esse prophetæ ipsius loquentis de Patre; alioquin ex ejusdem prophetæ persona dicta essent etiam hæc verba : « Subverti vos, sicut subvertit Deus. » At vero homo non recte dicitur subvertere, sicut subvertit Deus. Ac præterea proprium prophetæ non est, ut arroganter simul loquatur et blaspheme. Cum autem dicat propheta, « Creans spiritum, » seu, qui creo spiritum,

κτίσμα εἶναι τὸ ἅγιον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, καίτοι τὸ σύνολον οὐδεμίαν ἔμφασιν τοιαύτην περὶ αὐτοῦ, οὔτε ἐν τῷ μέρει τούτῳ, οὔτε ἐν ἄλλῳ, ποιούσῃ. Ἔχει δὲ ὧδε· « Κατέστρεψα ὑμᾶς, καθὼς κατέστρεψεν ὁ Θεὸς Σόδομα καὶ Γόμορρα, καὶ ἐγένεσθε ὡς δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρός· καὶ οὐδ' οὕτως ἐπεστρέψατε πρὸς μὲ, λέγει Κύριος. Διὰ τοῦτο οὕτως ποιήσω σει, Ἰσραήλ· πλὴν ὅτι οὕτως ποιήσω σοι, ἑτοιμάζου τοῦ ἐπικαλεῖσθαι τὸν Θεόν σου, Ἰσραήλ. Διότι ἰδοὺ στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα, καὶ ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, ὁ ποιῶν ὄρθρον καὶ ὁμίχλην, καὶ ἐπιβαίνων ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς γῆς· Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ. » Τῶν τριῶν [427 *b*] τοίνυν αὐτοτελῶν ὑποστάσεων μνημονευομένων, μιᾶς λεγούσης, « Κατέστρεψα· » ἑτέρας, περὶ ἧς λέγει· « Καθὼς κατέστρεψεν ὁ Θεός· » ἄλλης ἔνθα ἔχει τὸν Χριστὸν αὐτοῦ· εὐθέτως καὶ καταλλήλως εὐρίσκεται ἡ φωνὴ εἰρημένη, οὐκ ἐκ προσώπου τοῦ Πατρὸς, ἢ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῦ καὶ λαλήσαντος περὶ τοῦ ἀνεμιαίου πνεύματος, τοῦ τῇ βροντῇ τῇ ἀνθρώποις ἐνηχουμένῃ παρακολουθεῖν πεφυκότος. Διὸ ἐπάγων μνημονεύει ὄρθρου, ὁμίχλης. Πῶς γὰρ ὁ Πατὴρ εἶχεν εἰπεῖν, ἢ τὸ, « Ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ· » καὶ οὐχὶ, τὸν Χριστόν μου, ὡς ἐν ρλα' ψαλμῷ ἔφη· « Ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου; » ἢ, « Τὸ ὄνομα αὐτῷ, » δέον φάναι, ὀνομά μοι; Εἰ δὲ δὴ καὶ δοθείη αὐτοῦ εἶναι ἡ φωνὴ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀναφαίνεται Θεὸς παντοκράτωρ. Οὔτε δὲ τῷ προφήτῃ, λέγοντι περὶ τοῦ Πατρὸς, αὕτη ἁρμόζει ἡ φωνή· εὑρεθήσεται γὰρ ἐκ προσώπου αὐτοῦ ἡ, « Κατέστρεψα ὑμᾶς, καθὼς κατέστρεψεν ὁ Θεός, » λέξις· οὐ καταστρέφει δὲ ἄνθρωπος, καθὼς ὁ Θεός· οὐδὲ ἴδιον προφήτου φθέγξασθαι καυχηματικῶς ἅμα καὶ βλασφήμως. Καὶ τὸ ἔχειν δὲ, « Κτίζων Πνεῦμα, » οὐχὶ δὲ, κτίσας Πνεῦμα, καὶ τὸ τετάχθαι ἐν πρώτοις τὴν βροντὴν στερεοῦσθαι, ἐν δευτέροις δὲ τὸ πνεῦμα κτίζεσθαι, ἔτι δὲ καὶ τὸ ἄνευ τοῦ ὄρθρου καὶ τοῦ, Ἁγίου, ψιλῶς προφητεύεσθαι, « Κτίζων πνεῦ-

atque explicavit in libro *De Spiritu sancto*, num. 14 et 15. Sed hic ea accuratius interpretatur aliqua ex parte, brevius tamen illa attingens quæ fusius ibi exposuerat.

(46) *Subverti*. Amos IV, 11-13. Complutensis editio nonnullas hic habet parvi momenti varietates quas omitto. Sed Francofurtensis editio consentit Didymo.

(47) *Quia ecce firmans*. Ita legitur etiam in editione Francofurtensi, quæ tamen addit vocem, ἐγώ. Complutensis habet : Διότι Κύριος εἰ στερεῶν, id est « quia Dominus es firmans. » Didymus porro queritur segm. 114 *a*, quod ex Amosi loco vocem « ego » abraserint hæretici. Eam tamen hic omittit ipsemet : sed illam non omisit in lib. *De Spiritu sancto* num. 14, 15 et 59.

(48) *Excelsa*. Græca editio, ὕψη, id est « altitudines. » Didymus eodem sensu : ὑψηλά, id est « excelsa : » quo modo legitur et in lib. *De Spiritu sancto* num. 14.

(49) *Christum suum*. Jacobus Basnagius tom. I *Anal. Lect.* Canisii pag. 202 « errasse » inquit interpretes, ac ipsos etiam Septuaginta, quod verterint, « Christum suum, » cum de « meditatione »

Dei loquatur propheta, non de Christo Dei; utitur enim voce משיחו. At quis tam vecors esse potest, ut existimet LXX Intt. legisse משיחו, dum verterent, « Christum suum »? Si quid ergo omnino reprehendere volebat Basnagius, ac suo illo verbo, « erraverunt, » tam confidenter abuti, non LXX interpretes, meo quidem judicio, objurgare debuit, sed librarios, qui in eorum codicibus scripserant non משיחו, sed משיחו id est, « Messiam suum, » nempe « Christum suum. »

(50) *Non ex persona*, etc. Accuratius ista nunc pertractans, atque altius repetens, quam in libro *De Spiritu sancto* num. 14, distinctius hic loquitur. Ibi enim dixisse contentus fuit : « Neque enim de Spiritu sancto propositus sermo prophetæ fuit, ut ex ipsa serie et contextu eloquii intelligitur. Siquidem Amos propheta (vox « propheta » concinnius fortasse hic omittitur in nostro codice) ex persona Dei, « Præparare, » inquit, « ad invocandum Deum tuum, » et reliqua.

(51) *Aut*. Codex : Ἡ περὶ τοῦ ἁγίου. Lego ἢ pro ἡ.

(52) *Ac nebulam*. Codex : ὄρθρου, ὁμίχλης. Legendum videtur : ὄρθρου καὶ ὁμίχλης.

Digitized by Google Распознавание текста

μαι· » δείκνυσι διὰ πάντων τούτων, ὡς εἰς τὸ ἀέριον ὁ λόγος ἀποτείνεται. Σπανίως γὰρ τὸ ἅγιον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ δίχα τοῦ συνάπτεσθαι αὐτῷ τὸ, ἅγιον, ἢ τὸ, τοῦ Θεοῦ, ἢ τὸ ἄρθρον, ἢ [208 a] τὴν μετοχὴν αὐτοῦ· ὡς ἡνίκα γράφει· « Πνεῦμα Ἠλία· » καὶ, « Πνεύματι περιπατεῖτε. » « Κτίζων » δὲ « Πνεῦμα » εἶπε, διὰ τὸ ἐπιγίνεσθαι τὸ ἀέριον, ὅταν καιρὸς καλῇ, πρὸς τὸ λυσιτελοῦν ταῖς χρείαις, δι' ἃς γέγονεν. Εἰώθαμεν γὰρ καὶ νῦν λέγειν· Ἐγένετο ἄνεμος πολύς· ἀλλ' οὐχ ὡς νῦν κτισθείς, ἀλλ' ὡς ἄρτι βίαιος ἐγερθείς.

A non vero, qui creavi (53) spiritum, et prius ponat (54) tonitrui firmationem, deinde spiritus creationem, ac præterea sine articulo τό (55), et sine voce, sanctum, nude sic loquatur: 427 κτίζων πνεῦμα, id est *creans spiritum;* apparet ex his omnibus, ad spiritum aerium pertinere quæ dicit. Raro enim (56) sanctus Dei Spiritus commemoratur, quin addatur vox sanctus, aut vox Dei, aut articulus τό nomini πνεῦμα conjungatur, aut ejusdem Spiritus participatio significetur: ut cum scribitur: « Spiritus Eliæ (57); » et: « Spiritu (58) ambulate. » Ideo autem dixit propheta, « creans spiritum, » quia exoritur (59) aerius spiritus, quando opportunitas, ac nostra utilitas id exposcit, ad ferendam in necessitatibus, propter quas factus est, opem. Consuevimus enim nunc quoque dicere: Factus est ventus multus: non quasi nunc creatus sit, sed quod vehemens nuper excitatus fuerit.

Προφητικῶς τοίνυν καὶ ὑστερομέσως ἐλέχθη ἀπὸ τοῦ θείου Πνεύματος οὕτως· « Κατέστρεψα ὑμᾶς, » τοῦτ' ἔστι, « τοὺς σκληροτραχήλους καὶ ἀπεριτμήτους τῇ καρδίᾳ « Ἰουδαίους, » καθὼς κατέστρεψεν ὁ Θεὸς Σόδομα καὶ Γόμορρα· » τὰς ἐσχηνυίας, φησὶν, οἰκήτορας, ὁμοίως Ἰουδαίοις ἀμεταμελῶς βεβιωκότας. Τοίνυν « ἑτοιμάζου τοῦ ἐπικαλεῖσθαι τὸν Θεόν σου, Ἰσραήλ· » δι, φησὶν, οὕπω καὶ τήμερον ἐκδήλως ἐπιγνοὺς ἐφάνης. Εἶλεγε δὲ τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. « Διότι ὁ

B Prophetice ergo, et verborum ordine aliquantulum inverso (60) loquitur Amos ex persona divini Spiritus in hunc modum: « Subverti vos; » id est, « duros cervice (61) et incircumcisos corde » Judæos: « sicut subvertit Deus Sodomam et Gomorrham; » quarum incolæ, inquit, similiter ac Judæi, ita vixerunt, ut nunquam resipuerint. Itaque « præpara te ad invocandum Deum tuum, o Israel: » quem nondum, inquit, usque ad hanc diem a te agnosci ma-

(53) *Non vero, qui creavi.* Affinia, imo eadem dictaverat in lib. *De Spiritu sancto* num 15: « Ego [rectius codex noster: *ergo*, ut totum locum perpendenti patebit] hoc quod dicitur, « Creo spiritum » æque arbitror positum, ac si diceretur, « Creans ventum.... » Bene autem quod in ipsa C sententia non ait, « Qui creavi, » sed, « Qui creo spiritum. » Si enim de substantialitate Spiritus sancti sermo esset, dixisset utique, « Qui creavi: » neque enim semper eumdem creat. »

(54) *Et prius ponat*, etc. Hanc rationem fusius exponit in lib. *De Spiritu sancto* num. 14. « Deus enim (inquit) qui se spiritum condere fuerat præloculus et facere; et tonitruum dixit firmare [codex noster aliter, nempe: *Deus enim qui se spiritum condere fuerat præloculus, pariter affatus est et tonitruum se firmare*], et diluculum, et nebulas [cod. noster: *nebulam*] facere. » Lege reliqua.

(55) *Sine articulo τό.* Hanc quoque rationem copiosius exornaverat in lib. *De Spiritu sancto* num. 15. « Neque enim frustra [ita editio Veronensis] sine articulo, qui in Græco sermone singularitatis significator est, nunc spiritus creatus dicitur; quoniam non est sanctus, cum pene semper Spiritus sanctus cum articulo nominetur, ut in illo, » αὐτὸ τὸ Πνεῦμα, id est, « ipse Spiritus testimonium perhibet spiritui nostro. » Et alibi: αὐτός ἐστιν τὸ ζωοποιοῦν, id est, « ipse est qui vivificat. » Et rursum, « Sic et quæ Dei sunt, nemo cognovit nisi τὸ Πνεῦμα, » id est, « Spiritus Dei: » τὸ γὰρ Πνεῦμα, hoc est, « Spiritus enim scrutatur omnia, etiam alta Dei. » Et multa quæ de Scripturis sacris excerpere possibile est. Placet autem hæc ipsa concinnius ex nostro codice exscribere: « Neque vero frustra sine articulo, qui in sermone Græco singularitatis significator est, nunc « spiritus creatus » dicitur; quoniam non est sanctus; cum pene semper Spiritus sanctus cum articulo nominetur; ut in illo: « Αὐτὸ τὸ Πνεῦμα (id est, « Ipse Spiritus ») testimonium perhibet spiritui nostro. » Et alibi: Τὸ Πνεῦμα (id est, « Spiritus ») est qui vivificat. » Et rursum: « Sic et quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi τὸ Πνεῦμα Θεοῦ (id est, « Spiritus Dei ») : τὸ Πνεῦμα γάρ (hoc est, « Spiritus enim ») omnia scrutatur, etiam alta Dei. » Et multa quæ de sacris Libris (aut Litteris: codex enim habet *liris*) excerpere possibile est. »

(56) *Raro enim*, etc. Hunc locum accuratius hic tractat, quam fecerat in lib. *De Spiritu sancto* num. 15, ubi tamen aliqua habet hisce simillima. « Quod sicubi raro, inquit, sine articulo nominatur Spiritus sanctus, sciendum est, cum additamento eum nominari significante magnificentiam ejus. Siquidem dicitur aliquando et sine articulo, cum non ipse per se, sed participatio ejus ostenditur: ut puta, « Spiritus Eliæ, » et « Spiritu ambulate, » et quæcunque his similia sunt. » Ita etiam codex noster, nisi quod pro « aliquando » habet « aliquoties, » quod nihil refert: ac voculas « per se » omittit. In enarratione vero in *Epist. 1 Joannis* cap. IV, simili modo accipit verba illa, « Spiritus Eliæ, » nimirum de participatione Spiritus sancti. « Unus et idem Spiritus Dei, inquit, est Patri unicus et Filio: qui pluraliter nominatur, in diversis describitur, qui eo participantur; quale est « Spiritus Eliæ, » et Spiritus uniuscujusque sanctorum: ita ut tanti Spiritus esse videantur, quanti sunt qui eo participantur. »

(57) *Spiritus Eliæ.* IV Reg. II, 16 (seu 15). D Ibi tamen legitur Ἠλίου, pro Ἠλία.

(58) *Spiritu.* Galat. V, 16.

(59) *Quia exoritur*, etc. In lib. *De Spiritu sancto* num. 14, 15 hæc habet: « Ut salutaris aura opportunis flatibus inspiret (codex noster habet *spiret*). » Et paulo post: « Deus quippe flatus hos, qui per aeris motum efficiuntur, dispositione sua duxit. » Et mox: « Nunc autem consequenter de flatu dictum est, « Qui creat, » quia non semel venti facti sunt, sed in eo quod subsistunt, quotidie fiunt. »

(60) *Verborum ordine aliquantulum inverso.* Græce, ὑστερομέσως· quam vocem Latinus sermo uno vocabulo reddere nequit. Tunc autem quis loquitur ὑστερομέσως, quando id quod medium in periodo ponitur, sic accipiendum est, quasi ponueretur extremum.

(61) *Duros cervice*, etc. Biblica locutio ex Act. VII, 51, desumpta.

Digitized by Google Распознавание текста

nifesto ostendisti. Designat autem propheta hoc in loco unigenitum Filium Dei. « Quia firmans (62) tonitruum, et creans spiritum, et faciens diluculum et nebulam, et ascendens ad excelsa terræ : Dominus Deus omnipotens, nomen ei : ecce annuntians (63) inter homines **428** Christum suum. » Quandonam (64) ergo, et quomodo annuntiavit eum? Quando dixit e cœlo : « Hic est Filius meus dilectus, in quo bene complacui. » Multis vero in locis unam ex tribus divinis hypostasibus de alia una aut duabus loqui constat, quod in primo λόγῳ (65) pluribus allatis Scripturæ testimoniis atque interpretationibus demonstratum est. Ac reipsa et in (66) memorata Amosi prophetia, paulo ante objecta verba, id ipsum observare licet ; ait enim : « Hæc dicit (67) Dominus : In tribus impietatibus filiorum Juda, et in quatuor non aversabor eos, ut sanem eos (68) ; legem Domini et præcepta ejus non servaverunt, et seduxerunt eos inania quæ fecerunt, quæ secuti sunt patres eorum post ipsa : et emittam ignem super Judam, et devorat fundamenta Jerusalem. » Oportebat ergo ut, si non de vento, saltem de proprio eorum spiritu (69) prophetam loqui putarent hæretici, cujus spiritus crebro divina oracula mentionem faciunt : ut cum Paulus Thessalonicensibus in prima Epistola scribit : « Ipse autem (70) Deus pacis sanctificet (71) vos perfectos ; A στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα, καὶ ποιῶν ὄρθρον καὶ ὁμίχλην, καὶ ἐπιβαίνων ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς γῆς· Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ · ἰδοὺ ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ. » Πότε οὖν, καὶ πῶς ἀπήγγειλεν αὐτόν; Ὅτε ἔφησεν ὑψόθεν· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα. » Πολλαχοῦ δὲ μία ἐκ τῶν τριῶν θείων ὑποστάσεων περὶ τῆς ἄλλης μιᾶς ἢ τῶν δύο λέγουσα φαίνεται, καθὰ ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ πλείοσιν ἀποδείξεσι τὸ περὶ τούτου κεφάλαιον ἡρμηνεύθη. Ἀμέλει καὶ τῆς μνημονευθείσης τοῦ Ἀμὼς προφητείας μικρῷ πρόσθεν τοῦτο εὑρίσκεται· φησὶν γάρ· « Τάδε λέγει Κύριος· Ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις υἱῶν Ἰούδα καὶ ἐπὶ ταῖς τέτταρσιν [208 *b*] οὐκ ἀποστραφήσομαι αὐτούς, ἕνεκα τοῦ ἰάσασθαι αὐτούς. Τὸν νόμον Κυρίου B καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ οὐκ ἐφύλαξαν · καὶ ἐπλάνησεν αὐτοὺς τὰ μάταια, ἃ ἐποίησαν, οἷς ἐξηκολούθησαν οἱ πατέρες αὐτῶν ὀπίσω αὐτῶν· καὶ ἐξαποστελῶ πῦρ ἐπὶ Ἰούδαν, καὶ καταφάγεται τὰ θεμέλια Ἱερουσαλήμ. » Δέον τοίνυν, εἰ μὴ περὶ τοῦ ἀνεμίου, περὶ γοῦν τοῦ ἰδίου αὐτῶν πνεύματος νομίζειν διαλέγεσθαι τὴν προφητείαν, οὗ πολλάκις τὰ λόγια μνημονεύει · ὡς ὅταν Παῦλος Θεσσαλονικεῦσιν ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ γράφει · « Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσῃ ὑμᾶς ὁλοτελεῖς· καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα ἄμεμπτον, ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τηρη-

(62) *Firmans.* Videtur hic accipere Didymus voces, ὁ στερεῶν, κτίζων, ποιῶν, ἀναβαίνων, ut C valeant, « qui firmat, qui creat, qui facit, qui ascendit, » non vero, « qui firmo, qui creo, qui facio, qui ascendo. » Quod mirum sane est in Didymo, qui superius segm. 114 *a* hæreticos objurgavit, quod vocem « ego » hic non legerent.

(63) *Ecce annuntians.* En illud quod ὑστερομέσως dictum fuisse affirmavit paulo ante : extrema itaque hic ponit Didymus quæ media Amos posuerat. Id ipsum vero, quamvis minus distincte atque explicate, indicaverat in libro *De Spiritu sancto* num. 15, ubi edita exemplaria hæc habent : « Et ad hoc respondendum est, quia quidam hæretici alium extra creatorem Dominum Patrem Salvatoris mentiuntur, hoc impiissime prædicantes : non sceleratam eorum suspicionem providentes a Deo percuti, dicente : Ego formans tonitruum, et creans spiritum, et alias mundi partes faciens, et gubernans, annuntio in homines Christum meum. » Codex noster pro « providentes » habet « providentur » : D quod si ejusdem codicis lectionem sequamur, ac mendosam vocem « providentur » emendemus, minus perplexa, imo multo concinnior erit sententia. Itaque sic lego ex eodem codice : « Et ad hoc respondendum est, quia quidam hæretici alium, extra Creatorem, Dominum Patrem Salvatoris mentiuntur, hoc impiissime prædicantes, nunc sceleratam eorum suspicionem providenter a Deo percuti, dicente : « Ego firmans tonitruum, et creans spiritum, » et alias mundi partes faciens et gubernans, « annuntio in homines Christum meum. »

64) *Quandonam . . . . annuntiavit?* etc. Non dissimili modo Ambrosius lib. II *De Spiritu sancto* cap. 6, segm. 57, « Addidit, inquit, quod nuntiaret in homines Christum suum : annuntiavit enim in baptismate, dicens : « Tu es Filius, » etc.

(65) *In primo* λόγῳ. Si primi λόγου nomine primum hujus operis librum denotat, respicit caput 18 ejusdem libri.

(66) *Et in*, etc. Codex, καὶ τῆς, etc. Lego καὶ ἐπὶ τῆς μνημονευθείσης.

(67) *Hæc dicit.* Amos II. 4, 5.

(68) *Ut sanem eos.* Græca editio : Ἕνεκα τοῦ ἀπώσασθαι τὸν νόμον, etc., id est, « quia repulerunt legem, » etc. Quæ est genuina LXX Interpretum translatio, ut patet ex Hieronymi commentariis in hunc locum. Alias parvi momenti varietates omitto. Conferat lector editionem Complutensem cum Didymo, et cum editione Francofurtensi.

(57) *Et humiles.* Non exstant hæc verba in Latinis Bibliis. Græca editio ea habet Isa. xlix, 13. Auctor tamen libri primi Machab. cap. xiv, hunc Isaiæ locum imitatus ait : Καὶ ἐστήριξε πάντας τοὺς ταπεινοὺς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, id est, ut legitur in Vulgata editione, « Et confirmavit omnes humiles populi sui. »

(58) *Sui.* In libro *De Spiritu sancto*, num. 28, edita exemplaria non habent hanc vocem : sed eam habet noster codex, item ut Biblia. « Salvator quoque, ait ibi Didymus, consolationem, e qua Spiritus sanctus « Paracletus » nuncupatus est, operatur in cordibus eorum qui ea indigent : scriptum est enim : » Et humiles populi [cod. noster *addit*, sui] consolatus est. « Unde et is qui hoc beneficium fuerat consecutus, eum prædicans, loquebatur : « Domine, secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificaverunt cor meum, » sive, « dilexerunt animam meam. » Utroque enim scriptum esse [nomen codex non habet vocem, *esse*] modo in diversis exemplaribus invenitur. »

(59) *Et ex persona.* Codex habet : καὶ ἡ ἐκ προσώπου. Legendum : καὶ ᾗ ἐκ προσώπου.

(60) *Domine.* Psal. xciii, 19. Hæc vox, Κύριε, omittitur in Græca editione et in Latinis Bibliis. Didymus vero eam legit etiam libro *De Sp. sancto* in verbis quæ modo attuli.

(61) *Cor meum.* Biblia tum Græca, tum Latina habent, τὴν ψυχήν μου, id est « animam meam. » Didymus in eo etiam, quem dixi, loco legit, « cor meum, » etsi alterius lectionis mentionem faciat.

(62) *Dedisti.* Psal. iv, 7. In libro etiam *De Sp. sancto*, num. 25, de consolatione ac hilaritate, quæ in nobis per Spiritum sanctum oritur, hæc verba intelligit, cum ait : « Consolatorem autem Spiritum sanctum dicit, ab operatione ei nomen imponens ; quia non solum consolatur eos, quos se dignos repererit, et ab omni tristitia et perturbatione reddit alienos ; verum incredibile quoddam gaudium et hilaritatem eis tribuit, in tantum ut possit quis Deo gratias referens quod tali hospite dignus habeatur, dicere : « Dedisti lætitiam in corde meo. »

(63) *Ipse.* II Thess. ii, 16, 17. Vide not. 17, pag. 56.

(64) *Commune est*, etc. Hæc eadem docet in lib. *De Sp. sancto*, num. 27.

(65) *Hæc scribo.* I Joan. ii, 1, 2.

(66) *Si autem et peccaverimus.* Græca editio : καὶ ἐάν τις ἁμάρτῃ, id est « ac si quis peccaverit. »

(67) *Deum.* Græca editio : Πατέρα, id est « Patrem. »

(68) *Si diligitis.* Joann. xiv, 15-18. Vide not 38, pag. 150.

Digitized by Google Распознавание текста

essentiam, sed secundum hypostasim. Deinde ex eo quod Filius prænuntiavit inquiens, « Mittam (69) vobis a Patre meo Spiritum veritatis, » apparet tres esse hypostases, et una complacentia atque concordia factam esse manifestationem seu adventum Spiritus sancti : sicut id ipsum indicari diximus antea et in illo capitulo : « Pater (70) mandatum mihi dedit, quid dicam, et quid loquar ; » et cum de Spiritu sancto dicitur : « A semetipso (71) non loquetur. » Sicut enim a Patre sejunctus non est Filius ex eo quod missus (72) sit, sic ne Spiritus quidem sanctus. Quod vero subjungitur, « Spiritus veritatis, » ostendit, eum vere esse Spiritum Dei, non vero spiritibus Deo famulantibus similem. Ac verba illa, « Qui a Patre procedit, » significant ipsum ab æterno et consubstantialiter ex paterna hypostasi editum esse ; omnis enim processio per æqualia et similia perficitur ; Filii autem ex Deo generatio, ac Spiritus ipsius processio in eo ab aliis processionibus secernitur, quod consubstantialiter facta sit. Iis vero verbis, « Ille vos docebit omnia, et rememorabit vobis omnia, quæ dixi vobis, » mandat ac monet, sicut superius dictum a nobis fuit, ut Spiritui sancto fides ne denegetur, qui venit post Christi Assumptionem et docuit. Quasi dicat : Nec enim ejus mens atque doctrina a mente ac doctrina mea discrepat, cum mihi etiam deitate conjunctus sit, imo unum et idem : communia vero Trinitatis sint documenta, et ea quæ ad salutem conducunt, dona : et quo sensu dixi illud : « Pater mandatum mihi dedit, quid dicam, et quid loquar, » quod (73) concordiam Trinitatis denotat ; eodem sensu dico etiam de Spiritu sancto : « De meo accipiet, et annuntiabit vobis. » Cum vero ait : « Si diligitis me, mandata mea servate, et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, » significat, semetipsum quoque, non vero solum Spiritum, vocari Paracletum ; ac, Si non servaveritis, inquit, mandata mea, indigni estis adventu Spiritus sancti, qui adventui meo non est dissimilis. Illa autem verba : « Spiritus veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt illum, nec cognoscit illum, vos vero cognoscitis eum, » ostendunt, mundanos 441 quidem, id est hæreticos, non posse illum accipere, quia ipsum non vident oculis fidei, neque cognoscunt illum, cum non glorificent et Deum : qui vero ipsum confitentur esse Deum, illos habere ipsum manentem apud semetipsos.

Quod vero ait, « Dabit vobis, » et, « Apud vos manet, et in vobis erit, » significat Spiritum sanctum et in cœlis et in terra, utpote Deum, ubique præsentem esse ; nam si et apud nos manet, et in nobis erit, et omnia implet, juxta Sapientiam inquientem, « Spiritus (74) Domini replevit orbem terrarum ; » quomodo nobis missus (75) est? Quod autem etsi hæc Filius diceret, cum ipso tamen

(69) *Mittam.* Joan. xv, 26.
(70) *Pater.* Joan. xii, 49.
(71) *A semetipso.* Joan. xvi, 13.
(72) *Missus.* De hac missione fusius loquitur Theologus noster in libro *De Sp. sancto*, num. 25 et 26.

ὑπόστασιν. Ἔπειτα δὲ τὸ προειπεῖν τὸν Υἱὸν, « Πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρός μου τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, » παρέστησεν τὰς τρεῖς ὑποστάσεις, καὶ ὡς εὐδοκίᾳ καὶ συμφωνίᾳ μιᾷ ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐγένετο παρουσία, ὡς καὶ ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ, « Ὁ Πατὴρ ἐντολήν μοι δέδωκεν, τί εἴπω, καὶ τί λαλήσω· » καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, « Ἀφ' ἑαυτοῦ οὐ λαλήσει, » προελέχθη. Ὡς γὰρ οὐκ ἀπέζευκται τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς πεμφθείς, οὕτως οὐδὲ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Τὸ δὲ προσκεῖσθαι, « Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, » διδάσκει ἀληθῶς αὐτὸ Πνεῦμα εἶναι τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐχ ὡς τὰ λειτουργικά. Τὸ δὲ ἔχειν, « Ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, » σημαίνει, ὡς ἀνάρχως καὶ ὁμοουσίως ἐκ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως ἐξεφάνη· πᾶσα γὰρ πρόοδος διὰ τῶν ἴσων καὶ ὁμοίων ἐπιτελεῖται· καὶ διαφερόντως ὁμοουσίως ἐγένετο ἡ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ γέννησις τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐκπόρευσις τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. Τὸ δὲ, « Ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα, καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα, ἃ εἶπον ὑμῖν, » παράγγελμά ἐστιν μὴ ἀπιστῆσαι τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, ἐλθόντι μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ καὶ διδάσκοντι· Οὐκ ἀπᾴδουσα γὰρ, φησὶν, τῆς ἐμῆς γνώμης καὶ διδασκαλίας ἔσται ἡ αὐτοῦ· ἐπειδὴ καὶ τῇ θεότητι ἡνωμένος καὶ ἐχομένος ἔχει· κοινὰ δὲ τῆς ἁγίας Τριάδος τὰ διδάγματα, καὶ τὰ πρὸς σωτηρίαν δωρήματα· καὶ ᾧ εἶπον τρόπῳ τὸ, « Ὁ Πατὴρ ἐντολήν μοι δέδωκεν, τί εἴπω, καὶ τί λαλήσω, » ἔστιν δὲ ὅτι συμφωνίας [215 *a*]· τῷ αὐτῷ φημι καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὅτι « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. » Τῷ δὲ εἰπεῖν· « Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσατε, κἀγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν, » ἐδήλωσεν μονονουχὶ καὶ ἑαυτὸν Παράκλητον ὀνομάζεσθαι, καὶ ὡς, Εἰ μὴ φυλάξητε, φησὶν, τὰς ἐμὰς ἐντολὰς, ἀνάξιοι τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοιτήσεως τυγχάνετε, ἥτις οὐκ ἀπᾴδει τῆς ἐμῆς ἐπιφανείας. Τὸ δὲ γράφειν, « Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν, ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτὸ, οὐδὲ γινώσκει αὐτό· ὑμεῖς δὲ γινώσκετε αὐτό, » ἔδειξεν, ὅτι οἱ μὲν κοσμικοὶ, τοῦτ' ἔστιν αἱρετικοὶ, οὐ δύνανται λαβεῖν αὐτὸ, ὅτι οὐ θεωροῦσιν αὐτὸ τοῖς τῆς πίστεως ὀφθαλμοῖς, οὐδὲ γινώσκουσιν αὐτὸ, μὴ δοξάζοντες ὡς Θεόν· οἱ δὲ ὁμολογοῦντες αὐτὸ εἶναι Θεὸν, ἔχουσιν αὐτὸ μένον παρ' αὐτοῖς.

Τὸ δὲ ἔχειν, « Δώσει ὑμῖν, » καὶ, « Παρ' ὑμῖν μένει καὶ ἐν ὑμῖν ἔσται, » ἐσήμανεν, ὡς καὶ ἄνω καὶ κάτω, ἅτε δὴ Θεὸς, πανταχοῦ παρὸν τὸ ἅγιον Πνεῦμά ἐστιν· εἰ γὰρ καὶ παρ' ἡμῖν μένει καὶ ἐν ἡμῖν ἔσται, καὶ πάντα πληροῖ, κατὰ τὴν σοφίαν λέγουσαν· « Πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκεν τὴν οἰκουμένην· » πῶς ἡμῖν ἀπεστάλη; Ὅτι δὲ καὶ λέγοντος αὐτοῦ ταῦτα, μετ' αὐτοῦ ἦν ὡς ὁμοούσιον, πάλιν αὐτὸς ἔπεισεν, ἐμφυ-

(73) *Quod... denotat.* Codex, ἔστιν δὲ ὅτι συμφωνίας. Legendum fortasse, ἔστιν δηλονότι συμφωνίας.
(74) *Spiritus.* Sap. i, 7.
(75) *Missus.* Missionem localem excludit : quod præstat etiam lib. *De Sp. sancto*, num. 25.

Digitized by Google Распознавание текста

σήσας εἰς τὰ πρόσωπα τῶν ἀποστόλων καὶ εἰπών· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον, » ὡς προείρηται. Τὸ δὲ, « Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς· ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, » ἐδίδαξεν, ὡς ὃν τρόπον τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἦν καὶ πρὸ τῆς γνωστῆς αὐτοῦ [215 *b*] ἐπιδημίας ἐν πᾶσιν, οὕτω καὶ μετὰ τὴν ἀνάληψιν ὁ Υἱὸς, ἐν ἀπεριγράφῳ μιᾷ θεότητι καὶ θελήσει τῶν ὑποστάσεων οὐσῶν, οὐκ αὐτὸς ὢν ἄμφω καὶ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ (ὡς ἐνόησεν Μοντανὸς, καὶ τούτῳ μάλιστα ἐπερείδεται τῷ μέρει τῆς Γραφῆς, μὴ βλέπων, μηδ' ἀκούων, ὡς ἄλλος περὶ ἄλλου καὶ ἄλλου προσώπου λέγει· « Ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ πέμψει ἄλλον Παράκλητον »)· ἀλλ' ὡς σὺν τῷ Πνεύματι παρὼν ἰδιοσύστατος, καθά ἐστιν ἀεὶ πανταχοῦ καὶ ὁ Πατήρ. Οὐ μέντοι ἐκ δευτέρου ἤδη ἐλθών, ᾗ πολλάκις καὶ τὴν ἐσομένην ἐν τῇ κρίσει δευτέραν ἄφιξιν αὐτοῦ ἐσήμανεν. Εὖ δὲ καὶ τὸ φάναι· « Ἐκεῖνος περὶ ἐμοῦ μαρτυρήσει. » Ἡ ἀλήθεια, φησὶν, περὶ τῆς ἀληθείας, καὶ ὁ Κύριος περὶ τοῦ Κυρίου, ὃν τρόπον περὶ τοῦ Πατρὸς εἶπεν· « Καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με Πατήρ. » Ταῦτα πάντα, καὶ πρὸ ὅλων τὸ λέγειν τὸν Δεσπότην, « Ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, » ὅπερ ἀνεπίληπτόν ἐστιν, οὐ κατὰ κοσμικὴν συνήθειαν νοεῖσθαι ὀφεῖλον, Μακεδόνιος παρεὶς, τῷ « Πέμψει » προσέδραμεν καὶ προσεχάρη. Ἐχέτω δὲ ἀπόκρισιν πρὸς τὰς τοιαύτας περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φωνὰς, ἣν αὐτὸς ἐρωτώμενος δώσει ἕνεκα τῶν περὶ τοῦ Υἱοῦ κειμένων ἁγίων Γραφῶν· καὶ τοῦτο γινώσκων, ὅτι μάλιστα μὲν οὐ πάντως ὁ λέγων, ἢ πέμπων, μείζων τοῦ ἀκούοντος, ἢ πεμπομένου καθέστηκεν· ἀλλὰ τὸν ἴσον καὶ ὁμότιμον πολλάκις εὑρίσκεταί τις ἀποστέλλων· οὐκ ἀπεικὸς δὲ ἐν ἀνθρώποις, τὸν παντοίας τέχνης δημιουργὸν, καὶ ἀμείνονα τυγχάνειν τοῦ δοκοῦντός τι λέγειν αὐτῷ, ἢ [216 *a*] πέμπειν αὐτόν. Ἔπειτα ὅτι καὶ ὁ μονογενὴς Θεὸς Λόγος ἐπέμφθη παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἢ τοῦ Πνεύματος, ὡς αὐτὸς παρὰ Ἡσαΐᾳ λέγει· « Ἐγώ εἰμι πρῶτος, καὶ ἐγώ εἰμι εἰς τὸν αἰῶνα· ἡ χείρ μου ἐθεμελίωσεν τὴν γῆν, καὶ ἡ δεξιά μου ἐστερέωσεν τὸν οὐρανόν. » Καὶ μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει· « Καὶ νῦν Κύριος ἀπέσταλκέν με, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. » Ὥστε οὐ πέμπεται κατὰ τὴν ἀποστόλων ἢ προφητῶν ἀποστολὴν τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἀλλ' ὡς Πνεῦμα αὐτοῦ· καὶ οὐδὲ μεταβατικῶς, ἐπειδὴ οὐδὲ ὁ Πατὴρ, οὗ τῆς ὑποστάσεως Πνεῦμά ἐστιν, πέρασι περιγέγραπται.

esset Spiritus sanctus utpote consubstantialis, rursus ipse Filius ostendit, cum insufflans in faciem apostolorum ait, « Accipite (76) Spiritum sanctum » sicut antea dictum est. Illis (77) autem verbis, « Non relinquam vos orphanos, venio ad vos, » docuit, quod quemadmodum Spiritus Dei, etiam antemanifestum suum adventum, erat in omnibus; sic Filius, etiam postquam in cœlos assumptus est, ubique est, cum unius incircumscriptæ Deitatis ac voluntatis sint hypostases; non quod ipse sit Pater, et Filius, et Spiritus Dei (ut commentus est Montanus, qui hoc maxime Scripturæ loco innititur, illud non videns, nec intelligens, quod manifestum est, alium nempe de alia et alia persona dicere: « Rogabo Patrem, et mittet alium Paracletum »), sed quatenus cum Spiritu sancto simul adest et ipse cum propria subsistentia, sicut semper ubique est etiam Pater. Nec vero quod ait, « Venio ad vos, » indicat eum secundo jam venisse; etsi sæpe hac ratione (78) futurum etiam in die judicii secundum sui ipsius adventum significaverit. Bene (79) autem se habet etiam quod dixit: « Ille de me testimonium perhibebit. » Nempe veritas, inquit, de veritate, et Dominus de Domino testimonium reddet. Simili modo de Patre ait: « Et testimonium (80) perhibet de me qui misit me Pater. » Omittit hæc omnia Macedonius, ac præsertim illa Domini verba omittit, « Rogabo Patrem, » quæ et reprehensione carent, neque juxta mundanam loquendi consuetudinem intelligi debent; his vero prætermissis arripit vocem, « Mittet, » atque in ea exsultat sibique blanditur. Illam vero ipsam is habeat responsionem, **442** dum hasce voces de Spiritu sancto dictas objicit, quam interrogatus dabit ipsemet similia sacræ Scripturæ loca de Filio dicta objicientibus. Ac illud etiam norit, sæpe quidem, sed non semper, neque necessario eum, qui dicit quasi præcipiat, aut qui mittit, majorem esse illo qui audit, aut mittitur; sed sæpe contingere, ut quis eum mittat, qui sibi æqualis et æquali honore dignus sit; neque vero absurdum esse, ut inter homines ille qui sit cujuslibet artis opifex, sit etiam major illo, qui ipsi aliquid dicere ac præcipere videatur, aut eum mittere. Deinde norit, etiam unigenitum Deum Verbum missum esse a Patre, aut a Spiritu; nam ipse apud Isaiam prius quidem dicit: « Ego sum (81) primus, et ego sum in sæculum: manus mea fundavit terram, et dextera mea firmavit cœlum: » tum vero post alia subdit: « Et nunc (82) Dominus misit me et Spiritus ejus. » Non mittitur itaque Spiritus Dei et Patris eo modo quo mittuntur apostoli (83), aut prophetæ, sed ut Spiritus ejus; nec mittitur ut aliunde ad alia transmigrans, quoniam ne Pater quidem, cujus hypostasis est Spiritus, terminis circumscriptus est.

ΚΕΦ. ΛΘ'.

Ἔτι σμικρύνοντες, καὶ τῷ ἑαυτῶν κακῷ καταχιβδηλεύοντες τὰ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὀνειδίζουσιν αὐτῷ καὶ ἄλλην θεΐκὴν φιλανθρωπίαν, ἣν Παῦλος

CAP. XXXIX.

Imminuere adhuc et in suam ipsorum perniciem adulterare ea quæ de Spiritu sancto scripta sunt, pergentes exprobrant eidem aliam quoque Dei in

(76) *Accipite.* Joan. xx, 22.
(77) *Illis autem.* Codex, τὸ δέ. Legendum fortasse, τῷ δέ.
(78) *Hac ratione.* Cod., ἡ πολλάκις. Lego, ᾗ πολλάκις.
(79) *Bene.* Similem habet locutionem in lib. *De Sp. sancto*, num. 15: « Bene autem quod in ipsa sententia non ait, Qui creavi, sed, « Qui creo. »
(80) *Et testimonium.* Joan. viii, 18.
(81) *Ego sum.* Isa. xlviii, 12, 13.
(82) *Et nunc.* Isa. xlviii, 16.
(83) *Quo mittuntur apostoli.* In libro *De Sp. sancto*,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

hi mines benignitatem, quam Paulus commemora- A ἔγραψεν, εἰπών· « Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα
vit, cum scripsit : « Emisit (84) Deus Spiritum αὐτοῦ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, κράζον· Ἀββά, ὁ Πα-
suum (85) in corda nostra (86) clamantem, Abba, τήρ. » Τὸ δὲ « Ἐξαπέστειλεν » τὴν συμφωνίαν, ὡς
Pater. » Verbum vero illud, « Emisit, » concordiam προελέχθη, σημαίνει· τὸ δὲ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν
consensumque significat, ut antea dictum est. Quod κράζειν, Ἀββά, ὃ ἑρμηνεύεται « Πατήρ, » τὴν τοῦ
autem in cordibus nostris Spiritus sanctus clamet, ἁγίου Πνεύματος εὐσπλαγχνίαν παρίστησιν, οἰκειό-
Abba, quod Latine vertitur Pater, Spiritus sancti τητα ἡμῖν παρέχουσαν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, ἐν
clementiam ac misericordiam ostendit, **443** qua τῷ ἀνθ' ἡμῶν καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ταύτην εἰρηκέναι τὴν
domesticos ac familiares nos reddit Dei ac Patris, φωνήν, τῶν τότε νηπίων ἔτι τυγχανόντων, καὶ γά-
eo quod vice nostra et pro nobis hanc vocem dixe- λακτι τρεφομένων, καὶ ἀπαῤῥησιάστων, διά τε τὴν
rit, qui adhuc infantes tunc eramus, et lacte nu- ἀρχαίαν παρακοὴν καὶ τὸ καταλεῖψαι Θεὸν ζῶντα,
triebamur, et fiducia carebamus cum propter vete- διά τε τὴν κακὴν τοῦ βίου ἀδιαφορίαν καὶ τὸ ἀνάξιον
rem inobedientiam, tum quia viventem Deum dere- εὑρίσκεσθαι τοιαύτην ῥῆξαι [216 *b*] πρόσρησιν· ὃν
liqueramus, tum quia in prava vitæ indifferentia τρόπον καὶ ὁ Υἱὸς ἐν τῇ οἰκονομίᾳ δι' ἡμᾶς πάντα
vivebamus, tum quia indigni inveniebamur qui in τὰ ἡμῶν ἀνεδέξατο. Ἀμέλει διὰ τῶν ἐφ' ἑξῆς καὶ
talem erumperemus compellationem. Simili modo B Θεὸν εἶπεν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ ἔδειξεν, ὡς διὰ τῆς
etiam Filius in incarnatione propter nos omnia προλεχθείσης αὐτοῦ φωνῆς ἐλευθερούμεθα, υἱοθετού-
nostra in se suscepit. Nimirum in iis, quæ sequun- μεθα, καὶ τῶν ἐπουρανίων κληρονομοῦμεν. Ἐπάγει
tur, et Deum dixit Paulus Spiritum sanctum, ac γὰρ εὐθὺς μετὰ τὸ εἰπεῖν, Ἀββά, ὁ Πατήρ· « Ὥστε
per dictam ejusdem Spiritus vocem nos liberari οὐκ ἔτι εἶ δοῦλος, ἀλλὰ υἱός· εἰ δὲ υἱός, καὶ κληρονό-
ostendit, et filios Dei effici bonorumque cœlestium μος διὰ Θεοῦ· » τοῦ κράζοντος ἡμῖν ἁγίου Πνεύμα-
hæredes. Etenim postquam dixit, « Abba, Pater, » τος. Ὅτι δὲ ἀνθ' ἡμῶν ἡ προλεχθεῖσά ἐστιν φωνή,
statim subdit : « Itaque (87) jam non es servus, sed ὁ αὐτὸς Ῥωμαίοις ἐπέστειλεν· « Εἰ δὲ Πνεύματι τὰς
filius : si autem filius, et hæres per Deum (88) : » πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε· ὅσοι γὰρ
per illum scilicet, qui nobis clamat, hoc est, per Πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοι υἱοὶ Θεοῦ εἰσιν· οὐ γὰρ
Spiritum sanctum. Quod autem vice nostra (89) ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλά-
Spiritus sanctus clamet, « Abba, Pater, » idem βετε Πνεῦμα υἱοθεσίας ἐν ᾧ κράζομεν· Ἀββά, ὁ Πα-
Paulus Romanis scripsit : « Si autem (90) Spiritu τήρ. » Ἐπειδὴ γὰρ, ὡς εἴρηται πολλάκις, κοινῇ παρὰ
opera corporis mortificaveritis, vivetis : quicunque τῆς ἁγίας Τριάδος πᾶσα ἡμῖν σωτηρία δεδώρηται, ὁ
enim Spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt : non μὲν Πατὴρ εἰς υἱοθεσίαν ἐκάλεσεν· ὁ δὲ μονογενὴς,
enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, C καὶ ἀληθινὸς, καὶ γνήσιος Υἱὸς ἀδελφοὺς προσηγό-
sed accepistis Spiritum adoptionis in filios, in quo ρευσεν· ἐπέτρεψεν δὲ ἐπικαλεῖσθαι ἑαυτῶν Πατέρα
clamamus, Abba, Pater. » Quoniam enim, ut sæpius τὸν Θεόν· τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα ἐνῴκησεν, ἐνήχησεν,
dictum est, communiter a sancta Trinitate ἐδίδαξεν, εἰρηκὸς, Ἀββά. « Αὐτὸς, φησὶν, διδάξει
omnis nobis salus donata est; Pater quidem ad ὑμᾶς, » καὶ, « Ὁδηγήσει εἰς πᾶσαν ἀλήθειαν. » Προσέτι δὲ
adoptionem in filios nos vocavit; unigenitus autem, καὶ ἀνεγέννησεν, καὶ ἠλευθέρωσεν ἀπὸ ἁμαρτίας καὶ
et verus ac genuinus Filius fratres denominavit, θανάτου, καὶ ἡγίασεν, καὶ υἱοὺς κατ' οἰκείαν ἀγαθό-
et permisit ut vocaremus nostrum Patrem Deum; τητα ἀνέδειξεν τοῦ Θεοῦ. Τοιγαροῦν πρινὴ παρ' αὐ-
Spiritus vero sanctus inhabitavit, inspiravit, do- τοῦ ἀναγεννηθῆναι διὰ τοῦ φωτίσματος, οὐδὲ λέγειν
cuit, dicens : *Abba*. « Ipse (91), inquit, vos doce- ἀρμόττει· « Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν [217 *a*] τοῖς οὐρα-
bit; » et : « Deducet (92) in omnem veritatem. » νοῖς. » Πρὸς δὲ τούτοις κράζει ἐν ταῖς καρδίαις

num. 23, eoplosius hæc edisseruerat; itaque hic ea tantum attingit. Hæc autem ibi leguntur : « Iste Spiritus sanctus consolator [concinnior videtur nostri codicis lectio : omittit enim vocem, *sanctus*] a Filio mittitur, non secundum angelorum, aut prophetarum, aut apostolorum ministerium, sed ut mitti decet a sapientia et veritate Spiritum Dei... Etenim Filius missus a Patre, non separatur, nec disjungitur ab eo, manens [concinnior nostri codicis lectio, *manens in illo*], et habens illum in semet ipso. Quin Spiritus veritatis [melius fortasse codex noster : *Qui Spiritus veritatis*] supradicto modo missus a Filio de Patre egreditur, non aliunde ad alia transmigrans. Impossibile quippe hoc pariter et blasphemum est : Si enim de loco ad locum egreditur Spiritus, et ipse Pater [codex noster mendose fortasse : *et ipse pariter*] in loco invenietur.... Sed quomodo Pater non consistens [cod. noster, *non consistit*] in loco, ultra omnem corporum est naturam [cod. noster : *cum ultra omnem corporum sit naturam*; voculam tamen, *sit*, addo ipse, cum ibi desit]; ita et Spiritus veritatis nequaquam locorum fine clauditur. » D

(84) *Emisit*. Galat. IV, 6. Vide not. 65, pag. 118

(85) *Spiritum suum*. Græca editio, ac Didymus ipse segm. 53 *a*, et alibi : « Spiritum Filii sui. »

(86) *In corda nostra*. Græca editio : εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, id est « in corda vestra. »

(87) *Itaque*. Galat. IV, 7.

(88) *Hæres per Deum*. Græca editio : κληρονόμος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ, id est « hæres Dei per Christum. » Sed in Latinis Bibliis legitur, ut legit Didymus.

89) *Vice nostra*. Scite Augustinus in *Collatione cum Maximino Ariano* : « Denique alio loco cum dicit Apostolus : « Clamantem, Abba, Pater; » alio loco dicit : « In quo clamamus, Abba, Pater : » exposuit, quid sit, « Clamantem, Abba, Pater, » dicendo : Ac per hoc quid est « clamantem, » nisi « clamare facientem ? »

(90) *Si autem*. Rom. VIII, 13-15.

(91) *Ipse*. Joan. XIV, 26.

(92) *Deducet*. Joan. XVI, 13.

Digitized by Google Распознавание текста

ἡμῶν, « Ἀββά, » τὰς κωφὰς αἱρετικῶν ἀκοὰς διδάσκων, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἐνοικῶν τοῖς πιστοῖς Θεὸς, κατὰ τὸ, « Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω· καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός· » κατὰ τὸν Ἀπόστολον γράφοντα· « Οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν ; » Αἱρετικοὶ δὲ τὸ, « Ὅσοι Πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοι υἱοὶ Θεοῦ εἰσιν, » καὶ ὅσα τοιαῦτα, περὶ τοῦ ἰδίου ἡμῶν πνεύματος, οὐ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰρῆσθαι βιάζονται. Κρίνει δὲ αὐτὸ ἡ ἐπαγωγὴ, ἔχουσα· « Οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε Πνεῦμα υἱοθεσίας. » Πάντως γὰρ ἔχοντες ἤδη τὸ ἴδιον ἡμῶν πνεῦμα, προσελάβομεν τὸ τῆς υἱοθεσίας ἅγιον Πνεῦμα.

A Ipse insuper nos regeneravit, et a peccato ac morte liberavit, et sanctificavit, et filios Dei pro sua bonitate fecit. Itaque priusquam ab ipso per illuminationem, id est per baptisma, regeneremur, ne convenit quidem (93) nobis dicere : « Pater noster, qui es in cœlis, » Ad hæc, in cordibus nostris clamat, « Abba, » Spiritus sanctus, surdis hæreticorum auribus insonans, ac eos docens, quod ipse est Deus ille, 444 qui inhabitat in fidelibus, juxta illud : « Inhabitabo (94) in eis, et in eis ambulabo ; et ero eorum Deus, et ipsi erunt mihi populus ; » et juxta Apostolum scribentem : « An nescitis (95), quod templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis ? » Hæretici vero illud, « Quicunque Spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt, » aliaque similia loca de proprio nostro spiritu, non de Spiritu sancto dicta esse contendunt. Sed eos refellunt quæ subjiciuntur : « Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis in filios. » Hinc enim perspicuum omnino est, nos, cum proprium nostrum spiritum jam haberemus, accepisse insuper Spiritum sanctum adoptionis in filios.

ΚΕΦ. Μ'.

Ἐθελεχθρῶς καὶ φιλαπεχθημόνως ἔχοντες πρὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, κακοφρόνως ἐκλαμβάνουσιν καὶ τὸ παρ' Ἰωάννῃ παρὰ τοῦ Σωτῆρος λεχθὲν περὶ αὐτοῦ· « Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. » Οὐ γὰρ θέμις, ὡς τὰ ἀνθρώπινα, οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ νοεῖν, οὐδὲ τῇ ὁμοιότητι τῶν καθ' ἡμᾶς λέξεων καὶ ἐννοιῶν τὸ θεῖον ἐνυβρίζειν, τὸ μηδαμῶς ἡμῖν προσεοικός. Δοξάσει οὖν, φησὶν, καθὸ τὰ αὐτὰ ὑμᾶς διδάξει, ἅπερ ἐγώ· ἐγὼ δὲ, ἅπερ ἤκουσεν ὁ Πατήρ· καὶ καθὸ ἀπὸ τῆς αὐτοῦ ἀφάτου [217 *b*] μεγαλειότητος ἐπιδείξει καὶ τῆς ἐμῆς θεότητος τὸ ἀμέγεθες· καὶ οὐ τούτῳ μόνῳ τῷ τρόπῳ, ἀλλὰ καὶ καθὸ γέγραπται· « Υἱὸς δοξάζει Πατέρα· » καὶ, « Δόξα ἡλίου τὸ φῶς· » καὶ ὡς εἶπον· « Δόξασόν με, Πάτερ· » καὶ ἀπεκρίθη μοι· « Ἐδόξασά σε, καὶ πάλιν δοξάσω. » Οὐ γὰρ ὑμνεῖ ὡς ἡ κτίσις· ἐπειδὴ τῇ θεότητι καὶ τῇ τιμῇ ἀλλήλων μὴ ἀφεστᾶσιν· οὐδὲ λαμβάνον ἀναγγέλλει τὸ οἰκονομοῦν ἡμῖν ἀφ' ἑαυτοῦ καθαρῶς ἀεὶ τὰ θεϊκὰ χαρίσματα, καὶ μὴ διωρισμένον τῇ φύσει τοῦ Πατρός. Ὥσπερ γὰρ ὁ διδοὺς Υἱὸς οὐδενὸς στερεῖται, οὐδὲ κενοῦται· οὕτω τὸ ἅγιον Πνεῦμα οὐ λαμβάνει, ὃ μὴ ἔχει, οὐδὲ ἀκοῦον λαλεῖ, τὸ μόνον εἰδὸς, κατὰ Παῦλον, τὰ τοῦ Θεοῦ· ἐνίησι δὲ μᾶλλον αὐτὸ σοφίαν καὶ σύνεσιν, ἐξ ἐμφύτων θείων κινημάτων, τοῖς ἐπαξίοις τοῦ δέχεσθαι· οὐδὲ παρ' ἑτέρου διδάσκεται, τὸ σοφίαν καὶ γνῶσιν προφητείας τοῖς ἀκεραίοις ἐπιπνέον· ὑπὲρ

CAP. XL.

B Cum inimico (96) atque hostili animo Spiritum sanctum insectentur, pravo sensu accipiunt etiam quod apud Joannem a Salvatore de ipso dictum est : « Ille (97) me glorificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis. » Nec enim fas est ut humana, sic etiam divina accipere, neque ob vocum ac sententiarum more nostro dictarum similitudinem divinitati, quæ nequaquam nobis similis est, injuriam inferre licet. Glorificabit ergo, inquit, quatenus eadem vos docebit, quæ ego ; ego autem quæ audivi a Patre (98). Glorificabit etiam quatenus per ineffabilem majestatem suam ostendet meæ quoque deitatis infinitatem. Glorificabit insuper eo sensu quo scriptum est : « Filius (99) glorificat patrem ; » et quo « Gloria solis (1) dicitur lux ; » et C quo dixi : « Glorifica (2) me, Pater, » et respondit mihi : « Glorificavi (3) te, et rursus glorificabo. » Nec enim hymnis Deum celebrat, ut facit creatura ; quia deitate, ac dignitate, atque præstantia non distat a Patre Filius : neque aliunde accipiens annuntiat is qui per seipsum pure ac munde nobis semper dispensat divina dona ; nec disjunctus natura est a Patre. Nam sicut Filius cum dat, 445 nulla re privatur (4), nec vacuus redditur ; ita Spiritus sanctus non accipit quod non habeat, neque prius audiens quæ ignoraret, deinde loquitur ; cum solus ea norit, juxta Paulum, quæ Dei

(93) *Ne convenit quidem.* Recte Alanus in Regulis theologicis in *Fasciculo anecdotorum* a me editis, regula 50, pag. 205 : « Aliquando (hoc nomen « Pater » prædicat) relationem ad hominem, secundum recreationem : ut cum dicitur : « Pater noster qui es in cœlis. »

(94) *Inhabitabo.* II Cor. VI, 16.

(95) *An nescitis.* I Cor. III, 16.

(96) *Inimico.* Codex, ἐθελεχθρῶς. Malim ἐθελέχθρως, paroxytone.

(97) *Ille.* Joan. XVI, 14.

(98) *Quæ audivi a Patre.* Codex, ἅπερ ἤκουσεν ὁ Πατήρ, id est « quæ audivit Pater. » Ego sic transD tuli quasi scriptum esset : ἅπερ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός. In libro tamen *De Sp. sancto* num. 36, hæc habet Didymus : « Loqui ergo Patrem, et audire Filium, vel e contrario, Filio loquente, audire Patrem, ejusdem naturæ in Patre et Filio consensusque significatio est. »

(99) *Filius.* Malach. I, 6.

(1) *Gloria solis.* I Cor. XV, 41 legitur : ἄλλη δόξα ἡλίου, id est « alia gloria » (nempe claritas) « solis. »

(2) *Glorifica.* Joan. XVII, 5. Vide et vers. 1 ejus capitis.

(3) *Glorificavi.* Joan. XII, 28.

(4) *Nulla re privatur.* Quæ hic attingit, copiosius

Digitized by Google Распознавание текста

sunt : sed ipse potius sapientiam et intelligentiam per divinas eique naturales motiones iis indit, qui eam recipere mereantur : neque ab altero quidquam discit qui simplicibus sapientiam et prophetiæ cognitionem inspirat ; quamlibet enim cognitionem excedit ejus deitas ; nam de ineffabili Trinitate abusive (5) talia dicta sunt. Itaque de se ipse etiam Salvator ait : « Sicut (6) audio, judico ; » et de ipso Joannes : « Qui (7) accepit ejus testimonium, obsignavit, quia Deus verax est : quem enim misit Deus, verba Dei loquitur, » id est, collaudat. Glorificatur autem et Spiritus sanctus cum per omnimodam cum Patre et Filio communionem ; tum per ea quæ minatur Filius inquiens de ipso : « Omne (8) peccatum et blasphemia remittetur hominibus, blasphemia autem in Spiritum non remittetur. »

A γνῶσιν γὰρ ἡ θεότης αὐτοῦ εὑρίσκεται· καταχρηστικῶς γὰρ οὕτω τὰ τοιαῦτα περὶ τῆς ἀῤῥήτου Τριάδος εἴρηται. Τοιγαροῦν καὶ περὶ ἑαυτοῦ ὁ Σωτὴρ ἔφη· « Καθὼς ἀκούω, κρίνω· » καὶ Ἰωάννης περὶ αὐτοῦ· « Ὁ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν ἐσφράγισεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν· ὃν γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς, τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ λαλεῖ· » ὅ ἐστι, συναινεῖ. Δοξάζεται δὲ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα διά τε τῆς πρὸς τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν περὶ ὅλα κοινωνίας, καὶ δι' ὧν ὁ Υἱὸς περὶ αὐτοῦ ἀπειλεῖ, ὅτι « Πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, ἡ δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα βλασφημία οὐκ [218 *a*] ἀφεθήσεται.

CAP. XLI.

Ac Montanistarum error in his positus est :

I. Primo temerarii isti divinatores aiunt unam esse personam trium divinarum hypostasium ; Montanus enim, inquiunt, dixit : Ego sum Pater, et Filius, et Paracletus. Quod ut probent, stultissime interpretantur quæ rectissime dixit Filius : « Ego (9) in Patre, et Pater in me ; » et : « Veniemus (10) ego et Pater meus, et mansionem apud eum faciemus ; » et : « Ego (11) et Pater unum sumus ; » et : « Qui (12) vidit me, vidit Patrem ; » et : « Paracletus (13), quem mittet Pater in nomine meo. » Sed hæc omnia, ut superius dictum est, unam et unam et unam personam significant cum propria subsistentia in una deitate et concordia. Nec enim ait : Ego et Pater unum sum, sed, « Unum sumus. » **546** His satis eorum dementia ac prava opinio refellitur.

II. Secundo cum Apostolus Corinthiis scripserit in prima Epistola : « Sive (14) prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur : ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus : cum autem venerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est, evacuabitur, » ipsi aiunt, Montanum venisse, et perfectum (15) (id est perfectionem) Paracleti, hoc est, Spiritus sancti, habuisse : nec ea quæ adduntur, attendunt ; statim enim hæc sequuntur : « Quando (16) eram parvulus, loquebar ut parvulus, cogitabam ut parvulus ; quando factus

B

ΚΕΦ. ΜΑ'.

Καὶ Μοντανιστῶν ἡ πλάνη ἐν τούτοις·

Α'. Πρῶτον, ὅτι ἀπομαντεύονται ἓν πρόσωπον εἶναι τῶν τριῶν θείων ὑποστάσεων· Μοντανὸς γὰρ, φησὶν, εἶπεν· « Ἐγώ εἰμι ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ ὁ Παράκλητος. » Καὶ πρὸς σύστασιν δῆθεν τούτου προφέρουσιν, πάσης ἰδιωτείας ἐπέκεινα νοοῦντες, ὅπερ θαυμασίως εἶπεν ὁ Υἱός· « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί· » καὶ, « Ἐλευσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ μου, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν· » καὶ, « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν· » καὶ, « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακεν τὸν Πατέρα· » καὶ, « Ὁ Παράκλητος, ὃν πέμψει ὁ Πατὴρ ἐν τῷ ἐμῷ ὀνόματι. » Ταῦτα δὲ πάντα, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται, ἓν καὶ ἓν καὶ ἓν πρόσωπον ἰδιοσυστάτως δηλοῖ ἐν μιᾷ θεότητι καὶ C συμφωνίᾳ. Οὐ γὰρ εἶπεν· Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν εἰμι, ἀλλὰ, « Ἕν ἐσμεν. » Καὶ κατηγορεῖ ταῦτα τῆς ἀνοίας αὐτῶν καὶ κακοδοξίας.

Β'. Δεύτερον, ὅτι τοῦ Ἀποστόλου γράψαντος Κορινθίοις ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ· « Εἴτε προφητεῖαι καταργηθήσονται, εἴτε γλῶσσαι παύσονται, εἴτε γνῶσις καταργηθήσεται· ἐκ μέρους γὰρ γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν· ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται· » ἐκεῖνοι λέγουσιν τὸν Μοντανὸν ἐληλυθέναι, καὶ ἐσχηκέναι τὸ τέλειον τὸ τοῦ Παρακλήτου, τοῦτ' ἔστιν τὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οὐ προσέχοντες [218 *b*] τοῖς προσκειμένοις. Ἔχει γὰρ εὐθύς· « Ὅτε ἤμην νήπιος, ἐλάλουν ὡς νήπιος, ἐλογιζόμην ὡς νήπιος· ὅτε γέγονα ἀνὴρ,

exposuerat in lib. *De Sp. sancto*, num. 36-38. Placet inde hæc exscribere : « Hanc opinionem sequentia Domini verba confirmant : Ille me clarificabit [cod. noster, *glorificabit*], id est, Paracletus, quia de meo accipiet. Kursum hic *accipere* ut divinæ naturæ conveniat [cod. noster, *convenit*] intelligendum. Quomodo ergo [cod. noster rectius fortasse : *Quomodo enim*] Filius dans non privatur his quæ tribuit, neque cum damno suo impertit aliis, sic et Spiritus non accipit quod ante non habuit. Si enim quod prius non habebat accepit [cod. noster, *accipit*], translato in alium munere vacuus largitor effectus est, cessans habere quod tribuit. »

(5) *Abusive*. Eadem docet lib. *De Sp. sancto*, num. 38.

(6) *Sicut*. Joan. v, 30. In lib. *De Sp. sancto*, num. 36, hæc legimus : « Ne quis illum a Patris et Filii voluntate et societate discerneret, scriptum est : Non enim a semetipso loquetur, sed sicut audiet loquetur [codex noster : *sicut audiet et loquetur*]. Cui etiam simile de se ipso Salvator ait : « Sicut audio, et (vocula *et* deest in nostro codice) judico. »

(7) *Qui*. Joan. III, 33, 34.

(8) *Omne*. Matth. XII, 31.

(9) *Ego*. Joan. XIV, 11.

(10) *Veniemus*. Ibid. 23.

(11) *Ego*. Joan. X, 30.

(12) *Qui*. Joan. XIV, 9.

(13) *Paracletus*. Ibid. 26.

(14) *Sive*. I Cor. XIII, 8-10.

(15) *Perfectum*. In Prosperi *Chronico* tom. I *Antiqq. lect.* Canisii pag. 282 hæc leguntur : « Hoc autem *Perfectum* in Montanum, et ejus prophetissas venisse delirant. »

(16) *Quando*. I Cor. XIII, 11 et 12.

Digitized by Google Распознавание текста

κατήργηκα τὰ τοῦ νηπίου. Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι· τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. Ἄρτι γινώσκομεν ἐκ μέρους· τότε δὲ ἐπιγνωσόμεθα, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθημεν. » Τοῦτ' ἔστιν· Ἅπερ νῦν ἀκούοντες ὑπὸ τῶν Γραφῶν πιστεύομεν εἶναι, μετὰ τὴν ἀνάστασιν τῇ ὄψει θεασόμεθα, καὶ τῷ πράγματι γνωσόμεθα, τῆς μερικῆς γνώσεως παυσαμένης· ἡ γὰρ γνῶσις, ἡ ἐξ ἀκοῆς, τῆς αὐτόπτου γνώσεως καὶ τῆς πείρας μέρος ἐστίν. Οἷον νῦν ἀκούοντες πιστεύομεν περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας τοῦ Δεσπότου, καὶ περὶ τοῦ βήματος αὐτοῦ, καὶ τῆς τρισμακαρίας φωνῆς· « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν· » τότε τῇ θέᾳ καὶ τῇ πείρᾳ μαθησόμεθα. Νῦν ἀκούοντες πιστεύομεν περὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων· τότε κατὰ πρόσωπον λειτουργοῦντας αὐτοὺς ὀψόμεθα. Νῦν ἀκούοντες πιστεύομεν, « Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· » τότε οὐκ ὄψονται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ἀπολαύσει αὐτῶν οἱ ἄξιοι γένωνται. Τὰ γὰρ νῦν κάτω τῆς ψυχῆς ἡμῶν ὄμματι τῶν ἐπουρανίων ἀφανῆ καθεστῶτα, ὁ μέλλων βίος φανερὰ ποιήσει. Ἀλλ' εἶπεν, φησίν, ὁ [219 *a*] Χριστός· « Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι· ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν· » καὶ, « Ἀφ' ἑαυτοῦ οὐ λαλήσει, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν· » καί, « Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει· » καὶ πάλιν· « Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς· ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. » Ἦλθεν οὖν ὅθεν, ὅταν Μοντανός. Οὐχ οὕτως δέ· μὴ γένοιτο! ἐπεὶ πρὸς τοῦτον τὸν ἀδιανόητον αὐτῶν λόγον εὑρίσκονται πρὸ Μοντανοῦ οἵ τε τὸν Χριστὸν ἐσχηκότες, οἵ τε ἀπόστολοι οἱ τὴν τάξιν δεξάμενοι παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν ἑαυτοῖς ἐσχηκότες λαλοῦντα τὸν Χριστὸν, καὶ οἰκοῦν τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν καὶ ἄλλοις παρέχοντες αὐτὸ κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν, καὶ μετὰ παῤῥησίας διδάσκοντες, καὶ παρὰ πᾶσιν πιστευόμενοι καὶ μὴ ὡς Μοντανὸς ἀπιστούμενος· οἵ τε ἀκούσαντες· « Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε· » μὴ ἐσχηκότες τὸν Χριστὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ἀλλὰ τὰ προκείμενα ῥήματα τοῦ Σωτῆρος τὴν ἰσοτιμίαν, καὶ τὴν συνῳδουσαν αὐτῷ διδασκαλίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος παριστᾷ. Τί δὲ σημαίνει τὸ, « Ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, » εἴρηται ἀνωτέρω· εἴχομεν γὰρ (εἰ καὶ ἔχουσιν οἱ ἄξιοι τελείως) τόν τε Χριστὸν τὸν εἰπόντα· « Ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς· » τό τε ἅγιον Πνεῦμα, περὶ οὗ εἶπεν· « Ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος. » Οὐδὲ γὰρ ἀτελές τι ἐπλεῖ ὁ Δεσπότης, ἐμφυσῶν μετὰ τὴν ἀνάστασιν εἰς πρόσωπα τῶν ἀποστόλων, καὶ λέγων [219 *b*]· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· » οὐδ' ἐψεύδετο, ἢ αὐτὸς λέγων· « Ὅτι παρ' ὑμῖν μένει, καὶ ἐν ὑμῖν ἐστιν· » ἢ Ἀπό-

A sum vir, evacuavi quæ erant parvuli. Videmus enim nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem : nunc cognoscimus ex parte, tunc autem cognoscemus sicut et cogniti sumus. » Id est : Quæ nunc e Scripturis audientes vera esse credimus, ea post resurrectionem oculis nostris videbimus, et re ipsa cognoscemus, cessante tunc cognitione illa, quæ ex parte est ; nam cognitio, quæ ex auditu acquiritur, pars est cognitionis, quam ex ipsa rei visione et experientia comparamus. Ita nunc audientes credimus quæ de secundo Domini adventu prædicta sunt, et de ejus tribunali, ac beatissima illa voce, « Venite (17), benedicti Patris mei, possidete ut hæredes paratum vobis regnum ; » tunc vero per visionem et experientiam ista di-
B scemus : nunc audientes credimus quæ de sanctis angelis scripta sunt ; tunc ipsosmet Deo servientes coram videbimus : nunc audientes credimus « Quæ (18) oculus non vidit, nec auris audivit, et in cor hominis non ascenderunt quæcunque præparavit Deus diligentibus ipsum ; » tunc qui digni erunt, non solum ea videbunt, sed et iis fruentur (19) : nam cœlestia, quæ in terra nunc animæ nostræ oculo abscondita sunt, in futura vita fient nobis manifesta. At dixit, inquiunt, Christus : « Adhuc (20) multa habeo dicere vobis, sed non potestis portare modo ; cum autem venerit ille, Spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem ; » et : « A semetipso (21) non loquetur, sed de meo accipiet, et annuntiabit vobis ; » et : « Ille (22)
C me glorificabit. » Et rursus : « Non (23) relinquam vos orphanos, venio ad vos. » Tunc ergo sane venit, 447 quando Montanus venit. At non ita se res habet : absit! alioquin illud consequetur, si stulta eorum ratiocinatio attendatur, ut Christum, ac Spiritum sanctum ante Montanum non habuerint neque ii qui Christum habuerunt, nec apostoli qui suam ipsorum dignitatem a Deo acceperunt et loquentem in seipsis Christum, atque habitantem Spiritum Dei habuere, et per manuum impositionem aliis quoque ipsum juxta illius voluntatem præbuerunt, et libere atque animose docuerunt, ita ut fides eis ab omnibus habita sit, non vero denegata (24), ut Montano ; nec ii demum, quibus
D dictum fuit : « Quotquot (25) in Christum baptizati estis, Christum induistis. » Sed Filio æqualem esse Spiritum, et hujus doctrinam doctrinæ illius consonam esse allata Salvatoris verba denotant. Quid vero significet illud, « Venio ad vos, » superius dictum est. Habuimus enim (quanquam perfecte non habent nisi qui digni sunt) et Christum qui dixit, « Venio ad vos, » et Spiritum sanctum, de quo is dixit : « Cum venerit ille . » Nam neque

(17) *Venite.* Matth. xxv, 34.
(18) *Quæ.* I Cor. II, 9.
(19) *Fruentur.* Pro γένονται legendum fortasse γενήσονται [vel γένωνται].
(20) *Adhuc.* Joan. xvi, 12, 13.
(21) *A semetipso.* Ibid. 13.
(22) *Ille.* Ibid. 14.
(23) *Non.* Joan. xiv, 18.
(24) *Denegata.* Codex, ἀπιστούμενος. Legendum fortasse, ἀπιστούμενοι.
(25) *Quotquot.* Galat. III, 27.

Digitized by Google Распознавание текста

imperfectum quid faciebat Dominus, cum insufflabat post resurrectionem in facies apostolorum dicens : «Accipite (26) Spiritum sanctum ; »nec mentiebatur aut ipse, cum aiebat : « Apud (27) vos manet, et in vobis est ; » aut Apostolus, cum scribebat : « An nescitis (28) quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis? » aut Sapientia, cum ait : « Spiritus (29) Domini replevit orbem terrarum, et quod continet omnia, scientiam habet vocis. » Nec præterea Montano imperfectiores erant apostoli, nec sancti, qui ante apostolos exstitere. Ibi autem in Pentecoste apparuit, ubi jam erat, is qui omnia continet Spiritus sanctus, et susceptus est, ut testantur Acta his verbis : « Audientes (30) autem qui in Jerosolymis erant apostoli, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et Joannem, qui descendentes oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum : nondum enim in quemquam illorum venerat ; sed baptizati tantum erant in nomine Domini nostri Jesu Christi. Tunc imponebant manus super eos, et accipiebant Spiritum sanctum. » Et sicut Filius semper quidem ubique erat, postquam tamen in mundum venit, perfecte cognitus fuit et glorificatus ; sic etiam Spiritus sanctus semper quidem omnia implebat et continebat, sed post **448** suum in Pentecoste adventum perfectius cognitus fuit et glorificatus.

A στολος γράφων· « Οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; » οὔτε ἡ Σοφία λέγουσα· « Πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκεν τὴν οἰκουμένην· καὶ τὸ συνέχον τὰ πάντα, γνῶσιν ἔχει φωνῆς. » Οὔτε μὴν ἀτελέστεροι Μοντανοῦ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρὸ αὐτῶν ἅγιοι ἐτύγχανον ὄντες. Ἐπεφάνη δὲ τῇ Πεντηκοστῇ, ἔνθα καὶ ἤδη ἦν τὸ πάντα συνέχον ἅγιον Πνεῦμα, καὶ ἐδέχθη, ὡς ἔχουσιν αἱ Πράξεις οὕτως· « Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις ἀπόστολοι, ὅτι δέδεκται ἡ Σαμάρεια τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀπέστειλαν πρὸς αὐτοὺς τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην· οἵτινες καταβάντες, προσηύξαντο περὶ αὐτῶν, ὅπως λάβωσιν Πνεῦμα ἅγιον· οὐδέπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκός· μόνον δὲ βεβαπτισμένοι ὑπῆρχον εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τότε ἐπετίθεσαν τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐλάμβανον Πνεῦμα ἅγιον. » Καὶ ὃν τρόπον ὁ Υἱὸς ἀεὶ μὲν πανταχοῦ παρῆν, ὅμως δὲ μετὰ τὴν ἐν κόσμῳ ἐπιδημίαν τελείως ἐπεγνώσθη καὶ ἐδοξάσθη· οὕτω καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἀεὶ μὲν πάντα ἐπλήρου καὶ συνεῖχεν, μετὰ δὲ τὴν ἐν τῇ Πεντηκοστῇ ἐπιφοίτησιν αὐτοῦ τελειότερον ἐπεγνώσθη καὶ ἐδοξάσθη.

III Tertio ostendere nituntur et Montanum perfectionem Paracleti habuisse, et Priscillam ac Maximillam prophetissas (31)..... scripserunt Montano. Itaque inquiunt : Vos non creditis, post primam Domini manifestationem ullos esse prophetas (32) : at vero Salvator, inquiunt, dixit : « Ecce (33) ego mitto ad vos prophetas, et sapientes, et scribas, et ex eis occidetis, et crucifigetis in synagogis vestris. » Verum non ita hæc intelligenda sunt, ut ipsi putant : sed de apostolis loquitur Christus, qui multa et de novissimis temporibus, et de regno cœlorum futura prænuntiarunt : ex quorum etiam numero nonnulli occisi sunt ut Stephanus et Jacobus, nonnulli crucifixi ut Petrus, nonnulli flagellati ut Paulus. Fortasse (34) vero sapientum nomine martyres et episcopomartyres designavit. Prophetidas autem novit Scriptura quatuor Philippi filias, Deboram, Mariam sororem Aaronis, et Deiparam Mariam (35) quæ dixit, ut inquit Evangelium : « Ex hoc (36) tempore beatam me dicent omnes mulieres (37) et generationes : » libros vero ab iis conscriptos, et earum nominibus inscriptos non novit : quin etiam id vetuit Apostolus in prima ad Timotheum Epistola scribens : « Mulieribus (38) docere non permitto ; »

Γ'. Τρίτον ὅτι κατασκευάζοντες δεῖξαι, τόν τε Μοντανὸν ἐσχηκέναι τὸ τέλειον τοῦ Παρακλήτου, τήν τε Πρισκίλλαν καὶ Μαξιμίλλαν προφήτιδας. . . . . ἔγραψαν Μοντανῷ. Λέγουσιν, ὅτι ὑμεῖς [220 *a*] οὐ πιστεύετε μετὰ τὴν πρώτην ἐπιφάνειαν τοῦ Δεσπότου εἶναι προφήτας· εἶπεν δὲ, φησὶν, ὁ Σωτήρ· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω πρὸς ὑμᾶς προφήτας, καὶ σοφοὺς, καὶ γραμματεῖς· καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε, καὶ σταυρώσετε, καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν. » Λέγει δὲ, οὐχ ὡς ἐκεῖνοι νομίζουσιν, ἀλλὰ τοὺς ἀποστόλους προειπόντας πολλὰ τῶν μελλόντων καὶ τῶν ἐσχάτων καιρῶν, καὶ τῆς ἐν οὐρανοῖς βασιλείας· ἐξ ὧν καὶ ἀπεκτάνθησαν, ὡς Στέφανος καὶ Ἰάκωβος· καὶ ἐσταυρώθησαν, ὡς Πέτρος· καὶ ἐμαστιγώθησαν, ὡς Παῦλος. Ἔσθ' ὅτε δὲ εἶπεν καὶ τοὺς μάρτυρας καὶ τοὺς σοφοὺς ἐπισκοπομάρτυρας. Προφήτιδας δὲ οἶδεν ἡ Γραφὴ τὰς Φιλίππου τέσσαρας θυγατέρας, τὴν Δεβόρραν, Μαριὰμ τὴν ἀδελφὴν Ἀαρὼν, καὶ τὴν Θεοτόκον Μαριὰμ, εἰποῦσαν, ὡς τὸ Εὐαγγέλιον εἶπεν· « Ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσίν με πᾶσαι αἱ γυναῖκες καὶ αἱ γενεαί· » βίβλους δὲ συνταγείσας ἐξ ὀνόματος αὐτῶν οὐκ οἶδεν· ἀλλὰ καὶ ἐκώλυσεν ὁ Ἀπόστολος, Τιμοθέῳ τὸ πρῶτον γράφας· « Γυναικὶν διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω· » καὶ πάλιν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους

(26) *Accipite.* Joan. xx, 22.
(27) *Apud.* Joan. xiv, 17.
(28) *An nescitis.* I Cor. iii, 16.
(29) *Spiritus.* Sap. i, 7.
(30) *Audientes.* Act. viii, 14-17.
(31) *Prophetissas.* Desunt hic duo aut tria verba in codice, quod litteræ evanuerint.
(32) *Esse prophetas.* Lege quæ doctissimus cardinalis Ursius scripsit de hac Montanistarum doctrina in « Dissertatione apologetica pro SS. Perpetuæ Felicitatis, etc. Orthodoxia » cap. 2.
(33) *Ecce.* Matth. xxxiii, 34.
(34) *Fortasse.* Græca hic obscura sunt. Ego sic transtuli, quasi scriptum esset : Μήποτε δὲ εἶπεν σοφοὺς καὶ τοὺς μάρτυρας καὶ τοὺς ἐπισκοπομάρτυρας.
(35) *Mariam.* Hieronymus pag. 117, tom. IV ed. Veronensis eodem plane modo loquitur.
(36) *Ex hoc.* Luc. i, 48.
(37) *Mulieres, et.* Biblia non habent has voces.
(38) *Mulieribus.* I Tim. ii, 12. Græca editio, γυναικί, id est « mulieri. »

Digitized by Google Распознавание текста

πρώτῃ Ἐπιστολῇ· « Πᾶσα γυνὴ προσευχομένη καὶ προφητεύουσα ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ, καταισχύνει τὴν κεφαλήν· » ὅ ἐστιν, μὴ ἐξεῖναι γυναικὶ ἀναίδην ἐξ οἰκείας προστάξεως βίβλους συγγράφειν καὶ ἐ . . . . . δάσκειν καὶ τούτῳ ὑβρίζειν τὴν [220 *b*] κεφαλὴν, τοῦτ' ἔστιν τὸν ἄνδρα· « Κεφαλὴ » γὰρ « γυναικὸς, ὁ ἀνήρ· κεφαλὴ δὲ ἀνδρὸς, Χριστός. » Καὶ ἡ κατασιγάζουσα τὰς γυναῖκας αἰτία πρόδηλος· ἐπειδὴ ἡ ἐξ ἀρχῆς τῆς γυναικὸς διδασκαλία οὐ καλῶς τὸ κοινὸν ἔβλαβε γένος. « Ὁ » γὰρ « ἀνὴρ, » ὡς γράφει ὁ Ἀπόστολος, « οὐκ ἠπατήθη, ἀλλ' ἡ γυνή. » Ὥστε παρὰ πάντας Μοντανὸς οὐδὲ ἔγνω, οὐδὲ ἔσχεν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τοῦτο οἰηθείς· καὶ ταῦτα, μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος, καὶ τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, πλέον ἢ μετὰ ἑκατὸν ἔτη γενόμενος ἱερεὺς, πρῶτον εἰδώλου καὶ οὕτω τὴν τυφλὴν ταύτην εἰσηγησάμενος αἵρεσιν. Τοσαῦτα πρὸς τὰς ἄλλας αἱρέσεις, ὡς οἷόν τε, σωφρόνως διαμαχόμεθα· ἔστιν δέ τις καὶ ἄλλη γυμνὴ κεφαλὴ τῇ ἀληθείᾳ μαχομένη· οὐδὲ αὐτὴν ἡμῖν καταλειπτέον ἀνέλεγκτον.

A et rursus in prima ad Corinthios : « Omnis (39) mulier orans, et prophetans non velato capite, deturpat caput : » quod significat, non licere mulieri ex propria compositione libros fidenter conscribere, et in Ecclesia (40) docere, atque hac ratione injuriam capiti inferre, id est, viro : « Caput (41) » enim « mulieris est vir : caput autem viri, Christus. » Quam vero ob causam mulieres tacere jubeantur, manifestum est. Nimirum doctrina initio a muliere profecta universo hominum generi nocuit (42). Ut enim scribit Apostolus (43), non vir deceptus fuit, sed mulier. Itaque Spiritum sanctum minime omnium 449 cognovisse, aut habuisse dicendus est Montanus, cum ita senserit, ac centum quidem, atque eo amplius annis post ascensionem Salvatoris, et Spiritus sancti adventum, factus primum doli sacerdos (44), tum cæcæ hujus hæreseos auctor et doctor. Ita adversus alias hæreses modeste ac sapienter, ut possumus, pugnamus. Verum est et aliud quoddam nudum caput, quod veritati bellum movet ; ne hoc quidem irreprehensum relinquendum est (45).

B

ΚΕΦ. ΜΒ'.

Περὶ γὰρ τοῦ Μανιχαίων ψυχοφθόρου δόγματος ἄμεινον μὲν ἦν σιωπᾷν, ἢ λέγοντα δεικνύναι πηλίκα εἰς τὸ θεῖον ἔπταισεν ἀνθρώπου φύσις, καὶ εἰς ἀκοὰς φέρειν, ἃ εἴθε μηδὲ ἐκεῖνοι τῷ ἔργῳ μετήρχοντο, μηδὲ εἰς ἡμᾶς, τὰ μὲν πείρᾳ, τὰ δ' ἀκοῇ ἐληλύθει. Γράφει γάρ· « Μὴ ἀποκρίνου ἄφρονι κατὰ τὴν ἀφροσύνην αὐτοῦ. » Ἵνα δὲ μή τις, ἢ ἄκων τῷ κακῷ περικέσῃ, ἢ ὑπολάβῃ οἱστὰ εἶναι τὰ κατ' αὐτοὺς, ἀνάγκη τοῦ δόγματος τοσοῦτον ἐφάψασθαι, ὅσον ἱκανόν ἐστι τὸ βλαβερὸν τοῦ δόγματος γνωρίσαι τοῖς ἐντυγχάνειν [221 *a*] ὀφείλουσι· δηλαδὴ, ἐκ τῶν λεχθησομένων στοχάζεσθαι τὰ σιωπώμενα, καὶ μακρὰν φεύγειν τήνδε τῆς θρησκείας ἀπώλειαν, καὶ τὸ ποτὲ συναυλίζεσθαι τοιούτοις ταύτην ἐπιτηδεύουσιν. Καὶ γὰρ καὶ οἱ ἰατροὶ τὴν τῶν δηλητηρίων οὐκ ἀναίνονται γνῶσιν, οὐχ ἵνα τις χρήσηται, ἀλλ' ὅπως εἰδὼς αὐτὰ φύγῃ. Τοῦτο τοίνυν τὸ δόγμα ἔκροιά τίς ἐστι τοῦ ἐξελθόντος βορβόρου ἀπὸ Σίμωνος, τοῦ ἐκ Σαμαρείας Μάγου, τοῦ μηδὲ τὸν κόσμον τοῦ Θεοῦ εἶναι ποίημα, ἀλλ' ἀγγέλων, μηδ' ἀνάστασιν ἔσεσθαι διδάξαντος, καὶ ἀδιάφορον ὀφείλειν εἶναι πρὸς πάσας τὰς γυναῖκας τὴν μίξιν εἰσηγησαμένου, καὶ εἰς τοῦτο μανίας ἐλάσαντος, ὥστε τὸ τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν καὶ μεγάλου Θεοῦ ὄνομα ὑποδῦναι· διὰ ταῦτά τε τιμωρίαν αἰωνίως ἀποτινύοντος, καὶ εἰς τὸν πολυθρύλητον καὶ ζοφώδη τάρταρον ἐνδίκως κατενεχθέντος. Καὶ μέντοι καὶ προσθήκη τῷ δόγματι γέγονέν ποτε Με-

CAP. XLII.

Nam de Manichæorum dogmate animas corrumpente tacere quidem satius esset, quam dicendo ostendere, quantum in divinitatem deliquerit humana natura, et illa ad hominum aures ferre, quæ utinam nec isti unquam reipsa perpetrassent, neque partim experientia (46) nobis comperta forent, partim ex auditu ad nos pervenissent. Scriptum est enim : « Ne respondeas (47) stulto juxta stultitiam ejus. » Sed ne quis aut imprudens in hoc re malum labatur, aut tolerabilia esse suspicetur quæ illi docent, necesse est hujusmodi dogma tantum attingere quantum satis est, ut qui hæc lectori sunt, intelligere valeant, quam perniciosum sit atque pestiferum ; et ex iis quæ dicemus, conjicere quæ tacebimus, longeque ab hac superstitionis perditione effugere, ac nunquam cum hujusmodi hominibus tam fœda instituta profitentibus versari. Nam ne medici quidem venenorum cognitionem recusant, non ut eis quis utatur, sed ut illa noscens eadem fugiat. Hoc ergo dogma emanatio quædam est illius luti, quod e Simone Mago Samaritano derivatum est, qui mundum non a Deo, sed ab angelis factum esse docuit, et resurrectionem futuram esse negavit, et promiscuam cum omnibus mulieribus mistionem esse debere prædicavit, atque eo furoris venit, ut Christi nostri, et magni Dei nomen usurpaverit ; propter quæ sempiternum

C

D

(39) *Omnis.* I Cor. xi, 5.

(40) *In Ecclesia.* Vacuum codicis intervallum impleo legens, ἐν ἐκκλησίᾳ διδάσκειν.

(41) *Caput.* Ex I Cor. xi, 3.

(42) *Nocuit.* Pro ἔβλαβε lego ἔβλαβε.

(43) *Apostolus.* I Tim. ii, 14.

(44) *Sacerdos.* Montanum Didymus idoli sacerdotem vocat, Hieronymus vero in epist. xli, *ad Marcellam* « abscissum et semivirum. » Videtur ergo fuisse sacerdos Cybeles, quæ in Phrygia maxime colebatur, et spadones habebat sacerdotes.

(45) *Relinquendum est.* Codex, καταληπτέον. Lego καταλειπτέον.

(46) *Experientia.* Didymi tempore Ægypti dux fuit Sebastianus Manichæus, cui scriptæ sunt plures Libanii epistolæ. Multos vero Alexandriæ Manichæos tunc fuisse colligo ex Hieronymi epistola 82 *ad Theophilum*, et ex cap. 54 *Historiæ Lausiacæ*.

(47) *Ne respondeas.* Prov. xxvi, 4.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

illi supplicium inflictum est, ac merito in tenebricosum omniumque sermone notissimum tartarum (48) delatus fuit. Sed additamentum etiam dogmati postea
450 factum est cum a Menandro (49) et Saturnino (50), qui post Simonem exstiterunt, atque nonnullis quidem ab eo dissenserunt, sed prædictam turpitudinem confirmarunt, et ab angelis mundum factum esse similiter arbitrati sunt, ac docere insuper ausi sunt, justum quidem esse Deum Filium, injustum vero, et a mundi creatione ac providentia alienum illum, ex quo omnia, bonum Deum Patrem ; tum a Basilide, qui hoc deliramentum a magistro didicit, et de suo addidit, CCCLXV cœlos esse angelorum nomina habentes ; quare sanctum (inquiunt) nomen Arbasax (51) (sic enim vocant) CCCLXV calculorum esse invenies, si computum iniveris ; tum a Carpocrate, qui posterioribus temporibus ista confirmavit, et auctarii loco spurcissimum commentum protulit, quod nisi quis per cujusvis instituti peccata deveniens omnium dæmonum voluntatem perfecerit, non potest principatus et potestates prætergredi, atque in supremum cœlum pervenire : tum præterea a Valentino, qui et commemoratos hæreticos secutus est, et iis qui fidem ejus imposturis adhibuerunt, Christum e cœlo corpus tulisse persuasit, atque istiusmodi fabulam finxit, quod nempe Bythus Sigen generavit; tum ex hac quoddam verbum Jovis, qui apud Græcos colitur, ipse fabricavit, et triginta Æones introduxit, quos vocavit deos : quoniam, inquit, scriptum est (52) Jesum baptizatum fuisse, « cum esset quasi annorum triginta ; » quod tamen nullo modo absurdam ejus opinionem probat : insuper vero androgynum esse ait ultimum ex XXX Æonibus, hunc que sapientiam esse, quæ primum Deum cum videre voluerit, et a splendoribus ejus perculsa sit, e cœlis excidit, et ex trigesimo numero ejecta est, ac plorans genuit ex proprio fletu diabolum, et suum casum deflens (53), mari supposita fuit ; utque trigesimus impleretur numerus, octo et viginti Æones. . . . . .

A ἀνδρου καὶ Σατορνίλου τῶν μετὰ Σίμωνα, κατά τι μὲν διενεχθέντων πρὸς τὰ ἐκείνῳ δόξαντα, βεβαιωσάντων δὲ τὴν προλεχθεῖσαν αἰσχρουργίαν, καὶ ὑπὸ ἀγγέλων τὸν κόσμον γεγενῆσθαι ὁμοίως ἐκθεμένων, καὶ τολμησάντων δογματίσαι, δίκαιον μὲν ὑπάρχειν τὸν Θεὸν Υἱὸν, ἄδικον δὲ καὶ ἀλλότριον τῆς τοῦ κόσμου δημιουργίας τε καὶ προνοίας τὸν ἐξ οὗ τὰ πάντα ἀγαθὸν Θεὸν Πατέρα· καὶ ὑπὸ Βασιλείδου ταύτην μεμαθητευμένου τὴν φρενερημίαν, καὶ προσθέντος, ὡς τξε' οὐρανοὶ [221 b] καθεστᾶσιν, ἀγγέλων ἔχοντες ὀνόματα· ὅθεν, φησὶν, τὸ οὕτω λεγόμενον ἅγιον ὄνομα Ἀρβασὰξ τξε' ψήφων εὑρίσκεται λογιζόμενον· καὶ ὑπὸ Καρποκράτους, τοῦ καὶ ὕστερον χρόνοις κρατύναντος ταῦτα, καὶ ἐν προσθήκης μέρει μιαρίας ἀπαγγείλαντος, ὡς εἰ μή τις διὰ παντὸς B ἐπιτηδεύματος ἁμαρτίας ἐλθὼν, τῶν δαιμόνων ὅλων τὸ θέλημα ἐκτελέσῃ, οὐ δύναται παρελθεῖν τὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, καὶ εἰς τὸν ἀνώτατον φθάσει οὐρανόν· ἔτι μὴν καὶ Οὐαλεντίνου, τοῦ καὶ τοῖς μνημονευθεῖσιν ἀκολουθήσαντος, καὶ ἐκφενακίσαντος τοὺς αὐτῷ πειθομένους, ὡς ὁ Χριστὸς ἀπ' οὐρανοῦ τὸ σῶμα ἐνήνοχεν, καὶ μῦθον δὲ ἀναπλασαμένου τοιόνδε, ὅτι ὁ Βυθὸς ἐγέννησεν τὴν Σιγήν· ἐκ δὲ ταύτης τεχνοποιησαμένου λόγον τινὰ τοῦ παρ' Ἕλλησι Διὸς, καὶ λ' Αἰῶνας, οὓς ἐκάλεσεν θεοὺς, εἰσαγαγόντος· ἐπειδὴ, φησὶν, γέγραπται, ὅτι Ἰησοῦς ἐβαπτίσθη « ὢν ὡς ἐτῶν λ' · » ὅπερ οὐδαμῶς συνίστησιν τὴν ἀτοπίαν αὐτοῦ· καὶ ἀπαγγείλαντος ἀρσενόθηλυν τὸν ἔσχατον Αἰῶνα τῶν λ'· καὶ ὅτι οὗτός ἐστιν ἡ σοφία, C ἥτις τὸν πρῶτον Θεὸν ἰδεῖν ἐθελήσασα, καὶ ὑπὸ τῶν μαρμαρυγῶν αὐτοῦ βληθεῖσα, τῶν οὐρανῶν ἐξέπεσεν, καὶ ἀπεβλήθη τοῦ τριακοστοῦ ἀριθμοῦ, καὶ οἰμώζουσα, ἐκ τῆς οἰκείας οἰμωγῆς ἔτεκεν τὸν διάβολον· καὶ ὅτι δακρύσασα τὴν ἀπόπτωσιν, τὴν θάλατταν ὑπεστήσατο· καὶ ἵνα δῆθεν ὁ τριακοστὸς ἀναπληρωθῇ ἀριθμὸς, οἱ κη' Αἰῶνες συνεισενεγ. . . . . .

. . . . . .

Reliqua desiderantur.

(48) *Tenebricosum... tartarum.* Ex I Petr. II, 4.

(49) *Menandro.* In Græco lege ὑπὸ Μενάνδρου.

(50) *Saturnino.* Epiphanius quoque, ac Theodoretus hunc vocant Σατορνίλον.

(51) *Arbasax.* Alii pronuntiant « Abraxas : » Theodoretus et Epiphanius, *Abrasax.* De hoc nomine Chiffletius, Passerius aliique scripserunt.

(52) *Scriptum est.* Luc. III, 23.

(53) *Casum.* Codex ἀπόπωσιν. Lego ἀπόπτωσιν.

Digitized by Google Распознавание текста

EPISTOLA D. JOANNIS LUDOVICI MINGARELLI

CANONICI REGULARIS S. SALVATORIS ET CONSULTORIS
SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS

AD REV. D. JOANNEM ARCHINTUM

BONONIÆ LEGATI VICES GERENTEM (*a*).

—

Ne mireris, si forte paulo longior tibi hæc epistola visa fuerit. A tuo enim proficiscitur famulo, qui, cum multos annos, Romæ Bononiæque usus sit tua urbanitate, tuaque nobilissima et suavissima societate, et magis ac magis admiratus, tum inclyti ingenii perspicacitatem, tum eximias dotes quibus emicas, singularem virtutem qua adornaris, simulque omnium erga te venerationem et amorem, nulla nunc majori delectatione frui potest, nisi in suam mentem revocando illas dulcissimas horas in tua familiaritate consumptas. Ignoscat autem mihi tua benignitas, si propter locorum distantiam, tuo tam blando ac docto privatus colloquio, hæc damna, per litteras saltem, resarcire conor. Paulo ante meum a Bononia discessum, tibi ego promisi, si optimo placuisset Deo, me in lucem editurum esse quoddam antiqui theologi opus, quod e Græco in Latinum sermonem transtuleram. Tunc, sicut eruditissimus quisque ac scientiæ studiosissimus facere consuevit, scire voluisti, e quo codice illud desumpserim, quis fuerit illius auctor, quo vixerit sæculo, quale fuerit illius argumentum et quo denique modo illud tractaverit. Tunc autem non permisit temporis brevitas ut omnibus his satisfacerem quæstionibus, sicut voluissem. Nunc vero mihi licet quod antea aggredi minime poteram; te precor, ut pro tua consueta bonitate, dicas, quid ipse, atque docti viri, qui tuo auxiliante favore illud legent, de opere isto censeatis.

Codex e quo illud excerpsi in membranacea charta accurate scriptus est, XI sæculo, vel circiter, prout mihi videtur. Quædam folia desunt in fine, sicut etiam in medio, sed admodum pauca in initio : summatim, fere decem et octo. Media autem folia vetustate exesa sunt et valde inconcinnata, ita ut in eis aliquot tantum periodi legi possint.

Quantum ad opus ipsum, nihil aliud est quam longus tractatus *De Trinitate*, seu *De consubstantialitate divinarum personarum*, in tres libros divisus. Et quamvis ignorem titulum huic operi a suo auctore inditum, attamen, si attendatur consuetudini antiquorum Patrum atque Græcorum scriptorum qui, sicut apprime scis, et in sancto Gregorio Nazianzeno videre est, multisque aliis, istam scientiam quæ nunc *Theologia* vocari solet, in duas partes diviserunt libros suos, cum de Incarnatione tractarent, Περὶ Οἰκονομίας, id est, *De Œconomia*, intitulantes; cum vero de Trinitate agerent, Περὶ Θεολογίας, id est, *De Theologia* inscribentes; facile crederem opus prædictum rectissime hoc titulo donandum fore : Περὶ Θεολογίας βιβλία γ', id est, *De Trinitate libri tres*. In primo auctor noster demonstrat divinitatem et consubstantialitatem Verbi; in sequenti, divinitatem et consubstantialitatem Spiritus sancti; in tertio, selegit objectiones ab hæreticis factas contra hæc duo nostræ fidei dogmata.

Et hic libenter prolegomena conficerem, si tibi hæc agendi ratio arrideret, ne nimis difficilibus impingerer disquisitionibus; sed hoc non placeret tibi scrutari assueto res vel obscurissimas; sciré enim voles, quo tempore compositum fuerit hoc opus, et a quo auctore. Sed *Hoc opus, hic labor est*. Quamvis enim, XV sæculo, quidam exstiterit scriptor, qui illud sancto Cyrillo ascribendum esse duxerit, et ideo, in illius prima fronte, istam annotationem apposuerit : Τοῦ θείου Κυρίλλου, non tamen manifeste apparet, qua ratione inductus fuerit hic nobis ignotus auctor, ad hanc opinionem sequendum, nisi forte deceptus fuerit similitudine argumenti a sancto Cyrillo Alexandrino in novem Dialogis et in *Thesauro* tractati. Ego vero, candide fateor, nullum de præfata quæstione judicium ferre possum, aliorumque ac tuum præsertim exspectare malo. Ad vitandam omnem confusionem, ad quatuor capita reducam omnia a me exponenda, scilicet: 454 Primo, dogmata quæ testatur Theologus noster; secundo, locos dubios et qui erronei videri possunt; tertio, res maxime notandas quæ in opere occurrunt; quarto, signa quædam e quibus dignosci poterit quis fuerit noster Theologus et an ineunte quinto sæculo vixerit, ut mihi verisimile videtur.

CAPUT PRIMUM.

Dogmata quæ testatur auctor.

Et ut ab initio res ordiamur, quis nescit, inter multa alia commoda in Ecclesiam profecta a SS. Patrum operibus, illud forsitan maximum esse, scilicet, illorum testimonlis et auctoritate confirmari Ecclesiæ catholicæ dogmata et apostolicas ac ecclesiasticas traditiones? Cum ergo mihi proposuerim, quantum in me est, quantumque meus requirit scopus, plenam tibi dare nostri Theologi notitiam, prætermissis duabus rebus jam supra memoratis de quibus ille, magna cum eloquentia et quasi ex professo, in totius operis decursu argumentatur, tantum exponam ea quæ obiter et velut transeunter enuntiat; et cum satis multa sint, ea, ad septem classes juxta sequentem ordinem dispositas, reducam : Primo, de sacra Scriptura; secundo, de Romano pontifice; tertio, de sacramentis; quarto, de Deo uno et trino et de ejus attributis; quinto, de Incarnatione; sexto, de angelis et de primo homine; septimo, de apostolica disciplina.

De sacra Scriptura.

I. Optime scis prophetæ Baruch librum resectum fuisse velut apocryphum a recentioribus heterodoxis atque e sacrarum Scripturarum canone sub-

(*a*) Hanc epistolam, tomo IX *Novæ Collectionis Calogeranæ*, Venetiis anno 1763 vernacule editam, in gratiam Lectorum Latinam fecimus. Illam scripserat Mingarellus in modum præludii ad suam editionem librorum *De Trinitate*. Multa insunt notatu digna, præcipue ubi recensentur auctores a Didymo laudati.
EDIT. PATA.

Digitized by Google Распознавание текста

latum. Noster autem Theologus illum invocat velut canonicum, eademque auctoritate pollentem ac Jeremiæ librum. Audi, quomodo de isto libro loquatur, in lib. I, cap. 27 : Καὶ Ἱερεμίας δέ... (1) « Jeremias autem quoque et Baruch (nam unus est amborum liber) de Verbo magnifice loquitur in hunc modum, cap. III, vers. 22 : *Hic est Deus noster, et non æstimabitur alter præ illo. Hic adinvenit omnem viam scientiæ, et tradidit illam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est.* Nisi ergo, ut Deum decet, sic intelligatur, ut ob identitatem deitatis ambarum ineffabilium personarum locus Scripturæ modo allatus ita expressus fuerit, reliquum est, ut, etc. »

II. Hymnus etiam trium juvenum Babyloniæ rejectus fuit velut apocryphus a Protestantibus. Illum quoque ut genuinum recognoscit, in duobus locis, Theologus noster : nam in libr. I, cap. 32, citatis multis Evangelii ac duarum sancti Petri Epistolarum textibus, subjungit : Οὕτω καὶ οἱ τρεῖς παῖδες... « Sic etiam tres pueri non Babylonica flamma, sed desiderio, quo in creatorem ac benefactorem ferebantur, incensi, et præparatam creaturarum adoratoribus gehennam potius, quam fornacem, qua circumdabantur, attendentes, creaturam jubebant glorificare eum, qui in fornace cum ipsis apparuit, de quo scriptum est in Dan. III, 92 : *Et species quarti similis Filio Dei*, dicentes (*vers.* 57) : *Benedicite, omnia opera Domini, Dominum, laudate et superexaltate eum in sæcula.* »

Et in libr. II, cap. 6, postquam demonstravisset in sexdecim primis paragraphis, e sacræ Scripturæ textibus, omnia divinitatis attributa Spiritui sancto etiam convenire, sic octavum decimum incipit paragraphum : Ἡ κτίσις πᾶσα ὁρατὴ καὶ ἀόρατος ὀνομαστεῖ (lege ὀνομαστὶ) προστάττεται, id est : « Omnis creatura visibilis et invisibilis nominatim jubetur a tribus pueris, Anania, Azaria, et Misaele, in Babylonica fornace depositis, laudare et superexaltare Deum in sæcula. Quin etiam cherubimi et divinus thronus, qui hoc in loco significat seraphimos, gloriam (Deo) dicunt, utpote qui sunt et ipsi pars creationis. Dixerunt enim iidem Dan. III, 55 : *Benedictus es qui sedes super cherubim;* et rursus seraphimos indicando : *Et benedictus es in throno regni tui, et superlaudabilis, et superexaltatus in sæcula.* Similiter etiam a Davide, etc. »

III. Meliorem sortem duobus præcedentibus non habet Sapientiæ liber. Sæpe noster Theologus textus ex eo depromptos sic allegat, ut omne dubium tollat de pretio in quo tunc habebatur liber ille apud Ecclesiam ; quod facile dijudicari potest e sequentibus locis. In lib. II, cap. 3, sic legitur : Ὡς Ἡσαΐας προφητεύει, καὶ ὡς ἡ Σοφία λέγει· Φιλάνθρωπον γὰρ Πνεῦμα Σοφίας, id est : « Sicut Isaias prophetat, et sicut Sapientia dicit cap. I, 6, *Benignus enim Spiritus Sapientiæ.* » Et in cap. XX ejusdem libri citatur simul cum sancto Paulo. Sic etiam in cap. XXVI, ubi scribitur : Διὸ καὶ ἡ Σοφία θεολογοῦσα τὸ θεῖκὸν Πνεῦμα, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀπειλοῦσα τοῖς βλασφημοῦσιν αὐτὸ, λέγει· *Φιλάνθρωπον γὰρ Πνεῦμα Σοφίας.* κ. τ. λ., id est : « Iucirco et Sapientia de divino Spiritu ut Deo loquens, et ejus nomine minas inferens iis, qui illum blasphemant, dicit : *Benignus est enim Spiritus Sapientiæ.* » Et in libro, cap. 2, vers. 49 : Ἐὶ τὴν οἰκουμένην πληροῖ, καὶ πάντα ἐμπεριέχει κατὰ τὴν λέγουσαν τοῦτο Σοφίαν, κ. τ. λ., id est : « Si orbem terrarum implet (*Spiritus sanctus*), et omnia continet, juxta Sapientiam, hoc dicentem, etc. »

IV. Suzannæ historia quam etiam Ecclesiæ Romanæ inimici e libro Danielis ademerunt citatur a nostro auctore, tanquam pars illius prophetæ libri, in libr. II, cap. 11, sequentibus verbis : Καὶ ἐπὶ τοῦ Δανιὴλ δέ φησιν ἐν τῇ περὶ Σωάννης κρίσει· *Ἐξήγειρεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸν* (legite τοῦ) *Δανιήλ· κάνταῦθα Θεὸν δηλώσας εἶναι τὸ ἅγιον Πνεῦμα· ἐπιφέρει γάρ· καὶ ἤγειρεν τοὺς πρεσβυτέρους Πνεύματι ἁγίῳ ἐμφορούμενος*, id est : « Et in Daniele inquit in Suzannæ judicio (Dan. XIII, 45) : *Suscitavit Deus Spiritum sanctum Danielis*, in hoc etiam loco Deum esse ostendens Spiritum sanctum; subjungit enim : *Et judicavit presbyteros Spiritu sancto repletus.* » Hæc tamen ultima verba non inveniuntur nunc in Bibliis.

V. Valde mirandum foret, si sæculi XVI reformatores, prædictis libris tam temere rejectis, pepercissent Ecclesiastico ; cui tamen Theologus noster non minorem attribuit auctoritatem quam sancti Pauli Epistolis, cum illum citat in lib. III, cap. 3, sequenti modo : Περὶ ταύτης δὲ τῆς Σοφίας φημὶ τῆς ἐν τῇ κτίσει, ὃ τε σοφώτατος υἱὸς Σειρὰχ λέγει· *Πρότερα πάντων ἔκτισται Σοφία*... ὁ τε Ἀπόστολος Κορινθίοις τὸ πρῶτον ἐπέστειλεν τόνδε τὸν τρόπον, κ. τ. λ., id est : « De hac vero sapientia, de illa, inquam, quæ est in creatura, cum sapientissimus Sirachi filius dicit, cap. I, vers. 4 : *Prior omnibus creata est sapientia*... tum Apostolus in prima ad Corinthios Epistola scripsit in hunc modum, etc. »

VI. Non defuit qui contenderet spurium esse atque additicium quidquid in sancto Joanne legitur in cap. V, circa Probaticam piscinam. Theologus autem noster de hoc tali ratione loquitur, ut totum authenticum habeat quod ibi narratur : Εὑρομεν δὲ ἂν πρὸς τοῖς μνημονευθεῖσιν..., id est : « Invenimus autem præter ea quæ commemorata sunt etiam piscinam quæ erat in Jerusalem, cui nomen Hebraice Bethesda (seu Bethsaida), quam nemo diffitetur esse imaginem baptismi, non vero ipsam esse veritatem ; nam imago censetur, quæ ad tempus, veritas autem, quæ in perpetuum manet. Ideo ab angelo commota aqua, quæ in illa erat, et semel in anno, et unum duntaxat, qui primus in eam descendisset, et corporis morbum, non vero animæ, sanabat. »

455 *De Romano Pontifice.*

Huc usque satis dictum est, quantum requirit meum propositum, de dogmatibus ad sacra Biblia spectantibus, licet quam maxime breviter, quia non mihi in animo est, te diutius in rebus detinere ; nam juxta vetus proverbium : *Intelligenti pauca*, et a fortiori, *scienti*. Sic supervacaneum foret, tibi fusius exponere perversas Ecclesiæ inimicorum doctrinas, cum sola tibi sufficiat expositio ad eas apprime dijudicandas. Quoad vero ea quæ ad Romanum pontificem pertinent, longior esse velim. Sed cum scriberet Theologus noster, nondum orti erant neque ideo aggressi inexpugnabilem primatum S. Petri successorum, Lutherus, Calvinus, nec Photius ipse, primus auctor infausti schismatis Orientis. Quin imo tunc una sola erat de hoc articulo catholicorum ipsorumque hæreticorum fides, in primis Ecclesiæ sæculis, ut facile probari posset. Minime autem mirandum est, si in sequentibus locis non loquatur de hoc dogmate tam aperte, quam fecisset, si post Photiana tempora exstitisset, quando de ea re loquendi illi occurrisset occasio. Igitur in primo libro, cap. 30, affirmat apostolos et sacerdotes per sanctum Petrum accepisse potestatem solvendi ac ligandi, quamvis Christus eis in plurali numero dixerit : *quodcunque solveritis*, etc. Hæc sunt illius verba : Πρὸς τούτοις ἔλαβεν... id est : Præterea accepit (de sancto Petro loquitur) potestatem, imo potius omnes etiam per eum acceperunt, non rejiciendi lapsos, sed excipiendi eos cum resipiscunt : nemo enim est peccati expers, nisi qui

(1) Græca verba, quæ in Veneta editione allata sunt, nunc omittimus, idque ipsum identidem faciemus in posterum.

Digitized by Google Распознавание текста

hanc Petro concessit auctoritatem; id enim significat illud : « Quodcunque solveritis super terram, erit solutum in cœlis. » Repudiavit ex illo tempore Novati et Sabbatii inhumanitatem. Non hic omittendum est, pluries primatum Petri ab eo memorari, cum Petrum nominandi occasionem habet. Sic in lib. II, cap. 10 : Πέτρος δὲ, ὁ τὰ πρωτεῖα ἐν τοῖς ἀποστόλοις ἔχων, διαῤῥήδην Θεὸν καὶ Κύριον τὸ ἅγιον Πνεῦμα παριστῶν, τοιοῦτον ἠπείλησεν, κ. τ. λ., id est : « Petrus autem, qui inter apostolos primas tenebat, Deum ac Dominum Spiritum sanctum aperte asserens, ita minatus est, » etc. Et in cap. 18 : Καὶ ὅτι Πέτρος, ὁ πρόκριτος τῶν ἀποστόλων διὰ κόρης ἀπειλὴν διωμνύετο μὴ εἰδέναι τὸν Κύριον τὸν ποιήσαντα αὐτὸν κλειδοῦχον τῶν οὐρανῶν, κ. τ. λ. « Et quod Petrus inter apostolos præcipuus propter puellæ minas jurejurando affirmavit, se non nosse Dominum, qui eum fecerat cœlorum clavigerum, » etc. Tandem lib. I, cap. 27 : Ἀλλὰ καὶ Πέτρος ὁ ἐν ἀποστόλοις κορυφαῖος ἐν ταῖς Πράξεσιν φαίνεται εἰπών, κ. τ. λ., id est : « Sed et Petrum apostolorum coryphæum in Actis dixisse constat, » etc. Venio nunc ad tertiæ classis dogmata.

De Sacramentis.

I. Baptismi necessitas a Calvino partim negata, et omnino ab Adiaphoristis Wittembergi et Lypsiæ sublata, stabilitur a nostro Theologo, in lib. II, cap. 12, uti in sequentibus verbis videre est : Δίχα δὲ τοῦ ἀναγεννηθῆναι βαπτίσματι ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ, καὶ σφραγισθῆναι τῷ ἁγιασμῷ, καὶ ναὸς αὐτοῦ γενέσθαι, οὐδεὶς τῶν ἐπουρανίων ἔτυχεν ἀγαθῶν. κἂν τὸν ἄλλον βίον ἄμεμπτος εὑρεθῇ· ἀλλὰ καὶ οἱ πρὸ βαπτίσματος, κ. τ. λ. Id est : « Nemo autem, qui non sit regeneratus baptismate a Spiritu Dei, et obsignatus sanctificatione, et factus templum ejus, cœlestia bona consequi potest, etsi reliqua ejus vita inculpabilis inventa fuerit. Quin etiam qui ante baptismum, » etc. Et in initio ejusdem capitis dixerat : Τῷ εἰπεῖν. ἐὰν μή τις γεννηθῇ..... Id est : Dicendo, Joan. III, 5. *Nisi quis genitus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei.* Et ibid. 7. *Oportet vos generari de cœlo*, significavit, quod etsi in nomen Patris et Filii crediderint et baptizati fuerint, nisi æqualiter et similiter in ipsam deitatem Spiritus sancti crediderint, et in ejus nomen baptizati fuerint, digni fieri non possunt regno cœlorum, utpote qui non habent perfectionem, et frustra tres immersiones susceperunt, immutando post baptismum in glorificationis hymno æqualitatem Trinitatis, et transgrediendo proprias confessiones. »

II. Secundum quoque Ecclesiæ doctrinam asserit, baptismum conferendum adhibita aqua naturali, et etiam marina, si opus fuerit, ut patet ex sequentibus verbis, cap. 14 prædicti libri : Ὅθεν ἀδιακρίτως παντὶ ὕδατι, καὶ ἐν θαλάττῃ δὲ, ἀνάγκης καταλαβούσης, βάπτισμα γίνεται, ὡς μιᾶς τε οὔσης φύσεως ὑδάτων, καὶ πάσης ἁγιασθείσης. Ὅπως δὲ τὸ θαλάττιον ὕδωρ ἁλμυρὸν εὑρίσκεται τοῦ ἑνὸς γένους τῶν ὑδάτων ὑπάρχον, ἑτέρα ἐπιδείξη (lego) ἐπιδείξει), σὺν θεῷ φάναι, πραγματεία. Id est : « Unde promiscue omni aqua, etiam in mari, si necessitas supervenerit, baptismus fit, cum una sit natura aquarum, et tota fuerit sanctificata. Quomodo autem marina aqua salsa unius aquarum generis esse inveniatur, alia elucubratio, Deo opem ferente, demonstrabit. » Non excludit Theologus noster baptismum sanguinis, quem etiam expresse admittit, siquidem post verba paulo ante allegata, cap. 12 immediate subjungit : Ἀλλὰ καὶ οἱ πρὸ βαπτίσματος μαρτυρήσαι ἐπιτυχόντες, τῷ ἰδίῳ ἀπολουσάμενοι αἵματι, οὕτως ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐζωοποιήθησαν, id est : « Quin etiam qui ante baptismum martyrium assecuti sunt, proprio abluti sanguine, sic a Spiritu sancto Dei vivificati fuerunt. »

III. Anabaptistæ etiam seu rebaptizantes antiqui, sicut recentiores, confutantur in libro II, cap. 18, ubi, ut mihi videtur, docet noster Theologus baptismum non denuo dandum esse hæreticis ad gremium Ecclesiæ revertentibus, si dum in hæresi manerent, baptismus eis collatus sit, adhibita formula a Christo præscripta; soli autem, Eunomii ac Phryges rebaptizabantur, quia utebantur formula alia ac ea qua uti consueverat Ecclesia. Hæc sunt illius verba, de quorum interpretatione meam sententiam vestræ submitto, minime volens tempus in commentariis perdere : Εἰ οὖν εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ἴσως σφραγιζόμεθα καὶ βαπτιζόμεθα, ἆρα ἐν μιᾷ θεότητι καὶ βασιλείᾳ ἡ Τριάς· οὐ γὰρ ἐπὶ κτίσμασιν ταῦτα δεχόμεθα, οὐδὲ ξυμπαραλαμβάνει ὁ Θεὸς κτίσματος ὄνομα τῷ ἑαυτοῦ, ἢ σφραγῖδα, ὡς μόνος σώζειν οὐ δυνάμενος. Μετερχόμενοι τοίνυν εἰς τὴν ὀρθοδοξίαν, κἂν τυχὸν ὦσιν βεβαπτισμένοι, βαπτίζονται μέν (οὐ γὰρ λέγομεν *ἀναβαπτίζονται*, ἐπειδὴ μὴ ἔχουσι τὸ ἀληθὲς βάπτισμα), οἱ Εὐνομιανοὶ μὲν διὰ τὸ μίαν κατάδυσιν ποιεῖσθαι, λέγοντες μόνον εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου βαπτίζεσθαι, Φρύγες δὲ διὰ τὸ μὴ εἰς τὰς τρεῖς ἁγίας ὑποστάσεις βαπτίζειν, ἀλλὰ πιστεύειν τὸν αὐτὸν εἶναι Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα· χρίονται δὲ οἱ ἀπὸ πάσης αἱρέσεως μετερχόμενοι, ἐπειδὴ οὐκ ἔχουσι τὸ ἅγιον χρίσμα, id est, sicut hæc interpretanda esse existimavi : « Si ergo in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti ex æquo obsignamur et baptizamur, Trinitas sane est in una deitate ac regno : nec enim in creaturarum nomine hæc accipimus, neque assumit Deus creaturæ nomen una cum suo, aut obsignationem, quasi ipse solus salvare non possit. Quando ergo accedunt ad orthodoxiam, et si forte baptizati fuerint, baptizantur (nec enim dicimus *rebaptizantur*; quandoquidem verum baptisma non habeant) cum Eunomiani, qui unam faciunt immersionem, dicentes, baptizari solum in mortem Domini, tum Phryges, quia non baptizant in tres sanctas hypostases, sed credunt eumdem esse Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Unguntur autem qui a quavis hæresi accedunt, quia non habent sanctam unctionem. »

456 IV. Sacræ cæremoniæ ab Ecclesia catholica adhibitæ ad baptismum administrandum, in derisione habitæ sunt a quibusdam heterodoxis horumce ultimorum sæculorum. Pluribus in locis Theologus noster testimonium perhibet venerandæ illarum antiquitati. Ex illis tantum, brevitatis causa, sequentes selegi. In libro II, cap. 14, supponit benedictionem baptismalis fontis, quem piscinam, sicut et plures alii, appellat. Μωϋσῆς δὲ (sic ille scribit) τῇ ῥάβδῳ τὸ πικρὸν ὕδωρ χρήσιμον ποιήσας, σωτηρίαν καθολικὴν προηγόρευεν· αὐτὸς γὰρ τύπον ἔφερεν τοῦ Χριστοῦ· ἡ δὲ ῥάβδος, τοῦ σταυροῦ· τὸ δὲ πικρὸν ὕδωρ, τοῦ εὐλογηθέντος ὕδατος τῆς κολυμβήθρας, id est : « Moses vero, qui amaram aquam virga utilem fecit, salutem universalem prænuntiabat : ipse enim typum gerebat Christi; virga vero, crucis; aqua autem amara, benedictæ aquæ piscinæ. » Et in paragrapho 23, cap. 6, ejusdem libri, oleum sanctum memorat atque baptismalem unctionem istis verbis : Ἡ κτίσις ἐλαίῳ κτιστῷ ἁγιαζομένῳ ἐν τῷ βαπτίσματι χρίεται· ὁ Σωτὴρ, ὡς Θεὸς, τῷ συναχτίστῳ αὐτοῦ ἐχρίσατο παναγίῳ Πνεύματι παρὰ τοὺς μετόχους ἡμᾶς, id est : « Creatura oleo creato sanctificato ungitur in baptismo : Salvator, utpote Deus, unctus est suo undequaque sancto, et æque, ac ipse, increato Spiritu præ consortibus, nobis scilicet. » Et paulo post in eodem paragrapho : Μύρον, ὁ ἁγιασθέντες ἀλειφόμεθα ὑπὸ τοῦ ἱερέως. Id est : « Unguentum, quo sanctificati ungimur a sacerdote... » Atque alias commemorat cæremonias in aliis locis, quas forte postea referam, quarumque unam paulo infra lecturus es.

V. Duplici vice, illi sese præbuit occasio loquendi de sacro chrismate, quod Calvinistæ e sacramentorum numero rejecerunt, et in ambobus illis locis

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ФР

illud a baptismo discrevit, dogmaque catholicum A destruxit, ac videtur solum episcopum admittere ut illius ministrum. Καὶ τὸ χρίσμα δὲ (sic ille in libr. II, cap. 14 loquitur) ὅπερ ἐχρίσθησαν Ἀαρών τε ὑπὸ Μωϋσέως, ὅτι μὴν καὶ πάντες οἱ ἀπὸ τοῦ ἱερατικοῦ κέρατος οἱ ἐπικληθέντες ἀπὸ τοῦ χρίσματος *χρηστοί* (lego *χριστοί*), τύπον ἔφερεν τοῦ ἡγιασμένου χρίσματος οὗ λαμβάνομεν ἡμεῖς· εἰ γὰρ καὶ σωματικῶς τοῦτο τρέχει, ἀλλ' οὖν ψυχικῶς ὠφελεῖ. Μόνον τε γὰρ ἔλθῃ περὶ τῆς τρισμακαρίας Τριάδος πίστις ἐν καρδίᾳ ἡμῶν, καὶ ῥῆμα πνευματικὸν ἐν στόματι, καὶ σφραγὶς Χριστοῦ ἐν μετώπῳ, μόνον βάπτισμα ὑποδέξηται, καὶ τὸ χρίσμα ῥώσῃ, εὐθὺς ὅλως εὑρίσκεται ἡ τὴν φύσιν ἀγαθοδότις ὑπάρχουσα Τριάς, κ. τ. λ., est : « Chrisma vero, quo uncti sunt cum Aaron a Mose, tum præterea omnes e sacerdotali cornu, qui denominati sunt a chrismate christi, id est *uncti*, typum gerebat sanctificati chrismatis, quod nos accipimus. Etsi enim hoc corporaliter fiat, tamen spiritaliter prodest : nam simul ac venerit in cor nostrum fides sanctissimæ Trinitatis, et verbum spiritale in os, et obsignatio Christi in frontem; simul atque baptismus susceptus fuerit, et chrisma nos confirmaverit, statim, inquam, propitia inveniitur quæ natura est bonorum largitrix Trinitas, » etc. Et in cap. 15 ejusdem libri : Χρίονται δὲ οἱ ἀπὸ πάσης αἱρέσεως μετερχόμενοι, ἐπειδὴ οὐκ ἔχουσι τὸ ἅγιον χρίσμα· ἐπίσκοπος δὲ μόνος τῇ ἄνωθεν χάριτι τελεῖ τὸ χρίσμα, id est : « Unguntur autem qui ex quavis hæresi accedunt (ad Ecclesiam catholicam), quia non habent sanctum chrisma. Episcopus vero solus per cœlestem gratiam perficit chrisma (sive unctionem). »

VI. Denique quoad Eucharistiæ sacramentum, negant falsi Reformatores sacrificii nomen Missæ competere. Noster vero Theologus illi tamen hunc titulum attribuit, in libr. II, cap. 7, paragrap. 8, sic scribendo : Ἐν γὰρ ταῖς ἁγίαις αὐτοῦ ἐκκλησίαις... id est : « Nam in sanctis ejus ecclesiis et oratoriis, et martyriis, sicut in aliis sacellis, indeficientia sua bona proposuit; et ex quibus rebus hic ipse Rex regnantium, et Dominus dominantium et dedit, et quotidie dat singulis, ex his pie et sancte oblatum accipit incruentum sacrificium, et omnia habet, quæ ab hominibus ei exhibentur, munera. » Sic etiam in libro I, cap. 25, scribit : Ἔτι καὶ τὴν Ἐκκλησίαν, ἥτις νοεῖται σὺν τῇ ἀναπεμπομένῃ ἐν αὐτῇ δόξῃ, καὶ τῇ προσαγομένῃ ἀναιμάκτῳ λατρείᾳ, κ. τ. λ., id est : « Insuper et Ecclesiam quæ consideratur una cum glorificatione, quæ in ipsa exhibetur Deo, et cum incruenta latria quæ offertur, etc. »

VII. Negant etiam transubstantiationis dogma, quod in quatuor locis testatur noster Theologus. In libro II, cap. 13, exponens baptismi effectus, sic se habet : Μηκέτ' ἀκούω... id est : « Non amplius audio, Eccli. XXII, 10 : *Deflete mortuum, quia defecit lux;* sed optatam vocem, Matth. XI, 28 : *Venite, omnes qui laboratis et onerati fuistis, et ego requiescere faciam vos*, ungens, lavans, induens singulos indivulse toto me ipso, et nutriens corpore meo et sanguine. » Et in capite 6 ejusdem libri : Καὶ τοῦτο δέ... id est : « Hoc autem salutare donum communiter a beata Trinitate nobis datum esse docent sic. Isaias XXV, 6 : *Et faciet Dominus Sabaoth omnibus gentibus super montem hunc, bibent vinum, ungentur unguento in monte hoc : da hæc omnia gentibus.* Nam mons Ecclesiam Dei [significat] ob sublimitatem fidei, vinum, Dominicum salutarem sanguinem; unguentum, illud quo sanctificati ungimur a sacerdote. »

Sic etiam in cap. 14 : Ἡσαΐας οὖν... id est : « Isaias ergo rursus clamat.... *Sitientes venite ad aquam, et quicunque non habetis argentum, venientes emite, et comedite sine argento et pretio vinum et adipem. Aquam* dixit Spiritum sanctum, et fluenta piscinæ ipsius (*de fonte baptismali*). *Vini et adipis* nomine tunc quidem designabantur ea quæ erant propositionis Judaicæ : nunc vero divina communio corporis et sanguinis Domini, quam una cum renovatione (*cum baptismo*)... accipimus. »

Et sub fine lib. III, cap. 21 : Ἡ ἀνθ' ὅτου τὸ τριπόθητον καὶ προμηθέστατον Πάσχα ἑκάστου ἔτους, ἡμέρας μὲν οὖν, μᾶλλον δὲ καὶ ὥρας ἑκάστης τῇ πίστει ἐπιτελοῦμεν ἐμφοβοι μετέχοντες τοῦ αἵματος αὐτοῦ; Ἴσασιν δὲ οἱ τοῦ ἀκροτάτου καὶ διαιωνίου μυστηρίου καταξιωθέντες ὃ λέγω, id est : « Aut quare desideratissimum ac providentissimum Pascha singulis annis, imo singulis diebus, aut potius etiam singulis horis fide celebramus, cum timore communicantes corpori et sanguini ejus? Qui autem supremo et æterno mysterio digni facti sunt, sciunt quid dicam. »

De Deo uno et trino, et de ejus attributis.

I. Exstitit vir in hoc infelici sæculo, qui maxima temeritate abreptus, adortus est introducere novam doctrinam, quam audiendo inhorruerunt omnes catholicorum aures. Contendit Verbum non fuisse ab æterno a Patre generatum. Eum confutat Theologus noster in multis locis, e quibus tantum aliquot referam. In lib. III, cap. 3 : Ἐτέχθη γὰρ ἐκ μὲν τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς, ἀνάρχως, ἀφράστως· ἐκ δὲ τῆς ἀμιάντου Παρθένου..... ὅτε ἐξέφανεν ἐξ ὕψους τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου ποτὲ καθεσθεῖσιν, id est : « Genitus enim fuit, ex hypostasi quidem Patris, ab æterno, ineffabiliter; ex intemerata autem Virgine.... quando apparuit ex alto iis, qui in tenebris et in umbra mortis olim sedebant. »

Et in lib. I, cap. 32 : Ἡ δόξα τοῦ Μονογενοῦς, ἡ τῆς φύσεως, ἡ τῶν θαυμάτων, ἡ τῆς βασιλείας, καὶ αὐτῆς τῆς δοξολογίας ὁμοία ἐστὶν καὶ ἴση τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, παρ' οὗ φυσικῶς καὶ ἀδιαστάτως γεγέννηται, id est : « Gloria Unigeniti quoad naturam, miracula, dominationem, ipsamque glorificationem est similis et æqualis gloriæ Patris, a quo naturaliter et continue genitus fuit. »

Et in cap. 15 ejusdem libri : Ὥσπερ γάρ..... id est : « Nam sicut impossibile est, ut Pater non sit ab æterno, et vere Pater (nec enim in tempore, neque superadditum hoc habuit nomen); sic impossibile est, **457** ut Filius Verbum, et ejus Spiritus non sit ab æterno, et natura ex ejus hypostasi; nam simul ac exstitit Pater (concedatur autem, ut sic loquar) continue ille quidem genitus fuit, hic vero processit. »

Et in cap. 27 : Εἰ ἦν ὅτε οὐκ ἦν ὁ Θεὸς Λόγος, ἦν ὅτε Πατρὸς ὄνομα οὐχ ὑπῆρχεν· ἔστω δὲ ὅλως ἡμῖν τοιαῦτα λέγειν τολμῶσιν διὰ τὴν ἄλλων ἀγνωμοσύνην, id est : « Si fuit tempus, quando non erat Deus Verbum, fuit etiam tempus, quo Patris nomen non erat. Parcat autem nobis Deus, qui talia dicere audemus ob aliorum improbitatem. »

II. Contendit autem hæresiarcha Socinus, Deum sua essentia esse tantum in cœlis præsentem, licet sua potentia omnibus præsens sit. Hanc opinionem Turnebius ascribit quoque, non sine probabili quadam ratione, Augustino Steuchi, nostræ congregationis lumini, ac sacræ sedis bibliothecario, quia in suis *supra psalmum* CXXXVIII *Commentariis*, multo ante quam Socinus suis venenatis erroribus afflixisset Ecclesiam, hic præclarus vir, explicando octavum versiculum psal. CXXXVIII : *Si ascendero in cœlum, tu illic es*, etc., affirmat Deum sic nobis concipiendum esse, ut sit in cœlo præsentia sua, et ubique Spiritu suo, id est, sicut ille interpretatur hanc psalmi vocem, sua immensa potentia suaque cognitione. « In [his locis (*inquit*, ad *cœlum* et ad *infernum* attendendo)..... si nemo valet conspectum Dei effugere, multo magis nullus erit locus, in quo in præsentiam Dei non incurras... Ubique igitur est Deus. In cœlo confitentur omnes gentes ac litteræ esse sedem ejus..... Ut igitur sol est in cœlo corpore, ac situ, et statione sua, terras autem luminibus lustrat, omnia prospiciens; ta-

Digitized by Google Распознавание текста

lem necesse est nos cogitare Deum, qui quidem essentia ac præsentia sit in cœlo, spiritus ejus, et cognitio, et scientia usquequaque pertineat. » Sed noster Theologus multum abest a supra dicta opinione. Τὸ δὲ ὑπερπαμφαὲς, ἅγιον Πνεῦμα (sic ille in lib. II, cap. 4), οὐδὲν ὄντων πάντων..., id est : « Spiritus autem sanctus, qui omnia divinitus collustrat... et nulla est ex omnibus rebus, sed Deus, et in cœlo exsistens, et nobiscum coexsistens, omnia in omnibus bona efficiens, omnibus quidem præsens immaterialiter.... non cessans vero manere ineffabiliter cum Patre, et ubique diffusus, et penetrans, et in omnibus sine permistione inhabitans, et in cogitationes cum nostras, tum eorum qui nobis sunt invisibiles, se insinuans, etc. »

III. Inutile esset nunc loqui de aliis Dei attributis, excepta tamen divina illius providentia, a multis in præteritorum sæculorum decursu impugnata, et nostra ætate, a celebri philosopho de Sans-Souci quoad individuos, non vero quoad species. Sed eam docet noster Theologus, sicut illam Ecclesia profitetur. Βούλεται δὲ (sic dicit ille in libro II, cap. 8, *De Spiritu sancto* ratiocinando), ὅπερ ὁ Πατὴρ καὶ Υἱός, id est : « Vult autem quod Pater et Filius, et spirat similiter ubi vult Pater et Filius : implens liberalem Patris, et Filii, et sui ipsius unam voluntatem, et nullum, ne ex iis quidem, quæ imperfectam vitam habent, expertem relinquens suæ Providentiæ ; nam præsidens suæ ipsius creaturæ, utpote qui est per se bonus, et cooperator boni Creatoris, omnia inspicit, et nullum despicit, omnibus sufficiens, ac divina dona distribuens etc. »

De Incarnatione.

De Eutychianis sicut et de Nestorianis nullam mentionem facit Theologus noster, sive quia tunc nondum suis venenatis doctrinis Orientem infecerant, sive ob aliam rationem mihi incognitam. Nihilominus tuetur dogmata ab istis hæreticis impugnata.

I. Et quod ad primum horum dogmatum spectat, id est, ad dualitatem naturarum, sic se habet in libro III, cap. 21, adhibendo vocem ἀσυγχύτως, quæ etiam invenitur apud sanctum Basilium, in libro *De Spiritu sancto*, cap. 5 : Οὐδὲ εὔχεται οὖν (sic noster Theologus) ὁ μέγας καὶ ἀληθινὸς Θεὸς, τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, ὁ ζῶν τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ πάντων κηδεμὼν, ὡς ἥττων τῇ Θεότητι.... Ἀλλ' εὔχεται διὰ τὸ καθ' ἡμᾶς ἀσυγχύτως, καὶ δίχα πταίσματος γεγονέναι, id est : « Nec ergo etiam orat magnus et verus Deus, splendor gloriæ Patris, vivens Dei Verbum, et omnium curam habens, tanquam minor secundum Deitatem... Sed orat quia nobis similis factus est inconfuse, et sine delicto. »

II. Quantum autem, ad secundum, id est ad unitatem Christi personæ, observandum est, ab eo in variis locis tribui Beatæ Mariæ titulum Θεοτόκος, a quo tantum abhorret Nestorius, affirmarique divinum Filium non esse alium ab eo qui incarnatus est et crucifixus. Hæc hujus dogmatis affert argumenta in lib. I, cap. 31 : Γαβριὴλ μὲν, παρὰ Λουκᾷ, εὐαγγελιζόμενος τὴν Θεοτόκον· *Καὶ δώσει*, φησὶν, *αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαυὶδ*, κ. τ. λ., id est : « Gabriel quidem apud Lucam annuntians Deiparæ : *Et dabit*, inquit, *illi Dominus Deus sedem David*, etc. » Et in lib. II, cap. 4 : Ὁ γὰρ Γαβριὴλ λαλῶν τῷ Δανιὴλ, ἢ εὐαγγελιζόμενος τὴν Θεοτόκον Παρθένον, κ. τ. λ., id est : « Nam Gabriel loquens Danieli, aut Deiparæ Virgini annuntians, etc. » Et in lib. III, cap. 41 : Μαριὰμ τὴν ἀδελφὴν Ἀαρὼν, καὶ τὴν Θεοτόκον Μαριάμ, κ. τ. λ., id est : « Mariam sororem Aaronis, et Deiparam Mariam, etc. » In libro III, deinde, cap. 6 : Περὶ τούτου καὶ ὁ ἄγγελος..... id est : « De hoc angelus quoque congratulatus hominibus dixit (*juxta Lucam*, II, 11) : *Natus est nobis* (in vulg. leg. *vobis*) *hodie Salvator qui est Christus Dominus*. Qui autem hodie natus est, nunquam intelligetur exsistens ante sæcula. Animadvertendum ergo est et hoc Scripturæ miraculum, quod angeli et homines unius novæ theognosiæ festivitatem celebrabant, æquali dispositione simul clamantes, et consentientes. Sic autem dicimus, ut excogitatione quadam ineffabilem ejus Incarnationem significemus, et blasphemiam, quæ contra ejus deitatem tendit, declinemus, non vero quod credamus alium esse Filium qui est ex Patre, alium illum qui factus est caro, et crucifixus fuit : quoniam nunquam disjungi a se ipsa, neque mutari potest Deitas. Nam nec Apostolus duos cogitavit, cum dixit (II Cor. VII, 12) : *Cum ergo Christus passus sit pro nobis carne.* »

III. Perpetua Mariæ virginitas ab Elvidio et ab aliis negata fuit, sed a nostro Theologo affirmatur. Sic in libro I, cap. 27, ille vocat Dei matrem ἀειπαρθένον, seu « semper virginem, » sæpe de ea tali modo scribens : Ὁ ἐκ τοῦ ἀῤῥήτου φωτὸς ἀχρόνως ἐκλάμψας, ἀπὸ τῆς ἀειπαρθένου ἐν ὑστέροις καιροῖς διὰ φιλανθρωπίαν ἀῤῥάστως ἐτέχθη, id est : « Qui ex ineffabili luce ab æterno eluxit, ex semper virgine posterioribus temporibus, propter benignitatem suam ineffabiliter natus est. » Et in lib. III, cap. 2, parag. 20, dicit : Εἰ νοῦ παντὸς ἀνῴκισται, πῶς Παρθένος ῥεύσεως ἐκτὸς ἔτεκεν μείνασα πάλιν παρθένος· πολλῷ μᾶλλον ἀνεφικτότερον, πῶς αὐτογενὴς Θεὸς καὶ Πατὴρ ἀνάρχιος, καὶ δίχα πάθους ἐξ ὅλου ἑαυτοῦ ὅλον ἰσομέτρως τέτοκε τὸν Υἱόν, id est : « Si nulla mens comprehendere potest, quomodo Virgo sine fluxu pepererit manens rursus virgo : quanto minus intelligi poterit, quomodo per se exsistens Deus ac Pater, ab æterno, et sine passione ex toto semetipso totum æqualem genuerit Filium. » Et in cap. 4 : Συναντιλαμβάνεται δὲ ἡμῖν εἰς μὲν τὸ *Πρωτότοκος* καὶ *Μονογενὴς*, τὸ διηγήσασθαι τὸν εὐαγγελιστὴν, ὅτι ἔμεινεν παρθένος, *ἕως ἔτεκεν τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον*· οὔτε γὰρ ἐγαμήθη τινὶ ἡ τιμιωτέρα πάντων καὶ εὐκλεεστάτη Μαρία, οὔτ' ἄλλου μήτηρ ἐγένετό ποτε· ἔμεινεν δὲ καὶ μετὰ κυοφορίαν ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς ἄμωμος παρθένος, id est : « Suffragatur autem nobis, quoad denominationes quidem *Primogeniti* et *Unigeniti*, quod evangelista enarraverit, mansisse virginem, *donec peperit filium suum primogenitum.* **458** Nam neque ulli nupsit illa summopere honoranda præ omnibus et maxime inclyta Maria, neque alterius mater unquam facta est, sed mansit etiam post puerperium semper et omni tempore immaculata virgo. »

IV. Impia non minus quam ridicula fuit stulta opinio Marcelli Ancyrani, qui somniatus est ac deliravit, regnum Domini nostri non futurum esse perpetuum. Contra eum scribit S. Cyrillus Hierosolymitanus in XV catechesi, haud tamen nominato Marcello ipso : Ἐτόλμησέν τις λέγειν, inquit, ὅτι μετὰ τὸ τέλος τοῦ κόσμου ὁ Χριστὸς οὐ βασιλεύει, id est : « Quidam temeritatem dicendi habuit, Christum post mundi finem non regnaturum esse amplius. » Noster autem Theologus illum confutat in omni cap. 31 primi libri, cujus sufficiet initium tantum hic referre : Καὶ ὥστε αἱρετικοὺς λέγοντας, ὅτι μετὰ τὴν γενικὴν ἀνάστασιν ὁ Υἱὸς παραδιδόναι μέλλει τὴν βασιλείαν τῷ Πατρὶ, καταισχύνεσθαι· κηρύττουσι τὸ κράτος τοῦ Υἱοῦ εἶναι ἀτελεύτητον οὑτωσί· Γαβριὴλ μὲν παρὰ Λουκᾷ, κ. τ. λ., id est : « Atque ut hæretici, qui aiunt Filium post generalem resurrectionem traditurum esse regnum Patri, erubescant, prædicant (sacræ Scripturæ) Filii imperium esse perpetuum, sic : Gabriel quidem apud Lucam, etc. »

De angelis, de primo homine, de immortalitate animarum, et de illarum statu in altera vita.

I. Inter multa alia dogmata quæ audacter impugnata sunt ab iis hæreticis qui, a ducentis et etiam pluribus annis, rebellarunt adversus Romanam Ec-

Digitized by Google Распознавание текста

clesiam, caput, centrum et omnium aliarum magistram, fuit cultus et invocatio sanctorum et angelorum. Non potuit autem Theologus noster illud clarius astruere quam fecit, in pia episodo quæ legitur in libro II, cap. 7, § 8 : Οἶδα δὲ σαφῶς... Id est : « Novi autem optime, » etc. (*a*)

459 III. Non defuerunt qui docerent, sicut secundo sæculo Tatianus, Adamum non fuisse salvatum; noster vero Theologus, in lib. I, cap. 16, satis manifeste suam exprimit ea de re sententiam, cum asserit bonum latronem cum Adamo simul introductum fuisse a Salvatore in paradisum, quamvis idem asseveret, in alio sensu, de omni humano genere : Καὶ τὸν Ἀδὰμ δὲ (sic dicit) διὰ τὴν παρακοὴν ἐκ τοῦ παραδείσου ὁ Θεὸς δικαίως ἐρρίψεν· τὸν δὲ λῃστὴν καὶ σὺν αὐτῷ τὸν Ἀδὰμ, καὶ τὸ κοινὸν ἡμῶν ὅλον γένος ὁ Υἱὸς εἰσήγαγεν, ὡς ἴσος πάντως τῇ θεότητι καὶ ἀγαθότητι καὶ δεσποτείᾳ τῷ ῥίψαντι τυγχάνων, id est : « Adamum autem ob inobedientiam ex paradiso Deus merito ejecit : latronem vero, et cum ipso Adamum, et universum nostrum genus Filius illuc introduxit, utpote qui ei, qui ipsum ejecerat, omnino æqualis est deitate, et bonitate, et dominatione. »

III. Quoad animæ immortalitatem non clarius loqui potest Theologus noster. In lib. II, cap. 7, asserit nos factos esse ad imaginem Dei, quoniam, τὸ πνεῦμα τὸ ἀθάνατον ἔχομεν, id est, « quia habemus spiritum immortalem. » Et in lib. III, cap. 1, dicit : Nostrum corpus καταχρατεῖν ἐπιχειρεῖ τῆς φύσει κρείττονος, καὶ' τσούτῳ κρείττονος, ὅσον τὸ ἀθάνατον τοῦ θνητοῦ, id est : « imperare conatur ei quæ natura potior est, et tanto potior, quanto quod immortale est potius est eo quod mortale est. » Sed in cap. 16 ejusdem libri fusius de ea re argumentatur, et vehementer, sicut eximium decet Theologum, quamvis illud faciat obiter ac velut transeunter. Hic libenter referrem totum hunc locum, nisi timerem ne tibi tædium afferrem. Ideo tantum aliqua fragmenta excerpo. Τοῖς δὲ λέγουσιν..., id est : « Iis autem, qui dicunt : Ergo animæ et angeli non sunt immortales et invisibiles, occurrendum est sic. Quod spectat ad immortalitatem, primum quidem hoc modo : quod scilicet horum immortalitas nequaquam eadem est ac primitiva et infinita immortalitas, sed longe inferior atque diversa, quantum creatura a Creatore : ideoque *solus habere immortalitatem Deus* dictus est, juxta I Tim. VI, 16. Alio autem modo : quod animæ et angeli sunt et immortales quoad immunitatem a morte, atque essentiæ incorruptibilitatem, et mortales quatenus mente aliquando corrumpuntur : nam ex mutatione est, quando labuntur in peccatum, ex quo supervenit mors : juxta quem modum Paulus scribit : *Et in deliciis vivens vidua mortua est;* etsi ea nondum ex hac vita migraverit... et intelligitur in animabus atque angelis immortalitas, si, præterquam quod mortis capaces non sunt, hoc est dissolvi nequeunt, utpote incompositi, et ex eorum essentia immunes a morte, ne corruptione quidem mentis succumbant, id est si immobiles permaneant : Mortalitas vero intelligitur per oppositionem hujus... Quod vero spectat ad invisibilitatem, sunt quidem cum animæ tum angeli invisibiles oculo corporis nostri, quia carent visibilibus proprietatibus, colore scilicet, habitu, magnitudine : visibiles autem sunt menti, qui est oculus animæ : quoniam, etc. »

IV. Non habuit occasionem Theologus noster fuse loquendi de statu animarum in altera vita. Enuntiavit attamen, in sequenti loco, lib. II, cap. 12, hæc dogmata quæ, pravis ac infaustis nostris sæculis, sæpius impugnantur ac in derisionem A vertuntur a libidinosis qui paradisum, infernum, ac æternitatem pœnarum reproborum subsannant. Ἀναχαινίζει τοίνυν..., id est : « Renovat igitur nos Spiritus in baptismo... et filios et hæredes Dei ac Patris et conformes imaginis Filii, et cohæredes ejus et fratres, conglorificandos et simul regnaturos cum ipso : et pro terra rursus donat cœlum, et paradisum liberaliter largitur, et angelis jam honoratiores facit, et divinis piscinæ fluentis tantam gehennæ inexstinguibilem flammam exstinguit. »

Disciplina apostolica.

I. Sicut præcipuus scopus heterodoxorum XVI sæculi, ad id tendebat ut reprobarent omnes Romanæ Ecclesiæ traditiones, necesse quoque habuerunt isti novi generis reformatores, in derisum vertere sacras peregrinationes. Non sic sensit Theologus noster, ut animadvertere potuisti, in B longo fragmento paulo ante desumpto e lib. II, cap. 7, § 8.

II. Notandum quoque est, quod ille, tractando de quibusdam ecclesiis, oratoriis, martyriis et sacellis, asserit illa, licet a duobus archangelis Michaele et Gabriele suas denominationes haberent, Deo tamen erecta fuisse, quoniam, sicut tibi apprime compertum est, nullum templum seu ecclesia erigi potest sancto alicui, sed soli Deo, licet in honore et sub invocatione cujusdam sancti.

III. Quamvis postea iidem heterodoxi non ausi fuerint deridere aut reprobare sacram psalmodiam, eorum quidam tamen, quasi perditum existimaverunt tempus a canonicis, aliisque ecclesiasticis, in psalmos decantando consumptum; ex quo facile intelligere est, illos non magni facere hanc praxim, tum Veteri, tum Novo Testamento consecratam et summopere ab Ecclesia commendatam. Noster autem Theologus, lib. II, cap. 6, paragr. 23, interpretando hæc Canticorum verba : *Propterea adolescentulæ dilexerunt te*, sic ratiocinatur : Νεάνιδας C δέ..., id est : « Adolescentulas autem dicit Ecclesias, in quibus glorificatur. De quibus David quoque in LXVII psalmo dixit : *Prævenerunt principes conjuncti psallentibus (juxta psallentes), in medio juvencularum tympanistriarum :* sic locutus propter divulgationem fidei, et quia ipsæ ecclesiæ resonant in omni terra lectionibus et psalmodiis. Unamquamque vero ipsarum in Canticis cap. I, vers. 7, ipse etiam *speciosus forma* Sponsus modeste alloquitur sic : *Ecce pulchra es, propinqua mea, ecce pulchra es.* »

CAPUT II.

Errores quos auctor profiteri visus est.

Expositis dogmatibus, nunc venio ad errores apparentes tamen, non vero reales : nam isti loci qui erronei quibusdam videntur, non sic revera, D me judice, habendi sunt. Ad tria capita reduci possunt : alii ad Dei visibilitatem spectant; alii ad sancti Spiritus processionem, alii denique ad gratiæ necessitatem.

Dei visibilitas.

Et a primis incipiendo, asserit noster Theologus, in capite 27 primi libri, Filium divinum fuisse ab angelis visum, solummodo post Incarnationem, quoniam antea erat illis invisibilis : Καὶ ἵνα πιστικώτερος ὁ λόγος φανῇ (sic dicit), ὥφθαι αὐτὸν ἀξιοῖ καὶ ἀγγέλοις, οἵτισι διὰ τὴν θείαν αὐτοῦ ἀπειρίαν καὶ ἀνειδεότητα ἀόρατος ἦν πρὸ ἐκείνου τοῦ χρόνου ὁμοίως τῷ μόνῳ ἀοράτῳ Θεῷ, καὶ ὑπ' αὐτῶν ὑμνῆσθαι· *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ*, κ. τ. λ., id est : « Et ut magis fide dignus appareat sermo,

(*a*) Hunc locum valde prolixum integre hic exscripserat Mingarellius quia nondum prodierat ejus editio librorum *De Trinitate*. Non est autem cur iterum recudamus quæ leguntur supra. Vide ad locum laudatum.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ipsum visum esse vult (S. Paulus) etiam ab angelis, quibus ob divinam ejus immensitatem, formæque carentiam, ante illud tempus invisibilis erat (Filius) æque ac solus invisibilis Deus : et ab illis cantatum esse hymnum : **460** *Gloria in altissimis Deo*, etc. Sed quis theologus nescit, eamdem rem affirmatam fuisse a sanctis Patribus, præsertim IV et V sæculi, quando contra Eunomianos scripserunt, et specialiter a Theodoreto, licet immerito accusarentur non admisisse intuitivam visionem aut visibilitatem Dei qualem catholici credunt ac docent? Nihil enim aliud, hoc loquendi modo, dicere intendebant hi sancti doctores, uti omnes testantur theologi, nisi, post Incarnationem tantum, ab angelis visum fuisse Filium Dei, non solum visione simpliciter intuitiva, sed etiam comprehensiva, non tamen in sua propria natura divina, sed in natura ab eo assumpta, id est, in natura humana; quod ante Incarnationem erat illis impossibile; vel potius illum viderant visione, ut ita dicam, extensiva, singularique modo antea eis incognito, quia illum incarnatum viderunt. Quoad autem nostrum Theologum, res etiam magis manifesta est, non solum quia alias, sicut mox videbimus, suam mentem clarius de hac re explicat, sed etiam quia illud demonstrat scopus ipsi propositus in hoc loco; non enim aliud intendit, nisi ut concludat, Verbum incarnatum, κατὰ θεότητα, non vero παρὰ φύσιν τὴν πατρικήν, id est, « quantum Deum, non habere naturam dissimilem, » vel « distinctam a Patris natura; » et ad hanc veritatem probandam, inter alia argumenta, illud affert, scilicet : Jesum Christum, ut Deum, esse invisibilem, eodem modo quo Pater ipse, de quo Apostolus I Tim. I, 17 sic ait : *Regi sæculorum... invisibili soli Deo*. Et deinde allegat 16 versiculum III cap. primæ Epistolæ ejusdem Apostoli ad Timotheum, in qua dicitur, Deum post Incarnationem ab angelis visum fuisse, sicut in Vulgatæ versione legitur : *Manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne... apparuit angelis*, etc. Ille legit : Ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶν τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον· Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ... ὤφθη τοῖς ἀγγέλοις, sicut in textu Græco excuso nunc etiam legitur : id est : *Manifeste magnum est pietatis mysterium, Deus manifestatus est in carne... visus est ab angelis*. Sed in Patre invisibilitas non excludit ejus visibilitatem ab Ecclesia catholica admissam. Ergo nihilominus in Filio.

Erroneæ etiam quibusdam videri possunt sequentes nostri Theologi voces. In cap. 12 secundi libri, vocat Spiritum τὸ πάσαις νοήσεσιν ἀόρατον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, id est « invisibile omnibus intelligentiis, » quando de baptismo loquens scribit : Νοητῶς δὲ σῶμα ὁμοῦ καὶ ψυχὴν ἀγγέλων ὑπηρετουμένων τὸ πάσαις νοήσεσιν ἀόρατον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ βαπτίζει εἰς ἑαυτὸ καὶ ἀναγεννᾷ, id est : « Spiritaliter autem corpus simul et animam, ministrantibus angelis, Spiritus Dei omnibus intelligentiis invisibilis baptizat in se ipsum, et regenerat. » Et in primo cap. ejusdem libri dicit : Trinitas ὑπάρχει ἀόρατος καὶ σεραφικοῖς ὀφθαλμοῖς, id est, « invisibilis est etiam oculis seraphicis. » Et in cap. 16 libri III : Deus, inquit, μήτε νῷ αὐτῶν ἀγγέλων ἐνορᾶσθαι πέφυκεν, id est, « videri non potest ab intelligentiis ipsis angelicis. » Et denique in cap. 35 ejusdem libri legitur : Νῷ παντὶ ἀχώρητος καὶ ἀνέφικτος ὁ ἀόρατος Θεός, id est : « Is qui cuilibet menti incomprehensibilis et inaccessibilis est, invisibilis Deus. »

Sed ejusmodi locutiones et aliæ forsitan etiam duriores adhibitæ sunt a sancto Joanne Chrysostomo, a Theodoreto et ab aliis multis, qui per eas excludere non intenderunt visionem Dei intuitivam, sed solummodo comprehensivam, quam stulte docebat Eunomius. Et in eodem sensu intelligenda sunt in nostro Auctore, uti manifestum est e duobus sequentibus textibus; quorum primus invenitur in capite 16, jam citato, tertii libri, ubi expresse legitur, Deum ideo dictum fuisse a sancto Paulo invisibilem etiam angelis ipsis, quia eis incomprehensibilis est : Εἰσὶν μὲν καὶ αἱ ψυχαί..., id est : « Sunt quidem cum animæ tum angeli invisibiles oculo corporis nostri, quia carent visibilibus proprietatibus, colore scilicet, habitu, magnitudine : visibiles autem sunt menti, quia est oculus animæ : quoniam non sunt inaccessibiles, utpote natura creati, sed est nobis cogitatio de ipsis. Itaque, quamvis, secundum impressionem quæ in oculorum sensu fit, sint invisibiles, tamen secundum comprehensionem speculationis et scientiæ sunt visibiles. Deus vero cum sit supra invisibile, et supra id quod maxime occultum est, et supra omnem mentem, non modo visioni, aut omnino sensui obnoxius esse non potest, sed ne mente quidem ipsorum angelorum inspici, eo quod sit incomprehensibilis et inaccessibilis. Quod enim existat Deus, omnibus notum est : quid autem, aut quomodo sit, speculari difficilius est omnibus rebus naturalibus. Recte ergo prædicto modo dictus fuit *solus immortalis*, et *sapiens* Deus, et *invisibilis*. »

Sed longius et clarius se explicat in lib. II, cap. 6, § 16, expresse asserendo, angelos non comprehendere Deum omnimode (quia talis visio Filii tantum et Spiritus sancti propria est), sed tamen illum videre intuitive, quantum sinit illarum mentium capacitas, quæ licet excellentissimæ ac præstantissimæ sint, sunt tamen creatæ, ac ideo limitatæ. Ἡ κτίσις οὐχ ὁρᾷ..., id est : « Creatura non videt Deum et Patrem ita uti est; ab altera enim natura hoc capi non potest, nec sustineri : et ita intelligendum est illud Exod. XV, 20 : *Nemo videbit faciem meam et vivet*. Scripturæ autem dicunt interdum quidem Filium solum, interdum vero Spiritum sanctum solum videre, aut nosse Deum Patrem..... Nonne ergo, inquiunt, scriptum est a Matthæo XXXVIII, 10, ex persona Salvatoris : *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis : dico enim vobis, quod angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est?* Utique. At vident, non quantus, et qualis est Deus, sed quantum ipsi capaces sunt. Unigenitus autem et Spiritus sanctus ob identitatem Deitatis vident ita uti est carens quantitate et forma Deus. »

Processio sancti Spiritus.

Veniendum nunc ad Spiritus sancti processionem. Scit Excellentia Vestra, quod ante Photium cujus memoria per cuncta sæcula detestanda erit, hæc controversia non fuit consulto agitata inter Græcos et Latinos; et quamvis fere omnes sancti Patres Photii sæculo anteriores vel expresse docuerint quod postea clare ac solemniter definitum fuit ab Ecclesia, vel de eo ita locuti fuerint, ut manifestum esset processionem tertiæ personæ de ambabus primis admitti, attamen non adeo lucide determinata ac stabilita erat de hoc dogmate catholica loquendi ratio, quin aliqui Patres usi fuerint quibusdam vocibus quæ nunc non modo suspectæ forent, sed etiam erroneæ imo et hæreticæ, quia catholicum dogma tam clare definitum est, ut hujusmodi locutiones nec excusari, nec etiam benignis interpretationibus defendi aut justificari possent. Sic sanctus Joannes Damascenus, ut alios omittam licet sit sanctus ac scriptor catholicus, tamen, in libro primo *Fidei orthodoxæ*, aperte negat Spiritum sanctum, ἐκ τοῦ Υἱοῦ, « ex Filio, » procedere, volendo tantum dici posse illum διὰ τοῦ Υἱοῦ, « per Filium, » de Patre procedere. Non igitur mirandum esset si Theologus noster, qui satis multo ante Photii tempora scripsit, usus fuerit vocibus quæ postea vitandæ fuerunt, velut suspectæ. Sed quamvis ille de tertia persona quasi ex professo tractaverit et quam maxime fuse, num-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

quam tamen docuit Spiritum sanctum non procedere etiam e Filio, aut dici posse, licet διὰ τοῦ Υἱοῦ, « per Filium, » non jam exinde illum « de Filio » procedere, et nunquam similibus verbis usus est.

Equidem lib. II, cap. 1, sic legimus: Ἅγιον Πνεῦμα τὸ μόνον ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ (id est Patris)... ἐκπορευθέν· quæ forsitan verba **461** a quodam Photiano reddentur per : « Spiritus sanctus, qui solum ex hypostasi ipsius Patris processit. » Me autem judice, sic reddi debent : « Spiritus sanctus, qui solus ex hypostasi ipsius Patris processit. » Et ne quis, inter eos qui Photianam hæresim sequuntur, meam suspectam fidem habeat de allato testimonio, ad verbum transcribam textum Auctoris nostri, qui sic se habet, secundo ineunte libro: Οἱ σπουδάζοντες... id est : « Qui templum se esse student aliquatenus dignum Spiritus sancti in fidelibus habitantis, utpote qui illucescentem ipsis inaccessibilem lucem semel habuerunt, glorificant æquali honore, quemadmodum Dominus in baptismi institutione præcepit, cum ingenitum Deum ac Patrem, tum ipsi ex ipso coexsistentem dilectum, et unigenitum Filium Verbum, tum commemoratum Spiritum sanctum, qui solus ex ejus hypostasi ab æterno, et continue processit; consubstantialitati quidem Trinitatis fidem non denegantes, modum vero, ac discrimen generationis et processionis non quærentes; id enim vel cœlestibus Dei ministris potestatibus ignotum est, ineffabile, atque ad cogitandum formidabile; nec investigantes, quomodo in seipsa substiterit ab æterno sancta Trinitas, uno semper et eodem modo se habens, ac potens ex æterno, ubi considet, solio abyssos inspicere, et tacens audiri, et tacentes audire, » etc. In hoc textu, vox μόνον nihil aliud mihi significare videtur, nisi quod Filius γεννᾶται « generatur, » et quod Spiritus sanctus ἐκπορεύεται « procedit. » Hunc autem allati textus genuinum esse sensum probatur: primo, verbis ejusdem Auctoris quæ continuo sequuntur: Τρόπον δὲ καὶ διαφορὰν γεννήσεως καὶ ἐκπορεύσεως οὐ ζητοῦντες, « Modum vero ac discrimen generationis et processionis non quærentes; » secundo, aliis verbis quæ in cap. 5 ejusdem libri leguntur : Καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα... id est : « Spiritus autem sanctus dicitur in Scriptura unus et solus esse tum quia singulariter et solus ipse ex hypostasi Dei et Patris procedit, non vero generatur sicut Filius : tum ne suspicemur eum esse creaturam ut sunt alii spiritus... Non potest ergo unus Spiritus sanctus neque uni Patri vel uni Filio esse dissimilis, neque multitudini spirituum similis. » Licet ex istis verbis iterum inferri queat cur in citato textu vocem μόνον adjunxerit Theologus noster, nempe, ut contra Macedonium contenderet, Spiritum sanctum similem non esse aliis spiritibus, de quibus dicitur quod ἐκτίσθησαν, « fuerunt creati, » non autem quod ἐκπορεύονται, id est, quod « a Deo procedunt. »

Equidem fatebor nostrum scripsisse Auctorem, lib. I, cap. 31, quod Spiritus sanctus ἐκπορεύεται παρὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ μένει παρὰ τῷ Υἱῷ θεϊκῶς, id est, « procedit a Patre, et manet apud Filium divino modo. » Ergo, quidam dicet Photianus, Spiritus sanctus a Patre procedens in Filio manet, sed non a Filio procedit. Mox autem videbimus nihil probari vocibus istis, ἐκπορεύεται παρὰ τοῦ Πατρός, « procedit a Patre. » Et per alias voces, καὶ μένει παρὰ τῷ Υἱῷ, « et manet apud Filium, » nihil aliud designare noster voluit Theologus nisi *circuminsessionem* divinarum personarum, de impetendo Filii spiramine minime cogitans; quod ex toto contextu patet; etenim, in hoc capite 31, unice mens illi fuit consubstantialitatem Filii probare omnibus Scripturæ sacræ locis in quibus asseritur regnum ejus esse sempiternum. Unde dicto capiti sic finem imponit : Καὶ τὴν προφητείαν δέ... id est, « Prophetiam vero Isaiæ dicentis : *Regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis*, Paulus quidem Spiritui Dei attribuit, Joannes autem Unigenito, ut antea dictum est, ob communionem Deitatis et unius perpetui regni. Quomodo enim fieri potest, ut unus quidem regnet, alius vero, ut in hominibus contingit, otiosus sit, cum Pater in Filio, et Filius in Patre maneat, et Spiritus procedat a Patre, ac maneat apud Filium divino modo? » Ut aliter explanentur hæ voces necesse non est.

Neque negabo haud semel et iterum, sed sæpissime ab Auctore nostro Spiritum sanctum vocari Πνεῦμα Πατρός, id est, « Spiritum Patris, » et Πνεῦμα Θεοῦ, id est, « Spiritum Dei, » quod de « Deo Patre » intelligit; verbi gratia, lib. I, cap. 15 : Τὸ, *ὁ παντοκράτωρ*, οὐδὲ ἑρμηνείας δεῖται· δείκνυσι γὰρ ἀδιαίρετον ἔχειν πρὸς τὸν Θεὸν Πατέρα καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα αὐτοῦ τὴν βασιλείαν, καὶ εἶναι ἐπὶ πάντων Θεόν. Id est · « Illud, *omnipotens*, ne interpretationis quidem indiget : ostendit enim, eum una cum Patre, et sancto Spiritu illius, individue regnare, et esse super omnia Deum. » Et in 18 capite ejusdem libri : Καὶ πάλιν δὲ Κορινθίοις τὸ δεύτερον· *Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετὰ πάντων ἡμῶν·* ἐνταῦθα διὰ τὸ ταυτὸν τῆς θεότητος πρώτου ἐμνημόνευσεν τοῦ Υἱοῦ, καὶ οὕτω τοῦ Πατρὸς, εἶτα τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτοῦ. Id est : « Et rursus in secunda ad Corinthios : *Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio Spiritus sancti cum omnibus vobis.* Hic ob identitatem Deitatis primum nominavit Filium, deinde Patrem, ac postea sanctum Spiritum ipsius. » Et in cap. 16 libri primi : Ἁπλατής ἐστιν... ὁ Θεὸς Λόγος, καθὰ καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα αὐτοῦ. Id est : « Latitudine caret... Deus Verbum, quemadmodum etiam Pater, et sanctus Spiritus ipsius. » Nec ego perpendam utrum pronomen αὐτοῦ, « ipsius, » referri queat ad Filium : cum præsertim alii loci sint admodum clari, quibus omne dubium removetur; verbi gratia, lib. I, cap. 26 : Καὶ τὸ χρῆναι σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι αὐτοῦ προσκυνεῖσθαι τὸν μονογενῆ Θεὸν καὶ Υἱόν. Id est : « Et quod cum Patre et Spiritu ipsius adorare oportet unigenitum Deum et Filium. » Et lib. II, cap. 2 : Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα, ἴδιον ἑαυτοῦ ἐξονομάζει, ἅτε ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευθὲν κατὰ φύσιν. Id est : « Spiritum sanctum vero vocat (Pater) suum proprium, utpote eum qui ex ipso processit secundum naturam. »

Porro, neque per istas, neque per alias ejusdem generis voces dogma catholicum impugnatur, juxta quod Spiritus sanctus non solum procedit a Patre, sed ab eo *præcipue* procedit. Quod autem sit Pater προκαταρκτικὴ αἰτία, id est « causa præcipua, » ut Græci dicunt, Patrem significat præcipuam originem et principium esse Spiritus sancti, utpote totius fontem divinitatis, e quo Filius ipse spiramen activum habet, quocum spiramine ipse una cum Patre spirat sanctum Spiritum. Nec igitur mirum, quod illum multoties vocet Theologus noster « Spiritum Patris, » vel « Spiritum Dei, » id est, Dei Patris. Illud autem potissimum impugnantes refellit, quod sæpius idem auctor expresse Spiritum sanctum vocet Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, id est, « Spiritum Filii. » Sic lib. I, cap. 18 : Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τὰς μακαρίας ὑποστάσεις ἐξέφηνεν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ Πνεῦμα εἰρηκώς· Δεῦτε, κ. τ. λ. Id est, ut in mea versione legere est : « Deus et Pater beatas personas manifestavit, cum sic Filium suum, et sanctum ejus Spiritum allocutus est : *Venite*, etc... » Et dici nequit hanc vocem, αὐτοῦ, de Deo Patre intelligendam esse, cum, de Filio loquendo, dicat, ἑαυτοῦ, de Spiritu autem, αὐτοῦ. Cæterum, apertius lib. II, cap. 6, § 23, legitur : Ἡ κτίσις ἐλαίῳ κτιστῷ ἀγιαζομένῳ ἐν τῷ βαπτίσματι χρίεται· ὁ Σωτὴρ ὡς Θεὸς τῷ συναϊδίῳ αὐτοῦ ἐχρίσατο παρ' ἁγίῳ Πνεύματι παρὰ τοὺς μετόχους ἡμᾶς. Id est,

Digitized by Google Распознавание текста

« Creatura oleo creato sanctificato ungitur in baptismo. Salvator, utpote Deus, unctus est suo, undequaque sancto et increato, ut ipse est, Spiritu, præ consortibus, nobis scilicet. 462 » Et demum, lib. III, cap. 1: Υἱὸς Λόγος τοῦ Θεοῦ ὁ μηδενὸς μηδὲ αὐτῶν τῶν καταφρονούντων αὐτοῦ καταφρονῶν· ὁ τῇ ψυχῇ, εἰς ἣν διὰ τοῦ φυσήματος τὸ ἅγιον αὐτοῦ Πνεῦμα κατῴκισεν, τὸν λόγον τῶν πάντων τὸ τιμιώτατον κατασπείρας. Id est : « Filius Verbum Dei, qui neminem, ne ex iis quidem qui eum contemnunt, contemnit; qui animæ, in qua per inspirationem sanctum ejus Spiritum habitare fecit, rationem inseruit præ omnibus rebus maximi faciendam. »

Item fatebor Theologum nostrum ita obscure lib. II, cap. 2, de Spiritu sancto fuisse locutum, ut nisi quis potius Auctoris menti quam verbis attendat, illum facile credat a fide recessisse catholica, eumque opinioni favisse quam postea Photius velut dogma stabilire aggressus est. Sequentem titulum, seu potius argumentum sequens in fronte gerit dictum caput : Περὶ τοῦ, τὸ ἅγιον Πνεῦμα εἶναι τοῦ Θεοῦ, καὶ περὶ αἱρετικῆς ἀντιθεσέως. Id est : « Spiritum sanctum esse a Deo, et de rebus quæ ab hæreticis objiciuntur. » Porro, in capite isto multa e Scriptura sacra desumpta testimonia promit, in quibus vocatur Spiritus sanctus « Spiritus Dei, » aut « Spiritus Patris. » Deinde tria alia affert in quibus nominatur vel « Spiritus Christi, » ut in Epist. Rom. cap. VIII, v. 9; vel « Spiritus Filii, » ut in Epist. ad Gal. cap. IV, v. 6; vel « Spiritus Jesu Christi, » ut in Epist. ad Philipp. cap. I, v. 19. Post hæc, subjungit, per istius modi voces, Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, « Spiritus Filii, » demonstrari Spiritum sanctum Filio consubstantialem esse, prætereaque tum secundam, tum tertiam Personam ducere originem ἐκ τοῦ ἑνὸς Πατρός, id est, « ab uno eodemque Patre. » Non igitur Spiritus sanctus Filii Spiritus dicitur, quia et ab ipso procedat, ut aliquis forsitan objiciet inter Photii discipulos, sed quia ambo procedant ἐκ τοῦ ἑνὸς Πατρός, id est, « unico Patre, » et εἰς τὸν αὐτὸν ἕνα ἀνάγονται, id est, « ad unum eumdem reducuntur. » Quo autem clarius nitescat res, hic ipsamet nostri verba Theologi transcripturus sum. Καὶ τὸ γεγράφθαι δέ... Id est : « Quod autem scriptum est, ipsum esse *Spiritum Filii*, ostendit similiter communionem naturæ, adeo ut putari nequeat Spiritum esse illius creaturam : quomodo enim proprio Patri, quasi illum antea non habenti ex se ipso, condidisset Filius illum, qui et est et dictus fuit in Scripturis Spiritus Dei? Id quidem non modo blasphemum est, sed etiam stultum. Intelligatur autem *Spiritus Christi*, id est virtus Christi, eo modo quo dictum est Christum esse Dei virtutem et Dei sapientiam : quoniam enim ex uno Patre natura, non vero creatrice energia, processerunt hæ beatæ hypostases, in eumdem unum referuntur. »

Sed, ni ego fallor, nullam omnia ista vim habent. Etenim primo, aliis in locis a me citatis, quos e nostro desumpseram Theologo, Spiritus sanctus nunc Patris, nunc Filii Spiritus passim nuncupatur, quod idem sonat ac si diceretur Spiritum sanctum a Patre Filioque simul procedere; secundo, non ideo dici potest Spiritum sanctum Filii esse Spiritum, ob eam solummodo rationem, quia Filius et Spiritus sanctus consubstantiales sint; nam, si illud admitteretur, pariter dici posset Patrem et Filium a Spiritu sancto « esse, » quoniam ambo Spiritui sancto consubstantiales sint : quod repugnat. Unde patet Spiritum sanctum dici Spiritum Filii, seu « proprium Filii Spiritum, » non solum quia consubstantiales sunt Filius et Spiritus sanctus, sed etiam quia Spiritus a Filio, non autem Filius a Spiritu, procedat. Unde iterum, non noster fidem impugnat catholicam Theologus, licet contendat ideo Spiritum sanctum Filii Spiritum vocari, quia Filio consubstantialis sit Spiritus : quod plenissime veritati consentaneum est. Quod si et alteram rationem non subjunxerit, id est, rem ita esse quia Spiritus sanctus etiam a Filio procedit, illud quidem propter operis scopum omisit, sed nunquam negavit.

Nostrum autem Auctorem ob rationem superius allatam de sancti Spiritus a Filio processione constabit silusse, si attendatur eum unice sibi scopum proposuisse (in hoc integro 2 capite libri II) demonstrare, Spiritum sanctum æterno Patri consubstantialem esse. Unde fit ut semper ille, postquam tot et tanta attulit testimonia, in quibus Spiritus sanctus vocatur nunc Spiritus Patris, nunc Spiritus Dei, nunc Spiritus Filii, nunc Spiritus Christi, sic concludat : Ergo Spiritus sanctus consubstantialis est Patri; aut aliter : Ergo Spiritus sanctus consubstantialis est Filio. Ecquis nunc, sic positis rebus, illum arguet non sequenti conclusisse modo : Ergo Spiritus sanctus procedit a Filio? Præterea, nullum certe bona fide hominem reperias qui ista verba neget, ἐκ τοῦ ἑνὸς Πατρός, « ex uno Patre, » et alia hæc, εἰς τον αὐτὸν ἕνα, « in eumdem unum, » a nostro scripta fuisse Theologo ad significandum, Spiritum sanctum consubstantialem esse Patri, sicut eidem Patri consubstantialis est Filius; non autem ut in Filio spiramen activum negetur.

Neque objici potest quod Theologus noster, tum ad locos citatos lib. II, cap. 2, tum alibi, de processione Spiritus sancti loquens, simpliciter processionem a Patre, nunquam autem processionem a Filio memoret. Novit enim Excellentia Tua quam inane, jam a multis sæculis, a theologis judicatum fuerit Photii argumentum, quod desumpserat ex eo quod Christus, licet in quodam loco dixerit, *De meo accipiet*, alibi dicit, *Qui a Patre procedit*, quasi a solo Patre, non autem a Patre et Filio simul, procederet. Unde ego qui *scienti legem loquor*, non immorabor in re, operamque impendam quosdam textus citando e quibus colligere erit auctorem nostrum seu expresse, seu vi *consequentis* urgente, dogma catholicum a Photianis impugnatum admisisse.

Primo, in sequenti textu, Auctor asserit non aliter Patrem a Filio distingui, nisi quia Pater est. Vid. lib. I, cap. 21, ubi, postquam veritatem horum Christi verborum ostendit, Joan. XVI, 15 : *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt*, sic concludit : Πάντα οὖν εἶπεν τὰ πατρικὰ τυγχάνειν αὐτοῦ· ὥστε μηδὲν πλέον διδόναι τῷ Θεῷ Πατρὶ, ἢ μόνον τὸ εἶναι Πατέρα Υἱοῦ συνανάρχου καὶ συνυφεστῶτος· οὕτω πιστεύειν ἀναπείθει καὶ τό· *Πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστιν, καὶ τὰ σὰ ἐμά*, κ. τ. λ. Id est : « Omnia ergo quæ Patris sunt, sua dixit esse, ita ut nihil amplius Deo Patri det, nisi hoc solum, quod sit Pater Filii coæterni, ac simul cum eo subsistentis. Sic nos credere jubet etiam illud (Joan. XVII, 10) : *Omnia mea tua sunt, et tua mea*, etc. » Quod falso diceretur, nisi Spiritus sanctus etiam a Filio procederet : tum enim Pater a Filio distingueretur, non solum quia Pater est, sed etiam quia solus activo spiramine polleret.

Secundo, vid. item lib. II, cap. 5, alium locum in quo noster scripsit Theologus, Spiritum sanctum Filii imaginem esse. Καὶ καθὰ ὁ Πατὴρ ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει ὢν ἐξεικονίζεται ἐν τῷ Μονογενεῖ διὰ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς Θεότητος, τοῦτ' ἔστιν τῆς οὐσίας· τὸν ἴσον τρόπον καὶ ὁ Μονογενὴς ἐν τῷ ἑνὶ ἁγίῳ Πνεύματι. Id est : « Et sicut Pater in propria hypostasi exsistens repræsentatur in Unigenito tanquam in imagine ob identitatem Deitatis, id est essentiæ; ita eodem modo etiam Unigenitus repræsentatur in uno Spiritu sancto 463 tanquam in imagine. » Porro, cum ex eo quod Filius vocetur imago Patris, recte colligatur illum a Patre ducere originem; simili modo, ex eo qnod Spiritus sanctus imago Filii nominetur, necesse inferendum est etiam a Filio Spiritum sanctum oriri.

Tertio. Quoad tertium textum, vid. lib. II, cap.

Digitized by Google Распознавание текста

14, ubi Auctor docere videtur Spiritum sanctum a Filio procedere. Etenim, quemadmodum in Scriptura sacra Jesus Christus dicitur Veritas, quod sibi nomen tribuit ipse Christus, ubi dicit Joan. XIV, 6 : *Ego sum via, veritas et vita :* ita Theologus noster, in hoc versu psal. XLII : *Emitte lucem tuam et veritatem tuam*, per vocem *lucem*, se intelligere Spiritum sanctum, et per vocem *veritatem*, Filium se intelligere testatur; continuoque subjungit, Spiritum sanctum procedere a Veritate, id est a Filio. Ταῦτα καὶ Δαυὶδ..... id est : « Hoc ne David quidem silentio præterit. Conjungens enim manifesto naturam et concordiam Filii, qui, Lux ex Luce, genitus est, et Spiritus sancti, qui vere (etiamsi non sit legendum *veritas*, ἀλήθεια) ex Veritate processit, psallit quidem : *Emitte lucem tuam et veritatem tuam ;* et in psal. CXLVII : *Emittet verbum suum, et liquefaciet ea ; flabit spiritus ejus, et fluent aquæ.* »

A

At sermonem alio transferamus : timeo quidem ne diutius, et ultra quod mihi in principio proposueram ibidem commoratus sim.

B

Necessitas gratiæ.

Utrum Theologo nostro Pelagianæ hæresis quædam notitia pervenisset, tempore quo jam senex hoc opus scripsit, prorsus ignoro. Attamen nihil ipsum hunc temporis de ista hæresi audivisse verisimile videtur. Etenim quodam identidem in illius Opere occurrunt voces, quas Pelagiani et Semipelagiani suspectas effecere, quibusque profecto ipse conscius uti noluisset. Quidquid id sit, pro vero teneo nunquam eum in mente habuisse sese Pelagianorum erroribus amicum præbere.

Negare tamen nequeo, illum, libr. II, cap. 14, scripsisse, « fidem a nobis initium habere ; » quæ quidem voces hæresim Semipelagianam redolent, ut aperta res omnibus est, siquidem iis sensu hæretico usi sunt Semipelagiani. Sed apud nostrum Theologum eædem sunt catholicæ, quia diverso penitus sensu usurpantur, ni ego fallor; etenim idem etiam in instauranda fide semper gratiæ necessitatem admisit. Cæterum, quo res ista omnium oculis melius dignoscatur, locum de quo agitur *in extenso* tradere volo legentibus; ubi, postquam in Veteri Testamento multas baptismi figuras inveniri probavit, allegorice explanat ea quæ in cap. III, vers. 8, 9, necnon in cap. IV, vers. 2, 3, 6, 10, Zacharias propheta scripsit. Ἀναφέρει δέ τις ἂν ὀρθῶς εἰς ταῦτα καὶ τὰ ἀποκεχρυμμένα τῆς Ζαχαρίου διανοίας. Ibi autem capitis tertii octavum et nonum vers. Auctor exponit; deinde subjungit : Μνημονεύσας δέ..... id est : « Recte autem quis ad hæc retulerit etiam ea quæ in Zachariæ sensu abscondita sunt..... Et postquam commemoravit etiam *candelabrum aureum*, (vers. 2, cap. IV Zach.) id est purissimam fidem, quæ incipit quidem a nobis, extollitur autem usque ad ea quæ sunt supra nos (nam per aurum intelligitur res munda et pretiosa : aurum enim ita natura comparatum est, ut ærugiuem non contrahat); et postquam dixit esse *super ipsum parvam lampadem*, id est divinam gratiam, quæ ex alto omnia illuminat; et *septem lucernas*, nempe spiritalis gratiæ abundantiam et perfectionem : et præter hæc, desuper *septem infusoria* (seu emunctoria), id est inexstinguibilem ac perennem, qui inde est, influxum, » etc. Res evidens est, nisi in errore ego ipse versor, Theologum nostrum ex eo loco, quem alii naturali et obvio sensu accipiendum volunt, inferre, nunquam fidem in homine absque gratiæ influxu nasci posse.

C

Etenim, ut ait, divinæ gratiæ (quam per lampadem designatam asserit), abundantiæ et perfectioni gratiæ ejusdem, quæ septem lucernis significatur, denique (illi divino influxui perenniter mananti tribuenda sunt bona opera, necnon fidei initium, quæ licet in nobis nostra partim nasci sponte queat, nunquam tamen sine gratiæ juvamine sumit ortum.

Ne vero quid dubii circa illud punctum maneat, Vestram deprecor Excellentiam mihi fas sit addere, non alia mente Auctorem nostrum primo fidei initium, deinde autem gratiam Dei nominasse, nisi quo melius ordinem prophetæ sequeretur. Aliunde, ne quis in errorem vocum inducatur, postquam scripsit Theologus noster infra esse aureum candelabrum, id est fidem, statim subjungit illud parva illuminari lampade, quæ super illud stat; qua voce significat, semper fidei proire istam Dei adjutricem gratiam, e qua nostra *omnia* (πάντα) bona opera decurrunt, et unde ipsius nostræ initium fidei originem ducit (τὴν ὑψόθεν πάντα καταφαίνουσαν θείαν χάριν), « divinam gratiam, quæ ex alto omnia illuminat. »

D

Quæ satis erunt, ut opinor, ad nostrum Theologum suspicione Semipelagianismi solvendum, præsertim cum judici nostro notissimum sit, similes a Græcis Patribus voces usurpatas fuisse, necnon catholico sensu explanatas a doctissimo Ludovico Thomassino, tom. II, lib. IX, cap. 7 et sq., et nuperrime ab eruditissimo P. Bernardo Maria de Rubeis, in Dissertatione quæ ad limen invenitur novæ editionis Operum Theophylacti. Neque rem inutilem agam, si unum et alterum locum curem transcribere, in quibus Theologus noster gratiæ necessitatem vel supponit vel expresse docet. Sic lib. II, cap. 1, scripsit : Spiritus sanctus est πανὸς ἀγαθοῦ νοῦ πρόοδος, id est « omnis bonæ mentis veluti præcursor. » Quod idem sonat ac si diceretur initium fidei nobis inesse per antecedentem gratiam Spiritus sancti. Sic etiam, lib. II, cap. 8, ait, « nihil nos propriis operibus mereri posse. » Unde sequitur, neque fidei initium. Ὁ γὰρ ἀναίτιος..... id est : « Etenim inculpabilis..... Deus, qui largitur non relate ad id quod nos meremur accipere (nam ne ex operibus quidem meremur ullum bonum), sed relate ad id quod ei convenit dare; qui omnia novit, et omnia potest..... solo nutu, non vero manuum operatione, vel dolore singulis bona et larga dona liberaliter copioseque semper præbet : neque vero nunc ea confert, nunc minime confert; neque modo quidem magis, modo vero minus, sed continue eodem modo, et similiter..... nemo enim ex iis qui sunt, ab ipso rejicitur, quandoquidem oriri facit solem super justos similiter et peccatores, et iis qui ad undecimam horam operati sunt, eamdem mercedem confert, quam iis qui ab aurora foderunt ac vineam coluere ex conventione, dat. »

Post talia et tam clara testimonia, frustra equidem tempus tereret, qui sequenti textui Theologi nostri, e cap. 9 libri primi desumpto, aut aliis hujusce modi verbis, patrocinaretur : Περὶ ἡμᾶς δέ..... id est : « Nostrum autem est quædam quidem ex Dei operatione, quædam vero ex nostra voluntate habere; nec enim nostra voluntate, sed Dei, habemus ut constemus ex anima et corpore, et ut rationales simus : qui enim necdum ullo modo exsistebamus, quomodo poteramus velle, aut nolle? Propria autem electione habemus ut boni simus aut mali, et docti ex studio aut indocti ex ignavia. » Neminem igitur, me judice, tam cupidum invenias nostrum impugnandi Auctorem, ut contendere audeat illum his sequentibus verbis supernaturale gratiæ auxilium rejecisse : Προαιρέσει ἰδίᾳ, « propria electione : » dum e contra, lib. II, cap. 7, parag. 8, salutem nostram 464 per gratiam Spiritus sancti operari apertissime docuit. Ὡς χαλεπὸν ὄν, καθά φησιν, οἰάκων ἔχεσθαι ὅτῳ κυβερνητικῆς οὐκ ὑπεστιν· οὕτω χαλεπὸν καὶ διδάσκειν ὅτῳ ἡ χάρις τοῦ θείου Πνεύματος ἡ τῶν ἀνθρώπων σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ ἐργαζομένη τὴν σωτηρίαν, οὐ πάρεστιν. Id est : « Sicut ergo difficile est, ut aiunt, ut guber-

Digitized by Google Распознавание текста

nacula teneat is qui gubernandi arte caret, ita difficile est ut doceat is cui divini Spiritus gratia, quæ hominum salutem cum Patre et Filio operatur, non adest. »

CAPUT III.

Res notabiles.

Nunc tertium caput aggredior, in quo Vestræ Excellentiæ indicabo quam brevissimis verbis res nonnullas quæ mihi dignæ videbuntur quibus intendat animus, aut quibus faventibus, notior et interdum notissimus evadet Auctor. Quasque ordinatim tradam. Primus ordo multas complectetur voces notabiles, vel peculiares, vel a nostro Theologo peculiari sensu usurpatas; ordo secundus quasdam illius opiniones habebit; tertius autem, textus a Bibliis sacris desumptos; quartus vero, res quæ ad disciplinam spectant; quintus, historicos eventus; sextus, auctores ab eo citatos; septimus demum quos confutavit hæreticos

Voces notabiles, seu peculiares.

Hic ordinem sequar alphabeticum, voces notando quæ apud alios non reperiuntur auctores; sensumque verbis accurate præfigam, quoties mihi aperte innotescet; neque invidebo, si quis me seu oculorum seu ingenii acumine vicerit.

A

1. Ἀγαθοειδές. Loquens de divino Filio, dicit eum esse φῶς ἀγαθοειδές.

2. Ἀγγελτικόν. De eodem agendo, dicit eum fuisse vocatum τὸ ἀγγελτικόν, « Angelum magni consilii. »

3. Ἀγήγειν. Dicit Dominum solitum esse peccatoribus ἀγήγειν suam gratiam.

4. Ἁγιστρισσολογῆσαι, significat « Trisagium canere, seu laudare Deum ter *Sanctus* dicendo. » Alibi voce τρισαγιολογεῖν utitur.

5. Ἄδεκτα τοῦ Θείου. Dicit de hæreticis : Ἄδεκτα τοῦ Θείου προσφέρουσι ῥήματα.

6. Ἀεικίνητος. Inter multa quæ Deo tribuit epitheta, istud quoque legitur, ἀεικίνητος. Sed quonam sensu dici potest « Deum semper movere? »

7. Ἀθεήσαντα. Ad locum quemdam prophetæ Baruch, ait quod, nisi de divinarum personarum identitate accipiatur, λείπεται ἀθεήσαντα εἰπεῖν, « Deus Pater non est Deus noster. »

8. Ἀθληφόρου, pro ἀθλοφόρου. Eodem modo S. Cyrillus ait de Jerusalem, στεφανηφόρια, pro στεφανοφόρια.

9. Αἱρεσιομαχεῖν, significat, « pro hæresi pugnare. »

10. Εἰς αἴσιον καὶ ἐπ' ἄπειρον. Dicit quod sancta Trinitas est ἡ τὰ πάντα μόνη εἰδυῖα καὶ εἰς αἴσιον καὶ ἐπ' ἄπειρον κατορθοῦσα.

11. Αἰόλου. Hac utitur voce, de quadam hæreticorum objectione loquens : Τῆς νῦν κινουμένης αἰόλου αὐτῶν σοφιστείας.

12. Ἀκατάληκτον, id est : « Aliquid quod neque æstimari neque enarrari potest. »

13. Ἀκούοντες, id est : « Interpretantes. »

14. Ἀλέκτως, id est : « Ineffabiliter. »

15. Ἀμέγεθες, id est : Quod « quantitatem non habet. »

16. Ἀναπεπταμένως, id est : « Aperte. »

17. Ἀναπετάζων, id est : « Reserans. »

18. Ἀναθελησία, id est, « si mihi tamen verbum creare liceat : « Noluntas, » seu « τὸ Nolle. »

19. Ἀνείδεος. Deus est, inquit, ἀμεγέθης καὶ ἀνείδεος, id est, meo sensu : « Quantitate et forma carens. » Sicut alibi ἀνειδεότητα, id est : « Formæ carentiam. »

20. Ἀνέκλεκτον. Dicit nos vocari cohæredes Christi διὰ τὴν ἀνέκλεκτον ἐναυθρώπησιν αὐτοῦ.

21. Ἀνημμένος. Jubet, inquit, Spiritus sanctus ὡς βασιλεὺς ἥμερον καὶ νόμιμον ἀνημμένος ἡγεμονίαν.

22. Ἀνθρωπολογηθέντα, id est : « Humano modo dicta. »

23. Ἀνώκισται. Dicit quod νοῦ παντὸς ἀνώκισται, quomodo Virgo, talis remanens seu salva virginitate, pepererit.

24. Ἀπαμφιέννυσαν. Ex auctoris nostri phrasim : Πᾶσαν ἀπαμφιέννυσαν αἱρετικὴν πειθανολογίαν.

25. Ἀπεριβόητον. Hoc epithetum Deo tribuit, cum scribit : τὸν ἀπεριβόητον Θεόν.

26. Ἀποδιακείμενοι, id est : « Male affecti. »

27. Ἀποικονομεῖται. Quamdam hæreticorum responsionem refellens, ait : Ἀλλ' αὐτόθεν τὸ γλισχρον αὐτῶν ἀποικονομεῖται.

28. Ἀποκρίτως. Dicit quosdam homines prandia facere ἀποκρίτως, quosdam vero κατὰ δοκιμασίαν ἀκριβῆ. Unde credendum puto illum sumere vocem ἀποκρίτως pro voce ἀδιακρίτως, id est, « promiscue, sine electione. »

29. Ἀποπεράτωσις. Dicit in Deo neque μείωσιν, neque ἀποπεράτωσιν esse.

30. Ἀποφέρων. Dicit quod S. Petrus in secunda Epistola, Ἀποφέρων τὸ μὴ δεῖν οἴεσθαι τὸ ἄγιον Πνεῦμα τελεῖν ἐν κτίσμασι, γράφει· *Οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπου*, κ. τ. λ.

31. Ἀπροσήκῳ πράγματι, id est : « Rei quæ non decet. »

32. Ἀρχιτέκνα. Dicit quod Spiritus sanctus est συνδημιουργὸς καὶ ἰσουργὸς τοῦ ὑποστήσαντος αὐτὴν (γῆν) κατ' ἀρχὰς ἀρχιτέκνα Θεοῦ.

33. Ἀτευξίαν, id est : « Non-consecutionem. »

34. Αὐχηματικώτερον, id est : « Cum quadam jactantia. »

35. Ἀφαντασιάστως, id est : « Vere, non autem per speculum. »

Γ

36. Γραφείων. Dicit τῶν θείων γραφείων, id est : « divinorum scriptorum; » sed forsitan legendum erat : γραφέων.

37. Γραφή. Quæ vox sæpissime apud nostrum Auctorem, necnon apud S. Cyrillum, et alios, textum Scripturæ sacræ designat.

38. Γράφια, idem significat, scilicet : « Textus Scripturæ sacræ. »

Δ

39. Δυσαγκαλίστων. De hæreticis loquens dicit : Τῶν δυσαγκαλίστων καὶ ἀνεξέταστον ἐχόντων τὸ φρόνημα αἱρετικῶν.

E

40. Ἐγχωρούντως, id est : « In quantum fieri potest. »

41. Ἐδαφίῳ. Hac utitur voce : Ὁ ἐν τῷ κινουμένῳ ἐδαφίῳ λόγος, dummodo in codice non sit error.

42. Ἐθελοακρότητα. Dicit : Δι' ἐθελοακρότητα δεισιδαιμονίας, id est, saltem meo sensu : « Ob magnam voluntariamque superstitionem eorum. »

43. Ἐμφέρεται. Dicit : Πόσα δὲ ἄλλα ἐμφέρεται περὶ τοῦ θείκοῦ Πνεύματος οὐ διαφέροντα πρὸς τὰ γεγραμμένα περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός.

44. Οὐκ ἐνδέοντι. Dicit : Ἐν ῥαθυμίᾳ τῇ οὐκ ἐνδέοντι, id est : « In pigritia quæ non decet. »

45. Ἐνδιασκεύως. Dicit suos adversarios mentionem fecisse portarum æternarum, οὐκ εὐκαίρως, ἀλλ' ἐνδιασκεύως.

46. Ἐνιαῖον. Dicit : Τὸ ἐνιαῖον τῆς θείας καὶ ἁπλῆθύντου φύσεως ἴδιον.

47. Ἐννεῖν. Affirmat ναόν interdum vocari domum in qua habitamus, διὰ τὸ ἐννεῖν καὶ ἐνοικεῖν.

465 48. Ἐξήλικας. Dicit nos omnes per baptismum fieri filios primogenitos. Καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐξήλικας καὶ ἀφήλικας.

Digitized by Google Распознавание текста

49. Ἐπιστάνοντι. Dicit : Ἔσται δὲ τοῦτο πλέον κατάφανὲς τῷ ἐπιστάνοντι, ὅτι, κ. τ. λ., id est, « Hoc erit magis notum scientibus, quod, » etc.

50. Ἐπίχειρα. Sic loquitur : Μεταφορικῶς γὰρ λέγομέν τινας ἀρετῆς καὶ ἐπιστήμης πεπληρῶσθαι, καὶ τεθεωρημένως προφέρειν δύνασθαι τὰ ἀρετῆς καὶ ἐπιστήμης ἐπίχειρα. Super hanc vocem vide Hesychium in ultima, quæ item optima est, Joannis Alberti editione.

51. Εὔμικτος. De Christo loquens, illum vocat οὗτος ὁ εὔμικτος Θεός.

H

52. Particula ἤ, quoties significat « aut, » semper a nostro Auctore, necnon ab eo qui illius codicem transcripsit, sine accentu et cum spiritu solo scribitur.

Θ

53. Θεόχρηστον. De textu loquens Aggæi prophetæ, illum esse dicit θεόχρηστον φωνήν.

I

54. Ἰσουργεῖν, id est : « Æqualiter operari. »

K

55. Καλλιεργίας. Dicit : Διὰ τῆς πίστεως καὶ καλλιεργίας, id est : « per fidem et bona opera. »

56. Καταστέλλειν. Dicit : Καταστέλλειν τῷ τοῦ Θεοῦ θελήματι.

57. Κέριον. Dicit : Καὶ τὸ προσυφανθησόμενον δὲ τούτοις θεώρημα, κέριον καὶ ἐπάξιον τῆς ὀρθῆς πίστεώς ἐστιν. Nisi in codicem irrepserit error, et legere oporteat καίριον.

Λ

58. Λοιμήνασθαι. Dicit : Οἱ αἱρετικοὶ κόρακες τοῖς θείοις λοιμήνασθαι ἐπεχείρησαν ῥητοῖς.

M

59. Μήρυγμα. Dicit esse ἀπαράλλακτον τὸ μήρυγμα τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

60. Μονοκτήτορα, id est : « Solum Dominum, solum magistrum. »

N

61. Νεαλογεῖν. De hæreticis loquens dicit : Οὐκ ὀκνοῦσι νεαλογεῖν καὶ τόδε, ὅτι, κ. τ. λ.

O

62. Οὐρανοί, id est, nisi fallor : « Sacella. » In sequenti autem loco vox illa invenitur : Ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις, καὶ τοῖς εὐκτηρίοις, καὶ μαρτυρίοις, ὡς ἐν ἄλλοις οὐρανοῖς, id est : « In sanctis ecclesiis, et in oratoriis, et in martyriis, sicut in aliis sacellis. » Forsitan per istas voces, ἐν ἄλλοις οὐρανοῖς, designare voluit Auctor has sacras ædes quæ dictæ fuerunt προφητεῖα, ἀποστολεῖα, παρθενῶνες, quia Deo consecrabantur sub invocatione seu alicujus prophetæ, seu apostoli, seu cujusdam virginis. Simili modo, secundum quod apud S. Cyrillum Hierosolymitanum legimus, ecclesia vocabatur alio nomine τὸ Κυριακόν, « Dominicum, » eo quod ibi corpus Domini immolatur.

Π

63. Παγγενεῖ, id est : « Cum omni familia; » et, παμφιλεῖ, « Cum omnibus amicis. »

64. Παναπείρατος. Loquens de festis Paschæ et Pentecostes, ait : Οὐ διέλιπεν γάρ ποτε ἡ παναπείρατος φαιδρότης τῶν ἑορτῶν τούτων.

65 Περιγεγονότως. Dicit homines indigere multis. Εἰς τὸ τελείως καὶ περιγεγονότως ὁτιοῦν πρᾶξαι.

66. Περιοδίας. Loquens de Elisæo, dicit : Νεκρὸν δεηθέντα αὐτοῦ τῆς περιοδίας εἰς τὸν Ἰορδάνην ἔπεμψε.

67. Πλουσιολόγον. Sic loquitur : Ὅσοις δὲ τοῦτον τὸν Μονογενῆ πλουσιολόγον Θεὸν οὐκ ἀγνοοῦσιν κ. τ. λ.

68. Προβαθέστερον. Dicit quod Moyses mentionem facit cujusdam vitis et trium propaginum. Τοῦτο τοῦ ἄλλου πυθμένος οὐδαμοῦ προβαθέστερον εἰρηκώς.

Σ

69. Σκάλμη. Loquens de hæreticis, contra quos scribit, ait : Ἐκείνων νοήμασι καὶ ῥήμασιν σκάλμη ἐπιπολάζει τε καὶ συμπέφυρται.

70. Συγκτητορίας. Eosdem impugnando hæreticos, ait eos Verbo negare non solum, ὡς υἱῷ πρὸς πατέρα κοινωνίαν, sed etiam ὡς φίλῳ πρὸς φίλον ἰσότητα συγκτητορίας.

71. Συμβαῖνον, id est : « Consentaneum. » Dicit quod hæretici οὐ βλέπουσιν ὅπως ἂν τοῖς θεολόγοις φαίνοιντο συμβαῖνόν τι λέγοντες.

72. Συμμιγίαν, id est : « Commistionem. » Hæreticos fingere dicit συμμιγίαν τινὰ καὶ συμφωνίαν τοῦ θείου πρὸς τὰ κτίσματα.

73. Συναρπακτικῶς. Ait quod Macedonii discipuli συναρπακτικῶς μυθεύονται ῥήμασιν αὐτοῖς, ὡς οὐ χρὴ, κ. τ. λ.

74. Συνοψίσαντες. Dicit eos, qui domum ædificare volunt, materiam secernere, quo facilius uno ictu oculi singula conspiciant, συνοψίσαντες πρότερον τὰς ἁρμοζούσας ὕλας ἀποτίθενται.

75. Συρφετολογία. Loquens de hæreticis, ait curæ sibi non esse τὰς ἀπειθάνους αὐτῶν συρφετολογίας.

T

76. Τεθεωρημένως. Vid. supra vocem ἐπίχειρα.

77. Τοιουτοτρόπωτα, id est : « Hujusmodi. » Postquam citavit quosdam textus e Scriptura depromptos, ait : Καὶ ὅσα εὕροι τις ἂν τοιουτοτρόπωτα λόγια.

78. Τριαδικῶς. Dicit omnia creata fuisse τριαδικῶς, id est, a tribus personis sanctæ Trinitatis.

Υ

79. Ὑπερ τοῦ εὖ. Orat ut particeps fiat τῶν φιλοτιμουμένων ὑπὲρ τοῦ εὖ ἀγαθῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ.

80. Ὑστερομέσως. Locum explanando prophetæ Amos, dicit : Προφητικῶς καὶ ὑστερομέσως ἐλέχθη ἀπὸ τοῦ θείκοῦ Πνεύματος οὑτωσεί· *Κατέστρεψα ὑμᾶς*, κ. τ. λ.

Φ

81. Φοιτεύει. Vox ista non nostri Auctoris est, bene vero cujusdam pagani quem citat ipse modo sequenti : Καὶ οἱ ἔξω φασίν· Θεὸς ὁ τὰ πάντα τεύχων καὶ χάριν ἀοίδα φοιτεύει.

82. Ἀπὸ φορέσεως, id est : « Corporis habitu. » Ἀπὸ τῆς ὄψεως καὶ φορέσεως καὶ ἀναστροφῆς δείκνυται ἕκαστος ὅπερ ἐστίν.

X

83. Χρήσαντα. Postquam varios Scripturæ textus hæreticis opposuit, hæc subjungit : Τί γὰρ ἂν ἀκούοντες ταῦτα φήσαιεν τὸν χρήσαντα αὐτὰ διδάσκειν.

84. Cæterum, finiendo annotabimus a nostro Auctore lib. I, cap. 15, tres, aut, ut ait ille, duas voces usurpatas fuisse, 466 quarum difficile inveniretur exemplum apud aliquem inter Græcos scriptores. Ἡ γὰρ λέξις ἡ ἦν (inquit ille) ἀπαρέμφατός ἐστιν· Ῥωμαῖστὶ δὲ ἡ ἀπαρέμφατος ἐκ δύο λέξεων σύγκειται, *Plusquam perfectus*. Ἑρμηνεύεται δέ· *Πλέον ἢ τέλειος*. Id est : « Nam vox ἦν (*erat*) indefinitiva est : Latine autem indefinitivum verbum ex duabus vocibus componitur : *Plusquam perfectus*, quod est πλέον ἢ τέλειος. »

Opiniones Auctoris.

Prima opinio spectat ad mulieres, quas ut libros componant non sinit noster Theologus : quod tamen

Digitized by Google Распознавание текста

intelligendum puto de libris theologicis, non autem de operibus aliis. Quidquid sit, en ea quæ, lib. III, cap. 42, parag. 3, scripsit, loquendo de duabus Montanistarum heroidibus, Priscilla et Maximilla, quas illi hæretici velut prophetissas venerati sunt. Προφήτιδας δὲ οἶδεν ἡ Γραφή· τὰς Φιλίππου τέσσαρας θυγατέρας, τὴν Δεβόρραν, Μαριὰμ τὴν ἀδελφὴν Ἀαρών, καὶ τὴν Θεοτόκον Μαριὰμ εἰποῦσαν, ὡς τὸ Εὐαγγέλιον εἶπεν· Ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσίν με πᾶσαι αἱ γενεαί· βίβλους δὲ συνταγείσας ἐξ ὀνόματος αὐτῶν οὐκ οἶδεν· ἀλλὰ καὶ ἐκώλυσεν ὁ Ἀπόστολος Τιμοθέῳ τὸ πρῶτον γράψας· Γυναικὶ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω. Καὶ πάλιν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ Ἐπιστολῇ· Πᾶσα γυνὴ προσευχομένη καὶ προφητεύουσα ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ, καταισχύνει τὴν κεφαλήν· ὃ ἐστιν μὴ ἐξεῖναι γυναικὶ ἀναίδην ἐξ οἰκείας προστάξεως βίβλους συγγράφειν, καὶ ἐ ... διδάσκειν, καὶ τούτῳ ὑπερίζειν τὴν κεφαλήν, τοῦτ' ἔστιν τὸν ἄνδρα· Κεφαλὴ γὰρ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ, κ. τ. λ. Id est: « Prophetissas vero novit Scriptura quatuor Philippi filias, Deborram, Mariam sororem Aaronis, et Deiparam Mariam, quæ dixit, ut inquit Evangelium (*Luc.* I, 48) : *Ex hoc tempore beatam me dicent omnes mulieres et generationes.* Libros vero conscriptos et earum nominibus inscriptos non novit. Quin etiam id vetuit Apostolus in prima ad Timotheum Epistola, II, 12, scribens : *Mulieribus docere non permitto;* et rursus in prima ad Corinthios, XI, 5 : *Omnis mulier orans, et prophetans non velato capite, deturpat caput :* quod significat non licere mulieri ex propria compositione libros fidenter conscribere, et in Ecclesia docere [suppleo partem codicis quæ deest, legendo ἐν ἐκκλησίᾳ διδάσκειν], et hac ratione injuriam capiti inferre, id est viro : caput enim mulieris est vir, etc. »

Spectat autem secunda opinio ad tempus quo in hunc mundum venturus sit Antichristus, quam quidem quæstionem quamvis Deus eam prudenter hominibus abditam reliquerit, nonnulli interdum auctores maxima imprudentia, sed tamen bona fide, dignoscere conati sunt. Jam prope esse hoc tempus, nostrum credidisse Theologum constabit, illumque de ea re in sententiam S. Cyrilli venisse, si illius verba legantur quæ ad Sanctam Trinitatem habet, lib. II, cap. ultimo, ubi sic : Οὕτως γάρ ... id est : « Sic enim per te ... o optima, et omnipotens Trinitas, a qua et ex qua est omne bonum, et in qua omnis omnium spes semper sita est, et post quam nihil omnino est, liberabimur ab iis quæ peccavimus in anima, et in corpore, in cognitione et in ignorantia, in verbo et in opere, hic, et cum vincis in judicando abscondita hominum, et ab iis, qui in hoc mundo nobis molesti sunt, et a dæmone, qui bonis semper invidet, atque adversus eos stat, et ab omni spiritu malo atque immundo, et ab honesti osore Antichristo, cujus, ut eventa indicant, plenum gravi conflictu tempus jam appropinquavit; adeo ut nemo eorum qui nunc sunt, nemo eorum qui tunc invenientur, pereat. »

In eo sita est tertia opinio, quod noster opinetur Auctor, salvum esse Salomonem, quem e contra alii, ut scimus, damnatum volunt. Vid. libr. III, cap. 3. Οὐκ οὖν εὔδηλον ... id est : « Nonne evidens est, quod de omnium causa et conditrice Sapientia, de magno, inquam, Deo Verbo, qui est super omnia, quem describere oratio non posset, non dicit in Proverbiis Salomon illud : *Dominus creavit me?* Nec enim tam audax et superbus fuit contra Deum, qui tanta peccata ei pepercit, et sicut omnium semper, sic etiam ipsius misertus est. »

Quarta Auctoris opinio circa situm montis ubi noster Redemptor crucifixus est, versatur; quem quidem locum nonnulli auctores, scientiæ theologicæ quam geographicæ peritiores, umbilicum esse terræ arbitrati sunt. Vid. nostrum Theologum, lib. I, cap. 15, ubi sic : Δαυὶδ δέ ... id est : « David autem in LXXIII psalmo de Æterno psallens ait : *Deus autem rex noster ante sæcula* (in textu Græco excuso, legitur πρὸ αἰῶνος, in codice ex quo hoc opus excerpsi, προαιώνιος) *operatus est salutem in medio terræ.* Golgotham vero intelligit, locum in medio situm, ac veluti centrum terræ illum vocans : in quo divina quidem sua præscientia ante sæcula operatus est salutem nobis in Incarnatione Filius; re autem ipsa, quando propter suam bonitatem pro nobis sic passus est, ut ipse novit, et voluit, Impassibilis, et usque ad cor terræ, ut sic loquar, venit : quemadmodum etiam Ezechiel (V, 5) prophetat in hunc modum : *Ipsa est Jerusalem* (lego αὐτή, juxta textum Græcum typis mandatum); *in medio gentium posui eam.* »

Quinta opinio ea est qua Theologus noster S. Stephanum, primum martyrem, apostolum vocat, lib. II, cap. 7, parag. 11, non quod S. Stephanum re ipsa apostolum fuisse credat, sed sic eum per verbi licentiam nominans. Cæterum, ipsum loquentem audias : Ὅτι τῇ δυνάμει καὶ χάριτι τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀναπτυχθέντες οἱ οὐρανοὶ ὤφθησαν τῷ διπλοῦς στεφάνους ἀναδησαμένῳ ἀποστολῆς καὶ μαρτυρίου· φησὶν γάρ· Στέφανος πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου ἶδεν τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους· Ὥστε εἶναι τὸ ὑπὸ ἀρχαίου εἰρημένον

Οὐραόθεν δ' ἄρ' ὑπερβάγη ἄσπετος αἰθήρ.

Id est : « Quia potentia et gratia Spiritus sancti factum est, ut reseratos cœlos conspiceret is, qui duplici corona redimitus est, apostolatus et martyrii. Ait enim Scriptura : *Stephanus plenus Spiritu sancto vidit cœlos apertos :* adeo ut de ipso verum fuerit quod a vetusto poeta dictum est (*Iliad.* VIII, vers. 554) :

E cœlo autem discissus est immensus æther. »

Sexta vero potius Rabbino cabalistico quam Christiano theologo mihi tribuenda videtur. Etenim, lib. II, cap. 14, hæc Genesis I, 2 verba : *Spiritus Dei ferebatur super aquas*, exponens, postquam notavit Spiritum sanctum super Jordanem ἐν εἴδει περιστερᾶς, id est, sub « forma columbæ, » apparuisse, continuo subjungit per eamdem vocem, περιστερά, significari Spiritum sanctum esse incircumscriptum : nempe, cum in abaco Græco numerum 801 columba designet, idem pariter valent ambæ litteræ alpha et omega quæ in Novo Testamento Deum significant. Εἴπερ δέ ... id est : « Si vero etiam ex numero, qui colligitur ex nomine commemoratæ volucris, adjumentum aliquod orationi nostræ oportet comparare, is quoque quodammodo subindicat, Spiritum sanctum esse incircumscriptum : nam vox περιστερά (quæ *columbam* designat) est octingentorum et unius : qui numerus significatur per α et ω. Hæc autem elementa sunt initium et finis omnium elementorum. » Si quis talia miretur inveniri apud maximi ponderis Auctorem, secum reputet quandoque doctissimos scriptores dormitare.

467 Septima, demum, opinio ad angelos spectat, de quorum natura in quinque primis Ecclesiæ sæculis multi Patres diverse locuti sunt, licet jam diu sit quod plerique sentiunt theologi (quamvis non hoc, ut arbitror, *de fide* sit) angelos « spiritales » esse dicendos, id est, « mere spiritus, penitusque corpore carentes. » Quos noster multis in locis vocat Theologus « carne vacantes, » vel hominum oculis invisibiles et incorporeos. In libro autem secundo, capite quarto, paulo diversiorem sequi videtur sententiam, siquidem angelos vocet corpora cœlestia, eosque incorporeos esse contendat solummodo respectu nostri. En locos ubi uterque loquendi modus invenietur. Quoad primum, leg. lib. II, cap. 6, parag. 5 : Ἡ κτίσις, inquit, ἡ λογικὴ ἀρετῆς τε καὶ κακίας τέ ἐστιν δεκτική, ὡς εὑρίσκομεν ἐν ἀσωμάτοις μὲν, καθὰ προείπομεν, ἀρετῆς ἐντὸς τοὺς εὐδοκίμους ἀγγέλους, κακίας δὲ τοὺς ἐκριφέντας· ἐν δὲ σώμασιν, ὡς ἐσμὲν ἡμεῖς αὐτοί· τὸ δὲ θεῖκὸν Πνεῦμα,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

κ. τ. λ., id est : « Creatura rationalis et virtutis, et nequitiæ capax est, ut comperimus in incorporeis quidem, sicut antea diximus, quoad virtutem bonos angelos, quoad nequitiam vero reprobos : in corporibus autem, sicut sumus nosmetipsi. Divinus vero Spiritus, etc. » Et in parag. 13 ejusdem capitis, diabolus vocatur ἄσαρκος, id est « sine carne. » In capite autem 7 hujus libri angelos vocat ἀσωμάτους στρατιάς, id est : « incorporeos exercitus. » Et in cap. 4, sub finem : Μετὰ γὰρ τὸν Θεὸν φύσιν ἄλλην λογικὴν ἀπὸ Γραφῶν οὐκ ἐδιδάχθημεν, ἢ τῶν πολλῶν πνευμάτων, καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς σωμάτων. Id est : « Nam post Deum nullam aliam esse naturam rationalem docent Scripturæ, nisi plurium spirituum, et corporum qualia nostra sunt. » In quantum vero ad secundum modum, sic se habet. Οἱ οὖν ἄγγελοι, φησίν... Id est : « Ergo angeli, inquiunt, non sunt a Deo, nec sancti, nec spiritus Dei? Sunt a Deo, quatenus jussu ipsius facti sunt, ut omnia. Sancti autem sunt, postquam sanctificati sunt, ut homines. Spiritus vero sunt, quatenus respectu nostrum sunt incorporei. Sed vocati non sunt spiritus Dei, aut ex Deo, aut procedentes a Patre, aut divini, aut Spiritus veritatis, aut Spiritus sanctitatis : verum angeli ministri, et corpora cœlestia, eo quod infinite distent ab increato Spiritu Dei, eique subjiciantur, juxta sapientem Apostolum, qui scribit (I Cor. xv, 40) : *Corpora terrena, et corpora cœlestia.* Nam sicut ipsis similes non sunt ventorum spiritus, sic ne ipsi quidem similes sunt Spiritui sancto Dei. »

Loca e Scriptura sacra deprompta.

Ad omnem tertium versum sæpiusque, si fuerit opus, a nostro Auctore sacri adducuntur textus. Ne diutius in his immorer, solummodo sequentes selegam.

Vid., quoad primum textum, lib. I, cap. 27, ubi, postquam locum e propheta Baruch citavit, continuo alterum affert quem usquedum in Bibliis non inveni, sive in iis non sit, sive illum detegere nesciverim : Καὶ πάλιν· Θεοὶ οἱ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν ἐπὶ τῆς γῆς. Κύριος ὃς ἐποίησεν τοὺς οὐρανοὺς ἐν συνέσει, αὐτὸς Θεὸς ζῶν καὶ ἀληθινός· ὡς ἄλλης θεότητος μὴ οὔσης ἀληθινῆς, εἰ μὴ τῆς τοῦ γνησίου Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ καὶ παρ' οὗ ἅμα παντὶ τῷ κόσμῳ καὶ οἱ οὐρανοὶ παρεκομίσθησαν. Qui locus sic in mea versione legitur : « Et rursus : *Dii, qui cœlum et terram non fecerunt, pereant in terra. Dominus qui fecit cœlos in intelligentia, ipse est Deus vivus et verus.* Nulla scilicet alia est Deitas vera, nisi Deitas genuini Filii Dei, per quem et a quo simul cum universo mundo cœli etiam producti sunt. » Vox καὶ πάλιν, « et rursus, » præsertim ob modum peculiarem quo indesinenter voce illa utitur, nos ad sentiendum impellit, nisi in errore versor, verba Θεοὶ οἱ τὸν οὐρανόν, κ. τ. λ., *Dii qui cœlum*, etc. (quæ explanat in sequenti periodo ὡς ἄλλης θεότητος, κ. τ. λ.) ab eo dari quasi e Scriptura sacra desumpta, et forsitan prophetæ Baruch genuina, apud quem nihil tale mihi invenire contigit.

Secundus locus invenitur in libro II, cap. 11. Ibi quemdam Danielis locum, in historia Susannæ, citat, quem frustra nunc quæreres. Ἐπιφέρει γάρ· « Καὶ ἔκρινεν τοὺς πρεσβυτέρους Πνεύματι ἁγίῳ ἐμφορούμενος. » Id est : « Subjungit enim (*loquitur de Daniele*) : *Et judicavit presbyteros (seniores) Spiritu sancto repletus.* »

Tertio loco, res mihi notanda videtur, quod aliter quosdam textus citet Auctor quam nunc in codice Græco leguntur, quosque tamen in Vulgata editione invenias. Ne plura æquo exempla apponam, duo tantum seligam. Primum, in lib. I, cap. 29 et 32, sequenti modo tertium versum citat capitis primi secundæ Epistolæ sancti Petri : Ὡς τὰ πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς ἰδίᾳ δόξῃ καὶ ἀρετῇ. Græcus textus typis mandatus pro ἰδίᾳ δόξῃ habet διὰ δόξης. Sed Vulgata editio velut noster Auctor legit : *Quomodo omnia nobis divinæ virtutis suæ, quæ ad vitam et pietatem, donata sunt per cognitionem ejus, qui vocavit nos propria gloria et virtute.* Secundum, in secundo libro citat versum 13 (in Vulgata editione 12) capitis secundi Epistolæ II ad Thessalonicenses; et ubi Græcus textus habet ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν, id est « ab initio in salutem, » Vulgata autem editio « primitias in salutem, » legit noster Theologus ἀπαρχὴν εἰς σωτηρίαν, in eo cum Vulgata editione concordans.

Quarto loco, mihi pariter notandum videtur quod alios textus præbeat aliter ac leguntur tum in Græco exemplari, tum in Vulgata editione; cujus rei duo solummodo exempla monstrabo : primum, in secundo libro, capite 3, citatur septimus versus Epistolæ II ad Tim., et ubi codex Græcus necnon Vulgata editio legerunt Πνεῦμα δειλίας, *Spiritum timoris*, noster Theologus legit Πνεῦμα δουλείας, id est *Spiritum servitutis;* secundum, in lib. I, cap. 15, citat versum 12 capitis quarti Epistolæ catholicæ S. Jacobi : Καὶ ὡς Ἰάκωβος περὶ αὐτοῦ γράφει· « Εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης καὶ κριτὴς ὁ μόνος σώζειν δυνάμενος. » Id est : « Et sicut Jacobus de illo scribit: *Unus est legislator, et judex, qui solus potest salvare.* » Sed ista versio neque cum textu Græco, neque cum Vulgata editione consentit. Etenim sic habet textus Græcus : Εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης ὁ δυνάμενος σῶσαι καὶ ἀπολέσαι. Id est : *Unus est legislator qui potest salvare et perdere.* Vulgata autem editio : *Unus est legislator et judex, qui potest perdere et liberare.*

Annotatio quinta. Noster interdum Theologus, cum Biblia citat, haud semper cuique suum tribuit, quod ex ipsius errore fieri credendum est, nisi, salvo illius honore, transcribentis manum insimulemus. Exempli gratia, ad caput septimum, quemdam textum affert quasi ex Epistola ad Romanos depromptum, qui tamen Epistolæ II ad Corinthios peculiaris est. Ῥωμαίοις δέ· « Εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν, ἢ Πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε ὃ οὐκ ἐλάβετε. » Id est : « Ad Romanos vero scribens : *Nam si is qui venit, alium Jesum prædicat, quem non prædicavimus, aut alium Spiritum accipitis, quem non accepistis.* » Versa autem vice, in capite 18 hujus libri, locum ex Epistola ad Romanos XV, 30, desumptum proprium esse asseverat uni e duabus Epistolis ad Corinthios. Καὶ πάλιν Κορινθίοις· *Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Θεόν.* Id est : « Et rursus ad Corinthios scribens : *Obsecro autem vos, fratres, per Dominum nostrum Jesum Christum, et per charitatem Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus pro me ad Deum.* » Nec multo post locum quemdam allum tribuit Psalmistæ, qui revera in Threnis legitur.

468 Sexta tandem res mihi notanda visa est, quod noster interdum Theologus, quem genuinos Scripturæ sacræ textus afferre crederes, sensum eorum solum modo tradat legentibus. Vide de ista re lib. I, cap. 16, ubi versum 3 quinti libri Geneseos sequenti modo citat : Περὶ δὲ φυσικῆς εἰκόνος ὑφηγεῖται καὶ Μωϋσῆς οὑτωσί· « Ἐγέννησεν Ἀδὰμ τὸν Σὴθ κατὰ τὴν εἰδέαν αὐτοῦ, » id est : « De naturali autem imagine Moses quoque disserit sic : *Adam genuit Seth juxta imaginem suam.* » Simili modo, vid. cap. 18 ejusdem libri, in quo sic versum 6 Geneseos capitis primi fucat Auctor noster : Καὶ πάλιν· « Εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω στερέωμα· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα· καὶ ἴδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλόν. » Id est : « Et rursus : *Dixit Deus : Fiat firmamentum. Et fecit Deus firmamentum Et vidit Deus quod esset bonum.* » Et paulo inferius sic versum 3 secundi

Digitized by Google Распознавание текста

capitis Aggæi scribit : Καὶ ὡς ἡνίκα... Id est : « Et sicut cum prophetant, Aggæus quidem, ex persona Patris divinam vocem afferens sic se habentem : *Confortare, Zorobabel, quoniam ego vobiscum sum, et Verbum meum bonum, et Spiritus meus in medio vestri* : Isaias vero, etc. » Et sub finem capitis 5, lib. II, vid. ab eo citatum caput VI Epistolæ ad Ephesios : Πρὸς Ἐφεσίους μέν... Id est : « Ad Ephesios quidem : *Accipientes armaturam Dei, et loricam justitiæ, et scutum fidei, et galeam salutis, et gladium Spiritus, quod est verbum Dei.* » Quorum verborum invenitur sensus in versibus 13, 14, 16 et 17 capitis prædicti.

Disciplina ecclesiastica.

I. Antequam surrexisset Ariana hæresis, ad pacem, quam Ecclesiæ Magnus dabat Constantinus, turbandam, necnon ad mundum catholicum discordiæ comburendum incendio, formulas ipsas precum suspectas efficiendo, quæ antea semper catholicæ habitæ fuerant, Glorificatio, seu, ut aiunt Græci Doxologia, fiebat nunc per formulam, qua etiam temporibus nostris utimur, *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto;* nunc per aliam formulam *Gloria Patri per Filium in Spiritu sancto.* A quo autem tempore Filii divinitatem sacrilegis machinationibus impugnare cœperunt Ariani, et præsertim a tempore quo Macedonii discipuli sese cum ipsis nefando junxerunt fœdere, suspecta facta est posterior formula ; non quod ante illud tempus redoluisset hæresim, sed quod Macedoniani, priorem rejicientes, unice dicta posteriori formula uterentur, quam variis modis ad placitum interpretabantur. Unde nihil mirum illam penitus a Theologo nostro reprobari, ut ex sequentibus locis colligere est. Sic in libr. I, cap. 32 : Καὶ πάλιν Ῥωμαίοις... Id est : « Et rursus ad Romanos, in cap. I, v. 24 et 25... *Qui commutaverunt gloriam* (in textu Græco typis mandato, necnon in Vulgata editione legitur τὴν ἀλήθειαν, *veritatem*, noster autem Theologus legit τὴν δόξαν) *Dei in mendacium, et coluerunt, et servierunt creaturæ potius, quam Creatori, qui est benedictus in sæcula. Amen.* Quis autem est rerum omnium Conditor, quem esse dicit *benedictum in sæcula*, nisi Unigenitus ? Quinam vero ii, qui *commutaverunt gloriam ejus?* Qui dicunt : *Gloria Patri per Filium in Spiritu sancto.* Qui opinantur et eum esse creaturam, et ne regem quidem æternum esse. » Et in cap. 34 ejusdem libri : Καὶ οἱ λέγοντες· *Δόξα Πατρὶ δι' Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι*· οὐ δοξάζουσι τὸν Υἱὸν, ἢ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ· ἄλλῳ γὰρ δι' ἄλλου ἐν ἄλλῳ ἀναπέμπουσι τὴν δόξαν· μᾶλλον δὲ οὐδ' ὁποτέρῳ. Id est : « Et qui dicunt, *Gloria Patri per Filium in Spiritu sancto*, non glorificant Filium, aut Spiritum Dei ; nam alteri per alterum in altero gloriam referunt, aut, ut melius dicam, nulli. » Et tandem in libr. III, cap. 23 : Αἱρετικοὶ δὲ κατ' οἰκείαν ἐξουσίαν τὴν δοξολογίαν συνθέντες ἕτερον δι' ἄλλου ἐν ἄλλῳ ὡς δι' ὀργάνου δοξάζουσιν· τὸ δ' ἀληθέστερον, οὐδένα. Id est : « Hæretici vero propria potestate glorificationis hymnum componentes, alteri per alium in alio velut per instrumentum gloriam reddunt, aut, quod verius est, nulli. »

II. In primis Ecclesiæ sæculis, mos erat Christianorum, cum Deum orarent, faciem ad orientem vertere, sic, ut opinor, in mentem revocantes *Orientis* nomen quo Christus ab utroque Zacharia prænuntiatus est, nempe a Zacharia prisco, XIV, 4 ; necnon a Zacharia patre Joannis Baptistæ, ubi dicit (Luc. I, 78) : *Visitavit nos Oriens ex alto.* Porro, talem adhuc, tempore quo noster scripsit Theologus, morem exstitisse probatur ex eo quod dicit in libro III, cap. 2, parag. 28 : Εἰ, καθὰ γέγραπται... Id est : « Si, ut scriptum est, a dextris Patris considet (loquitur de Filio)... sedet in eodem throno... et cum Patre ex æquo simul adoratur et conglorificatur cum ipse, tum Spiritus Dei. Quomodo enim posset, cum Trinitas in uno throno sit, unus adorari in conspectu unius æterni throni, quando orientem versus fit adoratio, et gloria redditur Deo ? »

III. Hic in multis nostri Auctoris locis de triplicis immersionis ritu agi notarem, nisi illud mihi prorsus videretur inutile, cum adhuc apud Ecclesiam Orientalem mos ille vigeat, itemque viguerit in Ecclesia Occidentis non minus decem sæculis.

IV. Mos erat pariter, in primis Ecclesiæ temporibus, baptizatis omnibus, etiam infantibus, Eucharistiam præbere. Ad hunc usum alludere videtur Auctor noster, ubi sic, in libr. II, sub finem capitis 13, in quo Christus loquens inducitur : Ἀλείψας, λούσας... καὶ θρέψας τῷ σώματί μου καὶ τῷ αἵματι. Id est : « Ungens, lavans... et nutriens corpore meo, et sanguine. » Et in capite 14 ejusdem libri : Τὴν ἀθάνατον κοινωνίαν τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Δεσποτικοῦ, ἤντινα σὺν τῷ ἀνακαινισμῷ... λαμβάνομεν. Id est : « Divinam atque immortalem communionem corporis et sanguinis Domini, quam una cum renovatione (id est cum baptismo)... accipimus. »

V. Licet in primis Ecclesiæ sæculis, diebus Pascham et Pentecostem præcedentibus specialiter daretur baptismus, notat tamen Theologus noster baptismum omnibus diebus anni, imo hora omni dari posse, quo potissimum discrepat ab antiqua piscina, in quam nisi semel quotannis unum ægrotum immittere liceret, subindeque addit : Τὸ γὰρ αὐθεντικόν... Id est : « Authenticus enim baptismus, post Filii et Spiritus sancti adventum, quotidie, aut potius singulis horis, aut, ut verius dicam, continue, et omnes descendentes (id est omnes baptizati), et ab omni peccato in perpetuum liberat, etc. »

Facta ab Auctore nostro testata.

469 I. Quoad facta historica a nostro Auctore citata, non mirandum est, si pauca sint, ac parvi momenti pleraque. Nimis enim hæc aliena erant iis rebus quas tractabat. Quam libenter videbit, ut arbitror, catholica, docta ac illustris Hispania in lucem proferri, inclytum testimonium ab auctore tam antiquo, quo demonstratur sanctum Jacobum in Hispaniam revera venisse atque ibi fidem prædicavisse. Illud autem testimonium impugnare minime poterunt hujus traditionis adversarii, neque nobis objicere, quod opponunt argumento e sancti Hieronymi *Commentariis in cap.* XXIV Isa. desumpto, videlicet : unum quidem apostolorum destinatum fuisse ad fidem in Hispania prædicandam, sicut illud testatur Hieronymus, et hunc apostolum fuisse sanctum Jacobum, secundum antiquam Ecclesiæ Hispaniæ traditionem, sed hanc prædicationem ab eo effici non potuisse, utpote qui antea, Hierosolymæ martyrio coronatus fuerit : nam vox a nostro Theologo adhibita, absque ullo dubio, « commorationem, » et non tantum destinationem significat. Ὅτι ἄλλῳ μὲν τῶν ἀποστόλων (sic dicit ille loquendo de Spiritu sancto) διάγοντι ἐν Ἰνδίᾳ... Id est : « Nam alteri quidem apostolorum in India, alteri vero in Hispania degenti, aliis vero in aliis locis, usque ad extremitatem terræ distributis ab ipso, suam infallibilem et incontaminatam impertiebatur sapientiam. »

II. Reperitur in tertio libro, cap. 41, ubi testatur hæresiarcham Montanum primo fuisse cujusdam idoli sacerdotem. Ὥστε παρὰ πάντας Μοντανός... Id est : « Montanus itaque omnium minime dicendus est Spiritum sanctum cognovisse, eumque habuisse, quippe qui in ea sententia fuerit, ac centum quidem et amplius annis post assumptionem (ascensionem) Salvatoris et adventum Spiritus sancti, factus primum idoli sacerdos, tum cæcæ hujus hæreseos auctor et doctor est. »

III. Ficta fuit Arii pœnitentia ab antiquis Patribus et ecclesiasticis historicis memorata atque a

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

nostro Theologo confirmata. Τίς οὖν ἂν πείθοιτο δικαίοτερον (sic ille scribit), Παύλῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἁγίοις, ἢ Μακεδονίῳ, καὶ τῷ πλαστῶς μετανοήσαντι Ἀρείῳ; id est : « Cui ergo magis æquum est credere, Paulone et aliis sanctis, an Macedonio, et ei qui ficte resipuit, Ario? »

IV. Videtur indicatum, licet obscure, in cap. 6 tertii libri, id est quod tempore nostri Auctoris, vigebat adhuc inter heros aut dominos usus proprium ipsorum nomen suis servis dandi. Καὶ βασιλεὺς κατεστάθη... Id est : « Et rex constitutus est (de Jesu Christo Domino nostro loquitur), et Dominus factus est is qui natura et ab æterno erat Dominus, quando discipuli, ut scriptum erat, servi ejus facti sunt ; quando Apostolus scripsit Rom. 1, 1 : *Paulus servus Jesu Christi ;* quando etiam omnes eum ut Dominum et Christum agnoscentes, Christiani denominati sumus, tanquam servi participes facti nominis herilis : sicut dicit in Isaia LXV, 15 : *Iis autem, qui serviunt mihi, vocabitur* ὄνομα *novum*, etc. »

Auctores a nostro Theologo allegati.

Alienum forsitan et supervacaneum quibusdam videbitur, non vero Excellentiæ Vestræ, quod ego hic etiam breviter commemorem auctores a nostro Theologo citatos. Talia autem cogitantibus respondeo me duabus præcipue rationibus ductum fuisse. Quarum prior est, quod hac agendi ratione, melius dignoscitur Auctor de quo agitur, atque illud est præcipuus hujus epistolæ scopus, et in hoc me sequi debere credo exemplum eruditissimi Fabricii, qui, præsertim cum loquitur de scriptoribus aut ineditis aut parum cognitis, catalogum texere solet auctorum ab illis laudatorum. Posterior vero ea est, videlicet, sic mihi occurret occasio exponendi nova quædam haud injucunda, utpote nova, veris scientiæ ac eruditionis amatoribus. His præmissis, ad propositum venio, memoratos auctores secundum antiquitatis ordinem disponendo.

Primus atque antiquissimus auctor esset Mercurius Trismegistus, si opera quæ ei, juxta communem ipsius sæculi opinionem, tribuit noster Theologus, genuina forent. Citatus est in capite 3 secundi libri, ubi legitur : Ὅθεν εἴρηται καὶ τῷ Ἑρμῇ τῷ ἐπίκλην Τρισμεγίστῳ · « Ἀδύνατον ἐν γενέσει εἶναι τἀγαθόν, κ. τ. λ. Id est : « Quare dictum est ab Hermete, qui Trismegistus cognominatur : « Fieri non potest ut in generatione sit bonum, » etc. Et pariter in capite 27 ejusdem libri, ubi illius auctoris hæc verba referuntur : Ἐκ τῶν πρὸς τὸν Ἀσκληπιὸν λόγων τριῶν.

Secundus auctor, juxta ordinem, esset Orpheus, si illius forent bi duo hexametri versus quos in eodem capite 27 secundi libri memorat Theologus noster sequenti modo : Ὀρφέως τοῦ παρ' Ἕλλησι πρώτου θεολόγου ·

Πάντα γὰρ ἀθανάτοιο Θεοῦ μεγάλῃ ὑπ' ἀρωγῇ
Ἄνθρωποι τελέουσι σοφῇ ὑπὸ Πνεύματος ὁρμῇ.

Id est : « Orphei qui apud Græcos est primus theologus :

Omnia enim immortalis Dei magno sub auxilio
Homines perficiunt, sub sapienti Spiritus motione. »

Tertius et, me judice, antiquissimus, Pindarus est, qui in duobus locis allegatur. In priori, capitis 2 tertii libri, sic se habet : Καὶ ὁ Πίνδαρος δὲ πιστὸν καὶ ἀληθινὸν λέγων τὸν Θεὸν, ἔφησεν οὕτως · « Καὶ μὰν Θεοῦ γένος πιστὸν *ἀεί*. » Id est : « Deum vero Pindarus quoque fidelem ac verum dicens, sic locutus est : *Et Dei genus fidele semper.* » Attamen animadvertendum est, in ode hic citata aliquantulum diverse legi, sic :

. . . . . Καὶ
Μὰν θεῶν πιστὸν γένος.

Id est : *Et deorum fidele genus.* In posteriori vero loco, haud nominato poeta, duos versus refert ode quæ inter Olympiacas prima numeratur.

Ἀμέραι δ' ἐπίλοιποι
Μάρτυρες σοφώτατοι.

Id est : *Sed posteri dies testes sunt sapientissimi.*

Quartus est Sophocles, quem non nominat et cujus duos excerpit versus in capite sexto tertii libri.

Quintus est Diagoras Melius, celeber philosophus, qui vulgo Atheus cognominatur. Attamen quidam antiqui scriptores Christiani, et inter recentiores Godfredus Arnoldus, eum a tantæ infamiæ nota exemerunt. Illius opera jam a longo tempore perierunt. Sed Theologus noster illius fragmentum conservavit nobis, in fine capitis primi tertii libri, quod, quocunque modo interpretetur, Diagoræ apologistarum sententiæ favere videtur. Οὐκ αὐτάρκης γὰρ ὄντως (sic se habet) ἡ ἀνθρώπου σύνεσις εἰπεῖν τι περὶ τοῦ Θεοῦ μὴ θείαν προσλαβοῦσα βοήθειάν τε καὶ δύναμιν, ὥς που καὶ Διαγόρας ὁ Μήλιος ἔφησεν· *Θεὸς πρὸ παντὸς ἔργου βροτείου νομα ςρερα ὑπερτάτας αὐτοδαὴς δεαρεταβραχὺν οἶμον ἔρπειν.* Id est : « Revera enim hominis intelligentia ad aliquid de Deo dicendum per se non sufficit, nisi divinam acceperit opem ac vim, sicut alicubi Diagoras Melius dixit : « Deus ante omne humanum opus, etc. » Cum in hoc loco minime omnino contentus sim mea versione quam retuli talem qualis in codice invenitur, atque de ea consulere cupiens doctiorum hominum sententiam, illam integram sub Vestræ Excellentiæ oculis hic exhibere non audeo.

Sextus foret unus duorum Platonum Comicorum, seniorne an junior, hoc dicere non ausim. Ambo enim pagani sunt, amborumque desunt comœdiæ. Theologus noster in capite 27 secundi libri, quatuor iambos versus citat, quos tamen, id ingenue fateor, non arbitror esse poetæ ethnici. Πλάτωνος τοῦ Κωμικοῦ, ὃς ἀνθηρῶς ἐν τοῖς ὑπογεγραμμένοις ἰάμβοις θεότητα μοναδικῶς ἐκτεινομένην εἰς τριάδα, ἀφ' ἧς τὰ ὅλα γέγονέ τε καὶ σώζεται.

Θεὸς γάρ ἐστιν εἷς Πατὴρ ὑπέρτατος
Λόγῳ τὰ πάντα πανσόφως, καὶ Πνεύματι
Στήσας ὁλισθαίνοντα κἀκ Βυθοῦ πλάνης
Εἰς φῶς ἀνέλκων ἐκ μακρᾶς ἀταξίας.

Id est : « Platonis Comici qui venuste Deitatem, servata unitate, extensam in Trinitatem in subscriptis iambis (hic una vox deest cujus sensus sit : *Describit*, aut aliquid simile), a qua omnia facta sunt et conservantur.

Deus enim est unus Pater supremus
Qui Verbo omnia sapientissime, et Spiritu
Firmavit labentia, et ex Profundi errore
In lucem revocat ex diuturna confusione. »

Septimus est Plato philosophus, cujus unum fragmentum e *Timæo* depromptum reperitur in capite quarto tertii libri.

470 Octavus est Aristoteles cujus quintus τῶν *Μετὰ τὰ φυσικά*, citatur in quinto capite tertii libri.

Nonus est Aratus Tarsensis. Illum citat Theologus noster in cap. 18 tertii libri, si tamen dici possit eum ab illo citari ; nam solummodo refert e XXVII cap. Actuum apostolorum versiculos 17 et 19, uti leguntur in textu Græco excuso : sed ibi S. Paulus expromit tantum primam partem quinti versus *Phænomenorum* laudati poetæ, noster autem Theologus illum integrum refert, hoc modo :

Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν · ὁ δ' ἤπιος ἀνθρώποισιν.

Id est :

Ipsius enim et genus sumus : ipse vero benignus est in homines.

Decimus est Aquila. Allegatur in cap. 3 tertii libri, sequenti modo : Ἀκύλας μὲν γὰρ ὁ εἷς τῶν ἑρμηνευτῶν τὴν γραφὴν ταύτην ἐχουσαν Ἑβραΐστι, *ἀδοραὴ χαιόνι*, ἐξέδωκεν οὕτως· *Κύριος ἐκτίσα-*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

τό με. Id est : « Nam Aquila unus ex interpretibus locum hunc Scripturæ, qui Hebraice habet, *Adonai canoni* (ego lego *canam*), transtulit sic : *Dominus possedit me.* »

Undecimus est Porphyrius (ὁ ἐπάρατος Πορφύριος) cujus unum locum refert in cap. 27 secundi libri, qui sic incipit : *Ἄχρι γὰρ τριῶν ὑποστάσεων ἔρχη Πλάτων τὴν τοῦ θείου προελθεῖν οὐσίαν.* Id est : « Nam usque ad tres hypostases dixit Plato divinitatis naturam progredi. »

Duodecimus est S. Basilius, cujus noster Theologus verba non refert, sed eis tantummodo alludit breviter, exponendo sequentibus verbis interpretationem quamdam cujusdam textus evangelici ab hoc eximio Patre ac insigni doctore datam : Ὡς τις τῶν ἐν ἁγίοις Πατέρων σοφίας γέμων ἀσυλλογίστως ἐδίδαξεν· Βασίλειος ἦν ὄνομα αὐτῷ. Id est : « Sicut quidam ex sanctis Patribus, sapientiæ plenus, sine ratiocinationis fuco docuit : Basilio erat illi nomen. » Revera invenitur præfata interpretatio in *Epistola* 236 S. Basilii, in pagina 362 tertii tomi ejus Operum, juxta monachorum Sancti Mauri editionem.

Cæterum, si hic referre susciperem omnes versus ex antiquis poetis desumptos absque auctorum indicatione, sed solummodo iis memoratis sub ista communi denominatione, οἱ ἔξω, id est : « Extranei, » sive « Pagani, » nunquam hanc epistolam ad finem perducerem, quia ejusmodi citationes numerum triginta septem superant, ac pleræque minime breves sunt. Quarum aliæ ex oraculis Sibyllicis sunt depromptæ, et ideo reperiuntur in editione Opsopœi, aliæ vero ex aliis poetis. Longum esset ac fastidiosum nunc etiam illorum nomina tantum exponere.

Hæretici a nostro Theologo confutati aut saltem memorati.

A principio jam Vestræ Excellentiæ dixi, primum imoque unicum scopum totius operis nostri Theologi ad id tendere, ut refellat Arii atque Macedonii hæreses. Attamen tractat de hæreticis qui antecesserunt duo supradictos auctores, et, quantum res de qua agit illud permittit, eos obiter confutat.

Illorum primus atque antiquissimus est Simon Magus. De eo loquitur in cap. 42 tertii libri, referendo pessimas ejus doctrinas ; illas enim referre, est eas simul confutare. Τοῦτο τοίνυν τὸ δόγμα... Id est : « Hoc ergo dogma emanatio quædam est lutulentæ doctrinæ, quæ prodiit ex Simone Mago Samaritano, qui nec mundum esse factum a Deo, sed ab angelis ; nec resurrectionem futuram esse ; et indifferentem debere esse cum omnibus mulieribus mistionem, docuit, atque eo furoris venit, ut Christi nostri et magni Dei nomen usurpaverit. »

Secundus est Menander, qui simul cum Saturnino in prædicto loco memoratur. Testatur noster Theologus, ambos, licet inter se de quibusdam dissenserint, concordasse tamen de mulierum promiscuo usu, atque de creatione facta ab angelis, eoque pervenisse audaciæ, ut affirmarint, Filium equidem Dei esse justum, Patrem vero esse injustum, mundique creationi et providentiæ esse prorsus alienum.

Tertius est Montanus cum suis sequacibus. De illo agitur in capite 18 tertii libri, asseriturque divinarum personarum distinctionem ab hoc hæretico negatam fuisse. Ἀλλ' ὥστε καὶ τοὺς παχεῖς.... Id est : « Sed etiam ut mente crassi ac rudes Montanistæ pudore afficiantur, qui putant eumdem esse Filio Patrem et Paracletum. » Quod etiam affirmat in 38 cap. ejusdem libri, ubi refert ac simul confutat istorum hæreticorum errores. Ad tria genera illos reducit in hoc capite. Primo, quod unica sit persona, sicut ille loquitur, trium divinarum hypostaseon : Ἓν πρόσωπον εἶναι.... Id est : « Unam esse trium divinarum hypostasium Personam. Montanus enim, inquiunt, dixit : Ego sum Pater et Filius et Paracletus... » Secundo, quod ἐκεῖνοι λέγουσιν..., id est, « Illi dicunt, Montanum venisse et Paracleti, id est, Spiritus sancti, perfectionem habuisse. » Tertio, quod dicant Priscillam et Maximillam fuisse prophetissas, et post Salvatoris adventum alios fuisse prophetas ; quod Theologus noster negat, præsertim de prophetissis. Λέγουσιν ὅτι... Id est : « Dicunt (Montanistæ) : Vos non creditis, post primum Domini adventum esse prophetas. »

Quartus hæreticus est Basilides, de quo in capite 41 affirmat illum, præter deliramenta Menandri, docuisse etiam 365 cœlos conditos ac stabilitos fuisse, qui angelorum nomen habent, et e quibus Basilidiani unum sancto nomine Arbasax vocant. Si autem computarentur numeri Græcarum litterarum quibus illud nomen componitur, inveniretur, illud apprime significare 365, et licet sæpius ac communius *Abraxas* dicatur, tamen a nostro Theologo *Arbasax* scribitur.

Quintus est Carpocrates, qui, ut patet, ex iis quæ in præfato loco referuntur, easdem insanias atque ineptias docet, quibus istam adjungit ; quod, si quis coinquinatus peccatis voluntatem omnium dæmonum non impleat, ultra principatus et potestates transire non potest, nec ad supremum cœlum pervenire.

Sextus est Valentinus, de quo testatur in supradicto loco, quod admissis hæresibus duorum priorum hæreticorum duas novas admiscuit. Per unam contendit corpus a Christo de cœlo sumptum esse ; altera vero, quæ longa fabula est, magisne impia an insulsior sit haud facile dicam, in hoc consistit : Bythos, quod Profunditatem significat, Sigen, seu Silentium, generat, et a Silentio Jupiter Græcorum sive paganorum quoddam Verbum fabricavit et fecit. Et quia Christus in tricesimo suæ ætatis anno baptizatus fuit, excogitavit etiam Valentinus triginta Æonas, id est « Sæcula, » quæ deos vocavit, quorumque ultimus hermaphrodita erat ; et hic erat Sapientia, quæ cum primum Deum videre voluisset, nimio illius fulgore perstricta e cœlo cecidit, inde e tricesimo numero expulsa est, et plangendo, suis fletibus genuit Diabolum. Deest reliquum hujus fabulæ a sancto Irenæo relatæ et ab aliis scriptoribus qui de hæresibus scripserunt, quia codicis quædam partes perierunt. Postea in secundo libro, capite 6, paragr. 19, affirmat noster Theologus, Valentinum docuisse quoque Spiritum sanctum esse angelis coævum. Τοῦ ἔξω βλητοῦ..., id est « Excommunicati et ejecti Valentini, qui manichæizavit, et præter alia absurda fabularum commenta, furiose dixit Spiritum divinum coævum angelis, etc. »

Septimus est Manes cum suis sequacibus. De hoc tractat in capite 18 tertii libri, eique exprobrat, quod vocet Patrem ἀπάνθρωπον, id est, « Inhumanum » ac divinum Filium solum φιλάνθρωπον, id est « humanum, » **471** seu benignum erga homines. Σὺν αὐτοῖς δέ... id est : « Simul cum ipsis » (id est, cum Montanistis), etiam Manichæus confunditur, qui non admittit Vetus Testamentum, sed vocat Patrem quidem inhumanum, quippe qui Adamum ejecit ex paradiso, Filium vero solum « humanum, » id est benignum erga homines, quippe qui per semetipsum venit, ac salvavit nos. » Et in capite 21, Manichæis tribuit etiam errorem Phantasiastarum. Οἰηθέντων αὐτῶν [leg. αὐτὸν] Μανιχαίων μὲν σῶμα δοκήσει ἐσχηκέναι· Ἀρειανῶν δὲ, κ. τ. λ. Id est : « Cum putent ipsum (de Christo loquitur), Manichæi quidem, corpus apparenter habuisse ; Ariani vero, » etc. Sed fusius de istis hæreticis tractat in 42 capite libri supradicti. Ibi affirmat multos exsistere, suo tempore, illosque omnibus flagitiis ac sordibus contaminari. Quæ omnia, vel experientia, vel fama cognovit. Tradit etiam illorum systema componi erroribus Simonis Magi, Menandri, Satur-

Digitized by Google Распознавание текста

nini, Basilidis, Carpocratis et Valentini; multaque alia adjunxit in isto capite quæ nunc desunt, quia periit illius codicis finis, ubi de Manichæis scribit.

Ultimi sunt Novatus et Sabbatius qui cum maxima temeritate conati sunt restringere auctoritatem a Christo Ecclesiæ datam concedendi absolutionem ac reconciliationem lapsis. Eos confutat in capite 30 primi libri, quasi obiter : Redemptor, inquit, cum dixit : *Quodcunque solveritis super terram, erit solutum in cœlo*, ἔβριψεν ἐκ τότε τὴν Ναυάτου καὶ Σαββατίου ἀπανθρωπίαν. Id est, « repudiavit ex eo tempore Novati et Sabbatii inhumanitatem. »

CAPUT IV.

Quo sæculo scriberet noster Theologus, et quis esset.

Jam eo perveni, ubi libenter finem huic jam nimis longæ epistolæ imponerem, nisi tuo desiderio, quod mihi loco præcepti habendum est, comellerer ad pauca quædam dicenda circa duas quæstiones a te mihi propositas, scilicet : quo sæculo scripserit Theologus noster, et quis ille sit.

Quoad primam quæstionem, nihil aliud asserere audeo, nisi præfatum opus, absque dubio, compositum fuisse post S. Basilii mortem, quæ, ut apprime scis, accidit, primo Januarii, anno 379. Nam in cap. 22 tertii libri, prout in suo loco retuli, non solum ille sanctus doctor nominatur a nostro Theologo, sed insuper, ex articulo incipiente sequentibus verbis : Τὶς τῶν ἐν ἁγίοις Πατέρων, clare demonstrat illum jam e vita excessisse. Sed quo tempore illud opus a nostro Auctore præcise scriptum fuerit, minime dicere possum, mallemque de hac re consulere tot doctos ac eruditos homines quibus nostrum fulget sæculum. Attamen, si meam sententiam quæsieris, tibi fatebor, quibusdam motus haud spernendis rationibus, mihi verisimillimum videri, Auctorem ineunte quinto sæculo vixisse.

Etenim, in prima media Operis parte, tantum de Verbo incarnato loquitur, et tamen nullam mentionem facit de hæresibus Monothelitarum, Eutychianorum et Nestorianorum; deinde, multo minus, in altera media parte, omnino ad divinam Spiritus sancti personam spectante, memorat controversiam Græcos inter et Latinos ortam, circa Spiritus sancti processionem. Ita ut dici possit nostrum Auctorem plus minusve tractavisse de omnibus hæresibus quæ Macedonianam et Arianam præcesserunt, nullo autem modo de eis quæ postea exortæ sunt, licet ipsæ majorem relationem habuerint quam præfatæ, cum argumento de quo agebat Theologus noster, et sæpe illi occurrerit occasio commemorandi seu unitatem personæ, seu dualitatem naturæ Jesu Christi.

Secundo, quamvis ad demonstrandum consubstantialitatem divinarum personarum, innumeros fere textus undequaque colligat e sacris Scripturis, atque sæpe eis evolvendis atque inculcandis incumbat, nunquam tamen hæreticis opponit insignem S. Joannis versiculum (I, v, 7) : *Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, et Spiritus sanctus; et hi tres unum sunt.* Quod valde mirandum foret, nisi eodem modo egissent alii sancti Patres qui quinto sæculo contra Arianos scripserunt, quia tunc, nescio qua de causa, deerat iste versiculus in plerisque sacrarum Scripturarum codicibus.

Tertio, in cap. 10 secundi libri, exprobrat Arianis electionem Marathonii ad episcopatum ab eis factam, de qua legendum est quod scribit Nicephorus in libro IX cap. 42 et 47 *Historiæ ecclesiasticæ*, cujusque electionis promotorem fuisse accusat Macedonium. Ἀμέλει τοι ἐν Εὐαγγελίῳ ἀκούομεν.... Id est : « In Evangelio sane audimus diabolum ex divinis Scripturis cum rerum omnium Domino colloquentem, Matth. IV, 4 : *Si Filius Dei es, projice te deorsum*..... Quin etiam dæmones audimus de Deo melius loquentes, quam Ariani, qui hæresiarcham vestrum Macedonium ordinarunt, ac post ipsum, Marathonium; nimirum cum aiunt, Marc. I, 24 : *Quid nobis et tibi, Jesu, fili Dei viventis?* » etc. Atqui si decentesimo aut trecentesimo anno post electionem et ordinationem Marathonii in episcopalem Nicomediæ sedem, scripsisset Theologus noster, haud credibile videtur, in mentem ei venisse, de ea loqui, illamque Arianis exprobrare.

Denique, te rogo ut in memoriam revoces quædam a me supra notata, et specialiter quæ sequuntur, id est, quod quando scribebat noster Theologus : primo, vigebant adhuc hæreses Phrygum et Eunomianorum, qui non valide conferebant baptismum; quapropter si ex eis quidam ad saniorem mentem resipiscerent, et in Ecclesiæ gremium reverti vellent, primo baptizabantur; secundo, quod Manichæorum hæresis, non modo non tunc exstincta erat, sed etiam magnus illorum numerus Orientem erroris veneno inficiebat, sicut sæpius testatur S. Joannes Chrysostomus in suis homiliis *in Evangelium S. Matthæi;* tertio, quod tunc temporis adhuc permanebat apud fideles secreti disciplina, sicut evidenter patet ex capite 22 libri III, ubi, cum hæc verba retulisset : Μετέχοντες τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, id est, « Participes facti corporis et sanguinis ipsius, » subjungit : Ἴσασιν δὲ οἱ τοῦ ἀκρωτάτου καὶ διαιωνίου μυστηρίου καταξιωθέντες ὃ λέγω· id est : « Qui autem supremo ac sempiterno sacramento digni facti sunt, sciant, quid dicam. » Istæ autem et aliæ quædam circumstantiæ quas in hujus epistolæ decursu animadverteris, licet forsan, non evidenter meam sententiam demonstrent, omnes tamen ei favere videntur, quoniam omnes, ni fallor, apprime Patri quinti sæculi conveniunt.

Quoad vero secundam quæstionem, utinam tibi congruum responsum dare possim, et quod tibi plane satisfaciat! Sed cum opus de quo agitur non tribuendum mihi videatur uni potius quam alteri Patrum vel scriptorum antiquorum, nihil aliud a me agendum est quam ut tibi indicem quædam signa quibus juvantibus forsitan aliquando verum auctorem detegere ac recognoscere poterimus.

Istorum signorum autem hoc primum est, scilicet, auctorem fuisse catholicum, maximo zelo flagrantem, ac hæreticum ab eo impugnatum, saltem in cap. 8, parag. 1, II libri, fuisse Macedonianum, qui opusculum hæresibus refertum scripserat, et primo fuerat diaconus apostolicæ Ecclesiæ, et postea ordinatus fuit episcopus ab Arianis. Quæ omnia confirmantur sequentibus verbis capitis supra citati : Καὶ πῶς, ὦ Μακεδονιανὲ, οὐχὶ ταῦτα παρὰ τὰς ἐννοίας ἐστὶ τὰς θεολογικάς; πῶς δὲ αὐτόφωρος οὐκ ἔστιν αὐτόθεν ἡ ὑπόκρισις; Et paulo post : Ὅπερ μὴ φυλάττων σὺ, ὁ Μακεδονιανός, et paulo post denuo : Κἀκεῖνο δὲ εἰδὼς ἔσο ὅτι οὐκ ἔλαθες πανούργως παραλείψας ἐν τῷ ματαίῳ καὶ καταβλαβεῖ πονηματίῳ σου, μᾶλλον δὲ βλασφημητηρίῳ, τὸ προηγούμενον τοῦ θείου γραφίου..... Et pariter non multo post : Εἰ δ' ἂν δὲ καὶ μὴ τὴν ἀρχὴν ἠκολούθησας ἐν μέρει τοῖς 472 Ἀρείου ὑπασπισταῖς, οὓς μηδὲ λέγειν ἡμᾶς εἴη μηδὲ μανθάνειν, ἐρυθριῶν αὐτοὺς ὡς περιτεθεικότας σοι ὄνομα ἐπισκόπου, διακόνῳ πρὸ τούτου τῆς ὀρθοδόξου καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας τυγχάνοντι, οὐκ ἄν, κ.τ. λ., id est : « Quomodo, o Macedoniane, non vides hæc esse præter sententias theologicas? et manifesto ex his ipsis te hypocriseos convinci?.... Id quod non observans tu, qui Macedonianus es, etc.... Atque illud etiam scito, quod non latet te fraudulenter omisisse, in inepto et pernicioso tuo opusculo, vel potius blasphematorio, id quod antecedit in divino textu..... Ac si præterea initio secutus ex parte non fuisses Arii asseclas, quos nec nominare nobis licet, nec noscere, reveritus eos, utpote qui tibi nomen episcopi imposuerunt, cum antea orthodoxæ et apostolicæ Ecclesiæ diaconus esses, non comparasses, etc..... »

Secundum autem signum est, quod noster Auctor habebat filios secundum carnem, scilicet ex ipso

Digitized by Google Распознавание текста

genitos. Nam haud mihi persuadere possum, filios in sequentibus textibus memoratos, appellari posse filios tantum secundum spiritum, sicut S. Cyrillus Hierosolymitanus loquitur, διὰ κατηχήσεως. In uno textu jam allegato, legitur in cap. 7, lib. II, parag. 8 : Κέρδος γὰρ μέγιστον..... id est : « Nam lucrum maximum et æternum puto mei ipsius, et eorum, qui ex me orti sunt, eorumque qui nobiscum sunt, omnem laborem strenue, ac periculum, si opus fuerit, subire pro eo qui nos fecit.... Supplicate peculiariter pro me, et pro iis qui (orti sunt) ex me, ac pro iis qui mecum sunt, et pro omnibus..... ut..... nos cum omnibus filiis, cum tota domo, cum tota familia, et cum omnibus amicis (amici vero nobis sunt orthodoxi) mereamur vobiscum una, et cum omnibus sanctis eam laudare, ter *Sanctus* canendo, in cœlis, » etc. : Et in cap. 27 ejusdem libri : Αἰσσομαι ὑπὲρ τοῦ ἐμαυτοῦ... id est : « Supplico pro me ipso, et pro iis qui nati sunt ex me, et pro iis qui nati sunt et nascentur ab illis, imo etiam pro omnibus, obediens Salvatori Christo, qui jussit nos orare alterum pro altero. » Denique in cap. 2 lib. III : Τῷ δὲ Θεῷ.... id est : « Deo autem rursus in omnibus confisus, qui fluctus compescit, et prosperam navigationem dat..... progredior ad sequentia, credens, quod, prinsquam loquar, una cum filiis quod dedit mihi, et filiis filiorum, propter quos etiam viventes laboramus, ac præterea cum omnibus, quos ille novit, gratiam accepturus sim. »

Tertium signum colligitur e cap. 26 II libri, ubi, sanctissimam Trinitatem obsecrans, multaque rogans, inter alia hanc ab ea postulat gratiam, ut Nilus aquis abundet; quæ precatio indicare videtur illum regionis Nili vicinæ fuisse incolam. Καὶ εὐαρχία μέν.... id est : « Et recta administratio, ac profunda pax per totam terram ac mare erit omni modo et ratione : et Nili fluenta plena ; et maxima segetum copia ; magna vero, et omnimoda ambitiosorum penuria; nec iam amplius alter ob alterum lugeat. »

Α Nunc autem, hoc mihi solum signum addendum superest, quo mediante, si forte, sicut credere licet, in aliqua Europæ bibliotheca quoddam alterum hujus Operis exemplar absconderetur, jam illud facilius detegi aut inveniri posset. Nam primus liber his concluditur verbis : Ὡς τὰ τῶν ἀνθρώπων, et 36 capita habet, quorum sex prima integra desunt in meo exemplari, et sequentium magna pars usque ad quintum decimum. Secundus liber sic incipit : Οἱ σπουδάζοντες εἶναι ναὸς κἂν ποσῶς ἄξιος, et continet 27 capita. Tertium sic incipit, Ψυχὴ καθ' αὐτὴν ἐν τῷ νοητῷ ἀπαθὴς ὑπάρχουσα, et continebat 42 capita solummodo, quia, licet quadragesimum secundum imperfectum sit in meo exemplari, deficientibus quibusdam partibus sub fine, tamen capitulorum atque argumentorum index quod reperitur in initio primi sicut et secundi libri, demonstrat non plura fuisse quam quadraginta duo capita.

Β Hæc sunt pauca quæ tibi, Domine mi, exponere potui de Auctore dignissimo, me judice, qui a te nosceretur. Utinam alter, mea epistola stimulatus, alterum exemplar detegat inter antiquos codices, quod aliquando in lucem edi possit : jam non tunc existimarem meam epistolam supervacaneam ac omni utilitate destitutam. Si tamen in ea quiddam haud injucundum, sicut libenter credere amo, reperieris, jam meæ operæ ac laboris mercedem adeptus sum. Nihil enim mihi magis cordi est, quam aliquid tibi gratum facere. Tibi autem placeat, ut mihi tuam sententiam ea de re remittas. Cum magis ac magis in dies crescat optima opinio de tuis eximiis virtutibus jamdudum a me concepta, toto corde tibi omnia fausta precor omnibusque diffusioris obsequii testimoniis omissis (ea enim non acceptares a famulo tibi devotissimo tuique amantissimo), te maxima reverentia colens, me tuæ benignissimæ gratiæ tuæ commendo.

Venetiis, 30 Junii 1763.

IN SEQUENTEM LIBRUM DIDYMI DE SPIRITU SANCTO ADMONITIO.

(Opp. S. Hieronymi ed. Vallarsi.)

Didymus Alexandrinus, qui miraculum sui præbuit, quod captus a parva ætate oculis, ipsorumque elementorum ignarus, omni tamen scientiarum genere, iisque etiam quæ maxime visu indigent, fuerit expolitus, inter cætera quæ ingenii sui reliquit monumenta, hunc *De Spiritu sancto* librum frequenti fratrum exhortatione compulsus est scribere, ut nonnullorum commenta refelleret circa Spiritum sanctum, quæ neque in Scripturis lecta, neque a quoquam ecclesiasticorum veterum fuerant usurpata. Hieronymus, qui Didymi eruditionem cum primis est admiratus, eoque magistro usus Alexandriæ, primum quidem impellente Damaso Romano pontifice, cum Romæ ageret, Latinis illum verbis cœperat explicare, deinde Jerosolymam postliminio reversus, Pauliniani fratris hortatu, ex integro vertit atque edidit.

Singularis porro est liber, quemadmodum et Hieronymus ipse quoties eum laudat, ut in *Catalogo* cap. 109, et libro II *in Rufinum*, et mss. codices quotquot inspeximus testimonio sunt. Augustinus quoque lib. II *Quæstionum in Exodum*, cap. 25, Nicephorus l. IX, cap. 17, et Ratramnus, qui Hieronymianam hanc ipsam versionem legit, *contra Græcos* lib. II, cap. 5, unicum librum vocant ; nec nisi incommoda περιεργίᾳ factum est, ut contra auctoris atque interpretis mentem ad hanc usque diem ab editoribus criticisque in tres libros vulgo fuerit dispertitus. Ipsa etiam librorum distinctio fortuita est atque inutilis ; nam, exempli gratia, tertius liber e media prophetici loci expositione initium jussus est sumere, quod vitium est ab eruditi scriptoris ingenio alienissimum. Sed in tres quidem partes aut capita commode possit distribui; nam primo Spiritum sanctum diversæ ab angelis naturæ esse multis argumentis ac testimoniis constituit ; deinde ejus quoque nominis invocationem in baptismo necessariam probat, ut imperfecte baptizet, neque adeo a peccato liberet, qui reticuerit ; tertio indivisibilem esse illum, atque impassibilem, Patri ac Filio ὁμοούσιον, atque alii divinæ substantiæ attributis præditum docet.

Græcus Didymi textus intercidit, eumque fortasse doctorum manibus excussit ipsa Hieronymi interpretatio ; de cujus tamen fidelitate non satis consulte videntur nonnulli detrahere, dum multa, quæ ab Alexandrino auctore haud processerint, assuta, multaque alia, et præcipue Origeniani dogmatis cui erat addictus menda purgata, ab interprete comminiscuntur. Exiguam sane rationem esse velim ejus, quod tamen præci-

Digitized by Google Распознавание текста

puum est, argumenti ex ὁμοούσιον, et ἀνομοούσιον vocibus, a quibus Adamantii sectatores multum contendunt abhorruisse. Nam neque ita singulis Origenianæ sententiæ capitibus Didymus fuerit obstrictus ut nihil licere sibi putaverit, neque si nihil præterea ausus est, quando ejus Græcum exemplar desideratur, probari ullo modo possit. Cætera quæ in eam rem adducuntur longe sunt infirmiora.

Tempus, cui Hieronymi versio isthæc sit ascribenda, non uno proprie anno concluditur, ut cæteris tractatibus ferme usuvenit. Incepta nempe est Romæ anno 384, ut ex ipsius Præfatione planissime constat, cum Damasus adhuc viveret, qui sub ejusdem anni finem diem obiit. Certe non aliud ab isto Didymi opusculo, quod sibi transferendum proposuisset, videtur nobis innuere, cum ait S. Doctor, « garrire se aliquid » voluisse « de Spiritu sancto, et cœptum opusculum ejusdem (Romanæ) urbis pontifici dedicare. » Sed non ante annum 389 videtur absoluta, cum, æmulorum invidiam declinans, Jerosolymæ se recepisset, pariterque esset Bethlemi cum Pauliniano fratre, Paula et Eustochio. Eumdem plus minus annum indicat in *Catalogo*, ubi inter *Hebraicorum Nominum* librum, et Homilias *in Lucam* ex Origene, laborem hunc memorat.

Quod reliquum est, editionem hanc nostram ad trium mss. fidem emendavimus : nempe unius Vaticani 4945 ; tum alterius elegantissimi, quem in bibliotheca Romani collegii Patrum Societatis Jesu invenimus; denique Tolosani, a quo excerptas variantes lectiones Martianæus rejecerat in libri calcem. Ex editionibus, quæ ante Erasmianam collectionem prodiere, in consilium adhibuimus sæpe priorem illam an. 1496 absque loci nomine, tum Venetam, quam Barthius in *Adversariis* laudat; cujus item Barthii conjecturas aliquot in hunc librum expendimus, sicubi visum est operæ pretium esse. Sunt autem aliæ hujus operis editiones, quas singillatim recensere non vacat, et nullo negotio apud Bibliographos invenias (*a*).

HIERONYMI PRÆFATIO AD PAULINIANUM (*b*).

Cum in Babylone [*scil.* Romæ] versarer : et purpuratæ meretricis essem colonus, et jure Quiritum viverem, volui garrire aliquid de Spiritu sancto, et cœptum opusculum, ejusdem urbis pontifici dedicare. Et ecce olla illa, quæ in Jeremia post baculum cernitur a facie aquilonis, cœpit ardere : et (*c*) Pharisæorum conclamavit [*al* conclamare] Senatus et nullus scriba vel fictus (*d*), sed omnis quasi indicto sibi prælio doctrinarum, adversum me imperitiæ (*e*) factio conjuravit. Illico ego, velut postliminio, Jerosolymam sum reversus : et post Romuli casam (*f*), et ludorum Lupercalia, diversorium Mariæ, et Salvatoris speluncam aspexi. Itaque, mi Pauliniane [*al.* Pauline], frater, quia supradictus Pontifex Damasus, qui me ad hoc opus primus impulerat, jam dormit [*al.* obdormivit in Domino] in Christo : tam tuo quam venerabilium mihi, ancillarum Christi, Paulæ et Eustochii nunc adjutus oratu [*al.* hortatu] : canticum quod cantare non potui in terra aliena, hic a vobis in Judæa provocatus immurmuro ; augustiorem multo locum existimans, qui Salvatorem mundi, quam qui fratris genuit parricidam. Et ut auctorem titulo fatear : malui alieni operis interpres exsistere, quam (ut quidam faciunt) informis cornicula, alienis me coloribus adornare. Legi dudum cujusdam (*g*) libellos de Spiritu sancto : et juxta Comici [*scil.* Terentii] sententiam ex Græcis bonis, Latina vidi non bona. Nihil ibi dialecticum, nihil virile atque districtum, quod lectorem vel ingratis in assensum trahat : sed totum flaccidum, molle, nitidum, atque formosum, et exquisitis hinc inde odoribus (*h*) pigmentatum. Didymus

(*a*) Pleraque Didymi Opera in Græco ms. card. Passionei bibliotheca reperisse dicitur, eorumque editioni insudare cl. Mingarellius canonic. regular. Bononiæ, etc.

(*b*) Fratrem suum scilicet, falso enim ad « Paulinum » eumque « Nolanum » vetustiores aliquot libri inscribunt ; adduntque abs Hieronymo, « propter imperitiam cujusdam qui de Spiritu sancto scripserat, translatum opus in Latinum. »

(*c*) Videtur a præceptore olim suo Gregorio Nazianzeno accepisse, qui Orat. 32 Romani episcopi luxum perstringit, et clericorum ejus cœtum « Senatum Pharisæorum » vocat.

(*d*) De corrupta loci hujus lectione non levis suspicio est. Cod. Vat. 4945, « nullum scriba vel fictum ; » vetus editio an. 1496, « nullus scriba in eis fictus. » Barthius sic putat restituendum, « ut nullus scribæ in eis sit ictus : » ut sensus sit, neminem singulari admonitione in Hieronymum aliquid de Spiritu sancto garrire volentem fuisse invectum, sed omnes illico indicto prælio ad damnandam ejus imperitiam consensisse. Quæ nobis expositio vix at ne vix quidem emendatio placet. Sunt qui mallent, « nullus scriba relictus, » quod æque parum arridet. Eapropter vide, num præstet pro duobus verbis « vel fictus, » legi uno « vel ficatus, » quod est « faveus, » aut « studiose obsequens, » tunc enim elegantissime alteri membro opponetur alterum, sensusque erit, neminem se illi æquiorem præbuisse, sed conspirasse omnes contra. Cicero in epist. *Ne velificatus alicui dicaris*, etc. Vid. epist. 127, n. 9, *De turbata Pharisæorum schola.*

(*e*) Ms. quidam Tolosan. penes Martian. qui variantes ex eo lectiones ad libri calcem rejecit, habet hic loci « impetus. » Vetus edit. « imperitiæ convincendum factio, etc. »

(*f*) Hæc in *Vita* fusius disputantur. De Romuli autem casa consule Ovid. III *Fastor.* vers. 183. Prudentius l. XI :

Ipsa casas fragili texat gens Romula culmo,
Sic tradunt habitasse Remum, etc.

(*g*) S. Ambrosium suppresso nomine sugillari, eumque plagii accusari Rufinus contendit lib. II *Apolog.* et criminationem hac de causa gravissimam in Hieronymum intentat. Sed non eam fuisse S. Doctoris mentem, argumentis haud sane infirmis probari potest. Vid. Præfationem PP. Benedictinor. in Ambrosii libros *De Spiritu sancto*, p. 598.

(*h*) Fortasse « coloribus » rescribendum est. Certe ita Rufinus olim legit lib. XI.

Digitized by Google Распознавание текста

vero meus, oculum habens sponsæ de Cantico canticorum, et illa lumina quæ in candentes (*a*) segetes sublimari Jesus præcepit[1], procul altius intuetur : et antiquum nobis morem reddidit; ut Videns vocetur propheta. Certe qui hunc legerit, Latinorum furta cognoscet ; et contemnet rivulos, cum ceperit haurire de fontibus. Imperitus sermone est, et [*al.* sed] non scientia : apostolicum virum ex ipso sermone [*al.* stylo] exprimens, tam sensuum lumine (*b*) quam simplicitate verborum.

[1] Matth. XIII, 16; Joan. IV, 35.

(*a*) Incongrue satis candelabra, quæ plurimis locis insertas candelas capere valerent, Barthius intellexit. Enimvero alludit Hier. Joannis IV, 9, quem locum in commentariis *in Matthæum* cap. laudato exponens, « Beati, inquit, oculi, quos levari Jesus in sublime præcepit, ut candentes segetes aspiciant. Vid. epist. 76, *ad Abigaum*, n. 2, in fine.

(*b*) Sic ex Vat. ms. ac veteri editione Veneta legimus : antea enim erat « nomine ; » quemadmodum et in epist. 65, num. 19, haberi non diffitemur, ubi pulchritudinem dicit « positam magis in sensuum nomine, quam in flore verborum. » Re autem ipsa neutrum satis arridet. Ms. collegii Rom. Societatis Jesu, « tam suo nomine. »

LIBER DIDYMI (1) ALEXANDRINI DE SPIRITU SANCTO,

S. HIERONYMO INTERPRETE.

1. Omnibus quidem quæ divina sunt, cum reverentia et vehementi cura oportet intendere : maxime autem his quæ de Spiritus [*al.* sancti Spiritus] divinitate dicuntur, præsertim cum blasphemia in eum sine venia sit (2) : ita ut blasphemantis pœna tendatur non solum in omne præsens sæculum, sed etiam in futurum. Ait quippe Salvator, blasphemanti in Spiritum sanctum non esse remissionem, « neque in isto sæculo, neque in futuro [2]. » Unde magis ac magis oportet intendere, quæ Scripturarum de eo relatio sit : ne in aliquem saltem (3) per ignorantiam blasphemiæ error obrepat. Expedierat quidem fideli, et timido, moderanti vires suas, magnitudinem præsentis quæstionis silentio præterire : et rem plenam periculo non in suum discrimen attrahere. Verum quoniam quidam [*al.* quidam cum] temeritate potius, quam recta via etiam in superna eriguntur, et hæc de Spiritu sancto jactitant, quæ neque in Scripturis lecta, neque a quoquam ecclesiasticorum veterum usurpata sunt, compulsi sumus creberrimæ exhortationi fratrum cedere : quæque sit nostra de eo opinio, etiam Scripturarum testimoniis comprobare : ne imperitia tanti dogmatis, hi qui contraria opponunt, decipiant eos qui, sine discussione sollicita, in adversariorum sententiam statim pertrahuntur.

2. Appellatio Spiritus sancti, et ea quæ monstratur ex ipsa appellatione substantia penitus ab his ignoratur qui extra sacram Scripturam philosophantur. Solummodo enim in nostratibus Litteris ; et notio ejus et vocabulum refertur, tam in Novis quam in Veteribus. Veteris quippe Testamenti homo David, particeps ejus effectus, orabat ut in se permaneret, dicens : « Spiritum tuum sanctum ne auferas a me [3]. » Et Danieli adhuc puero suscitasse dicitur Deus Spiritum sanctum [4], quasi jam habitantem in eo. Nec non etiam in Novo Testamento hi viri qui Deo placuisse referuntur, Spiritu sancto pleni sunt. Joannes quippe adhuc in matris utero sanctificatus exsultat [5], et Jesus a mortuis resurgens, cum insufflasset in faciem discipulorum, ait : « Accipite Spiritum sanctum [6]. » Plena sunt volumina divinarum Scripturarum his sermonibus quorum congeriem in præsenti opere digerere supersedi (4) : quia difficile non est ex his quæ assumpsimus, unumquemque lectorem sibi similia reperire.

3. Nemo autem suspicetur alium Spiritum sanctum fuisse in sanctis viris ante adventum Domini, et alium in apostolis cæterisque discipulis, et quasi homonymum (5) in differentibus esse substantiis. Possumus quidem testimonia de divinis Litteris exhibere, quia idem Spiritus et in apostolis et in prophetis fuerit. Paulus in Epistola quam ad Hebræos scribit, de Psalmorum volumine testimonium proferens, a Spiritu sancto id dictum esse commemorat : « Et sicut dicit hic (6) Spiritus sanctus : Hodie si

[1] Marc. III, 29. [2] Psal. L, 13. [3] Dan. XIII, 45. [4] Luc. I, 44. [5] Joan. XX, 22.

(1) In aliquot libris legitur « Sancti Didymi Græci monachi Alexandrini. » Vide Hieron. *ad Lucinium* epist. 71, num. 5.

(2) Consule S. Ambrosii *De Spiritu sancto* lib. VII, p. 611, ubi de irremissibilis blasphemiæ sensu agitur.

(3) Vatic. cum editis vetustioribus, « ne aliquis saltem, » etc.

(4) Cod. Tholosanus, « superfluum est, si facile est ex his, » etc.

(5) Ex Vatic. et Romani Collegii mss. fecimus « homonymum, » cum vitiose antea esset « nomina. »

(6) Articulus « hic » alias deerat, et in Latinis quoque exemplaribus desideratur ; illum autem urget maxime Didymus.

Digitized by Google Распознавание текста

vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra[7], » etc. In fine quoque Actuum apostolorum, cum Judæis disputans, ait : « Sicut Spiritus sanctus locutus est per Isaiam prophetam ad patres nostros, dicens : Auditionem audietis, et non intelligetis[8]. » Neque enim Paulus alium habens Spiritum sanctum, hæc de eo scripsit, qui in prophetis ante adventum Domini alius fuit ; sed de eo cujus et ipse particeps fuit ; et omnes qui in fide consummatæ virtutis ferebantur. Unde et cum articulo ejus meminit, quasi solitarium et unum esse contestans, ubi dicit non simpliciter, Πνεῦμα ἅγιον, hoc est « Spiritus sanctus, » sed cum additamento articuli τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον (7) ; hoc est « hic Spiritus sanctus. » Et Isaiam prophetasse commemorat cum articulata voce, διὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον (8), id est « per hunc Spiritum sanctum, » et non simpliciter Πνεῦμα ἅγιον. Petrus quoque in eo sermone, quo præsentibus persuadebat : « Oportuerat [*al.* Oportet], inquit, impleri Scripturam, quam locutus est Spiritus sanctus (id est, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον) per os David de Juda[9] : » ostendens et ipse eumdem Spiritum, et in prophetis, et in apostolis operatum.

4. Plenius de hoc in consequentibus tractabimus, cum dicere cœperimus, non solum Dominum [*al.* Deum] Verbum factum esse ad prophetas, sed et Spiritum sanctum ; quia et inseparabiliter possidetur, cum unigenito Filio Dei. Ipsa vox [*al.* Ipsa igitur vox] Spiritus sancti, non est vacua appellatio, sed subjacentis essentiæ demonstratrix : Patri Filioque socia [*al.* sociata], et a creaturis penitus aliena. Cum enim creaturæ in visibilia, et in invisibilia, id est in corporalia et in incorporalia partiantur, nec de corporalibus substantiis est Spiritus sanctus, animæ et sensus habitator, sermonis et sapientiæ, et scientiæ effector : nec de invisibilibus creaturis. Hæc quippe omnia sapientiæ et cæterarum virtutum, et sanctificationis capacia sunt. Ista vero substantia, de qua nunc sermo est, sapientiæ et scientiæ, et sanctificationis effectrix est. Neque enim inveniri potest aliqua in Spiritu sancto fortitudo, aut operatio sanctificationis virtutisque (9), quam ab extraneo quodam sustineat : quia istiusmodi natura mutabilis est. Porro Spiritus sanctus, confessione omnium, immutabilis est, sanctificator scientiæ divinæ, et universorum attributor bonorum, et, ut brevius dicam, ipse subsistens in his bonis quæ a Domino largiuntur. Nam eumdem Evangelii locum Matthæus Lucasque describens, alter ex his ait : « Quanto magis Pater cœlestis dabit bona petentibus se[10] ? » Alter vero : « Quanto magis Pater vester cœlestis dabit Spiritum suum sanctum petentibus se[11] ? » Ex quibus apparet, Spiritum sanctum plenitudinem esse donorum [*al.* bonorum] Dei ; et ea quæ divinitus administrantur, non absque eo subsistere ; quia omnes utilitates, quæ ex donorum Dei gratia suscipiuntur, ex isto fonte dimanant. Quod autem substantialiter bonum est, non potest extraneæ capax esse bonitatis, cum ipsum tribuat cæteris bonitatem. Igitur manifestum est, non a corporalibus tantum, sed et ab incorporalibus creaturis extraneum esse Spiritum sanctum ; quia cæterae substantiæ hanc substantiam sanctificationis accipiunt ; iste vero non tantum non est capax sanctificationis alienæ, sed insuper attributor est et creator. Denique qui communione ejus fruuntur, participes dicuntur Spiritus sancti, sanctificati utique ab eo. Perspicue enim scriptum est (10), « Et Spiritui gratiæ contumeliam faciens[12], » haud dubium quin is qui post susceptionem ejus peccaverit. Si autem sanctificatus est per communionem Spiritus sancti, ostenditur quod ipse particeps ejus fuerit, et largitor ejus sanctificationis Spiritus sanctus. Apostolus quoque ad Corinthios scribens, et enumerans eos qui regnum cœlorum sunt consecuturi, addit dicens : « Et hæc quidem fuistis ; sed ablati estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis, in nomine Jesu Christi et in Spiritu Dei nostri[13] · » Spiritum Dei, non alium asserens esse quam Spiritum sanctum. Etenim in consequentibus idem approbat, dicens : « Nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu : et nemo dicit Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto[14], » Spiritum Dei, Spiritum sanctum esse confirmans.

5. Si igitur sanctificator [*al.* sanctificatio] est, non mutabilis, sed immutabilis substantiæ ostenditur. Immutabilem autem substantiam Dei tantum, et unigeniti Filii ejus, manifestissime tradunt divina eloquia : convertibilem et mutabilem omnem creaturarum substantiam prædicantia. Ergo quoniam substantia Spiritus sancti non convertibilis, sed inconvertibilis demonstrata est : non erit creaturæ ὁμούσιον [*leg.* ὁμούσιος]. Esset quippe et creatura immutabilis, si cum Patre poneretur et Filio, eamdem habens inconvertibilitatem. Omne enim quod alieni boni capax est, ab hac substantia separatur. Tales autem sunt cunctæ creaturæ ; Deus vero cum bonus sit, fons et principium bonorum est : facit igitur eos bonos, quibus se impertit, bonus ipse non factus ab alio, sed subsistens : ideo capabilis (11),

[7] Hebr. III, 7 ; Psal. XCIV, 8. [8] Act. XXVIII, 25 sqq. ; Isa. VI, 9, 10. [9] Act. I, 16. [10] Matth. VII, 11. [11] Luc. XI, 13. [12] Hebr. X, 29. [13] I Cor. VI, 11. [14] I Cor. XII, 3.

(7) Alterum τό ex Græco exemplari addidimus, contextui et auctoris menti maxime necessarium.

(8) Idem mss. in gignendi casu διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, et mox διὰ τοῦ Πνεύματος. Rectius.

(9) Tholosanus cum nostris mss. et fortasse verius, « fortitudo, quam ab extranea quadam operatione sanctificationis, virtutisque suscipiat. »

(10) Erat incongruo sensu et vitioso, « scriptum est, quod spiritui gratiæ, in quo sanctificatus est, contumeliam faciens, gravi punietur peccato, » quæ ex laudatis mss. castigavimus. Congruit lectioni nostræ etiam Tholos. ms., tametsi in superiori atque inferiori contextu erroribus scateat.

(11) Hinc probe intelligis, quo sensu « capabilem, » et non « capacem, » Spiritum sanctum Didymus dicat. Nempe si « capacem » Deum boni alicujus, aut virtutis, puta sapientiæ, aut veritatis diceret, poterat eas videri aliunde assumpsisse, ne-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

et non capax. Unigenitus quoque Filius, ejus sapientia et sanctificatio, non fit sapiens, sed sapientes facit; et non sanctificatur, sed sanctificat. Unde et ipse capabilis est, et non capax. Cum igitur invisibilis creatura, quam rationabilem et incorporalem substantiam vocari consuetudinis est, non sit capabilis, sed capax : si enim capabilis esset, nullius boni capax esset, per se simplex ipsa subsistens, et alterius boni receptatrix ; participatione habeat bonum, et non de his quæ habentur ab aliis, sed de his quæ habent alia intelligatur, Patre et Filio habitis magis quam habentibus; creatura vero habente, et non habita : de Spiritu quoque sancto retractemus (12), et si quidem ipse quoque participatione alterius sanctimoniæ sanctus est, connumeretur cæteris creaturis. Si vero sanctos facit capaces sui, cum Patre ponatur et Filio. Quod autem ab aliis capiatur Spiritus sanctus, et non alia capiat, et nunc, et in *Sectarum* volumine (prout potuimus) expressimus (13) : et ex omni Scriptura sermonem nostrum affirmare perfacile est. Beatus quoque Apostolus ad Ephesios scribens ait : « In quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ [15]. » Si enim signantur quidam Spiritu sancto, formam et speciem ejus assumentes : ex his est Spiritus sanctus, quæ habentur, et non habent : habentibus illum signaculo ejus impressis. Ad Corinthios [Ephesios] quoque idem scribens, « Nolite, » inquit, « contristare Spiritum sanctum, in quo signati estis [16], » signatos esse contestans eos qui susceperant communionem Spiritus sancti. Quo modo enim disciplinæ et virtutis assumptor signaculum et figuram (ut ita dicam) in suum sensum recipit ejus scientiæ, quam assumpsit : sic et is qui Spiritus sancti particeps efficitur, per communionem ejus fit spiritualis pariter et sanctus (14).

6. Ipse vero Spiritus sanctus, si unus de creaturis esset, saltem circumscriptam haberet substantiam, sicut universa quæ facta sunt. Nam etsi non circumscribantur loco et finibus invisibiles creaturæ, tamen proprietate substantiæ finiuntur. Spiritus autem sanctus, cum in pluribus sit, non habet substantiam circumscriptam. Mittens quippe Jesus prædicatores doctrinæ suæ, replevit eos Spiritu ; et insufflans in faciem eorum : « Accipite, inquit, Spiritum sanctum [17], » et, « Euntes, docete omnes gentes [18], » quasi omnes cunctis gentibus mitteret. Neque enim omnes apostoli ad omnes gentes pariter sunt profecti, sed quidam in Asiam, quidam in Scythiam, et alii in alias dispersi nationes; secundum dispensationem illius quem secum habebant Spiritus sancti, quo modo et Dominum dicentem, « Vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi [19]. » His et illud congruit : « Accipietis virtutem supervenientis [*al.* supervenientem] Spiritus sancti in vos ; et eritis testes mihi in Jerusalem, et in omni Judæa et Samaria, et usque ad extremum terræ [20]. » Si ergo hi in extremis finibus terræ ob [*al.* secundum] testimonium Domini constituti, distabant inter se longissimis spatiis, aderat autem eis inhabitator Spiritus sanctus, incircumscriptam habens substantiam, demonstratur (15) angelica virtus ab hoc prorsus aliena. Angelus quippe qui aderat, verbi gratia, apostolo in Asia oranti, non poterat simul eodem tempore adesse aliis in cæteris partibus mundi constitutis. Spiritus autem sanctus non solum sejunctis a se hominibus præsto est, sed et singulis quibusque angelis, principatibus, thronis, dominationibus inhabitator assistit ; et ut homines sanctificans, alterius quam sunt homines, est naturæ; sic et alias creaturas sanctificans, alius ab earum est substantiæ, quoniam omnis creatura non ex sua substantia, sed ex communione alterius sanctitatis sancta perficitur.

7. Dicti sunt quidem sancti angeli in Evangelio, Salvatore dicente, venturum esse Filium hominis in majestate sua et Patris, et sanctorum angelorum [21]. Et Cornelius in Actibus apostolorum a sancto angelo scribitur [*al.* subjicitur] accepisse responsum [22], ut Petrum ad se Christi discipulum vocaret. Verum sancti sunt angeli participatione Spiritus sancti, et inhabitatione [*al.* communicatione] unigeniti Filii Dei, qui sanctitas est, et communicatio Patris (16). De quo Salvator ait : « Pater sancte [23]. » Si igitur angeli non ex propria substantia sancti sunt, sed ex participatione sanctæ Trini-

[15] Ephes. I, 13. [16] Ephes. IV, 30. [17] Joan. XX, 22. [18] Matth. XXVIII, 19. [19] Ibid. 20. [20] Act. I, 8. [21] Luc. IX, 26. [22] Act. X, 22. [23] Joan. XVII, 11.

que ex se habere, atque adeo posse quandoque amittere, quod aliquando cepisset. « Capabilem » vero ideo credendum, quoniam implere illum corda, atque animas fidelium multis locis Scripturæ testantur. Consonant alii Patres. Auctor *Altercationis cum Pascentio Ariano* olim inter August. epist. 177 : « Est incapabilis Pater, quem capit Filius totum?... » tum, quibusdam interjectis, « qui capit omnia, quem capit nemo; sed hominum, nam totus capitur a Filio. » In *Arnobii et Serapionis Conflictu* pag. 543 : « Deus capax, non capabilis. »

(12) Olim, « De sancto Spiritu tractemus. »

(13) Ejus libri etiam paulo infra meminit, ubi « de quibus, » inquit, « jam abundanter in *Sectarum* volumine disputavimus. » Meminit quoque Heraclides in *Paradiso*, cap. 1 : maxime vero Hieron. in *Catalogo*, cap. 109, a quo liber *De dogmatibus* appellatur, facile enim *Περὶ δογμάτων* inscribebatur, ut ex ipso Didymo paulo inferius licet colligere, ubi « Spiritum sanctum Creatorem » esse, « jam in *Dogmatum* volumine » se dicit « breviter ostendisse ; » certe non *Περὶ αἱρέσεως*, ut quidam opinati sunt. Vid. Theodoretum in *Hist.* lib. IV, cap. 29.

(14) Tholos. ms., « spiritualis particeps et sanctus. »

(15) Perperam, ut pleraque alia, Tholosanus ms., « incircumscripta inhabitanti substantia demonstratur. »

(16) Vetus editio, « et communicatione Patris. »

Digitized by Google Распознавание текста

tatis, ana angelorum ostenditur a Trinitate esse substantia. Ut enim Pater sanctificans, alius est ab his qui sanctificantur; et Filius est alius ab his quos efficit sanctos : ita et Spiritus sanctus alterius est substantiæ ab his quos sui largitione sanctificat. Si vero hæretici proposuerint, ex natura conditionis suæ angelos sanctos esse : consequenter coguntur dicere ὁμουσίους esse Trinitati, et inconvertibiliter eos juxta substantiam sanctos esse. Si autem hoc refugientes, dixerint, unius quidem naturæ esse cum cæteris creaturis, non tamen eamdem habere sanctitatem, quam homines habent : necessario deducetur (17), ut dicant multo melioris homines esse substantiæ; cum hi per communionem Trinitatis habeant sanctitatem, et angeli, propria natura sancti, ab ea sint alieni. Sed vota sunt hominum perfectorum, et ad consummationem sanctitatis venientium, æquales angelis fieri (18). Angeli quippe hominibus, et non homines angelis auxilium tribuunt, ministrantes eis salutem, et annuntiantes eis largiora Dei beneficia (19). Ex quo liquido ostenditur honorabiliores et multo meliores esse angelos hominibus, per germaniorem, ut ita dicam, et pleniorem Trinitatis assumptionem.

8. Quapropter cum alius sit Spiritus sanctus ab his quæ ipse sanctificat, non est unius naturæ, cum cæteris creaturis quæ eum recipiunt. Si autem alterius est naturæ a creaturis, et in propria subsistit essentia, increatus et ineffectus ostenditur. Multæ Scripturæ sunt, quæ sine ambiguitate convincant alterius eum esse a cunctis conditionibus naturæ. Quidam etiam Spiritu sancto pleni esse dicuntur; nemo autem sive in Scripturis, sive in consuetudine, plenus creatura dicitur. Neque enim aut Scriptura sibi hoc vindicat, aut sermo communis, ut dicas plenum esse quempiam angelo, throno, dominatione; soli quippe divinæ naturæ hic convenit sermo. Dicimus autem virtutis et disciplinæ quosdam esse plenos : ut illud « Repletus est Spiritu sancto [24]; » non aliud significantes quam plenos esse consummatæ atque perfectæ virtutis. Scriptum est de Joanne : « Et Spiritu sancto implebitur adhuc ex utero matris suæ [25], » et iterum : « Repleta est Spiritu sancto Elisabeth [26];» et post alia : « Et Spiritu sancto repletus est Zacharias pater ejus [27]. » Illaud dubium, quin et Joannes prophetavit. Necnon in Actibus apostolorum de multis credentibus qui in unum convenerant, refertur : « Repleti sunt Spiritu sancto [28]. » Cum autem participabilis sit Spiritus sanctus, ad similitudinem sapientiæ ac disciplinæ, non in cassis nominibus scientiæ substantiam possidet; sed per naturam sanctificantem, et implentem bonis universa, bonus ipse subsistit, juxta quam et repleti quidam Spiritu sancto esse dicuntur, ut in Actibus apostolorum scriptum est, « Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et loquebantur verbum Dei cum fiducia [29]. » Quo modo enim qui aliqua disciplina plenus est, qui perfecte eam habet, erudite et subtiliter potest de ea proferre sermonem : sic qui Spiritum sanctum consummate acceperint, ita ut impleantur eo, cum fiducia verbum Dei loquuntur, quia præsens Spiritus sanctus dignam Deo vocem ministrat. Hinc quidam [*al.* Unde et quidam] cum supercilio ait : « Hæc dicit Spiritus sanctus [30]; » et Apostolus : « Sed implemini, inquit, Spiritu sancto [31]; » et in multis locis Actuum apostolorum, pleni fuisse Spiritu sancto discipuli Domini scribuntur : « Considerate ergo, fratres, viros ex vobis testimonium habentes septem, plenos Spiritu sancto et sapientia [32]; » et de Stephano : « Cum autem plenus esset Spiritu sancto, intuens in cœlum, vidit gloriam Dei, et Jesum stantem a dextris Dei [33];» et de electionis vase dicitur : «Saulus autem, qui et Paulus, plenus Spiritu sancto, intuens in eum ait [34]; » et in commune de universis credentibus annotatur : « Discipuli quoque replebantur gaudio et Spiritu sancto [35]. » Angeli autem præsentia, sive alicujus alterius excellentis naturæ, quæ facta est, non implet mentem atque sensum; quia et ipsa aliunde completur. Quo modo enim ex plenitudine quis accipiens Salvatoris, plenus efficitur sapientia, et virtute (20), et justitia, et sermone Dei : sic qui Spiritu sancto plenus est, statim universis donationibus Dei repletur, sapientia, scientia, fide, cæterisque virtutibus. Qui igitur implet universas creaturas, quæ tamen possunt (21) virtutem, et sapientiam capere, non est ex his quæ ipse complet. Ex quo colligitur alterius eum esse substantiæ, quam sunt omnes creaturæ. Diximus et alibi, quia superintelligatur in sancti Spiritus substantia etiam plenitudo munerum divinorum.

9. Denique impossibile est gratiam Dei sortiri quempiam, si non habeat Spiritum sanctum : in quo approbamus (22) cuncta Dei dona consistere. Quod vero is qui habeat eum, sermonem quoque sapientiæ, et reliqua bona perfecte consecutus sit : et nunc manifeste sermo demonstrat, et paulo ante diximus, substantiam bonorum Dei Spiritum sanctum esse; cum posuimus exemplum, « Dabit Pater Spiritum sanctum petentibus se [36]. » et : « Dabit Pater

[24] Exod. xxxi, 3. [25] Luc. i, 15. [26] ibid 41. [27] ibid. 67. [28] Act. ii, 4. ibid. [30] Act. xxi, 11. [31] Ephes. v, 18. [32] Act. vi, 3. [33] Act. vii, 55. [34] Act. xiii, 9. [35] ibid. 52. [36] Luc. xi, 13.

(17) Scribe, inquit Barthius, « necessario eo deducentur, » etc.

(18) Contra Origenes angelis et hominibus unam eamdemque naturam tribuit, iis saltem qui sanctitatis apicem essent assecuti. Didymus, qui Origeniana dogmata passim dicitur recepisse, vide ab ea doctrina quantum abhorreat. Confer etiam quæ tom. I [Opp. Hieron.] ad Synodicam Theophili, et in Epist ad Avitum annotavimus.

(19) Vatic. ms. cum antiqua edit., « annuntiantes eis largitorem ejus. Ex quo, » etc.

(20) Duo mss. cum veteri editione, « et veritate. »

(21) Vetus eadem editio, « creaturas, quantum possunt, » etc.

(22) Al. « approbantur, » et mox Tholos. cod., « consurgere, » pro « consistere. »

Digitized by Google Распознавание текста

bona petentibus se [37]. » Nec existimare debemus, Spiritum sanctum secundum substantias [*al.* substantiam] esse divisum, quia multitudo bonorum dicatur : impassibilis enim, et indivisibilis atque immutabilis est ; sed juxta differentes efficientias, et intellectus, multis bonorum vocabulis nuncupatur ; quia participes suos non juxta unam eamdemque virtutem communione sui donet, quippe cum ad utilitatem uniuscujusque aptus sit, et repleat bonis eos, quibus judicat se adesse debere. Denique Stephanus primus ille testis veritatis, et dignus suo nomine (23), plenus sapientia, et Spiritu sancto dictus est : sapientia consequenter super intellecta, commorante in eo Spiritu sancto, sicut loquitur Scriptura : « Et elegerunt Stephanum plenum fide et Spiritu sancto apostoli [38] ; » et : « Stephanus autem, plenus gratia et virtute, faciebat prodigia (24) et signa magna in populo [39]. » Et adhuc de eodem : « Et non valebant resistere sapientiæ, et Spiritui, qui loquebatur in illo [40]. » Plenus enim Spiritu sancto vir beatus, et fidei effectus est particeps, quæ ex Spiritu sancto venit, juxta illud, « Alii autem fides, in eodem Spiritu [41]. » Et gratiam atque virtutem juxta eumdem Spiritum habens, signa et prodigia magna faciebat in populo. Necnon et illis donationibus secundum eumdem Spiritum affluebat, quæ vocantur curationum gratiæ atque virtutes. Et hæc enim in enumeratione donorum Dei, qui Spiritu, et secundum Spiritum, in prima apostoli Pauli Epistola ad Corinthios collocantur [42]. Intantum autem Stephanus divina gratia abundabat, ut nemo contradicentium, et eorum qui adversus eum disputabant, valerent resistere sapientiæ, et Spiritui qui loquebatur in illo. Erat quippe e Spiritu sancto sapiens (25). Unde et ad discipulos suos Jesus perspicue proclamat : Cum introducti fueritis ad principatus, et potestates, et concilia, et synagogas, nolite esse solliciti quid vos oporteat dicere, aut quid loquamini in illo tempore. Dabuntur enim vobis a Spiritu sancto sermones sapientiæ, quibus non queant contradicere, ne hi quidem qui vehementer in disputationibus callent.

10. Sed ponamus ipsum testimonium, quod ita contexitur : « Cum autem introduxerint vos in synagogas ad principatus et potestates, nolite solliciti esse quomodo aut quid respondeatis, Spiritus enim sanctus docebit vos in eadem hora quæ oporteat dicere [43]. » Et in alio Evangelio : « Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari, quemadmodum respondeatis : Ego quippe dabo vobis os, et sapientiam cui non valeant contradicere, aut respondere [44]. » Spiritu vero sancto tribuente apostolis verba adversus eos qui Evangelio contraibant, dilucide ostenditur in substantia ejus superintelligi sapientiæ et scientiæ sermonem. Quomodo autem Salvator in illa hora os et sapientiam discipulis largiatur, quibus contradicere non queant, ne hi quidem qui apud homines eloquentissimi putantur, non est hujus temporis disserere, quia nunc proposuimus ostendere superintelligi semper in Spiritu sancto dona virtutum ; ita ut is qui eum habet, donationibus Dei plenus habeatur. Unde et in Isaia, ipse Deus cuidam dicit : « Ponam Spiritum meum super semen tuum, et benedictiones meas super filios tuos [45]. » Nunquam enim accipit quisquam spirituales benedictiones Dei, nisi præcesserit Spiritus sanctus. Qui enim acceperit Spiritum sanctum, consequenter habebit benedictiones, id est, sapientiam, et intellectum, et cætera, de quibus ita scribit Apostolus : « Propter hoc et nos, ex quo die audivimus, non cessamus orantes pro vobis, et deprecantes, ut impleamini cognitione voluntatis ejus in omni sapientia, et intelligentia spirituali : ambulantes digne Deo [46]. » Eos enim qui digne sibi [*al.* bonis] per opera, et sermones, et prudentiam incedunt, impleri ait voluntate Dei, ponentis super eos Spiritum sanctum, ut impleantur sapientia et intellectu, et reliquis spiritualibus bonis ; sapientia autem, et intellectus, quæ in Spiritu sancto sunt, a Deo dantur (26). « Dominus, » inquit, « dabit sapientiam ; et a facie ejus sapientia, et intellectus procedit [47] ; » cum ea sapientia quæ ab hominibus venit, non sit spiritualis, sed carnea et humana. De hac itaque Apostolus scribit : « Non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in [*al.* in hoc] mundo [48] ; » carnalem sapientiam dicens, quæ in rebus corporeis ex humano subsistit cogitatu (27). Porro spiritualis sapientia et intellectualis, circa invisibilia et intellectualia se tenens, per operationem Spiritus sancti capientibus se sui præsentiam tribuit. In multis quoque aliis locis Apostolus memorat in Spiritus sancti substantia Dei munera commorari [*al.* commemorari] ; sicut in illo : « Deus autem spei repleat vos omni gaudio, et pace in credendo, ut abundetis in spe, et virtute Spiritus sancti [49]. »

11. Deus autem largitor bonorum, spem quam promisit, reddet [*al.* reddit] in virtute Spiritus sancti, his qui habent illum ; gaudio et pace complet eos qui imperturbatam et sedatam cogitationem possidentes, lætas habent mentes, et ab omni perturbationum tempestate tranquillas. Qui autem in virtute Spiritus sancti prædicta bona fuerint con-

[37] Matth. VII, 11. [38] Act. VI, 5. [39] ibid. 8. [40] ibid. 10. [41] I Cor. XII, 9. [42] ibid. 10. [43] Luc. XII, 11, 12. [44] Luc. XXI, 14, 15. [45] Isa. XLIV, 3. [46] Coloss. I, 9. [47] Eccli. I, 4. [48] II Cor. I, 12. [49] Rom. XV, 13.

(23) Notum « Stephanum, » Græce Στέφανον, Latine *coronam* interpretari.

(24) Constanter habent mss., « portenta. »

(25) Vatic., Tholos. et vetus edit., « erat quippe juxta Deum et Spiritum sanctum sapiens, » etc.

(26) Tholos., « ut impleant sapientia et intellectu, quæ in Spiritu sancto a Deo donantur. »

(27) Idem, « quæ horum corporibus, et humano subsistunt cogitatu, » etc.

Digitized by Google Распознавание текста

secuti, etiam rectam fidem in Trinitatis mysterio consequentur. In alio quoque loco ejusdem Epistolæ, « Non est, » inquit, « regnum Dei cibus et potus; sed justitia et pax, et gaudium in Spiritu sancto [56]. » In Spiritu enim sancto justitiam, id est, universam virtutem, et quam supra diximus pacem, Dei gaudio copulatam esse asserens, his qui se audire poterant, manifestissime probat, non alia hæc bona quam Spiritus sancti esse substantiam. Cum ergo hæc bona ex largitione Spiritus sancti ad homines veniant, vocatio gentium quam introduxit per doctrinam evangelicam, acceptabilis et sanctificata redditur in Spiritu sancto; quia et in hac sanctificatos, et acceptos faciens Spiritus sanctus, substantia est bonorum Dei. Et qui illo plenus est, universa juxta rationem agit, docens recte, vivens irreprehensibiliter, signa atque portenta vere perfecteque demonstrans. Habet enim fortitudinem (28) Spiritus sancti præstantem sibi thesaurum, et causam plenitudinis omnium bonorum. Novit Petrus discipulus Domini Jesu, largitionem Spiritus sancti donorum Dei esse naturam. Ait quippe ad eos qui objurgabant introitum suum ad Cornelium : « Si itaque æqualem gratiam dedit illis Deus præbens Spiritum sanctum, quomodo et nobis in principio, ego quis eram qui possem prohibere Dominum [61] ? » Et insuper ad suos, « Agnitor, » inquit, « cordium Deus testimonium tribuit eis dans Spiritum sanctum sicut et nobis : et nihil discrevit inter nos et eos, fide mundans corda eorum [62]. » In hunc sensum congruit etiam illud quod in multis locis dicitur Spiritum sanctum dari a Domino : « Jacob puer meus, suscipiam eum; Israel electus meus, suscipiet eum anima mea; dedi spiritum meum in eo [63]; » et adhuc : « Qui dat afflatum populo constituto super eam, » haud dubium quin terram, « et spiritum calcantibus eam [64]. » Ostendimus autem supra non alium esse Spiritum Dei, et alium Spiritum sanctum. Paulus quoque, « Charitas, » inquit, « Dei diffusa est in cordibus vestris [*al.* nostris] per Spiritum sanctum qui datus est vobis [65]; » et illud : « Quanto magis Pater vester cœlestis dabit Spiritum sanctum petentibus se [66] ? » Iste autem Spiritus effusus quoque esse a Deo super omnem carnem dicitur, ut prophetent, et visiones videant, qui eum acceperint, secundum Joelem, qui ex persona Dei loquitur : « Effundam de spiritu meo super omnem carnem : et prophetabunt filii vestri, et filiæ vestræ [67] (29). » Effusio quippe Spiritus causa exsistit [*al.* exstes] prophetandi, et videndi sensum pulchritudinemque veritatis. Ipsum quoque effusionis nomen, increatam Spiritus sancti substantiam probat. Neque enim Deus cum angelum mittit, aut aliam creaturam : Effundam, dicit, de angelo meo (30), aut principatu, aut throno, aut dominatione. In solis quippe his quæ ab aliis participantur, hic sermo consentit : sicut nunc, et paulo ante de charitate Dei diximus, quæ effusa est in cordibus eorum qui Spiritum sanctum receperunt. « Charitas, » inquit, « Dei diffusa est in cordibus vestris, per Spiritum sanctum, qui datus est vobis. » Salvator quoque, quia et ipse capabilis est, in similitudinem quoque unguenti effusus dicitur : « Unguentum effusum nomen tuum [68]. » Nam ut unguentum quod in vase continetur, habet quidem odoris substantiam, sed prohibetur longius spargi, quia vase intrinsecus clauditur : cum autem vas foris fuerit effusum, emittit procul beneolentiam suam : ita Christi nomen beneolens, ante adventum ejus in solo Israelis populo versabatur, quasi Judææ vase inclusum : « Notus enim, » ait, « in Judæa Deus, in Israel magnum nomen ejus [69]. » Quando autem coruscans in carne sua Salvator, in universam terram, quin potius in omnem creaturam extendit vocabulum suum, impleto eo quod scriptum est : « Quam admirabile est nomen tuum in universa terra [70] ! » quibus consequenter Apostolus loquitur : « Non enim aliud nomen datum est sub cœlo, in quo oporteat salvari nos [*al.* oportet salvos fieri] [71] ; » et Psalmista ad Dominum loquitur, « Magnificasti super omnia nomen sanctum tuum [72] : » tunc completum est, « Unguentum effusum nomen tuum. » Significat autem effusionis verbum largam et divitem muneris abundantiam.

12. Itaque cum unus quis alicubi, aut duo Spiritum sanctum accipiunt, non dicitur, Effundam de spiritu : sed tunc quando in universas gentes munus Spiritus sancti redundaverit. Et ad Titum Apostolus salutem factam gentibus commemorat : « Non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos (31) : sed per lavacrum secundæ regenerationis, et innovationis Spiritus sancti, quem effudit super nos abundanter [73]. » Et hic enim largam attributionem Spiritus, verbum effusionis ostendit. Ex quibus universis docemur, capabilem Spiritus sancti esse substantiam, et ex hoc increatam. Capabilem substantiam vocat, quæ capitur a pluribus, et eis sui consortium tribuit : capacem vero eam quæ communicatione substantiæ alterius impletur [*Thol.* impleatur] : et capiens aliud, ipsa non capitur [*Vat.* capiatur] ab alio. Capabili quippe statim inconvertibile, et inconvertibili æternum est consequens : quomodo e contrario capienti convertibile, convertibili creabile subsequens est. Nihil ergo de creaturis inconvertibile,

[56] Rom. XIV, 17. [61] Act. XI, 17. [62] Act. XV, 8, 9. [63] Isa. XLII, 1. [64] ibid. 5. [65] Rom. V, 5. [66] Luc. XI, 13. [67] Joel II, 28. [68] Cant. I, 2. [69] Psal. LXXV, 2. [70] Psal. VIII, 2, 10. [71] Act. IV, 12. [72] Psal. CXXXVII, 2. [73] Tit. III, 5.

(28) Abest a Tholosano ms. « fortitudinem. »

(29) Addunt Vatic. et vetus edit., « visiones videbunt. »

(30) Tholos., « Effundam; dicit, angelum, vel de angelo meo : » in cujus periodi fine glossema istud apponunt ipse et Vaticanus. « Incredibili, imo fallaci istiusmodi dicto.

(31) Vatic., « omnes, » pro « nos, » dissentiente ipso Græco textu.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

propter quod neque sempiternum est. Non solum igitur quod in hominibus est rationale, convertitur, et creatur, verum etiam in omnibus creaturis hæc eadem conversio reperitur. Nam et angelorum conversiones et ruinas divina eloquia demonstrant. Licet enim multitudo angelorum, et aliarum excellentium virtutum, in beatitudine et sanctimonia perseverent, tamen cum in ea quæ similem habent naturam conversa sint, dilucide ostenditur in primo eos statu non per immutabilitatem suæ substantiæ, sed per sollicitius in Domino servitium permanere. Neque enim potest coæqualium diversa esse natura. Nam quia omne genus hominum mortale est, et singuli homines mortales sunt, ut e diverso quoque si qua de superioribus immortalia sunt, haud dubium, quin omnia in eodem genere et specie constituta, sint immortalia.

13. Cum autem hæc se ita habeant, etiam si unus angelus convertibilis apparuerit, omnes convertibiles erunt, licet non sint conversi in beatitudine perseverantes; quomodo et cuncta hominum corpora divisibilia sunt, quanquam non omnia dividantur. Quædam enim eorum passa divisionem, et reliquorum similium sui, naturam interpretantur. His ita edissertis, alterius substantiæ a visibilibus in invisibilibus creaturis Spiritus sanctus ostenditur. Si autem hoc verum est, impiissime quidam inter omnia connumerant Spiritum sanctum, dicentes in eo quod omnia per Verbum a Deo facta sunt, etiam significari Spiritus sancti facturam. Neque enim unum ex omnibus, sed aliud extra omnia per substantiam ex utroque demonstratus est Spiritus sanctus. Nam si creatura, ut superius ostendimus, dividitur in corporalia, et incorporalia: et conditus est Spiritus sanctus utique aut visibilis, aut invisibilis creatura erit, id est, corporalis, aut incorporalis. Verum corpus nequaquam erit, sicut prius diximus, cum doceat, et scientiam præstet, et a sensu et anima capiatur. Sed neque invisibilis creatura erit, ut paulo ante de eo disputavimus. Unde et Apostolus in Epistola quam ad Hebræos scripsit, alium eum esse ab omnibus angelis demonstrat, dicens: « Cui enim angelorum dixit aliquando: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne omnes sunt administratores spiritus, in ministerium missi, propter eos qui accepturi erant salutem [64]? » Et post alia: « Quomodo nos effugiemus tantam negligentes salutem? Quæ principium accipiens ad loquendum per Dominum, ab his qui audierunt in nos confirmata est, testimonium dante Deo signis, et prodigiis et variis virtutibus, et Spiritus sancti divisionibus juxta suam voluntatem [65]. » Hoc enim quod ait, « cui angelorum, » æque accipitur, ac si diceret, nulli: per angelicum nomen significans omnium substantiam invisibilium creaturarum. Neque enim ulli quidem angelorum, et aliæ cuidam rationabili creaturæ dixit Deus: « Sede a dextris meis. » In commune itaque sermo pronuntiat, non esse dictum cuiquam creaturæ, « Sede a dextris meis. » Et hoc in commune de creatura. Et pronuntians de omnibus invisibilibus creaturis, ait eas esse administratores spiritus. Propter quod subjecit: « Nonne omnes sunt administratores spiritus, in ministerium missi? » Licet enim non omnes singillatim invisibiles creaturæ missæ sunt [*al.* sint], tamen quia ejusdem generis et honoris aliæ missæ sunt, quodammodo et ipsæ possibilitate sunt missæ: missarum consortes æqualisque substantiæ. Quo modo igitur alius est ab universis creaturis Dominus, per quem principium ad loquendum acceperat illa magna salus, cujus negligentes Apostolus nolens nos esse, ait: « Quomodo nos effugiemus tantam negligentes salutem, quæ principium accipiens ad loquendum per Dominum, ab his qui audierunt in nos confirmata est? » sed et Deus qui testimonium perhibet signis et portentis isti saluti, alius est ab omnibus administratoriis spiritibus: sic et Spiritus sanctus, cujus divisionibus juxta voluntatem ejus testimonium perhibet Deus, distribuens eum, non per concisionis partes, sed per communionem quibus eum præstare decreverit: alterius est et ipse substantiæ ab his in quæ dispartitur effusus.

14. Igitur quoniam approbavimus juxta Scripturarum sensum, alium extra omnem creaturam esse Spiritum sanctum, incassum, imo impie quidam creatum eum esse ostendere volentes, testimonio utuntur, quo omnia per Verbum facta referuntur; ut scilicet in omnibus etiam æterna substantia contineatur. Et quia ad conditionem ejus approbandam etiam propheticum sermonem usurpant, dicente Deo, « Creo Spiritum: » etiam in hoc eos monstrare debemus prorsus ab intellectu veritatis alienos. Neque enim de Spiritu sancto propositus sermo prophetæ fuit, ut ex ipsa serie et contextu eloquii intelligitur. Siquidem Amos propheta ex persona Dei, « Præparare, » inquit, « ad invocandum Deum tuum, o Israel: quoniam ego sum firmans tonitruum, et creans spiritum, et annuntians in homines Christum suum: faciens diluculum et nebulam, et ascendens super excelsa terræ: Dominus Deus omnipotens nomen ejus [66]. » Deus enim qui se spiritum (32) condere fuerat prælocutus, et facere: et tonitruum dixit firmare et diluculum et nebulas facere. Si igitur in prædicta narratione perseveramus, id est, in tonitruo et diluculo et nubibus, eumdem narrationis ordinem etiam in spiritu tenere debemus, ut id quod dicitur a Deo tale sit: Ut invoces me, qui Deus sum, qui universa orocuro, qui et creator sum omnium,

[64] Hebr. I 13. 14: Psal. CIX, 1. [65] Hebr. II, 3, 4. [66] Amos IV, 12, 13.

(32) Vitiose, et contra scriptoris mentem, erat antea « concedere, » quod ex Vatic. ms. emendamus, qui item pro verbis « et facere » habet fere concinnius, « pariter effatus, » etc. Mox Tholos. « formare » legit pro « firmare, » quod promiscue infra alii etiam mss. præferunt.

Digitized by Google Распознавание текста

qui firmo tonitruum, et condo spiritum, qui diluculum et nebulam ad quasdam utilitates facio hominum; præparare, ut invoces, o Israel; ut cum præparatus fueris ad invocandum, et me oraveris, qui supradicta constituo, felicitate temporum, et aliorum bonorum largitionibus perfruaris, me tibi per singulos annos omnia juxta naturæ ordinem ministrante, ut fecunde annus fluat, ut suis spatiis horarum momenta decurrant, ut suo tempore tonitrua mugiant, ut salutaris aura opportunis flatibus inspiret. Si vero per allegoriam, tonitruum et diluculum, et nebula, et creatio spiritus intelligantur, non substantiam rei, sed figuratam interpretationem significabunt.

15. Quod si e diverso opposuerit manifeste de Spiritu sancto hæc dici, quia inferatur ad creationem Spiritus, illud quod sequitur : « Et annuntians in omnes (33) homines Christum suum; » in Hebræo habetur, « annuntiat in hominem loquelam suam; » quod scilicet qui creator est omnium, ipse etiam prophetis [*al.* prophetas] inspiret, et suam per eos hominibus indicet voluntatem. Et ad hoc respondendum est, quia quidam hæretici alium extra creatorem Dominum Patrem Salvatoris mentiuntur, hoc impiissime prædicantes : non sceleratam eorum suspicionem providentes a Deo percuti, dicente : Ego formans [*Vatic.* firmans] tonitruum, et creans spiritum et alias mundi partes faciens et gubernans, annuntio in homines Christum meum. Et hoc enim providentiæ meæ opus super omnia opera mea est, ut non solum eorum quæ foris sunt, sed et quæ ad emolumentum animæ et mentis utilitatem [*al.* humilitatem] pertinent, causa subsistam. Ego hoc quod dicitur, « Creo spiritum, » æque arbitror positum, ac si diceretur, creans ventum. Deus quippe flatus hos, qui per aeris motum efficiuntur, dispositione sua ducit, secundum illud quod alibi legimus : « Qui producit ventos de thesauris suis [67]. » Bene autem quod in ipsa sententia non ait; qui creavi : sed « qui creo spiritum. » Si enim de substantialitate Spiritus sancti sermo esset, dixisset utique, qui creavi. Neque enim semper eumdem creat. Nunc autem consequenter de flatu dictum est, « qui creo, » quia non semel venti facti sunt, sed in eo quod subsistunt, quotidie fiunt. Neque enim frustra sine articulo, qui in Græco sermone singularitatis significator est, nunc spiritus creatus dicitur, quoniam non est sanctus, cum pene semper Spiritus sanctus cum articulo nominetur, ut in illo αὐτὸ τὸ Πνεῦμα, id est « ipse Spiritus testimonium perhibet spiritui nostro [68]; » et alibi, Αὐτός ἐστιν τὸ ζωοποιοῦν (34), id est, « ipse est qui vivificat [69]. » Et rursum : « Sic et quæ Dei sunt, nemo cognovit nisi τὸ Πνεῦμα, » id est « Spiritus Dei : » τὸ γὰρ Πνεῦμα, hoc est, « Spiritus enim scrutatur omnia, etiam alta Dei [70]. » Et multa quæ de Scripturis sacris excerpere possibile est. Quod sicubi raro sine articulo nominatur Spiritus sanctus, sciendum est cum additamento eum nominari significante magnificentiam ejus. Siquidem dicitur aliquando et sine articulo, cum non ipse per se, sed participatio ejus ostenditur : ut puta, « Spiritus Eliæ [71]; » et, « Spiritu ambulate [72], » et quæcunque his similia sunt.

16. Quoniam igitur ex his, quæ memoravi, et ex multis aliis, non esse creaturam Spiritum sanctum demonstratum est, nusquam conditionibus connumeratus est, sed semper cum Patre et Filio positus : nunc videamus quam cum utroque habeat indifferentiam [*al.* differentiam]. In fine Epistolæ secundæ, quam ad Corinthios scribit Paulus, ait : « Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus, sit semper cum omnibus vobis [73]. » Ostenditur quippe ex sermone præsenti una Trinitatis assumptio : cum is qui gratiam Christi accepit, habeat eam tam per administrationem Patris, quam per largitionem Spiritus sancti. Datur enim a Deo Patre et [*al.* a Domino] Jesu Christo, juxta illud : « Gratia vobiscum, et pax a Deo Patre, et Domino Jesu Christo [74], » non aliam dante gratiam Patre et aliam Salvatore. Siquidem et a Patre et Domino Jesu Christo eam dari describit [*Vatic.* scribit], Spiritus sancti communicatione completam. Nam et ipse Spiritus dictus est gratia, secundum illud : « Et spiritui gratiæ injuriam faciens, in quo sanctificatus est [75]. » In Za-

[67] Psal. CXXXIV, 7. [68] Rom. VIII, 16. [69] Joan. VI, 64. [70] I Cor. II, 10. [71] IV Reg. II, 15. [72] Galat. V, 16. [73] II Cor. XIII, 13. [74] Rom. I, 7; I Cor. I, 3; Coloss. I, 3. [75] Hebr. X, 29.

(33) Vocem « omnes » neque mss. nostri, neque Amosi textus habent, eamque sane malim expungi. Annotationem porro ex Hebræo non ex Didymi ingenio, qui Hebraicas litteras penitus ignorabat, sed utique ex Hieronymo profecisse, mihi persuadeo. Nam S. quoque Ambrosius qui lib. II *De Spiritu sancto* huic ex Amosi loco objectioni respondet, hanc apud Didymum solutionem ex Hebræo se indicat non legisse, cum illam omnino dissimulet. Arguebant autem hæretici ex eo loco, creari Spiritum sanctum, ut hominibus annuntiaret Christum. Quibus ut reponat Hieronymus, non ita in Hebræo fonte legi asserit, ac apud LXX, sed haberi « annuntiat in hominem loquelam suam. » Atque ita quidem ipse interpretatus est, exposuitque in *Commentariis*, ubi LXX verbi similitudine et ambiguitate deceptos notat. « Si enim, » inquit, « legamus, *Christum suum* quod Hebraice dicitur *Messio*, scribitur per has litteras : MEM, SIN, JOD, HETH, et VAU, quod LXX putaverunt. Sin autem ut in Hebræo, *et apud reliquos interpretes* est, his litteris scribitur, MEM, HE, quod est MA, hoc est *quod*, vel *quid*. Deinde SIN, JOD, HETH, quod legimus SIA, id est *eloquium*. O igitur quod scribitur per solam litteram VAU, αὐτοῦ, id est *ejus*, significat, simulque commistum legitur *masio*. » Unde concludit Deum per prophetas indicare voluntatem suam, eosque turpiter errare, qui alium extra Creatorem, Patrem Christi inducebant, cum Amos non de Spiritu sed de vento, neque de Christo, sed de Dei meditatione loquatur.

(34) Sic equidem editi habent et mss., sed perperam. Emenda ex ipso Joannis textu, τὸ Πνεῦμα ἐστὶ τὸ ζωοποιοῦν, « Spiritus est, qui vivificat. »

Digitized by Google Распознавание текста

charia quoque repromittit Deus effusurum se, id est, abundantissime tributurum Jerusalem spiritum gratiæ et miserationis [76]. Cum enim quis Spiritus sancti acceperit gratiam, habebit eam datam a Deo Patre, et a Jesu Christo Domino nostro. Una igitur gratia, Patris et Filii, et Spiritus sancti operatione completa, Trinitas unius substantiæ demonstratur. In alio quoque loco : « Charitas, » inquit [77], « Dei cum omnibus vobis, » quæ a Trinitate et tribuitur, et firmatur. Ait quippe Salvator : « Qui audit verba mea, et servat ea (35), hic est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum [78]. » Neque enim alia dilectio est Salvatoris super his qui amantur, et alia dilectio Patris. Deus enim diligit in salutem, quia « sic dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret : ut omnis qui credit in ipsum [*al.* Filium), non pereat, sed habeat vitam æternam [79]. » Similiter et Filius, qui vita est, ut tribuat vitam et salutem, diligit eos quos vult fieri meliores. Unde amare se dicit eum qui amatur a Patre. Et de eo ponitur in propheta : « Et ipse salvabit illos, quia dilexit illos [80]. »

17. Hanc dilectionem, fructum esse Spiritus sancti, contestatur Apostolus, sicut et gaudium, et pacem, quæ a Patre ministratur et Filio, dicens : « Fructus autem spiritus, gaudium, pax, charitas [81]. » Quæ charitas effusa est in cordibus credentium per Spiritum sanctum. « Charitas quippe, ait, Dei diffusa est in cordibus vestris [*Thol.* nostris] in Spiritu sancto [82]. » Omnis quippe qui communicat Spiritui sancto, per participationem ejus communicat, juxta illud : « Et communicatio sancti Spiritus sit semper cum omnibus vobis [83]. » Et in alio loco : « Si qua communicatio Spiritus [84]. » Cum habuerit sapientiam Dei et sermonem, et in omnibus veritatem : habebit quoque consortium sanctitatis in Patre, et Filio, et Spiritu sancto. « Fidelis autem Deus, per quem vocati estis in (36) communicationem Filii ejus [85]. » Scribit et Joannes de Patre : « Si in lumine ambulamus, sicut ipse est in lumine, communicationem habemus cum illo [86]. » Et adhuc : « Communicatio autem nostra cum Patre et Filio ejus Jesu Christo [87]. » Igitur quicunque communicat Spiritui sancto, statim communicat Patri et Filio. Et qui charitatem habet Patris, habet eam a Filio, contributam per Spiritum sanctum. Sed et qui particeps est gratiæ Jesu Christi, eamdem gratiam habet, datam a Patre per Spiritum sanctum. In omnibus enim approbatur eamdem operationem esse Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Quorum autem una est operatio, una est et substantia : quia quæ eidem (37) substantiæ ὁμουσια sunt, easdem habent operationes ; et quæ alterius substantiæ, et ἀνομούσια, dissona atque diversa sunt.

18. Neque enim ex his tantum quæ præmisimus, Trinitatis unitas docetur : sed ex innumerabilibus aliis, de quibus rursum secundum suum ordinem pauca ponemus. Arguens Petrus Ananiam, in eo quod in venditione agri, cujus se totum pretium obtulisse dicebat, fraudem fecisset e medio (38) ; sancti Spiritus unitatem ad Deum, non secundum numerum, sed juxta substantiam comprobavit, dicens : « Anania, quare complevit Satanas cor tuum, ut mentireris Spiritui sancto, et absconderes de pretio agri ? Nonne manens tibi manebat, et venditum in tua erat potestate ? Quare posuisti in corde tuo hanc rem ? Non hominibus mentitus es, sed Deo [88]. » Si enim qui Domino mentitur, mentitur Spiritui sancto ; et qui Spiritui sancto mentitur, mentitur Deo : nulli dubium est, consortium Spiritus sancti esse cum Deo. Et quo modo sanctitas subsistit in Deo, eodem modo et deitas [*al.* divinitas] intelligitur in Spiritu sancto. Iste autem Spiritus sanctus, quem diximus ejusdem naturæ esse cum Patre, etiam a Filii divinitate non differt, Salvatore dicente discipulis : « Cum in Synagogam ad principatus et potestates introduxerint vos, nolite solliciti esse, quomodo, aut quid respondeatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in illa hora quid debeatis dicere [89]. Ponite in cordibus vestris non præmeditari ad respondendum. Ego enim dabo vobis os et sapientiam (39), cui non poterunt resistere, aut contradicere [90]. » Et in his quippe dicens, non debere eos esse sollicitos, quid respondeant contradicentibus, quia in eadem hora doceantur a Spiritu sancto quid debeant respondere : statim intulit quæ sit causa fiduciæ, « Ponite, » dicens, « in cordibus vestris non præmeditari ad respondendum : ego enim dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere, aut contradicere. » Cum enim dixerit, in tempore respondendi doceri eos a Spiritu sancto quid debeant respondere, in sequentibus ait : « Ego enim dabo vobis os et sapientiam, » etc.

19. Ex quibus ostenditur sapientiam quæ discipulis datur a Filio Spiritus sancti esse sapientiam : et doctrinam Spiritus sancti, Domini esse doctrinam : unumque naturæ et voluntatis esse consortium Spiritus sancti cum Filio. Et quia superius demonstratum est socium esse per naturam Spiritum Unigenito Dei, et Deo Patri : Filius vero et Pater unum sunt, juxta illud : « Ego et Pater unum sumus [91]. » non divisa [*al.* indivisa] et insepara-

[76] Zachar. XII, 10. [77] II Cor. XIII, 13. [78] Joan. XIV, 21. [79] Joan. III, 16. [80] Isai. XXXIII, 22 ; XXXV, 4. [81] Galat. V, 22. [82] Rom. V, 5. [83] II Cor. XIII, 13. [84] Philipp. II, 1. [85] I Cor. I, 9. [86] I Joan. I, 7. [87] ibid. 3. [88] Act. V, 3, 4. [89] Luc. XII, 11, 12. [90] Luc. XXI, 14, 15. [91] Joan. X, 30.

(35) Tholos. ms., « Qui habet mandata mea, et servat, » etc.

(36) Vatic. hic atque infra constanter « communionem » pro « communicationem » legit. Mox « quia igitur quicunque, » etc.

(37) Antea erat « ejusdem, » dissentiente Vatic. qui tamen haud recte mox habet ἀνούσια pro ἀνομούσια.

(38) Vetus editio « ex dimidio, » concinnius.

(39) Addit Vatic. cum veteri edit., « id est, sermonem. »

Digitized by Google Распознавание текста

bilis, secundum naturam, ostensa est Trinitas. In alio quoque Evangelio dicitur : « Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis [94]. » Si ergo Spiritus Patris in apostolis loquitur, docens eos quæ debeant respondere, et quæ docentur a Spiritu sapientia est, quam non possumus aliam præter Filium intelligere, liquido apparet ejusdem naturæ Spiritum esse cum Filio, et cum Patre, cujus Spiritus est. Porro Pater et Filius unum sunt. Igitur Trinitas substantiæ unitate sociatur.

20. Per aliud quoque Scripturarum exemplum, Trinitatis unitas et natura (40), et virtus ostenditur. Filius et manus, et dextera, et brachium Patris dicitur. Sicut crebro docuimus, ex his vocabulis, unius naturæ indifferentia demonstratur [*al.* indifferentiam demonstrari]. Spiritus etiam sanctus, digitus Dei, secundum conjunctionem naturæ Patris et Filii nominatur. Siquidem in uno de Evangeliis adversus eos qui signis Domini detrahebant, dicentes : « In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia [95], » sciscitans Salvator ait : « Si ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt? Si autem ego in digito Dei ejicio dæmonia : ergo supervenit in vos regnum Dei [96]. » Hunc eumdem locum, alius evangelista describens, loquentem intulit Filium : « Si autem ego in Spiritu Dei ejicio dæmonia [97]. » Ex quibus ostenditur digitum Dei esse Spiritum sanctum. Si ergo conjunctus est digitus manui, et manus ei cujus manus est; et digitus sine dubio ad ejus substantiam refertur, cujus digitus est.

21. Verum cave ne ad humilia dejectus, et oblitus sermonis, de quo nunc disputatur, depingas in animo tuo corporalium artuum diversitates; et incipias tibi magnitudines, et inæqualitates, et cætera corporum majora vel minora membra confingere; dicens digitum a manu, et manum ab eo cujus est manus, multis inæqualitatibus discrepare, quia de incorporalibus nunc Scriptura loquitur, unitatem tantum volens, non etiam mensuram substantiæ demonstrare : sicut enim manus non dividitur a corpore, per quam cuncta perficit et operatur, et in eo est, cujus est manus : sic et digitus non separatur a manu, cujus est digitus. Itaque rejice inæqualitates et mensuras, cum de Deo cogitas, et intellige digiti et manus, et totius substantiæ unitatem : quo digito lex (41) in tabulis lapideis scripta est. Per aliam quoque Scripturam, fidei nostræ probationem monstrare perfacile est. Solus sapiens dictus est Deus : non accipiens ab alio sapientiam, neque per cujusdam alterius sapientiæ participationem, sapiens nominatur. Siquidem multi sapientes dicuntur, non ex sua natura, sed ex communicatione sapientiæ. Deus vero non alterius sapientiæ participatione neque aliunde sapiens effectus, dictus est solus sapiens, et generans sapientiam, et alios faciens sapientes. Quæ sapientia Dominus est noster Jesus Christus qui dicitur Dei virtus, et Dei sapientia [98]. Spiritus quoque sanctus dicitur sapientia (42). Siquidem et in veteribus libris refertur, repletum esse Jesum Nave a Domino spiritu sapientiæ. Sicut ergo solus sapiens Deus, non accipiens aliunde sapientiam, sed sapientes faciens et generans sapientiam : solus est sapiens, extra omnes qui per nuncupationem ejus sapientes dicuntur : « Multitudo quippe sapientium salus mundi [99]; » et, « Qui semetipsos cognoscunt, hi sunt sapientes [100]; » et rursum : « Cum fueris cum sapientibus, sapiens eris [101] : » sic et Spiritus sanctus non accipiens aliunde sapientiam, dictus est spiritus sapientiæ; hoc enim ipsum quod subsistit, spiritus sapientiæ est : et natura ejus, nihil est aliud nisi Spiritus veritatis et Spiritus Dei, de quibus jam abundanter in *Sectarum* volumine disputavimus. Unde ne eadem superflue replicemus, contenti simus disputatione præterita.

22. (44) Quia igitur Spiritus sapientiæ et veritatis inseparabiliter cum Filio est, ipse quoque sapientia subsistit et veritas. Si enim capax esset sapientiæ et veritatis, in id aliquando descenderet, ut desineret habere quod aliunde susceperat, id est sapientiam et veritatem. Et Filius sapientia et veritas ipse subsistens, non separatur a Patre, qui solus sapiens et veritas, Scripturarum vocibus prædicatur. Eumdem circulum unitatis atque substantiæ Spiritus sancti [*leg.* Spiritum sanctum], secundum id quod sapientiæ et veritatis est spiritus, videmus habere cum Filio (45), et rursum Filium a Patris non discrepare substantia. Cum autem Filius imago sit Dei invisibilis, et forma substantiæ ejus, quicunque ad hanc imaginem, vel formam imaginantur, atque formantur, adducuntur in similitudinem Dei : juxta vires tamen humani profectus, istiusmodi formam et imaginem consequentes. Similiter et Spiritus sanctus cum sit signaculum Dei, hi qui formam et imaginem Dei capiunt, signati per eum, in eo ducuntur ad signaculum Christi sapientiæ et scientiæ, insuper fide pleni. « Nam divisiones operationum sunt, idem autem ipse Spiritus qui operatur omnia in omnibus [1] (46). « Operante ergo

[94] Matth. x, 20. [95] Luc. xi, 15. [96] ibid. 19, 20. [97] Matth. xii, 28. [98] I Cor. i, 24. [99] Sap. vi, 26. [100] Sap. xv, 3. [101] Prov. xiii, 20. [1] I Cor. xii, 6.

(40) Vetus edit. cum Tholos. ms., « una et natura, » etc.

(41) Eadem cum Vat., « totius corporis unitatem quo digito et lex, » etc.

(42) Ms. Tholos., « Spiritus dicitur sapientia. »

(43-44) Hinc secundum librum auspicantur hucusque editi contra ms. fidem ipsiusque auctoris, atque interpretis mentem. Vid. præfixam huic operi Admonitionem.

(45) Olim erat, « videmus habere, habemus cum Filio. » Quod Barthius, expuncta primum voce Spiritus, ita contendit emendandum, « vidimus eum habere hactenus cum Filio. »

(46) Plenius in Vatic. ms. ac veteri editione, « Divisiones quippe donationum sunt, idem autem

Digitized by Google Распознавание текста

Patre multiplicem charismatum plenitudinem, multiplicat eam Filius subsistentem per Spiritum sanctum. « Alii enim per Spiritum datur sermo sapientiæ. Alii vero scientiæ, secundum eumdem spiritum. Alii fides in eodem spiritu[3], » et cætera quæ ab Apostolo enumerata sunt dona, quibus additur : « Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus : dividens singulis prout vult [4]. »

23. Unde dicentes operatricem, et (47) ut ita dicam, distributricem naturam Spiritus sancti, non abducamur ab his qui dicunt operationem, et non substantiam Dei esse Spiritum sanctum. Et ex aliis quoque plurimis locis subsistens natura demonstratur Spiritus sancti ; ut in illo quod apostoli scribunt : « Visum est enim Spiritui sancto et nobis[5], » quia hoc quod dicitur, « visum est, » non operationem significat, sed naturam : maxime cum et de Domino simile quid reperiatur, ut : « Sicut Domino visum est, ita factum est [6]. » Denique et sermones ejus sæpissime lectitantur, ut in illo : « Jejunantibus eis et ministrantibus, » id est, discipulis Christi, « dixit Spiritus sanctus : Separate mihi Barnabam et Saulum, in opus ad quod vocavi eos [7]. » Quæ vox divinitatis et auctoritatis index, non creatam, sed increatam substantiam monstrat. Neque enim Spiritus sanctus in aliud quoddam opus vocavit Barnabam et Paulum, quod non sit Patris et Filii, cum ministerium, quod eis commisit et tradidit Spiritus, Patris et Filii sit ministerium. Ad Galatas Paulus loquitur : « Qui enim operatus est Petro in apostolatum circumcisionis, operatus est et mihi in gentes (48), et Barnabæ [8]. » Pariter enim ad nationes Spiritus sancti auctoritate directi sunt. Christo quoque operante in apostolis, Spiritus completum est ministerium, ut ipsi apostoli confitentur se in Christo loqui, et id quod suis oculis viderunt, et ministri facti sunt (49) sermonis, id est, Christi ; et dispensatores mysteriorum Dei. Denique quasi principatum in sacerdotio possidentes, et initiatores fidei a Christo sunt demonstrati, dicente : « Euntes ite, et docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti [9]. » Et sicut Apostolus scribit rectissime : « Unus est Dominus, una fides, unum baptisma [10]. » Quis non ex ipsa cogetur veritate suscipere indifferentiam sanctæ Trinitatis, dum una sit fides in Patre, et Filio et Spiritu sancto ; et lavacrum detur atque firmetur in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti ?

24. Non arbitror quemquam tam vecordem atque insanum futurum, ut perfectum baptisma putet id quod datur in nomine Patris et Filii, sine assumptione Spiritus sancti ; aut rursus in nomine Patris et Spiritus sancti, Filii vocabulo prætermisso : aut certe in nomine Filii et Spiritus sancti, non præposito vocabulo Patris. Licet enim quis possit exsistere saxei (ut ita dicam) cordis, et penitus mentis alienæ, qui ita baptizare conetur, ut unum de præceptis nominibus prætermittat, videlicet contrarius legislator Christi ; tamen sine perfectione (50) baptizabit, imo penitus a peccatis liberare non poterit, quos a se baptizatos existimaverit. Ex his colligitur, quam indivisa sit substantia Trinitatis, et Patrem vere Filii esse Patrem, et Filium vere Patris Filium, et Spiritum sanctum vere Patris et Dei esse Spiritum (51) ; et insuper sapientiæ et veritatis, id est, Filii Dei. Hæc est salus ergo credentium, et dispensatio ecclesiasticæ disciplinæ in hac Trinitate perficitur. Nam cum Salvator discipulos suos ad prædicandum Evangelium miserit, et ad dogmata veritatis docenda Pater (52) in Ecclesia constituisse dicatur, primo apostolos, secundo prophetas, tertio magistros, super hac re etiam Apostoli congruente sententia : « Et sicut probati sumus a Deo ad credendum Evangelium, sic loquimur : non ut hominibus placentes, sed Deo qui probavit corda nostra [10] : » hos eosdem quos Christus magistros esse præcepit, et Pater probavit, et Spiritus sanctus dispensatores et præpositos in Ecclesia constituisse perhibetur [*al.* veraciter prohibetur]. Siquidem cum Miletum Paulus apostolus presbyteros de diversis locis et plurimis Ecclesiis congregasset : « Attendite, » inquit, « vobis et universo gregi, super quos Spiritus sanctus posuit vos episcopos ad regendam Ecclesiam Domini quam acquisivit per sanguinem suum [11]. » Si enim quos Christus ad evangelizandum et baptizandas nationes misit, Spiritus sanctus Ecclesiæ præposuit, Patris sententia destinatos ; nulli dubium est, unam Patris, et Filii, et Spiritus sancti operationem et probationem (53), et consequenter eamdem Trinitatis esse substantiam. Necnon et illud considerandum, quod in corde et sensu habitare non potest creatura, nisi Deus et sermo ejus in Spiritu sancto, sicut ad quosdam loquitur Pater : « In habitabo in eis, et inambulabo [12]. » Et ad ipsum quidam dirigit vocem, « Tu autem in sancto habitas, laus Israel [13]. » Altus quippe in altis habitat

[3] I Cor. XII, 8, 9. [4] Ibid. 11. [5] Act. XV, 28. [6] Job I, 21. [7] Act. XIII, 2. [8] Galat. II, 8. [9] Matth. XXVIII, 19. [10] Ephes. IV, 5. [10] I Thess. II, 4. [11] Act. XX, 28. [12] II Cor. VI, 16. [13] Psal. XXI, 4.

Spiritus, et divisiones ministeriorum sunt, et ipse Dominus, et divisiones operationum sunt, et idem ipse Dominus qui operatur omnia in omnibus. »

(47) Voculam « ut » supplevimus e Vatic.

(48) Tholos. ms., « operatus est mihi et Barnabæ in gentibus ; » et mox, « directi sunt a Christo, cooperante in apostolis Spiritu, completum est ministerium. »

(49) Reginæ Suecorum ms. num. 497 prænotatus, cujus nunc demum occurrunt mihi variantes lectiones in schedulis exceptæ quas passim infra laudabo, hic habet « sermonis Christi, » absque, id est « vocula ; » et paulo post « Euntes docete, » absque « ite. »

(50) Perperam Tholos., « tantum sine perfectione. »

(51) Modo laudatus Reginæ cod., « Vere Patris et Filii esse Spiritum. »

(52) Nomen « Pater, » expungit Reginæ ms.

(53) Tholos., « sic unam esse operationem et probationem, » etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

universæ conditor creaturæ. Habitat vero et unigenitus Filius (54) in mente pura, et corde credentium. Per fidem quippe habitare Christum, in interiori homine, in Spiritu ait Apostolus, ita scribens: « In Spiritu, in interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris [14]. » Ipse quoque de se loquitur [15]: « Vivit in me Christus; » et iterum: « Qui in me loquitur Christus [16]; » et Salvator: « Veniemus, » inquit [17], « ego et Pater, » haud dubium, quin ad eum qui præcepta ejus servaverit, « et mansionem apud eum faciemus. » Porro sic sermo iste contexitur: « Si quis diligit me (55), sermonem meum servabit. Et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus [18]. » In alio quoque loco, omnis natura rationalium creaturarum, domus dicitur Salvatoris.

25. Sicut autem super domum suam Dominus Jesus, cujus domus sumus nos (56): ita domus Christi templum Dei est, in quo Spiritus ejusdem inhabitat Dei. Scribens quippe Corinthiis Paulus ait: « Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis [19]? » Si autem in domo et templo, quo Pater et Salvator inhabitat, illico invenitur et Spiritus sanctus, ex hoc indivisa Trinitatis substantia demonstratur. Et post non multa ejusdem Epistolæ: « Nescitis, » inquit, « quia corpora vestra templum Spiritus sancti sunt, quem habetis a Deo [20]? » Cum ergo Spiritus sanctus, similiter ut Pater et Filius, mentem et interiorem hominem inhabitare doceatur, non dicam ineptum, sed impium est eum dicere creaturam. Disciplinas quippe, virtutes dico et artes, et his contrarias perturbationes, et imperitias, et affectus in animabus habitare possibile est; non tamen ut substantivas, sed ut accidentes. Creatam vero naturam in sensu habitare impossibile est. Quod si verum est, et Spiritus sanctus absque ulla ambiguitate subsistens, animæ est habitator et cordis: nulli dubium est, quin cum Patre et Filio credi debeat increatus. Ex omnibus igitur quæ præcedens sermo disserit, incorruptibilis et sempiternus secundum naturam Patris, et Filii, Spiritus sanctus demonstratus, universam de se ambiguitatem abstulit et suspicionem, ne unus de creatis substantiis existimetur. Sed et ambigi nequit, quin (57) is Spiritus Dei sit, quem exire de Patre Salvatoris in Evangelio verba declarant. « Cum venerit, » inquit, « Consolator, quem ego mittam vobis, Spiritum veritatis, qui a Patre egreditur, ipse testimonium dabit de me [21]. » Consolatorem autem venientem Spiritum sanctum dicit, ab operatione ei nomen imponens: quia non solum consolatur eos quos se dignos repererit, et ab omni tristitia et perturbatione reddit alienos: verum incredibile quoddam gaudium et hilaritatem eis tribuit, in tantum, ut possit quis Deo gratias referens, quod tali hospite dignus habeatur, dicere: « Dedisti lætitiam in corde meo [22]. » Sempiterna quippe lætitia in eorum corde versatur, quorum Spiritus sanctus habitator est. Iste Spiritus sanctus consolator a Filio mittitur, non secundum angelorum, aut prophetarum, aut apostolorum ministerium, sed ut mitti decet a sapientia et veritate Spiritum Dei, indivisam habentem cum eadem sapientia et veritate naturam. Etenim Filius missus a Patre non separatur, nec disjungitur ab eo, manens et habens illum in semetipso. Quin Spiritus veritatis supradicto modo missus a Filio de Patre egreditur, non aliunde ad alia transmigrans. Impossibile quippe hoc pariter et blasphemum est. Si enim de loco ad locum egreditur Spiritus, et ipse Pater in loco invenietur, et Spiritus veritatis juxta naturam corporum certo spatio circumscriptus, alium deserens locum, ad alium commigrabit (58). Sed quo modo Pater non consistens in loco, ultra omnem corporum est naturam, ita et Spiritus veritatis nequaquam locorum fine clauditur, cum sit incorporalis: et ut verius dicam, excellens universam rationalem creaturam (59).

26. Quia ergo impossibile est, et impium, ista quæ diximus de incorporalibus (60) credere: exire de Patre Spiritum sanctum sic intelligendum, ut se Salvator de Deo exisse testatur, dicens, « Ego de Deo exivi et veni [23]. » Et sicut loca et commutationes locorum ab incorporalibus separamus, sic et prolationes intus dico et foris ab intellectualium natura discernimus, quia istæ corporum sunt recipientium factum, et habentium vastitates. Ineffabili itaque et sola fide (61) noto sermone credendum est, Salvatorem dictum esse exisse a Deo, et Spiritum

[14] Ephes. III, 16, 17. [15] Gal. II, 20. [16] II Cor. XIII, 3. [17] Joan. XIV, 23. [18] ibid. [19] I Cor. III, 16. [20] I Cor. VI, 19. [21] Joan. XV, 26. [22] Psal. IV, 7. [23] Joan. VIII, 42.

(54) Voces « et unigenitus Filius » in Reginæ ms. delentur.

(55) Addunt Vatic. et vetus edit., « et ego diligam illum. »

(56) In Reginæ ms., « domus dicitur Salvatoris; Christus autem super domum suam, cujus domus sumus nos, » etc.

(57) Suffecimus ex Reginæ ms. verba, « Sed et ambigi nequit, quin, » utpote perficiendo sensui necessaria, tametsi in reliquis mss. et vulgatis hucusque libris desiderentur.

(58) Veriorem concinnioremque hujusce periodi lectionem hanc esse putavimus, quam ex veteri toties laudata editione, et Vatic. ms. expressimus. Penes Martianæum, aliosque passim editores erat: « Si enim hic Spiritus veritatis juxta naturas corporum certo spatio circumscriptus est, alium deserens locum, ad alium commigravit. » Nec magis recte in Tholos. ms.: « Si enim de loco in locum invenitur, et Spiritus veritatis juxta naturam corpoream certo spatio circumscriptus, » etc. In illo autem Reginæ priori obliterata lectione isthæc apponitur ad libri oram: « Si enim de loco in locum venit Spiritus veritatis juxta legem naturæ corporeus certo spatio circumscriptus, » etc. Quam nempe reposuimus lectionem, codices suis quoque dissidiis probant.

(59) Vatic. et Tholos., « excellens universam rationabilium creaturarum essentiam. »

(60) Vitiose erat, « quæ diximus in corporalibus, » etc.

(61) Reginæ lib., « solæ fidei; » et mox « a Patre egredi, ut illud, loquente Spiritu, qui a Patre egreditur. »

Digitized by Google Распознавание текста

veritatis a Patre egredi, loquente Spiritu qui a me egreditur [24]. Cum enim dicere posset de Deo, sive de Domino, sive de Omnipotente, nihil horum tetigit : sed ait, de Patre, non quod Pater a Deo omnipotente sit alius : quia hoc scelus est etiam cogitare; sed secundum proprietatem et intellectum Parentis (62) egredi ab eo dicitur Spiritus veritatis. Licet enim ex Deo frequenter se dicat exisse Salvator, proprietatem tamen, et ut ita dicam, familiaritatem, de qua jam sæpe tractavimus, ex vocabulo magis sibi Patris assumit, dicens : « Ego in Patre, et Pater in me [25] ; » et alibi : « Ego et Pater unum sumus [26] : » et multa alia his similia, quæ in Evangelio observans lector inveniet. Iste ergo Spiritus sanctus qui de Patre egreditur, testificabitur, inquit Dominus, de me [27], testimonium simile ferens ei Patris testimonio, de quo ait : « Testimonium dicit de me, qui misit me Pater [28]. » Mittente autem Filio Spiritum veritatis, quem Consolatorem vocavit, simul mittit et Pater. Neque enim Pater mittente Filio non mittit, cum eadem voluntate Patris et Filii Spiritus veniat, Salvatore quoque per prophetam loquente : sicut manifestum esse poterit ei, qui totum perlegerit locum (63). « Et Dominus misit me, et Spiritum suum : » siquidem non solum Filium, sed et Spiritum mittit Deus. Sed et apostolus loquitur : « Quæ nunc annuntiata sunt vobis per eos qui evangelizaverunt vobis, Spiritu sancto misso de cœlis [29]. » Et in libro qui Sapientia inscribitur, ab his qui divina charismata consecuti sunt, vox gratias Deo perferens destinatur. « Quæ autem in cœlis sunt, quis investigavit? voluntatem autem tuam quis cognovit : nisi quod tu dedisti sapientiam, et Spiritum sanctum tuum misisti de excelsis? Et sic correctæ sunt semitæ eorum, qui super terram erant : et placita tibi edocti sunt homines [30]. » Et in præsenti siquidem lectione, non sola sapientia Dei, id est, unigenitus Filius ejus datur a Patre, sed et Spiritus sanctus mittitur.

17. In ipso quoque Evangelio dari prædicatur a Patre, et mitti Spiritus sanctus, Salvatore dicente : « Et ego rogabo Patrem meum, et alium Paracletum dabit vobis, ut sit vobiscum in æternum, Spiritum veritatis [31]; » et iterum : « Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia [32]. » Nam et in his sermonibus, alium paracletum dare dicitur Pater, non autem alium ab [*mss.* absque] eo, qui a Filio mittitur, secundum illud : « Cum autem venerit ille Paracletus, quem mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis [32*]. » Quem alium paracletum nominavit, non juxta naturæ differentiam, sed operationis diversitatem. Cum enim Salvator mediatoris et legati personam habeat, et qua (64) pontifex deprecetur pro peccatis nostris, salvans in sempiternum eos, qui per ipsum accesserunt ad Deum, quia semper vivens interpellat pro eis [*ms.* nobis] Patrem; Spiritus sanctus secundum aliam significantiam paracletus, ab eo quod consolatur in tristitia positos, nuncupatus est. Verum noli ex Filii et Spiritus sancti operatione diversa, varias æstimare naturas. Siquidem in alio loco reperitur paracletus Spiritus, legati ad Patrem persona fungi, ut in illo : « Quid enim oremus juxta id quod oportet, nescimus, sed ipse Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus, quomodo [*al.* cum] secundum Deum postulat pro sanctis [33]. »

28. Salvator quoque consolationem a qua Spiritus sanctus paracletus nuncupatus est, operatur in cordibus eorum qui ea indigent. Scriptum est enim : « Et humiles populi consolatus est [34]. » Unde et his qui hoc beneficium fuerat consecutus, eum prædicans, loquebatur : « Domine, secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt cor meum [35]; » sive, « dilexerunt animam meam (65) : » utroque enim scriptum esse modo in diversis exemplaribus invenitur. Sed et Pater, Deus omnis consolationis dicitur [36] : consolans eos qui in tribulatione sunt, ut ex ipsis angustiis per patientiam salutem primum, dehinc coronam gloriæ consequantur. Spiritus igitur consolator et sanctus, et Spiritus veritatis datur a Patre, ut semper cum Christi discipulis commoretur, cum quibus et ipse Salvator est, dicens : « Ecce enim vobiscum sum usque ad consummationem sæculi [37]. » Cum autem semper apostolis et Spiritus sanctus adsit [*al.* assistat] et Filius, sequitur, ut et Pater cum ipsis sit, quia qui recipit Filium, recipit et Patrem : et mansionem Filius cum Patre facit apud eos, qui digni adventu ejus exstiterint. Sed et ubi Spiritus sanctus fuerit, statim invenitur et Filius. Siquidem cum in prophetis Spiritus sanctus sit, faciens eos futura præcinere, et alia quæ prophetalis operationis sunt, sermo Dei ad eos dicitur factus, ut ad id quod ad consuetudinem prophetarum

[24] Joan. xv, 26. [25] Joan. xiv, 10. [26] Joan. x, 30. [27] Joan. xv, 26. [28] Joan. xii, 49. [29] I Petr. i, 12. [30] Sap. ix, 17. [31] Joan. xiv, 16. [32] ibid. 26. [32*] Joan. xv, 26. [33] Rom. viii, 26. [34] Ps. xvii, 28; xxxiii, 19. [35] Psal. xciii, 19. [36] II Cor. i, 3. [37] Matth. xxviii, 20.

(62) Idem cum veteri edit., « proprietatem Patris et intellectum Parentis, » etc.

(63) Ista hæc, « sicut manifestum esse poterit ei, qui totum perlegerit locum, » in Reg. ms. desiderantur. Mox ex Vatic. et veteri edit. restituo « Spiritum suum ; » cujus loco obtinebat in recto contra auctoris mentem « Spiritus ejus. »

(64) Erat antea « ex qua, » Reg. ms., « et quasi. » Tholos., « in qua. » Vid. Epist. 64, *ad Fabiol.*, num. 19. Emendo pariter interpunctionem, cujus vitio nullus erat hujusce periodi sensus.

(65) Tholos., « in corde meo, exhortationes tuæ delectaverunt animam meam. Et aliter, consolationes tuæ, » etc. Glossema ex criticorum audacia. Lectionis quam Didymus urget diversitas in verbis est, « lætificaverunt, » et « dilexerunt. » Re autem vera Græci aliquot libri habent ἠγάπησαν, « dilexerunt, » alii εὐφρανάν, « lætificaverunt, » ut in Latinis.

Digitized by Google Распознавание текста

est (66), « Hæc dicit Dominus, » etiam illud addatur, « Sermo qui factus est ad Isaiam, » sive ad reliquos.

29. Quod autem prophetæ Spiritum sanctum habuerint, Deo manifeste loquente cognoscimus. Ait enim : « Quæcunque mandavi in Spiritu meo servis meis prophetis [38]. » Et Salvator in Evangelio significat justos viros, et eos qui ante adventum suum populo ventura cecinerant [*Vat.* præcinerant], Spiritus sancti aspiratione completos. Interrogans quippe Pharisæos quid eis de Christo videretur, et audiens quia esset filius David (67), loquitur : « Quomodo David in Spiritu vocat eum Dominum » dicens : « Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis? Si ergo David vocat eum in Spiritu sancto Dominum, quomodo Filius ejus est [39]. » Et Petrus ad consortes fidei loquitur : « Oportebat impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Juda, etc. [40]; » et in eodem rursus libro : « Qui per Spiritum, » inquit, « sanctum ore David pueri tui locutus es : Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania [41]? » Isaias quoque cum sermone Dei impulsus ad prophetandum fuisset, Spiritus sancti imperio (68) prophetasse perhibetur : ut in fine eorumdem Actuum scribitur. « Bene Spiritus sanctus locutus est per Isaiam prophetam ad patres vestros, » dicens : « Vade ad populum istum, et dic : Aure audietis [42], » et reliqua. Hanc igitur prophetiam quam apostolus Paulus affirmat a Spiritu sancto pronuntiatam, ipse liber prophetæ a Domino dictam esse commemorat. « Et audivi, » inquit Isaias, « vocem Domini, dicentem : Quem mittam, et quis ibit ad populum istum? Et dixi : Ecce ego, mitte me. Vade, » inquit, « et dic populo huic : Aure audietis [43]; » et post alia ipse Dominus ait : « Et convertentur, et sanabo illos [44]. » Et statim propheta : « Quousque, Domine? » cum enim Dominus ad prophetam dixisset, ut ea quæ scripta sunt, diceret (69), et propheta jubenti Domino respondisset : « Usquequo, Domine [45]? » ea quæ in propheta a Domino dicta sunt, in Spiritu sancto commemorata Paulus affirmat. Ex quo liquido ostenditur, ut sæpe jam diximus, unam et voluntatem et naturam Domini esse, et Spiritus sancti, et in nuncupatione Spiritus etiam nomen Domini intelligi. Quo modo enim ad Corinthios vocabulum Dei super Patre positum, et Domini super Filio, neque Patri aufert dominationem, neque Filio deitatem : siquidem (70) eadem ratione qua Pater Dominus est : et Filius Deus est : sic et Spiritus sanctus Dominus nuncupatur. Si autem Dominus, consequenter et Deus, ut paulo ante jam diximus, cum vocem apostoli Petri ad Ananiam, qui pecuniam subtraxerat, poneremus, quia et deitas [*al.* divinitas] superintelligitur in Spiritu sancto.

30. Verum quoniam inde quæstionis ordo deductus est : « Cum autem venerit paracletus Spiritus sanctus [46], quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia [47] : » age nunc ex ipso sermone quæramus, si quid in eo possimus invenire cum his consentire quæ dicta sunt. Spiritum sanctum a Patre in suo mitti nomine, Salvator affirmat, cum proprie Salvatoris nomen sit Filius, si quidem naturæ consortium, et, ut ita dicam, proprietas personarum, ex ista voce signatur. In qua appellatione Filii, missus a Patre Spiritus sanctus, non servus, non alius, nec disjunctus a Filio intelligatur [*al.* intelligitur]. Et quo modo Filius in Patris appellatione venit, dicens : « Ego veni in nomine Patri mei [48] : » Filii quippe tantummodo est in nomine Patris venire, salva proprietate Filii ad Patrem, et Patris ad Filium : sic e contrario, nullus alius venit in nomine Patris, sed verbi gratia, in Domini, et Dei, et Omnipotentis. Quod manifestum advertere poteris prophetas relegens ex animo. Nam et Moyses magnus Dei minister et famulus, in nomine ejus, qui est : et in nomine Dei Abraham et Isaac, et Jacob venit, Deo ad eum loquente : « Sic dices filiis Israel : Qui est, misit me ad vos [49]; » et rursus : « Dices eis : Deus Abraham, Isaac, et Jacob misit me ad vos [50]. » Servorum quippe justorum quales erant de quibus dixit : « Mandabo in Spiritu meo servis meis prophetis [51], » in nomine Dei facta est missio. Et quia [*fort.* qui] dignos se exhibuerunt Deo, in nomine Dei venisse referuntur : rursus proficientes in majus, et sub unius Dei imperio consistentes, in omnipotentis Dei nuncupatione venerunt. Quia vero filii Israel in Ægypto commorantes, didicerunt eos, qui non sunt, quasi deos colere, et mundi patres (71) divino honore venerari, consequens fuit, ut Moyses sub ejus, « Qui est, » vocabulo ad eos mitteretur, et a falsis eos liberans diis, ad veram transduceret

[38] Amos III, 7. [39] Matth. XXII, 43-45. [40] Act. I, 16. [41] Act. IV, 25; Psal. II, 1. [42] Act. XXVIII, 25. [43] Isa. VI, 8, 9. [44] ibid. 10. [45] ibid. 11. [46] Joan. XV, 26. [47] Joan. XIV, 26. [48] Joan. V, 43. [49] Exod. III, 4. [50] ibid. 15. [51] Zach. I, 6.

(66) Vitiose erat antea in aliquot etiam mss., « prophetatum est. »

(67) Rectius vetus editio, « quia esset filius David, in Spiritu sancto loquentis, *Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis*, denuo interrogavit. Si ergo David vocat eum, » etc. Aliter Tholos., « quia esset filius David, dixit, David enim loquitur de Deo, *Dixit DominusDomino meo*, » etc.

(68) Erat nec sine solœco « Spiritus sanctus imperio. » Quod nemo non putet typographi mendum, et reponat « sancti, » quemadmodum in antiquiss. editione, quam sequor. Sed malim equidem in recto « sanctus » retineri, pro « imperio » autem legi « per eum, » scilicet, per Isaiam. Hic nempe auctoris est sensus, totusque inferior contextus conjecturam probat.

(69) Vetus editio, « quæ scripta sunt, in Spiritu diceret. »

(70) Vitiose erat duobus verbis, « sic quidem. »

(71) Obtinebat antea « mundi partes, » pro « patres. » Reginæ ms. secunda manu « mundi principes. »

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

deitatem, et ad Dominum patrum Abraham, Isaac, et Jacob.

31. Quo modo ergo servi qui in nomine Domini veniunt, per hoc ipsum quod subjecti sunt, et serviunt, indicant Dominum, proprietatem ejus referentes : servi quippe sunt Domini : sic et Filius qui venit in nomine Patris, proprietatem Patris portat et nomen, et per hæc unigenitus Dei Filius approbatur [*al.* appellatur]. Quia ergo Spiritus sanctus in nomine Filii a Patre mittitur, habens Filii proprietatem, secundum quod Deus est, non tamen filieitatem, ut Filius ejus sit, ostendit quia (72) unitate sit junctus ad Filium. Unde et Filii dictus est Spiritus, per adoptionem faciens filios eos, qui se recipere voluissent. « Qui enim, » inquit, « estis filii Dei, misit Pater Spiritum Filii sui in corda nostra, clamantem : Abba, Pater [55]. » Iste autem Spiritus sanctus, qui venit in nomine Filii, missus a Patre, docebit omnia eos qui in fide Christi perfecti sunt, omnia autem illa quæ spiritualia sunt et intellectualia; et ut breviter universa concludam, omnia veritatis et sapientiæ sacramenta. Docebit vero, non quasi doctor et magister disciplinæ, quam aliunde est consecutus : siquidem hoc eorum est, qui sapientiam et artes aliquas (73) studio industriaque didicere; sed quasi ipse [*al.* ipsa] ars atque doctrina et sapientia veritatisque Spiritus, invisibiliter [*al.* invisibili] menti insinuat scientiam divinorum. Nam et Pater docet sic discipulos suos, dicente illo qui ab eo doctus fuerat : Deus, docuisti me sapientiam. Et audacter alio conclamante : « Docuisti me, Deus, a juventute mea [52] : » atque ita omnes fiunt docti. Dei quoque Filius et sapientia Dei et veritas sic docet participes suos, ut disciplinam non arte doceat, sed natura. Unde et eum docentur solum magistrum vocare discipuli. Has easdem disciplinas quæ dantur a Patre et Filio in corda credentium, Spiritus sanctus ministrat his qui animales esse desierint [*al.* desistunt]. « Animalis quippe homo non percipit ea quæ spiritus sunt [56], » arbitrans esse stultitiam quæ dicuntur; qui vero a perturbationibus purgaverit mentem suam, Spiritus sancti disciplinis, id est, sermonibus sapientiæ, scientiæque complebitur, in tantum ut is qui ea susceperit dicat : « Nobis autem revelavit Deus per Spiritum sanctum [58]. » Deus autem his qui se ita præparaverint, Spiritum sapientiæ revelationisque largitur ad cognoscendum semetipsum; qui accipientes Spiritum sapientiæ, non aliunde, sed ab ipso Spiritu sancto efficiuntur sapientes, et ab ipso intelligunt Dominum, et quidquid Dei est voluntatis, et eumdem ipsum Spiritum, ipso revelante, cognoscunt, ut sciant quia a Domino donata sunt eis : ita ut is qui fuerit spiritum revelationis et sapientiæ consecutus, sufficiens sit veritatis dogmata prædicare non humana, sed Dei arte subnixus : sicut et unum ex his Apostolum possumus audire, dicentem : « Et prædicatio mea et sermo meus non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis : sed in ostensione Spiritus et virtutis Dei (74) [56]. » Æqualem vero Spiritui virtutem non possumus aliam præter Christum Dominum nostrum interpretari. Ipse enim discipulis ait : « Accipietis enim virtutem Spiritus sancti venientem [*Vat.* venientis] super vos [57]; » et ad Mariam angelus [*al.* archangelus], « Spiritus, » inquit, « sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi [58]. » Creatrix igitur virtus Altissimi, Spiritu sancto superveniente in Virginem Mariam, Christi corpus fabricavit : quo ille usus templo, sine viri natus est semine.

32. Ex quibus ostenditur esse Spiritum sanctum creatorem, ut jam in *Dogmatum* volumine breviter ostendimus (75). Et in Psalmo ad Dominum dicitur : « Auferes ab eis Spiritum tuum, et deficient, et in terram suam revertentur. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ [59]. » Nec mirum si Dominici tantum corporis Spiritus sanctus conditor sit, cum Patri Filioque sociatus, eadem potestate creaverit omnia quæ Pater creavit et Filius. « Emitte enim, » ait, « Spiritum tuum, et creabuntur. » Porro jam frequenter ostendimus ejusdem operationis esse Spiritum sanctum, cujus est Pater et Filius, et in eadem operatione unam esse substantiam : et reciproce eorum quæ ὁμούσια sunt, operationem quoque non esse diversam. Ut autem et aliud quoque testimonium quod nos possit adjuvare in fide Spiritus sancti ponamus, in Evangelio ita sermo contexitur : « Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis ea portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, diriget vos in omnem veritatem. Neque enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur : et quæ ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit [*al.* glorificabit] : quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis. Omnia quæ habet Pater, mea sunt. Propterea dixi vobis, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis [60]. »

33. Ex his enim sacramentorum verbis edocemur, quod cum multa docuisset discipulos suos Jesus, dixerit : « Adhuc habeo plurima dicere vobis, » quia verbum istud, « adhuc multa habeo dicere vobis, » non ad novos quoslibet, et penitus Dei gratia vacuos dirigitur (76) : sed ad eos qui auditores verborum ejus, necdum fuerant omnia con-

[55] Rom. VIII, 15. [56] Psal. LXX, 17. [56] I Cor. II, 14. [58] ibid. 10. [56] ibid. 4. [57] Act. I, 8. [58] Luc. I, 35. [59] Psal. CIII, 29, 30. [60] Joan. XVI, 12-14.

(72) Ita mss. omnes habent « unitate, » editi vero « unice. » Mox Vatic. cum Tholos., « per adoptionem suam faciens, » etc.

(73) Vatic., « et virtutes aliquas. » Postea Tholos., « sed quasi ipse ars, » etc.

(74) Idem Vatic., « et veritatis bei, » Græco ipso textu renuente.

(75) Recole quæ de hoc libro *Περὶ Δογμάτων* diximus supra col. 1040, not. 21.

(76) Maxima hic dissensio exemplarium est. Ve-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FineReader

secuti. Quæcunque enim sufficere poterant, tradens eis, in futurum tempus reliqua distulit : quæ sine disciplina Spiritus sancti scire non poterant, quia ante adventum Dominicæ passionis non erat datus hominibus Spiritus sanctus (77), evangelista dicente : « Non enim erat cuiquam Spiritus datus, quia Jesus necdum erat glorificatus [61]. » Glorificari dicens Jesum, mortem gustare pro cunctis. Itaque post resurrectionem apparens discipulis suis, et insufflans in faciem eorum : « Accipite, » inquit, « Spiritum sanctum [62]; » et rursum : « Accipietis virtutem Spiritus sancti venientis super vos [63]. » Quo veniente in corda credentium, implentur sermonibus sapientiæ et scientiæ, et sic spirituales effecti, suscipiunt Spiritus sancti disciplinam, quæ possit eos deducere in omnem veritatem. Necdum enim instante [*fort.* instabat] hora in qua oportebat eos Spiritu sancto repleri, tunc quando dixit ad eos, « Adhuc multa habeo vobis dicere, » consequenter addidit, « sed non potestis ea portare modo. » Adhuc enim typo legis, et umbræ, et imaginibus servientes, non poterant veritatem (cujus umbram lex portabat) inspicere, unde nec spiritualia (78) sustinere. « Cum autem, » ait, « venerit ille, » hoc est « paracletus Spiritus veritatis, diriget vos in omnem veritatem, » sua doctrina, et institutione vos transferens a morte litteræ ad spiritum vivificantem, in quo solo omnis Scripturæ veritas posita est. Ipse ergo Spiritus veritatis, ingrediens puram et simplicem mentem, signabit in vobis scientiam veritatis, et semper nova veteribus adjungens, diriget vos in omnem veritatem.

34. Ad Deum quoque Patrem quidam allegans preces, loquitur : « Dirige me in veritate tua [64], » hoc est, in Unigenito tuo, propria voce testante : « Ego sum veritas [65]. » Quam perfectionem tribuit Deus mittens Spiritum veritatis, qui credentes in totam dirigat veritatem. Dehinc in consequentibus de Spiritu veritatis, qui a Patre mittatur, et sit Paracletus, Salvator (qui et veritas) ait : « Non enim loquetur a semetipso : » hoc est, non sine me, et sine meo et Patris arbitrio, quia inseparabilis a me et Patris est voluntate, quia non ex se est, sed ex Patre et me est, hoc enim ipsum quod subsistit et loquitur, a Patre et me illi est. Ego veritatem loquor, id est, inspiro quæ loquitur ; siquidem Spiritus veritatis est. Dicere autem et loqui in Trinitate, non secundum consuetudinem nostram, qua ad nos invicem sermocinamur et loquimur, accipiendum, sed juxta formam incorporalium naturarum, et maxime Trinitatis, quæ voluntatem suam inserit in corde credentium (79), et eorum qui eam audire sunt digni : hoc est, dicere et loqui.

35. Nos quippe homines quando de aliqua re ad alterum loquimur, primum quod volumus, mente concipimus absque sermone (80). Inde in alterius sensum volentes transferre, linguæ organum commovemus, et quasi quoddam plectrum chordis dentium collidentes, vocalem sonum emittimus. Quo modo igitur nos linguam, quam palato (81) denti busque collidimus, et ictum aerem in diversa temperamus eloquia, ut nobis nota communicemus in alios : ita et auditorem necesse est patulas præbere aures, et nullo vitio coarctatas, in ea quæ dicuntur arrigere (82), ut possit ita scire quæ proferuntur, quomodo novit ea ille qui loquitur. Porro Deus simplex et incompositæ spiritualisque naturæ, neque aures, neque organa, quibus vox emittitur, habet ; sed solitaria incomprehensibilisque substantia nullis membris partibusque componitur. Quæ quidem de Filio et de Spiritu sancto similiter accipienda.

36. Si quando ergo legimus in scripturis : « Dixit Dominus Domino meo [66] ; » et alibi : « Dixit Deus, Fiat lux [67], » et si qua his similia, digne (*al.* digna) Deo accipere debemus. Neque enim ignorante Filio (qui sapientia et veritas est) Pater suam nuntiat voluntatem, cum omne quod loquitur, sapiens verusque subsistens, in sapientia habeat et in substantia (83). Loqui ergo Patrem, et audire Filium, vel e contrario, Filio loquente, audire Patrem, ejusdem naturæ in Patre et Filio consensusque significatio est. Spiritus quoque sanctus, qui est spiritus veritatis, spiritusque sapientiæ, non potest Filio loquente audire quæ nescit, cum hoc ipsum sit quod profertur a Filio, id est, procedens a veritate, con-

[61] Joan. VII, 39. [62] Joan. XX, 22. [63] Act. I, 8. [64] Psal. XXIV, 5. [65] Joan. XIV, 6. [66] Psal. CIX, 2. [67] Gen. I, 3.

tus editio, « et penitus Dei sapientiam nescientes dirigit ; » Vatic. « Dei sapientiam nescientes dirigitur ; » Reg., « Dei sapientia ignaros, » etc. Tholos., « et plenos Dei sapientia dirigitur sicut fuerunt justi et prophetæ, sed ad eos, qui verborum ejus auditores necdum fuerant, » etc. Tum denuo Vatic., « necdum fuerant omnia consecuti, quæ postea pro nomine ejus sufferre poterant, sed aliqua ex parte tradens eis illa, quæ majora erant in posterum differens, commendans et illa, quæ in futurum tempus ideo distulit, ut reliqua disciplina Spiritus sancti sui, quæ... non poterant si primitus in nostro capite magisterium et forma crucis periret. Quæcunque enim sufferre poterant, » etc. Eadem ferme Tholosanus præponit, tantumque rectius legit, « nisi primitus in nostro capite magisterium et forma crucis præiret ; » quia ante adventum Dominicæ passionis, » etc., ex quibus boni aliquid lector extundat.

(77) Tholos., « Nondum erat Spiritus datus, quia Jesus nondum fuerat glorificatus. » Quid est Jesum nondum honorificatum ? « Glorificari dicens, » etc.

(78) Erat « ne spiritualia. » Vetus edit., « nec denique. » Vat., « neque. »

(79) Legerat olim Gratianus, « ingerit in corda credentium, et eorum cordibus inserit, qui eam, » etc. Mox Tholos., « dicere, scire, et intelligere, et loqui. »

(80) Vetus edit., « mente concipimus, et quia non valemus absque sermone in alterum sensum transferre, linguæ organum commovemus. » Exinde Reginæ liber, « et dentes quasi quoddam plectrum cordis collidentes, » etc.

(81) Editi plerique, « linguam quam palato, » etc. : emendamus a scriptis.

(82) Assentior Barthio, qui « arrigere » scripsit, pro « erigere, » quod hactenus obtinuerat.

(83) Olim erat, « et in veritate substantiam. »

Digitized by Google Распознавание текста

solator manans de consolatore (84), Deus de Deo, Spiritus veritatis procedens. Denique ne quis illum a Patris et Filii voluntate et societate discerneret, scriptum est : « Non enim a semetipso loquetur, sed sicut audiet loquetur. » Cui etiam simile de seipso Salvator ait : « Sicut audio, et judico [68]; » et alibi : « Non potest Filius a se (85) facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem [69]. » Si enim unus est Patri Filius, non juxta Sabellii dictum Patrem et Filium confundentis, sed juxta indiscretionem essentiæ, sive substantiæ, non potest quidquam absque Patre facere, quia separatorum diversa sunt opera, sed videns operantem Patrem, et ipse operatur, non secundo gradu, et post illum operans. Alia quippe Patris, alia Filii opera esse inciperent, si non æqualiter fierent. Scriptum est autem : « Quæ enim ille facit, » haud dubium quin Pater, « hæc eadem Filius similiter facit [70]. » Quod si operante Patre (86) et Filio, non juxta ordinem, primi et secundi, sed juxta idem tempus operandi eadem et indissimilia, subsistunt universa quæ fiunt, et Filius non potest a semetipso quidquam facere, qui a Patre non potest separari, sic et Spiritus sanctus nequaquam separatus a Filio, propter voluntatis naturæque consortium, non semetipso creditur loqui, sed juxta verbum et veritatem Dei loquitur universa quæ loquitur. Hanc opinionem sequentia Domini verba confirmant, dicentis : «Ille me clarificabit » [*al.* glorificabit], id est, Paracletus; « quia de meo accipiet. » Rursum hic, accipere [*al.* accipiet], ut divinæ naturæ conveniat intelligendum.

37. Quomodo ergo Filius dans, non privatur his [*al.* enim] quæ tribuit, neque cum damno suo impertit aliis, sic et Spiritus non accipit quod ante non habuit. Si enim quod prius non habebat accepit, translato in alium munere, vacuus largitor effectus est, cessans habere quod tribuit. Quomodo igitur supra de naturis incorporalibus disputantes intelleximus, sic et nunc Spiritum sanctum a Filio accipere, id quod suæ naturæ fuerat cognoscendum [*al.* intelligendum] est, et non dantem et accipientem, sed unam significare substantiam. Siquidem et Filius eadem a Patre accipere dicitur, quibus ipse subsistit. Neque enim quid aliud est Filius, exceptis his quæ ei dantur a Patre, neque alia substantia est Spiritus sancti præter id quod datur ei a Filio. Propterea autem ista dicuntur, ut eamdem in Trinitate credamus esse naturam Spiritus sancti, quæ est Patris et Filii.

38. Quia ergo [*al.* enim] omnis humana vox nihil potest aliud judicare quam corpora, et Trinitas, de qua nunc nobis sermo est, omnes materiales substantias superat, idcirco nullum verbum potest ei proprie coaptari, et ejus significare substantiam, sed omne quod loquimur, καταχρηστικῶς, id est, abusive est, et de incorporalibus cunctis, et maxime cum de Trinitate loquimur. Glorificat itaque Filium Spiritus sanctus, ostendens illum et in apertum proferens his qui mundo corde eum intelligere et videre sunt digni, et splendorem substantiæ, et imaginem invisibilis Dei scire. Rursum imago ipsa ostendens se puris mentibus, glorificat Patrem, insinuans eum nescientibus, ipse enim ait : « Qui videt me, videt et Patrem [71]. » Pater quoque revelans Filium his qui ad calcem scientiæ pervenire meruerunt, glorificat Unigenitum suum, ostendens ejus magnificentiam atque virtutem. Sed et ipse Filius tribuens Spiritum sanctum his qui se dignos ejus munere præparaverunt, et pandens sublimitatem [*al.* proprietatem] glorificationis, et magnitudinis ejus virtutem, glorificat illum (87). Deinde interpretationem inferens cum modo (88) dixisset, de meo accipiet, protinus subjecit : « Omnia quæ habet Pater, mea sunt; propterea dixi, de meo accipiet et annuntiabit vobis [72], » quodammodo loquens, Licet a Patre procedat Spiritus veritatis, et det illi Deus Spiritum sanctum petentibus se, tamen quia omnia (89) quæ habet Pater, mea sunt, et ipse Spiritus Patris meus est, et de meo accipiet. Cave autem cum ista dicuntur ne grave labaris intelligentiæ in vitium (90), et putes rem aliquam esse, et possessionem, quæ a Patre habeatur ac Filio. Verum quæ habet Pater juxta substantiam, id est, æternitatem, immutabilitatem, incorruptionem, immutabilem (91) bonitatem, de se et in se subsistentem, hæc eadem habet et Filius. Et, ut plus inferam, quidquid Filius ipse subsistit, et quæcunque sunt Filii, hæc eadem et Pater habet. Procul hinc absint dialecticorum tendiculæ, et sophismata a veritate pellantur, quæ occasionem impietatis ex pia prædicatione capientia, dicunt : Ergo et Pater est Filius, et Filius Pater. Si enim dixisset, omnia quæcunque habet Deus,

[68] Joan. v, 30. [69] ibid. 19. [70] ibid. [71] Joan. xiv, 9. [72] Joan xvi, 15.

(84) Penes Gratianum est « procedens Deus de Deo, Spiritus veritatis procedens a veritate, consolator manans, » etc. : rectius.

(85) Voculas « a se » ex Vatic. suffecimus, consentiente etiam Græco textu ἀφ' ἑαυτοῦ. Deinde vetus editio : « Si enim unum est Pater et Filius non juxta Sabellii dictum : » codices Vatic. et Regin. « Sabellii vitium. »

(86) Regin. ms., « Quomodo operante Patre, » rectius, et paulo post consentiente etiam Vatic., « eadem et similia subsistunt. »

(87) Iidem mss. cum veteri edit., « pandens ejus (*al.* eis) sublimitatem glorificationis et magnitudinis, glorificat. »

(88) Emendo ex Barthii conjectura, cum perperam esset uno verbo « quomodo. »

(89) Ut sensus constet, voculam « illi » expunge : tum Regin. cod. « petentibus, æque tamen omnia, » etc.

(90) Malim quod in veteri edit. erat « ne prava intelligentia labaris in vitium, » cui fere concinit Regin. ms.

(91) Illud « immutabilem » abundat hic loci, nec in Reginæ ms. invenitur. Deinde verba, « Et, ut plus inferam, quidquid Filius ipse subsistit, » ex mss. omnium consensu ac fide restituo.

Digitized by Google Распознавание текста

mea sunt, haberet impietas occasionem confingendi, et verisimile videretur esse mendacium. Cum vero dixerit, « Omnia quæ habet Pater mea sunt, » Patris nomine se Filium declaravit, paternitatem, qui Filius erat, non usurpavit, quanquam et ipse per adoptionis gratiam, multorum sanctorum sit Pater, secundum illud quod in Psalmis legitur, « Si custodierint filii tui [73]; » et iterum : « Si dereliquerint filii ejus legem meam [74]. » Sed in hoc sermone sensuque præposito, consequenter ea quæ diximus superius Patris esse, habet et Filius, et quæ Filii sunt, habet et Spiritus sanctus. Ait quippe, « de meo accipiet, propterea et ventura annuntiabit vobis. » Per Spiritum siquidem veritatis, sanctis viris futurorum scientia certa conceditur. Unde et prophetæ hoc eodem repleti Spiritu, prænuntiabant sensu (92), et quasi præsentia intuebantur, quæ erant deinceps secutura. Satis hæc abundeque juxta ingenii nostri paupertatem de præsenti Evangelii capitulo dixisse sufficiat. Si quibus autem Dominus revelaverit, et in viciniam veritatis adducti sunt, magisque possunt cernere veritatem, disputationi illorum concedamus meliora, quibus ille suffragatur qui est Spiritus veritatis : et petimus eos qui lecturi sunt, ut ignoscant imperitiæ, studioque dent veniam, cupienti totum Deo offerre quod potuit, licet suam non quiverit implere voluntatem.

39. Proponamus et Apostoli ad Romanos Epistolæ testimonium, quæque nobis in illa videntur præsenti materiæ congruere ventilemus. « Ut justificatio, » inquit, « legis impleatur in vobis, qui non juxta carnem ambulatis, sed secundum spiritum. Qui enim juxta carnem sunt, ea quæ carnis sunt sapiunt : qui vero juxta spiritum, ea quæ spiritus sunt sentiunt. Sapientia quippe carnis mors est; sapientia autem spiritus, vita et pax; quoniam sapientia carnis inimica est Deo : legi quippe Dei non subjicitur; neque enim potest. Qui vero in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in Spiritu : si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Si autem Christus est in vobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vivit propter justitiam. Si autem Spiritus ejus qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis. Ergo, fratres (93), debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore; sed accepistis Spiritum adoptionis in quo clamamus : Abba, Pater. Ipse enim Spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quia sumus filii Dei. Si autem filii, et hæredes : hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi : si tamen compatimur, ut et conglorificemur [75]. » In præsenti Apostoli capitulo plurima de societate Spiritus, quam habet cum Patre et Filio demonstrantur. Ait quippe Apostolus justificationem divinam, et spiritualis legis expleri in his : non qui juxta carnem ambulant, sed juxta Spiritum. Juxta carnem ambulantem, eum qui per voluptates vitia carnis corpori copulatus, facit omnia quæ carnis sunt [*al.* esse] et corporis opera, apostolicus sermo descripsit [*al.* describit]. Porro juxta Spiritum ambulantem eum, qui in præceptis legis Dei et Evangelii gradiens, spiritualium sequitur ordinem mandatorum. Siquidem sicut carnalium vitium est ea sapere quæ carnis sunt, ea cogitare quæ corporum, sic e contrario spiritualium virtus est, semper cogitare de cœlestibus et æternis, et his tractare quæ spiritus sunt. Sed carnis sapientia, illico morte sibi sociata, interficit eos qui juxta carnem gradiuntur et sapiunt; sapientia vero spiritus, mentis tranquillitatem, et pacem, et vitam habentibus se largitur æternam. Quam cum possederint, omnes perturbationes et genera vitiorum, et ipsos quoque dæmones (qui hæc suggerere nituntur) habebunt sub pedibus suis. Sapientia ergo carnis cum morti juncta sit, inimica est Deo. Inimicos quippe eos reddit qui suis legibus vixerint; contraria semper, et repugnans voluntati et legi Dei. Neque enim fieri potest, ut qui in sapientia carnis est, Dei præcepta custodiat, et voluntati illius subjiciatur. Quandiu servimus voluptatibus, servire Deo non possumus. Cum autem titillantem subjecerimus nostris pedibus luxuriam, et totos nos ad spiritum transferentes, nequaquam fuerimus in carne, id est, in carnis passionibus, tunc subjiciemur Deo. Neque enim de carne hac in qua vivimus, et in cujus vasculo nostra anima continetur, Apostoli sermo est, quia omnes sancti, corpore et carne circumdati, placuerunt Deo; sed ad id potius quod contra Dei præceptum ex humana societate perpetratur, de quibus est : « Diliges Dominum Deum tuum [76]; » et : « Quod tibi non vis fieri [77], » etc. Vos autem, ait, haud dubium quin discipuli Christi, qui sapientiam Spiritus suscepistis, et vitam et pacem (94); non estis in carne, id est, in carnis operibus, neque ejus opera perpetratis, siquidem Spiritum Dei habetis in vobis. Idem autem Spiritus Dei, et Spiritus Christi est, deducens et copulans eum qui in se habuerit, Domino Jesu Christo. Unde et in consequentibus scribitur : « Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. »

40. Rursum in præsenti discimus societatem quam habet Spiritus sanctus ad Deum, et ad

[73] Psal. CXXXI, 12. [74] Psal. LXXXVIII, 31. [75] Rom. VIII, 4-17. [76] Deut. VI, 5. [77] Tob. IV, 16.

(92) Reginæ cod. « eodem repleti Spiritu, pronuntiabant et sensu. »

(93) Decrat « fratres, » quod e mss. suffecimus.

(94) Erat « et vitam pacis, » dissentientibus mss.

Digitized by Google Распознавание текста

Christum. Sed et in Epistola Petri, Spiritus sanctus esse Christi Spiritus comprobatur : « Scrutantes, » inquit, « et inquirentes, » id est prophetæ, de quibus ei fuerat sermo superior, « in quod, et quale tempus (95) significabat is, qui in eis erat Spiritus Christi, testificans in Christo passiones, et ea quæ post erant secutura decreta : in quibus revelatum est, quia non sibi, sed nobis ministrabant ea quæ nunc annuntiata sunt vobis per Spiritum sanctum [78]. » Iste autem Spiritus sanctus dictus est et Spiritus Dei, non in præsenti tantum sermone, sed et in aliis locis compluribus, ut ibi : « Ea quæ Dei sunt, nemo novit nisi Spiritus Dei [79]. » Deinde sequitur post hoc quod ait : « Si quis autem Spiritum Dei non habet, hic non est ejus ; » et infertur : « Si autem Christus in vobis, » et manifestissime demonstratur inseparabilem esse Spiritum sanctum a Christo : quia ubicunque Spiritus sanctus fuerit, ibi et Christus est, et undecunque Christi Spiritus discesserit, inde pariter recedit et Christus. « Si quis enim Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. » Cui conjuncto si quis contrarium assumat, dicere potest : Si quis Christi est, ita ut Christus in eo sit, in hoc Spiritus Dei est. Hoc autem idem et de Deo Patre similiter usurpandum. Si quis Spiritum Dei non habet, iste non est ejus. Cui rursum contrarium si quis assumat, dicens : Si quis Dei est, in hoc Spiritus Dei est. Unde scribitur : « Nescitis quia templum Dei estis, et in vobis habitat Spiritus Dei [80] ? » Et in Joannis Epistola : « In hoc cognoscitur Deus habitans in quibusdam, cum manserit in eis Spiritus quem dedit [81]. » Ex quibus omnibus indissociabilis atque indiscreta Trinitatis substantia demonstratur.

41. Cum ergo ait : « Si Christus in vobis est, corpus quidem mortuum propter peccatum, » nequaquam vitiis lasciviæque deserviens, sed (96) mortificatum peccato, non commovetur ad vitia : et nequaquam erit vitale peccato. Postquam autem corpus peccato mortuum fuerit, Christus in his qui sua corpora mortificaverunt, præsens Spiritum vitæ ostendit per justitiam sive correctionem operum virtutum immortalium, sive fidem Jesu Christi (97), in his qui juxta fidem illius conversantur. Deinde Apostolus alio syllogismo conjuncto utitur, quod significantius dialectici ἀξίωμα vocant, et ait : « Si autem Spiritus ejus qui suscitavit Christum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum suum in vobis : » nonne tibi videtur dicere, quia si Spiritus ejus qui suscitavit Christum Jesum, id est, qui ejusdem Jesu Christi Spiritus est, habitat in vobis : consequenter vivificabuntur et mortalia corpora vestra cum immortalibus animabus (98) ab eo qui suscitavit Christum Jesum a mortuis, principem et primogenitum resurrectionis? Et quibus tale tantumque divinitus per Spiritum munus indultum est, debitores sumus Spiritui, non carni, ut juxta eam vivamus. Siquidem qui juxta carnem vixerit, morietur illa morte quæ peccatum sequitur. « Peccatum quippe cum consummatum fuerit, generat mortem, » secundum Jacobum [82]. Sed et Ezechiel peccantem animam mori scribit. Separatur enim jam a vita, quæ in sapientia Spiritus collocata est [83].

42. Si quis autem transcenderit vitam carnis et Spiritu opera carnis mortificaverit (99), vivet beata æternaque vita relatus in filios Dei, et directus in viam rectam propter Spiritum sanctum, qui et Dei Spiritus appellatur. « Si enim, » inquit, « juxta carnem vixeritis, moriemini. Quod si spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis ; » et in consequentibus : « Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei. » Rursum refocillans eos, et consolans, et provocans sperare meliora, quibus loquebatur, ait : « Non enim accepistis iterum spiritum servitutis in timore, » id est, non similitudine servorum, metu et terrore pœnarum vos abstinetis a vitiis, quia habetis vobis datum (1) a Patre Spiritum adoptionis, id est Spiritum sanctum, qui ipse Spiritus, et Dei, et Christi, et veritatis dicitur atque sapientiæ. Si autem Spiritus iste adoptat in filios Dei eos, quorum dignatione sui habitator efficitur, tibi consequentium super potentia ejus intelligentiam derelinquo.

Porro in hoc adoptionis Spiritu clamant qui habuerunt illum Patrem Deum, sicut ostendit sermo dicens : « In quo clamamus : Abba, Pater : » ipso Spiritu qui nos adoptat in filios, testimonium præbente participatione sui, quod a nostro Spiritu possidetur, quia filii Dei sumus. Cui consequens est Deum quidem quasi patrem, hæreditarias nobis divitias contulisse (2), spiritualia dona ; Christi vero cohæredes nos esse, eo quod fratres ejus per gratiam et benignitatem ipsius appellamur. Erimus au-

[78] I Pet. I, 11, 12. [79] I Cor. II, 11. [80] I Cor. III, 16. [81] I Joan. IV, 13. [82] Jac. I, 15. [83] Ezech. XVIII, 20.

(95) Iterum vitiose erat, et nullo sensu « in quo ait, quale tempus, » etc., neque ut Scripturæ locus scribebatur, ut alia menda interpunctionis, etc., quibus totus scatebat hic liber, dissimulemus.

(96) Vatic. « si » pro « sed. » Ut sensus tamen utcunque constet cum superiori Apostoli sententia, verbum aliquod supplendum est, puta, « illud intelligit quod nequaquam, » etc., aut quid simile.

(97) Vide num isthæc sit præferenda Reginæ codicis lectio : « Christus, suis qui sua corpora mortificaverunt per præsentem Spiritum, vitam ostendit, per justitiam operum, sive per correctionem vitiorum mortalium, sive per fidem Jesu Christi, » etc.

(98) Ita ferunt vetus editio et Reginæ ms., antea erat « cum immortalium animabus. » Mox eadem vetus edit. « primogenitum illum resurrectionis ostendens. Quare et quibus tale, » etc.

(99) Est Reginæ codicis integrior lectio hæc et concinnior. Antea erat tantummodo « transcenderit vitam carnis, et Spiritu opera carnis mortificaverit. »

(1) Vat. « abstinete a vitiis, qui habetis vobiscum datum, » etc., deinde « qui ipse Spiritus Filii et Christi, et veritatis, » etc.

(2) Cod. Reginæ « qua a nostro spiritu possidetur, » et paulo post cum veteri quoque editione, « quasi patrem hæreditari a nobis, Christi vero cohæredes, » etc., absque illis, « divitias contulisse spiritualia dona. »

Digitized by Google Распознавание текста

tem hæredes Dei, cohæredes autem Christi si compatiamur, ut et conglorificari ei ex passionum societate mereamur.

43. Verum quia et hoc juxta id quod potuimus edissertum est, proponamus prophetæ capitulum, quædam de Spiritu sancto continens, ut non solum de Novo, verum etiam de Veteri Testamento super ejus fide intellectuque doceamur. Nam et superius prælocuti sumus, in omnibus sanctis, tam his qui post adventum Domini nostri fuerunt, quam etiam retro, in patriarchis videlicet et prophetis, Spiritus sancti gratiam fuisse versatam, et eos diversis charismatibus virtutibusque complesse. Quomodo enim unius Dei et Unigeniti ejus gratiam possidentes, tam hi qui ante, quam etiam illi qui post adventum ejus, justitiæ erexere vexillum, veritatis sunt scientiam consecuti; sic et Spiritus sancti gratiam possidebunt, quia inseparabilem a Patre et Filio esse, Spiritum sanctum in multis supra locis ostendimus. Scriptum est ergo in propheta : « Misericordiæ Domini recordatus sum, et virtutis ejus in omnibus quæ retribuit nobis. Dominus judex bonus domui Israel, inferens nobis juxta misericordiam suam, et juxta multitudinem justitiæ suæ. Et dixit : Nonne populus meus filii et non prævaricabuntur (3). Et factus est illis in salutem ex omni tribulatione eorum; non legatus, neque angelus, sed ipse salvavit eos, eo quod dilexerit eos, et pepercerit eis. Ipse redemit eos, et suscepit eos, et exaltavit eos in omnibus diebus sæculi. Ipsi vero non crediderunt, et irritaverunt Spiritum sanctum ejus; et conversus est eis ad inimicitiam. Ipse debellavit eos et recordatus est dierum antiquorum. Qui eduxit de terra pastorem ovium, qui posuit in eis Spiritum sanctum, congregans dextera Moysen [84]. »

44. Qui frequenter Dei adepti sunt beneficia, scientes gratia magis, et misericordia ejus, quam propriis ex se fuisse operibus consecutos, quasi uno omnes consensu, et animo concordantes loquuntur, « Misericordiæ Domini recordatus sum. » Cogitantes enim quæ ab eo frequenter in Moyse dona susceperint, gratias referunt, et cum misericordia, etiam virtutum Domini recordantur, sive mirabilium, quæ crebro pro eis fecit in populis, sive protectuum animæ, quibus per legem, et prophetas, et præcepta ejus salubria eruditi sunt. Siquidem in Scripturis nomen virtutis utrumque significat. Recordari autem se misericordiæ et virtutum ejus, inquiunt, in omnibus quæ retribuit eis, non juxta justitiam suam, sed juxta misericordiam et bonitatem ejus, qui est judex domui videnti, et sensui mundo corde cernenti Dominum (4). Hoc siquidem ex Hebræo sermone in lingua nostra interpretatur Israel, id est, *mens videns Deum* (5). Licet enim tormenta, et cruciatus judex nonnunquam inferat judicium merentibus, tamen qui causas rerum aliis intuetur, videns propositum bonitatis ejus, qui capit corrigere peccantem, bonum illum confitetur, dicens : « Inferens [*al.* inferas] nobis juxta misericordiam suam. » Si enim iniquitates eorum quos judicat attendat Dominus, quis sustinebit? Porro quia apud Dominum propitiatio est, Dominus videlicet noster atque Salvator infert nobis secundum misericordiam suam, omnia quæ nos provehant ad salutem. Inferens quoque juxta misericordiam suam, et hoc faciens in judicio (6), cum justitia nobis tribuit, quæ admista misericordiæ bonitate largitus est.

45. Arguendus est ex præsenti capitulo (7) hæreticorum error, qui bonitatem a justitia separantes, alium Deum bonum, alium justum finxerunt. Ecce enim in præsentiarum ipse est Deus, et bonus, et judex, et juxta misericordiam suam justitiamque restituens, et pariter bonus justusque subsistens. Frustra igitur iniquum dogma simulantes, bonum Deum Evangelii, et Veteris Testamenti justum esse defendunt (8), quia et in plurimis aliis locis, et nunc in prophetæ sermone, « judex bonus » scribitur Deus, et e contrario quod nolunt, in Pauli apostoli Epistola (qui certe Novi Testamenti prædicator est) Deus justus judex refertur. « Reposita est mihi, » inquit, « corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex [85]. » Idem est ergo, licet nolint, Novi et Veteris Testamenti Deus, visibilium et invisibilium conditor, Salvatore etiam in Evangelio justum et bonum Patrem liquido attestante : « Pater juste, mundus te non cognovit [86]. » Et in alio loco : « Nemo bonus, nisi unus Deus [87]. » Sed et in veteri lege alibi justus, alibi bonus dicitur Deus. In Psalmis, « Justus Dominus, » inquit, « et justitias dilexit [88]. » Et e contrario in Jeremia, « Bonus Dominus his qui sustinent eum [89]. » Rursus in Psalmis : « Quam bonus Deus Israel, his qui recto sunt corde [90]. » Et hæc quidem e latere contra hæreticos

[84] Isa. LXIII, 7-12. [85] II Tim. IV, 8. [86] Joan. XVII, 11. [87] Marc. X, 18. [88] Psal. X, 8. [89] Thren. III, 25. [90] Psal. LXXII, 1.

(3) Erit operæ pretium insignem istum Isaiæ locum recolere ad Græcum exemplar, ad cujus fidem nonnulla emendavimus. Pro « Nonne populus meus filii? » erat negandi sensu. « Non populus meus filii, » contra mss. Reginæ et Vaticani fidem. Græcus quoque Οὐχ ὁ λαός μου, etc.

(4) Vetus editio, « et sensu mundo cernenti Deum. »

(5) Vitiose et contra mss. fidem antea erat « Dominum. » Hæc porro nominis Israel etymologia, sive νοῦς ὁρῶν Θεόν, Græcis præcipue arrisit, Olympiodoro in cap. I Ecclesiastæ, Leontio *De sectis*, Theophani Cerameo aliisque. E Latinis apud Optatum Milevitanum invenias lib. II, in fine, et Hieronymum quoque ex aliorum sensu. Qui autem ex ea voce ישראל extundi possit, alibi diximus.

(6) Verba « et hoc faciens » in Reginæ ms. expunguntur : mox Vatic., « nobis tribuit, quia ea juxta misericordiæ bonitatem largitus est. »

(7) Hinc tertium librum auspicantur editores alii, qua de re supra diximus in præfixa Admonitione. Absonum vero est maxime, quod a media Isaiæ *loci* expositione inceperint.

(8) Reginæ liber, « bonum de Evangelio, et de veteri Testamento justum esse defendunt. »

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

strictim dicta sunt. Tempus autem est, ut propositam prophetæ ordinem prosequamur, qui ita contexitur : « et dixit, » haud dubium quin Dominus : « Nonne populus meus filii, nec prævaricabuntur [91] ? » Non erant, inquit, similes his qui generati sunt et exaltati, et eum qui genuit illos, despexere. « Et factus est eis in salutem [92], » id est illis de quibus Dominus ait : « Nonne populus meus filii, et non prævaricabuntur? » Hoc enim ipsum quod non prævaricati sunt, nec spreverunt Patrem, eis factus est in salutem : vel ob idipsum quod appellati sunt filii, causa eis salutis effectus est. Quæ salus a Christo Domino contributa, angeli quoque ad pastores voce firmatur, dicentis : « Ecce evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo; quia natus est vobis (9) hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David [93]. » Ipse factus est cunctis, qui in eum credunt, occasio salutis æternæ, et ipse est Salvator mundi, qui venit quærere quod perierat. Et Ipse est, de quo chorus sanctorum canit [94] : « Deus noster, Deus salvandi (10). »

46. Quia igitur Deus erat, qui salutem præbebat æternam, dictum est, « Non legatus, neque angelus, » id est non propheta, non patriarcha, non legislator Moyses salvavit eos. Omnes enim quos nominavi, poterant ad Dominum fungi legatione pro populo. Denique Moyses, interpellans eum pro delinquente plebe, ait : « Si dimittis eis peccatum eorum, dimitte [95]. » Sed obsecravit veniam quadraginta diebus jejunans, et misericordiam Dei animæ afflictione provocans. Nemo autem de horum numero legatorum potest esse salvator, indigens et ipse eo, qui salutis largitor verus est. Nam et angeli, quanquam spiritus sint, et ad diversa propter eos qui salutem accepturi sunt, ministeria mittantur, non sunt tamen auctores salutis, sed eum qui fons salutis est, interpretantur et nuntiant. Unde dictum est, « non legatus, neque angelus, sed ipse Dominus salvavit eos. » Non propter aliud quid, sed propter id, « quod diligeret eos, et parceret eis. » Parcere autem dicitur, quasi creaturis suis, juxta illud quod alibi scribitur : « Parces autem omnibus, Domine amator animarum, quia tuæ sunt, neque enim odies quos fecisti [96]. » Quapropter et pro eorum salute proprio Filio non parcens Pater, tradidit eum in mortem, ut per mortem Filii sui destructo eo qui habebat mortis imperium, hoc est diabolo, redimeret omnes qui ab eo captivitatis vinculo tenebantur. Unde subjicitur : « Ipse autem redemit eos, et suscepit eos, et exaltavit illos. » Suscipit enim exaltatque salvatos, et redemptos in sublime tollit virtutum alis, et eruditione et scientia veritatis, non ad unum tantum, et alterum diem, sed in omnibus diebus æternitatis, habitans in eis, et cum eis, et usque ad consummationem sæculi vitam eis tribuens, salutisque auctor exsistens. Omnibus autem diebus sæculi illuminans corda eorum, non sinit eos in tenebris ignorantiæ, et errore versari. Et hoc puto esse quod scriptum est, « in omnibus diebus » exaltari eos.

47. Quia vero mutabiles, et ad vitia sponte labentes, post tanta beneficia Deo fuerunt increduli, et præcepta illius reliquerunt, et exacerbaverunt Spiritum sanctum Dei, qui eis multa bona largitus est, in peccatum simile corruerunt, his qui postquam geniti sunt, et exaltati, spreverunt Patrem suum. Vel certe nunc ipsi describuntur, qui et ante descripti sunt, siquidem et ibi post peccatum dicitur ad eos : « Dereliquistis Dominum, et ad iracundiam concitastis Sanctum Israel, » et nunc, quod « ipsi non crediderunt, et exacerbaverunt Spiritum sanctum ejus. » Ex præsenti ergo loco societas Spiritus ad Dominum ostenditur. Qui dereliquit Dominum, et est incredulus, et ad iracundiam provocat Sanctum Israel, et exacerbat Spiritum sanctum ejus. Eadem indignatio super peccatoribus tam ad Spiritum sanctum, quam ad Sanctum Israel refertur. Unde et in consequentibus similibus copula Trinitatis ostenditur, dicente Scriptura, Dominum ad inimicitias esse conversum, his qui exacerbaverunt Spiritum sanctum ejus, et tradidisse eos sempiterno cruciatui, postquam non sermone, sed rebus Insanctum ejus Spiritum blasphemaverunt. Ipse igitur qui « eis conversus est ad inimicitiam, debellavit eos, » et subjecit multiplicibus longisque cruciatibus, ut nec in præsenti tempore, nec in futuro consequantur veniam peccatorum. Exacerbaverunt enim Spiritum sanctum ejus, et blasphemaverunt in illum.

48. Si autem volueris hoc de Judæis intelligere, qui crucifixerunt Dominum Salvatorem, et idcirco exacerbaverunt Spiritum sanctum, id quod scriptum est, « ipse debellavit eos, » ad illam est intelligentiam referendum, quod Romanis traditi sunt, quando venit super eos ira Dei in finem. In universo enim orbe cunctisque regionibus soli exsules patriæ, in terra vagantur aliena, non urbem antiquam, non sedes proprias possidentes, id quod prophetis et Salvatori suo fecerunt, receperunt. Quia enim sanguinarii, et vesano semper furore capti (11), non solum prophetas occiderunt, lapidaverunt que eos qui ad se missi fuerant, sed ad impietatis culmen egressi, Dominum Salvatorem, qui pro cunctorum salute descendere dignatus fuerat ad terras, prodiderunt et crucifixerunt, propterea expulsi sunt urbe quam prophetarum et Christi cruore maculaverunt. Secundum igitur hunc sensum debellatos eos a Domino intelligere debemus, non ad breve tempus, sed

[91] Isa. I, 3. [92] Psal. CXVII, 14. [93] Luc. II, 10. [94] Psal. LXVII, 21. [95] Exod. XXXII, 31. [96] Sap. XI, 27.

(9) Vatic. « Evangelium magnum, et natus est vobis, » Græco ipso textu dissentiente.

(10) In ms. Tolos., « Deus, Deus. Deus salvandi. »

(11) Duo mss. Vatic. et Reg. cum veteri editione, « furore raptati. »

Digitized by Google Распознавание текста

ad omne futurum sæculum usque ad consummationem mundi (12). Quippe (ut diximus) profugi atque captivi, in universis aberrant nationibus, non urbem, non regionem propriam possidentes. Attamen quia naturaliter benignus est et misericors is qui eos debellaverat, tribuit eis locum pœnitentiæ, si velint ad meliora converti. Unde et dicitur, « recordatus est dierum sæculi (13). » Recordatus enim temporum futurorum, clausam januam aliqua eis ex parte reseravit, ut postquam intraverit plenitudo gentium, tunc omnis Israel (qui hac fuerit dignus appellatione) salvetur. Licet enim in id temeritatis eruperint, ut eum qui propter eos missus fuerat, interficerent, dicentes : « Sanguis ejus super nos, et super filios nostros [97], » tamen Deus suscitavit eum de terra, in cujus corde tribus diebus et tribus noctibus fuerat commoratus : pastorem ovium suarum. Siquidem ita contexitur, « qui eduxit de terra pastorem ovium suarum. »

49. Quod vero pastor ovium Deus, qui nunc prophetali sermone describitur, Dominus sit, manifestius in Evangelio discimus, ipso Salvatore testante, « Ego sum pastor bonus, et animam meam pono pro ovibus meis [98]. » Et iterum : « Oves meæ vocem meam audiunt [99]. » Post hæc omnia prophetes (14) ait, « Ubi est qui posuit super eos Spiritum sanctum? » Admiratur quippe de quanta felicitate ad quantas miserias pervenerint. Et quodam modo loquitur (15) : Qui eos redemerat, qui posuerat in illis Spiritum sanctum suum, habitans cum eis, ubi nunc est? quo abiit? Dereliquit eos, quia ipsi prius dereliquerunt, et ad iracundiam provocaverunt Sanctum Israel. Posuerat autem dudum in eis Spiritum sanctum Deus, cum adhuc boni essent, et præceptis ejus obsequi niterentur. His enim tantummodo Spiritus sanctus inseritur, qui, vitiis derelictis, virtutum sectantur chorum, et juxta eas, et per eas in fide Christi victitant. Quod si paulatim negligentia subrepente cœperint ad pejora confluere (16), concitant adversum se habitatorem suum Spiritum sanctum, et eum qui illum dederat, convertunt ad inimicitias. Huic quid simile et Apostolus ad Thessalonicenses scribens, ait, « Neque enim vocavit nos Deus ad immunditiam, sed ad sanctificationem [1]. »

50. Itaque qui spernit, sive quod melius habetur in Græco, « qui prævaricatur (17), » non hominem prævaricabitur, sed Deum, qui dedit Spiritum sanctum suum in vobis. Nam in his sermonibus Deus vocans per fidem in sanctificationem, id est ut sancti Spiritus fierent credentes (18), dedit eis Spiritum sanctum. Et quandiu præcepta Dei servaverunt, permansit in eis Spiritus sanctus, quem acceperunt. Quando vero amore lubrico (19) corruerunt, et ad immunditiam sunt delapsi, spreverunt, sive prævaricati sunt Dominum, qui dederat eis Spiritum sanctum, ut non immunditiæ deservirent, sed ut sanctificarentur. Unde pœnas luent qui ista commiserunt, non quasi hominem, sed quasi Deum spernentes. Et ut sciamus Dominum esse Spiritum sanctum, qui datur credentibus, ex ipsius prophetæ Isaiæ discamus eloquio, qui inducit ad quempiam dicentem Dominum : « Spiritus meus in te est, et verba mea dedi in os tuum [2]. » Ostenditur enim ex sermone præsenti, quod qui acceperit Spiritum Dei, simul cum eo et verba Dei possideat, sermones videlicet scientiæ et sapientiæ. Necnon et in alio loco ejusdem prophetæ Deus loquitur : « Dedi Spiritum meum super eum [3]. » Qui ergo posuit in eis Spiritum sanctum, Moysen dextera sua sanctificatum esse commemorat, sive illum illustrem virum, et mysteriorum Dei initiatorem, de quo ad Jesum filium Nave Dominus ait : « Moyses famulus meus [4], » sive Legem suam, quæ in Veteri scripta est Instrumento. Nam crebro legisse me memini Moysen appellatum esse pro lege, ut in Apostolo : « Usque in hodiernum diem, quando legitur Moyses [5]. » Et Abraham ad divitem in suppliciis constitutum, « Habent, » inquit, « Moysen et prophetas [6]. » Et certe liquido comprobatur ibi Moysen, non supradictum virum significatum esse, sed legem.

51. Porro quæ est dextra Dei, quæ adduxit Moysen, nisi Dominus et Salvator noster? Ipse est enim dextera Patris, per quem salvat et exaltat et facit virtutem, sicut alibi de Deo dicitur : « Salvavit sibi (20) dextera sua, et brachium sanctum ejus [7]. » Et rursum : « Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me : non moriar, sed vivam, et narrabo opera Domini [8]. » Et certe vocem hanc ex persona Dominici Hominis (21) proferri, quem unigenitus Filius Dei assumere dignatus est ex virgine,

[97] Matth. XXVII, 25. [98] Joan. X, 11. [99] ibid. 27. [1] I Thess. IV. 7. [2] Isa. LIX, 21. [3] Isa. XLII, 1. [4] Jos. I, 13, 15. [5] II Cor. III, 14. [6] Luc. XVI, 29. [7] Psal. XCVII, 1. [8] Psal. CXVII, 16.

(12) Erat præfixo puncto, « Usque ad consummationem quippe mundi, ut diximus, » etc., quæ castigantur a mss.

(13) Vitiosa metathesi obtinebat in editis « aliqua ex eis parte. » Scripti emendant.

(14) Ita in mss. frequenter « prophetes » in recto scribitur Græcorum more, unde editi supine admodum « prophetis » legunt. Est autem Isaias, in cujus expositione loci perseverat.

(15) Perperam editi, quin etiam mss. « et quomodo loquitur? » Tum vetus editio, « qui eos redemerat, qui exaltaverat, qui posuerat, » etc.

(16) Minus recte editi, « negligentia suggerente cœperit ad pejora confluere. »

(17) Al. « prævaricantur, » in Græco ἀθετήσωσι.

(18) Vetus edit. « idem ut sanctificaret credentes. »

(19) Vatic. « vitio lubrico : » vetus edit., « vitiorum, » etc.

(20) Iidem libri, « salvavit ei. » Græc., ἔσωσεν αὐτῷ.

(21) Displicuit olim nonnullis Patribus dici Salvatorem « Dominicum Hominem, » quo sermone separari hominem a Domino, et Christum dividi nova quapiam subtilitate suspicabantur. Revera Apollinaristarum propria erat isthæc loquendi formula, quam Gregorius Nazianzenus epist. 1 ad Cledonium, reprehendit. Hinc etiam excogitata Rufino contra Hieronymum fabula, quam ipse Apol. lib. II recitat,

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ГБР

ex ipso loco manifeste comprehendatur, quia ipse est dextera Dei, sicut scriptum est in Actibus apostolorum, quod factus sit ex semine David secundum carnem, genitus de Virgine, superveniente in eam Spiritu sancto, et virtute Excelsi obumbrante eam. De quo David prophetavit in Spiritu, quod a mortuis resurgens, assumptus sit in cœlos, dextera Dei sublevatus (22). Scribitur ibi autem in hunc modum : « Prævidens idem David locutus est de resurrectione Christi, quoniam non derelictus (23) in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem. Hunc Jesum suscitavit Deus, cui nos omnes testes sumus. Dextera igitur Dei elevatus, et repromissionem Spiritus sancti accipiens a Patre, effudit hoc donum in nobis, quod vos videtis et auditis, neque enim David ascendit in cœlos [9]. » Nulli quippe dubium, exaltatum dextera Dei, et ab inferis resurgentem esse Dominum Jesum, sicut ipse Scripturæ sermone testatus est. Iste ergo qui resurrexit a mortuis dicit : « Ego dormivi et somnum cepi, et resurrexi, quia Dominus suscitavit me [10]. »

52. Ipse ergo sermone Dei (24) assumptus in cœlum, elevatus esse ab ea, de qua supra diximus, dextera Dei prædicatur, et accepisse repromissiones Spiritus sancti a Patre, et effudisse illum in credentes, ita ut omnium linguis loquerentur magnalia Dei. Nam et Dominicus Homo accepit communicationem Spiritus sancti, sicut in Evangeliis scribitur : « Jesus ergo repletus Spiritu sancto, regressus est a Jordane [11] ; » et in alio loco : « Reversus est Jesus in virtute Spiritus in Galilæam [12]. » Hæc autem absque ulla calumnia de Dominico Homine, qui totus Christus, unus est Jesus Filius Dei (25), sensu debemus pietatis accipere, non quod alter et alter sit, sed quod de uno atque eodem, quasi de altero secundum naturam Dei, et hominis disputetur, et quia Deus Verbum unigenitus Filius Dei, neque immutationem recipit, nec augmentum. Siquidem ipse est bonorum omnium plenitudo.

A 53. Satis abundeque de prophetæ testimonio disputatum est, nec ad reliqua pergamus, ut quomodo scimus quod (26) Pater et Filius sanctos et bonos sui communicatione perficiunt : sic sanctus quoque Spiritus participatione sui bonos efficiat sanctosque credentes ; et ex hoc etiam unius cum Patre et Filio substantiæ esse doceatur. Dicitur in Psalmis ad Dominum : « Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam [13]. » Scimus autem in quibusdam exemplaribus scriptum esse, « Spiritus sanctus tuus. » Porro in Esdra absque ulla ambiguitate bonus Spiritus appellatur : « Spiritum tuum bonum dedisti, ut eos faceres intelligere [14]. » Quod autem Pater sanctificet, Apostolus scribit, dicens [15] : « Deus autem pacis sanctificet vos perfectos (27). » B Et Salvator ait : « Pater sancte, sanctifica eos in veritate, quia verbum tuum est veritas [16]. » Perspicue dicens : In me (qui Verbum tuum sum, et veritas tua) sanctifica illos fide et consortio mei. Dictus est et alibi bonus Deus : « Nemo bonus, nisi unus Deus [17]. » Superius quoque ostendimus quoniam Filius sanctificet, Paulo in eadem verba congruente : « Etenim qui sanctificat, et qui sanctificantur, ex uno omnes [18]. » Sanctificantem significans Christum, et sanctificatos eos, qui possunt dicere, « Factus est nobis sapientia ex Deo Christus, et justitia, et sanctificatio [19]. » Appellatur siquidem et Spiritus sanctificationis. Unde et ad eum dicitur : « Et omnes sanctificati sub manibus tuis, et sub te sunt. » Bonus Dominus noster Jesus Christus, et ex bono C Patre generatus est, et de eo legimus : « Confitemini Domino, quoniam bonus [20]. » Confiteantur illi autem qui ab eo aut veniam obsecrant peccatorum, aut gratias referunt ejus clementiæ pro indultis beneficiis. Spiritus quoque sanctus eos quos dignatur implere, sanctificat, ut superius jam demonstratum est, quando ostendimus eum participabilem et a multis simul capi posse. Et nunc in præsenti Pauli testimonio largitor sanctificationis ostenditur, in eo.

[9] Act. II, 31-34 [10] Psal. III, 6. [11] Luc. IV, 71. [12] Luc. VIII, 55. [13] Psal. CXLII, 10. [14] Esdr. IX, 20. [15] I Thess. V, 23. [16] Joan. XVII, 17. [17] Luc. XVIII, 19. [18] Hebr. II, 11. [19] I Cor. I, 30. [20] Psal. CXVII, 1.

« quod Athanasii librum, ubi Dominicus Homo scriptus est, Apollinaristæ ad legendum acceptum ita corruperint, ut in litura id quod raserant rursus scriberent, ut scilicet non ab illis falsatum, sed » a Hieronymo « additum putaretur. » Denique Augustinus cum ea locutione usus esset lib. LXXXIII, quæst. 36, eam postmodum emendari voluit lib. I *Retractat.*, c. 19, quia cum Christus sit Dominus, improprie Dominicus diceretur, quasi significaretur illum non esse Deum, et Dominum, sed Dominicum, hoc est suppositum humanum unitum Domino, seu supposito Domini, quare duo supposita in Christo fingerentur, ut Nestorius blasphemavit. Nihilo secius eam vocem alii potissimum Græci absque ulla dubitatione usurpant. S. Gregorius Nyssenus Orat. secunda de S. Stephano, ὁ μὲν γὰρ Κυριακὸς ἄνθρωπος τοῦ Σωτῆρος, « Dominicus homo Salvatoris. » S. quoque Epiphanius in *Ancorato* n. 95, alique. E Latinis Cassianus Collat. II, cap. 13. « Homo, » inquit, « ille Dominicus, qui redemit humanum genus. » Est autem illis, ut et præsenti Didymi loco, cujus gratia hæc scribo, illa adhibenda expositio S. Thomæ III part., quæst. 16, art. 3 : « Homo Dominicus nonnulla ratione potest defendi, quia scilicet potest aliquis dicere, quod dicitur Homo Dominicus ratione humanæ naturæ, quam significat hoc nomen homo, non autem ratione suppositi. » D

(22) Vatic., « Dei in dexteram sublevatus : » haud recte.

(23) Vetus edit., « derelicta in inferno anima ejus : » paulo infra voces, « donum in nobis, » desiderantur.

(24) Eadem, « Iste ergo qui surgens a mortuis, sermone Dei, » etc.

(25) Absunt a veteri editione isthæc, « qui totus Christus unus est Jesus Filius Dei. » Certe ne « Dominicus homo » Apollinariorum sensu accipiatur, addita sunt, a Didymone, aut Hieronymo, an ab aliis non judico. Recole notam superiorem 21.

(26) Voculæ « scimus quod » in Vaticano et veteri edit. desiderantur. Mox Reginæ cod. « bonus efficit suos credentes. »

(27) Vatic., « vos per omnia, » cum Vulgata. Græc. ὁμᾶς ὁλοτελεῖς.

Digitized by Google Распознавание текста

quod ait : « Debemus autem et nos gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti a Domino, quia elegit Deus nos primitias in salutem, in sanctificatione Spiritus sancti, et fide veritatis [21]. » Nam et in hoc loco charismata Dei subintelliguntur in Spiritu, cum in sanctificatione Spiritus, fides pariter, et veritas possidentur (28).

54. Quia ergo recte, et pie, et ut se veritas habet, hæc diximus, sanctificationis, bonitatisque vocabulum, et ad Patrem, et ad Filium, et ad Spiritum sanctum æque refertur, sicut ipsa quoque appellatio Spiritus. Nam et Pater Spiritus dicitur, ut ibi : « Spiritus est Deus [22] : » et Filius Spiritus (29) : « Dominus, » inquit, « Spiritus est [23]. » Spiritus autem sanctus, semper Spiritus sancti appellatione censetur, non quod ex consortio tantum nominis Spiritus cum Patre ponatur et Filio, sed quod una natura, unum possideat et nomen. Quia vero Spiritus vocabulum multa significat, enumerandum est breviter quibus rebus nomen ejus aptetur. Vocatur spiritus et ventus, sicut in Ezechiele : « Tertiam autem partem disperges in spiritum [24] : » hoc est, in ventum. Quod si volueris secundum historiam illud sentire, quod scriptum est, « In spiritu violento conteres naves Tharsis [25], » non aliud ibi spiritus, quam ventus accipitur. Necnon Salomon inter multa hoc quoque munus a Deo accepit, ut sciret violentias spirituum ; non aliud se in hoc accepisse demonstrans, quam scire rapidos ventorum flatus, et quibus causis eorum natura subsistat. Vocatur et anima spiritus, ut in Jacobi Epistola : « Quomodo corpus tuum (30) sine spiritu mortuum est, » et reliqua [26]. Manifestissime enim spiritus hic nihil aliud nisi anima nuncupatur. Juxta quam intelligentiam et Stephanus animam suam spiritum vocans, « Domine, » inquit, « Jesu, suscipe spiritum meum [27]. » Illud quoque quod in Ecclesiaste dicitur : « Quis scit an spiritus hominis ascendat sursum, et spiritus jumenti descendat deorsum [28] ? » Considerandum utrumnam et pecudum animæ spiritus appellentur. Dicitur etiam excepta anima, et excepto spiritu nostro, spiritus alius (31) quis esse in homine, de quo Paulus scribit : « Quis enim scit hominum ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in eo est [29] ? » Si enim voluerit contendere quispiam animam hic significari in spiritu, quis erit homo cujus cogitationes, et arcana, et secreta cordis occulta nesciat homo (32) nisi spiritus ejus, quia de corpore solitario hoc intelligere velle perstultum est.

55. Quod si arguta nititur fraude subrepere, de Spiritu sancto hæc scripta contestans ; si diligenter verba ipsa consideret, cessabit asserere mendacium. Siquidem ita scriptum est : « Quis enim scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in eo est ? Sic et ea quæ sunt Dei, nemo scit, nisi Spiritus Dei [30]. » Quomodo enim alius est homo, alius est Deus, sic et spiritus hominis, qui est in eo, separatur a Spiritu Dei, qui est in eo : quem Spiritum sanctum frequenter ostendimus. Sed et in alio loco idem Apostolus a nostro spiritu Spiritum Dei secernens, ait : « Ipse Spiritus testimonium perhibet spiritui nostro [31], » hoc significans, quod spiritus Dei, id est Spiritus sanctus, testimonium spiritui nostro præbeat : quem nunc diximus esse Spiritum hominis. Ad Thessalonicenses quoque : « Integer, » inquit, « spiritus vester, et anima et corpus [32]. » Sicut enim alia est anima, et corpus aliud : sic et aliud est spiritus ab anima, quæ suo loco specialiter appellatur. De quo et oravit [*al.* orat], ut integer cum anima servetur et corpore, quia incredibile est, atque blasphemum, orare Apostolum, ut Spiritus sanctus integer servetur, qui nec imminutionem (33) potest recipere, nec profectum. De humano ergo, ut diximus, spiritu in hoc Apostoli sermo testatus est.

56. Appellantur quoque supernæ rationabilesque virtutes, quas solet Scriptura angelos et fortitudines nominare, vocabulo spiritus, ut ibi : « qui *facis* [*al.* facit *et* suos] angelos tuos spiritus [33] ; » et alibi : « Nonne omnes sunt administratores spiritus [34] ? » Puto ad hunc sensum et illud referri, quod in Actibus apostolorum scribitur : « Spiritus Domini rapuit Philippum, et non amplius eum vidit eunuchus [35], » id est angelus Domini in sublime elevans Philippum, transtulit illum in alium locum. Rationales quoque aliæ creaturæ, et de bono in malum sponte propria profluentes, spiritus pessimi, et spiritus appellantur immundi ; sicut ibi : « Cum autem spiritus immundus exierit ab homine ; » et in consequentibus : « Assumit septem alios spiritus nequiores se [36]. » Spiritus quoque dæmones in Evangeliis appellantur. Sed et hoc notandum, nunquam simpliciter spiritum, sed cum aliquo additamento spiritum significari contrarium, ut spiritus immundus, et spiritus dæmonis ; hi vero qui sancti sunt spiritus, absque ullo additamento spiritus simpliciter appellantur

[21] II Thess. II, 12. [22] Joan. IV, 24. [23] II Cor. III, 17. [24] Ezech. V, 2. [25] Psal. XLVII, 8. [26] Jac. II, 26. [27] Act. VII, 58. [28] Eccle. III, 21. [29] I Cor. II, 11. [30] I Cor. II, 10. [31] Rom. VIII, 16. [32] I Thess. V, 23. [33] Psal. CIII, 4. [34] Hebr. I, 14. [35] Act. VIII, 39. [36] Matth. XII, 43-45.

(28) Reginæ liber, « in sanctificatione Spiritus Pater et veritas possidentur. »

(29) Pessime acceptos duos hosce Scripturæ textus ita restituo ac distinguo. Erat in altera « Dominus, » vel « Domini, spiritus ejus » pro « est. »

(30) Alium ab isto e Jacobi Epistola locum substituit Reginæ cod. ; hunc nempe, cap. IV. 5 : « Ad invidiam concupiscit Spiritus qui habitat in vobis : » subditque, « Spiritus enim nihil aliud, » etc. In eo qui exhibetur vocem « tuum » non habet Vatic. liber, neque ipse Jacobi textus.

(31) Insigni errore editi hactenus, et passim mss. legebant « et excepto Spiritu sancto, spiritus alius, » etc. Substitui « spiritui nostro, » ad codicis Reginæ fidem, maxime vero ad rectæ rationis argumentum, et Paulini testimonii sensum.

(32) Vatic. et Reginæ cod., « nesciat alius homo. »

(33) Sic lego ex veteri editione ; in aliis enim erat « immutationem. »

Digitized by Google Распознавание текста

57. Sciendum quoque quod nomen spiritus, et voluntatem hominis, et animi sententiam sonet. Volens quippe Apostolus virginem non solum opere, sed et mente sanctam esse, id est, non tantum corpore, sed et motu cordis interno, ait, « Ut sit sancta corpore et spiritu [37]; » voluntatem spiritu et corpore opera significans. Considera utrum hoc ipsum in Isaia sonet, quod scriptum est : « Et scient, qui spiritu errant, intellectum [38]. » Qui enim errore judicii alia pro aliis bona [*al.* bono studio] existimant, accipient intellectum, ut corrigatur error illorum, ut pro pravis ea quæ recta sunt eligant. Necnon et illud : « Una fortitudo spiritus vestri [39] [*al.* nostri], » vide an idipsum ostendat. Et super omnia vocabulum spiritus altiorem et mysticum in Scripturis sanctis significat intellectum, ut ibi : « Littera occidit, spiritus autem vivificat [40]; » litteram dicens simplicem, et manifestam juxta historiam narrationem; spiritum vero, sanctum et spirituale nosse (34) quod legitur. In hanc congruit voluntatem et illud : « Nos sumus circumcisio, qui spiritu Domino servientes sumus, et non in carne confidentes [41]. » Qui enim non littera carnem concidunt, sed cor spiritu circumcidunt, auferentes omne ejus superfluum, quod generationi proximum est, et amicum, hi vere (35) spiritu circumcisi sunt, in occulto Judæi, et veri Israelitæ, in quibus non est dolus. Qui transcendentes umbras et imagines Veteris Testamenti, cultores veri adorant Patrem in spiritu et veritate [42]: in spiritu, quia corporalia et humilia transcenderunt; in veritate, quia typos, et umbras, et exemplaria relinquentes, ad ipsius veritatis venere substantiam; et, ut jam diximus, humili et corporea verborum simplicitate contempta, ad spiritualem legis notitiam pervenerunt.

58. Hæc interim juxta possibilitatem ingenii nostri quot res spiritus significaret, attigimus, suo tempore quid unumquodque significet, si Christus tribuerit, disserturi. Nonnunquam autem Spiritus, et Dominus noster Jesus Christus, id est, Dei Filius appellatur. « Benignus siquidem est Spiritus sapientiæ [43]. » Et in alio loco : « Dominus autem Spiritus est [44], » ut ante diximus, ubi etiam illud adjunximus, « Spiritus Deus est [45], » non juxta nominis tantum communionem, sed juxta naturæ substantiæque consortium. Quomodo enim quorum diversa substantia est, interdum evenit ut communi vocabulo nuncupentur, et hæc dicuntur ὁμώνυμα· ita eorum, quorum eadem est natura atque substantia, cum societate vocabuli, naturæ quoque æqualitas copulatur, et disciplinæ dialecticorum est appellare hæc συνώνυμα. Idcireo et Spiritus vocabulum, et si quid aliud in Trinitate usurpari solet, συνώνυμον est; verbi gratia, sanctus bonus (36), et cætera hissimilia, de quibus paulo ante perstrinximus.

59. Porro ad hæc necessario devoluti sumus, ut quia frequenter appellatio spiritus in Scripturis est respersa divinis, non labamur in nomine, sed unumquodque secundum locorum varietates et intelligentias accipiamus. Omni itaque studio ac diligentia vocabulum Spiritus, ubi et quomodo appellatum sit, contemplantes, sophismata eorum et fraudulentas decipulas conteramus, qui Spiritum sanctum asserunt creaturam. Legentes enim in propheta, « Ego sum firmans (37) tonitruum, et creans Spiritum [46], » ignorantia multiplicis in hac parte sermonis, putaverunt Spiritum sanctum ex hoc vocabulo demonstrari, cum in præsentiarum spiritus nomen ventum sonet. Necnon in Zacharia audientes locutum Dominum, quod ipse sit qui creat spiritum hominis in eo [47], existimaverunt Spiritum sanctum etiam in hoc capitulo significari, non animadvertentes quod animam hominis, aut spiritum (quem tertium in homine esse jam diximus) spiritus appellatio significet. Ergo ut prælocuti sumus, quomodo unumquodque dictum sit, consideremus, ne forte per ignorantiam in barathrum decidamus erroris. Siquidem in aliis rebus ex consortio vocabulorum error eveniens, confusionem et pudorem ei qui erravit importat; de supernis vero et divinis lapsus ad prava, ad æternam pœnam deducit et tartarum [*al.* barathrum], maxime cum semel deceptus noluerit resipiscere, sed suum defensare impudenter errorem. Decebat etiam, et magnitudo voluminis exigebat, ut finem acciperet oratio.

60. Verum quia infert se quæstio adversus ea quæ superius disputavimus: quam idcirco tunc prætermisimus, ne textum sermonis irrumperet, et inter piam prædicationem impia contentio poneretur, necessarium puto ad propositum respondere, et lectoris arbitrio, quid super his sentiat, derelinquere. Disputantibus ergo supra, quod animam vel mentem hominis nulla creatura juxta substantiam possit implere, nisi sola Trinitas, quia tantummodo secundum operationem, et voluntatis errorem, sive virtutem, animus de his quæ creata [*al.* sociata] sunt impletur : oborta est quæstio nostra, quasi sententiam solvens, quod creata substantia, quæ in Scripturis Satanas appellatur, ingrediatur in aliquos, et cor quorumdam implere dicatur. Nam ad eum qui medietatem pretii de agro vendito sibi, aliud profitens, reservaret, a Petro apostolo dictum est: « Anania, quare implevit Satanas cor tuum [48]? » Et de Juda loquitur ipse Salvator, quod intraverit

[37] I Cor. VII, 34. [38] Isa. XXIX, 24. [39] Isa. XI, 15. [40] II Cor. III, 6. [41] Philipp. III, 3. [42] Joan. IV, 24. [43] Sap. I, 6. [44] II Cor. III, 17. [45] Joan. IV, 24. [46] Amos IV, 12. [47] Zach. XII, 1. [48] Act. V, 3.

(34) Iterum ex eadem editione et Vatic. ms., cum antea, « esse » pro « nosse » legeretur.

(35) Vitiose et hiulco sensu erat, « hi vero » pro « vere : » tum novo mendo, « veræ Israelitæ » pro « vere, » aut « veri. »

(36) Emendo ex veteri editione, « Sanctus bonus, » cum esset contra Auctoris mentem, « Spiritus bonus. »

(37) Pro « sum firmans, » Græc. στερεῶν, erat « confirmavi. » In aliquot mss., « sum formans. »

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

in eum Satanas, Ad quod postea respondendum est. Interim nunc disputemus (38) adversum id quod scriptum est, « quare implevit Satanas cor tuum [49]? » quomodo Satanas mentem alicujus et principale (39) cordis impleat, non ingrediens in eum et in sensum ejus, atque, ut ita dicam, aditum cordis introiens, siquidem hæc potestas solius est Trinitatis; sed quasi callidus quidam et nequam ac fallax fraudulentusque deceptor, in eos animam humanam malitiæ affectus trahit, per cogitationes et incentiva vitiorum, quibus ipse plenus est. Denique et ipse Elymas magus filius diaboli, juxta malitiam nequitiamque subsistens, plenus omni dolo et malitia, scribitur « Satana patre ejus, » hanc ei voluntatem, quasi ex consuetudine vitiorum in naturam vertente (40). Arguens itaque eum apostolus Paulus atque corripiens ait : « O plene omni iniquitate et omni dolo, fili diaboli, inimice justitiæ Dei [50]! » Quia enim versipellis et callidus, omnem in se dolum fraudulentiæ susceperat, appellatur filius diaboli, quia implebat ipse omne principale illius fraude et iniquitate, et omni malitia ; in tantum illiciens eum atque decipiens, ut ipse Satanas implesse animam ipsius, et habitare in eodem putaretur, quem ad omnes suæ perversitatis dolos, ministrum sibi ac famulum præparaverat (41).

61. Ad id vero quod secundum posueramus [*Vat.* proposueramus] exemplum, quia in Judam introisset Satanas, hoc dicendum est. Observans diabolus quibusdam motibus et operationum signis, ad quæ potissimum Judæ cor esset vitia proclivius, deprehendit eum patere insidiis avaritiæ, et reperta cupiditatis janua, misit in mentem ejus quomodo desideratam pecuniam acciperet, et per occasionem lucri, proditor magistri et Salvatoris sui exsisteret, argentum pro pietate commutans, et suscipiens pretium sceleris a Pharisæis atque Judæis. Hæc ergo cogitationis occasio locum tribuit Satanæ, ut in cor ejus introiens, impleret eum pessima voluntate. Introivit ergo non secundum substantiam, sed secundum operationem, quia introire in aliquem, increatæ naturæ est ejus, quæ participetur a pluribus. Imparticipabilis ergo diabolus est, non creator, sed creatura subsistens. Unde et convertibilis atque mutabilis, e sanctitate decidit atque virtute. Diximus supra μετοχικόν [*erat* μετοχικῶς], id est, quod participatione capiatur, esse incorruptibile et immutabile, et consequenter æternum. Quod autem mutari potest, A factum esse et habere principium. Porro quod incorruptibile sit, esse et retro et dëinceps sempiternum. Non ergo, ut quidam putant, participatione naturæ, sive substantiæ implet quempiam diabolus, aut ejus habitator efficitur, sed per fraudulentiam, et deceptionem, et malitiam, habitare in eo creditur quem replevit. Hac autem fallacia etiam presbyteros, qui adversus Susannam in crudelitatem se verterant (42), intravit, implens animas eorum incendio libidinis, et sera senii voluptate. Scriptum est enim: « Venerunt autem et duo presbyteri, pleni iniqua cogitatione [51]. » His insidiis implevit et universum populum Judæorum, dicente propheta de eo: « Væ, gens peccatrix, populus plenus peccatis, semen pessimum, filii iniqui [52]. » Semen quippe nequam diabolus (43), et filii ejus, propter iniquitatem et plenitudinem, dicti sunt peccatores. Si autem ab his qui ejus in Scripturis filii nominantur, juxta substantiæ participationem non capitur [*al.* nuncupantur], siquidem impossibile hoc esse in creaturis frequenter ostensum est, neque alius quis potest eum capere participatione substantiæ, sed tantummodo assumptione fraudulentissimæ voluntatis. Operationem quippe et studia non solum bonorum operum, sed etiam malorum in creaturis diximus ; naturam vero atque substantiam solius in alios posse Trinitatis intrare (44).

62. Abunde, ut reor, occursum est propositæ quæstioni. Quia vero ineptum et stultum videtur, adversus fatua respondere, et si quid in buccam ruerit [*al.* irruit] impiorum, hoc velle dissolvere ; non enim tantum impietas est, scelerata proponere, quantum et de sceleratis cum resistente velle (45) tractare ; idcirco illud quod solent jactare, prætereo sacrilega adversus nos audacia proclamantes : Si Spiritus sanctus creatus non est, aut frater est Dei Patris, aut patruus est unigeniti Jesu Christi, aut filius Christi est, aut nepos est Dei Patris, aut ipse Filius Dei est, et jam non erit unigenitus Dominus Jesus Christus, cum alterum fratrem habeat. Miseri atque miserabiles, non sentientes de incorporeis et invisibilibus, juxta corporalium et visibilium disputari non licere naturam. Fratrem esse vel patruum, nepotem vel filium, corporum nomina sunt, et imbecillitatis humanæ vocabula. Trinitas vero omnes has prætergreditur nuncupationes. Et quotiescunque in aliqua de his cadit ; nominibus nostris, et incongruis vocabulis non suam naturam (46) loquitur. Cum

[49] Joan. XIII, 27. [50] Act. XIII, 10. [51] Dan. XIII, 28. [52] Isa. I, 4.

(38) Imperfecto sensu erat : « Interim nunc ad id quod scriptum est. » Verbum « disputemus » ex Reginæ ms. alterum « adversum, » ex ipso et Vaticano expressum est.

(39) Græce ἡγεμονικόν. Vide in commentariis *in Matthæum*.

(40) Vatic., « quasi ex consuetudine secundam pene injiciente naturam. »

(41) Idem, « ministrum sibi ac filium præparaverat. »

(42) Vetus edit., « qui adversus Susannam amorem in crudelitatem verterant. » Vatic., « qui adversus Susannam sæviebant, in crudelitatem verterat, et implevit animas, » etc.

(43) Cod. Reginæ, « filii diaboli. » Et mox Vatic. « dicti sunt peccatorum, » probo uterque sensu, nisi etiam meliori.

(44) Expressius Reg. ms., « sed etiam malorum participabilia esse in creaturis diximus, naturam vero atque substantiam solius Trinitatis in alios posse intrare. »

(45) Erat incommodo sensu, « saltem resistentem velle, » etc. ; tum certo errore, « quod solent tractare, prætereo, » pro « jactare, » aut « jactitare, » quod habent emendatiores libri.

(46) Male obtinebat, « non sua natura, » in recto. Emendat Vatic. et vetus editio.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

igitur sancta Scriptura amplius de Trinitate non dicat, nisi Deum Patrem esse Salvatoris, et Filium generatum esse a Patre, hoc tantummodo debemus sentire quod scriptum est. Et ostenso quod Spiritus sanctus increatus sit, consequenter intelligere, quod cujus non est creata substantia, recte Patri Filioque societur.

63. Hæc juxta eloquii nostri paupertatem in præsenti dicta sufficiant, timorem meum, quod de Spiritu sancto loqui ausus sim, indicantia (47). Quicunque enim in eum blasphemaverit, non solum in hoc sæculo, verum etiam in futuro non dimittetur ei [53], nec ulla misericordia et venia reservabitur illi qui conculcaverit Filium Dei, et injuriam [*al.* contumeliam] fecerit Spiritui gratiæ ejus, in quo sanctificatus est [54]. Quod quidem et in Deo Patre est intelligendum. Nam qui blasphemaverit in eum, et impie egerit, sine venia cruciabitur, nullo pro eo Dominum deprecante (48), sicut scriptum est, « Qui autem in Dominum Deum peccaverit, quis orabit pro eo [55]? » Necnon et qui Filium negaverit coram hominibus, negabitur ab eo coram Patre, et angelis ejus [56]. Ergo quia nulla venia in Trinitatem conceditur blasphemantibus, omni studio et cautela est providendum, ut ne in brevi quidem parvoque sermone de ea disputantes, labamur. Quin potius si quis hoc volumen legere voluerit, quæsumus, ut mundet se ab omni opere malo, et cogitationibus pessimis : quo possit illuminato corde ea intelligere quæ dicuntur, et plenus sanctitate atque sapientia, ignoscere nobis, sicubi voluntatem nostram non implevit effectus, et tantummodo consideret qua mente quid dictum sit, non quibus expressum sermonibus. Sicut enim pietatis sensum nobis audaciter juxta nostram conscientiam vindicamus, ita quantum de eo loqui pertinet, venustatem rhetoricam facundiamque, juxta consequentiam (49) textumque sermonis, procul abesse simpliciter confitemur. Studii quippe nostri fuit, de Scripturis sanctis disserentibus, pie intelligere quæ scripta sunt, et imperitiam mensuramque nostri non ignorare sermonis.

[53] Matth. XII, 32. [54] Hebr. X, 29. [55] I Reg. II, 25. [56] Matth. X, 33.

Didymi. Nec enim poterat diabolus ignem e cœlo deducere, verum Dei judicio hoc factum est, ut Satanæ ostenderet, qui potestatem in Jobi facultates ei concesserat, beato viro mortalia et humana hæc cordi non esse, quantumvis multas machinas ipsi admoveret. Licet enim sanctus diligenter in veritatis dogmatibus versatus, sine Dei permissu, tentandi veniam minime concedi, certo intelligeret; propter eos tamen qui scandalizabantur, ac si Deus ipsum hostiliter adortus fuisset, non levem ei dolorem attulit, id quod evenerat. Etenim quod prædantes adversarii pecus abegissent, quod pueros interfecissent, id non a Deo, sed ab hostibus hostiliter invadentibus factum esse, ii qui simpliciores erant, credere poterant; at ubi ignem e cœlo nuntiatum est a Deo delapsum esse, sane periculum imbecillis mentibus creabatur, ne forte crederent nihil esse in ipsa virtute admirabile, cum is qui eam possideret a Deo nihilominus cruciaretur. Sed neque, cum hoc accidisset, sanctus animo labascebat; unde ut constantem et irremissum sancti tenorem evidenter manifestaret, dictum est, quod dum unus loqueretur, alter venerit. Ne igitur luctatori requiem ullam et respirationem laborum largiretur, sed frequenti nuntio justum turbaret, et ægritudinum mole tanquam navem fluctuum multitudine obrutam, succumbere cogeret, multa et acerba calamitatum tela contra ipsum jaculatur; ipse malorum opifex, ipse nuntius, ipse jumenta percussit, et ipse plagam annuntiat, et illam frequentem adeo ac continuam, ut auditori respiratio non concedatur.

Στ. ιζ'. *Ἔτι τούτου λαλοῦντος, ἦλθεν ἕτερος ἄγγελος, καὶ εἶπε πρὸς Ἰώβ, Οἱ ἱππεῖς ἐκόλησαν ἡμῖν κεφαλὰς τρεῖς, καὶ ἐκύκλωσαν τὰς καμήλους*, κ. τ. λ.

VERS. 17. *Adhuc isto loquente, venit alius nuntius, et dixit ad Jobum : Equites fecerunt nobis tria capita, et circumdederunt camelos*, etc.

Διδύμου. Τὸ γοῦν καὶ περὶ τῆς σφαγῆς τῶν παι- D δῶν ἀκοῦσαι, καὶ ἀνδρείως ἐνεγκεῖν, τοῦτο δείκνυσι τὴν ἀνδρείαν τε τοῦ δικαίου καὶ καρτερίαν. Δῆλον δὲ, ὡς ὑφ' ἓν πάντα γέγονε, μηδὲ ἀκουσάντων υἱῶν τὰ συμβεβηκότα, καὶ γὰρ ἐσημειώσατο ἡ Γραφὴ, ὅτι παρὰ τῷ πρεσβυτέρῳ αὐτῶν ἀδελφῷ ἠρίστων. Ταῦτα ἱκανὰ ἦν εἰς ἔκστασιν ἀγαγεῖν καὶ θορυβῆσαι τοὺς μὴ λογιζομένους τὰς συνεχεῖς τροπὰς τῶν πραγμάτων καὶ ἀλλοιώσεις, τοὺς συνέχειν πειρωμένους τὰ μὴ ἴδια, ὧν ἡ κτῆσις λυπηροτέρα καὶ τῆς πρώτης στερήσεως. Ἤδη γάρ τινες τῷ ἀθρόῳ τῆς μεταπτώσεως προσομιλήσαντες, καὶ περὶ αὐτὸν τὸν σώφρονα νοῦν ἐκινδύνευσαν, τοσοῦτον ἀλόντες ὑπὸ τοῦ πάθους, ὅσον καὶ ἠγάπησαν τὰ μίσους ἄξια καὶ φυγῆς. Μετρεῖ γὰρ αὐτοῖς τὴν ἀθυμίαν, τῆς πολλῆς εὐθυμίας τὸ

Didymi. De liberorum nece audire, idque forti animo ferre, justi fortitudinem invictumque robur testatur. Atque isthæc omnia Jobi filiis imprudentibus, nihilque scientibus, simul evenisse indicat aperte Scriptura, cum apud fratrem natu majorem illos prandisse ostendit. Magnam vim hæc habent, ad illorum mentes conturbandas et stupore consternandas, qui frequentes rerum humanarum conversiones et mutationes minime meditantur; qui bona, quæ sua non sunt, corradere conantur, quorum molestior solet esse possessio, quam privatio ab initio fuit. Hactenus enim nonnulli in subita rerum mutatione versantes, sanæ mentis periculum adierunt, et perturbationi animi tantum cesserunt, ut quæ odio ac fuga digna erant, adamarint; tranquillitas

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ЕР

enim nullis ærumnis exercita, illorum anxietatem metitur. Bonorum enim possessionem non adipisci, tristitiam comitem non agnoscit; experientiam autem eorum semel habuisse, antequam eripiantur, metum cum perturbatione conjunctum habet, et postquam erepta fuerint, dolores acerbos secum affert, siquidem tranquillitas effrenis, et mens quæ disciplina imbui nequit, miserrimis lamentationibus corripitur. Talis nequaquam fuit insignis Jobus, illud, inquam, eximium tolerantiæ constantiæque peculium, summa illa fortitudinis absolutio, illud pietatis caput, et philosophiæ rarum exemplar: tranquillitatem enim prudenter, et calamitatem fortiter ferre noverat; philosophiam enim et æquanimitatem, qua prius imbutus erat, quæ deinde consecuta sunt vulnera, minime refutarunt. Qua enim ratione, homini divinarum rerum disciplina exculto, atque ad pietatem antea instituto, intolerabilis ærumna illa videri poterat? qui enim didicit, divitias communes habere, sumptus faciendo in egenos ditescit, nec divitiarum jacturam reformidat: quare nec ab illis divulsus ægre fert, sed calamitatem philosophiæ et æquanimitatis causam potius facit; rebus prosperis, morum modestia pro freno est, et adversis se frangi et cedere non sinit, utpote qui divino præsidio septus sit. Novit enim utrumque statum philosophia moderari, unde nec magnificentia ad injuriam abutitur, philosophiam enim possidet, neque ærumnarum procella obruitur, animi enim tolerantiam exercet, et maligni tentatio via illi ad salutem fit. Deceptus igitur est adversarius, qui Jobo ad bonorum possessionem viam patefecit, quia eripere ei in animo habuit: quare et conjux insidiosa objurgatur, et liberorum omnium interitus pietatem minime lædit, nec ignis ruens e cœlo de suo statu mentem, Dei beneficio servatam, deturbat: nec frequentes malorum nuntii, et qui undique exaudiebantur ejulatus, constantiam labefactant. Nam qui Deo utitur familiariter, res terrestres et corruptibiles parvi pendit, tantoque propius ad superna et fixa bona accedit, quanto ab his caducis longius abest. Nequitiæ enim spiritus, et concitati fluctus, justam mentem submergere non poterant; Deus enim calamitati modum statuens, præsidio ei fuit: qui, licet externa omnia tentatori permiserit, ut Jobi prudentiam et animi moderationem ostenderet, mentem tamen, quam in aciem ad bellandum produxit, et per quam tot tantaque tropæa reportavit, illibatam et intactam servavit.

A ἀβασάνιστον. Τὸ γὰρ μὴ πρὸς κτῆσιν ἐλθὸν, καὶ λύπης ἐστὶν ἀπείρατον· τὸ δὲ ἐν πείρᾳ γενόμενον, καὶ πρὸ τῆς στερήσεως σύνοικον ἔχει τὸν φόβον τοῦ πάθους, καὶ μετὰ τὴν στέρησιν δριμείας φέρει τὰς ὠδῖνας. Εὐθυμία γὰρ ἀχαλίνωτος, καὶ νοῦς ἀπαιδαγώγητος, τελευταίοις ἁλίσκεται θρήνοις. Ἀλλ' οὐ τοιοῦτος ἦν Ἰὼβ ὁ ἀοίδιμος, τῆς καρτερίας τὸ θαυμαστὸν χρῆμα, τῆς ἀνδρείας ὁ ἀκρότατος ὅρος, τὸ τῆς εὐσεβείας κεφάλαιον, τῆς φιλοσοφίας τὸ μέγα παράδειγμα. Φέρειν γὰρ οἶδε, καὶ εὐθυμίαν σωφρόνως, καὶ συμφορὰν γενναίως. Ἡ γὰρ προλαβοῦσα φιλοσοφία ταῖς μετὰ ταῦτα πληγαῖς οὐδαμῶς ἀπελέγχεται. Πῶς δ' ἂν καὶ ἐγένετο τὸ πάθος ἀφόρητον τῷ τὰ θεῖα πεπαιδευμένῳ, καὶ προασκηθέντι καλῶς τὴν εὐσέβειαν; Ὁ γὰρ τὸν πλοῦτον κοινὸν ἔχειν πεπαιδευμένος, ταῖς B δαπάναις τῶν δεομένων πλουτεῖ, καὶ οὐκ εὐλαβεῖται τὴν στέρησιν· διὸ καὶ ἀφιστάμενος οὐ δυσχεραίνει, φιλοσοφίας δὲ μᾶλλον ἀφορμὴν τὸ πάθος πεποίηται, καὶ τοῖς φαιδροῖς χαλινὸν ἐπιτιθεὶς τοῦ ἤθους τὸ μέτριον, καὶ τοῖς λυπηροῖς εἴκειν οὐκ ἀνεχόμενος, οὔτε καὶ φρουρούμενος ἄνωθεν. Οἶδε γὰρ φιλοσοφία πρὸς ἑκατέραν μεταβολὴν σωφρονεῖν· ὅθεν οὔτε ταῖς πολυτελείαις ἐξύβρισε [ἴσ. ἐξυβρίζει] (πλουτεῖ γὰρ φιλοσοφίαν), οὔτε καταβαπτίζεται ταῖς συμφοραῖς (ἀσκεῖ γὰρ τὴν καρτερίαν), καὶ γίνεται αὐτῷ σωτηρίας ὁδὸς ἡ τοῦ βασκάνου πεῖρα. Ἔλαθε γὰρ ἑαυτὸν ὁ πολέμιος, ἐκεῖθεν ὁδοποιῶν αὐτῷ πρὸς τὴν κτῆσιν τῶν ἀγαθῶν, ὅθεν ἐλεῖν αὐτὸν προσεδόκησε· διὰ τοῦτο καὶ σύνοικος ἐπιβουλεύουσα διελέγχεται, καὶ παίδων πανολεθρία τὴν εὐσέβειαν οὐ λυμαίνεται, καὶ πῦρ ῥέον ἀπ' οὐρανοῦ τὴν διάνοιαν οὐ παρακρούεται, C σωζομένην ὑπὸ Θεοῦ· καὶ αἱ συνεχεῖς τῶν κακῶν ἀγγελίαι, καὶ αἱ πανταχόθεν οἰμωγαὶ τὴν καρτερίαν οὐ σαλεύουσι. Πᾶς γὰρ Θεῷ προσομιλῶν, μικρὰ φροντίζει τῶν κάτω καὶ φθειρομένων. Τοσούτῳ δὲ μᾶλλον οἰκειοῦται τοῖς ἄνω καὶ μένουσιν, ὅσῳ καὶ τῶν παρόντων ἐλαύνεται. Τὸ γὰρ τῆς πονηρίας πνεῦμα, καὶ ἡ τοῦ κλύδωνος ἐπανάστασις, δικαίαν οὐκ οἶδε καταβλάπτειν [ἴσ. καταβάπτειν] ψυχήν· ἐρρύρει γὰρ αὐτὴν ὁ Θεὸς, μετρήσας τὴν συμφοράν· τὸ μὲν ὅσα περὶ αὐτὴν, τῷ πειράζοντι συγχωρήσας, εἰς ἔλεγχον σώφρονος λογισμοῦ, τὸν δὲ νοῦν ἀπαθῆ φυλάξας, ᾧ καὶ πολεμεῖν ἔμελλεν, ᾧ καὶ παραταξάμενος, τῶν τοσούτων τροπαίων ἐκράτησεν.

VERS. 18, 19. *Adhuc isto loquente, alius nuntius venit, dicens Jobo: Filiis tuis*, etc.

D Στ. ιη, ιθ'. Ἔτι τούτου λαλοῦντος, ἄλλος ἄγγελος ἔρχεται, λέγων τῷ Ἰὼβ, Τῶν υἱῶν σου, κ. τ. λ.

Didymi. Non frustra illud additur, *filiis et filiabus tuis edentibus ac bibentibus*, verum ad augendam molestiam diabolus id molitur, ut rerum, quæ consecutæ sunt, atrox narratio dolorem justo afferret incredibilem. Si enim, dormientibus liberis, hoc evenisset, ruina, quæ sine sensu fuit, minus Jobi animum cruciasset: additur vero illud, *subito*, et emphasin habet, ut significet, rem ita contigisse, ut nemini evadendi facultas sit concessa.

Διδύμου. Οὐ μάτην πρόσκειται τὸ, Τῶν υἱῶν σου καὶ τῶν θυγατέρων ἐσθιόντων καὶ πινόντων, ἀλλὰ πρὸς ἐπίτασιν ἀνοίας, καὶ τοῦτο τοῦ διαβόλου πραγματευομένου, ἵνα ἡ τῶν γεγενημένων ἐπαγγελὶς βαρεῖα γενομένη, λύπην ὑπερβάλλουσαν τῷ ἀγῶνι ἐμποιήσῃ. Κοιμωμένων γὰρ τῶν τέκνων εἰ συνέβη, τὸ τῆς πτώσεως ἀνεπαίσθητον λογιζόμενος, οὐχ οὕτως ἠνιᾶτο· πρόσκειται δὲ τὸ, ἐξαίφνης, ἐμφαντικὸν τοῦ μὴ δύνασθαί τινα διαδρᾶναι, οὕτω συμβάντος τοῦ πράγματος.

Digitized by Google Распознавание текста

ΚΕΦ. Β', στ. ς'. *Εἶπε δὲ ὁ Κύριος τῷ διαβόλῳ· Ἰδού, παραδίδωμί σοι αὐτόν· μόνον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ διαφύλαξον* (ὁ δὲ Θεοδοτίων, *τῆς ψυχῆς αὐτοῦ οὐχ ἅψῃ*).

Διδύμου. Καὶ τοῦτο πρὸς ἡμετέραν ὠφέλειαν, ἵνα χαρακτὴρ καὶ τύπος ἀνδρείας, καθάπερ ἐν στηλογραφίᾳ, ὁ Ἰὼβ τεθείς, σκοπὸς τῆς τοιαύτης ἀρετῆς, καὶ τοῖς τότε, καὶ τοῖς μεταγενεστέροις, ὑπάρξῃ· ὃ καὶ γέγονεν. Αὐτοῦ γὰρ ἔστιν ἀκοῦσαι τοῦ ἀθλητοῦ καὶ ἀγωνιστοῦ λέγοντος· *Οἶδα ἐγὼ, ὅτι δίκαιος ἀναφανοῦμαι.* Παραδιδοὺς δὲ ὁ Κύριός φησι, *Μόνον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ διαφύλαξον.* Ὅπερ νοηθείη οὕτως· Παρακοπὰς πολλάκις, καὶ τοῦ ἡγεμονικοῦ διαστροφὰς ἔν τισιν ὁρῶμεν γινομένας, δι' οὓς οἶδε λόγους ὁ τὰ κρυπτὰ γινώσκων Θεός. Ἐπεὶ οὖν εἰς παραφροσύνην τὸν δίκαιον ἀγαγεῖν ἔσπευδεν ὁ διάβολος, καὶ ἔκστασιν φρενῶν, ἵνα καὶ ἄκοντα αὐτὸν τοῖς τῆς βλασφημίας περιβάλῃ ῥήμασιν, Ἰδού, φησὶ, παραδίδωμί σοι ὃν ἐξῃτήσω, ἵνα κακεῖνος πλεῖον εὐδοκιμήσῃ, καὶ σὺ αἰσχυνθείς [ἴσ. αἰσχυνθῇς]· πλὴν μὴ κάρον αὐτῷ καὶ διαστροφὴν ἐργάσω τοῦ ἡγεμονικοῦ. Τοῦτο γὰρ οὐκ ἐφεῖταί σοι, ἵν' ἐῤῥωμένῳ τῷ λογισμῷ τὴν ἐν τοῖς πάθεσιν ἐνδείξηται ἀνδρείαν, ἀλλὰ σαρκῶν ἅπτου, καὶ ὀστέων, ὡς ἐξῃτήσω.

CAP. II, vers. 6. *Dixit autem Dominus diabolo: Ecce, trado tibi eum : tantummodo animam ejus custodi* (Theodotion vero, *animam ejus ne tetigeris*).

Didymi. Et hoc quidem ad nostram utilitatem, ut Jobus, character ac forma fortitudinis, tanquam in columna, relinqueretur insculptus, esset que non solum illius ætatis hominibus, verum etiam posteris, tam insignis virtutis scopus; quod profecto contigit : ipsum enim athletam et pugilem dicentem audire licet : *Novi ego quod justus apparebo* (*Job* XIII, 8). Dominus autem diabolo eum tradens dicit, *Tantummodo animam ejus custodi.* Quorum verborum ea videtur esse sententia : Quosdam propter causas abditas et secretas, quas solus novit Deus, in mentis furorem insaniamque sæpenumero incidere videmus. Quoniam igitur ad insipientiam et mentis emotionem diabolus justum impellere nitebatur, ut vel invitum, impia et blasphema verba proferre cogeret, Idcirco, inquit Deus, trado tibi quem depoposcisti, ut et ejus magis testata sit virtus, et tu majore pudore perfundare : verum cave, ne veternum inducas, et animi principatum pervertas; neque enim id tibi permittitur, quia mentis sanitate ostendenda est· sed, ut petiisti, carnes ossaque conservata, fortitudo ejus, in perferendis malis, ejus tangito.

Στ. θ'. *Χρόνου δὲ πολλοῦ προβεβηκότος, εἶπεν αὐτῷ ἡ γυνὴ αὐτοῦ· Μέχρι τίνος καρτερήσεις, λέγων· Ἰδοὺ ἀναμένω χρόνον ἔτι μικρὸν, προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μου;*

VERS. 9. *Tempore autem multo transacto, dixit ei uxor ejus : Quousque sustinebis dicens : Ecce permaneo tempus adhuc parvum, exspectans spem salutis meæ?*

Διδύμου. Ἀτονήσας ἐκ τῶν τοσούτων προσβολῶν ὁ διάβολος, καὶ οὐκ ἔχων ὅ τι ποιήσει λοιπὸν. ἐπὶ τὴν τῆς ἀρχαίας ἐπιβουλῆς ἔρχεται μνήμην, καὶ τοῦ γυναίου διάνοιαν ὑποσύρας, δι' ἐκείνης σαλεύειν ἐπειρᾶτο τὸν ἀθλητήν· καὶ τρίτον αὐτῷ πλέκει πάλαισμα, τὴν αὐτῆς ὁμιλίαν, ἴσως διὰ ταύτης τὸν Ἰὼβ, ὡς καὶ διὰ τῆς Εὔας τὸν Ἀδὰμ, ἀπατήσειε. Χρόνου γὰρ πολλοῦ προβεβηκότος, ὡς οὐδὲ αὐτὸς δεδύνηται σεῖσαι τὸν τῆς εὐσεβείας πύργον, τὰ τῆς ὀλιγωρίας προφέρειν πείθει τὴν γυναῖκα ῥήματα.

Didymi. Tot incursionibus ac pugnis fractus diabolus, cum quod amplius faceret, nesciret, in antiquæ fraudis memoriam redit, et mulierculæ animum subdole ad se alliciens, illius opera athletam subvertere conatur; et tertium contra eum certamen molitur, colloquium scilicet cum illa, si forte hac ratione Jobum inescare posset, prout ab Eva Adamus in fraudem illectus fuit. Tempore autem multo effluxo, cum pietatis turrim quatere se non posse videret, conjugi persuadet ut verba contemptus proferat.

ΚΕΦ. Γ', στ. η'. *Ἀλλὰ καταράσαιτο αὐτὴν ὁ καταρώμενος τὴν ἡμέραν ἐκείνην· ὁ μέλλων τὸ μέγα κῆτος χειρώσασθαι.*

CAP. III, vers. 8. *Sed maledicat ei qui maledixit diem illam, qui habet magnum cetum opprimere.*

Διδύμου. Καλῶς δὲ τὸ, *Ὁ μέλλων χειρώσασθαι*, εἴρηται, δηλοῦν τὸ κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν μυστήριον, ὡς μήπω τότε γεγονὸς, μέλλον δὲ γενέσθαι. Οὐ γὰρ ἥρμοζε γυμνῇ τῇ θεότητι καταργῆσαι [ἴσ. καταργηθῆναι] τὸν κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου διάβολον, ἀλλὰ διὰ τοῦ ναοῦ τοῦ Λόγου [ἴσ. τοῦ Λόγου ἀνθρώπου] γεγενημένου ἐκ σπέρματος τοῦ ἀπατηθέντος ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Καύχημα γὰρ ἦν τῷ πονηρῷ, εἰ γυμνῇ τῇ θεότητι χειρωσάμενος αὐτὸν ὑπῆρξε. Τὰ διάφορα δὲ ὀνόματα τοῦ διαβόλου, ἐνεργείας αὐτοῦ διαφόρους, οὐκ οὐσίας, δηλοῖ. Διάβολος γὰρ καὶ ἀντικείμενος, καὶ πονηρὸς, καὶ λέων, καὶ δράκων, καὶ ὄφις, καὶ θηρίον, καὶ κῆτος, διὰ τὸν τρόπον λέγεται, διαφόρως αὐτοῦ τὴν κακίαν ἐνεργοῦντος· ὅπερ ἀνατρεπτικόν ἐστι τοῦ Μανιχαϊκοῦ δόγματος.

Didymi. Recte autem dictum est, *Qui habet opprimere*, ut Incarnationis mysterium manifestaret, quod tum non fuerat, sed postea futurum erat. Neque enim sola divinitate diabolum, qui mortis imperium habebat (*Hebr.* II, 14), aboleri decebat, sed per Verbum factum hominem, ex semine ejus quem decepit diabolus; improbo enim dæmoni gloriationis materia fuisset, si sola divinitate eum subjugasset. Porro, diaboli diversæ appellationes, diversas ejus operationes, non item multiplicem essentiam, declarant. Diabolus enim, adversarius, malus, leo, draco, serpens, bellua et cetus, propter ingenii mores, appellatur, quoniam multiplici artificio malitiam suam operatur : quod Manichæorum dogma funditus evertit.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ФР

CAP. IV, vers. 2. *Num sæpe tibi sermo est habitus in molestia? pondus autem verborum tuorum quis sustinebit?*

Didymi. Vel illud, *Sæpe tibi sermo habitus est in molestia?* significat, te sæpius sermonem apud quosdam habuisse, qui casibus urgebantur adversis, iisdemque in labore consolationem adhibuisse, id est, in calamitatibus et ærumnis : nunc autem verba tua contemptus plena, nemo æquo animo ferre potest; et sermonis tui tanta asperitas est, ut eum, qui libenter sileret, ad refellendum excitet.

A ΚΕΦ. Δ', στ. β'. *Μὴ πολλάκις σοι λελάληται ἐν κόπῳ; ἰσχὺν δὲ ῥημάτων σου τίς ὑποίσει;*

Διδύμου. Ἡ τὸ, *Πολλάκις σοι λελάληται ἐν κόπῳ;* δηλοῖ, ὅτι καὶ αὐτὸς σὺ πολλάκις ἐχρήσω λόγοις πρός τινας περιπεπτωκότας θλιβεροῖς, καὶ παράκλησιν αὐτοῖς προσήγαγες ἐν κόπῳ, τουτέστιν ἐν ταῖς συμφοραῖς καὶ ταῖς θλίψεσι· νῦν δὲ τὰ σὰ ῥήματα ὀλιγωρίας πεπληρωμένα οὐδεὶς οἷός τέ ἐστι φέρειν, ἀλλὰ τὸ τραχύ σου τῶν λόγων καὶ τὸν ἄγαν ἡσυχάζειν βουλόμενον διανίστησι πρὸς ἀντιλογίαν.

Vers. 10. *Robur leonis, et vox leænæ, et gaudium draconum exstinctum est. Myrmicoleo periit, eo quod non haberet escam : et catuli leonum divisi sunt ab invicem.*

Didymi. Naturas sumit brutorum, quæ nostro B genero non tantum inutilia exsistunt, verum etiam eidem insidiosa sunt; probatque Eliphazus, quidquid iniquum est et arrogans, perdi a Deo. Nam cum Deo visum fuerit, inquit, intolerabilis concidit leo; et leænæ vox truculenta exstinguitur, qua infirmiores belluas territat ; dracones humiliati sunt; myrmicoleo periit, cibo ipsi minime ministrato; *et catuli leonum divisi sunt ab invicem*, hoc est, generis sui successione non propagantur.

Ad historiam quod attinet, postquam dixit Eliphazus (vers. 8, 9), eos qui seminant absurda, præcepto Domini perituros, subjungit, idem leoni et draconi eventurum esse, cum Deus voluerit. Qui igitur in mutis tuetur ordinem, multo magis hunc inter homines conservabit. C

Στ. γ'. *Στόμα λέοντος, φωνὴ δὲ λεαίνης, γαυρίαμα δὲ δρακόντων ἐσβέσθη. Μυρμηκολέων ὤλετο παρὰ τὸ μὴ ἔχειν βοράν· σκύμνοι δὲ λεόντων ἐλίπον ἀλλήλους.*

Διδύμου. Λαμβάνει φύσιν ἀλόγων οὐ πάνυ τοι χρησίμην τῷ γένει τῷ ἡμετέρῳ, ἀλλὰ καὶ ἐπίβουλον, καὶ κατασκευάζει, ὅτι πᾶν τὸ ἄδικον καὶ ὑπερήφανον ἀπόλλυσιν ὁ Θεός. Ἀπόλλυται γοῦν, φησὶν, ὁ ἀνυπόστατος λέων, ὅταν βούληται Θεός· σβέννυται δὲ τὸ ἄγριον φθέγμα τῆς λεαίνης, δι' οὗ ἐκδειματοῖ τῶν θηρίων τὰ ἀσθενέστερα· καὶ οἱ δράκοντες ἐταπεινώθησαν· ἐξέλιπε δὲ ὁ μυρμηκολέων, μὴ χορηγηθείσης αὐτῷ τροφῆς· *καὶ οἱ σκύμνοι τῶν λεόντων ἔλιπον ἀλλήλους*, οὐκ εἰς διαδοχὰς παραπέμποντες.

Κατὰ μέντοι τὴν ἱστορίαν, ἐπειδὴ εἶπεν Ἐλιφὰζ, ὅτι οἱ σπείροντες τὰ ἄτοπα, ἀπὸ προστάγματος Κυρίου ἀπολοῦνται, ἐπήγαγεν, ὅτι καὶ λέων καὶ δράκων τὸ αὐτὸ πείσεται, Θεοῦ βουλομένου. Ὁ τοίνυν καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις τὴν εὐταξίαν διατηρῶν, πολλῷ μᾶλλον ἐπ' ἀνθρώπων.

Vers. 17. *Quid enim? nunquid homo coram Domino mundus erit? vel de operibus suis irreprehensibilis vir?*

Didymi. Ne dixeris, hæc te nulli peccato obnoxium pati; cum impossibile sit, hominis vitam ad perfectam legis normam exigere. Fit enim per naturæ infirmitatem, ut sponte interdum, sæpe etiam invite, in peccata incidamus. Quod quidem cum probabile sit, si adhibito judicio examinetur, reprehensionem complectitur : si enim propter peccata, qui in miserias et ærumnas incidit, affligitur, nemo autem est a labe integer, profecto ab ærumnis nemo liber erit.

Στ. ιζ'. *Τί γάρ; μὴ καθαρὸς ἔσται βροτὸς ἐναντίον τοῦ Κυρίου; ἢ, ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ἄμεμπτος ἀνήρ;*

Διδύμου. Οὐκ ἄν, φησὶ, τοῦτο εἴποις, ὡς ἁμαρτημάτων ἐκτὸς ὤν, ταῦτα πέπονθας· ἐπεὶ μηδὲ ἔστιν ἀνθρώπου φύσιν πρὸς τὴν τῶν νόμων ἀκρίβειαν πολιτεύεσθαι. Ἔστι γὰρ ὅτε μὲν καὶ ἑκουσίοις, πολλάκις δὲ καὶ ἀκουσίοις περιπίπτομεν, διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν. Τοῦτο μέντοι πιθανὸν ὑπάρχον, εἰ κατὰ τὴν ἔννοιαν ἐξετάζοιτο, ἔχει τὸν ἔλεγχον. Εἰ γὰρ δι' ἁμαρτίας ὁ περιπίπτων ἀνιαροῖς θλίβεται, οὐδεὶς δὲ καθαρὸς, οὐδεὶς ἐκτὸς ἀνιαρῶν ὑπάρξειεν ἄν.

Vers. 8. *Dominum autem rerum omnium dominatorem invocabo, qui facit magna, et investigabilia, gloriosaque et magnifica, quorum non est numerus.*

Didymi. Postquam homines insipientes criminatus fuisset, atque ea, quæ de illis dicere habebat, exposuisset, nunc ex eis quæ proponit, providentiæ auctorem et opificem Deum confitetur. Non vero improbabile est, ejusmodi Eliphazum secum ratiocinationes habuisse, qui rerum humanarum sapientia antecelleret. De invisibilibus autem et visibilibus disputat, de minime vestigabilibus, magnis et gloriosis, pluvia et aqua, verba faciens; quam quidem si a pluvia discriminat, eam aquam intelligit, quæ e fontibus, e torrentibus, et venis scaturit.

Στ. η'. *Κύριον δὲ τὸν πάντων Δεσπότην ἐπικαλέσομαι, τὸν ποιοῦντα μεγάλα, καὶ ἀνεξιχνίαστα, ἔνδοξά τε καὶ ἐξαίσια, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός.* D

Διδύμου. Αἰτιασάμενος τοὺς ἄφρονας, καὶ εἰπὼν ἃ εἶπε περὶ αὐτῶν, νῦν προνοητὴν ὁμολογεῖ καὶ δημιουργὸν τὸν Θεὸν, διὰ τῶν ἐκτιθέντων. Οὐκ ἀπεικὸς δὲ αὐτὸν ταύτας ἔχειν τὰς διαλήψεις, ἄνδρα σοφὸν ὄντα τὰ ἀνθρώπινα. Ἔχει δὲ καὶ περὶ ἀοράτων καὶ ὁρατῶν διάληψιν, περὶ ἀνεξιχνιάστων λέγων, καὶ μεγάλων, καὶ ἐνδόξων, ὑετοῦ τε καὶ ὕδατος· ὅπερ ὕδωρ εἰ διαστέλλοι τοῦ ὑετοῦ, τὸ ἐκ πηγῶν, καὶ χειμάρρων, καὶ φλεβῶν εἴη ἂν λέγων. Φησὶ τοίνυν, ὅτι Ἐγὼ οὐ δοξάζω, οὐδὲ φρονῶ, ὡς οἱ ἀσεβεῖς, ἀλλάγε πρόνοιαν ἐπιστάμενος, καὶ εἰδὼς τὸν Θεὸν Δεσπότην,

Digitized by Google Распознавание текста

πάντων, καὶ καιρῶν, καὶ τόπων, καὶ πραγμάτων, ἐπικαλοῦμαι αὐτὸν, πρέπειν τοῦτο ἡγούμενος, ὃς κατὰ καιροὺς θαυμαστὰ ἐργάζεται, καὶ ἐκπλήξεως ἄξια, πρὸς ὠφέλειαν ἀνθρώπων, ὧν τὸ πλῆθος οὐδὲ λόγῳ καταλέξαι οἷόν τε. Λέγει δὲ τὴν καθ' ἑκάστην γενεὰν ποικίλην γενομένην πρόνοιαν, κοινῶς τε πρὸς ἅπαντας, καὶ ἰδίᾳ πρὸς ἕκαστον. Ὡς γὰρ τῶν ἀνθρώπων οὐκ ἔστιν ἀριθμὸν εὑρεῖν, οὕτως οὐδὲ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐφικέσθαι προνοίας.

A Dicit igitur : Ego in eadem opinione et sententia cum impiis non sum, sed cum sciam esse providentiam, et Deum Dominum omnium intelligam, temporum, locorum et rerum, illum invoco (ita decere existimans), qui statis temporibus, ad hominum utilitatem res mirandas et stupore dignas facit, quarum multitudinem nemo oratione persequi potest ; dicit autem, omni ævo, tum erga omnes communiter, tum privatim erga singulos, varias divinæ providentiæ rationes exstitisse. Ut enim hominum numerus inveniri non potest, ita providentiæ divinæ rationem comprehendere impossibile est.

Στ. ια'. *Τὸν ποιοῦντα ταπεινοὺς εἰς ὕψος, καὶ ἀπολωλότας ἐξεγείροντα.*

Διδύμου. Μεταβαίνει καὶ ἐπὶ τὴν κατ' ἀνθρώπους πρόνοιαν, καὶ τοῦτο δὲ διακείμενος περὶ τοῦ Θεοῦ, ὅτι αὐτὸς ἐξ ὕψους ταπεινοῖ, ἐκ πενήτων πλουσίους, ἐξ ὑπηκόων ἄρχοντας, ἐκ νοσούντων ὑγιαίνοντας ἀπεργαζόμενος.

Vers. 11. *Qui facit humiles in altitudinem, et suscitat eos qui perierant.*

Didymi. Transit ad eam providentiam quæ homines respicit, atque de Deo sic affectus, existimat, eum ex edito loco humiliare, ex egentibus locupletes, ex subditis principes, ex valetudinariis valentes reddere solere.

Στ. ιζ'. *Μακάριος δὲ ἄνθρωπος ὃν ἤλεγξεν ὁ Κύριος· νουθέτημα δὲ Παντοκράτορος μὴ ἀπαναίνου. Αὐτὸς γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν· ἔπαισε, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἰάσαντο.*

Διδύμου. Ἐλέγχει Θεὸς, καὶ τὴν τῆς μάστιγος ἐπάγει νουθεσίαν, οὐχ ἵνα ἀπολέσῃ, ἀλλ' ἵνα σώσῃ τὸν παιδευόμενον· καὶ σὺ τοίνυν μὴ καθυφεὶς τοῦ φρονήματος, μετ' εὐχαριστίας δέχου τὸν ἔλεγχον.

Vers. 17. *Beatus autem homo quem arguit Dominus ; monitionem vero Omnipotentis ne renuas. Ipse enim dolere facit, et rursus restituit ; percussit, et manus ejus sanaverunt.*

Didymi. Reprehendit Deus, et flagrorum castigationem addit, non ut perimat, sed ut eum qui corrigitur, servet : tu igitur animum minime despondens, cum gratiarum actione increpationem amplectere.

Στ. ιη'. *Ἐξάκις ἐξ ἀναγκῶν σε ἐξελεῖται, ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ οὐ μὴ ἅψηται σου κακόν.*

Διδύμου. Κατὰ δέ τινας ὑποβάλλουσιν οἱ στίχοι, ὅτι εἰς ὅσον τις ὑπὸ τὸν ἐν ἓξ ἡμέραις γεγενημένον ὑπάρχει κόσμον, τὰς ἐν αὐτῷ ὑπομένει ἀνίας, καὶ θλίψεις· κἂν ἅγιός τις ὑπάρχῃ, ἔχει τὴν ἐκ τοῦ σώματος τῆς χρείας ἀνάγκην· ὑπερβὰς δὲ τὸν κόσμον, καὶ ἐν τῇ ἑβδοματικῇ ἀναπαύσει γεγενημένος, οὐκ αἰσθήσεται κακώσεως· ἐπεὶ καὶ τοῦ ἀφιλάργυρον ἔχοντος τὸν τρόπον οὐχ ἅπτεται ζημία. Ὁ δὲ νοῦς τοιοῦτος· Ἐν τῷ νῦν αἰῶνι γυμνάσει σε, καὶ ἐν τῷ μέλλοντί σε δοξάσει. Οὐκ ἀνάγκη δὲ ταῖς θεωρίαις τὰς ἱστορίας ἐξομαλίζειν ἐξῆς.

C Vers. 18. *Sexies de necessitatibus te eruet, et in septimo non tanget te malum.*

Didymi. Juxta autem quorumdam opinionem versus hi innuunt, quod quandiu quis in mundo degit, qui sex dierum spatio creatus fuit, calamitates et molestias quæ in eo sunt, patiatur ; licet enim quis sanctus sit, corporis tamen necessitatibus obnoxius est : mundum autem supergressus, et hebdomatica requie fruens, ab omni malorum sensu vacuus erit ; quandoquidem qui avarus et pecuniæ cupidus non est, ab omni jactura indemnis exsistit. Sensus autem hujusmodi est : In præsenti sæculo exercebit te, et in futuro glorificabit. Non necesse autem est deinceps, ut rerum gestarum historiæ usquequaque theoriæ adæquentur.

Στ. κς'. *Ἐλεύσῃ δὲ ἐν τάφῳ, ὥσπερ σῖτος ὡριμος, κατὰ καιρὸν θεριζόμενος· ἢ ὥσπερ θημωνία ἅλωσι καθ' ὥραν συγκομισθεῖσα.*

Διδύμου. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ ἡ συγκομιζομένη θημωνία, τὴν πλήρωσιν, καὶ τελείωσιν, καὶ ὅτι ἐπ' ἀσφαλοῦς λοιπὸν τῷ ὄντι ἐστὶν ὁ τέλειος.

Vers. 26. *Et venies in sepulcrum tanquam frumentum maturum, quod in tempore messuerunt ; vel sicut acervus areæ in tempore comportatus.*

Didymi. Hoc enim significat *comportatus acervus*, consummationem, scilicet, et perfectionem, et quod vir perfectus et absolutus postea in tuto versetur.

ΚΕΦ. ς', στ. ε'. *Τί γάρ ; μὴ διακενῆς κεκράξεται ὄνος ἄγριος, ἀλλ' ἢ τὰ σῖτα ζητῶν ; εἰ δὲ καὶ ῥήξει φωνὴν βοῦς, ἐπὶ φάτνης ἔχων τὰ βρώματα ;*

Διδύμου. Μὴ γὰρ ματαίως φωνὴν ἀφίησιν ὄνος ἄγριος, ἀλλ' ἐνδεόμενος τροφῆς· ἀλλ' οὐδὲ βοῦς μυκᾶται, ἐπὶ φάτνης βρωμάτων κειμένων· ὥστε μηδὲ ἐμὲ αἰτιῶ, εἰ κράζω, κατὰ τὴν σὴν ὑπόληψιν, διὰ τὰ ἀνιαρὰ, τῆς φύσεως ἀσθενοῦς ὑπαρχούσης. Ταῦτα δέ φησιν ὁ δίκαιος, ὅτι Ὡς οὐ μάτην ἀνακράζει ὄνος, ἢ

CAP. VI, vers. ὅ. *Quid enim ? nunquid frustra clamabit onager, nisi escas requirens ? nunquid et erumpet vocem bos, cum habeat in præsepi cibos ?*

Didymi. Haud temere asinus silvester vocem edit, sed cum cibo indiget ; neque pabulo in præsepi proposito, bos mugit : quare si, juxta tuam opinionem, propter gravia et molesta vociferer, cum natura imbecillis sit, noli me vituperare. Hoc autem justus dicit (Quemadmodum non frustra vocifes

Digitized by Google Распознавание текста

ratur asinus, aut bos, sed cum alimentum defuerit: ita nec ego animo conciderem, nisi ad extremitatem malorum pervenissem), ut Elipbazum eo adducat, ne homini in dolore constituto vitio vertat, si forte vociferetur. Licet enim justus fortiter ferat adversa quæ premunt, sensum tamen omnem humanitatis exuere eum non oportet. Virtus enim ea est, si quis, rerum acerbarum sensu percepto, dolores Dei causa contemnat.

βοῦς, ἀλλ' ὅταν ἐπιλείπῃ τὰ βρώματα· οὕτως οὐδὲ ἐγὼ ἠθύμουν, εἰ μὴ πρὸς ἔσχατον ἐληλάκειν κακοῦ, ἄγων τὸν Ἐλιφὰζ πρὸς τὸ μὴ μέμφεσθαι τὸν ὀδυνώμενον, εἰ κράζει. Οὐ γὰρ ἀναίσθητον εἶναι δεῖ τὸν δίκαιον, κἂν καρτερῶς φέρῃ τὰ θλίβοντα. Αὕτη γὰρ ἀρετή ἐστιν, ὅταν αἴσθησιν τῶν ἐπιπόνων δεχόμενός τις, ὑπερφρονῇ τῶν ἀλγηδόνων διὰ τὸν Θεόν.

A

VERS. 6. *Nunquid potest sine sale edi panis? aut est sapor in sermonibus vanis?*

Didymi. Ad sensum autem, Omnis sermo qui actione cum virtute conjuncta privatur, inanis et vanus est. Hoc ex illo confirmatur, *Non enim in sermone, sed in virtute est regnum Dei* (*I Cor.* IV, 20), non in irritis pollicitationibus, sed in efficaci sermone, salus nostra consistit.

Στ. ς'. *Εἰ βρωθήσεται ἄρτος ἄνευ ἁλός; εἰ δὲ καὶ ἔστι γεῦμα ἐν ῥήμασι κενοῖς;*

Διδύμου. Πρὸς δὲ διάνοιαν, Ἅπας λόγος κενὸς καὶ μάταιός ἐστιν, ἐστερημένος πράξεως ἐναρέτου. Τούτου παραστατικὸν τὸ, *Οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει*, οὐκ ἐν κεναῖς ὑποσχέσεσιν, ἀλλ' ἐν λόγῳ ἐνεργεῖ τὰ τῆς σωτηρίας ὑπάρχει.

B

VERS. 15. *Propinqui mei non respexerunt me; tanquam torrens deficiens, aut sicut fluctus, transierunt me.*

Didymi. Et sane qui videntur amici, dubiis vero temporibus instantibus, amicitiam mentiti esse, et specie tantum externa ostentasse deprehenduntur, propter instabilitatem et perfidiam, torrens et fluctus appellari possunt. Quemadmodum enim torrens, perennis et semper labentis fluvii speciem præbet, et fluctus in sublime elevatus, opinione imperitorum nunquam deprimetur; squalor autem et siccitas torrentem, et tranquillitas fluctum, temporarium esse arguit: ita et temporis procella, multum eos a veris amicis distare ostendit, qui amicitiam falso simulant. Justi enim, regulam amicitiæ minime pervertentes, constantem animi tenorem in utraque fortuna, prospera et adversa, erga eos quos diligunt, custodire observantur: neque mirum, cum ad inimicos etiam charitatem extendant, et pacifice se gerant erga eos qui pacem aversantur: improbi autem, quales sint, ad tempus quidem celant, in amicorum vero rebus adversis, exuta larva, palam deprehenduntur. Hoc igitur ad exploratiónem Jobi tunc evenerat, ita suggerente forte eo, qui illum ad supplicium depoposcerat, et amicis persuadente, ut propter ærumnas illum despicerent. Amicorum autem absentia in rebus acerbis, non parum molestiæ affert. Hanc afflictionem sanctus David cum pateretur, cecinit: *Considerabam ad dextram, et videbam, quia non erat, qui cognosceret me* (*Psal.* CXLI, 5); et rursus lugens, dixit: *Oblivioni datus sum, sicut mortuus a corde; factus sum tanquam vas perditum* (*Psal.* XXX, 13).

C

D

Στ. ιε'. *Οὐ προσεῖδόν με οἱ ἐγγύτατοί μου· ὥσπερ χειμάρρους ἐκλείπων, ἢ ὥσπερ κῦμα, παρῆλθόν με.*

Διδύμου. Καὶ οἱ δοκοῦντες δὲ φίλοι εἶναι, ἐνστάντος δὲ θλιβεροῦ καιροῦ ἐλεγχόμενοι, ὅτι ψεύδονται τὴν φιλίαν, καὶ σχηματίζονται, λόγον τε ἂν [Ισ. λέγοιντ' ἂν] χείμαρρος καὶ κῦμα, διὰ τὸ ἀβέβαιον καὶ ἄπιστον. Ὡς γὰρ ὁ χείμαρρος δόκησιν παρέχει αὐθιγενοῦς καὶ ἀενάου ποταμοῦ, καὶ τὸ κῦμα κορυφούμενον τοῖς ἀπείροις δοκεῖ μὴ ἂν ποτε ταπεινωθῆναι (ἤλεγξε [Ισ. ἐλέγχει] δὲ καὶ τὸν χειμάρρουν πρόσκαιρον ὄντα ὁ αὐχμὸς, καὶ τὸ κῦμα ἡ νηνεμία)· οὕτω καὶ τοὺς ὑποκρινομένους τὰ τῆς φιλίας, καιροῦ ζάλη δείκνυσι πολύ τι πρὸς τοὺς ἀληθινοὺς φίλους ἀντικειμένους. Οἱ μὲν γὰρ δίκαιοι, ἣν ἔχουσι βεβαιότητα πρὸς τοὺς ἀγαπωμένους, ταύτην φαίνονται ἐν ἀνέσει, καὶ ἐν περιστάσει τηροῦντες, τὸν ὅρον τῆς φιλίας μὴ διαστρέφοντες· καὶ οὐ θαῦμα, ὅπουγε καὶ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τὴν ἀγάπην ἐκτείνουσι, μετὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην εἰρηνικοὶ ὄντες· οἱ δὲ φαῦλοι μέχρι μέν τινος κρύπτουσιν ὅπερ εἰσὶ, φωρῶνται δὲ ἐν τοῖς περιστατικοῖς, τὸ προσωπεῖον τῆς ἀγάπης ἀποδυσάμενοι. Τοῦτο τοίνυν καὶ τῷ Ἰὼβ πρὸς δοκιμασίαν τότε συνέβαινεν· ἴσως δὲ καὶ τοῦτο τοῦ ἐξαιτησαμένου ὑποβάλλοντος, πείθοντός τε καὶ τοὺς φίλους, διὰ τὸ πάθος καταφρονεῖν αὐτοῦ. Οὐ μικρὸν δὲ ἀνιᾷ ἐν τοῖς θλιβεροῖς ἀπουσία τῶν φίλων. Ταύτην ὑπομένων τὴν θλῖψιν καὶ Δαβὶδ ὁ ἅγιος ἔψαλλε [Ισ. ἔψαλε]· *Κατενόουν εἰς τὰ δεξιὰ, καὶ ἐπέβλεπον, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐπιγινώσκων με.* Καὶ πάλιν ἀποδυρόμενος, ἔλεγε· *Ἐπελήσθην ὡσεὶ νεκρὸς ἀπὸ καρδίας, ἐγενήθην ὡσεὶ σκεῦος ἀπολωλός.*

VERS. 18. *Qui verebantur me, nunc irruerunt super me.*

Didymi. Fortasse tacite amicos objurgat: Malorum, inquit, quæ impetum in me faciunt, causam ignorantes, mihi insultatis, eaque loqui audetis, quæ prius, me reveriti, minime dixeratis. Verisimile autem est, alios item multos, propter calamitatem ipsi insultasse.

Στ. ιη'. *Οἵτινές με διευλαβοῦντο, νῦν ἐπιπεπτώκασί μοι.*

Διδύμου. Ἴσως μὲν οὖν ἠρέμα τοὺς φίλους ἐλέγχει, ὅτι Ἀγνοοῦντες τὴν αἰτίαν τῶν ἐπαγωγῶν, ἐπεμβαίνετέ μοι, τολμῶντες τοιαῦτα λέγειν, ἃ μὴ πρότερον εἰρήκατε, διὰ τὴν πρός με εὐλάβειαν. Εἰκὸς δὲ ὅτι καὶ πολλοὶ τῶν ἄλλων διὰ τὴν συμφορὰν αὐτῇ ἐνήλλοντο.

Digitized by Google Распознавание текста

Στ. κα'. *Ἀτὰρ δὲ καὶ ὑμεῖς ἐπέβητέ μοι ἀνελεημόνως.*

Διδύμου. Καὶ τοὺς ἐπ' αἰτίᾳ ψεκτῇ περιπεσόντας σκυθρωποῖς νουθετῶν τις, οὐκ ἐλέγχει, κατὰ λόγον [ἴσ. λόγου] κινούμενος· οὐ τοῦτο γὰρ πρόκειται· ἀλλὰ μᾶλλον εἰς ἀνδρείαν προτρέψασθαι, τοῦ γενναίως ἐνεγκεῖν. Τὸ γὰρ λέγειν, Διατί γὰρ ἥμαρτες; βαρύναι ἐστὶ μᾶλλον, ἢ πόνων κουφίσαι. Καὶ γὰρ τῷ ὄντι ἀνελεημόνως ἐπέστησαν αὐτῷ, ἐκ τοῦ πεπλανῆσθαι περὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἐπαγωγῆς, καὶ ὅτι τὸν μὴ ὑποκείμενον ἐλέγχῳ, ἐλέγχειν ἐπειρῶντο.

Στ. κα'. *Ὥστε ἰδόντες τὸ ἐμὸν τραῦμα, φοβήθητε.*

Διδύμου. Κηδεμονικώτατα δὲ ὁ ἅγιος καὶ πρὸς τοὺς μὴ ὀρθῶς διακειμένους πρὸς αὐτὸν προσφέρεται, ἀπὸ τῶν καθ' ἑαυτὸν κἀκείνους διορθούμενος, καὶ ἐκ τῆς αὐτῶν διαλήψεως δεχόμενος τὴν ἀρχὴν τῆς παραινέσεως. Εἰ γὰρ πᾶς ὁ ἁμαρτάνων σκυθρωποῖς περιπίπτει, καὶ ὁ περιπεσὼν ἐξ ἁμαρτιῶν τοῦτ' ἔπαθεν, οὐδεὶς δὲ καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, καὶ ὑμεῖς φοβήθητε, ἐκ τοῦ ἡμετέρου τραύματος [γρ. πράγματος] τὸν φόβον δεχόμενοι.

Στ. κβ'. *Διδάξατέ με, ἐγὼ δὲ κωφεύσω· εἴ τι πεπλάνημαι, φράσατέ μοι.*

Διδύμου. Καὶ τοῦτο δὲ μετὰ πλείστης ὅσης πραότητος ὁ ἅγιος παιδεύει αὐτούς, πῶς χρήσονται λόγοις πρὸς τοὺς ἐν περιστάσει· φησὶ γάρ· *Διδάξατέ με*, τουτέστι, Διδάσκειν ὀφείλετε, οὐκ ἐλέγχειν ἀκαίρως· εἰ μὴ καὶ τοῦτο πρὸς παίδευσιν δεῖ ποιεῖν, καὶ τὸ [ἴσ. κατὰ] λεγόμενον ὑπὸ Παύλου· *Ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ καὶ διδαχῇ.*

Στ. κε'. *Οὐ γὰρ παρ' ὑμῶν ἰσχὺν αἰτοῦμαι, οὐδὲ ἔλεγχος ὑμῶν ῥήμασί με παύσει· οὐδὲ γὰρ ὑμῶν φθέγμα ῥήματος ἀνέξομαι. Πλὴν ὅτι ἐπ' ὀρφανῷ ἐπιπίπτετε, ἐνάλλεσθε δὲ ἐπὶ φίλῳ ὑμῶν.*

Διδύμου. Ἀνδρείας δὲ καὶ τοῦτο. Πολλοὶ γὰρ πολλάκις τῶν ἐν περιστάσεσι, φορτικῶν ἀκούοντες λόγων, ἀποκάμνουσιν· ἀλλ' ὁ ἅγιος, οὔτε ὅλως τὸν Ἔλεγχον τὸν ὑπὸ φίλων, οὔτε τοὺς λόγους πρὸς ὀλιγωρίαν ἐδέξατο, μὴ καταδεχόμενος αὐτὰ τὴν ἀρχήν, ὡς δυνάμενα αὐτὸν σεῖσαι ἀλλὰ τὸ ἄλογον τῆς καθ' ἑαυτοῦ ἐπιπλήξεως, καὶ τὸ μάταιον τοῦ ἐλέγχου δεικνὺς, φησὶν, ὅτι *Οὐ παύσει με ὁ ἔλεγχος ὑμῶν.* Λόγος γὰρ χωρὶς ἔργων προσφερόμενος [ἴσ. προφερόμενος]· ἀβέβαιός ἐστι καὶ ἄπιστος· ἄλλως δὲ καὶ μὴ ἀληθῶς προῖών, ἔτι τὸ ἀσθενὲς ἔχει· ὥστε καὶ ὑμεῖς τοιούτῳ ἐλέγχῳ χρώμενοι, οὐ παύετε [ἴσ. παύσετε] τἀληθῆ λέγειν, οὐδὲ πρὸς τοὺς παρ' ὑμῶν λόγους εὑρήσετε ἡσυχάζοντα.

Στ. κθ'. *Καθίσατε δή, καὶ μὴ εἴη ἄδικον, καὶ πάλιν τῷ δικαίῳ συνέρχεσθε. Οὐ γάρ ἐστιν ἐν γλώσσῃ μου ἄδικον, ἢ ὁ λάρυγξ μου οὐχὶ σύνεσιν μελετᾷ;*

Διδύμου. Ἐπιτρεπτικὰ δὲ ταῦτα καὶ ἀνεξίκακα [ἴσ. ἀλεξίκακα], παιδεύοντα σχολῇ, καὶ προσοχῇ, καὶ ἐξετάσει φθέγγεσθαι· ὃ δηλοῦται διὰ τοῦ, *Καθίσατε.*

Vers. 21. *Nunc autem et vos insurrexistis in me sine misericordia.*

Didymi. Qui admonet etiam eos, qui ob causam aliquam quæ reprehensionem meretur, in res acerbas inciderunt, non iracundia commotus contra rationem arguit: hoc enim ei propositum non est: sed potius ut ad fortitudinem, et generoso animo ferendum, hortetur. Dicere enim, Quamobrem peccasti? ærumnas potius auget, quam levat. Et revera quidem sine misericordia ei restiterunt, quod causam ejus calamitatis ignorarent, et quod reprehensioni minime obnoxium reprehendere conarentur.

Vers. 21. *Itaque videntes vulnus meum, timete.*

Didymi. Sanctus vero ex suis rebus illos corrigens, et ab ipsorum opinione adhortationis suæ exordium sumens, cum summa cura ac sollicitudine erga eos se gerit, qui prave erga ipsum affecti erant. Si enim qui peccat in ærumnas incidit, et qui in eas lapsus est, ex peccatis hoc patitur, nemo autem mundus a sorde est, vos etiam, nostri vulneris terrore edocti, metuere ipsi discite.

Vers. 24. *Docete me, et ego obmutescam: si quia erravi, dicite mihi.*

Didymi. Et sane cum magna animi lenitate docet eos vir sanctus, qua ratione alloqui eos debeant, qui difficultatibus et adversis rebus premuntur; *Docete* enim *me*, inquit, id est, Docere me debetis, non autem intempestive reprehendere; nisi etiam et illud ad eruditionem faciendum sit, juxta illud Pauli: *Argue, objurga, hortare, cum omni longanimitate et doctrina* (*I Tim.* IV, 2).

Vers. 25. *Non enim a vobis fortitudinem peto, neque correptio vestra verbis me sedabit; neque enim elocutionem sermonis vestri sustinebo. Verumtamen super pupillum irruitis, et insultatis super amicum vestrum.*

Didymi. Hoc etiam fortitudinis indicium est. Multi enim sæpenumero in calamitatibus constituti, auditis sermonibus molestis, fatiscunt et succumbunt: sanctus autem Jobus, neque reprehensionem amicorum, neque sermones illorum prorsus neglexerat (cum ne in initio quidem, ad animum ejus convellendum satis valida ea arbitraretur), sed vituperationis absurditatem, et reprehensionis vanitatem ostendens, dicit, *Correptio vestra non me sedabit.* Sermo enim sine opere prolatus, inconstans est, nec fidem meretur; præterea, si in progressu veritate caruerit, adhuc infirmitate laborat: quare vos hujusmodi reprehensione usi, quominus vera dicam me non prohibebitis, neque verba vestra silentio prætereuntem invenietis.

Vers. 29. *Sedete, obsecro, et non sit injustum, et rursus justo adestote. Non est enim in lingua mea iniquitas, aut fauces meæ nonne intellectum meditantur?*

Didymi. Hæc verba illorum arbitrio judicium simul permittunt, et mala amoliuntur, dum in sermonibus otium, attentionem et examinationem

Digitized by Google Распознавание текста

adhibendam esse docent; quod ex voce illa, *Sedete*, manifestum est. Hoc etiam alibi dictum est: *Priusquam examinaveris, ne vituperes* (*Eccli.* XI, 7). Magnum etiam est illud quod attexuit, *Non sit injustum*; in sermone enim minime labi exiguum non est. Hortatus autem eos ut cum otio et diligentia examini ejus vacarent, quod per illa verba, *Sedete, obsecro, et non sit injustum*, expresserat, vocem deinde libertate plenam profert, dicens: *Non est enim in lingua mea iniquitas*, tacite illos, propter opinionem quam de eo fovebant, condemnans, quod scilicet propter peccata talia pateretur: ac præterea subindicans, cum homine fatuo negotium ipsis non esse, ut illos hac ratione ad considerationem ejus excitaret, et ut ea prudenter et sapienter uterentur, permoveret.

A Τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ εἴρηται, *Πρὶν ἐξετάσῃς, μὴ μέμφου*. Μέγα δὲ καὶ τὸ ἐπίταγμα τὸ, *Μὴ εἴη ἄδικον*· οὐ γὰρ μικρὸν, ἐν λόγῳ μὴ πταίειν. Προτρεψάμενος δὲ αὐτοὺς σχολάσαι τῇ περὶ αὐτοῦ ἐξετάσει, ὅπερ διὰ τοῦ, *Καθίσατε δὴ, καὶ μὴ εἴη ἄδικον*, ἡρμήνευσεν· εἶτα εὐπαρρήσιαστον προφέρει λόγον, φάσκων· *Οὐ γάρ ἐστιν ἐν γλώσσῃ μου ἄδικον* ῥῆμα παρακρινῶν [γρ. παρακινῶν] [ἴσ. κατακρίνων] αὐτοὺς, ἐξ ἧς εἶχον περὶ αὐτοῦ διαλήψεως, ὡς δι' ἁμαρτίας πεπονθότος· καὶ ἄλλως ὑποσημαίνων αὐτοῖς, ὡς οὐ πρὸς ἀσύνετον [ἴσ. suppl. πρᾶγμα] ἔχουσιν, ἵν' ἐκ τούτου εἰς τὴν περὶ αὐτοῦ σκέψιν αὐτοὺς διεγείρῃ, ὥστε φρονίμως καὶ συνετῶς ταύτῃ χρήσασθαι.

B

CAP. VII, vers. 10. *Si enim homo descenderit ad infernum, ultra non ascendet, et non revertetur amplius in domum suam, neque cognoscet eum amplius locus ejus.*

ΚΕΦ. Ζ', στ. ι'. *Ἐὰν γὰρ ἄνθρωπος καταβῇ εἰς ᾅδην, οὐκέτι μὴ ἀναβῇ, οὐδ' οὐ μὴ ἐπιστρέψῃ εἰς τὸν ἴδιον οἶκον, οὐδ' οὐ μὴ ἐπιγνῷ αὐτὸν ἔτι ὁ τόπος αὐτοῦ.*

Didymi. Alii autem, non ut resurrectionem mortuorum tolleret, hæc a Jobo dicta esse volunt; sed primum quidem, ut humanæ vitæ fragilitatem, et deinde, eum qui semel obierit, ad corruptibilem hanc vitam minime rediturum, nec consueta munia obiturum, ostenderet. Quare verbis illis, *Non amplius ascendet ex inferno*, connectenda sunt illa *In domum suam non revertetur*; ac si dixisset, Reviviscet quidem, verum in domum suam non revertetur. Probabilis quidem est hæc interpretatio; prior autem verior, quod justus mysterium resurC rectionis ignoraverit: unde et admiratione majore dignus est, quod tale nihil sperans, virtutem summam in omnibus ostenderit.

Διδύμου. Ἄλλοι [γρ. Τινὲς] δέ φασιν, ὅτι οὐ παραινούμενος [ἴσ. παραιρούμενος] τὴν ἀνάστασιν, τοῦτο λέγει· ἀλλὰ πρῶτον μὲν τὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπίκηρον δεικνύς· ἔπειτα, ὅτι ὁ ἅπαξ ἀποθανὼν, εἰς τόνδε τὸν φθαρτὸν βίον οὐχ ὑποστρέψει, οὐδὲ τὰ συνήθη πράττων ἐπιγνωσθήσεται· ὥστε τῷ, *Οὐκέτι οὐ μὴ ἀναβῇ ἐξ ᾅδου*, συναπτέον τὸ, *Εἰς τὸν ἴδιον οἶκον οὐκ ἐπιστρέψῃ*· ἵνα εἴπῃ, ὅτι Ἀναβιώσεται μὲν, οὐ μὴν εἰς τὸν ἑαυτοῦ οἶκον ἐπιστρέψει. Ἀλλ' αὕτη μὲν ἡ ἑρμηνεία πιθανὴ, ἀληθεστέρα δὲ ἡ προτέρα, ὅτι ἠγνόει τὰ περὶ τῆς ἀναστάσεως ὁ δίκαιος· ὅθεν καὶ πλέον ἐστὶ θαυμαστὸς, ὅτι μηδὲν τοιοῦτον ἐλπίζων, οὕτω τὴν ἄκραν ἀρετὴν κατώρθωσεν.

CAP. VIII, vers. 11. *Nunquid viret scirpus sine aqua? aut exaltabitur carex sine potu? adhuc*, etc.

ΚΕΦ. Η', στ. ια'. *Μὴ θάλλει πάπυρος ἄνευ ὕδατος; ἢ ὑψωθήσεται βούτομον ἄνευ πότου; ἔτι ὅτ*, κ. τ. λ.

Didymi. Si autem de his venustius et elegantius commentandum sit: Impiorum spes revera circa res exsistentes minime versatur. Spes enim in genere nihil aliud est, quam bonorum exspectatio: qui metuit autem, exspectat, sed ea quæ bona non sunt; malorum enim exspectatio, metus est, bonorum vero, spes. Cum igitur impii res quæ non sunt exspectent, illorum spes evanescit; jucundis enim, tanquam permanentibus, fruuntur, et in eis vanam D spem collocant. Et justus quidem, in virtute sua, tanquam in domo manens, nunquam illam desertam et inhabitabilem experietur; *Justitia enim ejus manet in æternum* (*Psal.* CX, 3): improbus vero qui eam minime sectatur, neque ædificat illam, neque in ea commoratur. Præterea, aranearum tela, ope naturæ contexta, varietatem ostendit, quæ leviter tacta, facillime dissolvitur: hominum igitur improborum opera, et vitæ omnis ratio, aranearum telæ, quæ nequaquam subsistit, similis est. Improborum enim cogitatio (quæ tabernaculum vocatur) proclivi lapsu ruens, facili adeo negotio dissolvitur, et in nihilum redigitur, ut nunquam exstitisse videatur.

Διδύμου. Εἰ δὲ χρὴ καὶ κομψότερον περὶ τούτων διαλαβεῖν· Τῷ ὄντι ἡ τῶν ἀσεβῶν ἐλπὶς οὐ περὶ ὑφεστηκότα γίνεται. Ἡ γὰρ ἐλπὶς οὐδὲν ἕτερόν ἐστι κατὰ γένος, ἢ προσδοκία ἀγαθῶν· καὶ ὁ φοβούμενος δὲ προσδοκᾷ, ἀλλ' οὐκ ἀγαθά. Κακῶν γὰρ προσδοκία ἐστὶν ὁ φόβος, ἀγαθῶν δὲ ἡ ἐλπίς. Ἐπεὶ οὖν οὐχ ὑφεστηκότα πράγματα οἱ ἀσεβεῖς προσδοκῶσιν, ἀπόλυται αὐτῶν ἡ ἐλπίς. Ὡς γὰρ μένουσιν, τοῖς ἡδέσι χρῶνται, καὶ ἐν τούτοις ματαίαν ἔχουσιν ἐλπίδα. Καὶ ὁ μὲν δίκαιος ἐν τῇ αὐτοῦ ἀρετῇ, ὡς ἐν οἰκίᾳ, μένων, οὐδέποτε ἕξει τὴν τοιαύτην οἰκίαν ἀοίκητον· *Ἡ δικαιοσύνη γὰρ αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα*· ὁ δὲ φαῦλος, ταύτης μὴ ἀντεχόμενος, οὐκ οἰκοδομεῖ αὐτὴν, οὐδὲ μένει ἐν αὐτῇ. Πάλιν ἡ ἀράχνη ποικιλίαν ἐπιδείκνυται, ἐξ ὑφάσματος φυσικοῦ κατεσκευασμένη, ῥᾷστα δὲ διαλύεται, ἐπιψαύσαντός τινος. Τὰ τῶν φαύλων οὖν ἔργα, καὶ ἡ κατασκευὴ τῆς πολιτείας, ἀράχνῃ ἔοικεν οὐχ ὑφισταμένῃ. Ῥᾷστα γὰρ ἡ τῶν φαύλων ἐπίνοια, σκηνὴ ὀνομαζομένη, καταπίπτουσα, εὐάλωτός ἐστιν οὕτως, ὡς μηδὲ δοκεῖν γεγονέναι ποτέ.

Digitized by Google Распознавание текста

Ὥσπερ ἄνευ ὕδατος οὐ πληθυνθήσεται ἕλος· οὕτως A ἀδύνατον μὴ δεχόμενον ἐν διανοίᾳ ὠφέλειαν τῶν κρειττόνων, καρπὸν προενεγκεῖν ὠφέλιμον. Ἁρμόσει δὲ τὸ ῥητὸν καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, ὅτι καθάπερ ἀπὸ ὕδατος ὑπὸ τῆς προνοίας ταῦτα ἀρδεύεται, ἧς μὴ ἐπιούσης, ῥᾳδίαν ταῦτα καὶ εὐμάραντον ἕξει τὴν διάλυσιν. Πᾶν γὰρ, κἂν μικρὸν, κἂν μέγα ᾖ, τὸ ἐν τῷ βίῳ, ὑπὸ πρόνοιάν ἐστι· ξηραίνεται δὲ, εἰ μὴ αὕτη ἐποπτεύοι.

Στ. ιζ'. *Ἐπὶ συναγωγὴν λίθων κοιμᾶται, ἐν δὲ μέσῳ χαλίκων ζήσεται· ἐὰν καταπίῃ, ὁ τόπος ψεύσεται αὐτόν.*

Διδύμου. Ὑψηλότερον δὲ εἰπεῖν· Οἶκός ἐστι λίθων σύνθεσις κατὰ τέχνην, πρὸς ἑτέρους ἕνωσιν ἔχων [ἴσ. ἐχόντων]· τοιοῦτον ἡ ἀρετὴ, καὶ ἡ ἁγιότης, καὶ αὐ- B τὴ ἡ μετουσία τοῦ Πνεύματος· ἐσκορπισμένον δέ τι, ἡ συναγωγὴ τῶν λίθων, καὶ μίξις τῶν χαλίκων, παραπλησίον τῇ κακίᾳ, τῇ μὴ ἐχούσῃ ἕνωσιν, ἀλλ' ἀταξίαν. Ὁ ἀσεβὴς οὖν ἅπασαν τὴν διαγωγὴν ἐν οἴκῳ κακίας ἔχει, διαλελυμένος, κατὰ τοὺς ἔξω τῆς οἰκοδομῆς λίθους, οἳ οὐχ ἁρμόζουσι τῇ οἰκοδομῇ τοῦ πύργου, κατὰ τὸν *Ποιμένα*· οὐδ' ἀκούουσιν· *Ὑμεῖς δὲ ἐποικοδομεῖσθε ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν.*

Στ. ιθ'. *Ἐκ δὲ γῆς ἄλλον ἀναβλαστήσει· ὁ γὰρ Κύριος οὐ μὴ ἀποποιήσηται τὸν ἄκακον.*

Διδύμου. Ἐπιμείνας τῇ τροπῇ τῶν βοτανῶν, τὸ, *ἀναβλαστήσει*, τέθεικεν. Ἄκακον δὲ ἐνταῦθα λέγει, οὐ τὸν εὐήθη, ἀλλὰ τὸν μὴ ἔχοντα κακίαν· ἀμφότερα γὰρ σημαίνει τὸ ὄνομα. Ὅταν μὲν γὰρ λέγῃ C περὶ τῶν αἱρετικῶν, ὅτι *Διὰ τῆς χρηστολογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων*, ἀκάκους καλεῖ τοὺς εὐήθεις, τοὺς βραδεῖς τὴν νόησιν· ὅταν δὲ λέγῃ· *Ἄκακοι καὶ σύθεῖς ἐκολλῶντό μοι*, τοὺς δικαίους σημαίνει· καθάπερ οὖν καὶ ἐνταῦθά φησιν, ὅτι ἐκτίλλει μὲν τὸν φαῦλον ὁ Κύριος, φυτεύει δὲ ἀντ' ἐκείνου τὸν ἄκακον· ἐκεῖνον μὲν γὰρ τιμωρεῖται. Εἰ δέ τις εἴη εὐσεβὴς, καὶ τῆς καθ' ἑτέρων κακίας ἀπέχεται, εἰ καὶ ἐν ἐσχάτοις ἐξετασθείη, πλείστης γοῦν αὐτῷ τῆς οἰκείας προνοίας μεταδίδωσι.

Στ. κα. *Πᾶν δὲ δῶρον ἀσεβοῦς οὐ δέξεται. Ἀληθινῶν δὲ στόμα ἐμπλήσει γέλωτος, τὰ δὲ χείλη αὐτῶν ἐξομολογήσεως.*

Διδύμου. Ἀληθινός ἐστιν ἐκεῖνος, ὁ μὴ ὑποκρινόμενος μηδὲ ἐπιμορφιζόμενος τὴν ἀρετὴν, ὁ μὴ σχηματιζόμενος σωφροσύνην, ἀλλὰ σώφρων ὤν, τὸ δίκαιον δικαίως διώκων. Τούτων οὖν τῶν ἀληθινῶν τὸ στόμα ἐμπλήσει ὁ Θεὸς γέλωτος, τουτέστιν ἀγαλλιάσεως. Ἀντὶ δὲ, τῆς ἐξομολογήσεως, *ἀλαλαγμοῦ* εἶπον οἱ ἄλλοι.

ΚΕΦ. Θ', στ. ε'. *Ὁ παλαιῶν ὄρη, καὶ οὐκ οἴδασιν, ὁ καταστρέφων αὐτὰ ὀργῇ.*

Διδύμου. Οἶδα καὶ ἄλλα ὄρη, Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας, *Ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς τὰ ὄρη.* Χριστὸς παλαιοῖ τὴν πρώτην Διαθήκην, καὶ οὐκ οἴδασιν Ἰουδαῖοι, πρὸς οὓς εἴρηται· *Εἰ ἐπιστεύετε Μωϋ-*

Quemadmodum sine aqua palus non augebitur: sic impossibile est, ut fructum utilem proferat, qui animo rerum meliorum utilitatem non comprehenderit. Dictum autem hoc rebus etiam humanis quadrabit, quæ divina providentia, tanquam aqua, irrigantur, quæ si minus comes sequatur, cito hæ marcescunt, et in nihilum abeunt. Quidquid enim in vita est, sive magnum, sive parvum sit, divinæ providentiæ subjacet; et nisi illa inspectaverit, exsiccatur.

VERS. 17. *In congregatione lapidum dormit, in medio autem silicum vivet. Si absorbuerit, locus mentietur eum.*

Didymi. Ut sublimius autem dicamus: Domus est lapidum artificiose inter se unitorum structura: talis etiam est virtus, sanctitas, et divini Spiritus communio; lapidum autem acervus, et silicum mistura, quiddam dissipatum et dissolutum est, improbitati simile, quæ unionem non agnoscit, sed confusionem. Omnis igitur dissoluti impii conversatio in domo pravitatis est, non aliter quam lapides extra ædificium, qui ædificandæ turri plane inepti sunt, juxta *Pastorem* (*a*): neque illud audiunt, *Vos autem superædificamini super fundamentum apostolorum et prophetarum* (*Ephes.* II, 20).

VERS. 19. *De terra autem alterum germinabit; Dominus enim non improbabit innocentem.*

Didymi. Metaphoræ a plantis sumptæ insistens, *germinabit* posuit. Simplicem autem hoc loco dicit, non stolidum, sed eum qui improbitate caret; vox enim ἄκακος utrumque significat. Cum enim de hæreticis dicit: *Blandiloquentia sua corda simplicium seducunt* (*Rom.* XVI, 18), simplices vocat qui rudes sunt, et ad intelligendum tardi; cum autem dicit: *Simplices et recti mihi adhæserunt* (*Psal.* XXIV, 21), justos intelligit: quemadmodum et hoc in loco dicit, quod Dominus improbum avellat, et hominem innocentem ejus vice inserat et plantet, illum enim supplicio afficit. Si quis autem pius exstiterit, et a malo alteri inferendo abstinuerit, licet extrema quæque patiatur, largam ei providentiam Deus impartitur.

VERS. 21. *Non vero ullum munus impii accipiet. Veracium autem os implebit risu, labia autem eorum confessione.*

Didymi. Verax ille est, qui virtutem non simulat, neque falso prætextu aut specie temperantiam velat, sed cum sobrietate justum juste persequitur. Horum igitur veracium Deus os *risu implebit*, id est lætitia. Pro *confessione* autem, alii *exsultationem* dixerunt.

CAP. IX, vers. 5. *Qui in vetustatem perducit montes, et nesciunt; qui subvertit eos in ira.*

Didymi. Alios etiam novi montes, Moysen et prophetas, *Levavi oculos meos in montes* (*Psal.* CXX, 1). Christus abrogat prius Testamentum, nec animadvertunt Judæi, quibus dictum est: *Si Moysi*

(*a*) Vide visionem tertiam libri primi Hermæ, qui *Pastor* inscribitur [*Patr. Gr.* t. II].

Digitized by Google Распознавание текста

credideretis, credideretis forsitan et mihi (*Joan.* v, 46). Ipse, quoad litteram, montes Jerusalem et sanctuarium evertit : ipse solem et astra suo ipsius splendore obscurat. Papæ! Qualia dicit homo morbidus et exulceratus, testam habens, et saniem radens, homo sedens in sterquilinio! *Qui in vetustatem perducit montes, et nesciunt.* Videamus igitur cujusmodi sint hæc verba, et quinam montes vetustate exoleverint, ac de quibus illud intelligendum veniat, *Et nesciunt.* Venit Jesus, qui exspectationem secundum litteram, et eos qui post gratiam in ea perseverant, delet; de quibus dicit Apostolus, *Pervenit autem super eos ira* (*I Thess.* II, 16); vetera enim deleta sunt; quæ ad litteram pertinent vetustatem induerunt; instaurata sunt quæ sunt spiritus, ut serviamus in novitate spiritus, et non in vetustate litteræ (*Rom.* VII, 6). Christus adventu suo admirabile quiddam et contra omnium opinionem fecit, eosdem prophetas et antiquavit, et innovavit.

σῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. Ὁ αὐτὸς δὲ καὶ κατέστρεψε τὰ μέχρι γράμματος ὄρη τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τὸ ἁγίασμα· ὁ αὐτὸς δὲ καὶ τὸν ἥλιον ἀμαυροῖ τῇ ἑαυτοῦ λαμπρότητι, καὶ τοὺς ἀστέρας. Βαβαί! Οἷα λέγει ἄνθρωπος νοσῶν καὶ ἑλκωμένος, ὄστρακον ἔχων, καὶ τὸν ἰχῶρα ξέων, ἄνθρωπος ἐπὶ κοπρίας καθεζόμενος! *Ὁ παλαιῶν ὄρη, καὶ οὐκ οἴδασι.* Τίνες οὖν εἰσιν οἱ λόγοι, ἴδωμεν· καὶ περὶ ποίων ὀρέων παλαιουμένων, καὶ ὑπὸ [ἴσ. ἐπὶ] τίνων, *Καὶ οὐκ οἴδασιν.* Ἦλθεν Ἰησοῦς ὁ καταστρέφων τὴν κατὰ τὸ γράμμα ἐκδοχήν, καὶ τοὺς ταύτῃ μετὰ τὴν χάριν ἐμμένοντας, περὶ ὧν φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργή*· τὰ πεπαλαιωμένα κατεστράφη, πεπαλαίωται τὰ τοῦ γράμματος, ἀνακεκαίνωται τὰ τοῦ πνεύματος, ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος. Παράδοξον ὁ Ἰησοῦς πεποίηκεν ἐλθών, τοὺς αὐτοὺς προφήτας καὶ πεπαλαίωκε, καὶ ἀνεκαίνισεν.

VERS. 6. *Qui commovet eam quæ sub cœlo a fundamentis : columnæ autem ejus quatiuntur.*

Didymi. Concinnius vero nonnulli : Columnæ erant Domini mei Jesu Christi apostoli; hi enim tempore quo Jesus patiebatur commoti erant : *Omnes vos scandalizabimini in me in nocte ista* (*Marc.* XIV, 27). Terræ motus vero sæpe in terra exstiterunt; verum et qui ante, et qui post Christum contigerunt, partem tantum aliquam terræ concusserunt; tempore autem Domini mei Jesu Christi, pars aliqua terræ mota non fuit, sed tota terra ab ipso centro conquassata est.

Στ. ς'. *Ὁ σείων τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἐκ θεμελίων· οἱ δὲ στύλοι αὐτῆς σαλεύονται.*

Διδύμου. Κομψότερον δέ τινες· Οἱ στύλοι ἦσαν τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ οἱ ἀπόστολοι. Οὗτοι γὰρ παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους Ἰησοῦ ἐσαλεύθησαν· *Πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ.* Σεισμοὶ δὲ πολλάκις γεγόνασιν ἐπὶ τῆς γῆς· ἀλλ' οἱ γενόμενοι σεισμοὶ, καὶ πρὸ Χριστοῦ, καὶ μετὰ Χριστὸν, ἐκ μέρους γεγόνασιν· ἐπὶ δὲ τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ οὐ γέγονε μερικὸς [γρ. μικρὸς] ὁ σεισμὸς, ἀλλ' ὅλη ἡ γῆ ἐσείσθη ἐξ αὐτοῦ τοῦ κέντρου.

VERS. 7. *Contra sidera autem signaculum ponit.*

Didymi. Fertur autem, quod tempore passionis, tribus horis quibus sol defecerat, sidera etiam tum, tanquam in nocte, apparuisse.

Στ. ζ'. *Κατὰ δὲ ἄστρων κατασφραγίζει.*

Διδύμου. Φέρεται δὲ, ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, ἐν ταῖς τρισὶν ὥραις ἐν αἷς ὁ ἥλιος ἐξέλιπε, τηνικαῦτα καὶ ἀστέρες ἐφάνησαν, ὡς ἐν νυκτί.

VERS. 13. *Ab eo incurvati sunt ceti qui sub cœlo.*

Didymi. Ad litteram quidem : Ceti, et aliæ venenatæ bestiæ hominis imperio minime parerent, nisi illas Deus illi subjecisset. Ad theoriam vero : Ipse spiritus reprobos (qui allegorice ceti vocantur, quia animi fluctibus innatent) incurvavit et humiliavit : si enim a Deo minus inflecterentur, hominis natura eis obsistere nequiret.

Στ. ιγ'. *Ὑπ' αὐτοῦ ἐκάμφθησαν κήτη τὰ ὑπ' οὐρανόν.*

Διδύμου. Πρὸς μὲν τὸ ῥητόν· Καὶ τὰ κήτη ἀνυπότακτα ἦν ἀνθρώποις, καὶ τὰ ἄλλα ἰοβόλα θηρία, εἰ μὴ αὐτὸς ταῦτα ὑπέταξε. Πρὸς δὲ θεωρίαν· Τὰ πονηρὰ πνεύματα, τὰ κήτη ἀλληγορικῶς καλούμενα, διὰ τὸ περὶ τοὺς κλύδωνας τῆς ψυχῆς διανήχεσθαι, αὐτὸς ἐκαμψε, καὶ ἐταπείνωσεν. Οὐ γὰρ οἷά τέ ἐστιν ἀνθρωπεία φύσις· πρὸς αὐτὰ μὴ καμφθέντα ὑπὸ Θεοῦ [ἴσ. add. ἀντιστῆναι].

VERS. 27. *Quod et si locutus fuero, obliviscar dum loquor, declinans in faciem ingemiscam, commoveor omnibus membris; scio enim quod non insontem me sines.*

Didymi. Ex his, sancti viri moderatio, et insignis æquanimitas manifestatur. Licet enim dixerat (cap. XIII, 18), *Justus apparebo*, nihilominus exploratum persuasumque habebat, quod quemadmodum coram Deo exploratore astra non sunt pura, ita neque ipse esset. Ideo inquit, Si explorare me diligenter volueris (Deus enim es), *non insontem me sines.*

Στ. κζ'. *Ἐάν τε γὰρ εἴπω, ἐπιλήσομαι λαλῶν, συγκύψας τῷ προσώπῳ στενάξω, σείομαι πᾶσι τοῖς μέλεσιν· οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ ἀθῷόν με ἐάσεις.*

Διδύμου. Ἡ μετριότης τοῦ ἁγίου ἐν τούτοις γνωρίζεται, καὶ μεγάλη εὐγνωμοσύνη. Εἰ γὰρ καὶ εἶπεν, ὅτι *Δίκαιος ἀναφανοῦμαι*, ἀλλ' οὖν οἶδε καὶ πέπεισται, ὅτι ὡς πρὸς Θεὸν δοκιμαστὴν ἄστρα καθαρὰ οὐκ ἔστιν ἐνώπιον αὐτοῦ, οὐδ' αὐτὸς δηλονότι. Διό φησιν, ὅτι Ἐξεταστής μου γινόμενος ἀκριβὴς (Θεὸς γὰρ εἶ), *οὐκ ἀθῷόν με ἐάσεις.*

CAP. X, vers. 8. *Manus tuæ plasmaverunt me, et fecerunt me.*

ΚΕΦ. Ι', στ. η'. *Αἱ χεῖρές σου ἔπλασάν με, καὶ ἐποίησάν με.*

Digitized by Google Распознавание текста

Διδύμου. Διαφέρει δὲ τὸ, *ἔπλασας*, τοῦ, *ἐποίη-* A *ας*. Πέπλασται μὲν γὰρ τὸ σῶμα ἐξ ὑποκειμένης ἧς γῆς, ἤτοι τῆς γυναικός· πεποίηται δὲ ἡ ψυχὴ μὴ προϋποκειμένου τινός· ὡς γὰρ ἀσώματος, οὕτω καὶ μέριστος.

Στ. ιδ'. *Ἐάν τε γὰρ ἁμάρτω, φυλάσσεις με· τὸ δὲ ἀνομίας οὐκ ἀθῷόν με πεποίηκας.*

Διδύμου. Εἰκότως δὲ τοῦτο λέγει· Ἐπειδὴ γὰρ δημιουργὸν καὶ προνοητὴν ἑαυτοῦ οἶδε τὸν τῶν ὅλων θεόν, ἀκολούθως καὶ περὶ μακροθυμίας αὐτοῦ διαλέγεται· ἐπίσταται γὰρ καὶ αὐτὸς, κατὰ τὸν μακάριον Δαβὶδ, ὅτι *Οὐκ ὀργὴν ἐπάγει καθ' ἑκάστην ἡμέραν*, φυλάττει δὲ τὸν ἁμαρτάνοντα, οὐ βουλόμενος αὐτὸν ἁμαρτάνειν· [ἴσ. κατὰ τὸ] *Οὐ βούλεται τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν.* Τὸ δὲ, *Οὐκ ἀθῷόν με πεποίηκας*, οἱ ἄλλοι, B *Οὐκ ἀθῳώσεις με, Οὐ καθαρίσεις με*, εἶπον.

Στ. ιε'. *Ἐάν τε γὰρ ἀσεβήσω, οἴμοι· ἐάν τε ὦ δίκαιος, οὐ δύναμαι ἀνακύψαι.*

Διδύμου. Τάχα δὲ καὶ τοιοῦτόν τι λέγει· Εἴτε προαιρετικῶς ἁμάρτω, οἴμοι· εἴτε ὡς ἐκ τῆς τοῦ Ἀδὰμ παραβάσεως, καὶ εἰς ἡμᾶς διαβαινούσης ἐκ διαδοχῆς τῆς ὀφειλῆς, πάλιν οὐδ' οὕτως ἀνακύψαι δυνήσομαι, ὡς παντὸς ἀπηλλαγμένος ῥύπου. Τῶν γὰρ ἁμαρτημάτων, τὰ μὲν ἐκ προαιρέσεως τῆς ἡμετέρας ὑφίσταται, οἷς καὶ κόλασις ἕπεται· τὰ δὲ ἐκ προγόνων, οἷς καὶ κάθαρσις χρεωστεῖται.

Στ. ιη'. *Ἱνατί οὖν ἐκ κοιλίας με ἐξήγαγες, καὶ οὐκ ἀπέθανον; Ὀφθαλμὸς δέ με οὐκ εἶδε, καὶ ὥσπερ οὐκ ὢν ἐγενόμην. Διατί γὰρ ἐκ γαστρὸς* C *εἰς μνῆμα οὐκ ἀπηλλάγην;*

Διδύμου. Ὅρα δὲ, ὅτι τῶν προσπεσόντων αὐτῷ πειρατηρίων ἐπεμνησθείς, ἐπὶ τὴν πρώτην αἰτίαν τῶν παθῶν ἀνατρέχει, τουτέστι τὴν παράβασιν, καὶ τὴν ἐκ φθορᾶς γένεσιν· καὶ οὐδαμοῦ μὲν κατὰ τῆς προτέρας τοῦ ἀνθρώπου ποιήσεως σχετλιάζει· τὸ δὲ πειρασθῆναι· τῆς ἐν βίῳ φθορᾶς, ἡγεῖται χαλεπὸν, κοιλίας τε καὶ γαστρὸς μνημονεύων. Ἡμεῖς γὰρ ἑαυτοῖς τῇ παραβάσει τὴν ὀδυνηρὰν ταύτην ζωὴν ἐπεισηγάγομεν.

Στ. κα'. *Ἔασόν με ἀναπαύσασθαι μικρὸν, πρὸ τοῦ με πορευθῆναι ὅθεν οὐκ ἀναστρέψω.*

Διδύμου. Εὐχῆς τρόπῳ ταῦτα προφέρει. Οὐ γὰρ αἱ ἐπικείμεναι ἀνίαι μικραὶ τυγχάνουσιν, οὐδὲ ἀναισθήτως ἔφερε τὰς ἀλγηδόνας· τοῦτο γὰρ οὐκ ἦν ἀνδρεῖον, εἰ D οὐκ ἠσθάνετο. Διδάσκει δὲ, ὅτι καὶ Θεοῦ δυνάμει ὑπέμεινε, δι' ὧν εὔχεται, εὐχαριστῶς λέγων· Ἐκεχειρίαν μοι τῶν πόνων παράσχου, προσκαίρῳ ὄντι, καὶ εἰς ἀεὶ ἀπόλλυσθαι μέλλοντι· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, πορευθῆναι ὅθεν οὐκ ἐπανελεύσεται. Καὶ δόγμα [γρ. δεῖγμα] τι διδάσκει κάλλιστον, ὅτι ὁ ἅπαξ ἐξελθὼν τοῦ βίου οὐκέτι εἰς τόνδε τὸν βίον ἐπαναστρέφει, ὡς μυθολογοῦσιν οἱ τὰς μετενσωματώσεις τερατευόμενοι. Εἶτα διηγεῖται τὰ ἐν ᾅδου κακὰ, ἵνα γνῶμεν οἷων ἡμᾶς ἠλευθέρωσεν ὁ Σωτὴρ, εἰπὼν *τοῖς ἐν δεσμοῖς· Ἐξέλθετε· καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, ἀνακαλυφθῆναι.*

Didymi. Discrimen vero est inter *plasmavisti* et *fecisti;* plasmatum enim est corpus ex præexsistente terra, aut muliere; anima vero ex nulla præexsistente materia facta est; sicut enim incorporea, sic etiam indivisibilis est.

Vers. 14. *Quod si et peccavero, custodis me; ab iniquitate autem non insontem me fecisti.*

Didymi. Merito autem hoc dicit: Nam cum universitatis Deum, creatorem suum et providentem gubernatorem intelligeret, ordine consequentiæ de illius longanimitate disserit; novit enim, secundum beatum David, quod *Non iram adducat per singulos dies* (*Psal.* VII, 12); sed peccatorem custodiat, nolens illum peccare; juxta illud, *Non autem vult mortem peccatoris, ut pœnitentiam* (*Ezech.* XVIII, 23). Illud vero, *Non insontem fecisti*, alii reddiderunt, *Non insontem facies me, Non mundabis me.*

Vers. 15. *Sive enim impie egero, væ mihi; et si justus fuero, non possum suspicere.*

Didymi. Fortasse etiam tale quidpiam dicit: Sive arbitrii libertate peccavero, væ mihi; sive tanquam ex lapsu Adami, debito etiam ad nos per successionem derivato, neque sic quidem, quasi ab omni labe purus, suspicere potero. Quædam enim peccata eo arbitrii nostri libertate fiunt, quæ supplicium comitem habent; alia vero a parentibus manant, quibus purgatio debetur.

Vers. 18. *Quare ergo de ventre eduxisti me, et non sum mortuus? Oculus autem non vidisset me, et essem tanquam non fuissem. Cur enim de utero in monumentum non sum translatus?*

Didymi. Vide autem, quod incumbentium tentationum recordatus, ad primam malorum causam, id est mandati transgressionem, et ex corruptione generationem recurrat; nusquam tamen contra primi hominis creationem indignanter queritur. Uteri vero et ventris mentionem faciens, quod vitæ hujus corruptionem experiretur, grave existimat; per transgressionem enim nos ipsos in ærumnosam hanc vitam conjecimus.

Vers. 21. *Patere me requiescere vusillum, antequam eam unde non revertar.*

Didymi. Sub forma precationis hæc profert: molestiæ enim, quæ incumbebant, haud exiguæ erant, neque cruciatus absque doloris sensu tulerat; si doloris enim sensum non percepisset, virum fortem se non ostendisset. Docet autem supplicatione sua, quæ cum gratiarum actione profertur, se divina potentia cruciatus pertulisse; Molestiarum, inquit, et laborum inducias mihi præbe, qui ad breve tempus duraturus, et in æternum interiturus sum; hoc enim significat illud, abire unde non revertetur. Dogma etiam præclarissimum docet, quod scilicet, qui semel ex hac vita excesserit, non amplius ad eam revertatur, sicuti fabulantur, qui corporum transmutationes prodigiose finxerunt. Deinceps inferni mala enarrat, ut intelligamus, a quibus nos Salvator noster liberaverit, *dicens iis· qui in vinculis sunt, Exite, et iis qui in tenebris sunt, ut revelentur* (*Isa.* XLIX, 9).

Digitized by Google Распознавание текста

CAP. XI, vers. 8. *Sublime est cœlum, et quid facies? profundiora autem iis quæ in inferno; quid nosti? nonne longiora quam mensura terræ, vel latitudo maris?*

Didymi. Hisce omnibus vult ostendere, humanæ scientiæ modum et mensuram esse, quæ Dei judicia assequi non valeat. Et nunc quidem cœlum, inquit, est, et inferni profunditas, terræ longitudo, et maris latitudo, de hisce dic aliquid, si potes. Innuit autem fortasse, quod quamvis de terra, mari et cœlo, aliquis loqui aggressus fuerit, ea tamen quæ ultra sunt, ignoret.

VERS. 12. *Homo autem aliter* [f. *frustra*] *natat sermonibus, et vir natus mulieris tanquam onager solitarius.*

Didymi. Divinæ notitiæ infallibilitatem, cum hominum conceptibus comparans, frustra eos natare dicit, eo quod nequeant universam Dei cognitionem ratiocinatione complecti. Per onagrum autem solitarium, hyperbolica loquendi forma usus, summam eorum in judiciorum Dei apprehensione hebetudinem ob oculos ponit.

CAP. XII, vers. 4. *Sed justus vir et sine crimine venit in derisum.*

Didymi. Observandum autem est, Jobum, cum minora dicit, sibi ipsi ea tribuere (fastu enim ad inanem ostentationem non est comparatus); cum vero majora recenset, ad genus universum orationem referre; quemadmodum et hic propemodum dicit, Ne derideantur justi; tandiu enim adversa patiuntur, quandiu Deo visum est.

CAP. XIII, vers. 3. *Verumtamen ego ad Dominum loquar.*

Didymi. Postquam amicos tanquam deceptos accusasset, fiduciam suam et loquendi libertatem ostendens, Dominum se allocuturum dicit.

VERS. 4. *Vos autem estis medici injusti, et curatores malorum omnes.*

Didymi. Iniquus est medicus, prout omnibus obvium est, qui ægris, præter salutaria, alia remedia adhibet: dupliciter autem hoc fit, vel ex medici imperitia, vel nequitia. Hi autem qui vituperantur, ex inscitia potius quam improbitate, arbitrantes se verba consolationis allaturos, Jobo dixerunt, quod propter peccata pateretur: erant igitur injusti ex eo quod mali causam ignoraverint. Illud autem, *Curatores malorum omnes*, de iis fortasse dicit, quia opinione de se elati, aliorum adversis casibus mederi se posse putarent.

VERS. 6. *Audite ergo increpationem oris mei, et judicium labiorum meorum animadvertite.*

Didymi. Considerate diligenter quæ ad redargutionem vestri allaturus sum, et, an cum judicio loquar, vobiscum perpendite. *Os* autem et *labia* pro *sermone* usurpavit. Sanctus autem, tanquam sanctus redarguit, et prout illi par est, judicat. Justus enim importuna vituperatione non utitur, neque facie et mendaciter hoc facit, sed jure et legitime

A ΚΕΦ. ΙΑ', στ. η'. *Ὑψηλὸς ὁ οὐρανὸς, καὶ τί ποιήσεις; βαθύτερα δὲ τῶν ἐν ᾅδου· τί οἶδας; ἢ μακρότερα μέτρου γῆς, ἢ εὐρους θαλάσσης;*

Διδύμου. Δεῖξαι δὲ βούλεται διὰ πάντων τούτων, ὅτι ἡ τῶν ἀνθρώπων γνῶσις μεμετρημένη ἐστὶ, μὴ ἐφικνουμένη τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων. Καὶ νῦν γοῦν ὁ οὐρανὸς, φησὶν, ἐστὶ, καὶ ᾅδου βαθύτερα, καὶ μακρότερα γῆς, καὶ τοῦ εὔρους [ἴσ. τὸ εὖρος] τῆς θαλάσσης, λέγε τι περὶ αὐτῶν, εἰ δύνασαι. Αἰνίττεται δὲ ἴσως, ὅτι κἂν ἐπιχειρήσῃ τις περὶ γῆς, καὶ θαλάσσης, καὶ οὐρανοῦ λαλῆσαι, ἀλλὰ τὰ ὑπὲρ ἐκεῖνα ἄγνοεῖ.

Στ. ιβ'. *Ἄνθρωπος δὲ ἄλλως* [ἴσ. τηνάλλως] *νήχεται λόγοις, βροτὸς δὲ γεννητὸς γυναικὸς ἴσα ὄνῳ ἐρημίτῃ.*

B *Διδύμου.* Τὸ τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως ἀσφαλὲς παραβάλλων ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπιβολαῖς, νήχεσθαι αὐτοὺς ματαίως ἔφησε, μὴ δυναμένους πᾶσαν τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν λογισμῷ περιλαβεῖν. Διὰ δὲ τοῦ ἐρημίτου ὄνου, παρίστησι τὸ σφόδρα νωθὲς αὐτῶν πρὸς τὴν κατάληψιν τῶν κριμάτων, ὑπερβολικῷ χρώμενος τῷ λόγῳ.

ΚΕΦ. ΙΒ', στ. δ'. *Δίκαιος γὰρ ἀνὴρ καὶ ἄμεμπτος ἐγενήθη εἰς χλεύασμα.*

Διδύμου. Ἐπισήμηναι δὲ, ὅτι ὅταν μὲν τὰ ἐλάττονα λέγῃ, ἑαυτῷ αὐτὰ προσάγει, οὐ γάρ ἐστιν ἐπιδεικτικὸς δι' ἀτυφίαν· ὅταν δὲ τὰ μείζονα καταλέγῃ, εἰς τὸ καθόλου ἀνάγει τὸν λόγον· ὥσπερ οὖν κἀνταῦθα μονονουχί φησι, Μὴ γελάσθωσαν οἱ δίκαιοι, ἐπὶ C τοσοῦτον γὰρ πάσχουσιν, ἐφ' ὅσον ὁ Θεὸς βούλεται.

ΚΕΦ. ΙΓ', στ. γ'. *Οὐ μὴν δὲ ἀλλ' ἐγὼ πρὸς Κύριον λαλήσω.*

Διδύμου. Αἰτιασάμενος τοὺς φίλους ὡς σφαλλομένους, φησὶν, ὅτι *Πρὸς Κύριον λαλήσω*, τὸ εὐπαρρησίαστον ἑαυτοῦ δεικνύς.

Στ. δ'. *Ὑμεῖς δέ ἐστε ἰατροὶ ἄδικοι, καὶ ἰατροὶ κακῶν πάντες*

Διδύμου. Ἄδικος δὲ ἰατρός ἐστι, κατὰ τὸ πρόχειρον, ὁ ἄλλα βοηθήματα παρὰ τὰ συμφέροντα προσάγων τοῖς κάμνουσι· διττῶς δὲ τοῦτο γίνεται, ἢ ἐξ ἀπειρίας τοῦ ἰατροῦ, ἢ ἐκ κακοηθείας. Οὗτοι δὲ οἱ ἐλεγχόμενοι, ἐξ ἀμαθίας μᾶλλον ἢ ἐκ κακουργίας, D ἔλεγον τῷ Ἰώβ, ὅτι *Δι' ἁμαρτήματα πάσχεις*, οἰόμενοι παρακλήσεως προσάγειν λόγους. Ἄδικοι οὖν κατὰ τὸ ἀγνοεῖν τὴν αἰτίαν. Τὸ δὲ, *Ἰατροὶ κακῶν πάντες*, εἴη ἂν λέγων, κατὰ τῶν οἰομένων μεγάλα περὶ ἑαυτῶν, ὡς δυναμένων ἰάσασθαι τὰ πεοιστατικῶς ἑτέροις συμβαίνοντα.

Στ. ς'. *Ἀκούσατε δὲ ἔλεγχον τοῦ στόματός μου, κρίσιν δὲ χειλέων μου προσέχετε.*

Διδύμου. Κατανοήσατε ἃ μέλλω λέγειν εἰς ἔλεγχον ὑμῶν, καὶ ἐννοήσατε εἰ κεκριμένως φθέγγομαι. *Στόμα* δὲ καὶ *χεῖλη* ἀντὶ τοῦ *λόγου* φησίν. Ἐλέγχει δὲ ὁ ἅγιος, ὡς ἅγιος, καὶ κρίνει ὡς πρέπει αὐτῷ. Οὐ γὰρ ἄκαιρον ἔλεγχον ἔχει ὁ δίκαιος, οὐδὲ ψευδῶς τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ κεκριμένως καὶ νομίμως χρῆται τῷ ἐλέγχῳ καὶ τῇ κρίσει· *Στόμα γὰρ δικαίου με-*

Digitized by Google Распознавание текста

ήσει σοφίαν, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ λαλήσει κρίσιν.

Στ. ια'. *Εἰ δὲ καὶ κρυφῇ πρόσωπα θαυμάσεσθε, τερον οὐχ ἡ δίκη αὐτοῦ στροβήσει ὑμᾶς;* [Ὁ Σύμμαχος, *Μὴ κρύφα πρόσωπον αὐτοῦ δυσ-ηθήσεσθε; μὴ οὐχὶ ἡ κίνησις αὐτοῦ ατοήσει ᾶς;*] *Ὁ φόβος*, κ. τ. λ.

Διδύμου. Ὁ ἄριστος κριτὴς πραγμάτων ἐστὶν ;ταστὴς, οὐκ εἰς πρόσωπον βλέπει τῶν κρινομέ-ν. Ἐὰν γὰρ ὦσιν οἱ κρινόμενοι πλούσιοι, ἢ ἄρ-ντες, ἢ κατ' ἄλλην ἀξίαν [γρ. ἐξουσίαν] ὑπερ-οντες, οὐκ εἰς τὸ πρόσωπον αὐτῶν σκοπεῖ, ἀλλ' εἰς ς πράξεις ἃς κρίνει. Οὔτε γὰρ πλουσίῳ προστίθε-αι δεῖ, οὔτε πένητος τὴν ἔνδειαν ἐλεοῦντας, παρ-ᾶν τὸ δίκαιον· διὸ εἴρηται, *Οὐκ ἐλεήσεις πτω-ὸν ἐν κρίσει.*

Στ. ιγ'. *Κωφεύσατε ἵνα λαλήσω, καὶ ἀναπαύ-ωμαι θυμοῦ, ἀναλαβὼν τὰς σάρκας μου τοῖς δοῦσιν.*

Διδύμου. Τάχα γε τρόπον τινὰ ὑπαναπαυει [ἴσ. παναπαύει] τοὺς φίλους. Ἐπεὶ γὰρ αὐτοὺς ἠτιάσατο ρότερον, ὡς παρακλήτορας κακῶν ὄντας (οὐ γὰρ αρεκάλουν ὡς ἔδει, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν λύπην ἤγειρον αὶ τὴν ὀδύνην τοῦ δῆθεν παρακαλουμένου), νῦν λέ-ει, ὅτι Λήξω τοῦ πρὸς ὑμᾶς θυμοῦ, *ἀναλαβὼν τὰς άρκας μου τοῖς ὀδοῦσι*· τουτέστιν, Οὐκέτι καθ' μῶν ὀργίσομαι, ἀλλὰ κατ' ἐμαυτοῦ.

Στ. ις'. *Καὶ τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτη-ίαν· οὐ γὰρ ἐναντίον αὐτοῦ δόλος εἰσελεύσεται.*

Διδύμου. Δι' ὅλων δὲ σπουδὴ τῷ δικαίῳ ἐστὶ, παιδεῦσαι τοὺς φίλους τὴν αἰτίαν τῶν ἐπιπόνων, ἵνα ερρήσῃ αὐτοὺς μὴ ἐναντία δοξάζειν. Σωτηρίαν γὰρ ταύτην [ἴσ. τοῦτο] ἐλογίζετο, τὸ τούτους γνῶναι τὸν περὶ τούτου τῆς προνοίας λόγον, ὃν φανερῶσαι βουλό-μενος, Ἔλεγε τὸ, *Ἐλέγξω*· πολλάκις γὰρ ὁ ἔλεγχος τὴν ἀπόδειξιν σημαίνει. Τὸ οὖν ἀψευδὲς αὐτοῦ παρα-στῆσαι θέλων καὶ τὸ εὐλαβὲς, λέγει, ὅτι Ἃ λέγω, θεοῦ ὁρῶντος φθέγγομαι. Οὐ γὰρ οἷόν τε ἀπάτην τινὰ γενέσθαι Θεῷ, ὡς [ἴσ. ἢ] δόλον εἰσελθεῖν ἐνώπιον αὐτοῦ.

Στ. κζ'. *Ἐφύλαξας δέ μου πάντα τὰ ἔργα.*

Διδύμου. Οἶδεν ὁ μακάριος τὸ ὑπὸ τοῦ Δαβὶδ εἰρημένον, ἅγιος ὢν, ὅτι ὁ Θεὸς οὐ παρατηρεῖται πάσας τὰς ἀνομίας τῶν πταιόντων· ἀλλὰ παιδεύων τοὺς φίλους πάλιν, δι' ἣν αἰτίαν πάσχει (ὅτι δι' ἀγῶνα), τὸ προκείμενον εἴρηκεν, ὡς τοῦ Θεοῦ πάντα αὐτοῦ τὰ ἔργα φυλάξαντος, καὶ ἀκριβώσαντος, καὶ οὕτως ἐπαγαγόντος αὐτῷ τὰ ἀνιαρά· ἵνα ἐκ τούτου ἐννοήσωσιν, ὅτι τὸ μέγεθος τῶν τοσούτων ἐπαγαγὼν, οὐ δι' ἁμαρτίας ἐστὶν, ἀλλὰ δι' ἀγῶνα, καὶ σκοπὸν ἀνδρείας.

ΚΕΦ. ΙΔ', στ. γ'. *Οὐχὶ καὶ τούτου λόγον ἐποιήσω, καὶ τοῦτον ἐποίησας εἰσελθεῖν ἐν κρί-ματι ἐνώπιόν σου;*

Διδύμου. Τάχα δὲ καὶ τὴν περὶ τὸν ἄνθρωπον πρόνοιαν ἐνταῦθα σαφηνίζει, οὐχ ὡς εἰκαίως καὶ ὡς ἔτυχεν ἐν τῷ βίῳ αὐτοῦ παραμένοντος, ἀλλ' ἐκ κρίσεως

A judicat et redarguit : *Os enim justi meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur judicium* (*Psal.* XXXVI, 30).

VERS. 11. *Quod et si occulte personas mirati fueritis, nonne turbo ejus versabit vos?* [Symmachus autem, *An occulte personam ejus verebimini? nunquid non commotio ejus exterrebit vos?*] *Timor autem*, etc.

Didymi. Optimus judex rerum æstimator est, judicandorum personas non respicit. Si enim divites vel principes sint, aut alia dignitate excellant, qui in judicium vocantur, non personas eorum, sed actiones quas judicat, intuetur. Neque enim diviti astipulando, neque pauperis inopiam commiserando, jus violandum est; unde dictum est, *Non* B *miserebere pauperis in judicio* (*Exod.* XXIII, 3).

VERS. 13. *Obmutescite ut loquar, et requiescam ab ira, apprehendens meas carnes dentibus meis.*

Didymi. Forte etiam amicos ratione aliqua demulcet : cum enim prius eos tanquam malorum consolatores accusasset (non enim prout oportebat consolabantur, sed dolorem et mœrorem ejus qui consolandus erat, magis excitabant), nunc inquit, *Apprehendens carnes meas dentibus*, vobis succensere desinam, id est, Vobis non amplius, sed mihi ipsi stomachabor.

VERS. 16. *Et hoc mihi evadet in salutem; non enim* C *coram eo dolus ingredietur.*

Didymi. In omnibus autem, causam malorum et molestiarum justus amicos docere studet, ut illos lucrifaceret, nec diversa sentire persuaderet : hoc enim salutare esse existimabat, si providentiæ erga eum rationem intelligerent; quam cum manifestare vellet, dixit, *Redarguam;* sæpenumero enim elenchus demonstrationem significat. Ut igitur mendacii se expertem, et pietatem colere, ob oculos poneret, dicit, Deo intuente loquor quæ dico. Deus enim fraude nulla decipi potest, nec dolus coram eo ingredi potest.

VERS. 27. *Et observasti omnia opera mea.*

Didymi. Noverat beatus Jobus, sanctus exsistens, quod a Davide dictum est, Deum scilicet non D omnes delinquentium iniquitates observare; verum, ut amicos rursus institueret, quam ob causam pateretur (ad virtutis scilicet certamen), verba hæc protulit, quasi Deus opera ejus omnia observasset, et diligenter examinasset, ac proinde ærumnis et cruciatibus illum confecisset; ut ex hoc intelligere possent, tantarum tribulationum magnitudinem, non propter peccata, sed certaminis causa, et ad fortitudinem manifestandam, illi evenisse.

CAP. XIV, vers. 3. *Nunquid et hujus rationem fecisti, et hunc fecisti venire in judicium coram te?*

Didymi. Forte etiam hoc loco divinam providentiam erga hominem manifestam facit, non quasi temere et fortuito longiore vita fruatur, sed quod ar-

Digitized by Google Распознавание текста

bitrio divino terminum ab eo præfinitum non excedat. Hæc autem dici intelligenda sunt, non tanquam fatum dominium ullum obtineat, sed quod divina voluntas terminis et mensuris cuncta disponat.

CAP. XV, vers. 7. *Quid enim? nunquid primus homo natus es?* etc.

Didymi. Cum Eliphazus judiciorum Dei inscrutabilitatem in medium attulisset, existimans se hac ratione justum impulsurum, ut non aliam ob causam, quam propter peccata (quibus ipse obnoxius erat), adversa se pati arbitraretur : neque enim ipse constitutionem Domini audiverat, neque ad eum delapsa est sapientia, qua justum propter peccata adversa pati comprehenderet. Verisimiliter autem Jobum cæteris hominibus parem facit, quia scilicet virtutis ejus magnitudinem ignoraret, et hac ratione justitiæ opinionem ex animo ejus eradicare vellet.

CAP. XV, vers. 13. *Quid ausum fuit cor tuum? aut quid sustinuerunt oculi tui? quod furorem erupisti ante Dominum, protulisti autem ex ore verba talia.*

Didymi. Loquendi enim libertatem, quæ a puritate et integritate summa proficiscebatur, iracundiam illi opinabantur; quod illis quidem evenerat ex putri et rancido fundamento, quod ipsis substruxerant, laudabilem loquendi fiduciam, blasphemiam esse existimantes. Idcirco ait, Unde tantam tibi audaciam sumpsisti, ut contra Deum oculos levaveris, et quasi ira accensus, talia verba protuleris?

VERS. 14. *Quis enim cum homo sit, quia erit sine crimine? aut tanquam futurus justus natus de muliere?*

Didymi. Proprium est eorum qui virtute carent, illius acquisitionem difficilem esse existimare, atque ita animo affici, ac si nemo eam possideret; sicut præsens Eliphazus dicit, corporis imbecillitate (ut verisimile est) in errorem inductus. Quis enim, inquit, cum homo sit, irreprehensibilis esse potest, aut justum se fore polliceri, prout tu teipsum esse existimas?

VERS. 17. *Annuntiabo autem tibi, audi me : quæ utique vidi, annuntiabo tibi, quæ sapientes*, etc.

Didymi. Vel fortasse, nullo animi proposito cum fastu et arrogantia conjuncto, sed quia peccatis eum implicatum adhortatione sua indigere arbitraretur. Et hic quidem videtur (licet nequaquam notitia divina, sed admiratione eorum qui prudentia excelluerunt) dicto illi simile aliquid protulisse: *Hominis fidelis sunt cunctæ orbis terrarum opes, infidelis vero ne obolus quidem.* Infidelis enim, quamvis largas possessiones habeat, divitiarum tamen non dominus est, sed servus; Mammonæ enim inservit. Quisnam autem vetus sit sermo, quem ab antiquis didicisse se profitetur, subjungit.

VERS. 28. *Habitet autem civitates desertas, et ingrediatur in domos non habitatas : quæ autem illi paraverunt, alii auferent.*

Didymi. Summam impiorum solitudinem innuit,

A Θεοῦ [ἴσ. add. μὴ] ὑπερβαίνοντος τὸν παρ' αὐτοῦ τεταγμένον χρόνον. Ταῦτα δὲ οὐχ ὡς εἱμαρμένης κρατούσης λεκτέον, ἀλλ' ὡς τοῦ θελήματος τοῦ Θεοῦ ὅροις καὶ μέτροις ἕκαστα διαταξαμένου.

ΚΕΦ. ΙΕ', στ. ζ'. *Τί γάρ; μὴ πρῶτος ἀνθρώπων ἐγεννήθης;* κ. τ. λ.

Διδύμου. Προβαλλόμενος τοίνυν ὁ Ἐλιφὰζ τὸ τῶν κριμάτων ἀνεξερεύνητον, ἐκ τούτου οἴεται περιτρέπειν τὸν δίκαιον εἰς τὸ οἴεσθαι, ὅτι μὴ δι' ἕτερον ἢ δι' ἁμαρτίας πάσχει, τούτῳ [ἴσ. ταύταις] αὐτὸς ἐνεχόμενος. Οὐδὲ γὰρ αὐτὸς συνταγὴν Κυρίου ἦν ἀκηκοὼς, ἢ ἀφικομένην εἶχε πρὸς αὐτὸν τὴν σοφίαν, ἵνα διάληψιν ἔχῃ περὶ τοῦ ἁγίου, ὡς δι' ἁμαρτίας πάσχοντος. Κοινοποιεῖ δὲ αὐτὸν τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις εἰκότως, ἅτε ἀγνοῶν αὐτοῦ τὸ μέγεθος τῆς B ἀρετῆς, ἐκ τούτου ἀνατρέπων ὅθεν τὸ οἴεσθαι αὐτὸν δίκαιον.

ΚΕΦ. ΙΕ', στ. ιγ'. *Τί ἐτόλμησεν ἡ καρδία σου, ἢ τί ἐπήνεγκαν οἱ ὀφθαλμοί σου; ὅτι θυμὸν ἐρρήξας ἔναντι Κυρίου, ἐξήγαγες δὲ ἐκ στόματος ῥήματα τοιαῦτα*

Διδύμου. Θυμὸν γὰρ ἡγοῦντο τὴν ἐκ καθαρότητος ὑπερβαλλούσης παῤῥησίαν· ὅπερ αὐτοῖς συνέβαινεν ἐκ τῆς σαθρᾶς αὐτῶν ἀρχῆς, ἧς αὐτοὶ ἑαυτοῖς ὑπέθεντο, βλασφημίαν ἡγούμενοι τὴν εὔλογον τῶν λόγων ἐλευθερίαν. Διό φησι, Τί τοσοῦτον ἐθρασύνω, ὅτι καὶ ἀντέβλεψας Θεῷ, καὶ ὡς ἀγανακτῶν κατ' αὐτοῦ τοιαῦτα ἐφθέγξω ῥήματα;

C

Στ. ιδ'. *Τίς γὰρ ὢν βροτὸς, ὅτι ἔσται ἄμεμπτος; ἢ ὡς ἐσόμενος δίκαιος γεννητὸς γυναικός;*

Διδύμου. Ἴδιον δὲ τῶν μὴ ἐχόντων ἀρετὴν, τὸ δυσχερῆ λογίζεσθαι τὴν ταύτης ἀνάληψιν, καὶ διακεῖσθαι, ὡς μηδενὸς αὐτὴν ἔχοντος· καθὰ καὶ ὁ προκείμενος λέγει, σφαλλόμενος διὰ τὴν τοῦ σώματος, ὡς εἰκὸς, ἀσθένειαν. Τίς γὰρ, φησὶν, ἄνθρωπος ὤν, δύναται ἄμεμπτος εἶναι, ἢ ἐπαγγέλλεσθαι, ὅτι Δίκαιος ἔσομαι, ὡς σὺ σαυτὸν νομίζεις;

Στ. ιζ'. *Ἀναγγελῶ δέ σοι, ἄκουέ μου· ἃ δὴ ἑώρακα ἀναγγελῶ σοι, ἃ σοφοὶ*, κ. τ. λ.

Διδύμου. Ἡ τάχα οὐ προθέσει ἀλαζονικῇ, ἀλλὰ D τῷ νομίζειν αὐτὸν ἐν ἁμαρτίαις εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο δεῖσθαι τῆς παρ' αὐτοῦ παραινέσεως. Καὶ ἔοικέ γε οὗτος, εἰ καὶ μὴ κατ' ἐπίγνωσιν θείαν, ἀλλὰ τῷ θαυμάζειν τοὺς συνέσει ὑπερβάλλοντας, ὅμοιον λέγειν τῷ φάσκοντι ῥητῷ· *Τοῦ πιστοῦ ὅλος ὁ κόσμος τῶν χρημάτων, τοῦ δὲ ἀπίστου οὐδ' ὁβολός.* Κἂν γὰρ πολυκτήμων ὑπάρχῃ ὁ ἄπιστος, οὐ δεσπότης, ἀλλὰ δοῦλός ἐστι τῶν χρημάτων· τῷ γὰρ Μαμμωνᾷ δουλεύει. Τίς δὲ ὁ παλαιὸς λόγος, ὃν παρὰ τῶν ἀρχαίων φησὶ μεμαθηκέναι, ἐπάγει.

Στ. κη'. *Οἰκισθείη δὲ πόλεις ἐρήμους, εἰσέλθοι δὲ εἰς οἴκους ἀοικήτους· ἃ δὲ ἑκεῖνοι ἡτοίμασαν. ἄλλοι ἀποίσονται.*

Διδύμου. Τὴν παντελῆ ἐρημίαν τῶν ἀσεβῶν δη-

Digitized by Google Распознавание текста

ει, ὡς ἀντὶ πόλεων εὐθυνουμένων [γρ. εὐθυνομέ-
ων] καὶ οἴκων, ἐρημίαν αὐτοὺς οἰκεῖν ὑπὸ πενίας.
Ὁ τοιοῦτος γὰρ, φησὶ, τῶν οἰκείων ἐκπεσὼν, καὶ
ἁσης τῆς προσούσης δυναστείας, τὰς ἐρήμους κα-
διώξει· ἔθος δὲ τοῖς φεύγουσι, τοὺς τυχόντας τῶν
ὁπων πρὸς σωτηρίαν καταλαμβάνειν, ἐν οἷς γινό-
ιενοι τὸν ἐν ποσὶ διαφεύγοιεν κίνδυνον. Οὐκοῦν ὁ
ισεβὴς ἔσται ἐν τούτοις, τῆς ἐκ τοῦ πλούτου ἀλα-
ονείας ἀξίαν τὴν δίκην διδοὺς τῆς προσούσης εὐ-
ξίας τὴν μεταβολὴν, καὶ τὰ σὺν πολλῷ δὲ τῷ
όνῳ συλλεγέντα, εἰς ἀλλοτρίους μεταστήσεται.
Εἶτα αὔξει τὴν κατὰ τοῦ ἀσεβοῦς τιμωρίαν, οὐ
μόνον μὴ πλουτεῖν αὐτὸν ἀποφαινόμενος, ἀλλὰ καὶ
τῶν ὑπαρχόντων ἐκπίπτειν διαβεβαιούμενος· ἐπάγει
γάρ·

qui pro urbibus opulentis et domibus, paupertate coacti loca deserta incolent. Vir enim hujusmodi cum fortunis suis exciderit, et potestate omni qua præditus est, spoliatus fuerit, solitudines persequetur : mos quippe fugitivorum est, loca quævis obvia salutis causa captare, ut periculum quod ipsis imminet, effugiant. Hæc igitur impii conditio erit ; arregantia ejus ex divitiis orta, felicis rerum status mutatione merito compensabitur, et quæ illi cum magno labore parta sunt, ad peregrinos transferentur. Deinde ostendendo quod non tantum divitias minime cumulabit, sed affirmando etiam quod bonis iis quæ possidet excidet, impii pœnam adauget ; addit enim :

ΚΕΦ. ΙϚ', στ. ζ'. *Ἐὰν γὰρ λαλήσω, οὐκ ἀλγήσω τὸ τραῦμα; Ἐὰν δὲ καὶ σιωπήσω, τί ἔλαττον τρωθήσομαι;*

CAP. XVI, vers. 7. *Si enim loquar, non dolebo vulnus? Quod et si tacebo, quid minus vulnerabor?*

Διδύμου. Τάχα καὶ τὴν γνησίαν αὐτοῦ περὶ τοὺς φίλους διάθεσιν ἐπιδείξασθαι θέλει· ὅτι Ἐμοὶ μέλει τῆς ὑμετέρας σωτηρίας· διὸ εἰ καὶ ἀλγῶ, χρῶμαι τῇ παραινέσει. Εἰ γὰρ καὶ ἄλλοι ἀλγοῦντες ἀρκοῦνται ταῖς καθ' ἑαυτοὺς ἀνίαις, ἀλλ' ἐμοὶ, φησὶν, ἡ σωτηρία τῶν φίλων προκριτέα.

Didymi. Fortasse etiam sincerum animi sui affectum erga amicos ostendere vult : Mihi, inquit, vestra salus curæ est ; quare licet doloribus crucier, adhortatione ad vos utor : quamvis enim alii qui dolent, suis molestiis et ægritudinibus mederi, satis habent : ego tamen amicorum salutem præferendam censeo.

Στ. ιη'. *Ἄδικον δὲ οὐδὲν ἦν ἐν χερσί μου, εὐχὴ δέ μου καθαρά.*

VERS. 18. *Injustum autem nihil fuit in manu mea, deprecatio autem mea munda.*

Διδύμου. Χείρονά μοι, φησὶ, τὴν ἀθυμίαν ἐμποιεῖ, καὶ μᾶλλόν με ἀνιᾷ, τὸ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδέναι φαῦλον. Οὐ γὰρ γινώσκω τι, εἰ μὴ ὅτι ὀρθῷ λογισμῷ τὰς πρὸς Θεὸν ἐποιούμην ἱκεσίας· διὸ καὶ ξενίζομαι ἐφ' οἷς ταῦτα ὑπομένω. Ἐπισήμηναι δὲ, ὅτι καθαρὰ ἦν ἡ τοῦ δικαίου εὐχὴ, καὶ παντὸς πάθους ἀμιγὴς, μὴ ῥεμβασμοὺς ὑπομένουσα, μηδὲ ὑπὸ φροντίδων κατασπωμένη.

Didymi. Graviorem, inquit, animi anxietate mihi creat, et majore molestia afficit, quod nullius improbitatis et sceleris mihi conscius sim ; aliud enim nihil scio, nisi quod recto et sincero animo supplicibus precibus Deum invocaverim ; quare stupore attonitus, quod talia sustineam, admiror. Animadverte autem, justi preces puras fuisse, sine omni perturbationum mistura, nullis animi fluctuationibus obnoxias, aut curarum fluctibus distractas.

ΚΕΦ. ΚΑ', στ. γ'. *Ἀνάτεινέ με, ἐγὼ δὲ λαλήσω· εἶτα οὐ καταγελάσεταί μου.*

CAP. XXI, vers. 3. *Sustinete me, ego autem loquar ; deinde non irridebitis me.*

Διδύμου. Ἀντὶ τοῦ, Ἐνέγκατέ μου τοὺς λόγους, βαστάσατέ με λέγοντα, λογιζόμενοι, ὅτι οὐχ ὑβριστικῶς χρῶμαι τῷ ἐλέγχῳ, ἀλλὰ πρὸς ἐπιστασίαν.

Didymi. Id est, Animo vobiscum reputantes, quod reprehensio mea cum contumelia non sit conjuncta, sed ad eruditionem vestram adhibeatur, sermones meos tolerate, et perorantem me sustinete.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

DIDYMI ALEXANDRINI

EXPOSITIO IN PSALMOS.

(Angelo Mai, *Bibliotheca nova Patrum*, t. VII, parte II, p. 131.)

MONITUM.

Venio nunc ad Didymi in Psalmos perquam copiosam et piam lucubrationem. Namque hunc non partem, sed integrum Psalmorum corpus explanavisse, certissimo testimonio docet Hieronymus *De vir. ill.*, cap. 109, et in epistola 112, 20, idque passim catenæ tum mss. tum editæ oculis reapse subjiciunt. Jam etsi multæ Didymi partes in Corderianæ Catenæ voluminibus sunt, attamen longe plures in Vaticanis codicibus erant, quos inter prætuli duos, nempe Vat. 1789, perveterem, ubi Didymi auctoritates prolixæ et luculentæ sunt, sed non ultra quinquagesimum psalmum. Reliquas vero Psalterii partes duas, sive Didymi in eas commentarium, beneficio codicis recentioris Vat. 1682, cui connectitur 1683, continuavi. Corderii Catenam inito contuli, deinde hac omissa, Didymum prout in prædictis codicibus erat, multum atque præclarum, secure transcripsi. Modo enim in Corderiano libro nihil erat Didymi, veluti in psalmis II, IV, V, XII, XIV, XIX, XX, XXII, XXV, XXVI, XXVIII, XXIX, XXX, XLI, XLII, XLIII, XLV, XLVI, XLVIII, LXI, LXII, LXIII, XCI, CXV, CXIX. Modo præ nostris oppido pauca, veluti in psalmis III, X, XIII, XXIII, XXIV, XXVII, XXXI, XXXIV, XXXVI, XXXVII, XXXVIII, XL, XLVII, LXVI, XCIV, XCVI, CXIV. Alicubi tamen Corderius nova habebat et plura]; sed nos hoc institutum tenuimus, saltem post psalmum XXIII, ut ex Corderiano libro nihil, ex codicibus omnia, ut in marginibus dictum est, exscriberemus sive nota Corderio sive secus, nam et lectionum varietas utilis est. Ille est apud Corderium defectus maximus, quod post CXX psalmum nihil Didymi habetur, nostri vero codices usque in finem Psalterii Didymum exhibent. Didymi autem quæ mens fuerit et institutum in Psalmis explicandis, cognoscimus ex ejus proœmio, ubi, laudatis Novi Testamenti verbis, quæ Psalmorum vaticinia ad Christum referunt, ait hanc sacræ Scripturæ partem spiritali præsertim sensu esse intelligendam. Cæterum citatis a Didymo testimoniis addendum est aliud maximum ore ipsius Christi prolatum Luc. XXIV, 44 : *Quæ scripta sunt in Psalmis de me* (*a*).

(*a*) Priores quindecim psalmos Græce et Latine, reliquos Græce tantum edidit cardinalis Mai; iis interpretationem nostram adjecimus. Edit. Patr.

ΔΙΔΥΜΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΕΙΣ ΨΑΛΜΟΥΣ.

DIDYMI ALEXANDRINI IN PSALMOS.

PROŒMIUM.

In Novo Testamento, dictionum de Psalmorum A libro sumptarum testimonia exstant, tanquam a divino Spiritu pronuntiatarum. Paulus quidem in Epistola ad Hebræos ex nonagesimo quarto psalmo capitulum sumens, sancti Spiritus illud esse dictum scribit, dicens : « Sicut ait Spiritus sanctus : Hodie si vocem ejus audieritis [1], » et reliqua. Præ-

Ἐν τῇ Καινῇ Διαθήκῃ λέξεων ἀπὸ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν παραληφθεισῶν μαρτυρίαι κεῖνται, ὡς ὑπὸ ἁγίου Πνεύματος εἰρημέναι. Παῦλος μὲν ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ ἀπὸ τοῦ ἐνενηκοστοῦ τετάρτου ψαλμοῦ κεφάλαιον λαβών, ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀπηγγέλθαι αὐτὸ γράφει, φήσας· « Καθὼς λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ

[1] Hebr. III, 7.

Digitized by Google Распознавание текста

κούσητε, » καὶ τὰ ἑξῆς· πρὸς τοῦτο καὶ ὁ τῶν ἀπο- A
στόλων πρόκριτος Πέτρος ἐν ταῖς Πράξεσιν τῶν
ἀποστόλων σύμφωνα λέγει, ὅπου μέν· « Ἔδει πληρωθῆ-
ναι τὴν Γραφὴν ἣν προεῖπεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ
στόματος Δαβὶδ περὶ Ἰούδα τοῦ γενομένου ὁδηγοῦ
τοῖς συλλαβοῦσιν Ἰησοῦν, » καὶ τὰ ἑξῆς· οἷς ὀλίγα
ἐπιπὼν ἐπήγαγεν· « Γέγραπται γὰρ ἐν βίβλῳ Ψαλ-
μῶν· Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, καὶ μὴ
ἔστω ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ
λαβέτω ἕτερος. » Οὐδὲν δὲ ξένον εἰ οἱ ἀπόστολοι
ταῦτα γράφουσιν, αὐτοῦ μάλιστα τοῦ Σωτῆρος ταῦτα
ἐπισφραγιζομένου· μνήμης γὰρ γεναμένης ἐν τῷ
Εὐαγγελίῳ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἑκατοστοῦ ἐννάτου ψαλμοῦ
ὧδε ἐχούσης· « Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου
ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπό-
διον τῶν ποδῶν σου, » ἐπείθετο (1) τῶν Φαρισαίων· B
« Εἰ Δαυὶδ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ τὸν Χριστὸν Κύριον
εἶπεν, πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν; » Εἰ τοίνυν τὰ πνευ-
ματικὰ νοήματα περιέχουσιν οἱ Ψαλμοί, οὐχ ὡς ἔτυ-
χεν ἐντευκτέον τῇ γραφῇ αὐτῶν.

terea summus Petrus in Actibus apostolorum pari a dicit, nempe « oportuisse impleri Scripturam quam Spiritus sanctus prædixit per os Davidis de Juda qui factus est dux eorum a quibus comprehensus est Jesus [1], » et reliqua. Et paucis interjectis addidit : « Scriptum est enim in libro Psalmorum : Fiat commoratio ejus deserta, et non sit qui habitet in ea, et episcopatum ejus accipiat alter [2]. » Nihil vero mirum est, quandoquidem ipse potissime Servator ea confirmat; nam facta in Evangelio mentione initii centesimi noni psalmi, quod ita se habet : « Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, » Pharisæos interrogavit : « Si David in Spiritu sancto Christum Dominum dixit, quomodo filius ejus est [3] ? » Si ergo spiritales sensus continent Psalmi, non perfunctorie in ipsorum contextu versandum est.

PSALMUS I.

Στ. α'. Ἔστι δὲ ἁμαρτωλῶν ὁδὸν εἰπεῖν τὸν διάβολον· ἐν ᾗ ὁ γενόμενος μὴ ἐμμενέτω· κατὰ τὸ, « Ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ, καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν. » Ὁ γὰρ μὴ στὰς ἐν αὐτῇ, πρὸς Κύριον ἥξει τὸν εἰπόντα, « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός· » ἐν ᾗ γενόμενος κατὰ σκοπὸν δραμὼν τεύξεται τοῦ βραβείου.

Vers. 1. Peccatorum viam dicere licet diabolum ; cui viæ qui institerit, caveat ne ibi moretur; juxta illud : « Resistite diabolo, et fugiet a vobis [4]. » Nam qui in dicta via non steterit, ad Dominum veniet dicentem : « Ego sum via [5] ; » quam qui sectatus fuerit ad scopum pergens, præmium consequetur.

Στ. γ'. Ὁμοιωθεὶς τῇ σοφίᾳ, ὅμοιος γίνεται Θεῷ C
τῷ ποιότητα τοιάνδε χαριζομένῳ· δικαιοσύνῃ γὰρ
ὁμοιοῦται αὐτῷ ὁ δίκαιος, καὶ ἁγιότητι ἅγιος, καὶ
τῇ σοφίᾳ σοφὸς, σπάσας ἀπ' αὐτῆς τὸ εἶναι σοφὸς,
κατὰ τὸ λεχθὲν ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος· « Ἀρκετὸν τῷ
μαθητῇ, ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ. » Ὁ
δὲ ὁμοιούμενος τῷ τῆς ζωῆς ξύλῳ, γίνεται μὲν ἐν τῷ
παραδείσῳ ἵνα σὺν αὐτῷ φυτευθῇ, ὡς ἀπὸ προσώπου
τοῦ Θεοῦ φησιν Ἡσαΐας· « Κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ
ξύλου τῆς ζωῆς ἔσονται αἱ ἡμέραι τοῦ λαοῦ μου. »
Οὐκοῦν συνδιαιωνίζει ὁ δίκαιος τῷ ξύλῳ, γινόμενος
συμφυὴς κλάδος αὐτοῦ, καὶ κλῆμα γινόμενος ἐπὶ τῷ
θεῖον καρπὸν ἀγαγεῖν· ἄμπελος γὰρ ἀληθινὴ, τὸ ξύ-
λον τῆς ζωῆς τυγχάνον, φησὶ πρὸς τοὺς μαθητάς·
« Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, ὑμεῖς τὰ κλήματα,
ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός· πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μένον, D
καθαίρει αὐτὸ ὁ Πατήρ, ἵνα καρπὸν πλείονα φέρῃ. »
Ὁ δὲ τοιοῦτος κατευοδοῦται· « Τοῖς » γὰρ « ἀγαπῶσι τὸ
θεῖον, πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν· » — « Παρὰ Κυρίου »
γὰρ, φησὶ, « τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται. »
Ἀσφαλῶς δὲ τὸ *πάντα* εἶπε, μετὰ τὸ δεῖξαι τὴν τε-
λειότητα· τῷ γὰρ θείῳ νόμῳ τὸ οἰκεῖον θέλημα συν-
αρμόττων, οὐδὲν ἐναντίον ποιήσειεν· εἰ δὲ γέγρα-
πται, « Ὁδὸς ἀσεβῶν εὐοδοῦται, » οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ'

Vers. 3. Qui sapientiæ assimilatur, similis ei fit qui hanc qualitatem largitur. Nam justitia similis evadit Deo justus, sanctitate sanctus, et sapientia sapiens, hauriens ab ipsa ut sit sapiens, juxta Salvatoris dictum : « Sufficit discipulo ut sit sicut magister ejus [7]. » Qui autem ligno vitæ se fecit similem, in paradiso consistit, ut pariter complantetur. Quemadmodum in persona Dei Isaias propheta dicit : « Quot dies ligni vitæ sunt, totidem erunt dies populi mei [8]. » Igitur simul perennat justus, cum vitæ ligno complantatus, cujus fit ramus et palmes ob divinum fructum faciendum; nam vera illa vitis, quæ vitæ lignum est, discipulis aiebat : « Ego sum vitis vera, vos palmites, Pater meus agricola est; omnem palmitem in me manentem, purgat Pater meus, ut fructum plus afferat. [9] »

Qui hujusmodi est prosperatur : nam « diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum [10]. » — « A Domino » enim, inquit, « diriguntur gressus hominis [11]. » Accurate autem *omnia* dixit, ut rei perfectionem ostendat. Qui enim Dei legi propriam voluntatem conformat, nihil contrarium aget. Quod si etiam alicubi scribitur, « Via impiorum prospe-

[1] Act. I, 16. [2] Ibid. 20. [3] Matth. XXII, 44, 45. [4] Jac. IV, 7. [5] Joan. XIV, 6. [7] Matth. X, 25. [8] Isa. LXV, 22. [9] Joan. XV, 1, 2. [10] Rom. VIII, 28. [11] Prov. XX 24.

(1) *Ἐπείθετο.* Pro ἐπύθετο, et supra γεναμένης pro γενομένης· quas dialecti Alexandrinæ formas, et si quæ alibi occurrerint, ad litteram exscribendas duximus, ne auctoris Alexandrini stylum nativo, ut aiunt, colore fraudaremus. EDIT. PATROL.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ratur [12], » haud simpliciter id dicitur, sed cum additamento *impiorum*, juxta illud : « Est viro prosperitas in malitia [13]. »

Arbor, est Dei sapientia ; fructus ejus, mysticus et spiritalis Scripturarum sensus : folia prædictum fructum tegentia, sunt externa vocabula, quæ præterquam quod propriam operam impendunt tegendis fructibus, fiunt etiam pabulum bonorum virorum, qui ob suam simplicitatem jumenta dicuntur, juxta illud : « Homines et jumenta salvabis, Domine [14]. »

Ventum, qui hos susdeque dispergit, angelum vindicem esse putabis, necnon fallacis ipsorum doctrinæ impetum ; qui nempe omni vento doctrinæ circumferuntur, in nequitia hominum, in astutia [15].

Vers. 5. Id est ad judicium non resurgent ; nam resurgent quidem, sed non judicabuntur, cum per se fuerint præjudicati. « Qui » enim, inquit, « non credit, jam judicatus est [16]. »

ἀσεβῶν εἴρηται· εἴρηται γάρ· « Ἔστιν εὐοδία ἐν κακοῖς ἀνδρί. »

Τοῦτο (2) δέ ἐστιν ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία· καρπὸς μὲν ἐστιν ἡ μυστικὴ καὶ πνευματικὴ τῶν Γραφῶν διάνοια· φύλλα δὲ σκέποντα τὸν εἰρημένον καρπὸν, τὰ προχειροι λέξεις, αἱ πρὸς τὸ ποιεῖν τὸ ἴδιον ἔργον ἐν τῷ φυλάττειν τοὺς καρποὺς, καὶ τροφὴ γίνονται τῶν ἀκεραιοτέρων ἀνθρώπων, τῶν δι' ἁπλότητα κτηνῶν λεγομένων, κατὰ τὸ, « Ἀνθρώπους καὶ κτήνη σώσεις, Κύριε. »

Νοήσεις δὲ ἄνεμον τὸν ἄνω κάτω τούτους διαρριπίζοντα, τὸν τιμωρούμενον αὐτοὺς ἄγγελον, καὶ τὴν ὁρμὴν τῆς πλάνης αὐτοὺς (3) διδασκαλίας, περιφερομένους παντὶ ἀνέμῳ διδασκαλίας, ἐν τῇ κυβίᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ.

Στ. ε'. Ἥγουν ἐν κρίσει οὐκ ἀναστήσονται· ἀλλ' ἀναστήσονται μὲν, οὐ κριθήσονται δὲ, τυγχάνοντες αὐτοκατάκριτοι· « Ὁ » γὰρ « μὴ πιστεύων εἰς ἐμὲ, » φησὶν, « ἤδη κέκριται (4). »

PSALMUS II.

Vers. 8. Cum omnes homines sponte moveantur, quia libero sunt præditi arbitrio, nemo naturaliter vel bonus est vel malus. Et quoniam is solus qui virtutis est compos, Deo fit familiaris, quisquis hujusmodi est, hæreditas Dei est. Quandiu igitur Israel bonus fuit, de eo dicebatur : « Factus est portio Domini Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel [17]. » Sed non sortito tantum ita se habuit hic, verum etiam ob morum probitatem talis exstitit, veluti de Deo loquuntur sancti homines : « Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Jacob quam dilexit [18]. » Quodsi mandatorum observantia et fide in Deum, fit aliquis Dei hæreditas ; qui vicissim Dei præcepta transgreditur, et a fide erga eum desciscit, hoc honore depellitur : quemadmodum contra, qui declinat a malo et facit bonum, fit Dei hæreditas, quanquam antea non esset. Quæ cum ita se habeant, qui populus olim propter pietatem hæres Dei Israelis erat, a Deo aversus, sorte sua excidit, quia non excepit illum, qui ut ei potissimum bene faceret, deinde etiam aliis hominibus, Salvator advenit. Oportuit itaque alium introduci populum, ex pluribus conflatum gentibus, qui ad Evangelium accederet. Verba igitur, « Postula a me, et dabo tibi, » nostri causa, non Filii dicta sunt. Significant enim non ipsi Filio addi aliquid, sed indigentibus illo ; sicut magistro et medico datur virtus, ut homines fiant sani ac sapientes ope illius. Sed et verba « possessionem tuam terminos terræ, » simplicius intelligentur sic : Usque ad terminos terræ doctrina tua vim obtinebit, prædicato nimirum Evangelio

Στ. η'. Πάντων ἀνθρώπων προαιρετικῶς κινουμένων, αὐτεξούσιοι γὰρ, οὐδεὶς κατ' οὐσίαν ἀγαθὸς ἢ κακός ἐστιν· καὶ ἐπεὶ ὁ ἀρετῆς κατέχων οἰκειοῦται Θεῷ μόνος, καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος κληρονομία Θεοῦ τυγχάνει. Ὅτε οὖν ὁ Ἰσραὴλ ἀγαθὸς ὑπῆρχεν, ἐλέγετο περὶ αὐτοῦ· « Ἐγενήθη μερὶς Κυρίου Ἰακώβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. » Παρίσταται ὡς οὐκ ἀποκληρωτικῶς μόνον τὸ ἔθνος τοῦτο, ἀλλὰ διὰ καλοκαγαθίαν οὕτως ἐχρημάτισεν, ἐκ τοῦ περὶ Θεοῦ λεγομένου ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν· « Ἐξελέξατο ἡμῖν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, τὴν καλλονὴν Ἰακώβ, ἣν ἠγάπησεν. » Εἰ δὲ τηρήσει ἐντολῶν καὶ πίστει τῇ εἰς Θεὸν κληρονομία τις γίνεται Θεοῦ, ὁ παραβαίνων τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως μεταπίπτων, ἐκβάλλεται τῆς τοιαύτης τιμῆς· ὡς αὖ ὁ ἐκκλίνας ἀπὸ τοῦ κακοῦ, καὶ τὸ ἀγαθὸν ποιῶν, γίνεται Θεοῦ κλῆρος, καίπερ οὐκ ὢν πρότερον. Ταύτης μενούσης τῆς ἀκολουθίας, ὁ πάλαι διὰ θεοσέβειαν ὢν κληρονόμος Θεοῦ Ἰσραὴλ, ἀποστάτης Θεοῦ γενόμενος, μετέπεσεν, οὐ δεξάμενος τὸν ἐπ' εὐεργεσίᾳ προηγουμένως αὐτοῦ εἶναι καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐληλυθότα Σωτῆρα. Ἔδει τοίνυν ἀντεισαχθῆναι ἕτερον, συμπληρούμενον ἐκ πλειόνων ἐθνῶν καὶ προσερχόμενον τῷ Εὐαγγελίῳ. Τὸ οὖν, « Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι, » ἡμῶν ἕνεκα, ἀλλ' οὐ τοῦ Υἱοῦ, εἴρηται· δηλοῖ γὰρ ὡς οὐκ αὐτῷ προστίθεταί τι, ἀλλὰ τοῖς δεομένοις αὐτοῦ· ὡς γὰρ ἰατρῷ καὶ διδασκάλῳ δίδοται, ἵνα ὑγιαίνοντες καὶ ἐπιστήμονες ἐξ αὐτοῦ γένωνται. Ἀλλὰ καὶ τὸ, « τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς, » ἁπλούστερον νοηθείη οὕτως· Μέχρι τῶν ἐσχάτων τῆς γῆς ἡ σὴ κρατήσει διδασκα-

[12] Jer. XII, 1. [13] ibid. [14] Psal. XXXV, 7. [15] Ephes. IV, 14. [16] Joan. III, 18. [17] Deut. XXXII, 9. [18] Psal. LXXVII, 5.

(2) *Τοῦτο. Arbor* reddidit interpres, sive integritati allegoriæ consuluerit, sive legerit in Græco : Δένδρον δέ ἐστιν. EDIT. PATROL.

(3) Legendum videtur αὐτῶν, ei mox, περιφερομένων. IDEM.

(4) Consonat prorsus sibi Didymus in fragmentis *Commentarii in Ep. II ad Cor.* apud nos t. IV, part. II, p. 147. —Vide infra.

Digitized by Google Распознавание текста

λία, κηρυττομένου τοῦ Εὐαγγελίου ἐν πάσῃ τῇ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανόν· εἰ δυνατὸν πέρατα τῆς γῆς καλεῖσθαι ἐνταῦθα τοὺς βίῳ καὶ φρονήματι περάσαντας τὴν γῆν. A

Στ. θ'. *Διδύμου ὁμοῦ* [καὶ] *Θεοδωρίτου* (5). Εἰ δὲ περὶ τῶν Ἰουδαίων λέγοιτο, « Ὡς σκεῦος κεραμέως συντρίψεις αὐτούς, » πληρωθήσεται τὸ, « Υἱοὶ Σιὼν οἱ τίμιοι ἐσπερμένοι ἀργυρίῳ, πῶς ἐλογίσθησαν εἰς ἀγγεῖα ὀστράκινα, ἔργα χειρῶν κεραμέως; » ὡς μηδὲν ἔτι χρήσιμον ὑπ' αὐτῶν ὑπολείπεσθαι· εἴρηται δέ μοι ταῦτα συμφερομένως τῷ προφήτῃ λέγοντι· « Καὶ ἔσται τὸ πτῶμα, » τοῦ ἁμαρτωλοῦ λαοῦ δηλονότι, « ὡς πόλεως ἐαλωκυίας, καὶ ὡς συντριβὴ σκεύους ὀστρακίνου εἰς λεπτά. » Ἐξ ὧν (6)...

Vers. 9. *Didymi simul et Theodoreti.* Quodsi de Judæis dicitur, « Tanquam vas figuli confringes eos; » utique verum evadet illud : « Filii Sionis inclyti, argento superbientes, quomodo reputati sunt ceu vasa lutea, opera manuum figuli [19]? Atque hoc aio congruenter prophetæ dicenti : « Et erit ruina, » peccatoris nimirum populi, « tanquam urbis captæ, et tanquam vasis lutei minutatim contriti [20]. » Unde...

Στ. ι', ια'. Νόει δὲ τὸ, « Καὶ νῦν, βασιλεῖς, » ἀντὶ τοῦ· Κἂν νῦν τοῦ σταυρωθέντος (ἀλλ') ἀναστάντος ἐκ τῶν νεκρῶν· καὶ φοβήθητε, οἱ ἄρχοντες, ἐγνωκότες ὡς ἔστι Θεός· ὅπως ἂν τῆς ἐν φόβῳ δουλείας προκοπτικῶς πεπαυμένης, ἀγαλλίασις ὑμῖν ἐπιγένηται. Τοιοῦτον καὶ τὸ, « Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως, ὅτι Κύριος ὕψιστος φοβερός· » τοιούτου γὰρ ὄντος, ἀνάγκη μετὰ τρόμου τὴν ἀγαλλίασιν ἔχειν. B

Vers. 10, 11. Intellige autem verba : « Et nunc, reges, » pro : Etsi nunc crucifixus est, attamen mox resurget; timete itaque, o principes, et scitote hunc esse Deum, ut servili timore utiliter deinde cessante, lætitia vobis oboriatur. Sic est etiam illud : « Jubilate Deo in voce exsultationis, quoniam Dominus excelsus terribilis [21]. » Quod cum ita sit, necesse est non sine tremore exsultationem fieri.

Στ. ιβ'. Δύναται δὲ καὶ πρὸς τὸ, « Δράξασθε παιδείας, » εἰρῆσθαι δηλοῦν τό· Ἔτι ὄντες ἐν τῷ βίῳ τούτῳ παιδεύθητε.

Vers. 12. Jam dictio, « Apprehendite disciplinam, » potest hoc etiam significare : Quandiu hac vita utimini, disciplinam condiscite.

Οὐκ ἀλλότριον τῆς χρηστότητος τοῦ Σωτῆρος τὸ τοῖς παραστᾶσιν βασιλεῦσιν τῆς γῆς μετὰ τῶν ἀρχόντων τῶν συναχθέντων κατ' αὐτοῦ, λέγειν τὸ, « Καὶ νῦν, βασιλεῖς, σύνετε. » Εἰ γὰρ καὶ πρότερον ἀγνοήσαντες ἐπεβουλεύσατε, ἀλλὰ συνέντες μετανοήσατε, ἢ σύνεσιν λάβετε, ἀναστάντος ἐκ νεκρῶν τοῦ σταυρωθέντος. Ἐντεῦθεν μεταβὰς ὁ λόγος, διδασκαλίαν ἐκτίθεται τοῖς ἄρχουσιν καὶ τοῖς βασιλεῦσιν τοῖς ὑπὸ τῇ σιδηρᾷ ῥάβδῳ ποιμανθησομένοις, καί φησιν, ὅτι Γνῶντες, ὦ οὗτοι, καὶ συνέντες ὅπως ἡ τίς ἡ δύναμις τοῦ παρὰ τοῦ Πατρὸς εἰληφότος τὰ ἔθνη κληρονομίαν, καὶ ὁποία τις τυγχάνει ἡ σιδηρᾶ ἀνθδος ἡ καθ' ὑμῶν ἐπεγειρομένη, παύσασθε πολεμοῦντες αὐτῷ· ἀναλαβόντες δὲ μᾶλλον σύνεσιν, ἐπίδοτε ἑαυτοὺς τῇ λογικῇ παιδείᾳ. C

Non est alienum a Servatoris benignitate, ut astantibus terræ regibus, cum principibus adversus se congregatis, dicat : « Et nunc, reges, intelligite. » Etiamsi enim per inscitiam antea insidiati estis, at nunc edocti resipiscite; vel ad intellectum redite, postquam a morte surrexit qui fuerat crucifixus. Hinc pergens oratio, disciplinam tradit principibus regibusque, quos ferrea virga recturus est, aitque : Heus vos! eruditi jam, et intelligentes quanta sit vis illius qui gentes hæreditatis instar a Patre accepit; et qualis quantaque virga sit adversus vos intenta, ab eo oppugnando desinite; sed prudente potius animo imbuti, rationali vosmet tradite disciplinæ.

Στ. ιγ'. Τὸ, « ἐν τάχει, » τῷ, « Δράξασθε παιδείας, » ἀποδοτέον καθ' ὑπέρβατὸν εἰρημένον, ὡς εἶναι τὸ ἀκόλουθον τῆς φράσεως οὕτως· Δράξασθε παιδείας ἐν τάχει, καὶ ἔτι ἐν τῷ βίῳ τούτῳ τυγχάνοντες· μήποτε ῥαθυμούντων ὑμῶν ὀργισθῇ Κύριος, καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας. — Τὸ δὲ πεποιθέναι, ἐμφαίνει πίστιν μετ' ἐλπίδος ἀπτώτου βεβαιοτάτην· οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς δοκοῦσι χαλεπωτάτοις καιροῖς ὁ πεποιθὼς ἀπογινώσκει τὴν τοῦ Κυρίου εἰς αὐτὸν παρουσίαν. D

Vers. 13. Locutio, « in brevi, » referenda est ad illam : « Apprehendite disciplinam, » tanquam fuerit per hyperbaton posita; ut sit dictionis series hæc. Apprehendite disciplinam brevi, dum adhuc hac luce vitali utimini; ne forte pigrescentibus vobis iraseatur Dominus, et de via justa pereatis. — Verbum autem *confidere* fidem denotat, cum spe indeficiente, firmissimam. Etenim ne in rebus quidem, quæ videntur asperrimæ, vir pia fiducia pollens, de affuturo sibi Domini auxilio desperat.

PSALMUS III.

Στ. α'. Ἀφίησι δὲ Θεὸς πολλοὺς θλίβειν τὸν δίκαιον, διδοὺς ἀφορμὴν αὐτῷ βάρους δόξης, ἀπὸ τῶν ὑπερβαλλουσῶν θλίψεων ὑφισταμένης· καὶ εἴ ποτε ὁ δί-

Vers. 1. Sinit Deus hominem justum a multis affligi, dans illi occasionem pondus gloriæ acquirendi, quæ ex copia tribulationum conficitur. Et si

[19] Thren. IV, 2. [20] Jer. XIX, 11. [21] Psal. XLI, 5.

(5) Atqui apud Theodoretum nihil hujusmodi legitur. Scimus tamen eum nonnisi ex catenis decerptum nobis superesse.

(6) Desunt in codice paginæ quatuor.

Digitized by Google Распознавание текста

aliquando justus angustiis pressus dixerit Deo: « Pomine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? » adhuc eo loquente, « Ecce adsum [22] » respondet Dominus, « ut pondus gloriæ tibi protinus levem faciat tribulationem [23]; » ita per hyperbolem dictum. Unde illud: « Multæ tribulationes justorum [24]. » Et ne salus absque Deo esse videatur, ideo David adjungit « in Deo. »

A

Vers. 4. Quoniam psalmus tanquam ex persona Domini pronuntiatur, dicendum est ipsius quoque caput exaltari, quod Dei est; cum nempe ejus deitas demonstratione externa fidelibus fit manifesta. Significat capitis vocabulum hoc loco principem. Idcirco sanctorum virorum princeps Christus, merito rex eorum est; atque ita caput eorumdem est. — Namque ejus, qui cum Christo surrexit, et quæ sursum sunt sapit, non quæ super terram [25], exaltabitur caput a Domino qui Verbum est. — Gloria ejus qui ipsum selegit, quam ab eo solo postulat is qui gloriam hominum non accipit.

B

Vers. 5. Mons sanctus Dei, eximia illius cognitio potest intelligi: mons sanctus Dei, unde supplices exaudit Deus unigenitus Filius Dei. De quo monte dictum est: « Erit conspicuus mons Dei novissimis diebus [26]. » Quæ locutio manifestationem illius denotat futuram, cum in sæculorum consummatione adveniet.

Vers. 6. Cubare significat reclinationem, post quam supervenit somnus. Quia ergo animam suam sponte deposuit, postea decumbens soporatus est. Sed mox a mortuis resurgens, Deo suscipiente, primogenitus mortuorum factus est [27].

C

Vers. 7. Decet virum sanctum, Deo confidentem, extra metum versari. Sic in vicesimo sexto psalmo: « Si consistant adversus me castra, non timebit cor meum [28]. » Prædicit autem hæc etiam Salvator innumeros cernens qui eum crucifigi postulaturi erunt; contra quos se præbuit interritum.

Vers. 8. Temere inimicos habet, qui odii atque inimicitiæ causam non præbuit. Tales sunt omnes qui persecutionem patiuntur, propterea quod pie vivunt in Christo Jesu [29]. Quibus a Servatore dicitur: « Beati estis cum exprobraverint vos, et dixerint omne malum mentientes propter me [30], » et reliqua. Hoc morum instituto cum esset etiam David, multos habuit sine causa inimicos, ut Saulem et Abesalomum horumque stipatores. Nam sancto viro, et qui multam mansuetudinem bonitatemque erga eos sæpe exprompserat, sine causa infensi erant.

D

Vers. 9. Quænam est benedictio populo superveniens, nisi Patris voluntas de Filii in mundum adventu?

καιος ἐπαπορῶν λέγοι τῷ Θεῷ· « Κύριε, τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με; » ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, εἰπεῖν « Ἰδοὺ πάρειμι » ἀποκρίνεται, « ἵνα βάρος δόξης ἐργάσηταί σοι τὸ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως· » καθ' ὑπερβολήν. Διό· « Πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων. » Εἰ δέ ἐστι σωτηρία μὲν οὐκ ἐν τῷ Θεῷ, Δαυὶδ τοῖς τέως πρόσκειται τὸ « ἐν τῷ Θεῷ (7). »

Στ. δ'. Ἐπειδὴ δ' ἐλέχθη ὡς ἐκ προσώπου Κυρίου ὁ ψαλμὸς ἐπαγγέλλεται, ῥητέον ὡς καὶ αὐτοῦ ὑψοῦται ἡ κεφαλὴ ὁ Θεὸς οὖσα, ὅτ' ἂν ἡ θεότης αὐτοῦ φανερὰ δι' ἀποδείξεως τοῖς πιστοῖς γίνηται. Σημαίνει τὸ τῆς κεφαλῆς ὄνομα ἐν τούτοις ἄρχοντα· διὸ τῶν ἀνδρῶν ἄρχων ὁ Χριστὸς ἁγίων ὄντων, βασιλεὺς αὐτῶν εἰκότως ἐστίν· καὶ ταύτῃ κεφαλὴ αὐτῶν χρηματίζει. — Εἰ γὰρ συνηγέρθη Χριστῷ, καὶ τὰ ἄνω φρονεῖ, οὐ τὰ ἐπὶ γῆς, ὑψωθήσεται αὐτοῦ ἡ κεφαλὴ ἀπὸ τοῦ Κυρίου ὅς ἐστιν ὁ Λόγος. — Δόξα ἂν τοῦ χωρίσαντος αὐτὸν, ἢν ἀπὸ τοῦ (8) μόνου ἐζήτησεν ὁ μὴ λαμβάνων δόξαν ἀνθρώπων.

Στ. ε'. Ὄρος ἅγιον Θεοῦ, ἡ ὑπερφυὴς γνῶσις αὐτοῦ δύναται [νοεῖσθαι]· ὄρος ἅγιον τοῦ Θεοῦ, ἐξ οὗ εἰσακούει τῶν εὐχομένων Θεὸς ὁ μονογενὴς Υἱὸς αὐτοῦ· περὶ οὗ εἴρηται· « Ἔσται ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν· » δηλούσης τῆς λέξεως ταύτης τὴν γενομένην αὐτοῦ φανέρωσιν κατὰ τὴν ἐπιδημίαν ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων.

Στ. ς'. Τὸ μὲν κοιμηθῆναι σημαίνει τὴν ἀνάκλισιν μεθ' ἣν ὁ ὕπνος ἐπιγίνεται· ἐπεὶ οὖν ἑκουσίως τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔθηκεν, κατὰ τοῦτο κοιμηθεὶς ὕπνωσεν· ἐξεγερθεὶς δὲ ἐκ νεκρῶν, ἀντιλαβομένου Θεοῦ, πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν γεγένηται.

Στ. ζ'. Πρέπει δὲ ἁγίῳ πεποιθότι Θεῷ τὴν ἀφοβίαν ἀσκεῖν. Οὕτως ἐν κς' λέγει ψαλμῷ· « Ἐὰν παρατάξηται ἐπ' ἐμὲ παρεμβολὴ, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου. » Προλέγει δὲ ταῦτα καὶ ὁ Σωτὴρ τὰς μυριάδας βλέπων τῶν αἰτουμένων αὐτὸν σταυρωθῆναι, πρὸς ἃς ἀταράχως διέκειτο.

Στ. η'. Ματαίως ἐχθροὺς ἔχει ὁ μὴ παρέχων μίσους καὶ ἔχθρας πρόφασιν. Τοιοῦτοι δέ εἰσιν πάντες οἱ διωκόμενοι διὰ τὸ ζῆν εὐσεβῶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· πρὸς οὓς λέγεται ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος· « Μακάριοί ἐστε ὅτ' ἂν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ εἴπωσιν πᾶν πονηρὸν ψευδόμενοι ἕνεκεν ἐμοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ταύτης τῆς προθέσεως ὢν καὶ ὁ Δαυὶδ, πολλοὺς εἶχεν ματαίως ἐχθροὺς, ὡς τὸν Σαοὺλ, καὶ τὸν Ἀβεσαλὼμ, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς. Τοῦ γὰρ ἁγίου πολλὴν πραότητα καὶ ἀγαθότητα εἰς αὐτοὺς πολλάκις ἐνδειξαμένου, μάτην ἦσαν ἐχθροί.

Στ. θ'. Τίς ἡ εὐλογία ἡ ἐπὶ τὸν λαὸν ἐρχομένη, ἡ βούλησις τοῦ Πατρὸς ἡ περὶ τῆς ἐπιδημίας;

PSALMUS IV.

Didymi Alexandrini de titulo psalmi quarti: « In finem, in psalmis, canticum Davidi. »

(Mai *Bibliotheca* nova, t. III, 456, 284, ex cod. Vatic. I, f° 18.)

Didymi. Canticum est triumphalis aut eucharistica

Διδύμου. Ὠδή ἐστιν ἐπινίκιος ἢ χαριστήριος αἶνος

[22] Isa. LVIII, 8. [23] II Cor IV, 17. [24] Psal. VII, 20. [25] Coloss. III, 2. [26] Isa. XXII, 5. [27] Coloss. 18. [28] Psal. XXVI, 5. [29] II Tim. III, 12. [30] Matth. V, 11.

(7) Phrasis mendosa.

(8) Ἀπὸ τοῦ. Forte legendum ἀπ' αὐτοῦ. Edit. Patrol.

Digitized by Google Распознавание текста

μόνῃ φωνῇ προφερόμενος· ψαλμὸς δὲ ὕμνος ὀργάνῳ τῷ καλουμένῳ ψαλτηρίῳ ἢ καὶ κιθάρᾳ κρουόμενος. Εἶτη δὲ πρὸς ἀναγωγὴν, ᾠδὴ ἡ θεωρία τῆς ἀληθείας μόνῃ νοήσει μεμουσωμένη γενομένη· ψαλμὸς δὲ, πράξεις κατὰ λόγον τὸν ὀρθὸν ἐπιτελούμεναι· ὡς ψάλλειν μὲν, τὸν πρακτικὸν βίον ἔχοντα· ᾄδειν δὲ, τὸν Θεωρητικόν. Ἐπεὶ τοίνυν ὁ Δαβὶδ θεωρεῖ καθαρᾷ καρδίᾳ τὸν Θεὸν καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ, ᾠδὴν προφέρει, ἣν εἶναι ἐν ψαλμοῖς λέγει, διὰ τὸ πολλὰ πρακτικῶς αὐτῷ κατωρθῶσθαι. Αὕτη ἡ ᾠδή. *Εἰς τὸ τέλος* ἐστὶν ἐκεῖνο, ὃ καλεῖν εἰώθασιν ἔσχατον ὀρεκτὸν, τῷ αὐτοῦ ἕνεκα τὰ ἄλλα πάντα εἶναι αἱρετὰ καὶ ὀρεκτά· αὐτὸ δὲ οὐκ ἄλλου χάριν, ὅπερ ἐστὶν ἡ πάντων τελείωσις. Περὶ οὗ καὶ ὁ Παῦλός φησιν. Εἶτα τὸ τέλος, καθ' ἣν ὁμοίς τις τῷ Θεῷ γεγενημένος, ὄψεται αὐτόν. Κατὰ τί δὲ βούλεται καὶ τὸ τῷ *Δαβὶδ* τὴν ᾠδὴν, ἀλλὰ μὴ *τοῦ Δαβὶδ* ἀναγεγράφθαι; Φασὶν τοίνυν τινὲς, *τοῦ Δαβὶδ* εἶναι τὸν ψαλμὸν ἢ τὴν ᾠδὴν, ὅτ' ἂν αὐτὸς ᾖ προσενεγκὼν θεοπνευσθείς· τῷ *Δαβὶδ* δὲ εἶναι τὴν ᾠδὴν ἢ τὸν ψαλμὸν, ὅτ' ἂν πρὸς αὐτὸν τὰ λεγόμενα ἀναφορὰν ἔχῃ· συμπίπτει δὲ πολλάκις καὶ *αὐτοῦ* καὶ *αὐτῷ* εἶναι τὸ ἀπαγγελλόμενον, ὅτ' ἂν αὐτοῦ διακονησαμένου τῷ Πνεύματι τὰ ὑποβαλλόμενα ὑπ' αὐτοῦ προελεχθῇ. Εἶτα, δοθέντος τοῦ ψαλμοῦ τινὶ τῶν ᾀδόντων, ἀπηγγέλθη δι' ἐκείνων τῷ *Δαβὶδ*· *ὁποτέρως* δ' ἔχει ἕκαστον τῶν ἐν ταῖς Γραφαῖς κειμένων, μόνου τοῦ κατὰ Θεὸν σοφοῦ εἰδέναι.

A laudatio, voce tantum prolata. Psalmus est hymnus qui ad instrumentum, cui nomen psalterium vel etiam cithara, canitur. Secundum vero anagogen, ode est contemplatio veritatis quæ solo intellectu, musica veluti harmonia temperato, fit. Psalmus item actiones denotat, quæ secundum rectam rationem fiunt : ita ut psallat, qui practicæ vitæ genus sequitur; canat autem, qui theoreticum. Quoniam itaque David contemplatur puro corde Deum ejusque veritatem, canticum profert, quod ait esse in psalmis, propterea quod ipse plurima agendo recte fecerit. Hæc de cantico. Jam dictio *in finem* illud significat quod vulgo extremum appetibile dici solet, quia hujus gratia cætera omnia optanda et appetibilia sunt; ipsum vero haud alterius gratia; quæ cu- B jusvis rei perfectio est. De quo etiam Paulus loquitur. Secundo loco finis est, quo quis Deo factus similis, ipsum videbit. Cur autem canticum Davidi, non autem canticum Davidis inscribitur? Aiunt nonnulli, *Davidis* esse psalmum aut canticum, cum ipsemet a Deo inspiratus recitat; *Davidi* autem esse canticum aut psalmum, cum ea quæ dicuntur ipsum respiciunt (9). Sæpe autem accidit, ut et *ipsius* et *ipsi* sit, quod recitatur; nempe cum David Spiritui obsecundans, quæ sibi ab hoc suggeruntur vaticinatur : deinde psalmus alicui cantori datur, a quo vicissim Davidi recitatur. Quomodo autem reapse se habeant, quæ in sacris jacent Scripturis, ille tantummodo, qui secundum Deum sapiens est, scire poterit.

Στ. β'. Πλατύνει δὲ ἐν θλίψει ὁ Θεὸς, οὐ παύων τὴν περίστασιν, οὐκ ἀνατρέπων τοὺς κακοῦντας, ἀλλὰ παρέχων μεγαλοψυχίαν γενναίως φέρειν τὰ περιστατικά· κατὰ ταύτην τὴν διάνοιαν ἀκουστέον καὶ τὸ, « Πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, καὶ ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς, » ὑπομονὴν χαριζόμενος· ἔστι δ' ὅτε καὶ ἔξω τῶν περιστάσεων ποιεῖ τὸν μεγαλοψύχως πρὸς τὰς περιστάσεις στάντα, ὡς τὸν Ἰωσὴφ καὶ τὸν Ἰὼβ, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν περὶ οὗ τὰ προκείμενα. C

Vers. 2. Dilatat in tribulatione Deus, non calamitatem sedans, neque maleficos cohibens, sed magnanimitatem præbens fortiter ferendi calamitatem. Hoc sensu illud quoque intelligendum : « Multæ tribulationes justorum, et ex his omnibus eripiet eos[31], » patientiam scilicet suppeditans. Quandoque etiam e calamitatibus reapse eripit Deus justum hominem qui fuit contra illas magnanimus, veluti Josephum ac Jobum, et hunc de quo nunc sermo est.

Στ. γ'. *Υἱοὶ ἀνθρώπων* περίφρασίς ἐστι, ὡς παρ' Ἕλλησι τὸ, *Υἷες Ἀχαιῶν*· πολλὰ δὲ τοιαῦτα φέρεται καὶ ἐν τῇ Γραφῇ· ὧν ἐστιν καὶ τὸ, « Βροτὸς γὰρ γεννητὸς γυναικός· » καὶ τὸ, « Ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, Ἰωάννου οὐδεὶς μείζων ἐστίν. » Καὶ αὗται γὰρ αἱ λέξεις ἀντὶ τοῦ « ἄνθρωποι » εἰρηνται. D

Vers. 3. « Filii hominum » periphrasis est, velut apud ethnicos, *filii Achæorum*. Multa hujusmodi in sacra quoque Scriptura feruntur; veluti, « Mortalis est[32], de muliere natus[33]. » Item : « Inter natos mulierum, nemo major Joanne[34]. » Nam et hæ locutiones nihil præter « homines » dicunt.

Ἢ οὐ θαυμαστοῦται ὁ ὅσιος τοῦ Θεοῦ ὅτ' ἂν θλίψεις φέρει μεγαλοψύχως, δοκούσας ὑπὲρ ἄνθρωπον εἶναι, ἀλλὰ καὶ ὅτ' ἂν ἐπικαλούμενος Θεὸν ἐπινεύοντα εὐθέως ἔχῃ; Ἅπερ πάντα ἀγνοεῖ ὁ βαρεῖαν καρδίαν, τοῦτ' ἔστιν νόησιν μετὰ κακίας ἔχων. Ἡ περὶ τοῦ Χριστοῦ εἴρηται πρὸς Ἰουδαίους ὁ λόγος, διὰ τὸ βαρυκάρδιον οὐκ' ἔτι Θεοῦ ἀλλ' ἀνθρώπων υἱούς. Πῶς γὰρ οὐκ ἐθαυμάστωσεν ἐν αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ πλη-

Vel nonne dignus admiratione est vir Dei sanctus, cum tribulationes magno animo fert, quæ supra hominis patientiam videntur; præsertim quia Deum invocans, illico sibi annuentem experitur? Quæ omnia ignorat gravis cordis homo, id est qui mentem pravam habet. Vel, de Christo sermo fit ad Judæos, propter cordis duritiam jam non Dei sed hominum filios. Quidni enim in se perque se

[31] Psal. VII, 20. [32] Sap. VII, 1; XV, 17. [33] Job XIV, 1. [34] Luc. VII, 28.

(9) Canones grammatici aiunt, ut cuique hebræophilo notum est, articulum ל tam secundo quam tertio casui apud Hebræos inservire. Itaque לְדָוִד tam *Davidis* significat quam *Davidi*. Licuit ergo alterutrum pure interpretari. Cæteri ergo sensus figuratæ altiorisque exegeseos sunt.

Digitized by Google Распознавание текста

mirabilis Christus sit, completis vaticiniis, et stupendis miraculis per ipsum patratis, et demum a mortuis resurgens? Quæ vos agnoscetis, si omissa cordis duritie, Scripturas de Sancto loquentes scrutabimini. Namque a vobis scrutantibus novitas spiritus invenietur.

A ρώσας προφητείας, παραδόξων δυναμεων γενομένων δι' αὐτοῦ, ὅτι μὴν καὶ ἀναστάντος ἐκ νεκρῶν; Γνώσεσθε δὲ ἀποβαλόντες τὸ βαρυκάρδιον, καὶ ἐρευνήσαντες τὰς περὶ τοῦ Ὁσίου Γραφάς. Ἐρευνήσασι γὰρ ὑμῖν, ἡ καινότης τοῦ πνεύματος εὑρεθήσεται.

Vers. 5. Hanc arripiens locutionem Apostolus, mox subjecit: « Sol non occidat super iracundiam vestram, et ne detis locum diabolo[35]. » Qui hanc admiserit apostolicam adhortationem, ad iracundiam commotus non peccat, quia ille potius qui iram fovet, habet illam perseverantem; quem iræ tenacem mos est appellari. Confirmat hunc loci sensum, quod mox subsequitur, nam « Quæ dicitis, » inquit, irati scilicet « in cordibus vestris, » de his « in cubilibus compungimini; » ita ut somno experrecti nihil eorum agatis vel dicatis quæ in corde per iram deliberastis.

Στ. ε'. Ταύτην τὴν λέξιν παραλαβὼν ὁ Ἀπόστολος, ἐπήγαγεν αὐτῇ· « Ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν, μηδὲ δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ. » Ὁ ταύτην καταδεξάμενος τὴν ἀποστολικὴν προτροπὴν, ὀργισθεὶς οὐχ ἁμαρτάνει, τοῦ κατ' ὀργὴν διακειμένου ἐπίμονον αὐτὴν ἔχοντος, ὃν καὶ μηνιαστὴν (10) ἔθος καλεῖν. Βεβαιοῖ ταύτην τὴν νόησιν τὸ ἑξῆς ἐπιφερόμενον· « Ἃ λέγετε » γὰρ, φησὶν, ὀργισθέντες δηλονότι, « ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις κατανύγητε, » ὥστε ἀναστάντες ἐξ ὕπνου μηδὲν πρᾶξαι ἢ εἰπεῖν τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ ἐν ὀργῇ διεσκεμμένων.

B

Vers. 7. Possumus lumen vultus Dei dicere figuram substantiæ[36] et imaginem ipsius Dei invisibilis[37]. Quod lumen deinceps signatum fuit super nos, ad ejus imaginem conformatos. Non est ignorandum quosdam legere sic: « Quidam ostendet nobis bona. » Nam non multorum, sed unius est, bona ostendere; hic autem unigenitus est Filius Dei. Iis qui ita intelligunt, vocabulum *quis* (quidam) significat id quod proprie appellatur certa tali qualitate præditum, et individuum, atque una numero substantia. Utuntur autem hoc testimonio: « Homo quidam nobilis[38]. » Nam et hoc loco *quis* (quidam) aliquid denotat quod proprie tale est.

Στ. ζ'. Δυνατὸν φῶς τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ, τὸν χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως καὶ εἰκόνα αὐτοῦ τοῦ ἀοράτου Θεοῦ εἰπεῖν. Ὅπερ φῶς ἀπεντεῦθεν ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς μορφωθέντας κατ' αὐτόν. Οὐκ ἀγνωστέον ὡς ἀναγινώσκουσί τινες τὸ, « Τίς δείξει ἡμῖν τὰ ἀγαθὰ, » οὕτως. Τὰ ἀγαθὰ οὐ πολλῶν ἐστιν, ἀλλ' ἑνός ἐστιν δεῖξαι· οὗτος δὲ ὁ μονογενὴς ἐστι τοῦ Θεοῦ Υἱός. Σημαίνει τοῖς οὕτως ἐκλαμβάνουσι τὸ τίς, τὸ ὀνομαζόμενον ἰδίως ποιόν ἢ ἄτομον καὶ μίαν τῷ ἀριθμῷ οὐσίαν. Συγχρῶνται μαρτυρίῳ τὸ, « Ἄνθρωπος τις εὐγενής· » καὶ ἐνταῦθα γὰρ τὸ τίς δηλοῖ τὸν ἰδίως ποιόν.

Vers. 8. Quanquam hi jucundis sibi rebus videntur expleri, attamen ego sæculum exspectans futurum rectæque vitæ mercedem, extra omnem perturbationem propter spem constitutus, in idipsum recumbam et soporabor; reclinationem somnumque dicens ex hac vita discessum. Jam causa narrata, cur recubuerit et in pace dormiverit, statim addit: « Quoniam in pace constituisti me. » Quippe etiam apud Oseam dicitur animæ ex persona Dei: « Constituam te in pace[39]. » Facit hoc autem Deus, futurorum spem divinorum bonorum exhibens constitutis ab eo in intellectuali practicaque virtute, et in veritatis dogmatibus et ecclesiasticis legibus.

C

Στ. η'. Εἰ καὶ οὗτοι ἀπὸ τῶν ἡδέων αὐτοῖς δόξαν πληθύνεσθαι, ἀλλά γε ἐγὼ προσδοκῶν αἰῶνα μέλλοντα καὶ μισθὸν ὀρθῆς πολιτείας, πάσης ταραχῆς ἐκτὸς διὰ τὴν ἐλπίδα γεγονὼς, ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι καὶ ὑπνώσω· κοίμησιν καὶ ὕπνον λέγων τὴν ἀπὸ τοῦ βίου ἀναχώρησιν· ὁ ἀποδιδοὺς τὴν αἰτίαν τοῦ κεκοιμῆσθαι καὶ ὑπνωκέναι ἐν εἰρήνῃ, εὐθὺς ἐπήγαγεν· « Ὅτι ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με. » Εἴρηται δὲ καὶ ἐν Ὡσηὲ πρὸς τὴν ψυχὴν, ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, « Κατοικιῶ σε ἐπ' ἐλπίδι. » Ποιεῖ δὲ τοῦτο Θεὸς, ἐλπίδα μελλόντων θείων ἀγαθῶν προτείνων τοῖς κατοικιζομένοις ὑπ' αὐτοῦ ἐν διανοητικῇ καὶ πρακτικῇ ἀρετῇ, καὶ ἐν δόγμασιν ἀληθείας, καὶ θεσμοῖς ἐκκλησιαστικοῖς.

PSALMUS V.

Vers. 1. *In finem.* Ob gratiarum actionem hymnus canitur, pro anima seu Ecclesia ad divinam hæreditatem evecta, non materialem sed spiritalem. Attolluntur enim Dei famuli, secundum Apostolum, ad hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam et immarcescibilem, in cœlis conservatam[40]. Ad quam Servator invitans, ait: « Venite qui a dextris meis estis, benedicti a Patre meo, possidete para-

D

Στ. α'. *Εἰς τὸ τέλος.* Χαριστήριος ὕμνος ᾄδεται ὑπὲρ τῆς ἀναφερομένης ψυχῆς ἤτοι Ἐκκλησίας εἰς θείαν κληρονομίαν οὐκ αἰσθητὴν, ἀλλὰ νοητήν· εἰσάγονται γὰρ οἱ τὸν Θεὸν θεραπεύοντες κατὰ τὸν Ἀπόστολον εἰς κληρονομίαν ἄφθαρτον καὶ ἀμίαντον καὶ ἀμάραντον τετηρημένην ἐν οὐρανοῖς· εἰς ἣν καλῶν ὁ Σωτὴρ ἔφη· « Δεῦτε οἱ ἐκ δεξιῶν μου οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοι-

[35] Ephes. IV, 26, 27. [36] Hebr. I, 3. [37] Coloss. I, 15. [38] Luc. XIX, 12. [39] Ose. II, 3. [40] I Petr. I, 4.

(10) Animadverte vocabulum μηνιαστής.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

κσμένην ὑμῖν βασιλείαν » ἣν ὁ λέγων ποθήσας, εὐ- A tum vobis regnum [42]; » quo is, qui hic loquitur, cupiens, preces extollit ad illius præparatorem Deum.

γν ἀναπέμπει τῷ εὑτρεπίσαντι αὐτὴν Θεῷ.

Στ. β'. Τὸ δὲ ἐνώτισαι, μὴ φερόμενον ἐν τῇ συνθείᾳ, ἐν τῇ Γραφῇ κεῖται συνεχῶς, δηλοῦν τὸ εἰς τὰ τα δέχεσθαι τὸν ἀκούοντα τοὺς ἀπαγγελλομένους λόους τοῦ λέγοντος αὐτοὺς, διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι· σχέσει ἐγγὺς οἱ δίκαιοι Θεοῦ· ὅθεν εὐχαῖς δικαίων ἐπκούειν εἴρηται ὁ Θεὸς, καὶ τὰ ὦτα ἔχειν εἰς δέησιν ὑτῶν· βασιλεὺς δ' ἅμα καὶ δημιουργὸς ὁ Θεὸς τυγάνει, τῶν μὴ διαπετασάντων χεῖρας αὐτῶν πρὸς εὸν ἀλλότριον, μηδὲ βασιλευομένων ὑπὸ τῆς ἁμαρίας.

Vers. 2. Verbum ἐνώτισαι, quod insuetum est, constanter in Scriptura sacra ponitur, significans quod in aurem excipiat is qui audit sermones ab aliquo pronuntiatos, cui proximus ipse est. Porro autem Deo proximi affectu sunt justi homines. Unde fit, ut justorum preces audire dicatur Deus, et aures postulatis illorum præbere. Rex autem simul et creator Deus est illorum, qui manus suas ad alienum deum non extendunt, neque sub peccati dominio sunt.

Στ. δ'. Κατὰ θεωρίαν δὲ, ᾧ ὁ τῆς δικαιοσύνης λιος ἀνέτειλεν, ἐν ἀρχῇ νοητῆς ἡμέρας γεγονὼς, B αριστήριον αἶνον προσφέρων τῷ αἰτίῳ τοῦ φωτιμοῦ, « Τὸ πρωΐ, » ἔφη, « εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς ου. » Τίνι γὰρ ἔδει χάριν ὁμολογῆσαι ὑπὲρ τηλιούτου ἀγαθοῦ, ἢ σοὶ, ὦ Δέσποτα, τῷ ἀνατείλαντί μοι κῶς, αἰτιόν μοι μεγίστης θεωρίας ὑπάρχον; Ἀεὶ οῦν ἔρως εἰσέρχεται πρὸ ταῖς ὑπαρξάσαις θεωρίαις, αὶ ἔτι θέλειν βλέπειν τὰ κάλλη τῆς ἀληθείας. Παρσταται τοῦτο ἐκ τοῦ καὶ ἐπόψομαι· ὡς γὰρ τὸ ἐπέρχομαι ἀκατάπαυστον πρόσωπον δηλοῖ, οὕτω τὸ ἐπόψομαι, συνεχῶς προστιθεμένην κατανόησιν μφαίνει. Πῶς γὰρ οὐκ ἀεὶ βλέπει ὁ ἐπαγγελίας τυχὼν τῆς, « Ἔσται σοὶ Κύριος φῶς αἰώνιον, καὶ φῶς δικαίοις διὰ παντός; » Ἐπεὶ δὲ καὶ ἑτέρα Γραφὴ ἔχουσα, « Παραστήσομαί σοι ἐπ' ὄψει με· » ὅπερ οὐ παντὸς λέγειν, ἀλλὰ τῶν κατὰ τὸν μέγαν Ἠλίαν διὰ C τὴν ἀπὸ τῆς πολιτείας παῤῥησίαν λέγειν θαῤῥούντων· « Ζῇ Κύριος ᾧ παρέστην ἐνώπιον αὐτοῦ σήμερον. »

Vers. 4. Contemplativa ratione autem, is cui justitiæ sol exoritur, initio spiritalis diei apparens, laudem grati animi causa recitans luminis auctori: « Mane, » inquit, « exaudies vocem meam. » Nam cuinam gratiam habere tanti boni oporteret, nisi tibi, Domine, qui lumen mihi extulisti, quod mihi maximæ illuminationis causa est? Semper itaque præit amor illuminationibus, et pulchræ veritatis cognoscendæ voluntas. Hoc demonstrat etiam vocabulo *videbo*: nam sicut *advenio* personam inquietam ostendit, ita *videbo* perpetuo intentam contemplationem ostendit. Quidni enim semper videt, qui promissionem meruit: « Erit tibi Deus lumen æternum, et lux justis in perpetuum? » Namque et alia Scriptura occurrit: « Exhibebo me conspectui tuo. » Quod non cuilibet licet dicere, sed magni Eliæ similibus, qui ob vitæ suæ actæ fiduciam audent dicere: « Vivit Dominus, in cujus conspectu hodie sto [43]. »

Στ. ς'. Τούτου ἀληθοῦς ὄντος, οὐκ ἔστιν ἐκ Θεοῦ τὸ κακὸν κατὰ τοὺς λέγοντας ἐνυπόστατον τὴν κακίαν (11). Ἐκ στόματος γὰρ Ὑψίστου οὐκ ἐξελεύσεται τὸ κακὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν, βουλομένου μόνον εἶναι τὸ ἀγαθόν. Οὗ ὄντος, οὐκ ἂν ἔν τινι συσταίη κακόν. Ἀπόλλυσι δὲ τοὺς ψεύστας, καθ' ὃ ψεῦσται, εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας. Πάντων δὲ τῶν λαλούντων τὸ ψεῦδος ὑπὸ Θεοῦ ἀπολλυμένων, ἀπόλλυται κἀκεῖνος περὶ οὗ εἴρηται· « Ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ· » εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἔστιν κατ' οὐσίαν κακός· οὐ γὰρ ἅμα τὸ γενέσθαι καὶ εἰς ὑπόστασιν ἐλθεῖν· ἀλλὰ μετὰ ταῦτα τραπεὶς, ἀρχὴν τοῦ λαλεῖν τὸ ψεῦδος ἴσχεν, ἐσχηκὼς ποτὲ ἐν ἀληθείᾳ εἶναι. Δηλοῦται δὲ D τοῦτο ἐκ τῶν οὕτω περὶ αὐτοῦ γεγραμμένων· « Ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν, ὅτι ἀλήθεια οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ· » ὁ γὰρ ψεκτὸς ὢν διὰ τὸ μὴ ἑστάναι, φανερῶς ἐστιν πειραθεὶς τούτων τῶν διαθέσεων. Κριτέον δὲ ἐκ προθέσεως ἀλλ' οὐκ ἐκ μόνης φωνῆς τὸν ψευδόμενον, ἵνα μὴ ὦσιν ὑπὸ τὴν ἀπειλὴν οἱ οἰκονομικῶς πρὸ τοῦτο πεποιηκότες, ὡς Ῥαάβ· ἔδοξε γὰρ ψεύσεσθαι πρὸς τοὺς ἀναζητοῦντας ἐπὶ τῷ ἀποκτεῖναι τοὺς κατασκόπους ἀγαθοὺς ἄνδρας ὄντας· ὑπὸ Ἰησοῦ γὰρ τοῦ Ναυῆ ἀποσταλέντες, ἐπαινετοὶ ἦσαν. Τῆς προθέσεως τῆς ἀνθρώπου πολὺ τὸ σπουδαῖον ἐχού-

Vers. 6. Quod verum cum sit, non est a Deo malum ut illorum opinio est, qui substantivam malitiam esse dicunt. Nam ex ore Altissimi non exibit malum et bonum, volentis tantummodo esse bonum. Quod cum ita se habeat, nemini congenitum malum est. Perdit autem mendaces, quatenus mendaces sunt, ut cognoscatur veritas. Jam cum omnes qui loquuntur mendacium, a Deo perdantur, is quoque peribit, de quo dictum est: « Cum loquetur mendacium, de suo loquetur [44]: » quod si ita est, non est substantialiter malus. Id demonstratur ex his quæ de illo sunt scripta: « In veritate non stetit, quia veritas in eo non est [45]. » Nam qui reprehensibilis est quia non stetit, manifeste his passionibus obnoxius fuit. Verumtamen mendacium ex animi proposito non ex sola voce judicandum est; ne sub hanc imputationem cadant ii qui prudente aliquo consilio id egerunt: veluti Rahab, quæ visa est mentiri apud quærentes interficere exploratores, bonos viros [46]; qui a Jesu Navi filio missi, laudabiles erant. Cum hujus feminæ propositum valde esset honestum, non est consentaneum ut ea collocetur inter perditos, vel inter eos qui mendacium loquuntur. Sicuti ne ideo quidem quia aliquis ho-

[42] Matth. xxv, 34. [43] III Reg. xvii, 1. [44] Joan. viii, 44. [45] ibid. [46] Jos. ii, 5.

(11) Reprehendit Manichæos, adversus quos exstat peculiare Didymi nostri opus.

Digitized by Google Распознавание текста

minem occidit, homicida est; nec qui sanguinem utcunque fuderit, vir sanguinum est. Nam nec homicidas nec viros sanguinum dicimus viros illos qui ex divinæ legis norma morte eos affecerunt qui talia pati digni erant. Alioqui Samuelem quoque atque Eliam ita appellare oporteret, qui pro recta religione multos interimendos curarunt.

VERS. 7. Improbis ac legis transgressoribus tecum non habitantibus, neque sub benevolo conspectu tuo manentibus, ego, inquit, te miserente domum tuam ingrediar. Sic enim dicere potero : « Mane astabo tibi et videbo, » et tanquam misericordiam consecutus, pie te adorabo in spiritu ac veritate [46]. Jam vero firmus in virtute status templum Dei est, quod qui tenent confidenter aiunt : Christus tanquam filius herilis domi suæ est, quam domum ipsi constituimus, qui nostri similibus dicimus : « Templum sanctum estis [47] ; » et : « Corpora vestra templum Spiritus sancti sunt [48]; » apud quos Filius Paterque mansionem faciunt. Ecclesiasticum quoque dogma et doctrina domus Dei templumque sunt; velut apud Timotheum : « Quomodo te oporteat in domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei viventis [49]. » Utroque autem sensu ingreditur aliquis in domum, et adorat ad templum Domini, videlicet misericordia Dei potius quam sua vita frugi et recta. — Careo, inquit, virtutibus quæ me Deo conjungere, et in ejus domum introducere queant ; sed tamen benignitati tuæ confido, et ea fretus ingrediar. Neque deinceps contemptui erit apud me, qui recte egerit ducatu tuo ac providentia. Partem virium mearum violentiorem subtrahunt, ceu viæ cujusdam obstacula ; ut sic justitiam veram tenens, ejusdem quoque fortitudinem habeam contra adversarios.

VERS. 8. Qui sibi proposuit recte sapere et agere, multos experitur adversantes homines atque dæmones, emolumentis bene agentium ob invidiam infensos : contra quos se debilem sentiens, auxiliarem implorat Deum. — In aliquot exemplaribus scribitur : « Coram me viam tuam. » Nam si via nostra coram Deo recta fuerit, nullum experiemur errorem. Et si via Domini præ oculis nobis fuerit, per eam incedemus alacriter. At Symmachus pro *dirige*, *complana* inquit, juxta Isaiam dicentem : « Fient obliqua in rectam, et aspera in vias planas [50]. » In alio quoque psalmo dictum est : « A Domino gressus hominis diriguntur [51]. » Cæteroqui cum demisso animo haud postulat justitiæ suæ causa, quæ recte agere sortita sit, sed propter eos qui se impie oppugnabant. Deinde particulatim pergit dicere : Etenim plenam mendacii vitam degunt, et linguæ consonas habent cogitationes, fetoremque manifestum olent ad aliorum corruptelam. Designat nimirum blasphemiam adversus Deum, et intemperantis lasciviæ verba : imo et pejora verbis, dolo tecta adver-

A σης, οὐκ ἀκόλουθον ἔσται τάξαι αὐτὴν ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἢ ἐν τοῖς ψεῦδος λαλοῦσιν. Ὥσπερ δὲ οὐ ὁπώσποτε κτείνας ἄνθρωπον, φονεύς ἐστι· οὕτως οὐ καθάπαξ ὁ ἐχέων αἷμα, ἀνὴρ αἱμάτων ἐστίν· οὐ γὰρ λέγομεν φονέας ἢ αἱμάτων ἄνδρας τοὺς κατὰ νόμον θεῖον ἀποκτείνοντας τοὺς ἀξίους παθεῖν τοῦτο· ἐπεὶ ὥρα λέγειν τοῦτο Σαμουὴλ καὶ Ἠλίαν, οἳ ἐπὶ εὐσεβείᾳ πολλοὺς ἔκτειναν.

Στ. ζ'. Τῶν πονηρευομένων καὶ παρανόμων οὐ παροικούντων σοι, οὐδὲ διαμενόντων ὑπὸ τὴν θεωρίαν σου, ἐγὼ, φησὶν, ἐλέῳ τῷ σῷ εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου· οὕτω γὰρ καὶ λέγειν δυνήσομαι τὸ, « Πρωὶ παραστήσομαί σοι καὶ ἐπόψομαι, » καὶ ὡς ἠλεημένος σὺν εὐλαβείᾳ προσκυνήσω σε πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. Ἡ δὲ κατ' ἀρετὴν κατάστασις ναός ἐστι B Θεοῦ, ἣν οἱ ἔχοντες, μετὰ παῤῥησίας φασί· Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, οὗ οἶκός ἐσμεν, ἡμεῖς τοῖς ὁμοίοις ἐροῦντες, « Ναὸς ἅγιος ἐστέ· » καὶ, « Τὰ σώματα ὑμῶν, ναὸς τοῦ ἁγίου Πνεύματος· » πρὸς οὓς ὁ Υἱὸς καὶ ὁ Πατὴρ μονὴν ποιοῦνται. Καὶ ἡ ἐκκλησιαστικὴ δὲ γνώμη τε καὶ διδασκαλία, οἶκος Θεοῦ καὶ ναὸς, κατὰ τὸ πρὸς Τιμόθεον· « Πῶς δεῖ σὲ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος. » Κατ' ἀμφοτέρας δὲ τὰς θεωρίας εἰσέρχεταί τις εἰς τὸν οἶκον, καὶ προσκυνεῖ πρὸς τὸν ναὸν Κυρίου, ἐλέῳ Θεοῦ μᾶλλον ἢ οἰκείᾳ πολιτείᾳ καὶ φρονήσει· — Οὐκ ἔχω, φησὶν, ἀρετὰς αἵτινές με τῷ Θεῷ συνάψαι καὶ εἰς τὸν οἶκον τὸν αὐτοῦ εἰσαγαγεῖν δυνήσονται· φιλανθρωπίᾳ δὲ τῇ σῇ θαῤῥῶ, καὶ δι' αὐτῆς εἰσέρχομαι. Οὐκέτι δὲ καταπεφρονημένος εἴη, φησὶν, παρ' ἐμοὶ κατορθούμενον τὸ δίκαιον C ὁδηγίᾳ τῇ σῇ καὶ προνοίᾳ· τὰ βιαιότερα τῆς ἐμῆς δυνάμεως ὑφαιροῦσιν, καθάπερ ὁδοῦ τινος ἐμπόδια, ἵνα τῆς δικαιοσύνης τὸ ἀληθὲς ἔχων, καὶ τὸ ἰσχυρὸν ἔχοιμι αὐτῆς κατὰ τῶν ἐναντίων.

Στ. η'. Ὁ προτιθέμενος ὀρθῶς φρονεῖν καὶ πράττειν, πολλοὺς ἐναντίους ἔχει ἀνθρώπους καὶ δαίμονας, ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τῶν κατορθούντων διὰ φθόνον ἀνιωμένους· πρὸς οὓς ἐξασθενῶν ἐπικαλεῖται σύμμαχον τὸν Θεόν. — Ἐν τισι δὲ γράφεται, « Ἐνώπιόν μου τὴν ὁδόν σου. » Ἐάν τε δὲ ἡμῶν ἡ ὁδὸς κατεύθυνται ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, πλάνης οὐ ληψόμεθα πεῖραν· ἐάν τε τοῦ Θεοῦ ἡ ὁδὸς ἐνώπιον ἡμῶν, αὐτὴν ὁδεύσωμεν προθύμως. Ἀντὶ δὲ τοῦ *κατεύθυνον*, ὁ Σύμμαχος *ὁμάλισον* εἴρηκεν, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν εἰπόντα· « Ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ ἡ τραχεῖα εἰς ὁδοὺς λείας. » Εἴρηται δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ, « Παρὰ Κυρίου τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται. » Οὐκ αἰτεῖ δὲ ταπεινοφρόνως διὰ τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ἡ κληρονομοῦσα κατευθῦναι, διὰ δὲ τοὺς ἀσεβῶς αὐτῇ πολεμοῦντας. Εἶτα κατὰ μέρος ἐπεξέρχεται· Τῷ γὰρ ψεύδει συζῶσι, καὶ συμφώνους ἔχουσι τῇ γλώττῃ τοὺς λογισμοὺς, καὶ τὴν δυσωδίαν πρόδηλον ἔχουσιν ἐπὶ λύμῃ τῶν ἄλλων. Λέγει δὲ τὴν κατὰ τοῦ Θεοῦ βλασφημίαν, καὶ τῆς ἀκολασίας τὰ ῥήματα· ἀλλὰ καὶ χαλεπώτερα τῶν προφερομένων ῥημάτων τὰ

[46] Joan. IV, 23. [47] II Cor. VI, 19. [48] I Cor. VI, 16. [49] I Tim. III, 15. [50] Isa. XL, 4. [51] Psal. XXXVI, 23.

Digitized by Google Распознавание текста

κεκρυμμένα δόλῳ κατὰ τῶν πέλας τυρεύοντα. — Πῶς δὲ ὁδηγεῖταί τις τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνῃ, ἐξεταστέον· μήπω τ' οὖν ὁ κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην (αὕτη δέ ἐστιν ἡ γνησία ἀρετὴ) προκόπτων ἐπόμενος Θεῷ, κατὰ τὸ, « Ὀπίσω Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου πορεύσῃ, » ὁδηγεῖται ὑπὸ τοῦ χορηγοῦντος τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ, τοῦ Θεοῦ δηλονότι.

Στ. ια'. Καὶ ἐπεὶ ἀνθρώπινον τὸ *παρεπίκρανεν*, σκοπητέον πῶς ἐκλαβεῖν αὐτὸ δεῖ περὶ Θεοῦ εἰρημένον. Ὁ Θεὸς ἀναλλοίωτος καὶ ἄτρεπτος ὑπάρχων... ἔχωμεν· τὰ γὰρ ἡμέτερα ὡς ἐκείνῳ ἐγγιζόμενα νομίζεται, οἷον ἡ λήθη ἣν ἔχομεν περὶ αὐτοῦ, ὑπολαμβάνεται αὐτοῦ εἶναι. Περὶ ἡμῶν γοῦν εἶπεν· « Ἐπελάθου νόμου Θεοῦ σου, κἀγὼ ἐπιλήσομαι τέκνων σου. » Ὅμοιον τῷ ῥητῷ τούτῳ τὸ γραφόμενον ὑπὸ Παύλου· « Εἴ τις ἀγνοεῖ, ἀγνοεῖται· » δῆλον ὅτι ὑπὸ τοῦ εἰπόντος πρὸς τοὺς φαύλους· « Ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ, ἐργάται ἀνομίας· οὐδέποτε ὑμᾶς ἔγνων. » Ὡς οὖν ταῦτα ὁ παραπικραίνων ἑαυτοῦ τὸ ἦθος, διὰ τῆς πικροτάτης κακίας ἀντάξια πάσχων ὧν ἔδρασεν, οἴεται τὸν Θεὸν κατ' αὐτοῦ πικράζεσθαι. Εἶπεν γοῦν τοῦτ' αὐτὸ ψυχὴ δίκῃ ὑποπεσοῦσα ψήφῳ Θεοῦ δι' ἁμαρτήματα· « Ἐγὼ παραπικραίνουσα παρεπικράνθην· » ὅθεν καὶ συνορῶσα τὴν τοῦ κρίματος ἀκολουθίαν εἶπεν· « Δίκαιός ἐστιν ὁ Κύριος, ὅτι τὸ στόμα αὐτοῦ παρεπίκρανα. »

Στ. ιβ'. Ῥηθείη τὰ προκείμενα καὶ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας, εὐφρανθέντων πάντων τῶν καραδοκούντων αὐτοῦ τὴν ἐνανθρώπησιν· ἠλπίζετο γὰρ αὕτη τοῖς προφήταις καὶ τοῖς νοοῦσι τὰς προφητείας· ἐπεδήμησεν γὰρ ὁ Θεὸς Λόγος σὰρξ γεγονὼς πρὸς... « Λόγος » γὰρ, φησὶ, « σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. » Οὕτω σκηνώσαντος αὐτοῦ, εἰς αἰῶνα ἀγαλλιάσονται οἱ ὑποδεξάμενοι αὐτὸν ἐν ἑαυτοῖς· ὄψονται γὰρ τοῦ κατασκηνώσαντος ἐν αὐτοῖς διὰ σαρκὸς Λόγου « τὴν δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. » Οὐ τοῦ χρόνου τούτου εἰς αἰῶνα ἀγαλλιώμενοι, ἔργῳ θεασάμενοι τὴν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς δόξαν, οἳ φασίν· « Εἰ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν· » ἔχοντες θεωρίαν τῆς δόξης αὐτοῦ, καθ' ἣν Μονογενὴς παρὰ Πατρός ἐστιν.]

Ὅπλον καὶ στέφανος ὁ θυρεὸς, ὅπλον διὰ τοὺς πολεμοῦντας, στέφανος διὰ τοὺς νικῶντας· ὅπλον διὰ τοὺς στρατιώτας συγκακοπαθήσοντας, στέφανος διὰ τοὺς βασιλεύοντας.

A sus proximum molimina. — Quomodo autem homo dirigatur a justitia Dei, quærendum est. Ille scilicet qui secundum Dei justitiam (talis enim est germana virtus) proficiens in sequendo Deum; juxta illud : « Post Dominum Deum tuum ambulabis[52]; » ille, inquam, a largiente sibi virtutem Deo ducitur

Vers. 11. Quia humanum est exacerbari, considerandum superest quomodo id de Deo dictum intelligi oporteat. Deus cum sit immutabilis... habemus. Nostra enim tanquam ei propinquantia æstimantur, veluti oblivio qua circa Deum nos laboramus, Dei esse reputatur. Ergo de nobis dixit : « Oblitus es legis Dei tui; ego quoque obliviscar filiorum tuorum[53]. » Simile est dicto huic, quod a Paulo scribitur : « Si quis ignorat, ignoratur[54]; » B videlicet a Deo qui dixit improbis : « Discedite a me, operarii iniquitatis; non novi vos[55]. » Similiter ergo qui mores suos exacerbat, dum acerbissimæ suæ nequitiæ paria meritis experitur, is e contrario existimat Deum sibi esse exacerbatum. Hoc ipsum itaque dicit anima pœnæ supposita decreto Dei propter peccata : « Ego exacerbans exacerbata fui. » Unde et cernens judicii effectum ait : « Justus est Dominus, quoniam os ejus exacerbavi[56]. »

Vers. 12. Hæc dici possunt etiam de Servatoris adventu, gestientibus cunctis qui ipsius incarnationem exspectabant. Sperabant enim hanc prophetæ et quotquot prophetias intelligebant. Venit quippe Dei Verbum, caro factum ad... « Verbum » enim « caro, » inquit, « factum est, et habitavit in nobis[57]. » C Sic eo inhabitante, æternaliter exsultabunt, qui eum intra se receperunt. Videbunt enim habitantis intra ipsos incarnati Verbi « gloriam quasi Unigeniti a Patre plenum gratiæ et veritatis[58]. » Haud hujus temporis sæculo exsultant, qui reapse viderunt gloriam quasi Unigeniti a Patre; qui aiunt : « Etsi agnovimus secundum carnem Christum, nunc tam jam amplius non cognoscimus[59], » habentes contemplationem gloriæ ejus, qua Unigenitus a Patre est.

Armatura et corona scutum est; armatura pugnantibus, corona victoribus; armatura militibus laborum patientibus, corona regnantibus.

PSALMUS VI.

Στ. α'. Θειοτέραν δὲ νόησιν ὁ ψαλμὸς ἔχων, ἐν ὕμνοις ἐμπεριέχεται· εἰς δὲ τὸ τέλος ᾄδεται τῷ τελεώτατα εἶναι τὰ περὶ τῆς ὀγδόης θεωρήματα. Τὴν πνευματικὴν δέ τις ἔχων περιτομὴν, Θεῷ περιτέμνεται· τὴν δὲ σαρκικὴν, οὐ πάντως· διό φησιν ὁ προφήτης· « Περιτμήθητε τῷ Θεῷ ὑμῶν, καὶ μὴ περιτέμνεσθε τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας ὑμῶν· » καὶ πάλιν· « Πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτμητα σαρκὶ, ὁ δὲ οἶκος Ἰσραὴλ ἀπερίτμητοι καρδίαις αὐτῶν. » Ὥσπερ τοίνυν ὁ αἰσθητῶς περιτεμνόμενος περιαιρεῖ τι τοῦ

D Vers. 1. Cum di viniorem sensum psalmus habeat, hymnis continetur. In finem autem canitur, quia perfectissimæ sunt illæ de octava contemplationes. Jam qui spiritalem habet circumcisionem, Deo circumciditur; qui carnalem, non item. Idcirco ait propheta : « Circumcidimini Deo vestro, et nolite circumcidi in carne præputii vestri[60]. » Et rursus : « Cunctæ gentes incircumcisæ carne, domus autem Israelis incircumcisi cordibus suis[61]. » Sicut ergo qui materialiter circumciditur, partem aliquam

[52] Ose XI, 10. [53] Ose IV, 6 [54] I Cor. XIV, 38. [55] Luc. XIII, 26. [56] Thren. I, 18. [57] Joan. I, 14. [58] ibid. [59] II Cor. V, 16. [60] Jer. IV, 4. [61] Jer. IX, 26.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

genitalis membri aufert; ita qui omnem generandi curam abjicit, corde circumciditur; veluti veri cælibes quæ sunt Domini cogitantes, ut ei placeant. Octava autem die hæc circumcisio peragitur; quia oportet extollendo se supra hunc sex diebus conditum mundum, pervenire ad septimam quæ est verum Sabbatum, sanctum et deliciosum. Et quia non sufficit ad perfectam beatitudinem vacare a creaturis mundanis, supermundialem necesse est supraque præcedentem assumere vitæ statum, quæ est octava; quam qui consequi optat, neque mundum diliget neque quidquid in eo est. Quod autem reapse lex ad hujusmodi scopum deduceret, constat inde quod necis minas intendebat puero octava die non circumciso; et non potius adversus parentes aut pueri nutritores, cum alioqui consentaneum non esset, necem ei comminari qui præcepto observando par non erat.

VERS. 2. Homo autem sensum a castigatione adeptus, dicit: « Iram Domini perferam, quia illi peccavi, donec justificet causam meam, et auferat pœnam meam, atque in lumen me educat [63], » Sciebat enim opis ferendæ gratia fieri judicium, atque hunc exitum rei fore. Sed jucunda reprehensione melior est verbalis admonitio quæ voluntariam pœnitentiam provocat; melior, inquam, quam illa quæ non omnino voluntaria est. De verbali quidem castigatione Paulus quoque ait: « Omnia coarguta a lumine manifestantur [64]. » Nam quæ per lumen correptio fit, ea manifestatio est, ad instar demonstrationis, non peccatoribus tantummodo, verum etiam justis exhibita, Deo occulta illuminante, quæ ob ignorantiam seu malitiam tenebræ appellantur, et cordium justorum deliberationes manifestante. Sed enim quamvis improbos ira Dei exagitat et castigatio, attamen nonnisi ad bonum finem, cum ita a malo et impietate se retrahunt. Qui ergo utilitatem ex his percepit, « Benedicam te, » inquit, « Domine; quia iratus es mihi ad salutem [65]. Avertisti faciem tuam; et misertus es mei [66]. » Imo ipse Deus manifestat latentem in ira sua bonitatem dicens: « Cum ira furoris mei erit, tunc sanabo [67]. » Etsi enim « revelatur ira Dei de cœlo [68], » ea tamen « adversus omnem impietatem et injustitiam hominum [69] » tendit, ut eas de medio tollat. Quod autem ira Dei passio non sit, docet Moyses dicendo: « Misisti iram tuam, et devoravit eos tanquam stipulam [70]. » Atqui illa ira, quæ passio est, non mittitur, cum sit animæ irascibilis facultas. Sed calamitatum immissionem in improbos hic iram appellat.

VERS. 3. Sanatio animæ infirmæ est, Dei virtus; ita ut hanc expertus dicat: « Omnia possum in Christo qui me confortat [70]. » Quod vero sicubi in sacra Scriptura nominantur ossa, haud semper de materialibus sermo sit, vel hinc cognoscitur: « Omnia

A ὑπηρετοῦντος γενέσει μέλους, οὕτως ὁ πάντα φίλον γενέσει λογισμὸν ἐκβαλὼν περιτέμνεται τὴν καρδίαν· ὡς οἱ γνησίως ἄγαμοι μεριμνῶντες τὰ τοῦ Κυρίου, ἵνα αὐτῷ ἀρέσωσιν. Ἐν ὀγδόῃ δὲ ἡμέρᾳ ἡ τοιαύτη κατορθοῦται περιτομή· δεῖ γὰρ ὑπερβάντα τὸν ἐν ς' ἡμέραις γενόμενον κόσμον, ἐν τῇ ἑβδόμῃ γενέσθαι οὕτῃ ἀληθινῷ Σαββάτῳ ἁγίῳ καὶ τρυφερῷ. Καὶ ἐπεὶ οὐκ ἀρκεῖ πρὸς τελείαν μακαριότητα τὸ τῶν κοσμικῶς γινομένων ἀργῆσαι, δεῖ προσλαβεῖν τὴν ὑπερκόσμιον ὑπὲρ ταύτην κατάστασιν οὖσαν ὀγδόην· ὃ ταύτης πειραθῆναι ποθῶν, οὐκ ἀγαπήσει τὸν κόσμον οὐδὲ τὰ ἐν αὐτῷ. Ὅτι δὲ πρὸς ταύτην ὁ νόμος τὴν νόησιν ὁδηγεῖ, δῆλον ἐκ τοῦ φέρειν ἀπειλὴν ἐξολοθρεύσεως κατὰ τοῦ μὴ τῇ ὀγδόῃ περιτμηθέντος ἡμέρᾳ παιδίου, ἀλλὰ μὴ κατὰ τῶν γονέων, ἢ τῶν

B ἄλλως τὸ παιδίον ἀνατρεφόντων· οὐ γὰρ ἀκόλουθον ἀπειλεῖσθαι θάνατον τῷ μηδὲ τηρεῖν δυναμένῳ τὴν ἐντολήν.

Στ. β'. Αἰσθησιν δέ τις ἐπὶ παιδείᾳ λαβών, λέγει· « Ὀργὴν Κυρίου ὑποίσω, ὅτι ἥμαρτον αὐτῷ, ἕως τοῦ δικαιῶσαι τὴν κρίσιν μου, καὶ ἀποίσει τὸ κρίμά μου, καὶ ἐξάξει με εἰς τὸ φῶς. » Οἶδε γὰρ ὡς βοηθείας χάριν ἡ κρίσις, καὶ τοιοῦτον ἔχει τὸ πέρας· ἀλλὰ τοῦ μετ' ὀργῆς ἐλέγχου, ὁ διὰ λόγου διδασκαλίας ἀμείνων, τὴν μετάγνωσιν ἔχων ἑκούσιον, ἐκείνου μὴ πάντη τὸ ἑκούσιον ἔχοντος. Περὶ δὲ τοῦ διὰ λόγου καὶ Παῦλος ἔφη· « Τὰ πάντα ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦνται. » Ἡ γὰρ παιδεία διὰ φωτὸς, φανέρωσίς ἐστιν, ἀποδείξεως τρόπῳ γινομένη· οὐχ ἁμαρτωλῶν μόνων ἀλλὰ καὶ δικαίων, φωτίζοντος τοῦ Θεοῦ τὰ κρυπτὰ, δι' ἄγνοιαν καὶ κακίαν

C σκότος ὠνομασμένον, καὶ φανεροῦντος τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν τῶν δικαίων. Πλὴν εἰ καὶ πονηρὸς ὁ θυμὸς ἄγει καὶ ἡ παιδεία, ἀλλ' ἐπὶ τέλει χρησιμῷ κωλυτικοὺς ὄντας κακίας καὶ ἀσεβείας. Τοιγαροῦν ὁ πειραθεὶς τοῦ διὰ τούτων χρησίμου, « Εὐλογήσω σε, Κύριε, φησὶν, ὅτι ὠργίσθης μοι εἰς σωτηρίαν· ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου καὶ ἠλέησάς με. » Καὶ αὐτὸς δὲ φανερὸς τὴν ἐγκεκρυμμένην ὁ Θεὸς ἐν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ ἀγαθότητα λέγων· « Ὅταν ὀργὴ τοῦ θυμοῦ μου γένηται, πάλιν ἰάσομαι. » Εἰ γὰρ καὶ ἀποκαλύπτεται ὀργὴ Θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ, ἀλλ' ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων, ἀφανιστικὴ τούτων ὑπάρχουσα. Ὅτι δὲ μὴ πάθος ἐπὶ Θεοῦ ἡ

D ὀργὴ, δηλοῖ λέγων ὁ Μωϋσῆς· « Ἀπέστειλας τὴν ὀργήν σου, καὶ κατέφαγεν αὐτοὺς ὡσεὶ καλάμην. » Ἡ ὀργὴ γὰρ τὸ πάθος οὐκ ἀποστέλλεται, θυμικὴ δύναμις οὖσα ψυχῆς· τὴν δὲ τῶν ἐπιπόνων ἐπαγωγὴν τοῖς ἁμαρτωλοῖς, ὀργὴν ἐν τούτοις φησίν.

Στ. γ'. Ἴασις ἀσθενείας ψυχῆς, ἡ ἐκ Θεοῦ δύναμις· ὡς λέγειν τὸν ταύτης τυχόντα, « Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. » Ὅτι δὲ οὐκ εἰ κῶ τῆς Γραφῆς εἴρηται ὀστᾶ, οὐ πάντως περὶ τῶν αἰσθητῶν ἐστιν τὸ δηλούμενον, ἐπιστατέον τῷ, « Πάντα

[63] Mich. VII, 9. [64] Ephes. V, 13. [65] Isa. XII, 1. [66] Psal. XXIX, 8. [67] Jer. XXX, 17. [68] Rom. I, 18. [69] ibid. [70] Exod. XV, 7. [70] Philipp. IV, 13.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

τὰ ὀστᾶ μου ἐροῦσιν, Κύριε, Κύριε, τίς ὅμοιός σοι; » Καὶ τῷ, « Διεσκορπίσθη τὰ ὀστᾶ ἡμῶν παρὰ τὸν ᾅδην. »

Στ. δ', ε'. « Καὶ σὺ, Κύριε, ἕως πότε; Ἐπίστρεψον, Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου· σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. » Ὡς ἀποστραφέντος δὲ αὐτὸν ἐν οἷς ἥμάρτανε τοῦ Θεοῦ· διὸ πάντα τὰ κατ' οἶκον γέγονεν αὐτῷ δυσχερῆ, καὶ ἡ τοῦ παιδὸς ἐπανάστασις. Ἐπίστρεψον, φησὶ, Κύριε, γενόμενος λοιπὸν εὐμενὴς, καὶ τὴν ἐμὴν ἀνάσωσον ἐκ τῆς ἀσθενείας ψυχὴν, διὰ τὴν σὴν μόνην φιλανθρωπίαν.

Τὸ « ἐπίστρεψον, » διττῶς νοεῖται. Δηλοῦται γὰρ ὅτε μὲν νόησις τοιαύτη· Ἐπεὶ ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, διό τί μοι χρήσιμον· παρακαλῶ ὅπως ἐπιστρέψῃς, καὶ ἐπιφάνῃς μοι αὐτό· ὅτε δὲ, παρίσταται θεωρία τοιαύτη· Ἐπεὶ ἡ ψυχή μου ἁμαρτάνουσα ἀπεστράφη ἐπὶ κακῷ τῷ ἑαυτῆς, ἐπιστρέψας αὐτὴν πρὸς ἑαυτὸν ἀνακαλούμενος (κατὰ τὸ, « Ἐπιστράφητε, υἱοὶ ἀφεστηκότες ») λύτρωσαι αὐτὴν ἀπὸ τῶν μακρυνάντων ἁμαρτημάτων καὶ τῶν ἐνεργουσῶν αὐτὰ πονηρῶν δυνάμεων.

Στ. ς'. Οἱ περὶ τοῦ κοινοῦ θανάτου ὑπονοοῦντες εἰρῆσθαι τὰ προκείμενα, σφάλλονται, μᾶλλον δὲ ἀσεβοῦσιν· οἱ γὰρ ἅγιοι ἄνδρες οὐ τότε μόνον μνήμην ἔχουσι Θεοῦ, ὅτε τὴν κοινὴν ζωὴν ἔχουσιν, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ὅτε χωρίζονται τοῦ φθαρτοῦ σώματος. Τί οὖν φησίν; Ἐπεὶ οὐδεὶς μεμνημένος σου ἐν θανάτῳ γίνεται, ὃν ἡ ἁμαρτία ἀποτίκτει· οὗτος δέ ἐστιν ὁ χωρίζων ἐναρέτου ζωῆς τὴν ἁμαρτάνουσαν ψυχήν· ποθῶ δὲ μνήμην σου ἔχειν, εἰς τοῦτ' αὐτὸ ῥέψας τὴν ἀγαθότητά σου, σῶσόν με, ἵνα μὴ ἰσχυσάσης κατ' ἐμοῦ τῆς προσούσης ἀσθενείας καὶ ταραχῆς, καταποθῶ ὑπὸ τοῦ θανάτου. Οὐ γὰρ εἴρηται, Οὐ μέμνηται Θεοῦ ὁ ἐν θανάτῳ, ἀλλ', Ὁ μνημονεύων αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν θανάτῳ, περὶ οὗ φησιν ὁ Σωτήρ· « Ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων, θάνατον οὐ θεωρεῖ εἰς τὸν αἰῶνα. »

Στ. η'. Ὅρα εἰ δύναται τὸ, « Ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου, » καὶ ἑτέραν νόησιν ἔχειν. Ὅτε οὖν δικαιοσύνῃ ἔζων, ἐνέαζον ἀεὶ ζῶν κατὰ τὴν καινότητα τοῦ πνεύματος καὶ τὴν καινὴν διαθήκην· ἐπειδὴ δὲ ἐξ ἀπροσεξίας ἡμετέρας μετέστην τοῦ ἐπαινετῶς ζῆν παρὰ τοῖς ἐχθροῖς γενάμενος, πεπαλαίωμαι, κατὰ τὴν τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου παλαιότητα, ὃν ἐνδύσασθαι Παῦλος παραινεῖ (φαῦλος δὲ βίος οὗτος), ἵν' ἐνδυσώμεθα τὸν νέον ἄνθρωπον, τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα ἐν ὁσιότητι καὶ γνώσει τῆς ἀληθείας· οὗτος δέ ἐστιν ὁ βίος ὁ ἀκηλίδωτος.

Στ. θ'. Νοήσεις δὲ ταῦτα λέγεσθαι καὶ πρὸς τοὺτὴν συσκευὴν αὐτῷ κατεργασαμένους ἀοράτους ἐχθροὺς καὶ πονηρὰς δυνάμεις, τὰς διαφθονουμένας τῇ κατὰ Θεὸν αὐτοῦ προκοπῇ, καὶ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπιχαρησικάκως λεγούσας, « Οὐκ ἔστιν σωτηρία αὐτῷ ἐν τῷ Θεῷ αὐτοῦ. »

A ossa mea dicent, Domine, Domine, quis similis tibi [71]? » Et rursus : « Dispersa sunt ossa nostra apud inferos [72]. »

Vers. 4, 5. « Et tu, Domine, quousque? Convertere, Domine; eripe animam meam; salva me propter misericordiam tuam. » Sic ait, quasi ab ipso Deus sit aversus propter peccata : cujus causa res cunctæ domesticæ factæ sunt ei calamitosæ, et ipsius filii rebellio obtigit. Convertere, inquit, Domine; et deinceps esto benevolus, meamque serva ex infirmitate animam, propter tuam unice benignitatem.

Verbum, « convertere, » dupliciter intelligitur. Aliquando enim sensus est hic : Quoniam avertisti faciem tuam a me, propterea rogo ut clementem B eam ad me convertas, mihique ostendas. Aliquando significatio ejus hæc est : Quoniam anima mea aversa est in malum proprium, tu convertens ipsam atque ad te revocans (juxta illud : « Convertimini qui aversi estis [73] ») redime ab elongantibus eam peccatis, et a causantibus hæc malis potestatibus.

Vers. 6. Qui opinantur dici hæc de communi morte, falluntur vel potius irreligiose sentiunt. Nam sancti homines, non tunc tantummodo Dei sunt memores, cum communem hanc vitam retinent, sed multo tunc magis cum a corruptibili hoc corpore separantur. Quid ergo ait? Quia nemo, qui tui meminerit, in mortem illam incidit, quam parit pec- C catum; hæc enim mors illa est quæ peccantem animam a virtutis vita separat; ego vero cupio memor esse tui, in idipsum vergens benevolentiam tuam, salva me, ne prævalente adversus me infirmitate mea atque animi perturbatione, in mortem absorbear. Non itaque dictum est, Non est memor tui qui moritur; sed, Qui memor est tui, in illam mortem non incidit, de qua Servator aiebat : « Qui sermonem meum audit, mortem non videbit in æternum [74]. »

Vers. 8. Videsis, an et alius sensus esse possit verborum, « Inveteravi inter inimicos meos. » Cum juste vivebam, juvenescebam semper viveus secundum novitatem spiritus et novum fœdus. Postquam vero ob humanam socordiam, a probo vitæ genere D excidi, inveteravi secundum illius hominis vetustatem quam exuere Paulus hortatur (loquitur scilicet de vitiosa vita) ut induamur novo homine, qui est secundum Deum creatus in sanctitate et veritatis agnitione [75]. Est autem hæc vita immaculata.

Vers. 9. Hæc dici intelliges etiam contra insidias illi struentes invisibiles hostes et malas potestates, quæ ipsius erga Deum profectui invidebant, et post patratum peccatum perverso cum gaudio aiebant : « Non est salus ipsi in Deo ejus [76]. »

[71] Psal. XXXIV, 10. [72] Psal. CXL, 7. [73] Jer. III, 14, 22. [74] Joan. VIII, 51. [75] Ephes. IV, 24. [76] Psal. III, 3.

Digitized by Google Распознавание текста

Vers. 11. Laudabili mentis proposito pro inimicis orat; vult enim ipsos pudere actuum suorum, quibus et justorum et Dei hostes erant. Id autem ipsis utile futurum erat; nam qui ex sensu intimo pudorem contrahit, et ob patratum a se scelus perhorrescit, pœnitentia tactus peccare ulterius desinet. Explanatio hæc confirmatur a subsequente commate : « Convertantur conturbati hostes retrorsum, » haud ulterius malitia sua provecti, sed ad probam illam quam deseruerant vitam reversi. Quod utinam bonum ipsis, haud post diuturnam moram vel lente fiat, sed valde velociter!

A Στ. ια'. Ἀγαθῇ προθέσει εὔχεται ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν· θέλει γὰρ αὐτοὺς αἰσχυνθῆναι ἐφ' οἷς ἔπραττον, ἃ καὶ ἐχθροὶ τῶν δικαίων καὶ τοῦ Θεοῦ ἦσαν. Ἔστω δὲ τοῦτ' αὐτοῖς ἐπωφελές· ὁ γὰρ ἐξ αἰσθήσεως αἰσχυνθείς, καὶ ταραχθεὶς ἐπὶ τῇ ἐνεργουμένῃ ὑπ' αὐτοῦ κακίᾳ, καταγνοὺς αὐτῆς πεπαύσεται τοῦ ἐνεργεῖν ἔτι. Οὕτω βαιβαιοῦται ἡ ἐξήγησις ἐκ τοῦ ἐπιφερομένου στίχου οὕτως ἔχοντος· « Ἐπιστραφείησαν ταραχθέντες οἱ ἐχθροὶ εἰς τὰ ὀπίσω, » μηκέτι τῆς κακίας ἔμπροσθεν ἐλαύνοντες, ἀλλ' ἀνακάμπτοντες εἰς ἣν κατέλιπον ἐνάρετον πολιτείαν. Τοῦτο δὲ αὐτοῖς πρὸς ἀγαθοῦ γινόμενον αὐτοῖς, μὴ ἐν ὑπερθέσει χρονικῇ ἢ ἀνειμένως, ἀλλὰ σφόδρα διὰ τάχους.

PSALMUS VII.

Vers. 1. Chusi Jemini filius dictus est, ex gente unde Saul et Semei oriundi erant, et qui Saulis nuntium attulit : filius autem Arachi, qui ejus pater erat; amicus summus, id est amicorum princeps, et vetere amicitia conjunctus. Canit autem psalmum, practice simul et theoretice eum proferens. Dictum porro fuit a nobis in quarti psalmi titulo, vocabulo psalmi denotari praxim, cantici vero theoriam; et quoniam sunt etiam tituli, in quibus scribitur psalmus cantici, vel canticum psalmi, dicendum est psalmi canticum esse theoriam practicæ vitæ et morum disciplinæ; cantici vero psalmum, illam esse necessario, ad veritatis contemplationem, adjunctam praxim. Multa enim fiunt supra sapientiæ contemplationem, quæ psalmum cantici haud incongrue dicas. His ita observatis, apte præsentem psalmum canit David in re gesta versantem, speculans simul circa rem quamlibet gestam sapienter ac plane divinitus : cognoscere avens, quid horum singula significent, quæ materialiter sic aguntur. Sed age ipsa psalmi verba ponemus, quæ ita exordiuntur : « Domine Deus meus, in te speravi, » etc.

B Στ. α'. Χουσὶ υἱὸς Ἰεμενὶ ἐκλήθη, ἀπὸ τοῦ δήμου ὅθεν ἦν ὁ Σαοὺλ καὶ ὁ Σεμεῖ καὶ ὁ τὴν ἀγγελίαν καταμηνύσας τοῦ Σαούλ· υἱὸς δὲ Ἀραχὶ, ἀπὸ τοῦ πατρός· ἀρχιεταῖρος δέ, ὁ ἄρχων τῶν φίλων καὶ παλαιὸς κατὰ τὴν φιλίαν. Ἄδει δὲ τὸν ψαλμὸν πρακτικῶς, ἅμα καὶ θεωρητικῶς αὐτὸν προφέρων. Εἴρηται δὲ ἐν τῇ ἐπιγραφῇ τοῦ τετάρτου, ὡς πρᾶξιν ὁ ψαλμὸς, θεωρίαν δὲ ἡ ᾠδὴ δηλοῖ· καὶ ἐπεὶ εἰσὶν ἐπιγραφαὶ ἔχουσαι ψαλμὸν ᾠδῆς, ἢ ᾠδὴν ψαλμοῦ, ῥητέον περὶ αὐτῶν, ὡς ψαλμοῦ μὲν ᾠδή ἐστιν, ἡ περὶ πρακτικῶν καὶ ἠθικῆς παιδεύσεως θεωρία· ψαλμὸς δὲ ᾠδῆς, ἢ ἀναγκαίως ἐν τῷ θεωρεῖν τὴν ἀλήθειαν παραλαμβανομένη πρᾶξις. Πολλὰ γὰρ πράττεται ὑπὲρ θεωρίας τῆς σοφίας, ἃ ψαλμὸν ᾠδῆς, οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τις ἐρεῖ. Τούτων ὧδε θεωρουμένων, εἰκότως τὸν προκείμενον C ψαλμὸν ᾄδει ὁ Δαυὶδ πρακτικὸν ὄντα, θεωρῶν περὶ ἑκάστου τῶν πραττομένων σοφῶς καὶ πάνυ θεοπρεπῶς· γνῶναι θέλων τί ἕκαστον δηλοῦται ἐκ τῶν οὕτως αἰσθητῶς ἐπιτελουμένων. Ἐκθετέον δὲ καὶ αὐτὰς τὰς τοῦ ψαλμοῦ λέξεις, οὕτως ἀρχομένας. « Κύριε ὁ Θεός μου ἐπὶ σοὶ ἤλπισα, » κ. τ. λ.

Vers. 2. Quis vero iste est, nisi qui ait : « Non est qui salvet, præter me [77]? » qui venit quærere et salvare quod perierat, et dare animam suam redemptionem pro multis. Hæc autem ostendunt, quod Deus Pater per Filium Deum salvat. Quamobrem non est in prædictis verbis distinguenda deitas Patris ac Filii, secus ac quibusdam visum est.

Στ. β'. Τίς δὲ οὗτος, ἢ ὁ εἰπὼν, « Σώζων οὐκ ἔστιν πάρεξ ἐμοῦ; » ὁ ἐληλυθὼς ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν. Ταῦτα δὲ δηλοῖ, ὡς ὁ Πατὴρ Θεὸς ὢν, σώζει διὰ Υἱοῦ Θεοῦ Λόγου ὄντος· ὅθεν οὐδὲ ἐν τοῖς προκειμένοις διαιρετέον τὴν θεότητα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ὡς ἔδοξέ τισιν (12).

Vers. 6. Vel ita dicatur : Excelsum in inimicorum finibus apparere orat Deum. Sic enim, inquit, finem habebit iniquitas, cujus causa mihi inimici sunt. Fortasse etiam fines inimicorum dicit superbiam, in quam elati, firmitatem se habituros in optimis finibus arbitrantur.

D Στ. ς'. Λεγέσθω καὶ οὕτως. Ὑψηλὸν ἐν τοῖς πέρασι τῶν ἐχθρῶν ὀφθῆναι παρακαλεῖ τὸν Θεόν. Οὕτω γὰρ, φησὶ, τέλος ἕξει τὰ τῆς ἀδικίας, δι' ὧν ἐχθροί μοι, τυγχάνουσι. Λέγει δὲ ἂν καὶ πέρατα ἐχθρῶν τὰς ἀλαζονείας, ἐφ' ἃς φθάσαντες, τὸ βέβαιον ἕξειν ἐν τέλεσιν ἀρίστοις νομίζουσιν.

Vers. 9. Nonnisi pro merito innocentiæ ac justitiæ meæ tuam infer sententiam. Sic enim justificabor, nulla inventa in actibus meis iniquitate. Innocentia vero haud hoc loco fatuitas quodammodo intelligenda est, juxta illud : « Innocens

Στ. θ'. Μονονουχὶ κατὰ τὴν ἀκακίαν καὶ δικαιοσύνην τὴν ἐμὴν, ἐπάγαγε σοῦ τὸ κρῖμα· οὕτω γὰρ καὶ δικαιωθήσομαι, ἀδικίας οὐχ εὑρισκομένης ἐν ταῖς πράξεσίν μου. Ἀκακίαν δὲ ἐν τούτοις, φησὶν, οὐ τὴν εὐήθειαν ἐκληπτέον, κατὰ τὸ γεγραμμένον

[77] Isa. XLV, 21.

(12) Innuit Arianos, quibus vivente Didymo adhuc redundabat Alexandria.

Digitized by Google Распознавание текста

« Ἄκακος πιστεύει παντὶ λόγῳ· » ἀλλὰ τὴν ἁπλότητα τὴν δόλου καθαρεύουσαν· καθ' ὃ σημαινόμενον εἴρηται πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὸ τοῦ ἁγίου· « Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν ἀντελάβου· » καὶ τὸ, « Ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην. » Φερομένου δὲ ἔν τισιν ἀντιγράφοις, « Κρῖνόν με, Κύριε, κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου, » ἐξηγητέον τὴν λέξιν οὕτως· Ἔστι τις δικαιοσύνη Θεοῦ ἀνθρώποις ἐφικτὴ, διαστελλομένη πρὸς δικαιοσύνην ὑποδεεστέραν. Παῦλος γοῦν περὶ τῆς διαφορᾶς τούτων γράφων περὶ Ἰουδαίων· « Μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς, » ἔφη, « ὅτι ζῆλον Θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν· ἀγνοοῦντες γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην, καὶ τὴν ἰδίαν θέλοντες στῆσαι, τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑπετάγησαν. » Θεοῦ δὲ δικαιοσύνην λέγων, τὴν εἰς πάντας τοὺς πιστεύοντας διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ γινομένην· ἣν καὶ αὐτὸς ἔχειν ποθήσας, λέγει πάντα ἀποπεπέμφθαι δι' ἃ Ἰουδαϊκῶς δίκαιος ὑπῆρχεν, ἵνα εὑρεθῇ τὴν ἐκ Θεοῦ διὰ πίστεως δικαιοσύνην ἔχων, καὶ μὴ τὴν ἑαυτοῦ· ταύτην καὶ τοῖς μαθηταῖς ὑπαρχθῆναι ὁ Ἰησοῦς θέλων, εἶπεν πρὸς αὐτούς· « Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλέον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. » Ταύτης τῆς διαστολῆς οὔσης, ἀνθρωπίνης δικαιοσύνης καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὴν τοῦ Δεσπότου βούλεται κριθῆναι· εἰδὼς ὡς ἀποβήσεται αὐτῷ εἰς σωτηρίαν τὸ οὕτω κριθῆναι.

Στ. ι'. Ἐπὶ Θεῷ τὸ « ἐξετάζειν καὶ ἐρευνᾶν καρδίας, » οὐ τὸ ζητεῖν καὶ ἀνιχνεύειν δηλοῖ, ἀλλὰ παντελῆ κατάληψιν ἔχειν. Νεφροὺς δὲ, ψυχῆς νοητὰς ἀκουστέον δυνάμεις. Ἀμέλει περὶ φαύλων εἴρηται· Ἐγγὺς εἶ τοῦ στόματος αὐτῶν, πόρρω δὲ ἀπὸ τῶν νεφρῶν. — Δυνάμει τοῦτο διδάσκει· εἰ τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ σώζει, ἀπαιτῶ δικαίαν βοήθειαν· παρ' αὐτοῦ, ἔφη, σωθήσομαι, εὐθεῖαν καρδίαν ἔχων ἐκτὸς οὖσαν παντὸς δόλου· διὸ καὶ ἐπὶ τῇ ἀκακίᾳ μου κριθῆναι δέομαι.

Στ. ιε'. Ὁ ὠδινήσας ἀνομίαν, συνέλαβεν πόνον ἐπὶ τῷ τεκεῖν ἀδικίαν· ταῦτα τὰ γεννήματα ὄλεθρον τῷ κυήσαντι προξενεῖ κολασθησομένῳ δι' ἀνομίαν, καὶ ἀδικίαν ἃ ἐποίησεν· οἷς καταλλήλως, καὶ πόνον τὸν ἐν τῇ κολάσει συλλήψεται, ἢ πόνον τὸν ἐπὶ τῷ ἁμαρτάνειν· βαρυτάτη γὰρ καὶ ἐπαχθὴς ἡ τῆς ἀνομίας ἐργασία παραβαλλομένη ταλάντῳ μολίβου· οὐδὲν γὰρ κατωφερέστερον τῆς κακίας, ἀεὶ κάτω φερούσης τὸν κατ' αὐτὴν ποιωθέντα. Εἴρηταί τισιν ὡς διὰ τὸ ἄτακτον τῆς κακίας, πρὸ τῆς συλλήψεως τῆς ὠδινήσεως λεχθείσης· ἐπὶ γὰρ τῶν κυουσῶν μετὰ τὴν σύλληψιν, ἡ ὠδὶν, μεθ' ἣν τὸ τεκεῖν· ἐνταῦθα δὲ πρὸ τῆς συλλήψεως ἡ ὠδὶν ὠνόμασται, τῷ μηδὲν τῶν ἐν κακίᾳ εἰρμὸν καὶ τάξιν ἔχειν. Εὖ δὲ καὶ τὸ προτετάχθαι τῆς ἀδικίας τὴν ἀνομίαν· ἐκ ταύτης γὰρ ἄνομος γεγονώς τις, οὐκ ἔτι ὑπὸ τὸν νόμον ἐστὶν τῆς δικαιοσύνης· ὡς λοιπὸν καὶ κατὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐπιτίθεσθαι ἐπὶ τὸ ἀδικεῖν αὐτούς. Εὑρίσκεται τοῦτο μάλιστα περὶ τοῦ Κάϊν· πρότερον γὰρ ἄνομος

A homo fidem adjungit omni verbo; sed simplicitas potius doli pura [78]: » quo sensu dictum est ab hoc sancto viro: « Propter innocentiam meam suscepisti me [78*]. » Item: « In innocentia mea ambulavi [79]. » Quod autem in quibusdam exemplaribus legitur: « Judica me, Domine, secundum justitiam tuam [80]; » dictio sic est explananda: Est quædam justitia Dei, quam homines assequi possunt, quæque ab deteriore alia justitia distincta est. Paulus itaque de harum differentia circa Judæos scribens: « Testor, » inquit, « illis quod zelum Dei habeant, sed non secundum scientiam. Nescientes enim justitiam Dei, suamque stabilire volentes, justitiæ Dei non obediverunt [81]. » Dei nimirum justitiam dicens illam, quæ cunctis credentibus per Jesum Christum

B datur: quam ipse quoque habere cupiens, omnibus dicit valedixisse, quibus Judaice justus erat, ut habere comperiretur illam quæ ex Deo est justitiam, nequaquam vero suam. Hanc discipulos quoque habere volens Jesus, aiebat eis: « Nisi abundaverit justitia vestra plus quam scribarum et pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum [82]. » Age vero hac statuta differentia humanæ justitiæ ab illa Dei, secundum Domini justitiam Psalmista vult judicari; probe sciens, salutare sibi fore, ita judicari.

Vers. 10. Cum de Deo sermo est, verba « examinare corda atque scrutari » nequaquam denotant quærere et investigare, sed omnimodam potius comprehensionem habere. Renes autem intelligere

C oportet intellectuales animæ facultates. Certe de stultis dictum est: Prope es ori eorum, sed renibus procul. — Virtualiter hoc docet; si rectos corde salvat, justum postulo auxilium. Ab ipso, inquit, salvabor, quia rectum cor habeo et omni dolo vacuum. Quamobrem secundum innocentiam meam judicari rogo.

Vers. 15. Qui parturiit iniquitatem, conceperat laborem, ut pareret injustitiam. Partus hi perniciem parienti inferunt, propter suam iniquitatem atque injustitiam puniendo: quarum causa laborem in punitione experietur, vel in ipso patrando peccato. Gravissima enim est et permolesta iniquitatis operatio, et quæ plumbi talento comparari

D queat [83]: nihil enim ponderosius est nequitia, quæ semper ad ima inclinat hominem ipsa suffarcinatum. Aiunt nonnulli, propter nequitiæ perturbatam indolem, dictam esse parturitionem ante conceptionem; nam certe in gravidis post conceptionem fit dolor, et post hunc partus: hic autem ante conceptionem dolor nominatur, quia nullum habet nequitia ordinem vel sequelam. Bene item iniquitas ante anarchiam nominatur. Namque iniquitate factus homo transgressor, jam deinceps sub justitiæ lege non est: imo et cæteris hominibus animum intendit, ut eos injuria afficiat. Hoc in Cain præci-

[78] Prov. xiv, 15. [78*] Psal. xl, 13. [79] Psal. xxv, 1, 11. [80] Psal. xxxiv, 24. [81] Rom. x, 2, 3. [82] Matth. v, 20. [83] Zach. v, 7.

Digitized by Google Распознавание текста

pue compertum est : qui primo factus iniquus, quia non recte quæ Deo sacrificanda erant divisit; deinde etiam injustitiam peperit, parricidialem manum fratri inferens [84]. Sed diabolo in primis conveniunt dictiones hæ, malorum origini, quia ante omnes iniquus injustusque fuit. Sane qui peccat primo se ipsum, deinde alium vel alios lædit; nam cum damnosum noxiumque sit peccatum, id apprime peccantem lædit mulcatque. « Siquidem viri stultitia vias ejusdem pessumdat [85]. » Unde commode dictum est : « Peccatores persequentur mala [86]. » Quis vero puteus quem sibi effodit ille qui hic reprehenditur, nisi ipsum quod perpetravit peccatum? Scriptum est enim de anima peccatrice : « Sicut frigefacit puteus aquam, ita frigefacit animam nequitia ipsius [87]. » Porro fovea sæpe in Scriptura pro nequitia sumitur, veluti : « Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadent [88]. » Namque et hoc loco intelligendi sunt magistri simul atque discipuli vecordia et reliqua nequitia cæcutientes.

Vers. 18. Qui a spe erga Dominum Deum suum psalmi initium fecerat, nunc in gratiarum actione desinit, ut par est, postulata consecutus, aut fiducialiter præstolans. Nam gratiarum actionem hic continet verbum *confitebor*; quare et *psallam* ei connectitur. Confitetur autem non quolibet modo, sed secundum justitiam Dei : et psallit non perfunctorie, sed Domini altissimi nomini, ceu si illud invocatum, jam sibi impetraverit, quia celsus per sanctitatem et virtutem est. Nemo enim abjectus, sed is tantummodo qui pietate in altum elatus fuerit, Altissimi appellationem participat.

Στ. ς'. « Καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξεταί με πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου. » Οὐ τοσοῦτον ἐξ ἔργων τις καρποῦται σωτηρίαν, ὅσον ἐκ χάριτος Θεοῦ ἐλεήμονος ὄντος· ὁ γὰρ Θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει, διὰ πολλὴν προσοῦσαν αὐτῷ πρὸς ἀνθρώπους ἀγάπην, Χριστῷ συνεζωοποίησε τοὺς νεκροὺς δι' ἁμαρτήματα καὶ τὰ παραπτώματα γεγενημένους. Ὅθεν καὶ ὁ ἅγιός φησιν· « Καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξεται » ἀεὶ ἐπερχόμενον καὶ ἐπιχεόμενόν μοι. Οὐ γὰρ ποτὲ μὲν, ποτὲ δὲ οὔ, ἀλλὰ « πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου καταδιώκει με. » Πᾶσαι δὲ αἱ ἡμέραι τῆς ζωῆς, ἤτοι αἱ διάφοροι φωτισμοὶ τῆς ἀληθείας, καὶ (27'') οὓς ζωοποιούμεθα, τυγχάνουσιν, ἢ ὁ διὰ βίου παρὼν ἡμῖν Χριστός. « Καὶ τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου, εἰς μακρότητα ἡμερῶν. » Εἰς τόπον μὲν χλόης κατασκηνοῖ, ἐν οἴκῳ δὲ Κυρίου κατοικεῖ, οὐκ ἐπί τινα καιρὸν, ἀλλὰ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς τῆς ἀθανάτου, ἀδιαστάτως καὶ ἐπαλλήλως φωτιζόμενος. Πεποιθὼς τῷ σῷ ἐλέει καὶ τῇ σῇ χάριτι, οἶδ' ὅτι οὐκ ἐκπεσοῦμαι τῆς παρὰ σοῦ ἐλπίδος, παιδαγωγούμενος πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου ὑπὸ τοῦ σοῦ ἐλέους. Τοῦτο γοῦν τὸ σὸν ἔλεος καὶ αὐτή σου ἡ χάρις κατηξίωσέν με οἰκητήριον κτήσασθαι τὸν σὸν οἶκον καὶ τὴν σὴν Ἐκκλησίαν, ἔνθα τὰς διατριβὰς ποιούμενος ὡς ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἱερῷ καὶ ἁγίῳ ναῷ, μακρότητος τῶν παρὰ σοὶ ἡμερῶν καὶ ζωῆς αἰωνίου τεύξομαι. Τὸ γὰρ κατοικεῖν με ἐν τῷ σῷ οἴκῳ καὶ μηδέποτε αὐτοῦ ἐξίστασθαι μηδὲ ἀπονεύειν, ἀεὶ δὲ εἴσω περιβόλων ἱερῶν τὰς διατριβὰς ποιεῖσθαι, ταῦτά μοι αἴτια γενήσεσθαι πιστεύω μακρότητος ἡμερῶν τῶν ἐκ τοῦ σοῦ φωτὸς ὑφισταμένων. Ἀντὶ δὲ τοῦ « εἰς μακρότητα ἡμερῶν, » *εἰς μῆκος χρόνου* ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν, τῆς κατὰ Θεὸν ζωῆς τὸ ἄπειρον καὶ ἀθάνατον σημήνας.

Vers. 6. « Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. » Non tam ex operibus quispiam percipit salutem, quam e gratia Dei misericordis. Deus enim misericordia dives, propter multum in homines amorem, cum Christo ad vitam revocavit qui ob peccata et transgressiones mortui erant. Unde et sanctus ait: « Et misericordia tua subsequetur » semper insiliens atque irruens mihi. Atque hoc non per intermissionem quamdam, aut ad tempus, sed « omnibus vitæ meæ diebus subsequitur me. » Omnes autem vitæ dies, seu variæ veritatis illuminationes, per quas vivificamur, sunt, seu qui per vitam nobis præsens est Christus. « Atque, inhabitare me in domo Domini, in longitudinem dierum. » In loco quidem pascuæ commoratur, in domo autem Domini inhabitat, non ad certum tempus, sed omnes vitæ immortalis dies, perpetuo et nulla intermissione illuminatus. Confisus misericordiæ tuæ et gratiæ tuæ, novi me nunquam excisurum de spe tua, misericordia tua omnes dies vitæ meæ institutum. Hæc igitur misericordia tua atque hæc gratia tua me dignata est inhabitare domum tuam atque Ecclesiam tuam, ubi commorationem faciens quasi in domo Dei sacra et in sancto templo, dierum apud te longitudinem, et vitam æternam consequar. Etenim me habitare in domo tua, et ab ea nunquam recedere neque declinare, semperque intra circuitus sacros commorari, has mihi causas fore credo longitudinis dierum e luce tua exortorum. Pro « in longitudinem dierum, » *in longitudinem temporis* Symmachus interpretatus est, vitam significans secundum Deum, interminatam scilicet atque immortalem.

PSALMUS XXIII.

Στ. α'. Ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις εὗρον, « τῆς μιᾶς τῶν Σαββάτων, » ἐν δέ γε τῷ Ἑξαπλῷ τοῦτο οὐ πρόσκειται· πλὴν ἵνα μηδὲ τοῦτο καταλίπωμεν ἀνερμή-

Vers. 1. In nonnullis manuscriptis inveni « prima Sabbati, » quod quidem in *Hexaplo* (27) non invenitur. Verumtamen ne hoc inexplicatum relin-

[90] I Cor. xvi, 9.

(27) Animadverte laudata nominatim Hexapla a Didymo.
(27') Fortasse legendum ἔχοι. Edit.
(27'') Pro καί videtur legendum καθ'. Id.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

quamus, scire oportet quod Dominicam resurrectionem indicat. Mystico quodam modo Domini facta est terra, cum descendens liberavit eam ab opprimentibus eam dæmonibus, eversis omnibus in ea fallaciter patratis, magia, veneficio, oraculis quæ dæmones in terra edebant, cum legibus de simulacris et sacrificiis; sed et plenitudo ejus bonis malisque constat, prout ab iniquitate recedant, juxta illud : « Misericordia Domini plena est terra [91]. »

νευτον, εἰδέναι χρὴ ὡς τὴν Δεσποτικὴν ἀνάστασιν προσημαίνει. Μυστικώτερον δὲ τοῦ Κυρίου γέγονεν ἡ γῆ, ὁπηνίκα κατελθὼν ἠλευθέρωσεν αὐτὴν τῶν τυραννικῶς κρατούντων αὐτὴν δαιμόνων, καταλύσας πάντα τὰ ἐπ' αὐτῆς ἀπατηλῶς ἐπιτελούμενα, μαγείαν, φαρμακείαν, τὰ χρηστήρια τῶν ἐπὶ γῆς δαιμόνων, σὺν τοῖς περὶ ἀγαλμάτων καὶ θυσιῶν νόμοις· ἀλλὰ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς τοῦ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ὡς ἀναχωρῆσαι τῶν φαύλων, κατὰ τὸ « Ἐλέους Κυρίου πλήρης ἡ γῆ. »

Vers. 2. Catholica autem Ecclesia a credentibus habitata, cum habitantibus, qui sapiunt et vivunt ecclesiastice, ejus est. Quæ quidem immotam sedem habet, cum tentationum salo et procella jactata, inconcussa in fide permanet. Hanc vero et super flumina constituit, idoneam præstans per divinam legislationem ad accipiendum Spiritum sanctum, ex quo sicut e fonte variæ gratiæ fluunt flumina aquæ viventis.

Στ. β'. Καὶ ἡ καθολικὴ δὲ Ἐκκλησία πρὸς τῶν πιστῶν οἰκουμένη, μετ' αὐτῶν τῶν οἰκούντων αὐτὴ ἐστιν, φρονούντων τε καὶ βιούντων ἐκκλησιαστικῶς. Ἥτις ἀμετακίνητον ἔχει τὴν ἕδραν, ὅταν τῆς τῶν πειρασμῶν ἁλμυρίδος καὶ τρικυμίας προσβαλόντων, ἄσειστος ἐπιμείνῃ τῇ πίστει. Ταύτην δὲ καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν εὐτρεπῆ ποιήσας διὰ τῆς θείας νομοθεσίας πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀφ' οὗ καθάπερ ἐκ πηγῆς τὰ ποικίλα χαρίσματα ῥέουσιν ποταμοὶ ὕδατος ζῶντος.

Didymi et Eusebii. Vers. 3. Mons Dei supremum bonum Verbumque divinum significat; raro enim quis ad verticem ejus procedendo ascendere valet.

Διδύμου καὶ Εὐσεβίου. Στ. γ'. Ἢ καὶ ὄρος Κυρίου τὸ τελικὸν ἀγαθὸν, καὶ τὸν Θεὸν Λόγον· σπάνιος γὰρ ὁ πρὸς τὴν ἀκρώρειαν αὐτοῦ διὰ προκοπῆς ἀναβῆναι δυνάμενος.

Didymi et Origenis. Cum jam non altius, qui perfectus est, procedere valeat, stat firmus, ideoque sanctus Dei locus vocatur. Etenim post Dominum deambulans ascendit, relictis quæ a tergo sunt, properansque ad superiora, finem quærens stare cum Deo in loco sancto ejus, in quem necesse est ut ascendat atque stet evangelizatus Sion. Ad quem properanti Mosi dixit Deus : « Tu vero hic mecum stes [92]; » sed et, « Constituit super petra pedes meos, » sicut de alio sanctuario ait propheta, cum petra esset Christus [93].

Διδύμου καὶ Ὠριγένους. Ὁ γὰρ τελειωθεὶς μηκέτι περαιτέρω χωρεῖν οἷός τε ὤν, ἵσταται βέβαιος, καὶ χρηματίζων ἅγιος τόπος Θεοῦ. Ὀπίσω γὰρ Κυρίου πορευόμενος ἀναβαίνει, τῶν μὲν ὄπισθεν ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐκτεινόμενος, τέλος ἔχων τὸ στῆναι μετὰ Θεοῦ ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ, ἐφ' ὃν δεῖ ἀναβῆναι καὶ στῆναι τὸν εὐαγγελιζόμενον τὴν Σιών. Πρὸς ὃν ἐφθακότι τῷ Μωϋσῇ φησιν ὁ Θεός· « Σὺ δὲ αὐτοῦ στῆθι μετ' ἐμοῦ· » ἀλλὰ καὶ, « Ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου, » ὡς ἐφ' ἕτερον ἁγίασμά φησιν ὁ προφήτης· ἐπεὶ πέτρα ἦν ὁ Χριστός.

Vers. 4. Quis vero promissionibus illis fruetur? Hic « non accepit in vano animam ejus. » Quippe et accipiens quispiam rationalem animam, virtutis et doctrinæ capacem, nec suscipiens ea quorum capax est, et vitæ fallacia ac sollicitudine cruciatus, voluptatibus cupiditatibusque deditus, in vano animam accepit. Qui autem aliter sese habet, non in vano eam accepit. Igitur vanitas vanitatum tota plerorumque vita est.

Στ. δ'. Ἀλλὰ τίς ὁ τῶν ἐπαγγελιῶν τούτων τευξόμενος; Οὗτος « οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. » Τάχα δὲ καὶ λαβών τις ψυχὴν λογικὴν, δεκτικὴν ἀρετῶν καὶ ἐπιστημῶν, καὶ μὴ δεξάμενος ταῦτα τὰ ὧν ἐστιν δεκτικὸς, ἀλλ' ἀπάτῃ τοῦ βίου καὶ μερίμνῃ βιωτικῇ καταξανθεὶς ἡδοναῖς καὶ πάθεσιν, ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν εἴληφεν. Ὁ δ' ἐναντίως τούτῳ διακείμενος, οὐκ ἐπὶ ματαίῳ αὐτὴν ἔλαβεν. Καὶ ὅλος ματαιότης ματαιοτήτων ὁ τῶν πολλῶν βίος ἐστίν.

Vers. 5, 6. Quandoquidem non de uno quodam ascendente in montem Domini, atque stante in loco sancto ejus, interrogatio facta est, nec responsio de uno, sed de omni innocente manibus et mundo corde. Quare subdit : « Hæc est generatio quærentium Dominum, » pro, Omnes tales, virtutemque inter prædictas illam habentes, generatio quærentes sunt, Dominum autem quærentes, ad inveniendam faciem Dei Jacob, quem intueri volunt, ut scientia et splendore ejus meliores effecti, dicant : « Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine [94]. »

Στ. ε', ς'. Ἐπεὶ μὴ περὶ ἑνός τινος ἀναβαίνοντος εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου, καὶ ἱσταμένου εἰς τόπον ἅγιον, αὐτοῦ ἐρώτησις γέγονεν, οὐδὲ ἀπόκρισις περὶ ἑνὸς, ἀλλὰ περὶ παντὸς ἀθώου χερσὶν καὶ καθαροῦ τῇ καρδίᾳ. Διὸ καὶ ἐπιφέρει τό· « Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν Κύριον, » ἀντὶ τοῦ, Πάντες οἱ τοιοῦτοι, καὶ τὴν ἐκ τῶν προειρημένων ἀρετῶν ἐσχηκότες, γενεὰ (28) ζητοῦντές εἰσι, τὸν Κύριον ζητοῦντες δὲ, ἐπὶ τῷ εὑρεῖν τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ, ὃν θεωρῆσαι θέλουσιν, ἵνα βελτιωθέντες ἐκ τῆς κατανοήσεως καὶ ἐκλάμψεως αὐτοῦ εἴπωσιν· « Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε. »

[91] Psal. xxxii, 5. [92] Exod. xxxiii, 21. [93] I Cor. x, 4. [94] Psal. iv, 7.

(28) Locus mendosus.

Digitized by Google Распознавание текста

Στ. ζ'. Προτρέχοντες θεῖοι ἄγγελοι προσεφώνουν τοῖς ἐφεστηκόσιν ταῖς οὐρανίαις πύλαις· « Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, » τὰς ὑμετέρας, καὶ (29) φύλακές ἐστε. Ὡς γὰρ κατιὼν, κλίνας οὐρανὸν καὶ οὔπω ἀνοίξας κατῆλθεν, οὕτως ἀναληφθεὶς οὐκ ἀνοιχθεισῶν πυλῶν εἰσῆλθεν, ἀλλὰ αἰρομένων. Εἶτα ἐπεὶ αὗται αἱ πύλαι καὶ λογικαὶ τυγχάνουσιν, καὶ πρὸς αὐτὰς οἱ ἄγγελοί φασιν· « Ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι. » Αὗται δὲ αἱ πνευματικαὶ πύλαι, οὐ πρόσκαιροι, ἐπεὶ μὴ σωματικαί, ἀλλ' αἰώνιοι διὰ τὸ ἄϋλον καὶ ἀκήρατον. Πλὴν φάσκοντες ἀρθῆναι καὶ ἐπαρθῆναι τὰς πύλας, οὐχ ἕνα τῶν ἐπιδόξων εἰσελεύσεσθαι, ἀλλὰ τὸν Βασιλέα τῆς δόξης φασίν. Βασιλεὺς δὲ δόξης ὁ Σωτὴρ, τῷ ἄρχειν πάντων τῶν ἐπιδόξων, κατὰ Θεὸν εἴρηται, καὶ ὡς τὴν παρὰ πάντων κομιζόμενος δόξαν, καὶ τὴν ἀληθῆ καὶ μόνιμον ἔχων βασιλείαν· ταύτην δὲ παρέχων τοῖς ἀξίοις. Καὶ Κύριος αὐτῆς εἴρηται, κατὰ τὸ· « Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. »

Στ. η'. Ἀλλ' ἐπεὶ μὴ μόνος ὁ Θεὸς Λόγος ἀνῆλθεν, ἀλλ' ἐπιφερόμενος ἣν ἀνεῖληφεν σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ νοερᾷ, ξενιζόμεναι αἱ ἄνω δυνάμεις ἐπυνθάνοντο, « Τίς ἐστιν οὗτος ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης; » Σάρκα γὰρ περικείμενον τὸν λεχθέντα Βασιλέα τῆς δόξης ἰδοῦσαι, ἐθαύμαζον.

Πάλιν δὲ οἱ προτρέχοντες· « Κύριος, ἔλεγον, κραταιὸς καὶ δυνατὸς, » ἀντικρυς τοῦτο βοῶντες· Ὃν ἴστε πεμβασιλέα καὶ τῶν ὅλων Δεσπότην κραταιὸν καὶ δυνατὸν, οὗτός ἐστι σῶμα περικείμενος, ἀριστεύσας κατὰ τῶν ἀφ' ἡμῶν πεσόντων, καὶ τυραννικὴν ἕξιν ἀναλαβόντων· Κύριος ὢν δυνατὸς ἐν πολέμῳ ὀφθεὶς· τῷ πάντας καταλελυκέναι, ἀντιδοξῆσαι καὶ ἀντίστασθαι θελήσαντας.

Στ. θ'. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ ἄρχοντες μετὰ καὶ τῶν αἰωνίων πυλῶν αὐτῶν, οὐκ ἠρκέσθησαν τὸ προσταχθὲν μόνον ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ ταῖς ὑπερτέρω δυνάμεσιν, ἐπιστατούσαις, καὶ αὐταῖς ταῖς πύλαις τῶν ἀνωτέρων οὐρανῶν, ἅπερ ἤκουσαν, ἀνήγγειλαν, κηρύττουσαι (30) τὸ, « Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, » καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ πυθομέναις πάλιν αὐταῖς ἀπεκρίναντο ἣν ἔσχον καὶ αὗται ἀπόκρισιν.

Στ. ι'. « Κύριος τῶν δυνάμεων, » εἰποῦσαι (31), « αὐτός ἐστιν ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης. » Δυνάμεων δὲ Κύριον αὐτὸν εἶπον, ὡς ἄρχοντα στρατοπέδων. Σημειωτέον δὲ ὅτι οἱ τὰ Ἑβραίων ἠκριβωκότες φασὶν τὴν « Σαβαὼθ » φωνὴν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ κειμένην, εἰς Ἑλλάδα φωνὴν οἱ Ἑβδομήκοντα μεταλαμβάνοντες, ὁτὲ μὲν τὸ « Κύριος τῶν δυνάμεων, » ὁτὲ δὲ « Κύριος στρατιῶν, » ὁτὲ δὲ τὸ « Παντοκράτωρ » ἔταξαν. Λέγουσι γοῦν καὶ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ κειμένου τοῦ « Σαβαὼθ, » μετάληψις εἰς τὸ « Κύριος τῶν δυνάμεων, » γέγονεν· εἰ δὲ τὸ « Σαβαὼθ, » ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος εἴρηται, ἑρμηνεύεται δὲ καὶ εἰς τὸ « Παντοκράτωρ, » εἰκότως ἡ « Παντοκράτωρ » φωνὴ, τοῦ Σωτῆρος κατηγορηθείη. Εἰ γὰρ πάντα δι' αὐτοῦ γέ-

A VERS. 7. Prærurrentes divini angeli cœli portas obsidentibus dicebant : « Attollite portas, principes, vestras, » quarum custodes estis. Sicut enim descendens inclinavit cœlum pervenitque non adaperiens, sic assumptus non apertis intravit foribus, sed sublatis. Cum deinde hæ portæ rationales sint, ad eas angeli dicunt : « Elevamini, portæ æternales. » Hæ vero spirituales portæ non ad breve tempus, cum non sint corporales, sed æternales, utpote materiæ expertes et ab omni concretione segregatæ. Cæterum dicentes attolli et elevari portas, non unum e præclaris intraturum esse, sed Regem gloriæ dicunt. Rex autem gloriæ Salvator, propterea quod præclaris omnibus imperat, de Deo dicitur, et quasi super omnes ferens B gloriam, verumque et stabile regnum habens, quod dignis præbet. Dominusque ejus dicitur, juxta illud : « Si enim cognovissent, non gloriæ Dominum crucifixissent [29]. »

VERS. 8. Sed cum non solus Deus Verbum ascendit, sed auferens quam accepit carnem anima spiritali animatam, stupore affectæ supernæ potestates interrogabant, « Quis est iste Rex gloriæ? » Carne enim circumdatum videntes qui Rex dicitur gloriæ, mirabantur.

Rursus autem prærurrentes : « Dominus, » inquiebant, « fortis et potens : » protinus hoc clamantes, Quem novisti Regem regum, universorumque Dominum fortem et potentem, hic adest corpore circumdatus, triumphans de illis qui de nobis C defecerunt atque tyrannidem sibi arrogarunt : Dominus fortis in prœlio apparuit, cum omnes adversarios sibique resistere volentes profuderit.

VERS. 9. Hæc audientes principes qui ad æternales portas erant, non satis habuerunt jussum exsequi, sed et potestatibus superius constitutis, ipsisque superiorum cœlorum portis, quæ audierant, annuntiaverunt, exclamantes : « Attollite portas, principes, vestras, » et quæ sequuntur. Et interrogantibus rursum illis, quam et ipsi obtinuerant responsionem reddidere.

VERS. 10. « Dominus virtutum, » dicentes, « ipse est Rex gloriæ. » Virtutum eum dixere Dominum, ut exercitibus imperantem. Animadverte quod qui D Hebræorum textus diligenter perspexerunt, dicunt « Sabaoth » vocem quæ in Hebraico est, in Græco, vertentibus Septuaginta, nunc quidem « Dominum virtutum, » nunc vero « Dominum exercituum » translatam esse; interdum autem, « Omnipotentem. » Dicunt igitur hoc in loco « Sabaoth » per « Dominum virtutum » versum fuisse. Quod si « Sabaoth » de Salvatore dicitur, et transfertur « Omnipotens, » vox « Omnipotens » merito ad Salvatorem spectat. Si enim omnia per ipsum facta sunt, et ipse est ante omnia, et omnia

[29] 1 Cor. II, 3.

(29) Forte leg. καὶ ὧν φύλ. EDIT.

(30) Ἀκολουθία sermonis postulare videtur, ut hic leg tur κηρύττοντες, et mox ἣν ἔσχον καὶ οὗτοι ἀπόκρισιν, siquidem participium et pronomen ad ἄρχοντας referenda sunt. ID.

(31) Legendum, nisi fallor, εἰπόντες. Vide notam præcedentem. ID.

Digitized by Google Распознавание текста

in illo sunt, regit vero providenter omnia in se ipso facta, et ante omnia est eorum quæ sunt in eo, recte Omnipotens vocatur : ipsius igitur persona est, quæ dicit in Zacharia : « Sic dicit Dominus omnipotens : Post gloriam misit me, et noveris quia Dominus omnipotens misit me ad te [96]. » Omnipotens enim ab Omnipotente missus, Filius est quem misit Pater. Manifestissime et in Joannis Apocalypsi omnipotens Salvator dicitur : « Hæc enim dicit Dominus testis fidelis ac verus, qui erat, qui est, qui erit, Dominus Deus omnipotens [97]. » Quæ quidem haud dubie de Filio dicuntur. ὁ ἦν, καὶ ὁ ὤν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, Κύριος ὁ Θεὸς παντοκράτωρ. » Ἀναμφισβητήτως γὰρ ταῦτα περὶ τοῦ Υἱοῦ εἴρηται (32).

A γονεν, καὶ αὐτός ἐστιν πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκεν, κρατεῖ δὲ προνοητικῶς τῶν δι' αὐτοῦ πάντων γεγενημένων, καὶ πρὸ πάντων ἐστὶν τῶν ἐν αὐτῷ συστάντων, ἀκολούθως Παντοκράτωρ λέγεται· αὐτοῦ γοῦν ἐστι πρόσωπον λέγον ἐν Ζαχαρίᾳ· « Οὕτως λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ὀπίσω δόξης ἀπέστειλέν με· καὶ γνώσῃ, ὅτι Κύριος παντοκράτωρ ἀπέστειλέν με πρὸς σέ. » Παντοκράτωρ γὰρ ὑπὸ Παντοκράτορος ἀποστελλόμενος, ὁ Υἱός ἐστιν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς πεμπόμενος. Ἀριδηλότατα δὲ ἐν τῇ Ἰωάννου Ἀποκαλύψει παντοκράτωρ ὁ Σωτὴρ λέγεται· « Τάδε B γὰρ λέγει Κύριος ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς,

PSALMUS XXIV.

Vers. 2. Qui in quovis alio ac Deo confidit, ut in divitiis, irridebitur : quod ego non patiar in te confisus ; inimici autem diabolus cum dæmonibus impiisque hominibus. Forte et prævidet Salvatoris incarnationem, qua facta desiit inimicorum risus.

Στ. β'. Ὁ δὲ ἐπ' ἄλλῳ τινὶ παρὰ τὸν Θεὸν πεποιθὼς, οἷον ἐπὶ πλούτῳ, καταγελασθήσεται· ὅπερ οὐ πείσομαι, πεποιθὼς ἐπὶ σοί· ἐχθροὶ δὲ ὁ διάβολος μετὰ δαιμόνων καὶ τῶν ἀσεβούντων ἀνθρώπων. Ἴσως δὲ καὶ προορᾷ τοῦ Σωτῆρος τὴν ἐνανθρώπησιν, μεθ' ἣν ὁ τῶν ἐχθρῶν πέπαυται γέλως.

Vers. 4. Dicit fortasse vias et mandata, quorum dignatur et semitas discere, quas prævii calcaverunt, ut vestigia secutus eorum, rectam faciat ambulationem ; et quia non satis est practica ad salutem, exoptat et veritatis contemplationem.

Στ. δ'. Λέγοι δ' ἂν ὁδοὺς καὶ τὰς ἐντολὰς, ὧν ἀξιοῖ καὶ τὰς τρίβους μαθεῖν, ἃς οἱ προοδεύσαντες ἔτριψαν, ἵνα τοῖς ἴχνεσιν ἀκολουθῶν ἐκείνων, ἁπλανῆ ποιήσηται τὴν πορείαν· ὡς οὐκ ἀρκοῦντος δὲ πρὸς σωτηρίαν τοῦ πρακτικοῦ, προλαβεῖν ἱκετεύει καὶ τῆς ἀληθείας τὴν θεωρίαν.

Vers. 10. « Universæ » ad Dominum ducentes « viæ, » vel quas ipse dicto modo incedit, secundum veritatem directæ et cum probitate transactæ, « misericordia sunt et veritas. » Misericordia enim [divina] ante omnia opus est, ut quis illis insistat et sic progrediens ad ipsam veritatem perveniat. Non omnibus autem misericordia et veritas videntur viæ Domini, sed « requirentibus testamentum ejus et testimonia ejus ; » qui enim est extra testamentum et testimonia, rudis est excellentiæ atque pulchritudinis Dominicarum viarum. Requirendum est igitur testamentum quod constituit Dominus patribus, educens eos ex spiritali Ægypto, idololatriæ scilicet errore ; requirentes enim et perscrutantes illud, cognoscemus et novum testamentum, quod stabilivit Jesus sanguine proprio. Omne enim testamentum infirmum, nondum mortuo qui illud pepigit, sicut ait Apostolus : « Testamentum enim in mortuis firmum, cum nunquam vigeat quandiu vivit qui illud sanxit [97a]. » Quare suum impleri testamentum Jesus cum vellet, mortem obiit. Requirenda sunt et in testamento testimonia Dei, testificantia inspirataque ab eo verba.

Στ. ι'. « Πᾶσαι αἱ » πρὸς Κύριον φέρουσαι « ὁδοὶ, » ἢ ἃς αὐτὸς βαδίζει τὸν εἰρημένον τρόπον, κατ' ἀλήθειαν κατορθούμεναι, καὶ σὺν χρηστότητι γινόμεναι, C « ἔλεός εἰσιν καὶ ἀλήθεια. » Δεῖ γὰρ ἐλεηθῆναι πρότερον, ἵνα τις ἐπιβῇ αὐταῖς, καὶ οὕτω δι' αὐτοῦ τοῦ ὁδεύειν ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν φθάσῃ. Οὐ πᾶσιν δὲ ἔλεος καὶ ἀλήθεια θεωροῦνται αἱ ὁδοὶ τοῦ Κυρίου, ἀλλὰ « τοῖς ἐκζητοῦσι τὴν διαθήκην αὐτοῦ καὶ τὰ μαρτύρια αὐτοῦ· » ὁ γὰρ ἐκτὸς ὢν τῆς διαθήκης καὶ τῶν μαρτυρίων, ἄπειρός ἐστιν τῆς χρηστότητος καὶ τοῦ κάλλους τῶν Κυριακῶν ὁδῶν. Ἐκζητητέον οὖν τὴν διαθήκην ἣν διέθετο ὁ Θεὸς τοῖς πατράσιν, ἐξάγων αὐτοὺς ἐκ τῆς πνευματικῆς Αἰγύπτου, τουτέστι τῆς πολυθέου πλάνης· ἐκζητήσαντες γὰρ καὶ ἐρευνήσαντες αὐτὴν, εἰσόμεθα καὶ τὴν καινὴν διαθήκην ἣν ἐβεβαίωσεν Ἰησοῦς τῷ αἵματι τῷ ἰδίῳ. Πᾶσα γὰρ διαθήκη ἀνίσχυρος, μὴ θάνατον ἐσχηκότος τοῦ διατιθεμένου, ἧ φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Διαθήκη γὰρ ἐπὶ D νεκροῖς βεβαία, ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει ὅσον ζῇ ὁ διατιθέμενος. » Διὸ πληρῶσαι τὴν ἑαυτοῦ διαθήκην ὁ Ἰησοῦς βουλόμενος, θάνατον ἀνεδέξατο· ἐκζητητέον δὲ ἐν τῇ διαθήκῃ καὶ τὰ μαρτύρια τοῦ Θεοῦ, τοὺς μεμαρτυρηκότας καὶ ἐμπνευσθέντας ὑπ' αὐτοῦ λόγους.

Vers. 11. « Propter nomen tuum, Domine, »

Στ. ια'. « Ἕνεκα τῆς σῆς προσηγορίας, ὦ Δέσπο-

[96] Zacnar. II, 8, 9. [97] Apoc. III, 14. [97a] Hebr. IX, 16, 17.

(32) Præter citatum a nobis in præcedente pagina fragmentum Corderianum Didymi, aliud erat, ad hunc psalmum pertinens, apud eumdem Corderium p. 430 ; quod quia a nostris codicibus aberat, omisimus. Hoc enim deinceps institutum tenebimus, ut Didymum ex codicibus tantum Vaticanis summamus, suis peculiaribus Corderio relictis. Interim, quippe nos brevitati studentes, Didymum undique colligendum augendumque futuris editoribus permittemus.

Digitized by Google Распознавание текста

τα, » ἐγὼ ὁ σὸς οἰκέτης ἐκζητήσω τὴν διαθήκην σου, ἐλευθερίαν ἐξ αὐτῆς προσδοκῶν ἢ κληρονομίαν, ἣν εἷς υἱῷ γενομένῳ ὥρισας· ἀλλὰ καὶ « ἱλάσθητι τῇ ἁμαρτίᾳ μου, » οὐ τῇ ἔτι ἐνεργουμένῃ, ἀλλὰ παυσαμένῃ· « πολλὴ γάρ ἐστιν, » οὐ κατὰ ποσότητα, ἀλλὰ κατὰ σύγκρισιν τῆς προσεῖναι ὀφειλούσης καθαρότητος.

A ego, famulus tuus, testamentum tuum requiram, libertatem ab eo exspectans vel hæreditatem, quam sicut filio facto constituisti; sed et « propitiabere peccato meo, » non præsenti, sed præterito; « multum est enim, » non secundum quantitatem, sed puritatis qua præditi esse debemus, ratione habita.

Στ. ιγ'. Ἡ ψυχὴ τοῦ εὐλαβοῦς, τῶν ἀγαθῶν περαιτέρω μὴ γινομένη, ἐν αὐτοῖς αὐλίζεται, ἐνεργοῦσα αὐτὰ ἀεί· διὸ καὶ καθόλου τεύξεται τὸ σπέρμα ἔχειν κληρονομοῦν τὴν γῆν, οὐ τὴν ὑπὸ πόδας, ἀλλὰ τὴν τῶν πραέων.

Vers. 13. Anima prudentis, ultra bona non facta, in illis demoratur, hæc semper operatur : ideoque ipsi eveniet ut semen suum hæreditet terram, non quæ sub pedibus jacet, sed eorum qui mansueti sunt.

Στ. ιϛ'. Μονογενῆ ἑαυτὸν φάσκει, κατὰ τὸν λέγοντα· « Ἐγὼ ὑπελείφθην μόνος, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχήν μου. » Διὸ καὶ πτωχός εἰμι, οὐκ ἔχων τὴν ἐκ τῶν ὁμοζήλων ἀρωγήν. Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ « Μονογενὴς » ἐρεῖς, οὐ ταυτὸν ὂν τῷ μονογενεῖ Υἱῷ· ὅπου γὰρ πρόσκειται τῷ Μονογενεῖ « Υἱὸς, » ἤ, « παρὰ Πατρὸς μονογενὴς, » λέγεται τὸ μόνον ἐξ ἐκείνου τυγχάνον.

Vers. 16. Unigenitum se dicit, sicut dictum est : « Ego derelictus sum solus, et inquirunt animam meam[38]. » Ideoque pauper sum, non habens a sodalibus auxilium. Hic autem *Unigeniti* nomen non in B sensu unigeniti Filii accipies : ubi enim voci « unigenitus » additur vox « Filius, » aut cum dicitur, « a Patre unigenitus, » tunc Filii unice ex Deo geniti generatio exprimitur.

Στ. ιζ'. Θλίψεις δὲ τῆς καρδίας νοήσεις, καὶ τοὺς διεγχλοῦντας ἐναντίους λογισμούς· ἀναγκαῖαι δὲ περιστάσεις, τῆς προθέσεως ἐκπεσεῖν βιαζόμεναι.

Vers. 17. Tribulationes autem cordis intelliges de molestis adversisque sermonibus; et necessariæ causæ sunt quæ nos a proposito declinare cogunt.

Στ. κα'. Ἀκάκους λέγει ἢ τοὺς στερομένους κακίας, ἢ τοὺς ἁπλουστέρους· εὐθεῖς δὲ τοὺς κατορθώσαντας τὴν τελείαν ἀρετήν. Οὗτοι οὖν « ἐκολλῶντό μοι » δι' ὁμοφροσύνην, « ὅτι ὑπέμεινά σε, Κύριε. » Τάχα δὲ καὶ ἀκάκους λέγει τοὺς ἐξ ἀνθρώπων σπουδαίους· εὐθεῖς δὲ τοὺς θείους ἀγγέλους κολλωμένους αὐτῷ, τῷ καὶ θείας δυνάμεις γίνεσθαι περὶ τὸν σπουδαῖον.

Vers. 21. Innocentes vocat malitiæ expertes, vel simpliciores; rectos vero ad perfectam virtutem provectos. Hi enim « adhæserunt mihi » unanimo consensu, « quia sustinui te, Domine. » Fortasse etiam innocentes vocat homines probos; rectos vero, divinos angelos adhærentes ei, cum divinæ virtutes probum circumdent.

PSALMUS XXV.

Στ. β'. Οὐδεὶς ἁμαρτάνων κριθῆναι βούλεται ἐφ' οἷς πεποίηκεν, καὶ μάλιστα πρὸς τοῦ τὰ κρυπτὰ ὁρῶντος. Ὁ δὲ ἐν ἀκακίᾳ πορευθείς, τουτέστιν προκόψας, ἀξιοῖ τούτου τυχεῖν· οἶδεν γὰρ μισθοῦ ἢ κληρονομίας τευξόμενος. Ἢ ἀκακίαν καλεῖ τὸ μὴ μετασχεῖν τῆς φαυλότητος καὶ τῆς κακίας τῶν ἰδίων καὶ τῆς ἀπονοίας τῶν ἀλλοφύλων. « Καὶ ἐπὶ τῷ Κυρίῳ ἐλπίζων, οὐ μὴ ἀσθενήσω· » ὅσον περιέχομαι τῆς πρὸς Θεὸν ἐλπίδος, ὑπ' αὐτῆς ἐνδυναμούμενος « οὐκ ἀσθενήσω. » Φέρεται Γραφὴ λέγουσα, « οὐ μὴ σαλευθῶ· » καὶ διὰ ταύτης οὖν δηλοῦται· Ἕστηκεν ἡ ἐλπὶς ἡ πρὸς Θεὸν ἕδραν μοι βεβαίαν καὶ ἀμετακίνητον παρέχει, ἐλπίζων ἐπὶ τῷ Κυρίῳ οὐ μὴ σαλευθῶ. Οὐκ ἂν ἠξίωσα παθεῖν τὰ προειρημένα ἐπίπονα, εἰ μὴ κατανενοήκειν, τὸν Θεόν σου συμμαχούμενόν μοι εἰς τὸ ἐνεγκεῖν αὐτά.

C Vers. 2. Peccator nemo judicari vult de iis quæ fecit, et maxime ab illo qui videt abdita. Qui autem in innocentia ambulavit, id est processit, hoc sibi fieri exoptat; novit enim se mercedem vel hæreditatem consecuturum esse. Aut innocentiam vocat, si quis non est particeps iniquitatis improbitatisve suorum et amentiæ aliorum. « Et in Domino sperans non infirmabor. » Quandiu spes in Deum me tenebit, ea corroboratus « non infirmabor. » Fertur Scripturæ locus, « non vacillabo; » quo significatur : Postquam mihi spes in Deum sedem firmam immotamque præbuit, sperans in Domino non vacillabo. Non enim exoptavissem quæ prius dicta sunt pati, nisi mentem subiisset misericordiam tuam mihi auxilio fore ad ista tolerD randa.

Στ. ς'. Τὰς πρακτικὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, χεῖρας τροπικῶς καλουμένας, ἐν ἀθῴοις νίπτεταί τις, οὐδὲν φαῦλον ἀλλ' εἴ τι σπουδαῖον ἐνεργῶν ἐν αὐταῖς· τάχα δὲ καὶ ὁ μολύνας αὐτὰς, ἀνθ' ὕδατος χρώμενος τῇ ἀγαθοεργίᾳ.

Vers. 6. Activas animæ virtutes, manus symbolice vocatas, inter innocentes lavat, quicunque nihil turpe per eas, verum egregium aliquid operatur : fortasse etiam qui prius inquinavit illas, si pro aqua bonis operibus utitur.

Στ. η'. Ὁ τὸν Κύριον ἐξ ὅλης ψυχῆς ἀγαπῶν, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ πάντα, ὧν ἦν (32') καὶ ἡ εὐπρέπεια τοῦ οἴκου αὐτοῦ τυγχάνει, ἀγαπᾷ· εὐπρέπεια δὲ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, ἡ τῶν δογμάτων ἀλήθεια, καὶ ἡ διαταγὴ τῶν κανόνων τῆς Ἐκκλησίας οἴκου νοουμένης. Πρὸς τού-

Vers. 8. Qui Dominum tota anima diligit, Dei quoque omnia, in quibus decor domus ejus censendus est, diligit : decor autem domus Dei est dogmatum veritas et canonum constitutio Ecclesiæ, domo assimilatæ. Ac præterea se tabernaculum gloriæ Dei

[38] III Reg. XIX, 10; Rom. XI, 3.

(32') Vox ἦν redundat. EDIT.

Digitized by Google Распознавание текста

diligere ait. Tabernaculum quippe testimonii, quod in deserto posuit Moyses, Dei gloriæ tabernaculum est. Symbolum progressionis hoc. Quam vero ædificavit Salomon, post profectionem in Jerusalem, domus est, cujus decorem diligit, perfectionis typum gerens. Precatur etiam ne de se ipso sicut de impiis agatur, ne cum iis perdatur anima sua. Piam enim mentem quivis habens non istud patietur; exoptat quoque ne sanguineus fiat, ut vita sua cum viris sanguinum non perdatur.

A τοις δὲ καὶ τὸ σκήνωμα τῆς δόξης τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ ἀγαπᾷν φησι. Καὶ τάχα μὲν ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου, ἣν Μωϋσῆς κατεσκεύασεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, τὸ σκήνωμα τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ ἐστιν. Σύμβολον δὲ προκοπῆς τοῦτο· ὃν δὲ ᾠκοδόμησεν Σολομὼν μετὰ τὴν ὁδοιπορίαν εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ, οἶκός ἐστιν, οὗ τὴν εὐπρέπειαν ἀγαπᾷ, τελειότητος τύπον φέρων. Εὔχεται δὲ μὴ ὡσαύτως τοῖς ἀσεβέσι διατεθεῖναι, ἵνα μὴ συναπόληται αὐτοῖς ἡ ψυχὴ αὐτοῦ· εὐσεβῆ γάρ τις γνώμην ἔχων, οὐ πείσεται τοῦτο· παρακαλεῖ δὲ μηδὲ φονικὸς γενέσθαι, ὅπως ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἀνδράσιν αἱμάτων μὴ συναπόληται.

Vers. 11. « Redime me et miserere mei. » Etiamsi bona conscientia sustentatus superiora dixerit, tamen veritus, ut ideo justificetur, cum peccata in occulto sæpe lateant, redemptione et misericordia B dignus haberi cupit.

Στ. ια'. Εἰς τὸ « Λύτρωσαί με καὶ ἐλέησόν με. » Εἰ καὶ τὰ κάλλιστα συνειδὼς αὐτῷ τὰ προειρημένα εἶπεν· εὐλαβούμενος μὴ οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωται, λανθανόντων πολλάκις τῶν ἐν κρυπτῷ ἁμαρτημάτων, λυτρωθῆναι καὶ ἐλεηθῆναι ἀξιοῖ.

PSALMUS XXVI.

Theodoreti et Didymi. Vers. 1. In quibusdam inscribitur « Psalmus David, priusquam ungeretur. » Hanc in *Hexaplo* inscriptionem non invenias, sed in nonnullis manuscriptis. Exinde causam quidam prætenderunt cur omnes inscriptiones, quasi non veras rejicerent. Quomodo enim fieri potuit ut David, nondum unctus, nondum accepta sanctissimi Spiritus gratia, propheticos scripserit psalmos? Cæterum et tunc temporis junior erat, pascens oves, non regnum dirigens, nullisque ab hostibus oppressus. Illos autem oportebat scire quod bis unctum fuisse David Regum historia refert, imo potius ter : primum quidem in Bethlehem a Samuele propheta; secundum in Chebron a tribu Judæ post Saulis occisionem; tertium ab omnibus tribubus C post finem Memphiboseth. Hunc igitur psalmum dixit antequam secundam acciperet unctionem, et manifeste rerum gubernationem susciperet. Adhuc igitur a Saule exagitatus, his usus est verbis, cum ad Achimelech accessit sacerdotem, et in Dei tabernaculo precatus est, et accepta sacrorum panum benedictione, effugit bellantis manus. Hoc autem et in ipso psalmo dicit, « Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum meorum. » Tunc et Doec Idumæus, regias ibi pascens mulas, Davidis fugam Sauli denuntiavit. Quare et in psalmo dicit, « Quoniam insurrexerunt in me testes iniqui. » Salvator noster Deus est, nos a peccatis et morte liberans; illuminatio autem, nebulam solvens malitiæ et ignorantiæ, et splendens scientiæ luce. Sic igitur adunatus atque illuminatus a Domino, quem timebit? Talium enim bonorum et tantæ securitatis participem nullus unquam lædere poterit.

Θεοδωρήτου καὶ Διδύμου. Στ. α'. Ἔν τισιν ἐπιγέγραπται, « Ψαλμὸς τοῦ Δαβὶδ πρὸ τοῦ χρισθῆναι. » Ταύτην ἐν τῷ Ἑξαπλῷ (33) τὴν ἐπιγραφὴν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, ἀλλ' ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις. Ἐντεῦθεν δὲ ὅμως τινὲς ἔλαβον ἀφορμὴν τοῦ πάσας τὰς ἐπιγραφὰς ὡς οὐκ ἀληθεῖς ἐκβαλεῖν. Πῶς γὰρ, φησὶν, οἷόν τε ἦν μηδέπω χρισθέντα τὸν Δαυὶδ, μηδὲ τοῦ παναγίου Πνεύματος τὴν χάριν δεξάμενον, προφητικοὺς γράψαι ψαλμούς; ἄλλως τε καὶ νέος ἦν τηνικαῦτα, πρόβατα ποιμαίνων, οὐ βασιλείαν ἰθύνων, οὐδὲ ὑπό τινων διωκόμενος δυσμενῶν. Ἔδει δὲ αὐτοὺς συνιδεῖν ὡς δὶς λέγει χρισθῆναι τὸν Δαυὶδ ἡ τῶν Βασιλέων ἱστορία, μᾶλλον δὲ τρίς· πρῶτον μὲν ἐν τῇ Βηθλεὲμ ὑπὸ Σαμουὴλ τοῦ προφήτου· δεύτερον δὲ ἐν Χεβρὼν ὑπὸ τῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Σαούλ· τὸ δὲ τρίτον, ὑπὸ πασῶν φυλῶν μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Μεμφιβοσθέ. Τὸν τοίνυν ψαλμὸν τοῦτον εἴρηκεν πρὶν τὴν δευτέραν δέξασθαι χειροτονίαν, καὶ προφανῶς ἐγχειρισθῆναι τὴν τῶν πραγμάτων οἰκονομίαν. Ἔτι τοίνυν διωκόμενος ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, τούτοις ἐχρήσατο τοῖς λόγοις, ἡνίκα πρὸς Ἀχιμέλεχ εἰσῆλθεν τὸν ἱερέα, καὶ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ σκηνῇ προσευξάμενος, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἁγίων ἄρτων εὐλογίαν λαβὼν, διέφυγεν τοῦ πολεμοῦντος τὰς χεῖρας. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ψαλμῷ λέγει· « Ὅτι ἐκρυψέν με ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ, ἐν ἡμέρᾳ κακῶν μου. » Τότε δὲ καὶ Δωὴκ ὁ Ἰδουμαῖος τας βασιλικὰς ἡμιόνους νέμων ἐκεῖ, τοῦ Δαυὶδ τὴν φυγὴν τῷ Σαοὺλ κατεμήνυσεν. Διόπερ καὶ ἐν τῷ ψαλμῷ λέγει· « Ὅτι ἐπανέστησάν μοι μάρτυρες ἄδικοι. » Σωτὴρ ἡμῶν ὁ Θεός ἐστιν, ῥυόμενος ἡμᾶς ἐξ ἁμαρτιῶν καὶ τοῦ θανάτου· φωτισμὸς δὲ, λύων τὴν ἀχλὺν τῆς κακίας καὶ τῆς ἀγνοίας, καὶ ἀναυγάζων τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως. Οὕτως οὖν ἐνωθεὶς καὶ πεφωτισμένος ὑπὸ τοῦ Κυρίου, τίνα φοβηθήσεται; οὐδεὶς γὰρ οἷός τέ ἐστιν βλάψαι τὸν ἀγαθῶν τοιούτων καὶ ἀσφαλείας τετυχηκότα.

Vers. 3. Hæc dici possunt et de sensilibus hostibus et de invisibilium hostium phalange. « Si enim » ait, « exsurgat adversum me bellum, » in hac non timente eos anima mea spero, auxiliatorem Deum me habere confisus.

Στ. γ'. Ῥηθείη ταῦτα καὶ περὶ αἰσθητῶν ἐχθρῶν, καὶ περὶ φάλαγγος ἀοράτων πολεμίων· « Ἐὰν γὰρ, φησὶν, ἐπαναστῇ ἐπ' ἐμὲ πόλεμος, » ἐν ταύτῃ τῇ μὴ φοβουμένῃ αὐτοὺς καρδίᾳ μου ἐλπίζω, ὑπέρμαχον Θεὸν ἔχειν θαρρήσας.

(33) Rursus *Hexaplorum* mentio apud Didymum.

Digitized by Google Распознавание текста

Στ. δ'. Αἰτεῖ τὴν Ἐκκλησίαν οἰκεῖν διὰ τοῦ προνοεῖν τὰ ἐκκλησιαστικὰ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς πεφωτισμένης αὐτοῦ ζωῆς. Ἐπὶ γῆς δέ, φησί, τυγχάνων, εἰ καὶ πολλῶν δεῖ μοι τῶν ἀγαθῶν, μίαν αἴτησιν τέως αὐτῷ (34). Ἀθρόως γὰρ ἐν πᾶσιν οὐχ οἷόν τε γενέσθαι τοῖς ἀγαθοῖς, μή ποτε δὲ λείπει τὸ μεγάλην (35) ἢ ἐξαίρετον.

Στ. ε'. Καὶ ἄλλως δὲ πολλάκις εἴρηται, τὴν μὲν σκηνὴν δηλοῦν προκοπήν, τὸν οἶκον δὲ τελειότητα. Οὐδεὶς οὖν, ἐνεστηκυίας αὐτῷ τῆς τῶν κακῶν ἡμέρας, ἐν οἴκῳ εἶναι δύναται τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐν τῇ σκιᾷ κρύπτεται, τῷ τὴν προκοπὴν σκεπάζειν τὸν κακίας ἀπαλλαττόμενον· τὰ μέν ἐστι προφανῆ, τὰ δὲ μυστικά. Οὐκ ἐν τοῖς ἐπιπολαίοις οὖν ὁ Θεὸς τὸν προκόπτοντα σκέπει. Αὐτοῦ δὲ εἶπε σκηνήν, ἐπὶ (36) μὴ πᾶσα εἰς Θεὸν προκοπή· διεδέξατο δὲ τὴν προκοπὴν ἡ πέτρα τῆς τελειότητος. Κατάλληλον δὲ τῇ μὲν προκοπῇ τὸ « ἔκρυψε, » τῇ δὲ τελειότητι τὸ « ὕψωσεν. » Λέγοις δ' ἂν σκηνὴν καὶ τὴν διὰ νόμου καὶ προφητῶν ἀγωγήν, ἧς (37) ἐν τῷ κρύπτειν τὸν παιδευόμενον ὁ Θεὸς ὑψῶν αὐτὸν ἐν τῇ πέτρᾳ Χριστῷ.

Στ. ζ'. Ἐπιστάμενος ὁ ταῦτα λέγων εὐχαῖς δικαίων ἐπακούοντα τὸν Θεὸν, ἀπὸ τῆς αὐτῆς διαθέσεως τοῖς δικαίοις κεκραγὼς, εἰσακουσθήσεσθαι ἀξιοῖ. Οὐδεὶς γὰρ ἄξιος εἰσακουσθῆναι παρὰ Θεοῦ μὴ ἐλεούμενος. Ταῦτα δὲ, φησὶν, οὐκ ἐξ ἐπιπολῆς εἶπον χειλέων, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς καρδίας· τοιαύτης γὰρ εἰσακούει φωνῆς ὁ Θεός.

Στ. ια'. « Νομοθέτησόν με, » ἵνα τοιοῦτον νόμον παρὰ σοῦ λαβὼν, ὁδεύσω τὸν εἰπόντα, « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός· » καὶ, « Ὁδήγησόν με τῇ εὐθείᾳ » καὶ ἀκαμπεῖ ὁ ᾧ σου, « ἕνεκα τῶν ἐπικειμένων ἐχθρῶν, » σκάνδαλα ἐχόμενα τρίβου τιθέντων μοι· ἔτι μήν, τῆς ἀρετῆς μεσότητος οὔσης ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως, τοῦ τηρεῖν τὸ σύμμετρον, σὺ, Δέσποτα, « ὁδήγησον, » φέρων με εἰς τὸ τέλος αὐτῆς, « ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου, » τῶν ἐνεργούντων τὴν κακίαν· καθ' ὑπερβολὴν ἐνεργοῦντες, παρὰ θύραν ἱστάμενοι τῆς ἀρετῆς, δι' ἀπάτης λαμβάνουσιν τοὺς μὴ ἐφιστάνοντας τῇ διαφορᾷ μεσότητος καὶ ὑπερβολῆς. Εἰ δὲ καὶ εὐθεῖαν ὁδὸν τὴν τῶν ἀληθῶν δογμάτων πορείαν λέγοις, ἴσθι ὅτι μὴ ὁδηγοῦντος Θεοῦ, οἱ τὰ παρακείμενα ψευδῆ δόγματα τῆς ἀληθείας ἄγοντες, ἄρχοντες τούτου τοῦ αἰῶνος, ἐχθροί εἰσιν· ὧν ἕνεκα, ὅπως μὴ ἐκπέσωμεν εἰς τὴν ἀπάτην αὐτῶν, παρακαλοῦμεν ὁδηγηθῆναι ὑπὸ Κυρίου τὴν εὐθεῖαν ὁδόν.

Στ. ιβ'. Ἐπεὶ εἰλόμην ὁδεύειν τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν, πάντες οἱ πονηροὶ θλίβειν με προτέθεινται. Σὺ δὲ, Κύριε, κηδόμενός μου, μὴ παραδῷς με εἰς ψυχὰς αὐτῶν· ἤτοι εὐχόμενος μὴ παραδοθῆναι αὐτοῖς, ἢ μὴ συναριθμηθῆναι ταῖς ψυχαῖς αἷς εἶχον οἱ θλίβοντες, αὐτὸ τοῦτο μάρτυρες ἄδικοι εἶναι ἑλόμενοι. Ἀλλ' ἡ ἀδικία ᾗ ἑαυτοὺς προσῳκείωσαν, ἀσύστατος καὶ ἀβέβαιος οὖσα, ἐψεύσατο ἑαυτῇ· οὐχ οἷα γὰρ εἶναι ἐπαγγέλλεται, τοιαύτη εὑρέθη. Ἡ γὰρ « ἐψεύσατο »

A Vers. 4. Rogat Ecclesiam habitare meditando ecclesiastica omnes dies illuminatæ suæ vitæ. Cum in terra sim, ait, etsi multis mihi opus sit bonis, unum modo ab eo petivi. Cum quidem omnibus frui bonis sit impossibile, cave ne magnum aut pretiosum relinquas.

Vers. 5. Alias quidem sæpe dictum est tabernaculum progressum significare, domum autem perfectionem. Nemo igitur, imminente sibi malorum die, in domo esse potest Dei, sed in umbra absconditur, quoniam progressum tegit malitia exsolutus : alia quidem manifesta sunt, alia mystica. In levis igitur momenti rebus non protegit Deus progredientem. Ipsius autem ait tabernaculum, quia non omnis ad B Deum progressus; progressui autem successit perfectionis petra. Congrue ait cum progressu « abscondit, » et cum perfectione « exaltavit. » Dices forte tabernaculum legis prophetarumque synagogam, in qua absconditur homo, quem eruditum Deus exaltat in petra Christo.

Vers. 7. Sciens qui hæc dicit justorum preces exauditurum Deum, eadem mente ac justi exclamans, se exauditum iri exoptat. Nemo enim dignus qui exaudiatur a Deo non miserante ejus. Hæc autem, ait, non extremis labiis, sed toto corde dixi : talem enim exaudit vocem Deus.

Vers. 11. « Legem pone mihi, » ut talem a te legem accipiens, sequar qui dixit : « Ego sum C via [96]; » et : « Dirige me in semitam rectam » et in viam tuam non sinuosam, « propter inimicos meos, » insidiis obstruentes viam meam. Cum in medio stet virtus, redundantiam inter et penuriam servandum medium, tu, Domine, « dirige me, » ducens me in finem ejus, « propter inimicos meos, » iniquitatem operantes : qui cum immoderate nituntur, prope januam stantes virtutis, fraudulenter capiunt parum attendentes quibus inter se differant quod medium est et quod nimium. Quod si rectam viam verorum dogmatum ambulationem vocas, scito quod, Deo non dirigente, qui mendacia et extra veritatem dogmata inducunt, principes sunt hujus sæculi atque inimici : propter quos, ne in dolos eorum incida- D mus, precamur a Domino in rectam viam dirigi.

Vers. 12. Postquam constitui per rectam viam ambulare, omnes mali tribulare me quærunt. Tu autem, Domine, circa me sollicitus, ne tradideris me in animas eorum : sive precatus non illis tradi, sive non annumerari animabus quas habebant tribulantes, hoc ipso testes injusti facti sunt. Verum injustitia qua se ipsos instruxerunt, cum infirma atque imbecillis esset, mentiti sunt ei : non enim talis inventa est quæ esse nuntiabatur. Vox enim

[96] Joan. XIV, 6.

(34) Lege αἰτῶ. Ed.
(35) Μέγα ? An deest aliquid ? Ib.
(36) Forsitan ἐπεί, quamquam nec sic plana erit constructio. Ib.
(37) Forsitan ᾗ, et mox ὑψοῖ. Ib.

Digitized by Google Распознавание текста

« mentiti sunt, » non semper veritati contrarium significat, sicut in propheta : « Area et vinum mentita sunt sibi [39], » pro his : Non ut promittebatur, juxta annum area et vinum inventa sunt.

VERS. 13. Terra viventium vocata est promissionis terra, propter æternam vitam, cum nemo in ea patiatur mortem quæ venit a peccato. Hæc autem terra in invisibilibus atque æternis sita est, et super eam sedet veritas et proprie Dei. . . . . tale est : Credo vitæ æternæ me participem fore, ut per hanc vitam inhabitem in viventium terra, ad videnda quæ in ea sunt bona Domini, quæ juxta promissionem sancte viventes manent : recte autem dicitur « videre, » et non comedere, vel contrectare, vel quodvis aliud; in contemplandis enim Dei bonis omnis utilitas est.

VERS. 14. In virilitate, ait, animæ et impotentia corporis viriliter age : etenim cum validis et non carnalibus inimicis nobis prælium est ; sed et resistentes victoria simul et annuntiatis a Deo bonis fruimur.

φωνὴ, οὐκ ἀεὶ τὸ ἐναντίον τῇ ἀληθείᾳ σημαίνει, ὡς ἐν τῷ προφήτῃ· « Ἄλων καὶ οἶνος ἐψεύσατο αὐτούς· » ἀντὶ τοῦ· Οὐχ ὡς ἐπηγγέλλετο κατ' ἔτος ἡ ἄλων καὶ οἶνος εὑρεθέντα.

Στ. ιγ'. Γῆ ζώντων ἐκλήθη ἡ ἐν ἐπαγγελίαις γῆ, κατὰ τὴν αἰώνιον ζωὴν, ἐπεὶ οὐδεὶς ἐν αὐτῇ μετέχει τοῦ ἐπομένου τῇ ἁμαρτίᾳ θανάτου. Αὕτη δὲ ἡ γῆ ἐν τοῖς μὴ βλεπομένοις καὶ αἰωνίοις ἵδρυται, καὶ ἐπ' αὐτῆς ἐστι τὰ ἀληθῶς καὶ κυρίως τοῦ Θεοῦ... τοιοῦτόν ἐστιν· Πιστεύω ζωῆς αἰωνίου μετασχεῖν, ἵνα κατ' αὐτὴν ζωὴν μετοικισθῶ εἰς τὴν τῶν ζώντων γῆν, ὥστε ἰδεῖν τὰ ἐπ' αὐτῆς τοῦ Κυρίου ἀγαθὰ, τὰ κατὰ τῆς ἐπαγγελίας ἀποκείμενα τοῖς ὁσίως βεβιωκόσιν· εὖ δὲ εἰπεῖν καὶ τὸ « ἰδεῖν » καὶ μὴ φαγεῖν καὶ ἅψασθαι, ἢ ἕτερόν τι· τὸ γὰρ ὅλον ἐν τῷ θεωρεῖσθαι τὰ θεῖα ἀγαθὰ παρέχει τὴν ὠφέλειαν.

Στ. ιδ'. Ἐν ἀνδρείᾳ, φησὶ, ψυχῆς καὶ ἀκρατείᾳ σώματος ἀνδρίζου· πρὸς ἐχθροὺς γὰρ ἰσχυροὺς καὶ ἀσάρκους μαχόμεθα· ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ὑπομονῆς νίκην ὁμοῦ καὶ τὰ παρὰ Θεοῦ ἐπηγγελμένα ἀγαθὰ κερδαίνομεν.

PSALMUS XXVII.

VERS. 1. Designat nomen lacus locum ubi custodiuntur damnati.

VERS. 2. Cum igitur multis indigens, noverim hæc a te adimpleri posse, ad te clamans oro ut exaudias vocem deprecationis meæ, me non alium ac te implorante. Neque enim alius implere potest ea quibus indigeo. — Templum vero Dei, Dei gloria est : templum Dei esset quoque supercœlestis locus, atque ibi potestates Dei præsentiam capientes, quoad fieri potest; esset etiam Dei Verbum, dicens : « Pater manens in me, facit opera [1]. »

VERS. 3. Precatur igitur dicens : Cum omnino inique agentem exsilium maneat, justitiam præbeas mihi, ne simas me in iniquitate poni, ne cum operantibus eam peream.

VERS. 4. Qui prudenter res perspicit, ut noxia quæ turpia sunt odit, bona præferens ut utilia ; malus autem voluptate illectus, operatur mala, non videns eorum noxium. Cum igitur sapienter non sentiat hoc damnum, precatur sanctus tribui malo secundum opera laboriosa, ut per has molestias mala oderit, quæ pœnæ ipsi causæ facta sunt.

VERS. 5. Sicut facit homo, nunc opera sunt ejus, nunc opera manuum ejus : ipse enim prout sese habet agit. Activæ autem virtutes, manus ejus vocatæ, quæ in peccatis agenda sunt, operantur. Rogat igitur inter cætera, retributionem fieri, « quoniam non intellexerunt opera Domini, et opera manuum ejus : » operum Dei alia quidem visibilia, alia invisibilia sunt. Hos igitur qui non intellexerunt opera Dei et opera manuum ejus, retributionem

Στ. α'. Σημαίνει δὲ τὸ ὄνομα τοῦ λάκκου καὶ τὸν τόπον τὸν φυλάττοντα τοὺς κατακρίτους.

Στ. β'. Ἐπεὶ οὖν πολλῶν ἐνδεὴς ὢν, ἔγνων πρὸς σοῦ ταῦτα ἀναπληροῦσθαι δύνασθαι, πρὸς σὲ βοῶν ἀξιῶ εἰσακοῦσαί σε τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου, ἐν τῷ δέεσθαι οὐ πρὸς ἄλλον τινὰ ἢ σέ. Οὐδὲ γὰρ ἄλλως (37') ἀναπληρῶσαι δύναται τὰ ὧν ἐλλειπής εἰμι. — Ὁ ναὸς δὲ τοῦ Θεοῦ, δόξα ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· ναὸς δὲ Θεοῦ εἴη ἂν καὶ ὁ ὑπερουράνιος χῶρος, καὶ αἱ ἐν αὐτῷ δυνάμεις χωροῦσαι παρουσίαν Θεοῦ, κατὰ τὸ ἐφικτόν· εἴη δὲ καὶ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ φάσκων· « Ὁ Πατὴρ μένων ἐν ἐμοὶ, ποιεῖ τὰ ἔργα. »

Στ. γ'. Εὔχεται οὖν λέγων· Ἐπεὶ πάντως τῷ ἀδικοῦντι ἀπώλεια ἕπεται, δικαιοσύνην παρέχων μοι, ἐάσῃς (38) με ἐν ἀδικίᾳ γενέσθαι, ὅπως μὴ ἀπόλωμαι μετὰ τῶν ἐργαζομένων αὐτήν.

Στ. δ'. Ὁ διορατικὸς ἐπιστημονικῶς τοῖς πράγμασιν προσερχόμενος, ὡς βλαπτικὰ τὰ φαῦλα ἀποστρέφεται, αἱρούμενος τὰ ἀγαθὰ ὠφέλιμα ὄντα· ὁ δὲ φαῦλος ἡδονῇ θελγόμενος, ἐργάζεται κακὰ, οὐχ ὁρῶν αὐτῶν τὸ βλαβερόν. Ἐπεὶ οὖν λογικῶς οὐκ αἰσθάνεται τῶν βλαβερῶν, εὔχεται ὁ ἅγιος ἀποτῖσαι τῷ φαύλῳ κατὰ τὰ ἔργα ἐπίπονα, ὅπως κἂν διὰ τοὺς πόνους, ἀποστραφῇ τὰ κακὰ αἴτια κολάσεως αὐτῷ γεγενημένα.

Στ. ε'. Ὡς πράττει ὁ ἄνθρωπος, τὰ μὲν αὐτοῦ ἔργα, τὰ δὲ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἐστιν· αὐτὸς γὰρ κατὰ διάθεσιν ἐργάζεται. Αἱ δὲ ἐνεργητικαὶ δυνάμεις, χεῖρες αὐτοῦ καλούμεναι, ἐπιτελοῦσι τῶν ἁμαρτημάτων τὰ πρακτέα. Ἀξιοῖ οὖν καθ' ἕτερα ἀνταπόδοσιν γενέσθαι, « ὅτι οὐ συνῆκαν εἰς τὰ ἔργα Κυρίου καὶ εἰς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ· » τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ τὰ μὲν ὁρατὰ, τὰ δὲ ἀόρατα τυγχάνει. Τοὺς γοῦν μὴ συνέντας τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν

[39] Ose. IX, 2. [1] Joan. XIV, 10.

(37') Pro ἄλλως leg. ἄλλος. EDIT.

(38) Lege μὴ ἐάσῃς. ID.

Digitized by Google Распознавание текста

αὐτοῦ, ἀνταπολαβεῖν βούλεται τὸ ἀνταπόδομα αὐτῶν· αὐτοὶ γὰρ προαιρετικῶς εἵλοντο τὸ μὴ συνιέναι τὰ ἔργα· ᾧ ἠκολούθησε τὸ τιμωρίαις αὐτοὺς ὑποπεσεῖν.

Στ. ζ'. Ἐπὶ τῷ βοηθῷ καὶ ὑπερασπιστῇ Κυρίῳ ἐλπίσασα ἡ καρδία μου, ἐβοηθήθη, ὡς μηδὲν ἐν αὐτῇ εἶναι ἐνθύμημα αἰσχρὸν ἢ δόγμα φαῦλον· βοηθουμένης γὰρ καρδίας ἐστὶ τὸ συγκατατίθεσθαι οἷς δεῖ, καὶ ἀνανεύειν πρὸς τὰ ἐναντία. Οὕτω δὲ τῆς καρδίας μου βοηθηθείσης, ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου ἐν τῷ πράττειν αὐτά. Τάχα δὲ καὶ ἡ ἐλπίζουσα καρδία βοηθηθεῖη ἀπολαμβάνουσα κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν ἀνατείλασαν τὴν σάρκα· παραπλήσιον τούτῳ τό· « Καὶ τὰ ὀστᾶ ἡμῶν ὡς βοτάνη ἀνατελεῖ. » Σπέρματος γὰρ λόγον τὸ νῦν ἡμῶν σῶμα ἔχει πρὸς τὸ ἐξ ἀναστάσεως· αὐτὸ γὰρ τοῦτο σπαρὲν ἐν φθορᾷ, ἀναθάλλει ἐν ἀφθαρσίᾳ σπειρόμενον· ὅθεν καὶ τῷ παραδείγματι τῷ σπειρομένῳ, εἰς τὰ περὶ ἀναστάσεως ἐχρήσατο Παῦλος.

Στ. η'. Τῷ γὰρ τοῦ Θεοῦ λαῷ τί ἕτερον ἔρυμα, πλὴν τοῦ Κυρίου; Πᾶς δὲ Χριστοῦ μετέχων, ὁμωνύμως καλεῖται Χριστός. Ὧν οὖν σώζεται σωτηρίων, οὕτω Χριστὸς αὐτὸς ὑπερασπιστής ἐστιν· ἢ καὶ τοῦ ὄντως Χριστοῦ ὑπερασπιστὴς τῶν σωτηρίων ἐστὶ καθ' ἃ σώζει.

Στ. θ'. « Σῶσον τὸν λαόν σου » τοῦτον, οὗ κραταίωμα τυγχάνεις, « εὐλογῶν τὴν κληρονομίαν σου, » οὐκ ἄλλην τοῦ λαοῦ σου οὖσαν· εὐλόγησον δὲ αὐτὴν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ἐπάρας καὶ μετεωρίσας δι' ἀρετῆς αὐτούς· ἀλλὰ καὶ « ποιμαίνων αὐτοὺς » εἰς πάντα τὸν αἰῶνα τοῦτον· ἐν γὰρ τῷ μέλλοντι ὑπερβάντες τὴν θρεμμάτων κατάστασιν, παιδευτῇ καὶ διδασκάλῳ σοι χρήσονται.

A suam vult accipere; isti enim ultro constituerunt non intelligere opera : unde sequebatur ut darent pœnas.

Vers. 7. In adjutore protectoreque Domino sperans cor meum, adjutum est, ita ut in ipso nulla turpis cogitatio vel prava sententia supersit : cordi enim sic adjuto proprium est, annuere iis quæ recta sunt, contrariisque obsistere. Ita autem adjuto corde meo, refloruit caro mea, hæc cum facerem. Mox et sperans cor adjutum esset, suscipiens resurrectionis tempore exsurrectam carnem ; quod fere simile est huic : « Et ossa nostra sicut herba surgent. » Nunc enim corpus nostrum quasi semen est illius quod in resurrectione erit; illud enim in corruptione seminatum reflorescet in incorruptione seminatum : inde B et exemplo seminationis, cum sermonem de resurrectione haberet, usus est Paulus.

Vers. 8. Etenim Dei populo quod munimentum aliud, nisi Dominus? Omnis enim Christi particeps, pari denominatione vocatur Christus. Sic et Christus salvationum protector est quas ipse facit, vel et cum sit reipsa Christus, protector salvationum est secundum quas salvat.

Vers. 9. « Salvum fac hunc populum, » cujus es fortitudo, « et benedic hæreditati tuæ, » quæ non aliud est atque plebs tua : benedic autem ei omni benedictione spirituali in cœlis, elatis atque erectis illis per virtutem; et « pasce eos » in omne hoc sæculum ; in futuro enim superantes jumentorum C conditionem, præceptore ac magistro te utentur.

PSALMUS XXVIII.

Στ. α'. Ὁ προκείμενος ψαλμὸς, μέγιστα περιέχων μυστήρια, εἰκότως κατὰ τὸν εἰκοστὸν ὄγδοον ἀριθμὸν τέτακται, ὄντα δυνάμει ἑβδομάδα. Ἐὰν γοῦν συνθῇς τοὺς ἑξῆς ἀριθμοὺς ἀπὸ μονάδος ἕως ἑβδομάδος εἰκοστὸς ὄγδοος ἀπαρτίζεται· ὅθεν καὶ τρίγωνός ἐστιν, ἑκάστης αὐτοῦ πλευρᾶς συγκειμένης ἐξ ἑβδομάδος. Ἔστι δὲ καὶ τέλειος ἀριθμὸς, δεύτερος μετὰ τὸν ἕκτον. Τέλειον δὲ ἀριθμόν φασιν, τὸν ἐκ τῶν μερῶν ἑαυτοῦ συντιθέμενον, ὥστε μὴ ὑπερβάλλειν μηδὲ ἐλλείπειν. Καὶ ὁ παρὼν οὖν ἀριθμὸς μέρη ἔχει ἥμισυ, τέταρτον, ἕβδομον, τεσσαρεσκαιδέκατον, εἰκοστὸν ὄγδοον· ἅπερ συντεθέντα ἀπαρτίζει ἑαυτόν· ιδ', ζ', δ', β', α'.

Προστάττει ἤτοι τοῖς ἀγγέλοις, ἤτοι τοῖς τὸ πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας ἔχουσιν ἀνθρώποις ἐνεγκεῖν ἐπὶ τὴν D σκηνὴν τὰ πρὸς θεραπείαν. — Οἱ τὸ πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας λαβόντες, ἄλλα τε προστάττονται καὶ υἱοὺς κριῶν ἐνεγκεῖν· κριοὺς δὲ νοητέον τοὺς εὐτόνους κατὰ θεοσέβειαν βίον ἐπανελομένους, δίχα τοῦ λογικῶς θεωρεῖν τὴν ἀλήθειαν· διὸ καὶ ἄρχειν εἰσὶν ἱκανοί· υἱοὶ δὲ κριῶν οἱ μιμήσει τῆς πολιτείας γεννηθέντες ὑπ' αὐτῶν. Δόξαν μὲν οὖν φέρουσιν οἱ τὸ πρόσηκον περὶ Τριάδος δοξάζοντες· τιμὴν δὲ πάντες οἱ τηροῦντες τὰς ἐντολάς. Εἴπερ καὶ ὁ παραβαίνων τὸν νόμον διὰ τοῦ παραβαίνειν τὸν Θεὸν ἀτιμάζει. Ἐν

Vers. 1. Hic psalmus, maxima tractans mysteria, merito vicesimus octavus numero habitus est, propter septenariam vim. Si enim numerorum ab uno ad septem summam facis, viginti octo perficitur numerus : unde et triangularis est, ab omni latere septem ostendens; est quoque perfectus numerus; secundus post sex numerum. Perfectum autem numerum dicunt, qui ex propriis suis partibus compositus est ita, ut neque ejus quid superet neque deficiat. Atqui numerus de quo agitur partes habet dimidiam, quartam, septimam, decimam quartam, vicesimam octavam ; quorum si quis summam facit, ipsum complet numerum : 14, 7, 4, 2, 1.

Imperat sive angelis, sive hominibus adoptionis spiritu præditis, afferre in tabernaculum sacris necessaria.—Qui spiritum adoptionis acceperunt, jubentur inter alia quoque filios arietum adducere : arietes autem intelligendi sunt qui cum omni animi intentione ad pietatem feruntur, neque sapienter veritatem non contemplantur : ideoque ad regendum idonei sunt; filii vero arietum, qui administrationis imitatione ab eis quodammodo geniti sunt. Gloriam quidem igitur afferunt, qui de Trinitate ut decet credunt; honorem, quicunque observant mandata. Siquidem is qui legem transgreditur, ea transgressione Deum

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

dedecore afficit. In atrio autem adorat sancto, qui secundum dogmata et canones Ecclesiæ Deum colit.

A αὐλῇ δὲ προσκυνεῖ ἁγίᾳ ὁ κατὰ τὰ δόγματα καὶ τοὺς κανόνας τῆς Ἐκκλησίας τῷ Θεῷ λατρεύων.

Vers. 3, 7. Propiorem quispiam sumens, dicet Joannem in Jordane flumine baptizantem [1], « vocem esse Domini super aquas. » — Atque etiam austeram et recte ordinatam vitam professus Joannes, penetrabilem vitæ voluptatum æstum faciens, « vox est Domini flammam ignis intercidentis. »

Στ. γ', ζ'. Προχειρότερόν τις ἐπιβάλλων ἐρεῖ τὸν Ἰωάννην βαπτίζοντα ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ, « φωνὴ εἶναι Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων. » — Ἔτι μὴν εὔτονον καὶ αὐστηρὸν βίον ἀναλαβὼν ὁ Ἰωάννης, διαθερμαίνοντα τὸν φλογμὸν τῶν ἡδονῶν τοῦ βίου ποιήσας, « φωνή ἐστι Κυρίου διακόπτοντος φλόγα πυρός. »

Vers. 9. Animas significant cervi, spiritu actus corporis occidentes, et spiritu per labra juxta imitationem Dei impium serpentem tollentes de medio. — Ut manifesta fiant inhabitantes in eis feræ, cervi scilicet excitentur, quippe locus sterilium natura lignorum silva est, quæ verbi securi præcidun- B tur atque in ignem mittuntur [2]. — Cum sublata erunt quæ propter densitatem hominum progressibus impedimento erant, tunc omnis homo, falsorum deorum errore relicto, gloriam dicet in templo Dei.

Στ. θ'. Ψυχὰς δηλοῦσιν ἂν ἔλαφοι, πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατούσας, καὶ πνεύματι διὰ χειλέων κατὰ μίμησιν Θεοῦ ἀναιροῦντας τὸν ἀσεβῆ ὄφιν. — Ὅπως φανερὰ γένωνται τὰ ἐν αὐτοῖς φωλεύοντα θηρία, ἄπερ ἀνειμῶνται ἔλαφοι· σύμφυτος γὰρ τόπος ξύλων ἀκάρπων ἐστὶν ὁ δρυμὸς, κοπτομένων ὑπὸ τῆς ἀξίνης τοῦ λόγου καὶ εἰς πῦρ βαλλομένων. — Ὅτε τὰ ἐπισκιάζοντα τῇ τῶν ἀνθρώπων προκοπῇ περιαιρεθῇ, τότε πᾶς τις τὴν πολύθεον πλάνην ἐάσας δόξαν ἐρεῖ ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ.

Vers. 10. Hæc sessio Dei immutabilitatem ostendit. Hanc igitur assignat illis qui propter mutationem perierunt, dicens se in æternum sedere; nos quoque cum tempore perimus. Hic igitur sui regni stabilitatem demonstrat.

Στ. ι'. Ἡ δὲ καθίδρυσις τὸ ἄτρεπτον παρίστησι τοῦ Θεοῦ, διαστέλλει γοῦν αὐτὴν τοῖς δι' ἀλλοίωσιν ἀπολλυμένοις, φάσκων συγκαθήμενος τὸν αἰῶνα, καὶ ἡμεῖς ἀπολλύμενοι τὸν αἰῶνα. Τὸ τοίνυν μόνιμον αὐτοῦ τῆς βασιλείας παρέστησεν.

PSALMUS XXIX.

Vers 1. Verus David, de semine David secundum carnem natus, postquam ædificavit Ecclesiam, cujus fundamentum proprio jecit sanguine, dicens: Domum sanctam meam fundabo, hanc dedicare statuit, principium habitationis in ea dans credentibus: in qua dedicatione, hic « psalmus Cantici » in gratiarum actionem canitur. Sensibilem domum ædificandi cupidissimus David audierat: « Non tu ædificabis mihi domum, quoniam præliator vir ab adolescentia tua fuisti, sed qui nascetur de semine tuo, hic ædificabit mihi domum [3]. » Materiis igitur filio præparatis, hunc quoque psalmum quasi necessarium quid reliquit, in gratiarum actiones canendum.

Στ. α'. Ὁ ἀληθῶς Δαυὶδ, ὁ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ τὸ κατὰ σάρκα γενόμενος, οἰκοδομήσας τὴν Ἐκκλησίαν, ἧς τὸν θεμέλιον αἵματι τῷ ἰδίῳ κατέβαλεν, λέγων· Τὸν οἶκον τὸν ἅγιόν μου θεμελιώσω, ταύτην ἐγκαινίσαι προῦθετο, ἀρχὴν τῆς ἐν αὐτῷ οἰκήσεως δοὺς τοῖς πιστεύουσιν· ἐφ' ᾧ « ψαλμὸς ᾠδῆς » εὐχαριστιακῶς ἀνακρούεται· τὸν αἰσθητὸν δὲ οἶκον οἰκοδομῆσαι προθυμηθεὶς ὁ Δαυὶδ ἀκήκοεν· « Οὐ σὺ οἰκοδομήσεις μοι οἶκον διὰ τὸ ἀνὴρ πολεμιστὴς εἶναι ἐκ νεότητός σου, ἀλλ' ὁ ἐξερχόμενος ἐκ τῆς ὀσφύος σου, οὗτος οἰκοδομήσει μοι οἶκον· » τὰς οὖν ὕλας προετοιμάσας τῷ παιδὶ, καὶ τὸν ψαλμὸν ὡς ἔν τι τῶν ἀναγκαίων κατέλειπεν, ὡς ἂν συμπληρωθέντος εὐχαριστιακῶς ἀνακρούηται.

Vers. 4. Salvat autem Deus sive morti succumbere non sinens, sive lapsos erigens. Hæc etiam accipi possunt de Christi persona, qui animam suam pro nobis dedit, atque a mortuis surrexit Deo et Patre annuente.

Στ. δ'. Σώζει δὲ Θεὸς ἢ μὴ συγχωρῶν εἰς θάνατον κατελθεῖν, ἢ καταβαίνοντας ἀναστῶν. Νοηθείη δὲ ταῦτα καὶ ἐκ προσώπου Χριστοῦ τοῦ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ δόντος ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἀναστάντος ἐκ νεκρῶν εὐδοκίᾳ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός.

Vers. 5. Virtus et pietas decus sapientis est, juxta illud [55], « Gloria et honor et pax omni operanti bonum. » Ignominia autem peccatum, quo commisso, dicent peccatores, quid passi sint experti : « Cooperuit nos ignominia nostra [56] » in tribulationem. Et illud : « Homo cum in honore esset, non intellexit [57]. » Non autem dicit : Repulerunt pretium meum, sed, « Pretium meum cogitaverunt repellere ; » nam dæmones nos non vi, sed dolis aggrediuntur. Haud dissimiles ab illis sunt homines de quibus Paulus scripsit [58] : « Per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. » Non discrepat ab his illud [59] : B « Si te rogaverit inimicus magna voce, ne credideris : septem enim sunt nequitiæ in anima ejus : » septem fortasse illi spiritus, quos nequiores se spiritus immundus secum assumpsit [60]. Ne credideris istius blanditiis.

Vers. 7. Indicat forsan se, quod a Deo fuerit protectus, non emigravisse. « Ipse igitur Salvator meus, » ait, non autem : Ego salvator meus. Nam ipse dat gloriam quærentibus eum, et salutem non carnis sed animi ratione præditi, quam consequeris in patriam confidendo, juxta illud : « Reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum [61]. » Quamobrem, si quid rursus me agitaverit, spes mea in Deo qui sæpius jam me salvum fecit.

Vers. 9. Omnes de gentibus credentium populo- C rum congregationes, jam non sitis omni spe et pietate destitutæ. « Sperate » in eum, deposita iniquitate, et coram ipso revelate corda vestra : nam erit Deus adjutor vobis. Hæc verba, « effundere cor coram Deo, » idem sonant ac illa : « Ex toto corde et ex tota anima diligere eum. » Existimes igitur istud Psalmistam intendere : Ne accesseris ad eum duplici corde [62] ; sed uti scriptum est : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota mente tua [63]. » Contendi etiam potest hic Psalmistam populos monere de gentibus conversos ut, pietatem ac spem professi, absque fraude Deo corda sua revelent, eumque tota anima diligant : nam liberaliter dantis sæpe effusio, ut in illo : « Charitas Dei diffusa est in cordibus vestris per Spiritum sanctum [64]. »

D

Vers. 10. Ad istos dictum est : « Utquid diligitis vanitatem et quæritis mendacium [65] ? » Iisdem vetitum est, ne pondus haberent leve et grave stateramve dolosam, cum stateræ dolosæ abominatio coram Deo sit [66]. Resipiscunt etiam qui de vano concentu student. « Filii hominum » dicuntur per circumlocutionem, vel ipsi homines, vel qui tanquam homines moriuntur, ac non amplius dii aut filii Altissimi sunt. « Cum enim sit inter vos zelus et contentio, ait, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis [67] ? »

[55] Rom. II, 10. [56] Jer. III, 25. [57] Psal. XLVIII, 13. [58] Rom. XVI, 18. [59] Prov. XXVI, 25. [60] Matth. XII, 45. [61] I Petr. I, 9. [62] Eccli. I, 36. [63] Marc. XII, 30. [64] Rom. V, 5. [65] Psal. IV, 3. [66] Prov. XI, 1. [67] I Cor. III, 3.

Digitized by Google Распознавание текста

Vers. 11. « Non potestis Deo servire et mammonæ [66], » in iniquitate sperare et in Deo. Labi et imminui videntur inique agentis divitiæ. « Nolite » ergo « cor apponere » divitiis mox imminuendis. Nunc iniquitate in alios peccamus. Ita sonat illud : Vos autem iniquitatem fecistis et diripuistis, vel fratres, præsertim vero rapinas fallacesque divitias congerendo. Nunc etiam iniquitate designantur mala opera, dicente Scriptura : « Iniquitatem odio habui et abominatus sum [66] ; » et alias : « Qui gaudet iniquitate [66] : » nam rapina profecto species malitiæ.

Vers. 12. Ingenitus cum sit Deus et spiritualem habeat naturam, semel una simplicique voce loquitur. Propheta vero, utpote genitus, « duo hæc » significata « audit ; » nam vox « hæc » demonstrativa. Pura igitur mente et simplici voce dicta sunt. Non enim mihi cogitatione consequi fas est quod a quibusdam dictum arcanum vocatur, et nunquam « arcana verba, » uti Paulus ea vocat [67]. Non enim per syllabas prolata sunt, ac ideo sunt *arcana* (*indicta*) ; verba autem sunt quod, veri quid significent. Ubi enim verum, ibi et propositio verbis exprimenda ; fit etiam ut quæ Deus proprie de sacrificiis præceperit, nos eadem spirituali simul et proprio sensu accipiamus : idem valet de circumcisione. Voce « Deo » innuitur forte Pater ; et voce « Domino » Filius, vel idem utraque voce. At quo pacto reddet Deus « unicuique juxta opera sua ? » Si non sunt condignæ passiones hujus temporis ad obtinendam futuram gloriam [68], nec punientur pro meritis peccatores : nam « si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit [69] ? » Retributio fiet igitur non pro quantitate, sed pro qualitate. Quod si tamen hæc de quantitate intellexeris, major erit bonorum merces, minor vero malorum pœna : æqua erit Dei justitia non in puniendis malis, sed in discernendo justos ab injustis.

Στ. ια'. « Οὐ γὰρ δυνατὸν Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ, » οὐδὲ μὴν ἐπ' ἀδικίαν ἐλπίσαι καὶ τὸν Θεόν. Καὶ γὰρ δοκεῖ ῥέειν καὶ μειοῦσθαι τοῦ μὴ ἀδικοῦντος ὁ πλοῦτος. Οὐ δεῖ « προστίθεσθαι καρδίαν τῇ μειώσει » λειπούμενον (8). Ἀδικίαν δὲ ἢ τὴν περὶ κοινωνίαν ἀνισότητα λέγει. Καὶ τὸ, Ἀλλ' ὑμεῖς ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε, καὶ ταῦτα ἀδελφοὺς καὶ μάλιστα διὰ τὸ συνεζεῦχθαι ἁρπάγματα καὶ πλοῦτον ῥέοντα. Ἢ τὴν πρακτικὴν κακίαν καθ' ὃ λέγεται· « Ἀδικίαν ἐμίσησα καὶ ἐβδελυξάμην· » καὶ τὸ, « Ὁ δὲ ἀγαπῶν τὴν ἀδικίαν· » καθόλου γὰρ οὔσης κακίας εἶδος ἡ ἁρπαγή.

Στ. ιϐ'. Ἀγέννητος ὢν ὁ Θεὸς καὶ νοητὴν ἔχων οὐσίαν, μονοειδῶς καὶ ἀσυνθέτως λαλεῖ. Ὁ δὲ προφήτης ὡς γενητὸς, « δύο » κατὰ τὴν δεῖξιν « ἤκουσε ταῦτα· » τὸ γὰρ *ταῦτα* φωνὴ δεικτικὴ· καθαρᾷ τοίνυν νοήσει καὶ ἀσυνθέτῳ φωνῇ λέγοντος αὐτό. Οὐ γὰρ ἐπέστη μου τῇ φαντασίᾳ τὸ παρά τισι λεγόμενον λεκτὸν ἄῤῥητον ὑπάρχον, καὶ μήποτε « ἄῤῥητα ῥήματα » καὶ ὁ Παῦλος ταῦτά φησιν. Οὐ γὰρ διὰ συλλαβῶν ἐξεφωνήθη, διὸ ἄῤῥητα· ῥήματα δὲ διὰ τὸ ἔχειν νόησιν ἀληθῆ. Ἔνθα γὰρ τὸ ἀληθὲς, ἐκεῖ πρότασις ἥτις ἐκ ῥήματός ἐστι ῥητή. Ἀλλὰ καὶ Θεοῦ τυχὸν αἰσθητῶς ἐντελλομένου περὶ θυσίας ἡμεῖς αἰσθητῶς ἀκούομεν καὶ πνευματικῶς· οὕτω καὶ τὴν περιτομήν. Λέγας δ' ἂν *Θεὸν* μὲν εἶναι τὸν Πατέρα, *Κύριον* δὲ τὸν Υἱὸν, ἢ καὶ τὸν αὐτὸν ἀμφότερα. Ἀλλὰ πῶς ; « ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ ; » Εἰ μήτε ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι, μήτε πρὸς ἀξίαν τιμωρεῖται τοὺς ἁμαρτάνοντας· « Ἐὰν γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃ, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται ; » μήποτε τοίνυν οὐ κατὰ τὴν ποσότητα, ἀλλὰ κατὰ τὴν ποιότητα γίνεται. Κἂν δηλοῦται δὲ ποσότης, ἐκ τῆς λέξεως. Ἐπὶ μὲν τῶν ἀγαθῶν μείζων ἡ δόσις, ἐπὶ δὲ τῶν κακῶν ἐλάττων ἡ τιμωρία· οὐ γὰρ κατὰ τὴν ἐπανορθωτικὴν δικαιοσύνην ἡ ἰσότης, ἀλλὰ κατὰ τὴν διανεμητικὴν τὸ ἴσον καὶ ἄνισον.

PSALMUS LXII.

Vers. 2. Hominis est malitiæ ignorantiæque servitute liberati, dicere [70] : « Nox præcessit, dies autem appropinquavit. » Idem sonat illud : « De luce vigilat spiritus meus ad te, Deus. » Non lucet lux peccatori opera noctis et tenebrarum operanti. Vocabula « ad te » non de loco accipienda : non enim circumscribitur Deus loco quopiam ; sed affectus exprimunt sensusque hominis mundana respuentis, et ad Deum accedentis. Ait etiam, « Deus, Deus meus ; » nam Deus est sanctorum inservientium ipsi, non autem profecto Deus eorum omnium qui sunt, cum quidam rejiciantur. Ad te sitivi unice, qui mihi fontem aquæ salientis in vitam æternam [71] largiris ; illuminetur « anima mea, » imo et « caro mea : » ad te pro viribus tendit ; ipsa « sitivit in te. » Quod si ad Patrem verba facit Propheta, « virtus et gloria ejus » Unigenitus ; « Christus enim

Στ. β'. Ταῦτα λέγοι τις ἂν ἀγνοίας καὶ κακίας ἀπηλλαγμένος, ὡς φάναι δύνασθαι· « Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. » Συνῳδὸν δὲ τούτῳ τὸ, « Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ, ὁ Θεός. » Τῷ δὲ πράττοντι τὰ τῆς νυκτὸς καὶ τοῦ σκότους, οὐκ ἐπέλαμψεν ὄρθρος. Τὸ δὲ « πρὸς σὲ, » οὐ τοπικὸν, οὐ γὰρ ἐν τόπῳ Θεὸς, ἀλλ' ἐν διαθέσει καὶ σχέσει πρὸς Θεὸν γινομένου τοῦ τὰ αἰσθητὰ ὑπερπηδήσαντος. Ἔφη δὲ, « ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου· » ὁ γὰρ τῶν ἁγίων Θεὸς λατρευόντων αὐτῷ, καὶ καθάπαξ Θεός ἐστιν, οὐ πάντων τῶν ἐχόντων τὸ εἶναι, τινῶν καὶ ἀπολελυμένως ὄντων. Πρὸς σὲ δέ μου τὸν πόθον ἀπὸ πάντων μετέστησα, ὀρέξοντά μοι πηγὴν ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. Καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς φωτιζομένης, καὶ ἡ σὰρξ ὡς οἷόν τε μεταλαμβάνει· καὶ αὕτη ἀψᾷ πρὸς Θεόν. Καὶ εἰ μὲν ὁ Λόγος πρὸς τὸν Πατέρα, « δύναμις καὶ δόξα αὐτοῦ » ὁ Μονογενὴς· « Χριστὸς

[66] Matth. VI, 24. [66] Psal. CXVIII, 163. [66] Eccli. XIX, 5. [67] II Cor. XII, 4. [68] Rom. VIII, 18. [69] Psal. CXXIX, 3. [70] Rom. XIII, 12. [71] Joan. IV, 14.

(8) Lego λυπούμενον. Edit.

Digitized by Google Распознавание текста

γὰρ Θεοῦ δύναμις, » καὶ, « Ὀφθήσεται ἡ δόξα Κυρίου. » Εἰ δὲ πρὸς τὸν Υἱὸν, ἡ περὶ αὐτοῦ θεολογία, δύναμις αὐτοῦ καὶ δόξα καὶ ἡ ἐπιτελεστικὴ τεράτων ἐνέργεια. Κατὰ τὸ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· « Δύναμις ἐξ αὐτοῦ ἐξήρχετο καὶ ἴατο πάντας· » καὶ πάλιν· « Δύναμις ἦν Θεοῦ εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς· » περὶ δὲ τῆς δόξης· « Ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς· » καὶ πάλιν· « Δόξασόν με, Πάτερ, τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι. » Ἀκολούθως ἑκατέρᾳ νοήσεις ἐκλήψει καὶ τὸ, « Ἐν τῷ ἁγίῳ ὤφθην σοι. » Ὅρα δὲ μὴ διὰ τῆς ἐρήμου καὶ ἀβάτου καὶ ἀνύδρου, ὁ περὶ γῆν τόπος δηλονότι, ἔρημος ὢν τελειότητος, καὶ ἄνυδρος, τῷ μὴ ἔχειν δαψιλῶς τὰ χαρίσματα τοῦ Πνεύματος· ποταμοὶ γὰρ ὕδατος ζῶντος εἴρηται· διὸ καὶ ἄβατός ἐστιν, οὐδενὸς ἐπ' αὐτοῦ διατρίβοντος τῶν πάντη κατὰ τὸ δυνατὸν ὁμοιωμένων Θεῷ, καὶ εἰκότως ἔρημος. Ἐκ μέρους γὰρ ἡ γνῶσις ἐν αὐτῷ, καὶ ἀρραβὼν μόνον τοῦ Πνεύματος. Τὸ σπάνιον γὰρ, ἀλλ' οὐ παντελῆ στέρησιν αἱ λέξεις δηλοῦσιν.

virtus Domini : » et, « Apparebit gloria Domini [72]. » Quod si autem ad Filium, reperies hic quæ de ipso narrentur, virtutem ejus, et gloriam, et perfectissimam miracula operandi facultatem. Nam scriptum est in Evangelio [73] : « Virtus de illo exibat et sanabat omnes; » et alias [74] : « Et virtus Domini erat ad sanandum eos; » et de gloria [75] : « Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti; » et rursus [76] : « Nunc clarifica me, Pater, claritate quam habui priusquam mundus esset. » Utrique interpretationi congruit illud : « In sancto apparui tibi. » Terram designat profecto ille locus desertus et invius et inaquosus : quippe deserta, quia perfectionis vacua; et inaquosa, cum Spiritus sancti gratiis prope destituatur; quæ dicuntur flumina aquæ vivæ [77], ideoque et invia, cum non in ea morentur, qui pro viribus Deo similes fieri conantur. Nec immerito vocatur deserta; nam hic « ex parte tantum cognoscimus [78], » et « pignus modo Spiritus [79] » nobis concessum est. Cæterum nos istis bonis egere dicit Propheta non vero iis omnino privari.

Στ. ε'. Γέγραφεν ὁ Ἀπόστολος, ὡς πρὸς πάντα ὠφέλιμος οὖσα ἡ εὐσέβεια, ἐπαγγελίαν ζωῆς ἔχει τῆς τε νῦν καὶ τῆς μελλούσης· « Τῆς » δὲ « νῦν » εἰπὼν, οὐ τῆς κοινῆς λέγει τῶν ζώων, ἀλλὰ τῆς ἐν βίῳ δυνατῆς ὑπαρχθῆναι, περὶ ἧς φησιν ὁ Σωτήρ· « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· » καὶ, « Αὕτη ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσίν σε τὸν μόνον καὶ ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. » Ταύτης τῆς νῦν ζωῆς καὶ τῆς μελλούσης, ἧς τις κατὰ τὴν τελειότητα γίνεται τοῖς προσβαλοῦσι τῇ ἀληθείᾳ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. « Κρεῖσσόν ἐστι τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ » τῷ δι' αὐτὸ καὶ καθ' αὐτὸ γενέσθαι ἐν ταῖς ζωαῖς τὸν εἰς αὐτὰς ἀναγόμενον· οὐ γὰρ κατ' ἀξίαν πράξεως καὶ θεωρίας, ἀλλ' ἀγαθότητι καὶ ἐλέῳ Θεοῦ ἐρχεταί τις ἐπὶ τὸ ζῆν κατ' ἀμφοτέρας τὰς ζωάς. Κρεῖσσον οὖν ὡς αἴτιον αἰτιατοῦ, ὅπερ τὸν Θεὸν Λόγον δηλοῖ, περὶ οὗ φησιν· « Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ. »

Vers. 5. Scribit Apostolus, pietatem ad omnia esse utilem, cum promissionem habeat vitæ, quæ nunc est, et futuræ [80]. Per vocabula « quæ nunc est, » non vitam eam indicat, qua omnia animantia vivunt, sed illam quæ vere vita vocanda; de qua Salvator : « Qui credit in me, habet vitam æternam [81]; » et : « Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum [82]. » Hujus igitur vitæ promissionem habet pietas, et futuræ, quam adepti veritatem facie ad faciem videbimus [83]. « Melior est misericordia Dei super vitas » per illam et illius gratia nobis concessas : non enim operum et scientiæ nostræ meritis, sed bonitate et misericordia Dei utramque vitam consequimur. Misericordia igitur melior, ut causa melior causato; eaque Deum Verbum designat, de quo dictum est : « Misit Deus misericordiam suam et veritatem suam [84]. »

Στ. ς'. Ὅρα εἰ στέαρ ἐστὶ πληροῦν τὴν ψυχὴν ἃ ἔσφαξε θύματα ἡ Σοφία, καὶ ἡ ἀληθινὴ βρῶσις σὰρξ τοῦ Λόγου, καὶ πιότης εὐφραίνουσα τὸν ἔσω ἄνθρωπον ὁ τρυγώμενος οἶνος ἐκ τῆς ἀμπέλου τῆς ἀληθινῆς. Καὶ ἀληθινὴ πόσις τῆς Σοφίας τὸ αἷμα. Κληθεὶς γὰρ ὁ ταῦτα λέγων εἰς τὸ μετασχεῖν τῆς ἑτοιμασθείσης τραπέζης ὑπὸ τῆς Σοφίας σφαξάσης τὰ ἑαυτῆς θύματα, καὶ τὸν ἑαυτῆς κερασάσης οἶνον, ἐμφορηθεὶς ἤδη τῆς θείας ἑστιάσεως καὶ προσδοκῶν, οὕτως εἶπεν, « Ὡσεὶ στέατος καὶ πιότητος ἐμπλησθείη ἡ ψυχή μου. » Καὶ ἐπεὶ ὁ ταύτης τῆς εὐωχείας μεταλαμβάνων πίναι διὰ τὸ τῆς ὀρέξεως τοῦ νοῦ ἀκόρεστον, « Ἐμπλησθείη, » φησὶν, καὶ οὐκ « ἐνεπλήσθη, ἡ ψυχή μου, » καίπερ ἤδη δαψιλῶς μετειληφὼς τῆς

Vers. 6. Adeps quo anima replenda, non alius ac hostiæ a Sapientia mactatæ [85], verus cibus caro Verbi [86], et potus lætificans cor hominis [87], vinum in vinea veritatis vindemiatum. Est etiam verus Sapientiæ [88] potus Christi sanguis. Psalmista igitur ad illam mensam vocatus, quam, hostiis mactatis et misto vino, ipsa Sapientia paravit [89], ac divino ita cibo repletus, hæc habet : « Sicut adipe et pinguedine repleta est anima mea. » Inepte sperant quidam, cibos potusque sensiles hominibus post resurrectionem esse largiendos, quod hic ad istud convivium admissus, licet copiose et cibis et potibus fuerit usus, animam tamen propter insatiabilem mentis appetitum haud satiatam esse dicat. Non

[72] Isa. xl, 5. [73] Luc. vi, 19. [74] Luc. v, 17. [75] Joan. i, 14. [76] Joan. xvii, 5. [77] Joan. iv, 10. [78] I Cor. xiii, 9. [79] II Cor. v, 5. [80] I Tim. iv, 8. [81] Joan. vi, 47. [82] Joan. xvii, 3. [83] I Cor. xiii, 12. [84] Psal. lvi, 5. [85] Prov. ix, 2. [86] Joan. vi, 55. [87] Psal. ciii, 15. [88] Joan. vi, 56. [89] Prov. ix, 2.

Digitized by Google Распознавание текста

enim corpus, sed animam dicit adipe et pinguedine fuisse repletam; non corporis, sed animæ desiderium replet Deus in bonis, ut refertur in alio psalmo [90]. Lætitia autem plenus, lætificanti seipsum Deo gratias agit, dicens : « Et labia exsultationis laudabunt nomen tuum. » De quibus dixerat : « Labia mea laudabunt te. » Voces « labia exsultationis » adhibere licebat, cum virtus exsultatio appelletur ; ita de imprudentia, imprudentiæ pedes perdunt eos qui utuntur ea.

A τροφῆς καὶ τοῦ πόματος, μάτην ἄρα τινὲς ἐλπίζουσιν μετὰ τὴν ἀνάστασιν βρώματά τε καὶ πόματα αἰσθητά. Οὐ σῶμα γὰρ, ἀλλὰ ψυχὴν εἶπεν ἐμπλησθήσεσθαι στέατος καὶ πιότητος, πληροῦντος τοῦ Θεοῦ ἐν ἀγαθοῖς τὴν ψυχῆς ἐπιθυμίαν, ὡς εἶπεν ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ. Πληρωθεὶς δὲ τῆς εὐφροσύνης, χάριν ὁμολογεῖ τῷ ταύτην ὀρέξαντι λέγων· « Καὶ χείλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ ὄνομά σου. » Περὶ ὧν ἔλεγε· « Τὰ χείλη μου ἐπαινέσουσίν σε. » Δυνατὸν δὲ « ἀγαλλιάσεως χείλη » λέγειν ὡς ἀγαλλιάσεως ὠνομασμένης τῆς ἀρετῆς· ὡς λέγεται ἀφροσύνης, μελέτης γὰρ ἀφροσύνης οἱ πόδες κατάγουσι τοὺς χρωμένους αὐτῇ.

Vers. 9. Quæ illi dicenda sunt, qui sibi temperat ab iniquitate, ut de rebus divinis unice sollicitus Deo ipsi placeat ; ei etiam usurpanda, qui impollutum habet lectum et caste sanctorum ad exemplar cum uxore conjungitur. Quemadmodum curriculum virtutis et pietatis perficienti metas constituere licet, ut dictum est : « Cursum consummavi [91] ; » et alias : « Sine iniquitate cucurri et direxi [92] ; » nam metam contingentis est vox « cucurri : » ita qui Deum sequitur juxta Jeremiam [93] : « Ego autem non laboravi sequens post te ; » et juxta Oseam [94] : « Post Dominum ambulabo ; » et uti loquitur Moyses [95] : « Post Dominum Deum vestrum ambulabitis ; » post Dominum ambulabit donec felicitatis finem assequatur, cum Deum audierit dicentem : « Tu autem stes mecum [96] : » nam non ambulabit tunc eum Deo unitus qui ipsi adhæret. Uniuntur autem cum Deo « odientes malum, adhærentes bono [97], » juxta illud : « Qui adhæret Domino unus spiritus est [98] : » quod perfectius est quam post illum adhærere. Licet enim finem deambulationis consequatur, qui sese applicat ad Dominum, præstantiora tamen sortitur qui adhæret Domino et ita unus cum eo fit spiritus. Cæterum fatetur animam suam post Dominum adhærere « suscipiente eam dextera Dei, » Unigenito scilicet, virtute Dei. Qua propugnante, inanes impetus facient inimici visibiles invisibilesque, nec eum poterunt offendere quem defendet potens Dei manus.

Στ. θ'. Δύναται δὲ ταῦτα λέγειν ὁ ἀνομίᾳ σχολάζων, ἵνα μεριμνῶν τὰ τοῦ Κυρίου ἀρέσῃ αὐτῷ· καὶ ὁ κοίτην ἀμίαντον ἔχων, τῷ κατὰ τοὺς ἁγίους ἄνδρας τιμίως συνεῖναι τῇ γαμετῇ. Ὥσπερ δέ ἐστιν τὸν B τρέχοντα ἐπὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν εὐσέβειαν τέλος ἐπιθεῖναι κατὰ τὸ λεχθέν· « Τὸν δρόμον τετέλεκα. » Καὶ τό· « Ἄνευ ἀνομίας ἔδραμον καὶ κατεύθυνα. » Τελέσαντος γάρ ἐστι τὸ « ἔδραμον· » οὕτως ὁ ἑπόμενος Θεῷ κατὰ τὸν Ἱερεμίαν· « Ἐγὼ δὲ οὐκ ἐκοπίασα κατακολουθῶν ὀπίσω σου. » Καὶ κατὰ τὸν Ὡσηέ· « Ὀπίσω Κυρίου πορεύσομαι· » καὶ καθάφησιν Μωϋσῆς· « Ὀπίσω Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου πορεύσῃ. » Τελέσοι ἂν ποτε τὴν ὀπίσω τοῦ Θεοῦ πορείαν ἐπ' αὐτὸ φθάσας τὸ τῆς μακαριότητος τέλος, ὅτε ἀκούσεται πρὸς Θεοῦ, « Σὺ δὲ στῆθι μετ' ἐμοῦ. » Καὶ ὁ κολληθεὶς τοίνυν ἡνωμένος οὐκέτι πορεύεται, ὥσπερ οὖν ἦνωνται καὶ « οἱ ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρὸν, κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ· » ὁποῖον καὶ τὸ, « Ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστιν· » ὅπερ τελειότερον τοῦ κολληθῆναι ὀπίσω αὐτοῦ. Εἰ γὰρ καὶ τέλος C πορείας τὸ κολληθῆναι ὀπίσω αὐτοῦ, ἀλλὰ κρεῖττον τὸ κολληθῆναι πρὸς τὸν Κύριον, ἐπὶ τὸ ἓν πνεῦμα πρὸς αὐτὸν γενέσθαι. Πλὴν ὡς ἂν ἔχῃ ὁμολογεῖ καὶ κολλᾶσθαι ὀπίσω τοῦ Θεοῦ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, « ἀντιλαμβανομένης τῆς Θεοῦ δεξιᾶς, » ἥτις ἐστὶν ὁ Μονογενὴς, Θεοῦ δύναμις. Ἧς κρατούσης, οἱ ἐχθροὶ μεματαίωνται ὁρατοὶ καὶ ἀόρατοι, μὴ ἔχοντες ἁρπάσαι τὸν ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ φρουρούμενον.

Vers. 11. Hoc est, malarum potestatum ; nam natura vulpes callida et maligna. Cui versui consentit ille : « Convertantur peccatores in infernum [99]. » Pœnas enim designat hic gladius ; manus autem gladii aut pœnarum labores indicant, aut pœnarum ministros, qui et alias « vasa iræ [1] » vocantur. Propter malitiam suam vulpibus assimilantur malæ potestates.

Στ. ια'. Τουτέστι πονηρῶν δυνάμεων, διὰ τὸ πανοῦργον καὶ κακόηθες ἀλώπεκες. Ὅμοιον δὲ τῷ προκειμένῳ καὶ τὸ, « Ἀποστραφήτωσαν οἱ ἁμαρτωλοὶ εἰς τὸν ᾅδην. » Τὴν ἐκεῖ δὲ τιμωρίαν ἡ ῥομφαία δηλοῖ· ταύτης δὲ χεῖρας ἢ τοὺς ὑπ' αὐτῆς πόνους, ἢ τοὺς ὑπηρετοῦντας αὐτῇ, « σκεύη » λεγομένους « ὀργῆς. » Διὰ δὲ τὴν πανουργίαν αἱ πονηραὶ δυνάμεις, ἀλώπεκες λέγονται. D

Vers. 12. Deinceps celebrabunt eum omnes ore sincero, regem vocantes eum, et in salute ejus jurantes, deposita omni calumniatorum formidine, quorum os morte obstructum est : quod quidem ipsi, tot sacerdotibus propter David interfectis, vivo Saulo præstare verebantur.

Στ. ιβ'. Μετὰ παῤῥησίας λοιπὸν ἅπαντες καὶ ὀνομάσουσι βασιλέα, καὶ κατὰ τῆς τούτου σωτηρίας ὀμοῦνται, οὐκέτι δεδειότες (9) τοὺς συκοφάντας, ὧν ἐνεφράγη τῷ θανάτῳ τὰ στόματα· ὃ δὴ ποιῆσαι ζῶντος ἐφοβοῦντο Σαοὺλ, τοσούτων ἀποσφαγέντων διὰ τὸν Δαυὶδ ἱερέων.

[90] Psal. CII, 5. [91] II Tim. IV, 7. [92] Psal. LXVIII, 5. [93] Jer. XVII, 16. [94] Ose. XI, 10. [95] Deut. XIII, 5. [96] Deut. V, 31. [97] Rom. XII, 9. [98] I Cor. VI, 17. [99] Psal. IX, 18. [1] Rom. IX, 22.

(9) Forma Alexandrina pro δεδιότες. Edit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

PSALMUS LXIII.

Στ. γ'. Συστροφὴν τὴν ὁμόνοιαν καλεῖ, καὶ τὴν ἐπὶ κακῷ συμφωνίαν, ἧς ἀντιβολῇ χρείττων ἀποφανθῆναι, οἷον τινὶ τοιχείῳ τῇ θείᾳ κηδεμονίᾳ περιφραττόμενος· συκοφαντίας γὰρ κατ' ἐμοῦ ῥάπτουσι, τὸν κατ' ἐμοῦ πυρσεύοντες πόλεμον. A

Στ. ε'. Ἐξ ἐνέδρας ἐπίασι, τὸν ἐφορῶντα μὴ σκοπεῦντες Θεόν. Καὶ οἱ ἑτερόδοξοί φασι μηδένα εἶναι τὸν καταλαβεῖν δυνάμενον τὴν κεκομψευμένην αὐτῶν καὶ σεσοφισμένην διδασκαλίαν.

Στ. ζ'. « Ἐκλειπόντων ἐρευνᾷν ἐξερευνήσεις, » διὰ τὸ σφόδρα ἐξερευνηκέναι τὴν ἀνομίαν, ὡς καὶ λόγον ἑαυτοῖς κραταιῶσαι πονηρὸν, καὶ παγίδας κρύψαι ἐν τοῖς διηγήμασιν ἑαυτῶν, τῷ δοκεῖν μηδένα φωράσαντα λῦσαι. « Προσελεύσεται ἄνθρωπος » ἀληθινὸς, τὸ κατ' εἰκόνα διασώζων καὶ διαρθρώσας τὸ λόγιος εἶναι καὶ νόησιν ἔχων βαθεῖαν εἰς ἔλεγχον· ὡς ὑψωθῆναι τὸν Θεὸν δρασσόμενον τῶν σοφῶν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν. Οὕτως ἐφανέρωσε Ἐλύμα τοῦ μάγου τὸν δόλον· ὑψοῦται γὰρ Θεὸς δι' ἀνδρῶν ἁγίων τῆς ἀπάτης ἐλεγχομένης, ὡς ἤλεγξε Μωϋσῆς τοῦ Φαραὼ τοὺς ἐπαοιδοὺς καὶ φαρμακούς. Καὶ πάντες τὸν Θεὸν, τῆς « βαθείας » διδομένης « καρδίας » παρὰ τοῦ πάντα ἐρευνῶντος Πνεύματος. B

Στ. η'. Οἱ θεασάμενοι αὐτοὺς τῶν ἐγχειρημάτων διαμαρτόντας, θορύβου καὶ δέους ἐπλήσθησαν, καὶ τὴν θείαν ἐθαύμασαν πρόνοιαν· τοῦτο γὰρ τὰ μετὰ ταῦτα δηλοῖ. Ὡς ἀβλαβῆ τῶν νηπίων τὰ βέλη, οὕτω καὶ τῶν σοφιστῶν ἀδεῆ καὶ πρᾶγμα πικρὸν, ὡς ἀσθενῆσαι τοὺς λόγους αὐτῶν παρὰ τοῖς ἀναλαμβάνουσι τὸν τῆς πίστεως θυρεόν. Διόπερ ἐφοβήθησαν οἱ πάλαι τούτους θαυμάζοντες, τῆς ἀπάτης παυσάμενοι, καθ' ἣν ἐπείσθησαν μήτε πρόνοιαν εἶναι, καὶ τὰ ὄντα ὑπάρχειν αὐτόματα, καὶ ἀνθρώπους εἶναι φύσει ἀγαθοὺς καὶ κακοὺς καὶ ὑφ' εἱμαρμένην τελεῖν. Ὧν δὲ κλονηθέντων, ἐδόξασαν τἀναντία ἐκ τοῦ μεγέθους καὶ κάλλους τῶν κτισμάτων τὸν Δημιουργὸν θεωρήσαντες. C

Vers. 3. Conventum vocat malorum consensum et fœdera, quorum impetus, divina providentia velut munimento circumseptus, feliciter propulit; nam calumnias in me sunt machinati, bellum in me concitaverunt.

Vers. 5. Insidias in me moliti sunt, nec putabant se a Deo perspici. Dicunt etiam heterodoxi neminem esse qui argutas subtilesque ipsorum doctrinas refellere possit.

Vers. 7. « Defecerunt scrutantes scrutinio, » iniquitatem scilicet potissimum scrutati, ita ut sermonem malignum sibi firmarent, et laqueos in narrationibus absconderent; nam putabant neminem fore, qui ea solvat. « Accedet homo » verus, ad Dei similitudinem sapientem altumque animum retinens ac servans, ut cæteros reprehendat: ideoque « exaltabitur Deus, » illusa doctorum malitia. Qua quidem ratione revelavit Elymæ magi dolos [a]: nam Deus exaltatur, confutato errore per sanctos viros, uti Moyses Pharaonis magos et incantatores confutavit. Celebrabunt omnes Deum; ubi « cor altum » dederit qui cuncta perscrutatur Spiritus.

Vers. 8. Qui cum se omni spe dejectos senserint, pudore et terrore afficientur, et divinam mirabuntur providentiam; hoc enim indicant quæ infra habentur. Ut infantium sagittæ inanes factæ sunt, ita frangetur et sophistarum impietas et res amara, refellenturque sermones eorum ab hominibus fidei scuto armatis. Quapropter timuerunt qui prius istos mirabantur, depulso errore, quo putabatur providentiam esse nullam, et sui juris esse quisque, et homines natura bonos malosve esse, et fato destinari cuique suum finem: quibus autem lapsis, res aliter se haberi intellexerunt, per creaturarum pulchritudinem et majestatem perspecto Creatore.

PSALMUS LXIV.

Στ. α'. Εἴρηται δὲ πρότερον, ὡς πρᾶξιν μὲν ὁ ψαλμὸς, θεωρίαν δὲ ἡ ᾠδὴ δηλοῖ (10)· ὁ θεωρητικὸς γὰρ ἅμα τῷ πρακτικῷ θεωρούμενος βίῳ, ἄνδρα τέλειον ἀποδείκνυσιν.

Στ. ε'. Ὁ ἐκλεγεὶς δι' ἁγιότητα, ἐὰν ἐπιμείνῃ τῇ ἐκλογῇ, προσλαμβάνεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὡς μετοικισθέντα τοῦ περὶ γῆν τόπου, κατασκηνῶσαι ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ ἐκλεξαμένου, περὶ ὧν εἴρηται· « Εἰσέλθατε εἰς τὰς αὐλὰς αὐτοῦ ἐν ὕμνοις. » Ὧν ἀπ' ἐντεῦθεν πόθον τις ἔχων εἶπεν· « Ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου. » Καὶ ἐπεὶ οὐκ ἐν ταῖς αὐλαῖς τὸ τῆς μακαριότητος τέλος, κατασκηνοῖ ἐν αὐταῖς ὁ ἐκεῖ παραληφθεὶς, ἵνα προκόψας ἐπ' αὐτὸν τὸν οἶκον κατοικεῖ (11) μακαριζόμενος· « Μακάριοι γὰρ οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ σου, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων αἰνέσουσίν σε. » Ὅτι τελειό- D

Vers. 1. Jam supra notavimus psalmos ad informandos mores referri, carmina autem ad illustrandam mentem; nam perfectum probat virum, qui mente simul et moribus præstat.

Vers. 5. Qui propter sanctitatem electus fuerit, si acceptam gratiam retinuerit, assumetur a Deo, ut terrestria deserens, cœlestibus in eligentis « atriis inhabitet; » de quibus dictum est [b]: « Introite atria ejus in hymnis; » quorum cupidine Psalmista affectus, « Concupiscit, » ait, « et deficit anima mea in atria ejus [c]. » Et cum istis in atriis non reperiatur felicitatis finis, inhabitat in eis hic assumptus, ut magis ac magis proficiens postea in beatitudinis domum admittatur; nam « Beati qui habitant in domo tua; in sæcula sæculorum laudabunt te [d]. » Quod autem minus sit eligi quam ab eligente assumi, manifestius

[a] Act. XIII, 8 et seq. [b] Psal. XCIX, 4. [c] Psal. LXXXIII, 3. [d] ibid., 5.

(10) In titulo psalmi quarti.

(11) Lege κατοικῇ. EDIT.

Digitized by Google Распознавание текста

apparet ex illo : « In consilio tuo deduxisti me. et cum gloria assumpsisti me [6]. » Cum enim, qui electus est, vitam suam juxta Dei consilia informat, tunc cum gloria ad promissam beatitudinem assumetur. Usurpant hæc verba qui vita defunctos laudibus celebrant.

τερον τοῦ ἐκλεγῆναι τὸ προσληφθῆναι ἐκ τοῦ ἐκλεξαμένου. δῆλον ἐκ τοῦ· « Ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με, καὶ μετὰ δόξης προσελάβου με. » Ὅταν γὰρ ὁ ἐκλεγεὶς πάντα κατὰ βούλησιν Θεοῦ πράττῃ, τότε μετὰ δόξης εἰς τὰς ἐπαγγελίας προσλαμβάνεται. Τὰς δὲ λέξεις ταύτας προφέρουσιν οἱ τοὺς ἀπαλλαγέντας τοῦ βίου δοξολογοῦντες.

Vers. 8. Quomodo non timerent ac perturbarentur omnes, dum oracula confunduntur, dæmones magiam veneficiaque commendantes, et ipse Satanas, cui competit imperium mortis ? Non fugiebat sane per signa de ipsius divinitate edoctos, eum omnia de cœlis providere, legibusque suis astrorum ortus dirigere et occasus; nam « exitus matutini » siderum ortus, « et vesperæ » eorumdem occasus. Quibus si fidem adhibueris, « delectaberis » recta agendo, agnoscens eum qui homo factus est, et nos ab erroris servitio liberavit.

Στ. η'. Πῶς δὲ οὐκ ἐφοβοῦντο πάντες καὶ ἐταράσσοντο χρηστηρίων καταλυθέντων, καὶ τῶν ἰατρείαν καταγγελλομένων δαιμόνων μαγείας τε καὶ φαρμακείας καὶ αὐτοῦ τοῦ Σατανᾶ, τοῦ τὸ κράτος ἔχοντος τοῦ θανάτου; Ἀμέλει διὰ τῶν σημείων γνόντες αὐτοῦ τὴν θεότητα λοιπὸν ἔγνωσαν, ὡς καὶ τῶν κατ' οὐρανῶν αὐτὸς προνοεῖ· νόμοις αὐτοῦ ἀνατέλλει τὰ ἄστρα καὶ δύεται, « ἐξοδοι γὰρ πρωΐας » μὲν αἱ ἀνατολαί· « ἑσπέρας δὲ » αἱ δύσεις, ἐφ' αἷς οἱ πιστεύοντες τέρπονται ταῦτα ποιεῖν, ἐγνωκότες τὸν γενόμενον ἄνθρωπον καὶ τῆς ἀπάτης ἐλευθερώσαντα.

Vers. 10. Pluviam dedit Deus spiritualem, matutinam quidem per Vetus, et vespertinam per Novum Testamentum ; inebriataque est per ipsam quæ hic per allegoriam terra vocatur : ditata est scilicet hominis anima, Deo ipso replente eam in « omni verbo, et in omni scientia [7], » et in bonis operibus. Dei flumen et fons vitæ Verbum ejus. Apud Deum esse Verbum fontem declarat illud [8] : « Quoniam apud te est fons vitæ » flumen repertum, quo mentem animosque irrigas. Non enim lætificant civitatem Dei, nempe Ecclesiam, impetus et doctrinæ partito traditæ ; et cum « in ipso inhabitet plenitudo divinitatis, aquis repletus est, uti de eo dictum est [9] : « Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis. » His aquis, quibus repletum est flumen, potat omnis creatura mente prædita. Quinimo « cibum » habet divinitus præparatum, semen centuplum fructum afferens [10]. Quo flumine « inebriantur rivi terræ, » spirituali aratro effossæ, bibentes in lætitia, ita ut crescant et multiplicentur genimina justitiæ, de quibus scriptum est [11] : « Seminate vobis in justitia, vindemiate in fructum vitæ ; » et rursus : « Quærite Dominum donec veniant in vos genimina justitiæ. » Imo cum non flumine tantum « inebrientur terræ rivi, » sed et spirituali pluvia quam pluunt nubes, juxta illud, « Et nubes pluant justitiam [12], » lætatur germinans terra in stillicidiis, in verbis scilicet et sententiis divinarum Scripturarum quibus illuminatur.

Στ. ι'. Ὑετὸν πνευματικὸν διδοὺς, πρώϊμον μὲν διὰ τῆς Παλαιᾶς, ὄψιμον δὲ διὰ τῆς Καινῆς Διαθήκης· δι' ὃν μεθυσθεῖσα ἡ ἀλληγορουμένη γῆ. Ψυχὴ δὲ ἀνθρώπου αὕτη ἐπλουτίσθη, « παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει » καὶ ἔργοις ἀγαθοῖς πληθύνοντος αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ. Θεοῦ ποταμὸς καὶ ζωῆς πηγὴ ὁ Λόγος αὐτοῦ. Καὶ ὅτι τάχα πρὸς Θεὸν ὁ Λόγος πηγή· ὅτι « παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς » ποταμὸς εὑρισκόμενος, ὅτε τὴν κτίσιν ποτίζει τὴν λογικήν. Οὗ δὴ τὰ ὁρμήματα, καὶ αἱ κατὰ μέρος διδασκαλίαι εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ τὴν Ἐκκλησίαν· καὶ ἐπεὶ « τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος ἐν αὐτῷ κατοικεῖ, » πεπληρωμένος ὑδάτων ἐστὶν, καθ' ὃ λέγεται περὶ αὐτοῦ· « Ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. » Ἐκ τούτων τῶν ὑδάτων, ὧν πλήρης ὁ ποταμός ἐστιν, ποτίζεται πᾶσα ἡ λογικὴ κτίσις. Ἀλλὰ καὶ τροφὴν ἔχει θεόθεν ἑτοιμαζομένην, σπείροντος σίτου σπορὰν ἑκατονταπλασίονα καρποφοροῦσαν. Ἐκ τούτου τοῦ ποταμοῦ οἱ αὔλακες τῆς γῆς, ἐφ' ἣν βέβληται τὸ πνευματικὸν ἄροτρον, μεθύσκονται πίνοντες ἐπ' εὐφροσύνῃ, ὡς καὶ τὰ γενήματα τῆς δικαιοσύνης αὐξανόμενα ἐν αὐτῇ πληθύνεσθαι, περὶ ὧν εἴρηται· « Σπείρατε ἑαυτοῖς εἰς δικαιοσύνην, τρυγήσατε εἰς καρπὸν ζωῆς· » καὶ ἔτι· « Ἐκζητήσατε τὸν Κύριον ἕως ἔλθῃ ὑμῖν γενήματα δικαιοσύνης. » Καὶ ἐπεὶ μὴ ἐκ τοῦ ποταμοῦ μόνον μεθύουσιν οἱ τῆς γῆς αὔλακες, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ πνευματικοῦ ὑετοῦ ὃν βαίνουσιν αἱ νεφέλαι, κατὰ τὸ, « Καὶ αἱ νεφέλαι βαινέτωσαν δικαιοσύνην, » εὐφραίνεται ἀνατέλλουσα ἡ γῆ ἐν ταῖς σταγόσιν ταῖς ἐπ' αὐτὴν ἐρχομέναις, ταῖς τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν λέξεσιν καὶ νοήμασιν.

Vers. 14. Quidam existimant per valles animas designari ad terram depressas, quod nulla sublimitate emineant ; istæ frumento abundant de quo fingendus panis. Ita : « Aperi oculos tuos, et implere panibus [13]. » Animæ enim oculi ubi aperti

Στ. ιδ'. Τινὲς δὲ κοιλάδας τὰς τεταπεινωμένας εἶπον ψυχὰς, τῷ μηδὲν ἔχειν ἔπαρμα, αἵτινες σῖτον ἐπλήθυναν ὃν ἀρτοποιῆσαί τις δύναται. Καὶ τό· « Διάνοιξον τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἐμπλήσθητι ἄρτων. » Ψυχῆς γὰρ ἀνοιχθέντες ὀφθαλμοὶ φωτὸς

[6] Psal. LXXII, 24. [7] I Cor. I, 5. [8] Psal XXXV, 10. [9] Joan. I, 14. [10] Luc. VIII, 8. [11] Ose. X, 12. [12] Isa. XLV, 8. [13] Prov. XX, 13.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

μεταλαμβάνουσι γνώσεως· οὗ δὴ γεγονότος οἱ ἄρτοι πληθύνονται, αἱ πρακτικαὶ ἀρεταὶ, τρέφοντες τὸν ἔσω ἄνθρωπον. — Ὁ νυμφίος ἐν τῷ Ἄσματι τῶν ἀσμάτων φησὶν, ὃς ἐστιν ὁ Σωτήρ· « Ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων. » Πεδίον τῶν περὶ γῆν τόπων εἶπὼν, οὗ γέγονεν ἄνθος, ὡς ἂν ἀρχὴν καρποφορίας οἱ ἄνθρωποι λάβωσιν. Κοιλάδας δὲ τὰς ἐν ᾅδου ψυχὰς, αἷς γέγονε κρίνον νέκρωσιν ἀναλαβών. Καὶ κόκκος δὲ γέγονεν σίτου, ὡς αὐτὸς εἶπεν· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ πεσὼν ἀποθάνῃ, πλείονα καρπὸν φέρει. » Διὰ τοῦ θανάτου τοίνυν πλείονα ποιήσας καρπὸν, καὶ ἐν ᾅδου γέγονεν αἴτιος ταῖς κοιλάσι πληθῦναι σῖτον.

A sunt, luce scientiæ illustrantur : quo autem facto multiplicantur panes, virtutes scilicet, quibus homo intus alitur. — In Cantico canticorum [14] dicit sponsus, qui non alius ac Salvator : « Ego flos campi, lilium convallium. » Campum vocat terram, ubi flos germinat, ut homines et ipsi fructus ferre incipiant. Valles autem indicant hic animas in infernis degentes, quarum lilium factus est, induta morte. Factus est etiam granum, uti ipse docet [15] : « Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet ; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert : » per mortem igitur fructus plures fecit, et in infernis causa fuit cur valles frumento abundarent.

Ἰστέον δὲ ὡς τινες τῶν συγγραφέων μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον εὐετηρίαν ἔφασαν γεγονέναι, καὶ πλῆθος ὄμβρων καὶ πολὺν ῥεῦσαι τὸν Ἰορδάνην, ὃν ἔφασαν εἰρῆσθαι τοῦ Θεοῦ ποταμόν. Καίτοι γεγονότες ἐν πλείστῃ πενίᾳ, καθάπερ Ἔσδρας ἐδίδαξεν, καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως ἀπαιτούσης ἀκόλουθα τὰ λοιπὰ τοῦ ψαλμοῦ. Οἱ δὲ μυθικῶς φασιν ἔσεσθαι ταῦτα μετὰ τὴν Ἰουδαίων ἐν ἐσχάτοις ἀνάκλησιν οἰκοδομηθησομένοις τὴν Ἱερουσαλήμ.

B Memoratu dignum nonnullos fuisse scriptores qui assererent Judæis de Babylone reducibus annum extitisse frugibus abundantem, et imbribus celebrem, et Jordanem tunc crevisse, quem contendunt flumen Dei vocari. At contra, summa afficiebantur penuria Judæi, teste Esdra, et ad gentium vocationem referendæ sunt cæteræ psalmi partes. Alii falso hæc perficienda dicunt, cum in ultimis temporibus Judæi rursus ad incolendam Jerusalem convocabuntur.

PSALMUS LXV.

Στ. α'. Ἀλαλάζουσι δὲ κατὰ τῶν ἐαλωκότων οἱ νενικηκότες ἀσήμῳ καὶ μεγίστῃ φωνῇ. Ἐπεὶ τοίνυν χάριτι Θεοῦ τοῦ Σωτῆρος ὑπὲρ παντὸς γευσαμένου θανάτου οἱ νεκροὶ ἐγείρονται, καταλυθέντος τοῦ διαβόλου τοῦτο κράτος ἔχοντος τοῦ θανάτου, προστάττει (12) ἀλαλάξαι τῷ Θεῷ πᾶσα ἡ γῆ, πάντων ἐγειρομένων δικαίων τε καὶ ἀδίκων. Ἀλλὰ καὶ τῆς κατὰ μετάνοιαν ἀναστάσεως πᾶσι προκειμένης πάντες ἀλαλαζέτωσαν. Πρὸς ἕκαστον γὰρ λέγεται· « Μή τι ὁ πεσὼν οὐκ ἀνίσταται ; » καὶ πρὸς ἅπασαν τὴν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίαν ὁ Κύριος λέγει· « Ἀνάστα, ἐλθὲ, ἡ πλησίον μου. » Ὁ γὰρ ἀναστὰς διὰ τῆς μετανοίας, οὐκέτι πόρρω Χριστοῦ. Γενομένης δὲ τῆς ἐν ἀλαλαγμῷ κατὰ τῶν ἡττημένων φωνῆς, οἱ ἐλευθερωθέντες προστάττονται τῷ τῆς νίκης αἰτίῳ ψάλαι Θεῷ. Δόξαν δὲ δίδωσιν αἰνέσει αὐτοῦ. Ὁ ἔχων τῇ αἰνέσει πρᾶξιν κατάλληλον. Τοῖς γὰρ εὐθέσι πρέπει αἴνεσις. Διὸ κωλύεται ὁ φαῦλος τοῦτο ποιεῖν, οὐκ ὄντος ὡραίου αἴνου ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ.

Vers. 1. Jubilant adversus captivos victores festiva et summa voce. Cum igitur gratia Dei Salvatoris pro omnibus mortem gustantis mortui resurgunt, victo diabolo cui imperium mortis competit, jubet Psalmista omnem terram Deo jubilare ; C omnes enim resurgunt justi simul et injusti. Jubilent præsertim omnes, cum omnibus illa resurrectio contingat quæ per pœnitentiam fit. Ad omnes enim homines dictum est [16] : « Nunquid qui cadit non resurgit? » Ad omnem Ecclesiam de gentibus conversam ait Dominus [17] : « Surge, veni, proxima mea. » Non enim abest longe a Christo, qui per pœnitentiam resurrexit. Resonantibus igitur adversus victos in jubilatione cantibus Deo victoriæ auctori jubentur psallere qui liberati fuerunt. Dat gloriam laudi ejus, qui operibus Deum laudat. Nam sanctos decet laudatio. Ideo prohibetur malus ne illud præstet, cum intempestivæ sint laudes in ore peccatoris.

Στ. ς'. Διελέγχει δὲ ταῦτα τοὺς ἄλλον μὲν λέγοντας εἶναι τὸν ἐκεῖνα ποιήσαντα, ἄλλον δὲ τὸν ἐν Εὐαγγελίοις θαυματουργήσαντα. Ἰησοῦς γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ τὸν λαὸν ἔσωσεν, ὡς ἐν Ἐπιστολῇ φησιν ἀποστολικῇ. Πῶς δὲ οὐ θείας ὄντως βουλῆς, ἁγνείαν καὶ ἀκτημοσύνην καθὸ δὴ κατορθοῦσθαι τρόπον; Κυματούμενα γὰρ τὰ πάθη μετέβαλεν βαλὼν πῦρ ἐπὶ γῆς Λόγον ξηραίνοντα πᾶσαν ὑγρότητα, ὡς βαδίζειν εὐχερῶς τὴν ὁδὸν, οὕτω συμβολικῶς ὁ Πέτρος ἐπὶ θαλάσσης ἐβάδισεν, τῷ Σωτῆρι πιστεύσας· ὁ δὲ ποταμὸς, Λόγος ἐστὶν ὠχυρωμένος Ἑλληνικῇ σοφίᾳ καὶ τέχνῃ, κωλύων τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ τὴν ἁγίαν ἀπ-

D Vers. 6. Confutat his verbis illos qui contendunt ab alio ista miracula facta esse, et ab alio illa quæ in Evangeliis narrantur. Nam Jesus populum de terra Ægypti salvavit, uti in Apostolica Epistola legitur [18]. Quare autem dedecerent divinum consilium quæ circa dirigendos castos pauperesque versantur ? Nam undabundas cupiditates arefecit, ignem mittens in terram, Verbum siccans omnem humiditatem, ita ut facilis cuique pateat transitus. Eadem ratione ambulavit Petrus super aquas ad majora innuenda, Christo confidens : flumen autem nihil aliud est præter Verbum Græca sapientia et arte

[14] Cant. II, 1. [15] Joan. XII, 24. [16] Jer. VIII, 4. [17] Cant. II, 10. [18] Jud. 5.

(12) An προστάττεται ? Edit.

Digitized by Google Распознавание текста

innixum, et viam occupans quæ ad sanctitatem ducit. Quod flumen in primis convertit, sapientes in malitia eorum confundens; et ita aridum effecit illud, ut sanctitatem inquirentibus facile transitu fuerit.

A ἀγουσαν γῆν. Ἀλλὰ καὶ τοῦτον μετέστρεψεν δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, καὶ βάσιμον ἀπειργάσατο τοῖς πορευομένοις εἰς ἁγιότητα.

Vers. 7. Exasperat omnis virtus adversa; nam gentes legibus meis direxi, terrens eas quæ mihi adversantur, confirmans autem deficientes ad me. « Oculi ejus, » inquit, « super gentes respiciunt, » providentiam Dei innuens.

Στ. ζ'. Καὶ ἡ δύναμις δὲ πᾶσα ἡ ἐναντία παραπικραίνει· τοῖς γὰρ ἔθνεσι τοῖς ἐξ αὐτῶν ἀφισταμένοις ἠπείλουν, ἃς δὲ φοβῶν, παραθαρρύνων δὲ τοὺς ἀφισταμένους αὐτῶν. « Οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ τὰ ἔθνη, » φησὶν, « ἐπιβλέπουσιν, » τὴν ἐκ Θεοῦ σημαίνων φρουράν.

Vers. 9. Non dantur in commotionem pedes hominis sancti, quando firmatur super infractum et firmissimum Dei verbum: ita ut gratias agendo dicat: « Statuisti super petram pedes meos [19]. » — Ponitur ad vitam anima ejus qui finem contingit, fidei salutem; et confidenti voce poterit hic contendere [20]: « Et anima mea ipsi vivit. » Vivit autem anima virtutibus et sapientia ornata; nam peccando moritur anima. Qua de causa Deo dicit: « In justitia tua vivifica me [21]. » Non commoventur igitur pedes hominis firmissimo Dei verbo innixi.

Στ. θ'. Οὐ δίδονται εἰς σάλον οἱ πόδες τοῦ ἔσω ἀνθρώπου, ὅταν τις ἰδρυνθῇ ἐπὶ τὸν ἀῤῥαγῆ καὶ ἰσχυρώτατον τοῦ Θεοῦ λόγον· ὡς χαριστηρίως εἰπεῖν· « Ἔστησας ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου. » — Τίθεται δὲ εἰς ζωὴν ἡ ψυχὴ τοῦ τέλος κομιζομένου τῆς πίστεως σωτηρίαν· ὡς εἰπεῖν πιστῇ προθέσει· « Καὶ ἡ ψυχή μου αὐτῷ ζῇ. » Ζῇ δὲ ψυχὴ ἀρετὴν ἔχουσα καὶ σοφίαν· ὡς, ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα ἀποθανεῖται. Ὡς εἰπεῖν τῷ Θεῷ· « Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ζῆσόν με. » Οὐ σαλεύεται δὲ τοὺς πόδας ὁ τῷ ὀχυρωτάτῳ τοῦ Θεοῦ λόγῳ ἐνιδρυθείς.

Vers. 11. Nam nisi per tribulationes multas in cœlorum regnum non intrabimus [22]. At licet « homines super capita nostra » imposueris, persuasum tamen habemus nos illa, dejectis inimicis, per patientiam in sublime erecturos.

Στ. ια'. Διὰ γὰρ πολλῶν θλίψεων εἰσελθεῖν δεῖ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἀλλ' εἰ καὶ « ἐπεβίβασας ἀνθρώπους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς ἡμῶν, » ἀλλ' οὖν θαῤῥοῦμεν διὰ ὑπομονῆς μετεωρίσαι αὐτὰς, καταστρωμένων ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐπικειμένων πολεμίων ἀνθρώπων.

Vers. 17. Nulla voce prolata tacite mente exaltavi illum. — Nam ubi me talibus rationibus purgatum perspexit Deus, liberaliter donavit me donis suis. — Hæc verba, « iniquitatem non aspexi in corde meo, » consentiunt cum illo magni Pauli effato: « Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum [23]. » Nam multa perspicit Deus quæ nos fugiunt: haud aliter sonat illud: « Delicta quis intelliget? ab occultis meis munda me [24]. »

Στ. ιζ'. Ἄνευ προφορᾶς ἐν διανοίᾳ κατὰ τὸ σωπώμενον ὕψωσα. Καθαρεύοντα γάρ με τοιούτων λογισμῶν θεασάμενος, φιλοτίμως τῶν οἰκείων ἠξίωσε δωρεῶν. Καὶ τὸ « μὴ θεωρεῖν δὲ ἀδικίαν ἐν τῇ καρδίᾳ, » σύμφωνον τῷ· « Οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι, » καθὰ Παῦλος ὁ μέγας φησὶ, τῷ δύνασθαι τὸν Θεὸν ὁρᾶν, ἅπερ ἡμεῖς οὐχ ὁρῶμεν· ὅμοιον καὶ τὸ, « Παραπτώματα τίς συνήσει; ἀπὸ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με. »

PSALMUS LXVI.

Vers. 2. Illuminat vultum super nos rerum omnium Creator, quando nos benedictione et miserationibus repleverit, quando apparebit nobis character hypostaseos ejus, et apparuerit eis qui tanto munere digni sunt, uti dicit ipse de hominibus mandata ejus servantibus. Cum enim sit imago Dei invisibilis Christus, qui ei mente pura adhæret, videt Patrem: nam, « Qui videt me, » inquit, « videt et Patrem [25]. » Tunc bene agentium miserebitur, et benedicet eos « in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo [26]. »

Στ. β'. Ἐπιφαίνεται δὲ τὸ πρόσωπον τοῦ πάντων Δημιουργοῦ τῷ πληροῦν ἡμᾶς εὐλογίας καὶ οἰκτιρμῶν, ἐπιφανέντος ἡμῖν τοῦ χαρακτῆρος τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, καὶ ἐμφανίσαντος τοῖς ἀξίοις, ἧ φησιν αὐτὸς περὶ τοῦ τηροῦντος τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. Ἐπεὶ γὰρ εἰκών ἐστι τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, ὁ νῷ καθαρῷ προσδάλλων αὐτῷ, ὁρᾷ τὸν Πατέρα· « Ὁ ἐμὲ » γὰρ, φησὶν, « ἑωρακὼς, ἑώρακε τὸν Πατέρα. » Τότε τοὺς εὐεργετουμένους οἰκτείρει καὶ εὐλογεῖ « πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. »

Vers. 3. Cognita in terra via Domini, et perspecto in omnibus gentibus salutari ejus, liberatæ ab omni malitia et ab idolorum cultu, moresque ad virtutem informantes gentes lætantur, et exsultant accepta Dei veri notitia. — Eosdem designant hic voces « populi » et « gentes; » nam populi vocantur ii qui de circumcisione, et gentes qui de gentibus, veram fidem professi sunt. Lætentur isti

Στ. γ'. Γνωσθείσης δὲ τῆς ὁδοῦ ἐν τῇ γῇ, καὶ τοῦ σωτηρίου τοῦ Θεοῦ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ἐλευθερωθέντα πάσης κακίας καὶ πολυθέου ἀπάτης, τὰ ἔθνη εὐφραίνεται κατορθοῦντα ἠθικὴν ἀρετὴν, καὶ ἀγαλλιᾶται λαβόντα Θεοῦ γνῶσιν. — « Λαοὶ » δὲ καὶ « ἔθνη » ἐκ παραλλήλου οἱ αὐτοί. Οἱ λαοὶ μὲν, οἱ ἐκ περιτομῆς· ἔθνη δὲ, οἱ ἀπὸ ἐθνῶν· τοὺς αὐτοὺς λέγει. Δίκαιον αὐτοὺς, φησὶν, εὐφραίνεσθαι, ἐπείπερ

[19] Psal. xxxix, 3. [20] Psal. xxi, 31. [21] Psal. cxviii, 40. [22] Act. xiv, 21. [23] I Cor. iv, 4. [24] Psal. xviii, 13. [25] Joan. xiv, 9. [26] Ephes. i, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

μετὰ πάσης ὀρθότητος δικάσαι, αὐτοῖς ἀδικουμένοις, ἐπανάγεις τε αὐτοὺς καὶ ἄγεις εἰς τὴν οἰκείαν γῆν ὥσπερ ὁδηγὸς αὐτοῖς γιγνόμενος, διὰ τὸ ἐπανάγειν τῇ οἰκείᾳ δυνάμει.

Στ. ς'. Πῶς γὰρ οὐκ ἤμελλε πᾶσα ἡ γῆ, τουτέστιν οἱ ἐπ' αὐτῆς ἄνθρωποι, αἰνέσεως πληροῦσθαι, καὶ καρπὸν εὐσεβείας φέρειν, ἐν παντὶ τόπῳ προσαγομένου θυμιάματος καὶ θυσίας καθαρᾶς ἐν τοῖς ἔθνεσιν;

A oportet, inquit, cum Deus peccata eorum cum omni æquitate judicaverit, eosque ad patriam perduxerit, velut dux eorum ideo factus, quod eos virtute sua dirigeret.

Vers. 6. Quo enim pacto non benedixisset ei, dedissetque fructum omnis terra, hoc est, omnes qui incolunt illam, quando in omni loco incensum offertur nomini Dei, et sacrificium mundum in gentibus [27]?

PSALMUS LXVII.

Στ. β'. Ἥδε προσευχὴ ῥήμασι προστακτικοῖς ἀναπέμπεται. Σύνηθες τοῦτο καὶ τῇ Γραφῇ. Λέγοις δ' ἂν ἐχθροὺς Θεοῦ σκορπιουμένους τοὺς περὶ τὴν γνῶσιν ἀσεβοῦντας τῆς ἀληθείας· μισοῦντας δὲ φυγάδας ἐσομένους τοὺς περὶ πρακτικὰ ἁμαρτάνοντας. Οἱ γὰρ ἀγαπῶντες τὸν Θεὸν, τηροῦσι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. Εὔχοιτο δ' ἂν καὶ ἀναστῆναι τὸν κατελθόντα σκυλεῦσαι τὸν ᾅδην ἐπὶ τῷ σκορπίσαι τοὺς μετὰ δαιμόνων Ἰουδαίους συνεστηκότας· ἀναστάντι γὰρ ἀντιβλέπειν οὐκ ἔχοντες φεύξονται. Μισοῦντας δὲ Θεὸν φεύγοντας « ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ » τοὺς περὶ πρακτικὴν κακίαν ἔχοντας· εἰ γὰρ ὁ ἀγαπῶν αὐτὸν τηρεῖ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ὁ μὴ τηρῶν αὐτὰς οὐκ ἀγαπᾷ τὸν Θεόν. — Ἐχρησμῳδοῦντο κατὰ πάντα τόπον μαντείας καὶ θεραπείας ἐπαγγελλόμενοι, ὡς τοὺς δεισιδαίμονας θύειν αὐτοῖς δι' ὑπερβολὴν μανίας καὶ τὰ αὐτῶν φίλτατα. Νῦν δὲ ἐκείνων πάντων ἀφανισμὸς καὶ ἐρημία ἀπωλείας γέγονεν, ὡς μηδὲ μνήμην αὐτῶν ἐπιλείπεσθαι.

B

Vers. 2. Hortando precatur hic Psalmista, quod sæpius in Scripturis occurrit. Per dissipandos illos inimicos innuuntur, ni fallor, qui circa veritatis doctrinam errant. Nec alieni sunt qui oderunt et fugient ab hominibus vita moribusque peccantibus; nam qui diligunt Deum, servant mandata ejus. Optat fortasse ut exsurgat qui ad inferos spoliandos descenderat, et Judæos dissipet dæmonum partes professos; nam exsurgentem cum sustinere non poterunt, fugient. Odisse Deum et « a facie ejus » fugere ait eos qui moribus peccant; nam si mandata ejus servat, qui diligit eum, illa negligat oportet, qui eum non diligit. — Omnibus in locis, quibus prophetizabant et colebantur, dictitabant usque dæmones eo dementiæ delapsos esse asseclas suos, ut vel charissima ipsis offerrent. Nunc autem evanuerunt illi omnes, et ita perierunt, ut nec memoria eorum maneat.

Στ. δ'. Ὁποῖον δέ ἐστιν τὸ μὴ ἁπλῶς εὐφραίνεσθαι καὶ ἀγαλλιᾶν, ἀλλ' « ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, » καὶ παρὰ τῷ Θεῷ τούτων ἀπολαβεῖν, ἡδονῇ τε θείᾳ καὶ ἐντρυφᾷν, οὐκ ἔστιν ἐπαξίως λόγῳ διηγήσασθαι. — Ἡ δικαιοσύνη γὰρ οὐκ ἀπόλλυται, καθάπερ οὖν ἡ κακία. Γέγραπται γὰρ, « Ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα. » Συνῳδὸν δὲ τούτοις καὶ τό· « Ὥσπερ ὄμφαξ ὀδοῦσι βλαβερὸν, καὶ καπνὸς ὄμμασιν, οὕτω παρανομία τοῖς χρωμένοις αὐτῇ. » Τροπικῶς γὰρ ὀδόντες ψυχῆς, αἱ δυνάμεις αἷς τέμνει καὶ λεαίνει τὰς τροφὰς τὰς πνευματικὰς, καὶ ὄμματα αἱ νοήσεις· ἀμφοτέραις ἡ κακία λυμαίνεται, τῆς οὐσίας τῆς ψυχικῆς ἀδιαφθόρου μενούσης. Οὐδὲ γὰρ ὁ τηκόμενος κηρὸς, εἰς τὸ μὴ ὂν καταστρέφει, εἰς δὲ τὴν τοῦ πυρὸς ἀναδίδοται οὐσίαν, ἀπολλυμένης αὐτοῦ τῆς ποιότητος, ὥσπερ τῆς καθ' ἣν τίς ἐστιν ἁμαρτωλός. Οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν ἀπόλλυσθαι τοὺς ἁμαρτωλοὺς, ἀλλὰ πρὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. Ἀγαλλίασις, χαρά τις οὖσα, « καρπός ἐστι τοῦ πνεύματος, ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη. » Εὐφροσύνη δὲ ἡ διαχέουσα τῆς ψυχῆς τὸ φρονοῦν εὐπάθεια.

C

Vers. 4. Nemo est qui digno sermone exprimere valeat, quid sit jam lætari et exsultare modo, sed « in conspectu Dei » exsultare, Deo lætificante, et divina lætitia inebriari. — Non perit enim justitia, uti malitia. Nam scriptum est [28]: « Justitia ejus manet in sæculum sæculi. » Cui loco consentit et ille: « Sicut uva acerba dentibus noxia, et fumus oculis, sic iniquitas eis qui utuntur ea [29]. » Nam per figuram vocantur dentes animæ, facultates, quibus spiritualem cibum dividit et terit, et oculi dicuntur cogitationes ejus: quæ quidem malitia corrumpuntur, ipsa autem animæ substantia incorrupta manet. Nam nec liquefacta cera omnino tollitur, sed in ignis substantiam mutatur, pereunte qualitate; ita perit qualitas illa juxta quam peccator quis est. Non dixit enim simpliciter peccatores perire, sed eos a facie Dei perire. Exsultatio, cum gaudium quoddam sit, fructus est spiritus; nam « fructus spiritus est charitas, gaudium, pax [30]. » Lætitia autem, perfundens animæ sensus dicitur voluptas.

D

Στ. ε'. Οὐκ ἂν δέ τις πράξει τὸ ἀγαθὸν, μὴ ἀποστὰς τοῦ κακοῦ· ἀσυνύπαρκτα γάρ· οὐδ' ἂν ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης φωτίζοιτο, μετέχων ἔτι « τοῦ μετασχηματιζομένου εἰς ἄγγελον φωτὸς » καὶ τὸν ἥλιον ὑποκρινομένου τῆς δικαιοσύνης, καλουμένου δὲ φωτὸς ἀσεβείας. « Φῶς γὰρ ἀσεβῶν σβεσθήσεται. » Τούτου γὰρ καταδυομένου, ἐκεῖνος ἐν ταῖς ἡμῶν ἀνίσχει

Vers. 5. Non facies bonum, nisi prius a malo recesseris: nam una in mente hæc simul subsistere nequeunt; nec justitiæ sole illustraberis, donec ei adhæseris, qui se « in angelum lucis transfigurat [31], » et solem justitiæ simulat, ipse autem lux impietatis vocatur. « Nam lux impiorum exstinguetur [32]. » Qua occidente, oritur ille sol in cordibus nostris,

[27] Mal. I, 11. [28] Psal. CX, 3. [29] Prov. X, 26. [30] Gal. V, 22. [31] II Cor. XI, 14. [32] Prov. XIII, 9.

Digitized by Google Распознавание текста

« ascendens super occasum » prioris ; nam iter præparat ei malo diei occasus. Quapropter ejectus est Adam e paradiso, ad orientem condito, ut rursus ad orientem adducatur : quod etiam Christus fecit, pœnitentiam agenti cum dicit latroni : « Hodie mecum eris in paradiso [35]. »

A καρδίαις, « ἐπιβαίνων ταῖς ἐκείνου δυσμαῖς · » ἐξ ἧς γὰρ εὐτρεπὴς αὐτῷ τῆς φαύλης ἡμέρας ἡ δύσις. Ἔνθα ἐκβέβληται τοῦ κατὰ ἀνατολὰς πεφυτευμένου παραδείσου Ἀδάμ, ἐπὶ τῷ πάλιν εἰς ἀνατολὰς αὐτὸν εἰσαχθῆναι. Ὅπερ καὶ πεποίηκεν ὁ Χριστὸς τῷ μετανοοῦντι ἓν φήσας λῃστῇ · « Σήμερον ἔσῃ μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ. »

Vers. 6. Lætificat ita homines Satanæ imperio oppressos, dum salvatorem eis denuntiat. Quam citissime igitur priorem patrem derelinquamus, qui nos secundum malitiam peperit, et hominem inique nobiscum conversantem, ut Patrem habeamus Deum divinis nos donis ditantem. — « Locum Dei sanctum » constituit Ecclesia a Christo sanctificata, imo fidelis quilibet, aut sanctum ejus corpus anima et ratione præditum.

Στ. ς'. Εὐφραίνει γὰρ τοὺς κατακυριευομένους ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, δεικνὺς αὐτοῖς τὸ ἐπίκουρον. Σπουδαστέον τοίνυν καταλιπεῖν τὸν πρότερον πατέρα γεννήσαντα κατὰ κακίαν, καὶ τὸν ἀνόμως ἄνδρα συνῳκηκότα, ὅπως ἔχωμεν Πατέρα τε Θεὸν καὶ τὰς θείας ἡμῖν ἐνιέντα γονάς. — « Τόπος δὲ ἅγιος αὐτοῦ » ἡ ὑπὸ Χριστοῦ Ἐκκλησία ἡγιασμένη, τῶν πεπιστευκότων ἕκαστος · ἢ καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ σῶμα ἔμψυχόν τε καὶ λογικόν.

Vers. 7. Maxime vero educit mortuos de sepulcris, juxta illud [36] : « Resurgent mortui, et expergiscentur qui in monumentis ; ros enim qui a te, sanatio eis est. » Ita et in Evangelio [37] : « Venit hora in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei, et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ ; qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii. »

B Στ. ζ'. Ἀλλὰ καὶ ἐκ τάφων ἐξάγει τοὺς νεκρούς, κατὰ τό · « Ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις · ἡ γὰρ δρόσος ἡ παρὰ σοῦ, ἴαμα αὐτοῖς ἐστιν. » Ὁποῖον καὶ τὸ ἐν Εὐαγγελίῳ, « Ἐλεύσεται ὥρα ὅτε πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις ἀκούσονται τῆς φωνῆς αὐτοῦ, » δηλονότι τοῦ Υἱοῦ, « καὶ ἐκπορεύονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς · οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως. »

Vers. 8. Sane cum secederet Deus e conspectu populi sui, aut de medio ejus quando dicit [38] : « Ecce relinquetur vobis domus vestra ; » et apud Jeremiam [39] : « Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam : » cum pertransiret desertum, hoc est Ecclesiam quæ de gentibus est, « tunc mota est terra, » nempe littera et umbra legis, « cœlis » divinam mentem « distillantibus, » juxta vivificantem spiritum divinarum Scripturarum. Cœli autem dicuntur profecto et Moyses et prophetæ et quæ mysticæ vocibus eorum latent ; tales enim stillas distillant illæ nubes de quibus dictum est [40] : « Nubes spargant justitiam. » Prophetiis igitur celebratum distillant nubes et cœli. Mota est autem in primis terra, cum de idolorum cultu ad veram doctrinam conversæ sunt gentes, victoriam referente evangelica fide, apostolis et evangelistis et cæteris doctoribus spiritualem rorem distillantibus.

Στ. η'. Ἤγουν ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαι τὸν Θεὸν ἐνώπιον τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ἢ ἐκ μέσου αὐτοῦ ὅτε εἶπεν · « Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν, » κατὰ τὸ παρ' Ἱερεμίᾳ, « Ἐγκατέλειπον τὸν οἶκόν μου · ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου · » ἐν τῷ διαβαίνειν αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίᾳ, « τότε γῆ μὲν C ἐσείσθη, » τὸ γράμμα καὶ ἡ τοῦ νόμου σκιά, « τῶν οὐρανῶν σταξάντων » τὸν θεῖον νοῦν, κατὰ τὸ ζωοποιὸν πνεῦμα τῶν θείων Γραφῶν. Οὐρανοὶ δὲ νῦν ἤτοι Μωϋσῆς καὶ οἱ προφῆται καὶ τὰ μυστικὰ θεωρήματα ἐγκεκρυμμένα ταῖς λέξεσιν αὐτῶν · τοιαῦτα γὰρ στάζουσι σταγόνας νεφέλαι ῥηθέντες, ἐν τῷ, « Νεφέλαι ῥανάτωσαν δικαιοσύνην. » Ἐφ' ὧν ἐνυποκείμενον νεφέλαι καὶ οὐρανός. Ἀλλὰ καὶ τῶν τῆς εἰδωλολατρείας μετατεθέντων ἐθνῶν ἐσείσθη ἡ γῆ, κρατούσης τῆς εὐαγγελικῆς διατάξεως, ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν καὶ τῶν λοιπῶν διδασκάλων τὰς πνευματικὰς σταζόντων γονάς.

pientia ornatam. Ipsa enim operatur, desiderabilis facta et illustris, regibus civibusque ad salutem labores perferentibus, licet infirma virtute sit, quia prædicatio ejus non in persuasibilibus humanæ sapientiæ sermonibus. Habet etiam aculeum in demonstratione spiritus et virtutis Dei fidem suam probans, ita ut fucorum instar pereant hæreses, veritatis argumento victæ. Unam Dei sapientiam reverita Ecclesia permanet, uti dictum est, potestate Dei exercituum circumdata. Qui ipsi adversantur, non apes, sed « sicut apes » (quos haud inepte fucos diceres, velut favum circumdantes ad mel diripiendum). Iidem ardent etiam « sicut ignis in spinis. » Accendunt enim hæretici turpium rerum et cupiditatum ignem, juxta illud Pauli : « Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est et dicere[19]. » Spinas autem interpretatur Evangelium voluptates[20]. — Non solum autem nulla mulcta notatus est ipse, sed illorum consilia etiam destruxit et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei[21]; quia arma ejus non carnalia, sed potentia Deo[22], nomen scilicet Dei, ultum est eos.

νας, ὡς λυμαινομένους τῷ καρπῷ αὐτῶν. Ἔστι δ' οὖν πρὸς ἀλληγορίαν μελισσουργοῦσα καὶ κτηροτροφοῦσα μέλιττα, ἡ τιμήσασα τὴν Θεοῦ σοφίαν Ἐκκλησία. Ἧς ἐργάτιδος οὔσης, ποθεινῆς τυγχανούσης καὶ ἐπιδόξου, τοὺς πόνους βασιλεῖς καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγείαν προσφέρονται, καίπερ οὔσης τῇ ῥώμῃ ἀσθενοῦς, τῷ τὸ κήρυγμα αὐτῆς μὴ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις εἶναι. Ὅμως δὲ ἔχει τὸ κέντρον, ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως Θεοῦ τῆς πίστεως τὸν λόγον ἔχουσα, ὡς καὶ ἀναιρεῖν κηφήνων δίκην τὰς αἱρέσεις, διχοτομοῦσα αὐτὰς ἐλέγχῳ τῆς ἀληθείας. Καὶ μίαν μένει τιμήσασα τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, ὡς εἴρηται, δυνάμει Θεοῦ τῶν πολεμούντων περιγενομένη. Αἱ δὲ ἀντικείμεναι, οὐ μέλισσαι, ἀλλ' «ὡς μέλισσαι » τυγχάνουσαι (ἂς εἶναι κηφῆνας λέγων, οὐχ ἁμαρτήσεις, κυκλούσας ὡς κηρίον ἐπὶ τὸ περὶ αὐτῷ μέλι)· καὶ ἐκκαυθεῖσαι « ὡσεὶ πῦρ ἐν ἀκάνθαις. » Ἐξάπτουσι γὰρ αἱ ἀπὸ τῶν αἱρέσεων καὶ τὸ τῶν αἰσχρῶν καὶ ἐπιθυμιῶν πῦρ, ἧς φησιν ὁ Παῦλος· « Τὰ γὰρ κρυφῇ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν, αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν. » Ἀκάνθας δὲ τὰς ἡδονὰς ἡρμήνευσε τὸ Εὐαγγέλιον. — Οὐ γὰρ ἀζήμιος μόνον ἔμεινεν, ἀλλὰ καὶ καθεῖλεν αὐτῶν πάντα σοφιστικὸν λογισμὸν καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, ἐπείπερ τὰ ὅπλα αὐτοῦ οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ, οὐχ ἕτερα ὄντα τῆς τοῦ Θεοῦ προσηγορίας, ἠμύνατο αὐτούς.

Vers. 13. Hæc simul ad Judæos et ad fideles ex gentibus referri possunt. Illi quoque enim prorsus perlissent, nisi Deus eos gratia fovisset; hi autem altius etiam impietate fuissent submersi, nisi eos Deus exinde eruisset.

Στ. ιγ'. Ταῦτα καὶ Ἰουδαίοις ἁρμόττει, καὶ τοῖς ἐξ ἐθνῶν πιστοῖς· κἀκεῖνοι γὰρ ὅλεθρον ὑπέμειναν παντελῆ, εἰ μὴ τῆς θείας ἀπήλαυσαν χάριτος· καὶ οὗτοι ἂν ἐξεπέτασαν εἰς ἀσέβειαν, μὴ τῆς θείας αὐτοὺς ὑπερεισάσης ῥοπῆς.

Vers. 14. Ipsum igitur habemus virtutem, et victoriam et materiam canticorum; nam donantem nos omnibus bonis læto animo celebramus. — « Factus in salutem » Dominus, non tunc primum exsistit, nam perpetuus et æternus. Fit autem in salutem, quando nos salvandos suscipit, eaque ratione interpretanda quæcunque de Christo fieri dicuntur. Non enim factus est Deus Verbum, nec veritas, nec sapientia, nec Filius, sed factus est nobis justitia, et sanctificatio, et redemptio[23]. Nam cum simplex est et æternus, illud, nostri habita ratione, fieri videtur. Ita et Christum et Dominum fecit eum Deus[24]: Christum quidem, hoc est regem et sacerdotem hominibus imperio subjectis iisque pro quibus sacrificia obtulit; Dominum vero ipsi inservire non dubitantibus. Eodem modo si ea explices quæ de Christo « relative » prædicantur, non errabis.

Στ. ιδ'. Αὐτὸν τοίνυν ἔχομεν καὶ δύναμιν καὶ νίκην καὶ πηγὴν ὑμνῳδίας· παρ' αὐτοῦ γὰρ τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύσαντες μετ' εὐθυμίας τὸν ὕμνον προσφέρομεν. — « Γινόμενος εἰς σωτηρίαν » ὁ Κύριος, οὐκ ἀρχὴν οὐσιώσεως δέχεται, ἀΐδιος γὰρ καὶ αἰώνιός ἐστι. Γίνεται δὲ εἰς σωτηρίαν κατὰ τὸ ἀναλαμβάνειν σχέσιν τὴν πρὸς τοὺς σωζομένους, ὅθεν πάντα τὰ γεγονέναι εἰς Χριστὸν λεγόμενα, ταῦτα ὑποβάλλεται τῇ διανοίᾳ. Οὐ γὰρ γέγονε Θεὸς Λόγος, οὐκ ἀλήθεια, οὐ σοφία, οὐχ Υἱός, ἀλλὰ γέγονεν ἡμῖν καὶ δικαιοσύνη καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις. Ὧν γὰρ ἁπλοῦς καὶ ἀΐδιος, ταῦτα ἡμῖν γεγονέναι κατ' ἀναφορὰν τὴν πρὸς ἡμᾶς λέγεται. Οὕτω καὶ Χριστὸν καὶ Κύριον πεποίηκεν αὐτὸν ὁ Θεός. Χριστὸν μὲν, τουτέστιν βασιλέα καὶ ἱερέα τοῖς βασιλευομένοις καὶ τοῖς ὑπὲρ ὧν προσάγει τὰς θυσίας, ἀλλὰ καὶ τοῖς δουλεύειν ἐθέλουσιν αὐτῷ Κύριον. Καὶ καθόλου τὰ σχετικῶς περὶ αὐτοῦ λεγόμενα οὕτω διανοούμενος οὐκ ἀσεβήσεις.

Vers. 15. « Tabernacula justorum » illa quæ apud Patrem, juxta doctrinam Evangelii. De quibus Salvator ait : « Cum dereliquerit vos, » mammona scilicet, « recipiant vos in æterna tabernacula[25]. » Quibus in tabernaculis omnes justi exsultant; consecuti sunt enim quæ optaverant bona. Unde egregie dictum est : « Vox exsultationis et

Στ. ιε'. « Σκηνὰς δὲ δικαίων » νοήσεις τὰς παρὰ τῷ Πατρὶ μονὰς, κατὰ τὴν ἀπόδοσιν τῶν ἐπαγγελιῶν. Περὶ ὧν ὁ Σωτὴρ φησιν· « Ὅταν ἐκλείπῃ, » δηλονότι ὁ μαμωνᾶς, « δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς. » Ἐν ταύταις σκηναῖς πάντες οἱ δίκαιοι εἰσιν ἀγαλλιώμενοι· τετύχασι γὰρ τῶν προσδοκωμένων ἀγαθῶν. Ὅθεν καλῶς εἴρηται· « Φωνὴ ἀγαλλιάσεως

[19] Eph. v, 12. [20] Matth. xiii, 22; Luc. viii, 14. [21] II Cor. x, 5. [22] ibid. 4. [23] I Cor. i, 30. [24] Act. ii, 36. [25] Luc xvi, 9.

Digitized by Google Распознавание текста

καὶ ἐξομολογήσεως ἐν σκηναῖς δικαίων, » ἀποδρασάσης λύπης καὶ στεναγμοῦ. — Ἀπολωλότων τῶν ἐχθρῶν, εἰρήνης τε λοιπὸν διαλαβούσης, καὶ τῶν σκηνῶν τοῦ Θεοῦ, τουτέστι τῶν Ἐκκλησιῶν αὐτοῦ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐγηγερμένων, φωνὴ, φησὶν, ἔνδον ἀκούεται ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τῶν σεσωσμένων ἀγαλλιωμένων.

A confessionis in tabernaculis justorum, » ibi nec luctus nec gemitus erit ultra. — Devictis inimicis, stabilita in futurum pace, tabernaculis Dei, Ecclesiis scilicet ejus, ubique terrarum constitutis, audietur, inquit, in Ecclesiis vox eorum qui salutem adepti exsultant.

Στ. ις'. Καὶ μετ' ὀλίγα· Αὕτη γὰρ ἡ δεξιὰ, καὶ ἐνεδυνάμωσε τὸν ἑαυτῆς λαὸν, κατὰ τὸν τῶν διωγμῶν καιρόν· αὕτη καὶ τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Κυρίου ταπεινώσασα, αὐτὸν ὕψωσε τὸν λαόν. Αὕτη καὶ δύναμιν περιεποιήσατο τοῖς πρότερον πολεμουμένοις, ὥστε μὴ ὑποπεσεῖν τῷ κατὰ ψυχὴν θανάτῳ, ἀλλὰ ζῆσαι τῷ Θεῷ. — Ὡς ἕκαστον φάναι· « Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. » Αὕτη τὸν μετέχοντα ὑψοῖ καὶ μετεωρίζει ὡς φαιδρότερον καὶ μειζόνως ὑπὸ τῆς B δεξιᾶς Κυρίου δυναμωθέντα, καὶ δεύτερον εἰπεῖν, « Δεξιὰ Κυρίου ἐποίησε δύναμιν. » — Ποιεῖ δὲ δύναμιν ἡ δεξιὰ αὐτοῦ ἐν παντὶ τῷ δεξιὰ φρονοῦντι καὶ πράττοντι· ἀλλὰ καὶ ὑψοῖ αὐτὸν, ὡς καὶ δεύτερον γενέσθαι ἐν αὐτῷ τῆς προτέρας δυνάμεως δύναμιν· ἐφ' ᾗ ἀθανασίαν κεκτημένος ἐρεῖ τὸ, « Οὐκ ἀποθανοῦμαι, ἀλλὰ ζήσομαι. »

Vers. 16. Et paulo post : Hæc enim dextera populum suum confirmavit tentationibus agitatum, eumdemque exaltavit, humiliatis Dei inimicis. Et præstitit ut qui prius impugnabantur jam non incidant in mortem animæ, sed Deo vivant. — Ita ut quisque dicat : « Omnia possum in eo qui me confortat Christo [26]. » Fidelem exaltat et ad sublimia extollit, ut magis ac validius dextera Dei confirmatus, denuo dicat : « Dextera Domini fecit virtutem. » — Facit virtutem dextera ejus omnibus qui recta sentiunt et agunt ; exaltat autem eos ut augeatur iterum in eis prior virtus, et ideo immortalitatem consecuti dicent : « Non moriar, sed vivam. »

Στ. ιζ'. Οὐκέτι τεθνήξομαι τὸν ἐπόμενον τῇ κακίᾳ θάνατον, ἀλλὰ ζήσομαι μετασχὼν τῆς ἐναντίας τοῦ πονηροῦ θανάτου ζωῆς, ἐπὶ τῷ διηγήσασθαι τὰ Θεοῦ εἰς ἐμὲ γενόμενα θαυμαστὰ ἔργα.

Vers. 17. Non amplius moriar morte quæ peccantes manet, sed e contra sancta vita vivam, ut enarrem mirabilia quæ Deus pro me operatus est.

Στ. ιθ'. Τοῦ δὲ ὀνόματος τῆς δικαιοσύνης κατηγορουμένου, καὶ πάσης τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς, τὰς πύλας αὐτῆς τὰς ἰδικὰς ἀρετῆς λεκτέον, εἰς ἃς εἰσέρχονται οἱ δι' ἀσκήσεως καὶ ἐπιμελείας τῆς περὶ αὐτῶν C κρούοντες αὐτάς. Εἰσέρχονται δὲ ἐπὶ τῷ ἐξομολογήσασθαι ὑπὲρ ὧν ἔπραξαν, ἔξω τῶν πυλῶν τῆς δικαιοσύνης ὄντες. Εἰσέρχεσθαι δὲ οὐ δι' αὐτῶν, ἀλλ' « εἰς αὐτὰς, » φησὶν. Οὐδὲ γὰρ ὑπερβατέον τὰς ἐνεργείας τῶν ἀρετῶν, ἀλλὰ προσδιατριπτέον αὐταῖς. —Πύλαι πάλαι ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται, δι' ὧν εἰσῆει πρὸς Θεὸν ὁ Ἰσραήλ· πύλαι δὲ νῦν ἡ πίστις, δι' ἧς οἰκειότερον νῦν προσαγόμεθα, μαρτυρούμενοι ὑπὸ νόμου καὶ προφητῶν.

Vers. 19. Cum hic justitiæ vox occurrat, illaque virtutes morales designet, dicendum erit hic de ipsis virtutis portis agi, in quas ingrediemur ubi eas nos ad bonum studiose exercendo pulsavenimus. Ingrediuntur autem in eas, ut ea confiteantur quæ antea extra justitiæ portas peccaverunt. Ingredi vero dicit non per portas, sed, « in portas. » Non enim prætergrediendum est nobis virtutum operationes, sed in eis commorandum. — Portæ olim lex et prophetæ, per quos Israel ad Deum accederet ; nunc autem portæ fides, qua Deum propius adimus, testimonio legis et prophetarum confirmati.

Στ. κα'. Ὑμνώσω τοιγαροῦν ἀνοίξαντά μοι τῆς δικαιοσύνης τὰς πύλας, καὶ εὐχαριστῶ ὅτι εἰσήκουσάς μου, καὶ προσεδέξω τὴν δέησιν, καὶ παρέσχες τὴν σωτηρίαν.

Vers. 21. Cantabo igitur aperienti mihi justitiæ portas, et gratias tibi agam exaudienti me, et orationem meam suscipienti, et salutem præstanti.

Στ. κβ'. Ὁ δι' ἡμᾶς γεγονὼς λίθος ἀποδεδοκιμασμένος, ἀλλ' « ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, » μετὰ τὴν ἐκείνων ἀποβολὴν, ἑτέρας « γωνίας κεφαλὴ γέγονεν. » — Καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἀκρογωνιαῖον » αὐτὸν ὠνόμασεν Ἡσαΐας, καὶ « ἐκλεκτὸν » καὶ « ἔντιμον » λίθον, διὰ τὸ συνάπτειν ὑπὸ μίαν γωνίαν δύο οἰκοδομάς. Ζῶν δ' ἂν εἴη ὡς ἀληθῶς καὶ ἐκλεκτὸς λίθος ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, ὅπως ἂν τὴν κατὰ Θεὸν οἰκοδομὴν συνδέων, καὶ τὰς δύο γωνίας τῆς τε παλαιᾶς οἰκοδομῆς τῆς ἐκ περιτομῆς, καὶ τῆς νέας τῆς ἐξ ἐθνῶν, ὑπὸ μίαν συνάπτων γωνίαν. Τοῦτον μὲν οὖν τὸν λίθον οἱ ἐκ περιτομῆς πάλαι πρότερον οἰκοδομοῦντες καὶ νομοδιδάσκαλοι καὶ ἀρχιερεῖς ἐξ αὐτῶν ἀπέβαλαν καὶ

Vers. 22. Lapis propter nos reprobatus, « quem reprobaverunt ædificantes, » iisdem vicissim rejectis, alterius « anguli factus est caput. » — Et paulo post : Quem lapidem vocavit Isaias [27] « angularem, electum » et « pretiosum, » quia duæ ædificia uno angulo continet. Vere autem Dei Filius lapis vivus et electus, ut Dei ædificium una vinciens, et utrumque angulum veteris ædificii eorum qui ex circumcisione, et novi ædificii quod ex gentibus, uno angulo retineat. Hunc igitur lapidem legis doctores et principes sacerdotum ex circumcisione olim ædificantes procul a se repulerunt et reprobaverunt ; ipse vero factus est fundamentum

[26] Philipp. IV, 13. [27] Isa. XXVIII, 16.

Digitized by Google Распознавание текста

et caput alterius anguli, Ecclesiæ videlicet quæ ex gentibus; nec aliud nobis majus donum Christus largitus est.

A ἀπεδοκίμασαν· ὁ δὲ γέγονεν ἀρχὴ καὶ κεφαλὴ γωνίας ἑτέρας τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας, καὶ γέγονε παρὰ Χριστοῦ δῶρον αὐτῇ μέγιστον κεχαρισμένον.

Vers. 23. Symmachus autem : « A Domino, » inquit, « factum est hoc; et illud incredibile nobis. » Vere quidem illud incredibile et omni admiratione dignum. Quis enim unquam potuisset credere Filium Dei a principibus pristini sui populi rejiciendum fore, et ab hominibus apud eos ædificantibus reprobandum, ipsum autem ducem futurum et caput alienigenarum et externarum gentium, tandiu dæmonicis erroribus deceptarum? — Et paulo post : « Et mirabilis est in oculis nostris, » nempe angulus ille. — Et paulo post : Hunc lapidem novit etiam beatus Daniel [28] sine manibus abscissum, et didicit eum incommunicabilem esse Virginis filium.

Στ. κγ'. Ὁ δὲ Σύμμαχος, « Παρὰ Κυρίου, » φησὶ, « ἐγένετο τοῦτο, καὶ αὐτὸ παράδοξον ἡμῖν. » Παράδοξον γὰρ ἀληθῶς καὶ ἐπέκεινα παντὸς θαύματος ἄξιον. Οὐδεὶς μηδεπώποτε τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱὸν ἀποβλητέον μὲν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ προτέρου λαοῦ, καὶ ὑπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς οἰκοδόμων ἀποδοκιμασθῆναι, ἀρχηγὸν δὲ γενέσθαι καὶ κεφαλὴν τῶν ἀλλογενῶν καὶ ἀλλοφύλων ἐθνῶν, τῶν πάλαι πλάναις δαιμονικαῖς οἰκειωμένων. — Καὶ μετ' ὀλίγα· « Καὶ αὕτη ἐστὶ θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, » δηλαδὴ προλεχθεῖσα γωνία. — Καὶ μετ' ὀλίγα· Τοῦτον εἶδεν τὸν λίθον καὶ ὁ μακάριος Δανιὴλ τμηθέντα ἄνευ χειρῶν, τὸν B ἀκοινώνητον τῆς Παρθένου διδασκόμενος τόκον.

Vers. 26. Hanc quoque vocem de Christo prædicari contenderunt evangelistæ. Ipse enim vere est qui cum auctoritate et in nomine Domini venit; omnes autem sancti viri et angeli qui antea venerunt, servos Dei se esse profitebantur. Profecto, « Hæc dicit Dominus, » aiebat quisque, et hisce verbis alloquuntur angeli quem accedunt : « Dominus misit me. » Ille vero : « Benedictus qui venit in nomine Domini [29]. »—Et rursus : Recte dicitur « qui venit » et non « qui jam venit. » Semper enim venit et accedit ad hominum genus, licet hoc non carne fiat. Non movetur Dominus veniendo, nec de loco in alium transit, nam immobilis ipse et immutabilis, et cœlum terramque divina sua præsentia C replet; nos autem illi appropinquamus habitu atque dispositione, vel ab illo elongamur. — « De domo Domini, » de sinu Patris egreditur qui venit.

Στ. κδ'. Καὶ ταύτην τὴν φωνὴν οἱ εὐαγγελισταὶ περὶ Χριστοῦ προφητείαν εἶναι ἐξειλήφασιν. Αὐτὸς γὰρ ἀληθῶς ἐστιν ὁ αὐθεντικῶς καὶ ἐν ὀνόματι Κυρίου ἐρχόμενος, πάντων τῶν πρὸ αὐτοῦ ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ ἀγγέλων ἐληλυθότων, ὡς Κυρίου δούλων. Ἀμέλει, « Τάδε λέγει Κύριος, » ἕκαστος ἔφη· καὶ ἕκαστος τῶν ἀγγέλων φησὶν, πρὸς ὃν ἔρχεται· « Ὁ Κύριος ἀπέστειλέ με. » Ἀλλ' αὐτὸς « Ὁ ἐν ὀνόματι Κυρίου ἐρχόμενος, εὐλογημένος » ἐστί. — Καὶ πάλιν· Εὖ δὲ καὶ τὸ εἰπεῖν « ὁ ἐρχόμενος, » ἀλλ' οὐχ « ὁ ἐλθών. » Ἀεὶ γὰρ ἔρχεται καὶ ἐπιδημεῖ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, εἰ καὶ μὴ διὰ σαρκός. Οὐ κινούμενος, οὐ μεταβαίνων αὐτὸς (ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτος καὶ πληρῶν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν θείᾳ παρουσίᾳ), ἡμῶν δὲ σχέσει καὶ διαθέσει ἐγγιζόντων αὐτῷ, ἢ μακρυνομένων αὐτοῦ. — « Ἐξ οἴκου Κυρίου, » τῶν κόλπων τῶν πατρικῶν ἐστιν ὁ ἐρχόμενος.

Vers. 27. Venit enim non de loco in locum transeundo, sed illucendo, cum prius non appareret : quippe qui invisibilis cum esset, invisibilis imago Dei, formam servi accepit, et Verbum caro factum est ut videretur, et ita apparens hoc conspectu nos ad gloriam ejus contemplandam perduceret, « Gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenus gratiæ et veritatis [30]. »

Στ. κζ'. Τὸ γὰρ ἐλθεῖν αὐτὸν, οὐ τόπον ἐστὶν ἀμεῖψαι, ἀλλ' ἐπιφανῆναι, πρότερον οὐχ ὁρώμενον· ὑπάρχων γὰρ ἀόρατος πῶ εἶναι (98), εἰκὼν Θεοῦ ἀοράτου, μορφὴν δούλου λαβὼν καὶ γενόμενος Λόγος σὰρξ ὤφθη, ἵν' οὕτω φανείς χειραγωγήσῃ διὰ ταύτης τῆς κατανοήσεως εἰς τὸ καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ καταθεάσασθαι, « Δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. »

Vers. 28. Glorificabo te, celebrabo te, narrando mirabilia quæ mihi fecisti; nam exaltasti me, et D virtutem fecisti, ita ut non morerer, sed viverem ad annuntianda opera tua.

Στ. κη'. Δοξολογῶν, θεολογῶν σε λέγω, ἃ εἰς ἐμὲ πεποίηκας θαυμάσια· ὕψωσας γάρ με, καὶ πεποίηκας δύναμιν, ὡς μὴ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ζήσαντά με διηγήσασθαι τὰ ἔργα σου.

Vers. 29. Mire igitur cum expertum habeo quanta sit misericordia tua et quanta bonitas tua, cæteros exhortans dico : « Confitemini Domino, quia in sæculum misericordia ejus. »

Στ. κθ'. Πέρα (99) τοιγαροῦν μαθών σου τὸ πολὺ ἔλεος καὶ τὴν ἀγαθότητα, καὶ ἄλλους προτρεπόμενος λέγω, « Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. »

PSALMUS CXVIII.

Vers. 1. Qui, exstincto omni malo studio, per bona opera et rectam mentem Deo appropinquant. Recte autem beatos declarat « qui ambulant, » non vero qui ambulaverunt.

Στ. α'. Πάσης σπουδῆς ἀποστάντες, καὶ διὰ ἔργων ἀγαθῶν καὶ φρονήματος ὀρθοῦ ἐγγίζοντες αὐτῷ· εὖ δὲ τὸ μακαρίζειν οὐ τοὺς πορευθέντας, ἀλλὰ « τοὺς πορευομένους. »

[28] Dan. II, 45. [29] Matth. XXI, 9. [30] Joan. I, 14.

(98) Legendum, ut videtur, ἀόρατος τῷ εἶναι εἰκὼν Θεοῦ ἀοράτου. Edit.

(99) Lege πείρᾳ. Id.

Digitized by Google Распознавание текста

γ'. Ἐμφαίνει τὸ μηδεπώποτε αὐτοὺς πεπειρά- A τοῦ θείου νόμου, ὡς περὶ αὐτῶν εἶναι τό· « Ὅσοι ως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται. » Οὗτοι ἰσιν οἱ μηδέποτε θείας διδασκαλίας ἀκηκοότες. ιρ μετὰ τὸ ταύτης μνησθῆναι πταίσαντες ἐν ἡμαρτηκέναι, καὶ παραβάται αὐτοῦ λέγον-

δ'. Ὁ μετὰ πάσης εὐτονίας καὶ σφοδρότητος ζόμενος τὰ προστεταγμένα ὑπὸ τοῦ Κυρίου, οὗ νενόηκε τὸν προκείμενον στίχον.

ε'. Οὐ γὰρ ἄλλως τὰ δικαιώματά σου φυλάξω, μὴ κατευθυνθείησαν ὑπὸ σοῦ αἱ ὁδοί μου. Τίνα τὰ δικαιώματα ταῦτα; « Ἃ παραθήσεις ἐνώπιον υἱῶν Ἰσραήλ; Ἐὰν κτήσῃ παῖδα Ἑβραῖον, ἓξ ἔτη ιεύσει σοι, τῷ δὲ ἑβδόμῳ ἐξαποστελεῖς αὐτὸν θερον, » καὶ τὰ ἑξῆς. — Καὶ μετ' ὀλίγα· B ελον οὖν, φησὶν, κατευθυνθείησαν αἱ ὁδοί μου, ὅσα ἐδικαίωσας, ταῦτα ἑκάστῳ κατὰ τὸ πρέπον δῶ.

ιτ. ια'. Ὁ μὴ ἐξ ἐπιπολῆς τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ δε- ενος, κρύπτει αὐτὰ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἵνα τὴν ὠμὴν καὶ τὴν πρόθεσιν αὐτοῦ κατὰ ταῦτα ποιω- ῖς, ἀναμάρτητος εἴη Θεῷ τῷ τὸ κρυπτὸν ὁρῶντι· μόνον μὴ μοιχεύων, ἀλλὰ μηδὲ αἰσχρὰν ὄρεξιν ων. — Ὁ αἰσθόμενος τῆς αὐτοῦ προκοπῆς ἀπὸ ῦ « ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐκζητῆσαι τὸν Θεὸν, » εὐλογεῖ τὸν εὐχαριστῶν ἤδη, ἐφ' οἷς ἠξιώθη· ἔχων γὰρ για ἀπόῤῥητα καὶ κρύψεως ἄξια, εὐλογεῖ ἐπὶ τού- ις τὸν Κύριον.

Στ. ιγ'. Ὅσα γὰρ ἔμελλε ποιεῖν τοὺς ἀκροατὰς C ανθάνοντας περὶ τῶν κριμάτων τοῦ Θεοῦ, τούτοις ις φανερὸν ἔφερον.

Στ. ιδ'. Ὡς γὰρ τὸν αἰσθητὸν ἀποδεχόμενος πλοῦ- ον, τέρπεται ἐπ' αὐτῷ, οὐχ ὅτ' ἂν μερικὸν ἀλλ' ὅτ' ν πάντα αὐτὸν ἔχει συμπληρούμενον, ἐξ ἀκινήτων αἱ κινητῶν ὑπαρχόντων· οὕτω καὶ ὁ τὸν πνευματι- ὸν πόθον πλουτῶν ἀπαρτιζόμενον, χαίρει ἐπ' αὐτῷ κτησάμενος αὐτὸν ἐν τῷ προκόπτειν ἐν τοῖς τοῦ θεοῦ μαρτυρίοις, καὶ ἐνεργεῖν τὰς ἀρετὰς, λέγων· Ἀντὶ πάντων ἐμοὶ τὰ μαρτύριά σου, εὐφροσύνη καὶ πλοῦτος εἴη.

Στ. ιζ'. Ὅπως μὴ ἀμισθῇ δόξω πεπραχέναι τὰ δικαιώματά σου, ἀνταπόδος μοι τὴν θείαν καὶ μα- καρίαν ζωὴν, ἵνα ζώσας κατ' αὐτὴν « φυλάξω τοὺς λό- γους σου· » μετὰ γὰρ τὸ μνημονεῦσαι αὐτῶν, ἀκόλου- D θον φυλάξαι.

Στ. ιη'. Ἔρχεται ὁ Λόγος καὶ ἀποκαλύπτει τοὺς ὀφθαλμοὺς, περιαίρων τὸ κάλυμμα· ἡνίκα γὰρ ἐπι- στρέψῃ τις πρὸς Κύριον, περιαίρεται τὸ κάλυμμα. Ἤδει ὁ προφήτης ὅτι σκιὰν ἔχει ὁ νόμος τῶν μελ- λόντων ἀγαθῶν· ἐζήτει νοῆσαι τὰ ἀγαθὰ, ὧν περι- εῖχε σκιὰν ὁ νόμος· καὶ μὴ Ἰουδαϊκῶς, ἀλλὰ μεγα- λοφρόνως καὶ προφητικῶς εὐχόμενος, παρεκάλει λέ- γων· « Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατα- νοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου, » ἵνα ἀνακε- καλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτρίζη- ται, τὴν εἰκόνα μεταμορφούμενος, καὶ θεωρῶν τὰ θαυμάσια τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ νόμου αὐτοῦ.

Vers. 3. Indicat eos nunquam divinæ legis præcepta cognovisse, quasi de illis haberetur illud : « Quicunque sine lege peccaverunt, sine lege peribunt [31]. » Hi autem sunt qui divinas disciplinas nunquam audivere. Illi autem qui ea instructi labuntur, in lege peccant, et legis transgressores vocantur [32].

Vers. 4. Qui mandata Domini studio et diligenter perficit, poterit hunc versum usurpare.

Vers. 5. Non enim aliter custodivissem justificationes tuas, nisi viæ meæ a te fuissent directæ. Quæ autem justificationes illæ? « Eædem quas apponens coram filiis Israel? Si acquisieris servum Hebræum, sex annos serviet tibi : septimo autem anno dimittes eum liberum [33],» et cætera.—Et paulo post : Dirigendæ erant, inquit, viæ meæ, ut quæcunque mandasti convenienter perficerem.

Vers. 11. Qui non leviter eloquia Dei suscipit, abscondit ea in corde suo, ut mente et affectibus ad ea informatis, irreprehensibilis videatur Deo vel abscondita cordis perscrutanti; ideoque non solum non mœchetur, sed nec sensu quidem turpi moveatur. — Sentiens se profecisse, ex quo dixerat « in toto corde exquirere Deum, » benedicit ei jam gratias agens de bonis quæ consecutus est : eloquia enim adeptus ineffabilia et digna quæ absconderentur, benedicit propterea Domino.

Vers. 13. Labiis enim prædicavi quid Deus cum auditoribus, judicia ejus inquirentibus, acturus esset.

Vers. 14. Quemadmodum qui divitias contigerit, non modicas quidem, sed innumeras, ex immobilibus et mobilibus constantes, delectatur in eis, ita qui spiritualia desideria perfecit, lætatur in eis; et proficiendo in testimoniis Dei virtutesque operando bona quæque consequitur, dicens : Pro multis mihi testimonia tua, lætitia et divitiæ sunt.

Vers. 17. Ne videar justificationes tuas gratis perfecisse, retribue mihi divinam et beatam vitam, ut ea vivens « custodiam sermones tuos; » nam cum sermones tuos non obliviscar, eos quoque perficiam oportet.

Vers. 18. Venit Verbum et aperit oculos, velamen tollendo : quando enim ad Dominum te convertis, aufertur velamen. Non ignorabat propheta legi umbram inesse futurorum bonorum; optabat igitur bona considerare, quorum umbram lex præbebat; et animo minime Judaico, sed generoso et prophetico precatus, clamat ad Dominum : « Aperi oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua, » ut revelata facie gloriam Domini intueatur, imaginem transformans, et contemplans mirabilia Dei de lege ejus.

[31] Rom. II, 12. [32] Jac. II, 11. [33] Exod. XXI, 1, 2.

Digitized by Google Распознавание текста

VERS. 20. Non de judiciis, sed de justificationibus cogitans, existimabat judicia Domini commodum, quasi omnino bona essent. Desiderium igitur eorum habens in omni tempore concupivit, nolens ea ex dolore et ex necessitate facere, eorum instar qui illa pœnarum metu operantur, sed cum studio et cum desiderio. Unde fiet ut prudenter et generose omnia sufferat, non grata tantum, sed et laboriosa et ingrata, et opus quodvis bonum ardenti animo perficiat. — Quare autem non dixit : Concupivit anima mea judicia tua, sed « Concupivit desiderare judicia Dei? » Uti de illo, « Retribue servo tuo, » existimavimus, non omnium esse orare, « Retribue servo tuo, » sed eorum modo qui pura conscientia Deo inserviunt : ita non omnium est « desiderare judicia in omni tempore, » sed eorum modo qui non peccant. Tempore enim quo peccavi, si judicia desideravero, ut pœnis affligar desiderabo. Cum igitur non nisi perfecti sit desiderare judicia Dei in omni tempore, ea de causa hoc locutus est Propheta.

VERS. 21. Non cessat nos lacessere infesta (diaboli) potestas. Nunc enim palam nos aggreditur, nunc autem vel virtute et meritis nos præstantes appetit, ut superbos et tumidos efficiat. At « Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam [24]. » Quanto igitur major eris, tanto humilior esto, et coram Domino invenies gratiam. Diximus jam nos declinare non solum a via recta, sed etiam a mandatis. Ubi enim mandatum, ibi et inclinatio fieri potest : nam mandatum Dei rectitudo est.

VERS. 22. Delapsus est ergo a mandato non exsecrabilis tantum, sed et qui vel paulisper a mandato Dei declinavit. — Cum quidam me contumeliis et contemptu insequuntur, « quia mandata tua exquisivi, opprobrium et contemptum aufer a me. » Hæc autem forte auferentur, si ad agnitionem veritatis perveniant, qui prius me opprobriis et contemptu lacessebant. Quo facto mecum exquirent ipsi mandata tua.

VERS. 25. Habet hæc sanctus nomine peccatoris pœnitentiam agentis.

VERS. 26. Alia Scriptura : « Vias meas, » inquit, « enuntiavi, » vias scilicet quæ ducunt ad te, quæ non aliæ a virtutis viis, Domine, vita mea, bona scilicet mente et bonis operibus, enuntiavi et exaudisti me. Quamobrem exaudienti Deo dicit : « Doce me justificationes tuas. »

VERS. 27. Quod si viam mysteriorum quæ in justificationibus tuis sunt, te docente, intelligam, considerabo eam, ita ut eam perficere possim, et mirabilia intelligens quæ in justificationibus tuis,

Στ. κ'. Οὐ τὰ κρίματα, ἀλλὰ τὰ δικαιώματα ἐπιθυμῶν, οὕτως ἐξηγήσατο τὰ Θεοῦ κρίματα εἶναι, ὡς ὠφέλημα, ἀγαθὰ κυρίως ὄντα. Ἐπιθυμίαν οὖν ἐπὶ τούτων ἔχων ἐν παντὶ καιρῷ ἐπεπόθησεν, οὐ θέλων αὐτὰ ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης ποιεῖν, ὡς ποινῶν τὰ ἐνεργοῦντες αὐτὰ φόβῳ τοῦ περιπεσεῖν κολάσει, ἀλλὰ σὺν ὀρέξει καὶ ἐπιθυμίᾳ. Συμβήσεται γὰρ ἐκ τούτου σωφρόνως καὶ γενναίως πάντα φέρειν οὐ μόνον τὰ ἡδέα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπίπονα καὶ ἀηδῆ, καὶ πρὸς πᾶν πρᾶξιν σπουδαίαν σὺν πόθῳ ἴέναι. — Τί δήποτε οὖν εἶπεν, Ἐπεπόθησεν ἡ ψυχή μου τὰ κρίματά σου, ἀλλ', « Ἐπεπόθησε τοῦ ἐπιθυμῆσαι τὰ κρίματα Θεοῦ; » Ὡς ἐπὶ τοῦ, « Ἀνταπόδος τῷ δούλῳ σου, » διηγησάμεθα, ὅτι οὐ πάντων ἐστὶν εὔξασθαι τὸ « Ἀνταπόδος τῷ δούλῳ σου, » ἀλλὰ τῶν καθαρᾷ τῇ συνειδήσει λατρευόντων τῷ Θεῷ· οὕτως οὐ πάντων ἐστὶ τὸ « ἐπιθυμῆσαι τὰ κρίματα ἐν παντὶ καιρῷ, » ἀλλὰ μόνων τῶν μὴ ἁμαρτανόντων. Ἐν ἐκείνῳ γὰρ τῷ καιρῷ ἐν ᾧ ἁμαρτάνω, ἐὰν ἐπιθυμήσω κρίματα, ἵνα κολασθῶ ἐπιθυμῶ. Ἐπεὶ τοίνυν τελείου ἐστὶ τὸ ἐπιθυμῆσαι τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ ἐν παντὶ καιρῷ, διὰ τοῦτο ταῦτά φησιν ὁ Προφήτης.

Στ. κα'. Πότε γὰρ ἡμῖν ἡ ἀντικειμένη ἐνέργεια οὐ (1) παλαίει; Οὐ μόνον ὅτ' ἂν ὁμολογουμένως ἀντιαγωνίζηται ἡμῖν, ἀλλὰ κἂν γενώμεθα ἐν τοῖς καιροῖς καὶ διαφέρουσιν, ἀγωνίζεται πῶς ἡμᾶς φυσιώσασα καὶ ὑψηλόφρονας ποιήσασα· « Ὁ Θεὸς » δὲ « ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. » Διὰ τοῦτο ὅσῳ μέγας εἶ, ταπείνου σεαυτὸν, καὶ ἐναντι Κυρίου εὑρήσεις χάριν. Εἰρήκαμεν δὲ ἤδη ὡς δυνατὸν ἐστὶ καὶ ἐκκλίνειν, οὐ μόνον ἀπὸ τῆς ἐνικῶς λεγομένης, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ἐντολῶν. Ὅπου γὰρ ἐντολὴ, δύναται ἔκκλισις γενέσθαι· ἡ ἐντολὴ Θεοῦ εὐθεῖά ἐστιν.

Στ. κβ'. Οὐκέτι οὖν ἀποπέπτωκε μόνον τῆς ἐντολῆς ἐπικατάρατος, ἀλλὰ καὶ ὃς κἂν βραχὺ ἐξέκλινεν ἀπὸ τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ. — Ἐπεὶ ὀνειδίζουσιν καὶ ἐξουδενώσουσί (2) μέ τινες ἐπὶ τῷ ἐκζητεῖν τὰ μαρτύριά σου, « περίελε τὸ ὄνειδος καὶ τὴν ἐξουδένωσίν μου. » Πῶς δ' ἂν περιαιρεθείη ταῦτα; εἰς ἐπίγνωσιν ἐρχομένων ἀληθείας τῶν τέως ὀνειδιζόντων καὶ ἐξουδενιζόντων με. Ὑπάρξαντος δὲ τούτου, ἅμα ἐμοὶ ἐκζητήσουσι καὶ αὐτοὶ τὰ μαρτύριά σου.

Στ. κε'. Αἴγει ταῦτα ὁ ἅγιος προσωποποιῶν τὸν μετανοοῦντα.

Στ. κς'. Ἑτέρα Γραφὴ, « Τὰς ὁδούς μου, » φησὶν, « ἐξήγγειλα, » ἵνα εἴπῃ· Τὰς φερούσας περὶ σὲ (3), οὐχ ἑτέρας οὔσας τῶν ἀρετῶν ὁδούς, ὦ Δέσποτα, πραγματικῶς ἐξήγγειλα σπουδαίᾳ προθέσει, καὶ καταλλήλοις αὐτῇ ἔργοις, καὶ ἐπήκουσάς μου. Διὸ πρὸς ὑπακούσαντά φησιν· « Δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. »

Στ. κζ'. Ἐὰν γὰρ τὴν ὁδὸν τῶν ἐν τοῖς δικαιώμασι μυστηρίων ὑπὸ σοῦ σύνεσιν λαβὼν νοήσω, ὡς καὶ ὁδεῦσαι αὐτὴν, δυνήσομαι, τὰ δηλούμενα ἐν τοῖς δικαιώμασί σου θαυμάσια συνιείς, ἀδολεσχεῖν ἐν ᾧ

[24] I Petr. v, 5.

(1) Particulam negativam ut expungas postulat sensus. EDIT.

(2) Legendum videtur ἐξουδενοῦσιν. ID.

(3) Legendum ἐπὶ σέ. ID.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

, καὶ τὴν ὁμιλίαν ἐν τῷ περὶ τούτου ποιεῖσθαι
>.
τ. κθ'. Ὁ προαιρέσει ἀποστὰς τῆς ὁδοῦ τῆς ἀδι-
, καὶ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ προσελθεῖν, τελειωθῆ-
ταῦτα βούλεται πρὸς Θεοῦ, τοῦ τὰ τέλη τῶν
θῶν ἐπιφέροντος. Ὡς γὰρ μισήσας ἣν εἶχεν
οιαν, τῷ πόθον ἐσχηκέναι τῆς ἀντικειμένης ἐπι-
μης, οὐχ οἷός τε ὢν τῆς ἀγνοίας ἀποστῆσαι, καὶ
πέστει πρὸς αἰρῆσαι (4), τὸν διδάσκαλον παρα-
εῖ· Τὴν ἀγνοιαν ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τῇ
στῇ μῃ σου ἐλέησόν με.
τ. λβ'. Ὁδὸς μὲν στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ἀπ-
υσα εἰς τὴν ζωὴν, καρδία δὲ πλατεῖα καὶ εὐρύχω-
ὑπὸ τοῦ Λόγου εὐρυνομένη, ἡ ἁγία καὶ Θεὸν
μένη, καὶ τὸν καλὸν δρόμον τρέχουσα τῆς ὁδοῦ
ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ. Οὕτω μὲν καὶ ἡ πλατεῖα καὶ
εύχωρος ὁδὸς ἀπάγει ἐπὶ τὴν ἀπώλειαν· ἡ δὲ
νὴ καρδία καὶ μὴ χωροῦσα ἐν ἑαυτῇ μονὴν Πα-
ς καὶ Υἱοῦ, χωρίζει ἀπὸ Θεοῦ διὰ τὴν στενοχω-
ν τὸν τοιαύτην τῇ ἑαυτοῦ κακίᾳ περιπεποιηκότα.
Στ. μ'. « Ἐπεὶ ἐπεθύμησα, » φησὶν, « τὰς ἐντολάς
, διὰ τοῦτο ζωοποίησόν με, κατὰ τὴν σὴν δικαιο-
νην, » καὶ ἄμειψαί με μὴ μόνον ποιήσαντά σου
ς ἐντολὰς, ἀλλὰ καὶ αἱρετικῶς πρὸς αὐτὰς διατε-
ντα. Διὸ οὐκ ἄλλου χάριν, ἀλλ' αὐτῶν ἕνεκα ἐπι-
λῶν αὐτός φημι, « Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ζῆσόν
, » ὅπερ ἐστὶ ζῆσαι κατὰ ἀρετήν. Καὶ ἐπεὶ δι-
ιοσύνη τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, ὁ ἐν Υἱῷ ζῆσαι βου-
μενος τοῦτό φησιν.
Στ. μγ'. Εἰ καὶ ποτὲ πρὸς ἐμπιπτούσας ἀπορίας
ερὶ προνοίας, ὁμοιοτρόπων ζητημάτων μὴ ἔχοιμι
γον ἀποδοῦναι, λύοντα τὰς ἀντιῤῥήσεις τῶν ἐπ-
τορούντων, ἀλλὰ σὺ τῇ αὐτοῦ ἀγαθότητι, ἀνοίξαντί
οι τὸ στόμα, τῷ σῷ λόγῳ ὁδὸς ἑρμηνευτικὸν τῆς ἀλη-
είας, ἵνα μὴ παντελῶς περιαίρεσις τοῦ λόγου τῆς
ληθείας ἐκ τοῦ στόματός μου γένηται, ἀλλὰ δυνηθῶ
ερὶ τῶν δυσαποδότων ἀμωσγέπως λέγειν, ὅτι Ἤλ-
ισα ἐπὶ τὰ κρίματά σου (5), τοῖς κεκριμένοις καὶ
ξετασμένοις λόγοις καὶ τοῖς κρίμασι καθ' ἃ διοικεῖς
αὶ προνοεῖς τῶν ἀνθρώπων.
Στ. να'. Τῶν ἑτεροδόξων ἀλαζονευομένων κατὰ
οῦ νόμου τῷ διαβάλλειν αὐτὸν, ἐγὼ σφόδρα τῆς φυ-
ακῆς αὐτοῦ περιειχόμην· καὶ κατὰ ποσὸν κλονῆσαι
ὴν πρὸς αὐτὸν συγκατάθεσιν μὴ ἀνεχόμενος.
Στ. νβ'. Ἔτι τὴν διάθεσιν κατανοήσομεν τοῦ δι-
αίου. Μιμνησκόμενος, φησὶ, τῶν κριμάτων τοῦ
θεοῦ τῶν ἀπ' αἰῶνος καὶ ἕως αἰῶνος ἀποθησομέ-
ων (6) ἑκάστῳ, παρακαλεῖται καὶ ἄλυπος μένει καὶ
τάραχος. Καὶ λέγει οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν
καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι
εἰς ἡμᾶς.
Στ. ξγ'. Μέτοχον νοήσομεν τὸν φίλον καὶ κοινωνὸν,
ὅ φησιν ὁ Ἐκκλησιαστὴς, « Ἐὰν πέσῃ (7) ὁ εἷς ἐγερεῖ
τὸν μέτοχον αὐτοῦ. » Μήποτ' οὖν τοῦτο βούλεται λέ-
γειν, ὅτι φίλος καὶ κοινωνὸς, εἰ μὴ πάντων τῶν φο-

exerceri in eis, et in eis narrandis conversari li ceat.

Vers. 29. Qui ab iniquitatis via recedere, et Dei legem accedere decrevit, optat hæc a Deo perfici, perfectionem omnium bonorum præstante. Ita qui pristinam suam ignorantiam odio habet, et divina scientia illuminari cupit, cum ipse sua virtute ignorantiam depellere nequit, et in sanctis doctrinis erudiri, clamat ad magistrum : Ignorantiam amove a me, et scientia tua miserere mei.

Vers. 32. Via quidem quæ ducit ad vitam arcta et tribulationibus referta ; cor autem latum et amplum a verbo dilatatum, sancta quæque et Deum contemplatura, et nobilem cursum viæ mandatorum Dei currens. Pariter lata et spatiosa via quæ ducit ad perditionem, cor vero angustum et non capiens in se mansionem Patris et Filii, avertit a Deo per angustiam suam eos qui malitia sua tale cor adepti sunt.

Vers. 40. « Quia mandata tua, » inquit, « concupivi, vivifica me secundum justitiam tuam, » et retribue mihi non solum mandata tua perficienti, sed studio etiam ea prosequenti. Ideo cum non alia de causa, sed ipsorum gratia ea observem, oro, « In justitia tua vivifica me, » hoc est ut secundum virtutem vivam. Præterea quando Filius est justitia Patris, qui in Filio vivere voluerit, eadem profitebitur.

Vers. 43. Licet nonnunquam multa providentia tua fiant, multæque quæstiones occurrant, quas probare, aut de quibus dubitantium difficultates solvere non valeam, tu tamen bonitate tua, aperienti os sermonem tuum ad explicandam veritatem ne deneges ; præsta ne omnino auferatur verbum veritatis de ore meo, sed vel in calamitatibus profiteri possim, quia Speravi in judicia tua, in sermonibus justis et probatis, et in judiciis quibus homines dirigis et gubernas.

Vers. 51. Heterodoxi gloriati sunt adversus legem, eam impugnando ; ego vero usque in custodienda ea versatus sum ; nec deflexit ab ea vel minime mens mea.

Vers. 52. Rursus justi affectus meditabimur. Memor, inquit, judiciorum Dei, a sæculo usque in sæculum cuique definitorum, consolatur, et dolorum expers imperturbatusque remanet. Dicit non conferendas esse passiones fluxæ hujus vitæ cum gloria in futura vita nobis revelanda.

Vers. 63. Idem sonat particeps ac socius et amicus, uti indicat Ecclesiastes : « Si ceciderit unus alter eriget participem [35]. » Hoc igitur declarat se nunquam amicum sociumve futurum, nisi eorum

[35] Eccle. IV, 10.

(4) An τῇ πίστει προσερεῖσαι? Ex duobus enim vocabulis πρὸς αἱρῆσαι nullum sensum elicere possis. Edit.

(5) Lege ἐπὶ τοῖς κρίμασί σου. Ib.
(6) Forsitan corrigendum ἀποζοθησομένων. Ib.
(7) LXX πέσωσι. Ib.

Digitized by Google Распознавание текста

qui timent Dominum, et mandata ejus custodiunt.

Vers. 65. Cum apud Deum bonitas et severitas simul sint, testante Apostolo [36], bonitate in fide permanentes fovet, et severitate ab ea deflectentes insequitur. Sanctus igitur, utpote in fide confirmatus : « Bonitatem, » inquit, « fecisti cum servo tuo. » Tuo dicit, declarans non sortitione quadam bonitatem Dei cum hoc vel illo fore, sed cum servo suo, quisquis ille sit. Illud autem, « secundum verbum tuum, » indicat bonitatem Dei cum nemine futuram sine ratione et causa rationali.

Vers. 66. Disciplinam quidem vocat moralem virtutem, scientiam intellectualem. — Quia recte et prudenter mandatis tuis credidi, ita ut ea perficerem, da mihi sapientiam, docens me bonitatem et disciplinam et scientiam. Cum his consentit illud : « Desideravi sapientiam, custodi mandata, et Dominus tibi largietur eam. »

Vers. 72. Duplex quidem lex, alia ad spiritum et ad sensum, alia ad litteram et ad umbram per angelos in manu Mediatoris descripta [37]. Propheta igitur bonam ait esse sibi legem divini oris super omnia mundi bona, quod per « millia auri et argenti » designat. Rem consideranti argentum pro sermone, aurum pro mente haberi videbitur.

Vers. 74. Timentes Deum cum nulla re carent, perfecti sunt; itidem et boni quia recte timent. Ideo etiam lætantur de iis qui Deo placent.

Vers. 75. Perficiuntur omnia judicia Dei. Justitiam esse judicia Dei credit fidelis, non cognovisset autem nisi suscepisset verbum scientiæ. Infidelis autem ne credit quidem, sed Providentiam incusat. De his igitur judiciis alii credunt, alii vero non credunt; melior autem qui non tantum credit sed etiam cognoscit quæ justitia Dei in istis. Scientiam hanc de illis intelligit propheta quæ hominibus eveniunt.—Et paulo post : Sæpius notavi illud, « humiliasti me, » ubique, præsertim vero in Psalmis, idem sonare ac « tentationibus circumdedisti me. » Nisi enim multis calamitatibus exerceretur et contra spem a Deo adjuvaretur, non liceret homini in virtute confirmari.

Vers. 76. Propheta, velut generosus athleta, et ferendis tentationibus assuetus, orat non ut a tribulantibus eum liberetur, sed ut tribulationum tempore confortanti verbo consoletur, ideoque animo tranquillo et læto quidquid acciderit sustinere valeat. In hoc enim, inquit, miserere mei, ut contingam exhortationes et consolationes.

[36] Rom. xi, 22. [37] Gal. iii, 19.

A δουμένων τὸν Κύριον, καὶ φυλασσόντων τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ;

Στ. ξε'. Οὔσης περὶ τὸν Θεὸν χρηστότητος καὶ ἀποτομίας κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἡ μὲν χρηστότης γίνεται ἐπὶ τοὺς ἑστηκότας τῇ πίστει, ἡ δὲ ἀποτομία ἐστὶν ἐπὶ τοὺς ἀφεστηκότας αὐτῆς. Ἐπεὶ οὖν ἅγιος ἐβεβαίωτο ἐν τῇ πίστει, « Χρηστότητα » εἶπε « ἐποίησας μετὰ τοῦ δούλου σου. » Σοῦ δὲ, ἔφη, παρεστῆσαι βουλόμενος μὴ κατὰ ἀποκλήρωσιν γινομένην μετά τινος τὴν χρηστότητα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ μετὰ τοῦ δουλεύοντος αὐτῷ, ὅστις ποτ' ἂν ᾖ οὗτος. Τὸ δὲ « κατὰ τὸ λόγιόν σου » προσκείμενον, δηλοῖ σὺν λόγῳ καὶ αἰτίᾳ λογικῇ γίνεσθαι μετά τινος τὴν τοῦ Κυρίου χρηστότητα (8).

B Στ. ξς'. Παιδείαν μὲν τὴν ἠθικήν· γνῶσιν δὲ τὴν διανοητικὴν ἀρετὴν καλῶν. — Ἐπεὶ ὀρθῶς καὶ φρονίμως ταῖς παρὰ σοῦ ἐντολαῖς προσελθὼν ἐπίστευσα αὐταῖς ὡς τηρῆσαι αὐτάς, δρεξόν μοι σοφίαν, δώξας με χρηστότητα καὶ παιδείαν καὶ γνῶσιν. Συνᾴδει τούτοις τὸ, « Ἐπεθύμησα σοφίαν, διατήρησον ἐντολάς, καὶ Κύριος χορηγήσει σοι αὐτήν. »

Στ. οβ'. Διττοῦ ὄντος τοῦ νόμου, τοῦ μὲν πνευματικοῦ καὶ πρὸς διάνοιαν, τοῦ δὲ κατὰ τὸ γράμμα καὶ τὴν σκιὰν διαταγέντος δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ Μεσίτου, ὁ Προφήτης ἀγαθὸν αὐτῷ λέγει τὸν νόμον τοῦ θεϊκοῦ στόματος ὑπὲρ πάντα τοῦ κόσμου ἀγαθὰ διὰ « χιλιάδων χρυσίου καὶ ἀργυρίου » ἐδήλωσε. Πρὸς θεωρίαν δὲ λεκτέον τὸ ἀργύριον ἀντὶ λόγου, τὸ δὲ χρυσίον ἀντὶ νοῦ.

C Στ. οδ'. Οἱ Θεὸν φοβούμενοι τῷ μηδὲν κατ' ὑστερεῖν, τέλειοί εἰσιν· ὄντες δὲ τοιοῦτοι ἀγαθοῦ τυγχάνουσι, κατὰ τὸν οὗ ἔχουσι φόβον· διὸ καὶ εὐφραίνονται ἐπὶ τοῖς εὐαρεστοῦσι Θεῷ.

Στ. οε'. Πάντα κρίματα τοῦ Θεοῦ γίνεται· καὶ ἡ δικαιοσύνη ἐστὶ τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ, ὁ πιστὸς πιστεύει, ἀλλ' οὐκ ἂν ἔγνω εἰ μὴ λάβοι λόγον γνώσεως. Ὁ δὲ ἄπιστος οὐδὲ πεπίστευκεν, ἀλλ' ἐγκαλεῖ τῇ Προνοίᾳ. Περὶ τούτων οὖν τῶν κριμάτων, ὁ μὲν τὰ πεπίστευκεν, ὁ δὲ ἀπιστεῖ· ὁ δὲ βελτίων οὐ πεπιστευκε μόνον, ἀλλὰ καὶ (9) τίς ἡ ἐν τούτοις κρίσις τοῦ Θεοῦ· καὶ κατὰ τὰ συμβαίνοντα ἀνθρώποις ταύτην τὴν γνῶσιν ἀνείληφεν ὁ προφήτης. — Καὶ μετ' ὀλίγα· Πολλάκις δὲ ἐτήρησα ὅτι τὸ « ἐταπείνωσάς με » λέγεται πολλαχοῦ, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς Ψαλμοῖς, ἀντὶ D τοῦ « πειρασμοῖς περιέβαλές με. » Χωρὶς γὰρ τοῦ ἐν πολλοῖς ὀδυνηροῖς γυμνασίας καὶ τῆς παρ' ἐλπίδα γινομένης Θεοῦ βοηθείας, οὐκ ἔστι βεβαίως ἀθλητὴν ἐν ἀρετῇ παγῆναι.

Στ. ος'. Ὁ προφήτης ὡς γενναῖος ἀθλητὴς καὶ μεμαθηκὼς φέρειν τὰ συμβαίνοντα, εὔχεται οὐκ ἀποστῆναι τὰ λυποῦντα αὐτὸν, ἀλλὰ δοθῆναι αὐτῷ ἐν τῷ καιρῷ τῶν λυπηρῶν λόγον ἰσχυρὸν παρακλήσεως, τὸν δυνάμενον αὐτῷ χαρίσασθαι μετὰ πίστεως εὐθυμίας καὶ ἀταραξίας φέρειν τὸ συμβεβηκός. Ἐν τούτῳ γάρ με, φησὶν, ἐλέησον, ἵνα γένηται μακροθυμία καὶ παράκλησις καὶ παραμυθία.

(8) Rursus animadvertamus Didymi sententiam circa divinam gratiam, veluti etiam in subsequente pagina.

(9) Supple ἔγνω. Edit.

Digitized by Google Распознавание текста

Στ. οθ'. Βούλεται ὡς προφήτης τοὺς φοβουμένους τὸν Θεὸν ἐπιστρέψαι πρὸς αὐτὸν καὶ οἰκεῖν, ἵν' αὐτοῖς μεταδῷ τοῦ χαρίσματος τοῦ ἐν αὐτῷ.

Στ. πγ'. Ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, πνευματικὴ ὢν πάνυ, ἔπεσι καὶ δρόσος καὶ ὑετὸς πολλαχοῦ λέγεται, καταψύχει μου τὸν ἀπὸ παθῶν ἀκόλαστον φλεγμόν, καὶ ἀσθενῆ μου τὴν σάρκα ποιεῖ, ὡς τὴν νέκρωσιν Ἰησοῦ φέρειν ἐν αὐτῇ.

Στ. πδ'. Πᾶσαι αἱ ἀνθρώπιναι ἡμέραι ὀλίγαι εἰσίν. Ἐπεὶ οὖν ὀλίγον χρόνον ζῶ ἐπὶ γῆς, βούλομαι δὲ δεῖν τοὺς καταδιώκοντάς με κρινομένους, παρακαλῶ σε μὴ ὑπερθέσθαι. Τίνες δέ εἰσιν οἱ περὶ ὧν εὔχεται ἵνα γένηται ἐπ' αὐτοὺς κρίσις; Οἱ καταδιώκοντες ἡμᾶς ὁ Σατανᾶς ἐστι καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας. Ὅταν δὲ ἡμᾶς καὶ ἄνθρωπος δοκῇ καταδιώκειν, τῷ πρώτως καταδιώκων, οὐκ ἄνθρωπός ἐστιν, ἀλλ' ὡς παρέχειν ἑαυτὸν τόπον ἐκεῖνος ἄνθρωπος. — Ποιήσεις δὲ τοῦτο, συντρίβων τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας μου ἐν τάχει, καὶ τὰς ἀντικειμένας σοι δυνάμεις ὑποτάσσων τῇ ψυχῇ μου, καὶ ποιῶν αὐτὰς καταπατεῖσθαι ὑπὸ τοῦ σοῦ λόγου γινομένου ἐν τῇ προαιρέσει μου.

Στ. πε'. Πολλοὶ γὰρ ἑρμηνεύειν ἐπιχειροῦσι τὰς θείας Γραφὰς, καὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τῶν ἔξω ταύτης αἱρετικῶν τε καὶ Ἰουδαίων ἢ Σαμαρειτῶν· ἀλλ' οὐ πάντες λέγουσι καλῶς. Σπάνιος γὰρ ὁ ἔχων ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς τοῦτο χάριν, πολλῶν ἀδολεσχία καὶ φλυαρία· οὐ γὰρ δύναται λόγος εὔτονος καὶ ἐρρωμένος καὶ σωτήριος εἶναι ἐν ψυχῇ τοῦ παρανόμου (10).

Στ. πς'. Οὐ τύπος οὐδὲ σύμβολον αἱ ἐντολαί σου· « Ἀδίκως κατεδίωξάν με, βοήθησόν με. » Ἔστι δικαίως καταδιωχθῆναι, καὶ ἀδίκως. Δικαίως καταδιώκεται ὁ παρανόμως βιούς· ἀδίκως δὲ ὁ δίκαιος, ὁ φιλαλήθης, ἐχθρὸς ἀνθρώποις γινόμενος διὰ τὴν ἀλήθειαν. — Οἱ καταδιώκοντές με προσπεπολεμήκασιν, ἕως τε (11) μικροῦ δεῖν συντετελεκέναι με αὐτοὺς, μικροῦ δεῖν ἐκ τοῦ διωγμοῦ αὐτῶν ἐτελεύτησα· συντετέλεσταί μου ὁ χρόνος τῆς ζωῆς ἐπικειμένου μοι τοῦ δειλοῦ, καὶ ὅμως οὐκ ἐξέστην σου τῶν ἐντολῶν, οὐκ ἐξεκάκησα, οὐ παράνομόν τι ἐποίησα, ἀλλ' ἐπέμενον τῇ ἀγάπῃ τῶν ἐντολῶν σου. — Καὶ μετ' ὀλίγα· Συντελεσθῆναι δέ ἐστιν ἐν τῇ γῇ οὐ τὸ κοινῶς τεθνάναι, ἀλλὰ τὸ εἰς τὴν ὑλικὴν ἕξιν, ἣν ἐκάλεσε γῆν, ὡς εἰς τέλος ἐλθεῖν ἐπὶ τῷ κατ' αὐτὴν πωωθῆναι. — Τὸ κατὰ τὸ λόγιον τοῦ Θεοῦ ζῆν, τὸ σὺν εὐσεβείᾳ ζῆν ἐστιν, οὐχ ἁπλῶς τὴν αἰσθητὴν ταύτην ζωήν. Τούτου γὰρ τυχὼν ἐν εὐζωΐᾳ ἔσται, ὃς ἐφύλασσεν τὰ μαρτύρια τοῦ στόματος τοῦ Θεοῦ μαρτυρηθέντα καὶ ἀποδειχθέντα ὑπὸ Λόγου τοῦ Θεοῦ, οὗ εἶπεν αὐτοῦ στόματος (12) εἶναι.

Στ. πη'. Ὁ μετὰ πάσης εὐτονίας καὶ σφοδρότητος ἐργαζόμενος τὰ προστεταγμένα ὑπὸ τοῦ Κυρίου, οὗτος νενόηκε τὸν προειρημένον στίχον.

Στ. κα'. Ὡς τεταγμένως καὶ ὁμαλῶς περιχυκλεῖν

(10) Notabile Didymi dictum de heterodoxis sacræ Scripturæ interpretibus. Consonat fere S. Athanasius in fragmentis.

(11) Ὥστε vel ἕως τοῦ? Edit.

Vers. 79. Optat, uti prophetam decet, timentes Deum ad se converti et secum conversari, ut eis gratiam largiatur qua ipse repletus est.

Vers. 83. Dei verbum spiritualis pruina; quando etiam ros et pluvia ubique dicitur, refrigerat ardentes cupiditatum mearum flammas, et carnem meam debilitat ut mortificationem Jesu in ipsa feram.

Vers. 84. Omnes humanæ vitæ dies pauci. Cum igitur paulisper in terris vivam, et eos judicio afflictos videre velim qui me persequuntur, oro te ne tardes. Qui autem sunt illi quos judicandos existimat? Qui nos persequuntur, Satanas et spiritualia nequitiæ. Nam quando homo nos persequi videtur, non homo est qui nos primarie persequitur, sed illis tantum persequendi occasionem præbet. — Hoc autem judicium facies, quam citissime Satanam sub pedibus meis conculcans, et subjiciens animæ meæ potestates tibi infensas, et tradens eas a verbo tuo proterendas, quod mente suscipiam.

Vers. 85. Multi quidem divinas Scripturas interpretari non dubitant, et Ecclesiæ libros necnon externa hæreticorum, Judæorumque et Samaritanorum scripta; sed non omnes illud egregie præstant. Pauci enim sunt quibus Deus ad hoc gratiam impertitur; multis autem confabulationes et nugæ. Non est enim quod sermo rectus et firmus et salutaris in animo iniqui reperiatur.

Vers. 86. Non figuræ aut symbola mandata tua: « Injuste persecuti sunt me, adjuva me. » Nunc enim juste persequuntur, nunc injuste. Juste persequuntur eum qui iniquam vitam agit; injuste autem pium virum, veritatis amatorem, qui veritatis causa hominibus odio factus est. — Qui persequebantur me ita me lacessiverunt, ut parum abfuerit quin consummarer ab eis: prope persecutionibus eorum interii; consummatum est tempus vitæ meæ instante diabolo; attamen a mandatis tuis non defeci, malo me non dedi, iniqua non egi, sed amore tui permansi in mandatis tuis. — Et paulo post: Consummari in terra non est communi morte perire, sed ad humilia delabi, quæ terram vocat, quasi ad finem, ut in iis deinceps vivatur. — Secundum eloquia Dei vivere, non est carnali hac vita vivere, sed piis moribus vivere. Quam vitam adeptus beatitudine fruetur qui testimonia oris Dei custodivit, a Verbo Dei prolata et prædicata, quod os ejus dicit esse.

Vers. 88. Versus hic illi usurpandus qui præcepta Domini accuratius et diligentius perficit.

Vers. 91. Statis et æqualibus temporibus com-

(12) Nota duplicem genitivum *attractioni*, ut aiunt grammatici, tribuendum: οὗ... στόματος pro ὃν ... στόμα. Idem.

Digitized by Google Распознавание текста

pletur annuus orbis, nec deficit dies, nec unquam variatur constans dierum nunc longiorum nunc contractiorum series.

A

Vers. 98. Inimici nostri invisibiles nihil intentatum relinquunt ut nos ad exquirendam voluptatem propellant; voluptas autem nos emollit, ut vel divinum mandatum cum sudore perficiendum repudiemus. Superat vero voluptatem et voluptatis doctores inimicos, qui mandatum Dei sapit, docente Deo, ita ut in æternum illud profiteri possit; voluptas contra fluxa et caduca. Quapropter Deo hymnis gratias agens, ait : Sapere me fecisti mandatum tuum, ex quo etiam super inimicos meos factus sum.

Vers. 105. Lucerna erat lex iis qui, nondum orto sole justitiæ, in nocte incedebant. Vera autem lux non lucerna est, sed sol illuminans eos quibus nox processit, appropinquante die quo honeste ambulent [38].

B

Vers. 106. Quod sibi velit illud, « Juravi, » inquirendum. Statuit testamentum electis suis, et hoc testamentum a Deo statutum suscepit fidelis. Atqui velut sacramento obligatur in Deum fidelis qui traditum a Deo testamentum admisit. Nam testamentum suscipiendo, Deo velut pacto promisimus nos judicia justitiæ ejus custodituros et servaturos. Statuo ista in anima mea, et hoc facto, contingit mihi quod Salomon in Proverbiis dixit : « Cogitationes justorum, judicia [39]. » Hæc autem sunt justitiæ Dei judicia, quæ olim facta sunt cum illa in memetipso juravi et statui. Hic vero statuere, nil aliud est præter firmiter definire. Et « jurare, » non jurare Deum, sed hoc sibi immutabiliter proponere, et fideliter servare : opus jusjurandi possum facere.

C

Vers. 125. Nemo servus peccati servus Dei est. Qui enim Deo inservit, et opera affectusque suos juxta Dei verbum informat, hic merito dicet : « Servus tuus sum ego. » Talis cum sit propheta, præmium servitutis exposcit, « Da mihi intellectum. » Est enim intellectus quem Deus largitur, qui apud Deum velut in ærario deponitur; nam « Spiritus Dei, spiritus sapientiæ et intellectus [40] » et cætera bonorum dona.

D

Vers. 126. « Tempus faciendi, » hoc est gentes ad Dominum convertendi. Dissipavit enim legem ille Israel. Nondum enim erat tempus, quo Dominus venturus erat, quandiu legem Dei non dissipavere Judæi; quod declarat hic propheta Spiritu edoctus, quod prædicit etiam Isaias, et idem explicat Apostolus. En verba Isaiæ : « Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis auxiliatus sum tibi [41]. » Apostolus autem hunc locum proferens addit : « Ecce nunc tempus acce-

κατὰ τοὺς ἐτησίους κύκλους, οὐκ ἐξισταμένης τῆς ἡμέρας, οὐδὲ πώποτε ἧς ἔχει πρὸς νύκτα διατάξεως κατά τε ἰσότητα καὶ ἀνισότητα.

Στ. ιη'. Οἱ ἐπικείμενοι ἐχθροὶ ἀόρατοι πειρῶνται διὰ πάσης σπουδῆς εἰς τὸ προτιμᾶν ἡδονὴν ἀγαγεῖν με, δι' ἧς ἡδονῆς συμβαίνει πρὸς πάντα τρόπον δυσχερῶς ἔχειν, ὡς καὶ τὴν θείαν ἐντολὴν οὐ ῥᾳδίως κατορθουμένην παραιτεῖσθαι· κρείττων δὲ γίνεται τῆς ἡδονῆς, καὶ τῶν πρεσβευόντων αὐτὴν ἐχθρῶν, ὁ τὴν Θεοῦ ἐντολὴν σοφιζόμενος ὑπ' αὐτοῦ, ὥστε εἰς αἰῶνα αὐτὴν ἔχειν, ὁμολογήσας τῆς πρὸς ὀλίγον οὔσης καὶ προσκαίρου ἡδονῆς. Διὸ τῷ Θεῷ εὐχαριστικῶς ὑμνῶν ἐρεῖ· Ἐσόφισάς μοι τὴν ἐντολήν σου, ἐξ οὗ καὶ ὑπὲρ τοὺς ἐχθρούς μου γεγένημαι.

Στ. ρε'. Λύχνος ὁ νόμος ἐστὶ τοῖς πρὸ τῆς ἀνατολῆς τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης ἐν νυκτὶ βαδίζουσι, τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς οὐ λύχνου ὄντος, ἀλλ' ἡλίου φωτίζοντος ἐκείνους, οἷς προέκοψεν ἡ νύξ· ἐγγισάσης τῆς ἡμέρας εὐσχημόνως περιπατεῖν ἔστιν.

Στ. ρς'. Τί ποτε ἐνθάδε τὸ « Ὤμοσα (13), » ζητητέον. Διέθετο διαθήκην πρὸς τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ, καὶ ταύτην τὴν διαθήκην διαθεμένου τοῦ Θεοῦ ὁ πιστεύων παρεδέξατο. Καὶ οἱονεὶ ὅρκος ἐστὶν μεταξὺ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ πιστεύοντος τῇ τῆς διαθήκης τοῦ Θεοῦ παραδοχῇ· συνθήκας γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν ἐποιησάμεθα, παραδεξάμενοι αὐτοῦ τὴν διαθήκην, ὡς τηρῆσαι καὶ φυλάξασθαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. Ἔστημι δὲ αὐτὰ ἐν τῇ ἐμῇ ψυχῇ· ὅταν αὐτὰ στήσω, γίνεταί μοι ἐκεῖνο τὸ εἰρημένον παρὰ τῷ Σολομῶντι ἐν Παροιμίαις, « Λογισμοὶ δικαίων, κρίματα. » Ἐκεῖνα τὰ κρίματά ἐστι τῆς δικαιοσύνης τοῦ Θεοῦ τότε γενόμενα, ὅτε ὤμοσα καὶ ἔστησα αὐτὰ ἐν ἐμαυτῷ· τὸ δὲ στῆσαι ἐνταῦθα, τὸ βεβαίως ὁρίσαι δηλοῖ. Καὶ τὸ « ὀμῶσαι » οὐ τὸ Θεὸν ὀμῶσαι, ἀλλὰ τὸ ἀμεταθέτως τοῦτο προθέσθαι καὶ ἀπαράβατον φυλάττειν· τὸ ἔργον τοῦ ὅρκου δύνασθαι ποιεῖν.

Στ. ρκε'. Οὐδεὶς δοῦλος τῆς ἁμαρτίας; δοῦλός ἐστι τοῦ Θεοῦ. Ὁ γὰρ δουλεύων, ἐν πάσῃ πράξει καὶ διανοήσει ποιῶν πάντα κατὰ τὸν λόγον αὐτοῦ, οὗτος λεγέτω· « Δοῦλός σού εἰμι ἐγώ. » Τοιοῦτος ὢν ὁ προφήτης ἀξιοῖ μισθὸν λαβεῖν τῆς δουλείας, τὸ, « Συνέτισόν με. » Ἔστι γὰρ σύνεσις διδομένη ἀπὸ Θεοῦ, ἣ ἀποκειται παρὰ τῷ Θεῷ, ὡς ἐν θησαυροφυλακίῳ. « Πνεῦμα » γάρ, φησί, « σοφίας καὶ συνέσεως, » καὶ τὰ ἑξῆς τῶν ἀγαθῶν τὰ χαρίσματα.

Στ. ρκς'. Ἀντὶ τοῦ « Καιρὸς τοῦ ποιῆσαι τῷ Κυρίῳ » τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. Διεσκέδασε γὰρ τὸν νόμον ὁ Ἰσραὴλ ἐκεῖνος. Οὔπω γὰρ ἦν καιρὸς αὐτοῦ τῆς ἐπιδημίας, ὅσον ἐκεῖνοι οὐκ ἦσαν διασκεδάσαντες τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ· ὡς προφήτης οὖν Πνεύματι ᾄδων φησὶν περὶ τούτου τοῦ καιροῦ· καὶ Ἡσαΐας προφητεύει, καὶ ὁ Ἀπόστολος διηγεῖται. Ἡσαΐας μὲν οὕτω λέγει· « Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι. » Καὶ ὁ Ἀπόστο-

[38] Rom. XIII, 12, 13. [39] Prov. XII, 5. [40] Isa. XI, 2. [41] Isa. XLIX, 8.

(13) Sic iterum infra et alibi. Frequens apud Alexandrinos mutatio o in ω. Edit.

Digitized by Google Распознавание текста

λος δὲ τὸ ῥητὸν ἐκθέμενος, ἐπιφέρει· « Ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας. » Ὅτε καιρὸς γέγονε τοῦ ποιῆσαι τῷ Κυρίῳ. διασκεδασθέντος τοῦ νόμου ὑπὸ τῶν παραλαβόντων αὐτόν. A

ptabile, ecce nunc dies salutis [12]. » Venerat scilicet tempus faciendi Domino, cum dissipassent legem iniqui.

Στ. ρκζ'. Τελειοτέρου ἐστὶν τὸ ποιεῖν μετὰ τοῦ ἀγαπᾷν· ἀτελεστέρου δὲ ποιεῖν μὲν, οὐ μετὰ τοῦ ἀγαπᾷν δέ. Τῶν δὲ ἐν τῷ κόσμῳ τιμιώτατον δοκεῖ εἶναι χρυσός. Παρακειμένου γοῦν πλούτου παντὸς καὶ ἐντολῆς σου, οὐχ οὕτως ἐνορῶ τῷ πλούτῳ, ὡς τῇ ἐντολῇ σου. — Ταῦτα συνᾴδει τῷ· « Ἀγαθόν μοι ὁ νόμος τοῦ στόματός σου ὑπὲρ χιλιάδας χρυσίου καὶ ἀργυρίου· » καὶ τῷ· « Λάβετε παιδείαν καὶ μὴ ἀργύριον· καὶ γνῶσιν ὑπὲρ χρυσίου δεδοκιμασμένου· κρεῖσσον γὰρ σοφία λίθων πολυτελῶν· πᾶν δὲ τίμιον οὐκ ἄξιόν ἐστιν. » B

Vers. 127. Viri est perfectioris, facere et diligere simul; minus perfecti viri, facere non diligendo. Nihil videtur in mundo pretiosius auro. Quodsi autem ex una parte divitias omnes, et ex altera mandata tua proponerent, in mandata tua irruerem potius quam in divitias. — Hæc consentiunt cum illo: « Bona mihi lex oris tui, super millia auri et argenti [13]; » et cum illo: « Accipite disciplinam et non argentum, et scientiam super aurum probatum; melior enim sapientia lapidibus pretiosis; omne autem pretiosum non est ea dignum [14]. »

Στ. ρλζ'. Διὰ τοῦτο εὐθῆς ἐστιν ἡ κρίσις σου. Ἐπεὶ δίκαιος ὢν, κατὰ τοὺς τῆς δικαιοσύνης κανόνας, εὐθυτάτους ὄντας, κρινεῖς πάντας τοὺς δεξαμένους τὰ κρίματά σου.

Vers. 137. Qua de causa recta quoque judicia tua. Quia justus, juxta justitiæ leges rectissimus judicabis omnes quicunque judicia tua susceperint.

Στ. ρλη'. Αἱ γὰρ θεῖαί σου Γραφαὶ, ἃς ἀνθρώποις ἐνετείλω, οὐχ αἱ καιναὶ μόναι, ἀλλὰ καὶ παλαιαὶ, δικαιοσύναι κατὰ τὰ ἠθικὰ τυγχάνουσαι, τουτέστιν ἠκριβωμέναι· ἦν ἂν ἐνετείλω ἡμῖν ποιεῖν κρίματα, ὅπως κρινῶμεν κατὰ τὸν νόμον, καὶ τὸν μικρὸν κρῖμα δίκαιον κρίνειν ὑποτιθεῖσαι καὶ εἰς πᾶσαν εὐθύτητα ἐμβιβάζουσαι, ἀλήθεια καὶ δικαιοσύνη εἰσίν.

Vers. 138. Nam divinæ Scripturæ tuæ, quas hominibus mandasti, non novæ tantum sed et veteres, justitiæ sunt rectis moribus congruentes, hoc est probatæ: mandasti nobis judicia facere, ut judicemus juxta legem; nam ad vel minimum juste judicandum, et ad omnem æquitatem requiruntur veritas et justitia.

Στ. ρμδ'. Ἃ δέδωκάς μοι « μαρτύρια, » οὐ πρὸς ὀλίγον ὄντα ὠφέλιμα, « δικαιοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα » τυγχάνουσιν, δικαιοῦντα τὸν διαθέσει συνεγγίζοντα αὐτοῖς. C

Vers. 144. « Testimonia, » quæ dedisti mihi, non parvi sunt momenti, sed « justitia in æternum, » justificantia eos qui ipsis affectu adhærent.

Στ. ρνβ'. Ἐθεμελιώθη τὰ μαρτύρια ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ὡς μηδένα δύνασθαι ζῆσαι, εἰ ἀνατρέψεται αὐτά. Ὁ γὰρ σὸς Λόγος σοφία, καὶ Υἱός σου τυγχάνων, θεμέλιος αὐτῶν ὑπάρχων· διὸ καὶ παριστὰς τὸ ἀκαταμάχητον καὶ ἀκαθαίρετον αὐτῶν, ἔφη· Οἱ λόγοι μου οὐ μὴ παρελεύσονται, κἂν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρέρχονται.

Vers. 152. Deus fundavit testimonia sua, ita ut nemo vivere posset, si laberentur; nam Verbum tuum sapientia, et Filius tuus cum sit, fundamentum eorum. Qua de causa declarans quam inexpugnabilia et quam invicta illa sint, ait: Verba mea non transibunt, licet cœlum et terra transeant.

Στ. ρξα'. Διττή ἐστιν ἡ δειλία, ἡ μὲν ἄλογος περὶ τὸ θυμικὸν μέρος τῆς ψυχῆς καταγινομένη, ἡ δὲ λογικὴ περὶ τὴν καρδίαν συνισταμένη καὶ τὴν νόησιν, οὐκ ἄνευ λόγου· καὶ τάχα ἡ αὐτὴ τῷ θείῳ φόβῳ τυγχάνει ἢ δύναται.

Vers. 161. Duplex est formido; alia quidem cæca affectus animæ vehementius permovet, alia autem rationi consentanea cor et mentem invadit; hæc forte a Dei timore non alia.

Εἰ καὶ μανέντες ἀπὸ Ἀρτεμᾶ (8), οἷς ἠκολούθησαν καὶ οἱ ἀπὸ Σαμοσάτων (9), οἴονται ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Ἰησοῦν διὰ τὴν προκειμένην λέξιν, ἴστωσαν, ὅτι τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, Θεὸς Λόγος ὤν, ἄνθρωπος γέγονε, δεξάμενος δούλου μορφήν, ὡς εἶναι τὸν ἐπιδημήσαντα (10) Χριστὸν ἄνθρωπον ἅμα καὶ Θεόν. Ὥσπερ οὖν ταν ὁ Χριστὸς λέγηται Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία, περὶ τῆς θεότητος, ἀλλ' οὐ περὶ τοῦ ἀνθρωπείου αὐτὸ κλαμβάνομεν· οὔτε πάλιν, ἐὰν λέγηται Χριστὸς εθνάναι καὶ τετάφθαι κατὰ τὰς Γραφὰς, περὶ τοῦ ὤματος αὐτοῦ, οὐχὶ δὲ περὶ τῆς θεότητος ἐκδεχόμε- B θα. Καὶ ἔστι γε μυρία τοιαῦτα ἐν ταῖς Γραφαῖς εὑεῖν. Ὅθεν ἐὰν ἄνδρα λέγῃ Ἰησοῦν ἀποδεδειγμένον πὸ Θεοῦ σημείοις καὶ τέρασιν, ἀκολούθως αὐτὸ νοοῦεν τῷ, *Νῦν με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς ὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα·* καὶ τῷ (11), *Ἄνθρωος ὢν πληγῇ ὢν καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν.* Καὶ ἂρ ἀκούοντες αὐτοῦ τούτου ἀνδρὸς, τοῦ ἀποδεδειγμέου ἀπὸ τοῦ Θεοῦ λέγοντος· *Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ εὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μοογενῆ ἔδωκε·* καὶ, *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου·* αὶ, *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί·* οὐκ λίθιοί ἐσμεν, ὡς περὶ ψιλοῦ ἀνθρώπου ταῦτα λεέχθαι νομίζειν. Εἰπάτωσαν δὲ ἡμῖν οἱ τῆς γνώμης αὐτῆς, πῶς ἀκούουσιν· *Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν ὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ Υἱὸς* C *οῦ ἀνθρώπου·* καὶ τὸ, *Ἐὰν θεωρῆτε τὸν Υἱὸν τοῦ νθρώπου ἀναβαίνοντα, ὅπου ἦν τὸ πρότερον;* Οὐ ἄρ τι τούτων νοῆσαι εὐσεβῶς δυνήσονται, ἀρνούμεοι τὴν θεότητα τοῦ Ἰησοῦ. Πῶς ὁ ἐκ τῆς Μαρίας, ὃν ὑπονοοῦσι ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ατεβέβηκεν, καὶ ἀναβαίνει, ὅπου ἦν τὸ πρότερον; ὐχ ἔξουσιν εἰπεῖν. Ἐλεγκτέον ἐκ τῆς προκειμένης έξεως καὶ τοὺς ολομένους σάρκα μόνον γεγενῆσθαι ὸν Σωτῆρα. Οὐ γὰρ κατὰ μόνης σαρκὸς, οἰκείως λεθήσεται ἡ *ἀνὴρ* φωνή.

Vers. 22. *Virum a Deo demonstratum.*

Quod si illi, qui delira Artemæ dogmata sectantur, cumque iis Samosateniani, Jesum pro nudo homine ex verbis hic propositis reputant; sciant, Dei Filium, qui est Deus Verbum, hominem factum esse, suscepta servi forma, ut proinde Christus inter homines versans, Deus pariter sit et homo. Sicut igitur, ubi Christus Dei potentia et sapientia vocatur [7], de divinitate ejus, non vero humanitate, id accipimus: sic vicissim, quando Christus secundum Scripturas mortuus et sepultus dicitur [8], de corpore ejus, non vero de divinitate interpretamur. Et hujusmodi permulta in Scripturis invenire datur. Itaque et ubi (Scriptura) Jesum vocat virum a Deo signis et prodigiis demonstratum, id intelligimus convenienter illi quod dicitur [9]: *Jam vero me interficere studetis, hominem, qui veritatem vobis dixi.* Nec minus illi, quando dicitur, *Homo plagis subjectus, et infirmitatem ferre gnarus* [10]. Quando enim ipsum illum virum, a Deo demonstratum, audimus dicentem: *Ita enim Deus amavit mundum, ut Filium suum unigenitum daret* [11]: item, *Ego sum lux mundi* [12]: nec non, *Ego in Patre, et Pater in me* [13]; non tam insipientes sumus, ut de nudo homine ista quidem dici opinemur. Illi itaque, qui sic sentiunt, dicant nobis, quomodo accipiant verba hæc: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui ex cœlo descendit, Filius hominis* [14]. Quomodo item illa, *Ubi videritis Filium hominis ascendentem eo, ubi prius erat* [15]? Neque enim quidquam horum pie intelligere possunt, si divinitatem Jesu negent. Quomodo enim Mariæ Filius, quem pro nudo homine habent, ex cœlo descendat, quomodo ascendat idem, ubi prius erat? Dicere non habent. Ex eodem hoc dicto proposito illi quoque confutandi sunt, qui nudam carnem Salvatorem fuisse censent. De nuda carne vox ἀνήρ (vir) usurpari certe convenienter non potest.

Στ. κε'. *Ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστὶν*, κ. τ. λ.

Οἱ μὴ ἔχοντες περὶ τοῦ Θεοῦ ἐννοίας διηρθρωμένας, οπικῶς ἐκλαμβάνουσι τὸ ἐκ δεξιῶν εἶναι τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, διὰ τὸ, *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου*, ἢ κεκαθικέναι τὸν Σωτῆρα μετὰ ἀνάληψιν ἐκ δεξιῶν τῆς μεγαωσύνης. Οἷς δυνατόν τι εἰπεῖν· Εἰ γὰρ ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς τοπικῶς, ὡς οἴονται, ἀδύνατον ἐκ δεξιῶν τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα εἶναι κατ' αὐτὸ τοῦτο τὸ συμβαινόμενον. Ἀλλὰ λέγει ὁ Υἱός· *Προωρώμην τὸν* D

Vers. 25. *Quia a dextris meis est*, etc.

Qui sobrias et justas de Deo sententias non fovent, sessionem Filii a dextris Patris localiter accipiunt, ideo quod dicitur, *Sede a dextris meis* [16]; vel quod Christum Salvatorem post ascensionem a dextris majestatis sedisse narratur [17]. Sed illis hæc respondèri possunt: Si, quod illi putant, Filius a dextris Patris est localiter, non potest eodem modo Pater esse a dextris Filii. Jam vero ait Filius:

[7] I Cor. I, 24. [8] I Cor. XV, 3, 4. [9] Joan. VIII, 40. [10] Isa. LIII, 3. [11] Joan. III, 16. [12] Joan. VIII, 12. [13] Joan. XIV, 10. [14] Joan. III, 13. [15] Joan. VI, 62. [16] Psal. CIX, 1. [17] Hebr. I, 3.

(8) *Ἀρτεμᾶ.* Eum veteres nunc Ἀρτέμονα, nunc Ἀρτεμᾶν appellant. Vide B. Ittigium *De hæresiarchis*, p. 261.

(9) *Οἱ ἀπὸ Σαμοσάτων.* Id est discipuli Pauli Samosateni, quem Artemonis hæresin amplius ornasse veteres tradunt. Similiter Græci dicunt οἱ ἀπὸ φιλοσόφων, οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου, οἱ ἀπὸ Ὀρφέως. Vide Apollonii epist. 16.

(10) *Ἐπιδημήσαντα.* Voces ἐπιδημεῖν et ἐπιδημία de Christi in carnem adventu, ejusque inter homines conversatione a scriptoribus ecclesiasticis adhiberi constat. Lege Suicerl *Thesaurum*, tom. I, p. 1163.

(11) *Τῷ.* Ita scribendum putavi pro τό. Referri enim hoc debet ad proxime antecedens, ἀκολούθως .. τῷ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Prævidebam Dominum a dextris meis [18]. Itaque alio modo, quam locali, statuendum est, Christum esse a dextris Patris, aut Patrem a dextris Filii. Eodem modo capiendum est illud, *Ego sum in Patre, et Pater est in me* [19]. Et illud quoque, *Et caro mea habitabit in spe* [20]. Jesus enim, in quantum mortem subiit, carnem, quam salutis nostræ causa assumpserat, deposuit, ut eam tertia die ex morte resuscitaret. Hic carnem suam in spe ait habitasse, procul dubio ob speratam ejus resurrectionem. Si quis vero id omne, tanquam sub persona Davidis, dici opinetur, is desinat se sententiæ cordatiorum de resurrectione opponere. Quamvis enim hi quidem demonstrare ad oculum non possint, quod credunt, pie tamen agunt, dicentes, carnem resurrexisse, ut spirituale et incorruptibile corpus evaderet. Sicut enim mortuus resurgens post resurrectionem vivit, nec amplius mortuus est; ita caro resuscitata post resurrectionem spirituale est et incorruptibile corpus.

A *Κύριον ἐκ δεξιῶν μου.* Ὅθεν ἑτέρως ἢ κατὰ τόπον ἐκληπτέον τὸν Υἱὸν δεξιὸν τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ. Οὕτως τὸ, *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν·* ἔτι δὲ, *Καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι.* Ἐπεὶ Ἰησοῦς, καθὸ ἀνεδέξατο θάνατον, ἀπέθετο, ἣν κατ' οἰκονομίαν ἔλαβε σάρκα, ἐπὶ τῷ πάλιν (12) ἀναστῆσαι αὐτὴν ἀπὸ τοῦ θανάτου τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· εἰκότως τὴν σάρκα ταύτην οὖσαν ἑαυτοῦ, ἐπ' ἐλπίδι κατεσκηνωκέναι φησὶ, διὰ τὴν προσδοκίαν τῆς ἀναστάσεως. Εἰ δέ τις ἐκ προσώπου Δαβὶδ εἰρῆσθαι αὐτὸ ἐκλαμβάνει, παυσάσθω κατατρέχων τῆς περὶ ἀναστάσεως δόξης τῶν ἀπλουστέρων. Εἰ γὰρ καὶ μὴ οἷοί τέ εἰσιν παρίστασθαι ὃ φρονοῦσιν, ἀλλ' οὖν εὐσεβῶς διάκεινται, φάσκοντες τὴν σάρκα ἀνίστασθαι ἐπὶ τὸ εἶναι ἄφθαρτον καὶ πνευματικὸν σῶμα. Ὡς γὰρ ὁ ἐγειρόμενος νεκρὸς, μετὰ ἀνάστασιν ζῶν καὶ οὐ νεκρός ἐστιν· οὕτως ἡ ἐγειρομένη σὰρξ, μετὰ τὴν ἔγερσιν πνευματικὸν καὶ ἄφθαρτον σῶμά ἐστιν.

B

Vers. 31. *Neque caro ejus vidit corruptionem.*

Carnem Jesu corruptionem non vidisse, non idem est, atque non esse mortuam (mortua enim est, et in sepulcrum reposita), sed idem potius est, quod, *non corrumpi*. Tertia enim die resurrexit. Ita enim fas erat, fieri resurrectionem. Si enim caro ejus ad mortuorum exemplum corrupta fuisset, post resurrectionem præbuisset occasionem dubitandi, num idem esset Jesu corpus post resurrectionem. Præterea vero hinc etiam consequeretur, non tertia die, sed post eam factam esse resurrectionem. Ut igitur omnis hæsitatio præscinderetur, post triduum, sine facta corruptione, resurrexit, et in sepulcrum novum [21], in quo nullus antea reconditus erat, depositus fuit, ne alius loco ejus resurrexisse crederetur.

Στ. λα'. *Οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν.*

Τὸ μὴ ἰδεῖν τὴν σάρκα Ἰησοῦ διαφθοράν, δηλοῖ οὐ τὸ μὴ τεθνάναι (τέθνηκε γὰρ, καὶ ἐν μνήματι ἐτέθη), ἀλλὰ τὸ, *μὴ διαλελύσθαι.* Τρίτῃ γὰρ ἡμέρᾳ ἀνέστη. Ἔπρεπε γὰρ οὕτω τὴν ἀνάστασιν γενέσθαι. Εἰ γὰρ ἦν ἡ σὰρξ αὐτοῦ διαλυθεῖσα κατὰ τοὺς νεκροὺς, ὑπόδειγμα ἔφερεν ἀναστὰς, ἀμφιβαλλομένου, εἰ αὐτὸ εἴη τὸ τοῦ Ἰησοῦ σῶμα τὸ ἀναστάν. Ἠκολούθει δὲ καὶ τὸ μὴ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἀλλὰ ἔτι μετ' ἐκείνην τὴν ἀνάστασιν γεγονέναι. Ὅπως οὖν πᾶς περιελκυσμὸς λυθῇ, καὶ τριήμερος ἀνέστη ἀδιάφθορος ἔτι οὖσα, καὶ ἐν μνήματι καινῷ (13), ἔνθα οὐδεὶς πρότερον τέθειτο, ἐτάφη, ἵνα μὴ ὑπολειφθῇ (14) ἕτερος ἀνθ' ἑτέρου ἐγηγέρθαι.

C

Vers. 38. *Et baptizetur quisque vestrum.*

Cum Salvator præcipiat, ut initiati baptizentur in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, nonnulli, in Scripturam imprudenter grassantes, Petrumque audientes adhortari, ut unusquisque in nomine Christi baptizetur, unam compellationem trinæ isti æquivalere crediderunt. Sabellii scilicet hæresi affecti. Ecclesia vero, sanctissimam Trinitatem indivisibilem et inseparabilem credens, Patrem Filii, et Filium Patris, Spiritum autem sanctum et Patris et Filii esse affirmat. Qua unione fit, ut, qui baptizatur in nomen Christi, in Trinitatem baptizetur, nec Dei essentia circumscriptione et distinctione nominum Patris et Filii separetur.

D

Στ. λη'. *Καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν.*

Τοῦ Σωτῆρος προστάξαντος τοὺς τετελειωμένους (15) βαπτίζεσθαι εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, οὐ φρονίμως τινὲς ἐντυγχάνοντες τοῖς γεγραμμένοις, ἀκούοντες τῆς προτροπῆς Πέτρου παραινοῦντος βαπτισθῆναι ἕκαστον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, οἴονται (16) ἰσοδύναμον τὴν μίαν ταῖς τρισὶ προσηγορίαις, τοῦ Σαβελλίου (17) τρωθέντες γνώμῃ. Ἡ μέντοιγε Ἐκκλησία ἀδιαίρετον καὶ ἄσχιστον νοοῦσα τὴν Τριάδα, τίθεται τὸν Πατέρα Υἱοῦ, καὶ τὸν Υἱὸν Πατρὸς εἶναι, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τυγχάνειν. Ὡς διὰ ἕνωσιν ταύτην τὸν βαπτιζόμενον εἰς ὄνομα Χριστοῦ, κατὰ τὴν Τριάδα βαπτίζεσθαι, οὐκ ἀπομεριζομένου τοῦ Θεοῦ περιγραφαῖς καὶ διαστάσεσι Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

[18] Psal. xv, 8. [19] Joan. xiv, 10. [20] Psal. xvi, 9. [21] Matth. xxvii, 6.

(12) *Πάλιν.* In ms. erat πάλαι.

(13) Pro κενῷ, quod erat in ms. scripsi καινῷ.

(14) *Ὑπολειφθῇ.* Sic scripsi pro ὑπολειφθῇ.

(15) *Τοὺς τελειωθέντας.* Verbum τελειόω alias frequenter a doctoribus Ecclesiæ de baptismo usurpatur; hic vero potius de illis videtur sumi debere, qui doctrina Christiana satis sunt instructi.

(16) *Οἴονται.* Sic scripsi pro οἶον τήν, quod erat in ms. Contextus enim alioquin mutilus est. Nec articulus τήν locum hic commode tuetur.

(17) *Σαβελλίου.* Is enim unam SS. Trinitatis personam, sed tribus diversis nominibus insignitam, quorum proinde eadem esset et notio et potestas, asseverare ausus est. Deum trinum aiebat esse ἓν πρᾶγμα πολυώνυμον. Vide Basilii M. epist. 64. Hinc Sabelliani Unionitæ vocantur in *Apotheosi* Prudentii, et Υἱοπάτορες ab aliis. Vide Cotelerium, ad tom. I *Monumentorum Eccles. Græc*, p. 777.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ΚΕΦ. Γ'. Στ. κ'. *Ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως.*

Ὁ προσέχων τῇ ἀναγνώσει, πολλὰ εἴδη τῆς προρητείας εὕρῃ, δηλούμενα ἐν ταῖς Γραφαῖς, ὧν ἐστιν ἡ τῶν μελλόντων προαναφώνησις. Τούτῳ τῷ εἴδει τῆς προφητείας κοσμηθέντες Θεόθεν ἄνδρες τινὲς, προεθέσπισαν τὴν ἐπιδημίαν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ πάθη, ἃ ὑπὲρ ἀνθρώπων ἔμελλεν ἀναδέξασθαι. Τὰς περὶ τούτων προφητείας, ἐκδεδηκυίας ἐν τῷ σταυρωθῆναι τὸν Κύριον, ἐπλήρωσεν ὁ Θεὸς, ὅθεν ἐὰν γράφηται ἐντεῦθεν, πάντων τῶν προφητῶν πεπληρῶσθαι τοὺς λόγους τοῦ Σωτῆρος παθόντος, οὐ καθάπαξ πάντας τοὺς προφήτας, ἀλλὰ πάντας τοὺς προαναφωνήσαντας τοῦ Χριστοῦ παθήματα.

CAP. III, vers. 20. *Ut veniant tempora refocillationis.*

Qui lectioni studet, multa prophetiæ genera invenerit, in Scripturis revelata, inter quæ etiam est prænuntiatio futurorum. Hoc prophetiæ genere homines nonnulli divinitus instructi nativitatem Christi prædixerunt, nec minus passionem, quam pro hominibus suscepturus erat. Hæc de istis rebus vaticinia, quæ, Christo crucifixo, evenerunt, implevit Deus. Quando itaque hic scribitur, prophetarum omnium sermones, Christo passo, impletos esse, non omnes prophetas simpliciter, sed eos tantum, qui Christi passionem prædixerunt, intelligere oportet.

Στ. κα'. *Ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως.*

Ἐπόμενός τις τῇ συνηθείᾳ τῆς Γραφῆς τὰ *ἄχρι* καὶ *τέως* ἐκλήψεται οὐ πάντως χρονικὰς περιγραφὰς σημαίνοντα, ὡς ἑτέρου τινὸς συμβαίνοντος παρὰ τὸ πρότερον, μετὰ τὴν χρονικὴν περιγραφήν. Τὸ γὰρ ὑπὸ Θεοῦ λεγόμενον πρός τινας, *Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὑμῶν, καὶ ἕως ἂν καταγηράσητε ἐγώ εἰμι*, οὐ δηλοῖ, ὅτι μετὰ τὸ γηράσαι τοὺς, πρὸς οὓς ὁ λόγος, οὐκέτι Θεός ἐστι· ἀθάνατος γὰρ καὶ ἀΐδιος ὑπάρχει. Τούτῳ μυρία συνᾴδει, τῷ αὐτῷ τρόπῳ φερόμενα ἐν τῇ θείᾳ παιδεύσει, ἃ αὐτῷ τίς ἐκλέξασθαι δύναται; Εἰ τοίνυν οὕτως ἡ προκειμένη φωνὴ λέγει, δεῖν δέξασθαι τὸν ὠρανὸν τὸν Κύριον ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως, κ. τ. λ., ἡγητέον, ὡς ὁ Χριστὸς ἀναληφθεὶς εἰς οὐρανοὺς, μένει ἐκεῖ ἕως τῆς τοῦ κόσμου συντελείας, ἐλευσόμενος τότε μετὰ δυνάμεως, ἀποκαταστάντων πάντων λοιπὸν, ὧν προεθέσπισαν οἱ προφῆται· ἤτοι, ὅταν τὸ τέλος ἐνστῇ, καὶ παύσηται τὰ αἰσθητὰ, τότε ὁ Χριστὸς ἔσται τῶν οὐρανῶν ὑψηλότερος, οὐ μὲν ἐν οὐρανῷ κατασταθεὶς, ἀλλ' ὑπὲρ οὐρανὸν, εἰς ἣν δόξαν εἶχε παρὰ τῷ Πατρὶ, πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι. Ὑπεράνω οὖν γεγονὼς πάσης ὁρωμένης κτίσεως, τέλος ἐπιτίθησι τῷ (18) εἶναι ἐν οὐρανῷ.

Vers. 21. *Usque ad tempora restitutionis.*

Qui morem Scripturæ tenuerit, voces *donec* et *tunc* non stricte, tanquam tempus circumscribentes, accipiet, eo sensu, quasi illo præterlapso aliud quid et a priori diversum accidere deberet. Quod enim a Deo dictum est ad quosdam : *Ego sum Deus vester, donec consenueritis, idem ero*[22]; id quidem non infert, quod, ubi consenuerint, illorum Deus non amplius futurus sit: immortalis enim et æternus est. Cum his concordant innumera, quæ eodem modo in divina doctrina traduntur, quibus enumerandis quis suffecerit? Quando itaque præsens dictum ait, cœlum recipere debere Dominum usque ad tempora restitutionis, etc., existimandum est, Christum, in cœlos receptum, ibi manere, usque ad consummationem mundi, et venturum tunc cum potestate, restitutis cætera omnibus, quæ prædixerint prophetæ. Vel ita quoque hæc capienda sunt, quod, ubi finis imminuerit, et res sensibiles defecerint, Christus cœlis omnibus superior sit futurus, non quidem tanquam in cœlo, sed tanquam supra cœlum constitutus, in ea gloria, quam ante mundum creatum apud Patrem habuit[23]. Super omnem igitur creaturam visibilem elevatus finem imponit eo quod in cœlo est.

Στ. κγ'. *Ἔσται δὲ πᾶσα ψυχὴ*, κ. τ. λ.

Ἐπειδὴ ἀθάνατός ἐστιν ἡ ψυχὴ, ἐξολόθρευσιν αὐτῆς νοοῦμεν, τῷ ἔξω γενέσθαι τῶν ἀγαθῶν, ὧν ἠμελλεν ἀπολαύειν, εἴ γε θεοσεβῶς ἐπολιτεύσατο.

Vers. 23. *Fiet vero, ut omnis anima*, etc.

Quia anima immortalis est, perditio ejus existimanda est, si illis bonis excidat, quibus fruitura erat, si quidem piam vitam egisset.

ΚΕΦ. Δ'. Στ. ιϑ'. *Καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία.*

Τῆς σωτηρίας βεβαιουμένης μετουσίᾳ τῆς Τριάδος, ὁ Χριστὸν τὸν ἐπιδημήσαντα προσηκάμενος, πιστεύσας δὲ ἐν τῷ ὀνόματι σώζεται, δοθέντος (19) ἐν τῇ ὑπ' οὐρανὸν (20) τοῦ Υἱοῦ προσηγορίας, ἀπὸ τοῦ τῆς ἐπιδημίας χρόνου, ἐν ᾗ ὁ πιστεύων μεθέξει διὰ τοῦ Υἱοῦ, τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀποσταλέντος Παρακλήτου. Ὅθεν ὁ σωζόμενος ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Σωτῆρος, ἐκ τῆς Τριάδος ἔχει τὴν σωτηρίαν.

CAP. IV, vers. 12. *Neque est in ullo alio salus.*

Cum salus nostra in æquali Trinitatis essentia fundata sit, sequitur, eum salvari, qui Christum pro nobis natum amplectatur, et in nomen ejus credat, quod datum est in terra sub appellatione Filii, inde a tempore nativitatis, in qua, qui credit, fruitur, per Filium Patre, et Spiritu sancto, tanquam misso Paracleto. Unde qui salvatur in nomine Salvatoris, idem ex SS. Trinitate salutem nanciscitur.

[22] Isa. XLVI, 4. [23] Joan. XVII, 5.

(18) *Τῷ.* Ms. habet τό, quod huc non quadrat.

(19) *Δοθέντος.* Legendum videtur δοθείσης, ut referri possit ad vocem προσηγορίας.

(20) *Ἐν τῇ ὑπ' οὐρανόν.* Scilicet γῇ, vel χώρᾳ. Ita *terram* frequenter appellant oi LXX, et eorum exemplo scriptores ecclesiastici. Vide quæ scripsi nuper ad Theophili Antiocheni lib. I, § 17, p. 54.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Vers. 24. *Domine, tu es Deus, qui fecit cœlum et terram.*

Multi hæretici divinitatem dividunt, dicentes, alium esse Deum, mundi conditorem; alium vero, qui Pater est Christi. Unde et iidem, Scripturam distinguentes, Vetus quidem Testamentum a conditore mundi, Novum autem a Patre Christi profectum esse aiunt. Atque hos deos, convenienter impiæ huic sententiæ, dicunt sibi invicem esse adversos, sicut et Scripturas eorum, ita ut qui Domino adhæreant, Conditori mundi adversentur, eoque meliores sint; sicut vicissim, sectatores Creatoris mundi de Christo et doctrina ejus pessime sentiant. Præsens vero Scripturæ locus impietatem eorum redarguit, quippe qui apostolos, ab insidiis summorum sacerdotum et presbyterorum liberatos, et ad suos, hoc est eos qui eamdem cum ipsis fidem profitebantur, reversos, repræsentat nobis, una cum ipsis omnibus hymnum eucharisticum canentes conditori cœli et terræ, ac prætereа commemorantes psalmum II, tanquam ab eo per os Davidis in Spiritu sancto pronuntiatum, cujus hoc est initium: *Quare fremuerunt gentes*, etc. His enim omnibus indicatur, quod idem Deus sit conditor mundi et Pater Salvatoris nostri, quodque ab eodem Testamentum utrumque profectum sit.

A Στ. κδ'. *Δέσποτα, σὺ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.*

Πολλοὶ τῶν ἀπὸ αἱρέσεων (21) διαιροῦσι τὴν θεότητα, λέγοντες, ἄλλον εἶναι Θεὸν τὸν κοσμοποιὸν, καὶ ἄλλον τὸν Πατέρα τοῦ Χριστοῦ. Ὅθεν καὶ τὴν Γραφὴν διαιρήσαντες, τὴν μὲν Παλαιὰν Διαθήκην τοῦ κοσμοποιοῦ, τὴν δὲ Καινὴν τοῦ Πατρὸς Χριστοῦ λέγουσιν εἶναι. Ἑπομένως δὲ τῇ δυσσεβεῖ γνώμῃ αὐτῶν, ἀπεναντίους ἔχειν λέγουσι πρὸς ἑαυτοὺς τοὺς θεοὺς τούτους καὶ τὰς Γραφὰς αὐτῶν, ὡς τοὺς προστρεύγοντας τῷ Κυρίῳ ἐχθροὺς εἶναι τοῦ κοσμοποιοῦ, καὶ βελτίονας αὐτοῦ τυγχάνειν· ὡς αὖ οἱ τοῦ κοσμοποιοῦ ἄνθρωποι, διαβεβλημένοι εἰσὶ πρὸς τὸν Χριστὸν, καὶ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ. Ἐλέγχει δὲ τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν ἡ ἐγκειμένη Γραφὴ (22), εἰσάγουσα τοὺς ἀποστόλους μετὰ B τὸ ἀπολυθῆναι τῆς ἐπιβουλῆς τῆς πρὸς τῶν ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων, ἐλθόντας πρὸς τοὺς ἰδίους, τουτέστι τοὺς τὴν αὐτὴν πίστιν ἔχοντας, ἅμα ἐκείνοις καὶ πᾶσιν ὕμνον χαριστήριον ἀναπέμψαι τῷ ποιητῇ οὐρανοῦ καὶ γῆς μετὰ τοῦ μνημονεῦσαι, ὡς καὶ διὰ τοῦ στόματος Δαβὶδ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι εἰπάτως τὸν δεύτερον ψαλμὸν, οὗ ἡ ἀρχή· *Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη*, κ. τ. λ. Διὰ γὰρ πάντων τούτων παρίσταται, ὡς αὐτὸς εἴη Θεὸς κοσμοποιὸς, καὶ Πατὴρ τοῦ Σωτῆρος ὑπάρχων, καὶ ὅτι δέδονται παρ' αὐτοῦ ἀμφότεραι Διαθῆκαι.

CAP. V, vers. 32. *Et Spiritus sanctus, quem dedit Deus obedientibus ipsi*, etc.

Non solum in hoc, sed et aliis Scripturæ locis significatur, Spiritum sanctum dari, si nos ipsi occasionem et causam illum accipiendi suppeditemus. Obedire enim Deo est res arbitrii nostri, sicut et credere, quibus scilicet convenienter Spiritus sanctus datus est, tanquam donis gratiæ ejus affectis. His affine est illud: *Dabit Spiritum sanctum petentibus ab ipso*[24].

ΚΕΦ. Ε'. Στ. λϐ'. *Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, ὃ ἔδωκεν ὁ Θεὸς*, κ. τ. λ.

Οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑτέροις χωρίοις τῆς Γραφῆς δηλοῦται, ὡς τὸ ἅγιον Πνεῦμα δίδοται, C ἡμῶν τὴν αἰτίαν τοῦ λαβεῖν αὐτὸ παρεχόντων (23). Τὸ γὰρ πειθαρχεῖν Θεῷ προαιρετικὸν, ὥσπερ τὸ πιστεύειν, οἷς κατὰ ἀναλογίαν δίδοται τὸ Πνεῦμα, τοῖς τῶν χαρισμάτων αὐτοῦ τυγχάνουσι. Συνᾴδει δὲ τούτοις καὶ τὸ, *Δώσει Πνεῦμα ἅγιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν*.

CAP. VI, vers. 5. *Et elegerunt Stephanum.*

Qui virtuti student, eorum alii perfecte, alii imperfecte eam possident. Ideo Stephanus hic electus fuisse dicitur, eo quod fide et spiritu plenus esset: neque enim omnes, qui alioquin credunt, pleni sunt fide. Quidam enim qui a Petro conspectus est, dicitur *fidem habere*, non autem fide plenus esse.

ΚΕΦ. Ϛ'. Στ. ε'. *Καὶ ἐξελέξαντο τὸν Στέφανον.*

Τῶν μετεχόντων τῆς ἀρετῆς οἱ μὲν τελείως, οἱ δὲ ἐλλιπῶς αὐτὴν ἔχουσι. Στέφανος γοῦν μαρτυρεῖται τῆς ἐκλογῆς τετυχηκέναι, διὰ τὸ πλήρης εἶναι πίστεως καὶ Πνεύματος, οὐ παντὸς τοῦ ὅπως δήποτε πιστεύοντος, πλήρης ὄντος (24) πίστεως. Εἴρηται γὰρ περί τινος ὀφθέντος τῷ Πέτρῳ (25), πίστιν ἔχοντος, οὐ D μὲν πλήρης αὐτῆς ὄντος.

[24] Luc. XI, 13

(21) *Πολλοὶ τῶν ἀπὸ αἱρέσεων.* Manichæos hic speciatim innui manifestum est. Contra hos quoque Didymus singularem librum scripsit, qui ex parte Latine legitur in variis *Bibliothecarum Patrum* editionibus, Græce autem a Franc. Combefisio parti II *Auctarii novissimi*, p. 21 sqq., insertus est. Sed in eo quidem libelli fragmento frustra hæc quæres.

(22) *Ἐγκειμένη Γραφή.* Ex his verbis patere videtur, Didymum in Acta sigillatim scripsisse, quia in locum hunc quasi ex professo commentatur. Simili phrasi et infra utitur. Conf. ad c. VII, 22, 38 et 54, in primis vero ad VIII, 2.

(23) *Τὴν αἰτίαν τοῦ λαβεῖν αὐτὸ παρεχόντων.* Pelagianizein hic videtur Didymus, nisi hæc et sequentia de ordine accipienda putes, in quo versari debet, qui per Spiritum sanctum ad fidem, et alia hinc pendentia perducendus est. Cæterum idem in aliis Origenem securius sectatus est, quod monet Hieronymus in *Apologia* postrema, p. 165.

(24) *Πλήρης ὄντος.* Ms. habebat ὄντως, vitiose. Forte et pro πλήρης rectius aliquoties in his verbis legetur πλήρους.

(25) *Πέτρῳ.* Legendum puto Παύλῳ. Hic enim Act. XIV, 9, intuitus esse dicitur hominem claudum, et vidisse, ὅτι πίστιν ἔχει τοῦ σωθῆναι. Id certe de Petro nusquam in Novo Testamento memorari memini.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ΚΕΦ. Ζ'. Στ. κδ'. *Καὶ ἐπαιδεύθη Μωϋσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων.*

Ἐκ τοῦ προκειμένου (26) φανεροῦται, ὡς οὐκ ἀποβλητέα πάντη ἐστὶν ἡ τῶν ἔξωθεν τῆς Γραφῆς παίδευσις. Τρόπῳ γὰρ ἐγκωμίου εἴρηται, ὡς ἐπαιδεύθη Μωϋσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων· καὶ περὶ Δανιὴλ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ Ἑβραίων, ὡς ὑπερέβαλλον πάντας ἐν τῇ Χαλδαίων φιλοσοφίᾳ καὶ ταῖς συγγενέσιν ἐπιστήμαις. Ὅρα δὲ τούτων λεγομένων, πῶς δεῖ προσέρχεσθαι (27) τοῖς ἄλλοις λογικῶς. Δεῖ γὰρ ἐπ' ὀλίγον αὐτοῖς προσέχειν τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ ἐμμένοντας. Τὸ γὰρ, *Μὴ πολὺς ἴσθι πρὸς ἀλλοτρίαν*, οὐ περὶ γυναικὸς συνοικούσης ἀνδρὶ, ἀλλὰ τοιαύτης σοφίας εἴρηται. Ἀλλοτρία γὰρ γυναικὶ οὐδὲ κατὰ ποσὸν προσέρχεσθαι ἀβλαβές. A

Στ. λϛ'. *Ἔντρομος δὲ γενόμενος Μωϋσῆς.* B

Εἰ καὶ μὴ αὐταῖς λέξεσι φέρεται ἐν τῇ Ἐξόδῳ κειμένη φωνὴ, ἀλλ' οὖν ἰσοδύναμος κεῖται. Οὐ πολὺ γὰρ διοίσει τῷ (28) *ἔντρομος*, τὸ, *Ἔμφοβος δὲ γενόμενος Μωϋσῆς*. Λέγεται δὲ ταῦτα περὶ τοῦ κατὰ τὴν βάτον ὁράματος, μενούσης τῆς αὐτῆς διαφορᾶς τοῦ *φοβεροῦ* καὶ *ἐμφόβου*, καὶ ἐν τῇ διηγήσει τῇ περὶ τοῦ ὄρους Σινᾶ. Τὸ γὰρ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους λεχθὲν, *Καὶ οὕτω φοβερὸν ἦν τὸ φανταζόμενον*, περὶ τοῦ ὄρους τοῦτό ἐστιν. Ἐπ' αὐτοῦ γὰρ εἶπε Μωϋσῆς· *Ἔκφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος*, ἐκ παραλλήλου ταῖς λέξεσι χρησάμενος.

Στ. λη'. *Οὗτός ἐστιν ὁ γενόμενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν τῇ ἐρήμῳ.*

Ἡ προκειμένη λέξις δηλοῖ, ὡς οὐ μόνον τοπικῶς εἶναι συμβαίνει κρείττοσι καὶ χείροσι χωρίοις. Ἔξω γὰρ τῆς Αἰγύπτου κατὰ τόπου ὄντες οἱ περὶ ὧν ὁ λόγος, τῇ διαθέσει ἐν αὐτῇ ὑπῆρχον, οὐκ ἀποστήσαντες τὴν γνώμην ἑαυτῶν τῶν Αἰγυπτιακῶν ἐθῶν. Τῆς αὐτῆς νοήσεώς ἐστι καὶ τὸ ἐν Εὐαγγελίῳ, *Ὅπου ὁ θησαυρὸς, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία*, οὐ πάντως (29) τοπικῶς ἐκεῖ ὄντος, ὅπου τις ἔχει τὴν γνώμην. Πολλοὶ γοῦν, ἔτι ἐπὶ γῆς ὄντες, θησαυρίζοντες κατάλληλα τῷ οὐρανῷ, ἐκεῖ τὴν καρδίαν ἔχουσιν· ἀλλὰ κἀκεῖ ἔτι τυγχάνοντες οἱ παραβάντες ἄγγελοι, τὴν διάθεσιν εἶχον ἐν τῇ γῇ· ᾧ ἠκολούθησε τὸ ἐξ οὐρανοῦ εἰς γῆν αὐτοὺς ἐρρίφθαι. C

Στ. μϐ'. *Ἔστρεψε δὲ ὁ Θεὸς, καὶ παρέδωκεν αὐτούς.*

Οἱ μὲν, ὃν δεῖ τρόπον ἐντυχόντες τῇ Παλαιᾷ Γραφῇ, οἴονται παραδεδόσθαι τοὺς Ἑβραίους ὑπὸ Θεοῦ λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, συναρπαγέντες ἐκ τοῦ, *Εἰ γὰρ ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος*, κ.τ.λ., καὶ ἐκ τοῦ διατετάχθαι τὸν νόμον δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου. Πολλῆς δὲ παραμυθίας δεῖ τῷ οὕτως τιθεμένῳ. Ἐπιστήσαντες δὲ ἡμεῖς τὸ, *Ἔστρεψεν ὁ Θεὸς*, καὶ τὰ ἑξῆς, παράδοσιν (30) νῦν δηλουμένην οὕτω γενέ- D

CAP. VII, vers. 22. *Et institutus fuit Moses in omni sapientia Ægyptiorum.*

Ex præsenti loco patet doctrinam externam non omnino contemnendam esse. In laude enim hic ponitur quod Moses omni sapientia Ægyptiorum fuerit instructus, sicut de Daniele, et sociis ejus Judæis prædicatur [25], quod omnes in Chaldæorum philosophia affinibusque scientiis superarint. Disce vero etiam ex dictis, quomodo cum ratione in illis disciplinis versari oporteat. Paucis enim illis studendum est, in Scriptura vero diviniore acquiescendum. Illud enim, quod dicitur [26]: *Ne multus sis cum peregrina*; non de uxore, marito juncta, sed de hujusmodi sapientia capiendum est. Alienæ enim uxori etiam parumper accedere noxa non vacat.

Vers. 32. *Moses vero perterritus*, etc.

Quamvis non totidem verbis præsens locus in Exodo legatur, æquipollentibus tamen ibi effertur. Neque enim multum differet vox ἔντρομος a voce ἔμφοβος. Dicuntur vero ista de visione, in rubo oblata [27]. Non alia differentia inter φοβερόν et ἔμφοβον etiam observatur in narratione de rebus in monte Sina [28]. Quod enim in Epistola ad *Hebræos* dicitur: *Et adeo terribile erat visum* [29]; ad montem illum pertinet. De eo enim dixerat Moses: *Expavefactus sum et tremebundus* [30]; vocibus istis tanquam æquipollentibus usus.

Vers. 38. *Hic est, qui fuit in cœtu, in deserto.*

Præsens locus ostendit, quod aliquis in melioribus aut deterioribus regionibus etiam extra respectum loci esse possit. Cum enim illi, de quibus hic sermo est, quod ad locum extra Ægyptum essent, habitu tamen animi in ea versabantur, quandoquidem mentem suam ab Ægyptiorum moribus non avocabant. Eodem modo capiendum est, quod in Evangelio dicitur: *Ubi thesaurus est, ibi etiam cor est* [31]; cum tamen unusquisque ibi non statim sit quod ad locum, ubi est animo. Hinc multi, in terris adhuc versantes, et cœlo digna parantes, cor ibi habent; vicissim vero angeli, deinceps lapsi, etiam tunc, cum ibi adhuc essent, terræ mentem affixerant: unde consequenter ex cœlo in terram deturbabantur.

Vers. 42. *Convertit vero se Deus, et tradidit eos.*

Qui ita, ut decet, scripturam Veteris Testamenti legunt, Judæos putant a Deo ipso traditos, ut servirent exercitui cœli, abrepti scilicet eo, quod legitur: *Si enim sermo, per angelos pronuntiatus, firmus fuit* [32], etc., et altero illo, quo lex per angelos in manu Mediatoris statuta dicitur [33]. Qui vero ita statuit, nulla correctione et alloquio opus habet. Nos vero scientes id quod dicitur: *Convertit se Deus*, etc.,

[25] Dan. I, 19. [26] Proverb. V, 20. [27] Exod. III, 6. [28] Exod. XIX, 1 sqq. [29] Hebr. XII, 21. [30] *ibid.* [31] Matth. VI, 21. [32] Hebr. II, 2. [33] Galat. III, 19.

(26) *Ἐκ τοῦ προκειμένου.* Vid. paulo ante not. 22.

(27) *Προσέρχεσθαι.* De disciplina capienda passim usurpatur. Ita προσέρχεσθαι τῷ θείῳ λόγῳ dicit Origenes tom. II *Commentar. in Matthæum* f. 255.

(28) *Τῷ.* Ita scripsi pro τό.

(29) *Πάντως.* Legendum puto παντός.

(30) *Παράδοσιν.* Ita scripsi pro παράδοσι, quod erat in ms. ubi itidem primum scriptum fuerat παραδίδοσι, syllaba δι abundante, quam diligentior manus deinde litura recte induxerat.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

deditionem, de qua hic sermo est, talem fuisse putamus, de quali ab Apostolo alibi scriptum est: *Propterea tradidit eos Deus in affectus ignominiæ, et in reprobam mentem* [34]. Sicut enim in iis quæ ipsi elegimus, esse nos permittit Deus, postquam sæpe prohibuit; ita Judæos, creaturæ potius quam Creatori cultum [35] præstare annitentes, tandem, sæpe antea per prophetas ab hoc consilio revocatos, in iis quæ elegerunt, pertinaces hærere permisit. Itaque accuratius attendere oportet dicto: *Convertit se Deus, et tradidit eos.* Neque enim hoc erat primum latæ legis institutum. Quando enim in illa dicitur [36]: *Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies*, eos, qui præceptum hoc violaverant, tradidit, ut servirent exercitibus cœli, non sane destinato consilio tales efficiens, sed ita potius, ut textus tradit: *postquam se a priore voluntate avertit.*

Vers. 54. *Hæc vero audientes lancinabantur.*

Locus hic paulo ante illustratus est, cum tractaremus illud dictum: *Si enim sermo per angelos prolatus* [37], etc., id est, lex per angelos promulgata, hominibus a Deo angelorum data est: nisi id potius innuatur, quod lex ita præcepta est hominibus, ut illi ad morem angelorum vitam agant. Illi enim sub Deo collocati sunt. Propterea de iis dicitur: *Benedicite Domino, omnes angeli ejus, potentia valentes, et facientes præcepta ejus* [38]. Interim posterior illa interpretatio videtur violentior.

CAP. VIII, vers. 2. *Et fecerunt planctum magnum.*

Sicut igitur lucrum omne recipere oportet, nec illud solum, quod ad salutem vere talem facit; ita nec damnum aut infortunium quodvis, sed ea tantum, quæ animæ nocent, graviter ferre oportet. Quoniam itaque Stephanus, cum hominibus versans, ad pietatem illius cupidis multum conferebat, consentaneum erat, ut cæde ejus tristarentur illi, qui tanto viro imposterum carituri erant. Atque ita necesse quoque est, mortem quorumcunque, si alioquin amicissimi nobis fuerint, lugere, tristitia interim non præter modum admissa. Exemplum enim hujus rei Servator ipse præbet, qui super Lazarum, quem amaverat, mortuum etiam ad lacrymas processit [39].

Vers. 22. *Pœnitentiam igitur age.*

Voluntaria hic est mutatio, quæ cadit tantum in eum, qui virtutis et vitii est capax. Jam vero homo, secundum hæreticorum fabulas, malus natura cum sit, non est capax voluntariæ mutationis. Itaque superfluum est, quando ad Simonem dicitur: *Pœni-*

σθαι ὑπολαμβάνομεν, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν γραφομένων τῷ Ἀποστόλῳ οὕτως ἐχόντων· *Διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας*, καὶ εἰς ἀδόκιμον νοῦν. Ὡς γὰρ ἐν τούτοις, οἷς ἡμεῖς εἱλάμεθα, παραδίδωσιν ὁ Θεὸς μετὰ τὸ πολλάκις κωλῦσαι, οὕτω πόθον ἔχοντας τοὺς Ἑβραίους, θεραπεύειν τὴν κτίσιν παρὰ τὸν κτίσαντα, κωλύσας πολλάκις διὰ τῶν προφητῶν τὴν τοιαύτην πρόθεσιν, ἐμμένοντας αὐτοὺς παρέδωκεν, ᾧ εἵλαντο. Ὅθεν ἀκριβεστέρως ἀκούειν δεῖ τὸ, *Ἔστρεψεν ὁ Θεὸς, καὶ παρέδωκεν αὐτούς*. Οὐ γὰρ προηγούμενον ἦν θέλημα τῆς νομοθεσίας τοῦτο. Εἰ γὰρ ἐν αὐτῇ φέρεται· *Κύριον τὸν Θεὸν προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις*· ταύτην τὴν ἐντολὴν τοὺς παραβάντας παρέδωκε λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, οὐκέτι προηγουμένῃ βουλήσει ποιῶν αὐτούς, ἀλλ' ὡς εἶπε τὸ ῥητὸν, *Στρέψας ἐξ ἄλλου θελήματος*.

Στ. νδ'. *Ἀκούοντες δὲ ταῦτα διεπρίοντο.*

Ὑπόγυον ἐσαφηνίσθη τοῦτο, ὅτε ἐλαμβάνομεν, τὸ (31), *Εἰ γὰρ ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος*, ὁ δι' ἀγγέλων ὑποταγεὶς νόμος, ἀνθρώποις ὑπὸ Θεοῦ ἀγγέλων δίδοται, εἰ μὴ ἄρα καὶ οὕτως δέξηται, ὅτι ὁ νόμος οὕτω διετάγη τοῖς ἀνθρώποις, ἵνα ἀγγέλων πολιτείαν ἔχωσι. Καὶ γὰρ οὗτοι ὑπὸ Θεοῦ τεταγμένοι εἰσίν. Εἴρηται γοῦν περὶ αὐτῶν· *Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, δυνατοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ*. Δοκεῖ δὲ βίαιος εἶναι ἡ δευτέρα παράδοσις.

ΚΕΦ. Η'. Στ. β'. *Καὶ ἐποίησαν κοπετὸν μέγαν.*

Ὥσπερ οὖν πᾶν κέρδος ἀποδέχεσθαι δεῖ, ἢ (32) μόνον τὸ πρὸς τὴν κυρίως ὠφέλειαν συντελοῦν· οὕτως οὐκ ἐπὶ πάσῃ ζημίᾳ ἢ συμφορᾷ δυσχεραίνειν χρὴ, ἀλλ' ἐπὶ μόνων τῶν βλαπτόντων ψυχήν. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ ὁ Στέφανος, συνὼν ἀνθρώποις, πρὸς θεοσέβειαν τοῖς ποθοῦσιν αὐτῆς πολὺ συνεβάλετο, ἀπόλουθον ἦν ἐπὶ τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ ἀνιαρῶς φέρειν, στερηθέντες ἀνδρὸς τοιούτου τῶν ὑστερησάντων αὐτοῦ. Ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ ἐπὶ θανάτῳ τῶν τυχόντων, κἂν ἄλλως φίλτατοι (33) ὦσιν, ὀλοφύρεσθαι λυπουμένους πέρα τοῦ μέτρου (34). Τύπον γὰρ καὶ περὶ τούτων δίδωσιν ὁ Σωτὴρ, ὃς μέχρι τοῦ δακρῦσαι ἐπὶ τῷ ἀγαπωμένῳ Λαζάρῳ τεθνηκότι ἔφθασεν.

Στ. κδ'. *Μετανόησον οὖν.*

Προαιρετικὴ τροπὴ, ἡ πίπτει εἰς μόνον τὸν δεκτικὸν ἀρετῆς καὶ κακίας. Ὁ δὲ κατὰ τοὺς μύθους τῶν αἱρετικῶν φύσει κακὸς ὢν ἄνθρωπος, οὐκ ἔστι δεκτικὸς τῆς κατὰ βούλησιν μεταβολῆς. Ὅθεν παρέλκει τὸ, *Μετανόησον*, λεγόμενον τῷ Σίμωνι, ἐκ κατα-

[34] Rom. I, 26, 28. [35] ibid. 25. [36] Deut. VI, 13. [37] Hebr. II, 2. [38] Psal. CII, 20. [39] Joan. XI, 35.

(31) *Ἐλαμβάνομεν τό.* Respicit ea, quæ ad v. 42 dicta ab ipso erant, quamvis in excerptis his talia non legantur. Interim patet hinc iterum, excerpta ista Catenæ ex singulari et justo Didymi commentario in Acta hausta esse. Confer paulo post notam 26.

(32) *Ἢ.* Malim legere μή. Opponuntur enim invicem lucrum majus et minus, sicut deinceps luctus gravior et levior.

(33) *Φίλτατοι.* Ms. vitiose φιλτάτους.

(34) *Πέρα τοῦ μέτρου.* Negationem hic suspicor excidisse, quam in versione expressi. Neque enim immodicum luctum suadere hic censendus est Didymus, qui id tantum exemplo Christi, Domini nostri, evincit, quod homines nobis amicos, etiamsi alioquin non multum profuturos, lugere liceat defunctos.

Digitized by Google Распознавание текста

κευῆς ὄντι κακῷ, κατὰ τοὺς ἐκείνων μύθους. Ἀλλ' ὁ ματαίως εἴρηται τὸ, *Μετανόησον οὖν*. Αὐτεξούσιος ἄρα καὶ αὐτός. Τούτου δὲ μὴ ὄντος φύσει κακοῦ, ἐπιτεταλμένην κακίαν ἔχοντος, οὐδ' ἄλλος τις εὐθέλη τοιοῦτος (35).

A *tentiam age;* quippe qui secundum fabulas ipsorum ex ipsa creatione malus esset. Jam vero non frustra hic dictum est: *Pœnitentiam igitur, age.* Itaque et ipse in tantum liber est. Cumque is natura non sit malus, aut injunctæ pravitati obnoxius, neque alius quisquam talis esse deprehendetur.

Στ. λς'. *Ὡς δ' ἐπορεύοντο.*

Ἐπιστατέον (36), ὡς πολλὴ σπουδὴ ὑπῆρχε τοῖς τελείως Χριστιανίζουσι περὶ τὸ αἰσθητὸν βάπτισμα. Διττοῦ γὰρ ὄντος τοῦ διδομένου, ὁτὲ μὲν δι' ὕδατος, τὲ δὲ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί, οὐ διὰ τὴν ὑπερχὴν τοῦ ἐν Πνεύματι βαπτίσματος κατεφρόνουν τοῦ ωματικωτέρου. Συμβάλλεται γὰρ καὶ τοῦτο εἰς σωτηρίαν κατὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ σώματος. Ἔστι δὲ διὰ ῆς προκειμένης βίβλου τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόων (37) πολλὰ θηρεῦσαι παραστατικὰ τοῦ χρησίμου οῦ ἐξ ὕδατος βαπτίσματος.

B *Vers. 36. Cumque proficiscerentur.*

Sciendum est, homines vere Christianos maximam rationem habuisse baptismi externi et sensibilis. Cum enim duplici modo ille conferretur, hinc per aquam, hinc per Spiritum sanctum et ignem [40], non contemnebant illum, qui magis corporalis erat, eo quod alter, qui per Spiritum fiebat, præstantior esset. Nam et ille quod ad resurrectionem corporis ad salutem confert. Licet vero et plura ejusmodi loca ex præsenti Actuum apostolicorum libro afferre, quæ baptismum per aquam prodesse testantur.

Στ. λθ'. *Πνεῦμα Κυρίου ἥρπασε τὸν Φίλιππον.*

Ἡ προκειμένη ἁρπαγὴ ἰσοδυναμεῖ τῇ ἀναλήψει Ἠλίου. Καὶ ἐπεὶ ἁρπαγεὶς ὁ Φίλιππος ἐκ τόπου μετηνέχθη, ἀκόλουθον, καὶ τὸν Ἠλίαν ἀναληφθέντα ἐκ οῦ περὶ γῆν τόπου εἰς ἕτερον χῶρον μετενεχθῆναι, ἐν ὅπου μὲν σημαίνηται τὰ ὀνόματα τῶν τόπων εἰς μετηνέχθησαν, ὅπου δὲ μὴ σημαίνηται· οἱ ἁρπαέντες τε καὶ ἀναληφθέντες· Φίλιππος μετὰ τὴν ἁρταγὴν εὑρέθη εἰς Ἄζωτον. Παῦλος ὁ ἀπόστολος εἰς ρίτον οὐρανὸν καὶ ἕως τοῦ παραδείσου μετατεθεὶς κουσεν ἀῤῥήτων ῥημάτων. Εἰς τοῦτο λήψῃ καὶ τὸν Ἀββακούμ. Καὶ αὐτὸς γὰρ μετεωρίσθη ὑπὸ ἀγγέλου κ τῆς Ἱερουσαλὴμ εἰς τὴν Βαβυλῶνα. Ἠλίας δὲ νελήφθη μετενεχθεὶς οὐκ ἐν ὡρισμένῳ τόπῳ. Εἴρηαι γὰρ ἀναληφθῆναι αὐτὸν ὡς εἰς τὸν οὐρανόν. Αὕτη ὲ ἡ λέξις δηλοῖ, ὅτι οὐκ εἰς τὸν οὐρανόν· οὐ μὴ, οῦ γέγονεν, ὁρίζει. Συμφώνως τοῖς εἰρημένοις καὶ Ἐνὼχ μετατεθεὶς ἐκ τόπου εἰς τόπον γέγονε· σαῶς γὰρ τοῦτο παρίσταται ἐκ τοῦ μετατεθεῖσθαι αὐτόν. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ εἴρηται ποῦ ἐν ταῖς δεδημοσιευμέναις βίβλοις (38), ἐν ἀποκρύφοις λέγεται, ὅτι ἐν τῷ παραδείσῳ. Ἐὰν οὕτως ἔχῃ, συνεπέσκεπται καὶ περὶ οῦ Ἠλίου. Μὴ ἄρα τὸ *ὡς εἰς τὸν οὐρανὸν* ταυτόν ἐστι τοῦ *ἐν τῷ παραδείσῳ*. Ἀναμφιβόλως δὲ περὶ οῦ Σωτῆρος εἴρηται, ὡς μετὰ τὴν ἀνάστασιν εἰς τὸν ὐρανὸν ἀνελήφθη. Πολλαὶ γὰρ μαρτυρίαι εἰσὶ περὶ ούτου.

C *Vers. 39. Spiritus Domini abstulit Philippum.*

Raptus ille similis est raptui Eliæ. Cumque Philippus de loco in locum translatus sit, consequitur, Eliam quoque, ex terra sublatum, in alium locum fuisse translatum, quamvis nunc quidem appellentur loca, in quæ translata sint, nunc vero non appellentur. Ex ejusmodi enim abreptis et sublatis Philippus post raptum Azoti inventus est; Paulus vero apostolus in tertium cœlum, imo in paradisum ipsum delatus, verba ineffabilia audivit [41]. Eodem modo de Habacuco quoque statues. Nam et ipse ab angelo Hierosolymis Babylonem perlatus est [42]. Elias vero sublatus non legitur in certum quemdam locum pervenisse. Dicitur enim assumptus esse tanquam in cœlum [43]. Quæ phrasis infert, quod non sit in cœlum ipsum translatus; nec, ubi fuerit, definit. Similiter etiam Enochus ex loco in locum delatus fuit. Id enim intelligitur ex eo, quod translatus dicitur [44]. Quia vero in canonicis libris non exprimitur quo pervenerit; in apocryphis in paradisum sublatus memoratur. Si ita res habeat, patet simul, quid de Elia sit statuendum. Itaque phrasis, *tanquam in cœlum*, non æquipollet phrasi, *in paradiso*. De Salvatore vero nostro diserte dicitur, quod post resurrectionem in cœlum sit sublatus. Multa enim, quæ huc pertinent, testimonia exstant [45].

ΚΕΦ. Θ'. Στ. ς'. *Ἀλλ' ἀνάστηθι καὶ εἴσελθε.*

Ἐπεὶ ὁ εἰπὼν τῷ Παύλῳ Ἰησοῦς, *Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις; αἴτιος* αὐτῷ γέγονε τοῦ μὴ ὁρᾶν, κατηγορούντων αἱρετικῶν τοῦ εἰπόντος· *Τίς ἐποίησε βλέποντα καὶ τυφλόν; Οὐκ ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός* [46]; Εἰς ἀπορίαν γὰρ αὐτοὺς τὰ τοιαῦτα περιίστησι, διαφόρους θεοὺς λέγοντας, καὶ τοῦ μὲν κατηγοροῦντας, ὡς τοῦ μὴ βλέπειν αἰτίου, τὸν δὲ ἕτερον ἀποδεχομέ-

D CAP. IX, vers. 6. *Sed surge et ingredere.*

Quia Jesus, ad Paulum dicens: *Saul, Saul, quid me persequeris?* causa fuit cæcitatis ejus, opponendum hoc est hæreticis, invehentibus in eum, qui dicit: *Quis fecit videntem et cæcum? Nonne ego Dominus Deus* [46]? Hujusmodi enim loca in angustias conjiciunt eos, qui diversos dicunt esse deos, et alium quidem incusant, tanquam qui cæcitatis au-

[40] Matth. III, 11. [41] II Cor. XII, 4. [42] Dan. XIV, 35. [43] II Reg. II, 11. [44] Gen. V, 24. [45] Marc. XVI, 19; Luc. XXIV, 51; Act. I, 9. [46] Exod. IV, 11.

(35) Hæc quoque frustra quæsivi in laudato Didymi *adversus Manichæos* libello.

(36) *Ἐπιστατέον.* Locus hic totidem verbis exstat in Catena Œcumenii ad hunc locum, ubi tamen pro κατὰ τὴν ἀνάστασιν legitur καὶ τὴν ἀνάστασιν. Atque hoc puto rectius.

(37) *Προκειμένης βίβλου.* Clarissime hinc patet, Didymum in explicandis Actibus apostolicis data opera versatum esse.

(38) *Δεδημοσιευμέναι βίβλοι.* Libri canonici hic dicuntur, tanquam qui publici juris ita facti sint, ut singuli eorum lectioni vacare possint.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ЕВ

ctor sit, alium vero recipiunt, eo quod visum restituat. Nos vero, qui unum Deum profitemur, hæc non premunt, in primis cum sciamus, quod ipse, universi hujus curam habens, perspectum habeat, cui videndi facultatem largiturus sit, cuive minus et cur, et quando, et quomodo. Ita verbi causa cæcum, a nativitate talem, ideo ait natum esse, ut opera Dei in ipso manifestarentur [47]. Cumque id malum non sit, quod manifestandis Dei operibus inservit, non inconveniens est dicere, quod Deus aliquem cæcum faciat.

A νους, ἐπὶ τῷ τὸ βλέπειν παρέχειν. Ἡμᾶς δὲ τὸν εἷ τὸν ὁμολογοῦντας Θεὸν οὐ θλίψει ταῦτα, μάλιστα εἰ δότας, ὅτι προνοητὴς τῶν ὅλων ὑπάρχων οἶδε, τίν τὸ βλέπειν ὀρέξει, καὶ μή· καὶ διὰ τί, καὶ πότε, κα πῶς. Τὸν γοῦν ἀπὸ γεννητῆς τυφλὸν διὰ τοῦτο γεγεν νῆσθαί φησιν, ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἐν α τῷ. Οὐ κακὸν δὲ τὸ αἴτιον τῆς φανερώσεως τῶν ἔρ γων τοῦ Θεοῦ, διὸ οὐδὲ ἀπεμφαίνει εἰπεῖν, ὅτι ὁ Θεὸς τυφλοῖ τινα.

Vers. 7. *Audientes quidem vocem, neminem vero videntes.*

Quæ est illa pugna in narratione Actuum apostolicorum de visione Paulina? Lucas enim testatur, eos, qui cum Paulo fuerint in ista, quæ in via offerebatur, visione vocem quidem audivisse, neminem vero vidisse : Paulus vero, eamdem visionem, cum in gradibus staret, enarrans, ait eos, qui secum fuerint, lucem quidem vidisse, vocem vero loquentis non audivisse [48]. Ex historiæ quidem nexu Chrysostomus locum hunc curate interpretatus est, dicens, quod prior illa narratio, quæ dicit, vocem audiisse præsentes, eos dicat Pauli quidem vocem audiisse dicentem : *Quis es, Domine?* nullum vero hominem, præter Paulum, vidisse. Posterior vero narratio, quæ ait, lucem quidem eos conspexisse, vocem vero loquentis non percepisse, eodem judice, accipienda est de voce Domini ad Paulum facta, ut proinde illi quidem solam lucem viderint.

Στ. ζ'. *Ἀκούοντες μὲν τῆς φωνῆς, μηδένα δὲ θεωροῦντες.*

Τίς ἡ διαφωνία τῶν ἐν ταῖς Πράξεσιν ἀναγεγραμμένων ἐν τῇ κατὰ Παῦλον ὀπτασίᾳ; Ἐν μὲν γὰρ τῇ καθ' ὁδὸν ὀπτασίᾳ ἱστορεῖ ὁ Λουκᾶς, τοὺς μετ' αὐτοῦ ὄντας, τῆς φωνῆς μὲν ἀκηκοέναι, μηδένα δὲ θεωρῆσαι· ἐν δὲ τῷ διηγεῖσθαι τὸν Παῦλον ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν τὴν αὐτὴν ὀπτασίαν, λέγει τοὺς μετ' αὐτοῦ ὄντας τὸ μὲν φῶς τεθεᾶσθαι, τὴν δὲ φωνὴν τοῦ λαλοῦντος μὴ ἀκηκοέναι. Κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν ὁ Χρυσόστομος πάνυ ἠρμήνευσε τὸν τόπον, ἔφη (39), ὅτι ἡ πρώτη ἐξήγησις, ἡ λέγουσα, Τῆς φωνῆς ἤκουον οἱ συνόντες, τῆς Παύλου φωνῆς λέγει ἀκούειν αὐτοὺς τῆς λεγούσης· Τίς εἶ, Κύριε; οὐδένα δὲ ἕωλεπον ἄνθρωπον, εἰ μὴ Παῦλον. Ἡ δὲ δευτέρα ἐξήγησις, ἡ λέγουσα, τὸ μὲν φῶς τεθεᾶσθαι, τὴν δὲ φωνὴν τοῦ λαλοῦντος μὴ ἀκηκοέναι, φωνῆς λέγει τῆς τοῦ Κυρίου πρὸς τὸν Παῦλον γεγενημένης, μόνον δὲ τὸ φῶς τεθεᾶσθαι (40).

B

Vers. 15. *Dixit vero ad illum Dominus.*

Qui de natura duplici multa tradunt, Paulum, ut hominem spiritualem, malitiæ capacem fuisse negant. Quam sententiam illi quidem confirmant ex præsenti loco, in quo Deus ait de ipso : *Vas electum mihi est iste.* Neque enim, aiunt illi, scriptum hic est : *Erit mihi.* Ad hæc vero responderi debet, testimonium hoc de ipso editum esse, cum sponte sua, oraculo huic fidem habens, ad colloquendum cum Ananía profectus est. Ex quo consequitur, eum, qui tam insignem pœnitentiam momento temporis ageret, vas electum fuisse. Præterea vero jejunium, per integrum triduum continuatum, seriæ pœnitentiæ argumentum præbet. Dici vero etiam potest, quod Deus, qui futura accurate prævidet, de iis, tanquam jam præsentibus, locutus sit ob minis-

C

Στ. τε'. *Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος.*

Οἱ τὰς φύσεις δογματίζοντες (41), φασὶ, Παῦλον πνευματικὸν ὄντα ἀνεπίδεκτον εἶναι κακίας. Κρατύνουσι δὲ τοῦτο αὐτῶν τὸ φρόνημα καὶ ἐκ τῆς προκειμένης λέξεως, εἰπόντος τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτοῦ, ὅτι *Σκεῦος ἐκλογῆς ἐστί μοι οὗτος.* Οὐ γὰρ, Ἔσται, γέγραπται, φασὶν ἐκεῖνοι. Ῥητέον δὲ πρὸς τοῦτο, ὅτι ἡ μαρτυρία αὕτη γέγονεν, ὅτι ἐξ οἰκείας προαιρέσεως, πεισθεὶς ὁ ἀνὴρ τῷ χρησμῷ, ἀπῆλθεν ἐπὶ τὸ συντυχεῖν τῷ Ἀνανίᾳ. Διὸ καὶ ἀκόλουθον τυγχάνει, τὸν τοσαύτην ἐνδεχόμενον μετάνοιαν, βοσκῆ καιρῷ ὑπάρξαι ἐκλογῆς σκεῦος. Πρὸς τούτοις καὶ τὸ μηδὲ φαγεῖν ἐφ' ὅλας τρεῖς ἡμέρας, δεῖγμα ἦν τῆς ἐφεδρᾶς μετανοίας. Δυνατὸν δὲ εἰπεῖν, ὅτι ὁ Θεὸς, ὁ τὰ μέλλοντα γινώσκων ἀκριβῶς ὡς τὰ παρόντα, ἐμαρτύρησε διὰ τὴν μέλλουσαν αὐτοῦ ὑπηρεσίαν, ὡς ἤδη

D

[47] Joan. IX, 3. [48] Act. XXII, 9.

(39) Ἔφη. Excidisse ante hoc verbum videtur particula καί. De aliis ἐναντιοφανείας hujus conciliationibus dicemus alias ad ipsum hunc locum Actuum apostolic.

(40) *Μόνον δὲ τὸ φῶς τεθεᾶσθαι.* Respicit noster S. Chrysostomi homiliam 47 *in Acta apost.*, cap. XXII, tom. III edit. Paris. p. 410, ubi hæc legis : Μηδὲν ξενισθῇς, εἰ ἐνταῦθα μὲν οὕτως, ἑτέρωθι δὲ λέγει, ὅτι *Εἱστήκεισαν τὴν μὲν φωνὴν ἀκούοντες, μηδένα δὲ θεωροῦντες.* Οὐκ ἔστι τοῦτο ἐναντίον· φωναὶ γὰρ δύο ἦσαν, ἡ Παύλου καὶ ἡ τοῦ Κυρίου. Τὴν φωνὴν τοίνυν ἐκεῖ τοῦ Παύλου λέγει· ἐνταῦθα δὲ καὶ προσέθηκεν, εἰπών· *Τὴν φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι.* Οὐκοῦν τὸ, *μηδένα θεωροῦντες*, οὐ τοῦ ἰδεῖν, ἀλλὰ τοῦ μὴ ἀκοῦσαι δηλωτικόν ἐστι, hoc est, *Non sunt hæc contraria. Voces enim duæ erant, una Pauli, altera Domini. Vocem igitur illic Pauli dicit : hic vero addidit etiam dicens : « Vocem non audierunt loquentis mihi. » Igitur duo dicit : « nullum videntes steterunt : » hoc est loquentem.*

(41) *Οἱ τὰς φύσεις δογματίζοντες.* Respicit hic Manichæos iterum. Verbum δογματίζειν scriptoribus ecclesiasticis receptum est, ubi serino est de errore aliquo ab hæreticis vel promulgato, vel pertinaciter defenso. Ita Clem. Alexandr. *Stromat.* I, pag. 276 : Τὰ παρὰ τῶν ἐπισήμων δογματιζόμενα αἱρέσεων Conf. infra ad cap. X, 10.

Digitized by Google Распознавание текста

σκεῦος ἐκλογῆς ὑπῆρχεν. Ἄλλος δὲ λέξει, ὅτι θεοσεβὴς ὢν ζήλῳ, τῷ μετὰ ἀγνοίας, ἐδίωκε τοὺς πιστεύοντας τῷ Σωτῆρι ὡς ἀποστάτας τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ νόμου αὐτοῦ, καὶ ἐπεὶ θεῖκῇ πως προθέσει τοῦτο ἔπραττεν, εἰ καὶ πεπλανημένως, εἰς τὴν πρόθεσιν αὐτοῦ σκοπήσας ὁ χρηματίσας εἶπε, *Τί με διώκεις;* Εὐθέως γὰρ ἐπῆκουσε τῷ λαλοῦντι, καὶ κατάλληλα τῇ κλήσει ἔπραξεν. Ἐπαύσαντο δὲ ἂν τῆς ἀπάτης οἱ τὰς φύσεις φρονοῦντες, εἰ ἐπιστήσαντες ἦσαν, τὸ ἐκλογῆς αὐτὸν εἶναι σκεῦος τοῦ ἐκλεγομένου οὐ φύσιν, ἀλλὰ βίον σκοποῦντος.

A sterium in posterum ab eo præstandum, quasi etiam tunc vas electum fuerit. Alius vero forte dixerit, quod, cum pius esset ex zelo, ignorantiæ pleno [49], persecutus sit eos, qui in Christum credebant, tanquam alienos a Deo et lege ejus; atque adeo, cum Paulus respectu ad Deum habito, quamvis per errorem, hæc egerit, Dominus, hanc ejus intentionem respiciens, dixerit: *Quid me persequeris?* Statim enim auscultavit loquentem, et quæ vocatione hac digna erant, præstitit. Qui vero ita de duplici natura sentiunt, ab errore facile recederent, si nossent, eum vas esse electum illius, qui non naturam eligit, sed vitam respicit.

Στ. λγ'. *Εὗρε δὲ ἐκεῖ ἄνθρωπόν τινα.*

Πολλὴν διαφορὰν ἔχει τὸ πραχθὲν ὑπὸ τοῦ Πέτρου εἰς τὸν ἐπὶ ὅλα ὀκτὼ ἔτη διὰ νόσον χαλεπὴν κατακείμενον, πρὸς τὸ ὑπὸ Ἰησοῦ γενόμενον εἰς τὸν ὅλα τριάκοντα καὶ ὀκτὼ ἔτη ἐπὶ σκίμποδος (42) μείναντα διὰ πάρεσιν (43) ἀνίατον. Ὁ μὲν γὰρ Πέτρος εἰπὼν, *Αἰνέα, ἰᾶταί σε Ἰησοῦς Χριστός, ἀνάστα, στρῶσον σεαυτῷ*, τὸ σημεῖον εἰργάσατο· Ἰησοῦς δὲ φήσας, *Ἔγειραι, ἆρον τὸν κράββατόν σου καὶ περιπάτει*, οἷα Θεὸς τὸ τεράστιον πεποίηκεν. Εἶχε δὲ παραλλαγὴν πολλὴν τὰ πρὸς ἑκατέρους εἰρημένα. Τῷ μὲν γὰρ ἐλέχθη· *Ἀνάστα, καὶ ἆρον τὸν κράββατόν σου καὶ περιπάτει.* Ἐμφαίνει γὰρ ἡ πρόσταξις ἰσχὺν πολλὴν σὺν ὑγείᾳ βεβαίᾳ ἐγγεγονέναι τῷ εὐεργετουμένῳ, μάλιστα ὅτε ἐπιφέρεται· *Ἀναστὰς οὖν ἦρε τὸν κράββατον ἑαυτοῦ καὶ περιεπάτει.* Τῷ δὲ, *Ἀνάστα, στρῶσον σεαυτῷ*· οὐ γὰρ τοσαύτη ἐμφαίνεται ἰσχὺς τοῦ δυνηθέντος στρῶσαι μετὰ πολλὴν νόσον, ὅσον τοῦ τὸν κράββατον αἴροντος καὶ περιπατοῦντος. Ἐσημειωσάμεθα δὲ ταῦτα προφάσει τῆς ἀναγωγῆς, ἀλλ' οὐ συγκρίνοντες τῷ Πέτρῳ. Ὁ μὲν γὰρ ὡς Θεὸς ἐποίει· ὁ δὲ πιστεύων εἰς Θεόν. Φησὶ γάρ· *Ἰᾶταί σε Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς*, ὡς ἑκάτερα ταῦτα Χριστοῦ εἶναι ἔργα.

B Vers. 33. *Invenit vero ibi hominem quemdam.*

Multum omnino id, quod a Petro præstitum est in eum, qui per octo integros annos ex paralysi insanabili decubuit, differt ab eo, quod a Jesu factum est in eum, qui octo et triginta annis integris ex paralysi immedicabili in lecto hæsit [50]. Petrus enim dicens: *Anania, medeatur tibi Jesus Christus, surge, sterne lectum tibi ipsi* [51], miraculum hoc perfecit. Jesus vero dicens: *Surge, tolle lectum tuum, et ambula*, ut Deus mirandum hoc opus edidit. Multum vero discriminis intercedit inter ea, quæ ad utrumque dicta sunt. Alteri enim dicebatur: *Surge, et tolle lectum tuum, et ambula.* Mandatum enim hoc evincit, homini sanato cum integra valetudine robur magnum collatum esse, in primis cum subjungatur: *Surgens itaque sustulit lectum suum et abiit* [52]. Alteri vero dicebatur: *Surge et sterne tibi ipsi lectum.* Jam vero illi, qui lectum sibi post gravem morbum sternere potest, non tantum tribuitur robur, quantum illi, qui lectum tollere potest et ambulare. Atque illa quidem magis per anagogen quamdam observavimus, quam ut cum Petri actione compararemus. Christus enim alterum fecit ut Deus; Petrus vero, ut in Christum credens. Dicit enim: *Sanet te Jesus Christus*, ut proinde utrumque opus ipsius Christi sit.

C

Στ. λς'. *Ἐν Ἰόππῃ δέ τις ἦν μαθήτρια.*

Σημειωτέον, ὅτι καὶ μέχρι γυναικῶν φθάνει τὸ τῶν μαθητριῶν ὄνομα, καὶ ἡ ἀξία τῆς ἐπωνυμίας. *Ἀπέστειλαν δὲ δύο ἄνδρας πρὸς αὐτόν.* Μᾶλλον ἡ πίστις τῶν πασχόντων τὰς ἰάσεις ἐργάζεται. Ἰδοὺ γὰρ καὶ ὧδε οἱ πιστεύσαντες, ὅτι διὰ τῆς τοῦ Πέτρου παῤῥησίας δύναται ἀναστῆναι νεκροὺς, ἐπέτυχον τοῦ σκοποῦ· πλὴν οὐχ οἵα δήποτε πίστις συμβάλλεται, ἀλλ' ἡ εἰς τοὺς ὄντως ἁγίους.

Vers. 36. *Joppæ vero erat discipula.*

Notandum hic est, discipularum nomen hujusque nominis dignitatem etiam in fœminas cadere. *Miserunt autem binos viros ad ipsum.* Adeo fides ægrotorum sanationem promovet! Namque et hic illi, qui credebant, quod per fiduciam Petri (Deus) excitare possit mortuos, scopum suum consecuti sunt. Interim non cujusvis generis fides in hanc rem quidquam confert, sed illa, quæ in homines vere sanctos tendit.

D

Στ. λς'. *Αὕτη πλήρης ἦν ἔργων.*

Ἐπεί τινες ὀκνηρῶς ἔχοντες περὶ τελείας ἀρετῆς ἀνάληψιν, φασὶ, μὴ δυνατὸν κατορθοῦσθαι ἀνθρώπῳ βίον ἄληπτον, ἐλεγκτέον αὐτοὺς ἐκ τῆς προκειμένης

Vers. 36. *Illa operibus plena erat.*

Quoniam nonnulli, qui negligenter in studio perfectæ virtutis versantur, fieri posse negant, ut homo inculpabilem vitam agat, illi quidem præsenti

[49] I Tim. I, 13; Rom. X, 2. [50] Joan. V, 5. [51] ibid. 8. [52] ibid. 9.

(42) *Ἐπὶ σκίμποδος.* Σκίμπους, id est lectulus humilis, paralyticis in primis accommodatus est. Eustathius *ad Iliad.* II, p. 1077 ed. Rom., exponit per εὐτελῆ κλίνην καὶ χθαμαλὴν, πελάζουσαν τῇ γῇ. Vide de hac voce Casaubon. *ad Suetan.* II, 28, et illustr. Spanhemium *ad Aristophan. Nubes*, vers. 253.

(43) *Πάρεσιν.* Πάρεσις et παράλυσις de resolutione nervorum, quæ proprie paralysis dicitur, promiscue usurpatur a medicis. Ita Trallianus: παρέσεως πάθος, ὃ καὶ παράλυσιν ὀνομάζειν εἰώθασι.

Digitized by Google Распознавание текста

Μὴ δόξητε ὅτι ὑμῖν ἀπολογούμεθα· οὐ γὰρ ἀνθρώποις προηγουμένως ἀρέσκειν προτεθείμεθα, ἀλλ' ἢ τῷ Θεῷ. Προνοοῦμεν γὰρ καλὰ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ δευτέρως ἐπίπροσθεν ἀνθρώπων, ἵνα ὦμεν Θεῷ πεφανερωμένοι, πείθοντες ἀνθρώπους ὀρθῶς βίῳ καὶ λόγῳ καταλλήλῳ. Ἐν γὰρ Χριστῷ φθεγγόμενοι ἐπίπροσθεν Θεοῦ, ὡς ὁρῶντες αὐτοῦ τὸν λογισμὸν, πάντα πράττομεν καὶ λέγομεν. Θαῤῥῶ οὖν ὅτι γνησίως ἀναγνόντες καὶ ταύτην τὴν Ἐπιστολὴν, καταλαλιῶν ἀφέξεσθε, τὸ ψιθυρίζειν παραιτησάμενοι ὡς δουλοπρεπές· δούλων γὰρ ἀπαρρησιάστων καὶ γογγυστῶν τὸ τόλμημα· ἀλλὰ καὶ τὰς φιλονεικίας, καὶ τὰς ἐξ αὐτῶν γινομένας ἐριδάς τε καὶ ἐριθείας ἀποστραφῆτε· οὕτω γὰρ ἀκολουθήσει τὸ, Εὑρίσκεσθέ με ὑμῖν οἷον ποθεῖτε. Μετεωρίζεται γὰρ καὶ ἄγαν γαυριᾷ διδάσκαλος εὐπορῶν ἀκροατῶν ἐν οἷς σοφίαν εἰπεῖν δύναται· ὡς αὖ συστέλλεται ταπεινούμενος, ὅτ' ἂν οἱ προσιόντες ἐπιπλήξεων καὶ ἐλέγχων δέωνται ἐφ' οἷς πράττουσι κακῶς. Εἰ γὰρ πορνείαν καὶ ἀκαθαρσίαν καὶ τὴν ἑπομένην ἀσέλγειαν πράττοντες οὐ μετανοοῦσι, τεθνήκασι τὸν ψυχῆς θάνατον· ὡς τὸν κηδεμονικὴν διάθεσιν πρὸς αὐτοὺς ἔχοντα πενθεῖν αὐτοὺς μᾶλλον, ἢ οἱ τὰ κενοτάφια οἰκοδομοῦντες τοῖς ἀποφοιτήσασι φιλοσο-

(44) Ergo præcesserat alia Didymi explanatio, quam eclogarius prætermisit.

(45) Cod. οἰκοδομεῖ. Contrariam vocabuli hujus permutationem habet cum aliis codicibus Patribusque (in Pauli loco I ad Tim. I, 4) Nicephorus *Antirrh.* III, 1.

(46) Animadverte pulchram Didymi doctrinam de mentis puritate.

Vers. 7. *Et ne magnitudo revelationum extollat me*, etc.

Alii vero nolentes occasionem dare, nulloque modo diabolo concedentes efficiendi infirmitates copiam, nec denique tolerantes a perfectis hominibus sedulam curam corporalis valetudinis geri (sciunt enim reluctari eos molestis rebus), dicent : Si quis multas magnasque visiones recipiat, nisi idem ab humana infirmitate compungatur, magnopere sibi confidet. Quod ne eveniat, custos arbitrii nostri Dei virtus, sæpe dat prudenter operam, ut ille quamvis protectus, aliquando extra proprium munimen fiat, ita ut aditum humana cogitatio inveniat. Et quoniam aversantur perfecti homines vel in sola mente maculam, grandem colaphum se accipere putant, etiamsi in ipsorum tantum cogitationem Satanicus angelus subeat. Diserte igitur orant ab occultis quoque mundari, et nihil pravum in conscientia sua habere. Et quod hæc ita se habeant, exalapatus Paulus novit ad Deum confugere, ut ostendit scribens : Propter hunc molestum angelum Satanicum, ter Dominum rogavi, ut procul me fieret. Et mihi dixit Dominus quem rogabam : Sufficit tibi gratia mea : per hanc enim certior fies, non a viribus tuis, sed ab auxilio meo perfectionem contingere. Quod vero ait, Ter rogavi, existimabit aliquis dictum pro sæpe; namque a ternario numero pluralitas incipit; tria enim sunt multa.

Vers. 19. *Rursus creditis quod excusemus nos apud vos?*

Nolim vos existimare, quod apud vos nosmet excusemus. Non enim ut principaliter hominibus placeamus, propositum nobis est, sed ut Deo : providemus enim bona coram Domino, deinde etiam apud homines; ut simus Deo conspicui, suadentes recte hominibus tum vitæ genere tum sermone congruo : in Christo nimirum loquentes coram Domino, quasi cogitationum ejus gnari, cuncta agimus loquimurque. Confido igitur quod amanter lecta etiam hac Epistola, obtrectationibus abstinebitis, ne clam quidem murmurare serviliter volentes. Timidorum quippe famulorum est et susurronum hic malus mos. Sed et æmulationes, et harum sobolem lites atque jurgia avertemini. Sic eveniet, ut me inveniatis qualem cupitis. Sublevatur enim ac magnopere exsultat magister cum abundat discipulis inter quos sapientiam eloqui potest : sicut vicissim humiliatus deprimitur, cum auditores sui increpari reprehendique debent ob ea quæ prave agunt. Nam qui fornicationem, immunditiam, et horum comitem luxuriam operantes non resipiscunt, mortem animæ incurrunt : adeo ut qui providam curam illorum gerit, eos magis defleat, quam qui cenotaphia ædi-

(46*) Leg. παρεκάλεσα, et mox, ὃν παρεκάλεσα Κύριος. Edit.

(47) More Græcorum grammaticorum, ut alibi dixi, qui dualem numerum negant esse pluralem, contra Latinorum consuetudinem.

(48) Pro πάλιν, *rursus*, legebat πάλαι, *olim*, vulgatus, cum aliis tum Latinis tum etiam Græcis.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ficant desercntibus philosophiam. Solet autem sensus commoveri peccantium, cum alii ipsorum causa mœrentes lugent. Secundum hunc significatum fieri potest ut Salvator beatos dixerit qui flent, quoniam post luctus afflictionem divinitus recreabuntur. Dum autem ait : « Ne iterum, cum venero, humilier, » ostendit, se in priore quoque ad eos accessu idem expertum cum valde ad pœnitentiam adhortaretur. Necessario itaque addidit : « Ecce tertio nunc venio ad vos, » ut tertium adventum loco testium trium habentes confirmemini; nam si in ore duorum vel trium testium omne verbum damnationem ferens stat, id est satis idoneum firmumque habetur, sic oportebat per duos quos feci adventus satis firmos vos effici. Nunc quia adhuc confirmari indigetis, tertio ad vos venire decrevi.

A φίας. (49) Φιλεῖ γὰρ αἴσθησις ἐγγίνεσθαι τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ὅτ' ἂν ἕτεροι ὑπὲρ αὐτῶν πενθῶσιν ὀλοφυρόμενοι. Δύναται καὶ κατὰ τοῦτο σημαινόμενον τοὺς πενθοῦντας μακαρίζειν ὁ Σωτὴρ, ἐπείπερ μετὰ τὴν ἐκ τοῦ πενθεῖν κάκωσιν θεόθεν παρακληθήσονται. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, « Μὴ πάλιν ἐλθὼν ταπεινωθῶ, » δείκνυσιν ὅτι καὶ ἐν προτέρᾳ πρὸς αὐτοὺς ἀφίξει τοῦτο πέπονθεν, ἱκανῶς πρὸς μετάνοιαν προτρεψάμενος. Ἀναγκαίως οὖν ἐπήγαγεν· « Ἰδοὺ τοῦτο τρίτον ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, » ἵνα τὴν τρίτην ἐπιδημίαν ἀντὶ τριῶν μαρτύρων ἔχοντες βεβαιοῦσθε. Εἰ γὰρ ἐπὶ στόματος μαρτύρων δύο ἢ τριῶν πᾶν ῥῆμα κατάκρισιν ἐκφερόμενον ἵσταται, τοῦτ' ἔστι πληροῦταί τε καὶ βεβαιοῦται, οὕτως ἐχρῆν διὰ τῶν δύο ἐπιδημιῶν ἕν πεποίηκα βεβαίους ὑμᾶς ὑπάρχειν· ἐπειδὴ δὲ ἀκμὴν B χρῄζετε τοῦ βεβαιωθῆναι, καὶ τρίτον ἔρχομαι ἀπαντῆσαι ὑμῖν.

CAP. XIII, VERS. 11. *De cætero, fratres, gaudete, perfecti estote, idem sapite, pacem habete. Et Deus pacis ac dilectionis erit vobiscum.*

Post omnem exhortationem, suadet ut concordiam foventes, ad felicem finem tendant genuinæ virtutis ac fidei susceptione perfecti. Hac enim si mente fuerint, stabilitatem nanciscentur, pacifice viventes, quia Dei charitas apud eos hospitabitur. Nam præsentia pacis, constantem eis statum conficiet. Adeo ut unusquisque magistrum imitans dicat : « Quis nos separabit a charitate Dei quæ est in Christo Jesu [94]? » et reliqua.

[94] Rom. VIII, 35.

(49) Animadverte morem singularem irridendi philosophiæ desertores.

(50) Cod. γνησίως.

ΚΕΦ. ΙΓ', στ. ια'. *Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοὶ, χαίρετε, καταρτίζεσθε, τὸ αὐτὸ φρονεῖτε, εἰρηνεύετε· καὶ ὁ Θεὸς ἀγάπης καὶ εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν.*

Μετὰ πᾶσαν προτροπὴν συμβουλεύει, ὁμοφρονοῦντας ἀναλαβόντας αὐτοὺς, σπεύδειν ἐπὶ τέλος ἀγαθὸν, ἀπαρτιζομένους ἀναλήψει γνησίας (50) ἀρετῆς τε καὶ πίστεως. Οὕτω γὰρ στηριγμὸν ἕξουσι τοῦτο (51) φρονοῦντες, εἰρήνην ἄγοντες, ἐπὶ τῷ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγάπην χώραν λαβοῦσαν παρ' αὐτοῖς γίνεσθαι. Ταύτης γὰρ ἡ παρουσία, τὸ ἀμετακίνητον αὐτοῖς περιποιήσει· ὡς ἕκαστον μιμούμενον τὸν διδάσκαλον εἰπεῖν· « Τίς ἡμᾶς χωρήσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ; » καὶ τὰ ἑξῆς (52).

C (51) Ita hoc loco Didymus, non τὸ αὐτό, ut est in contextu biblico.

QUÆSTIONES AC VINDICIÆ DIDYMIANÆ

SIVE DIDYMI ALEXANDRINI ENARRATIO IN EPISTOLAS CATHOLICAS LATINA

Græco exemplari magnam partem e Græcis scholiis restituta.

EDIDIT

GODOFR. CHR. FRIDERICUS LUCKE

THEOLOGIÆ DOCTOR ET PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS.

(Particulæ quatuor Gottingæ 1829-1832, in-4.)

COMMENTATIO CRITICA PRÆVIA.

I. Cum ante hos tres fere annos in Epistolis S. Joannis interpretandis Patrum, si qui de his Epistolis scripsissent, commentarios anquirerem atque D perlustrarem, incidi præter alia opere meo ad finem fere perducto in paulo obscuriorem illam, quæ Didymi Alexandrini fertur, *Enarrationem in Epistolas*

Digitized by Google Распознавание текста

Catholicas Latinam. Habetur hæc in *Bibliothecis Patrum*, Parisiensi secundâ (tom. IX), Magna Coloniensi (tom. IV), Maxima Lugdunensi (tom. IV), Gallandiana (tom. VI). Nomen auctoris olim in Ecclesia celebratissimum, ut opusculum accuratius inspicerem, permovit me ac quasi invitavit. Ex quo commentario si quæris quid lucrifecerim, sic habeto : nec multum, neque vero omnino nihil. Habet Didymus nonnulla quæ nemo non probaverit vere et eleganter dicta. Atque enotavi equidem ea, quæ ad interpretationem Epistolarum Joannis facere videbantur, in commentarii mei appendice, quæ tamen omissa nemini desiderarentur. Ut verbo dicam, nihil in illo commentario ita dixit Didymus, ut locum in Epp. Cath. aliquanto obscuriorem vel difficiliorem possit nobis neminis alius ope adjutus solus extricare. Sed enim in his bonæ interpretationis frustulis noli operæ meæ pretium quærere! Quod lectione mea lucrifeci, ex genere ac semine est prorsus alio, haud vero contemnendo. Etenim dum Enarrationem Didymi attentius legebam, animadverti primo pene invitus in nonnullis locis magnam cum scholiis Græcis, quæ in calce èditionis Epist. Cathol. Matthæianæ adjecta habentur, similitudinem atque mirum concentum ; mox vero collatione utriusque exempli accuratius instituta lætus inveni eadem pene iisdem verbis in Enarratione Latine, in scholiis Græce expressa. Quid multa? Enarrationis Didymianæ in Epp. Cath. Latinæ Græcam veritatem hactenus quantum scio equidem nemini notam, imo deperditam omnibus creditam, deprehendi magnam partem in istis scholiis adhuc superstitem. Dixi tunc quidem de hoc ἑρμαίῳ quantulocunque, breviter ac quasi in antecessum in meo ad Epp. S. Joan. commentario (1), rem accuratiori, qua omnino egeat, disquisitione, ubi primum occasio otiumque mihi contigerint, prosecuturus. En igitur tibi, B. L., hac data occasione *Quæstiones ac Vindiciæ Didymianæ.* Scio equidem hujus inventi non eam esse rationem, nec dignitatem, ut ad omnes pertineat, omniumque intersit, tamen apud eos maxime, qui studio atque cura antiquitatis ecclesiasticæ cum cognoscendæ accuratius, tum restaurandæ inter nos conspicui facti sunt ac celebres, spero me aliquam saltem gratiam mereri, reliquias viri, inter theologos antiquioris Ecclesiæ haud ultimi atque interpretis suo tempore celebratissimi, haud spernendas colligendo, restituendo, illustrando. In qua re, ne iis videar quasi invitus assentiri atque opem ferre, qui nostra ætate, ut est ad extrema quævis prona, justum rerum excedendo modum bonam causam perdunt, dicam de usu Patrum exegetico ingenue, quod sentio, paucis. Equidem ut in eorum numero haberi nolo, qui in libris sacris interpretandis sua recens inventa unice sibi collaudant, atque Patrum despiciendo in hac arte labores ac studia suis facilem quærunt gloriam, ita nec iis unquam astipulari possum, qui hisce diebus exstiterunt, nimii veterum interpretum laudatores, qui, cum nihil habeant antiquius quam ut omnia, quæ superata dudum artis exegeticæ infantia lusit, aut fudit antiquioris Ecclesiæ inscitia atque incuria ad libros sacros partim inepta, partim falsa, recoquant, recoctaque commentariis suis, in quibus nova antiquis meliora invenire fas est, infarciant magis, quam recto judicio interponant, — nos ad aureum scilicet catenarum ætatem rejicere student. Stet suus cuique rei honos ac vera æstimatio! Usus commentariorum veterum in interpretando nisi criticus planè nullus nobis est. In quibus ubi ad rem pertinentia docte et eleganter exposita deprehenderis — et insunt omnino, quibus et uti poteris et gaudere, ex theologico maxime interpretandi genere, — ea repetere, nostra facere, nostris innectere et pietati debebis et doctrinæ erga antiquitatem tanquam religiosæ : quæ vero minus vera, imo falsa intellexeris, ea omittere potius, vel, si graviora visa fuerint, admissa dijudicare et veritati et religioni satius erit.

Atque de his hactenus. Progrediamur nunc ad ipsam Didymi *Enarrationem in Epp. Catholicas* Græco exemplari, quantum superstiti, vindicandam.

II. De vita Didymi, cum hanc provinciam optime administraverint, qui de iis rebus ex instituto egerunt, auctores gravissimi, inter quos nuperrime post Mingarellium (2) Guerickius (3) excelluit, paucis tantum, quæ pro instituti nostri ratione necessaria videantur, exponamus.

Constat inter omnes, Didymum, quem cum a parva ætate oculis captus esset *cæcum* ipsa jam cognominavit antiquitas, per LX fere annos, usque ad LXXXV ætatis annum, illustris scholæ Alexandrinæ præfectum fuisse, Macarii successorem, virum propter doctrinam atque in utraque litteratura eruditionem prorsus eximiam, eamdemque, cæcitate fere innata nihil impediente, continuatis lucubrationibus assiduaque auditione et molesta, comparatam (4), omnibus laudatissimum ac vere admirabilem. Floruit suo tempore cum multis nominibus, tum maxime exegeticæ artis laude tanta, ut ea allecti ad audiendum talem doctorem undique Alexandriam advolarent discipuli, inter quos præ aliis nominare licet Rufinum, qui per multos, ut ipse gloriatur (5), annos eum audivit; Hieronymum, Isidorum Pelusiotam. Atque non solum viva voce docuit Didymus (6), sed etiam scriptis exegeticis laudes apud posteritatem valde auxit. Testis est præ cæte-

(1) Vid. Comment. tom. III. pag. 299.

(2) V. Didymi Alexandr. *De Trinitate* libri III, nunc primum Græce editi, Latine conversi ac notis illustrati a J. Aloysio Mingarellio. (Supra.)

(3) *De schola Alexandrina*, parte I, p 92

(4) Cf. Rufini *H. E.*, II, 7 ; Sozom. *H. E.* III, 15; Socrat. *H. E.* IV, 24-26.

(5) Rufin. *Apolog. in Hieronym.* II, 11, 12.

(6) Rufinus in *H. E.* II, 7, de Didymi disciplina hæc narrat : « Hujus aliquanta dicta vel communi-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ris locupletissimus Hieronymus, qui in *Catalogo* (7) narrat, « eum multa opera et nobilia per notarios scripsisse, commentarios *in Psalmos* omnes, commentarios *in Evangelium Matthæi et Joannis*, — — *in Isaiam* tomos XVIII; *in Oseæ* ad me scribens commentariorum libros tres, et *in Zachariam* meo rogatu libros quinque et commentarios *in Job*, et influita alia, quæ digerere proprii indicis sit. » — Qui commentariorum in utriusque Testamenti libros a Didymo editorum catalogus egregie augeri potest ex ejusdem Hieronymi commentariis, in quibus Didymi tractatus, quos in suis ipse adhibuisset, singulos passim laudat. Atque omissis nunc Didymi in V. T. libris commentariis, ejusdem in Epistolas Pauli ad Ephesios et Galatas commentariolis in suis (8) ipse usus est Hieronymus. Præterea *in Acta apostolorum* commentarium scripsisse Didymum, testantur hujus commentarii fragmenta, a J. Christophoro Wolfio in *Anecdot. Græcis* (9) collecta et illustrata. Horum vero commentariorum, quos hactenus enumeravimus, nihil præter notitiam atque fragmenta in catenis pauciora nobis relictum esse, omnino est quod doleamus. Unica tantum, ut videtur, *fere* integra Latina quidem, nobis exstat Didymi *Enarratio in Epistolas Catholicas*, de qua nunc accuratius est dicendum.

III. Didymum *in Epistolas Catholicas* commentarium scripsisse, præter Cassiodorum, scriptorem sæculi sexti, testatur nemo unus. Ille vero in *Institutione divinarum litterarum* (10) multis narrat se ipsum jam senem, ut monachis suis in discendis divinis litteris succurreret, novem totius sanctæ Scripturæ codices et studiose emendatos et adnotatione exegetica e Græcis maximam partem desumpta instructos adornasse. Hujus bibliothecæ exegeticæ codex octavus Epistolas apostolorum continuit. De quo ubi narrat, « In Epistolis, inquit, canonicis (sive Catholicis) Clemens Alexandrinus presbyter, qui et Stromateus vocatur, i. e. in Epistola S. Petri prima, S. Joannis prima et secunda, et Jacobi (11) quædam Attico sermone declaravit, ubi multa quidem subtiliter, sed aliqua incaute locutus est, quæ nos ita transferri fecimus in Latinum, ut exclusis quibusdam offendiculis purificata doctrina ejus securior potuisset hauriri. S. quoque Augustinus Ep. Jacobi apostoli solita diligentiæ suæ curiositate tractavit, quam vobis in membranaceo codice scriptam reliqui. Sed cum de reliquis canonicis Epistolis magna nos cogitatio fatigaret, *subito nobis codex Didymi Græco stylo conscriptus in expositionem VII canonicarum Epistolarum Domino largiente concessus est, qui ab Epiphanio viro disertissimo, Divinitate juvante, translatus est.* »

Hujus ea est ratio testimonii, ut ad eam rem, de qua quærimus, probandam nihil possit cogitari validius ac certius. Possis tamen in hoc uno, quod unicum est, offensus causam sumere dubitationis. At vero id quominus facias, prohibebit impedietque sane Didymiani post mortem nominis historia paulo accuratius cognita ac perpensa.

Constat enim, Didymum, dum viveret quidem, apud omnes fere intemeratæ, imo acriter defensa orthodoxiæ laude floruisse, eumdem tamen haud multo post mortem cum Origene, quem in theologia sectatus est maxime, eadem contactum esse hac sorte iniqua, ut apud anxios orthodoxiæ ecclesiasticæ patronos propter nonnullas, quas scriptis suis declarasset, opiniones Origenianas male audiret, in crimen vocatus hæreseos. Ipse adeo Hieronymus, quamvis Didymi olim auditor et admirator, imo amicus, ejusque apud Latinos interpres, tamen cum suam orthodoxiæ famam adversus Rufinum periclitantem videret, maluit magistri famam hactenus intactam in discrimen committere, sibi cautior, quam defendere; imo primus ille cœpit ejusdem opiniones Origenianas exagitare. Hieronymi vero auctoritas quantum in æstimandis Ecclesiæ doctoribus apud suspiciosas istius ætatis aures valuerit, nescit nemo. Attamen aliquandiu criminationibus subinde iteratis restitit gloria Didymi, nomenque propter pietatem fere sanctum. Postquam vero Justinianus imperator, acerrimus iste orthodoxiæ ecclesiasticæ vel potius aulicæ vindex, litibus Origenianis tunc temporis miserabiliter redintegratis, in famosa illa epistola ad Mennam archiepiscopum Constantinopol. data adversus « impium Origenem ejusque sectatores » arma ceperat, etiam Didymus noster in synodo ἐνδημούσῃ, imperatoris jussu concta sane 544, scilicet zelatorum more blasphemiis, quæ petebantur Origenistarum, exagitatis magis quam examinatis, cum aliis bonis viris anathemate publico et ecclesiastico perculsus est. Quam temerariam Origenistarum condemnationem cum deinceps repetissent ac quasi perpetuam fecissent Martinus pontifex in synodo Lateranensi an. 649, synodus Quinisexta, Nicæna denique secunda œcumenica, factum est, ut gloriosa olim Didymi memoria apud Græcos in oblivionem veniret, ejusque scripta, imprimis vero ea quæ Origenismum præ cæteris redolere visa fuissent, primo contemnerentur, deinde contempta interirent fere omnia. Hinc ne mireris, Photium, qui tamen vel hæreticorum scripta diligenter excutere sustinuit, ne nominis quidem Didymiani usum

ter disputata vel proponentibus responsa, adhibitis notariis descripsere : quæ etiam nunc in magna admiratione habentur. Nos tamen, qui et vivæ vocis ejus ex parte aliqua fuimus auditores, et ea quæ a nonnullis dicente eo descripta legimus, longe majorem gratiam et divinum nescio quid ac supra humanam vocem sonans in illis magis sermonibus qui de ore ipsius proferebantur, agnovimus. »

(7) Cap. 109.

(8) V. Hier. in Prologo comm. *ad Eph.*, item in Prolog. comm. *ad Gal.*

(9) Tom. IV, p. 1 sqq.

(10) Cap. 8

(11) Reponendum videtur, *Judæ*. Cfr. commentum meum *in Epist. Joan.*, p. 298.

Digitized by Google Распознавание текста

mentionem fecisse unquam in *Bibliotheca*. Enarrationem vero nostram *in Epp. Cath.* quinto et sexto sæculo in utraque Ecclesia pro nomine auctoris olim celebratissimo parum cognitam atque in usu fuisse, præter locum Cassiodori laudatum, qui id aperte declarat, significare aliquo modo videtur Cosmas Indicopleustes (12), eo quod interpretes librorum sacrorum Græcos Catholicas Epistolas parum aut nihil curasse queritur. Est tamen hæc Enarratio una nobis ab injuria oblivionis asserta, nescio tamen an integra. Ac sane debetur hoc cum Cassiodori celebriores Epistolarum Catholicarum explanatores frustra anquirentis inopiæ judicioque in odorandis hæreticorum sordibus parum nasuto, tum vero Epiphanii Latini interpretis scripta veterum emaculandi arti scilicet in hac una re nobis felicissimæ.

IV. Ad scrupulum cuivis de authentia nostræ Enarrationis subdubitanti prorsus eximendum permultum hercle faceret, si uno saltem in loco Græca scholia, quæ Latinam Didymi interpretationem dissertis verbis referunt, nomen Didymi auctoris sibi inscriptum gererent. Nomen vero illius in scholiis nuspiam apparet. In quo tamen noli offendere. Maxima enim pars scholiorum nomina auctorum ostendit nulla.

Attamen unus exstat in ipsa Enarratione locus (13), ex quo certis effici potest argumentis, eam a Didymo revera scriptam esse. Leguntur enim in ea hæc fere : « Verus Filius Dei est Jesus Christus, verus Deus exsistens. Et considera, quemadmodum consubstantialis Patri et non idem numero secundum Sabellium Filius sit cum Patre.... Horum itaque singula examinationem, ut fuit possibile, in aliis habuerunt. » His igitur verbis aperte declaravit auctor, se aliis in libris doctrinam de Trinitate adversus hæreticos uberius exposuisse. Scripsit autem Didymus *De Trinitate* libros III, quos e codice fere integros primus evulgavit, nostroque auctori locupletissimis vindicavit commentariis Mingarellius, Italus (14). Quibus vindiciis simul effectum est id, ut utriusque operis auctorem unum eumdemque idem prorsus de Trinitate contra Sabellium sentire facile intelligas. Potest vero præterea ex allato eodem loco colligi, Didymum nostram *Epp. Cath. Enarrationem* post libros demum *De Trinitate* scriptos composuisse. Cum vero de tempore quo illi *De Trinitate* libri exarati fuerint, nihil accuratis definiri rationibus queat, nequit etiam accuratius dici quando nostra scripta sit enarratio.

Est autem hæc Didymiani ingenii ita plena vestigiis, ut vel leviter perquirenti ea ubivis appareant, nec possit comparatione operum Didymi diligentius instituta de nostræ authentia Enarrationis amplius dubitari. In qua quæstione, cum Mingarellius, quamvis alio consilio, nempe ut libros *De Trinitate*, quibus nomen auctoris et initium operis in codice, quo utebatur, desunt, Didymo vindicaret, prorsus egregie omnia administraverit, licet nobis, talem qui nacti simus præceptorem, brevibus esse. Paucis igitur defungar. Atque, ut ea, quæ ad doctrinam dogmaticam attinent, primum persequar, omnia, quæ Didymo peculiaria habentur de Deo uno et trino, de creatione ac ratione mundi, de angelis bonis ac malis, de diabolo ejusque natura, de Christo ejusque naturis et operibus, de natura hominis et gratia, et reliqua placita, quorum recensum nuperrime egit Guerickius (15), ea, quemadmodum in reliquis Didymi operibus tractantur, eodem modo in Enarratione invenies vel exposita uberius, vel leviter adumbrata. Ex multis, quibus plenissimus est Guerickii commentarius, exemplis hæc pauca sufficiant. Didymus in libris suis identidem docet, Deum esse omnis quantitatis expertem, sive ἀμεγέθη, ideoque mortalium oculis, imo animis ἀκατάληπτον, ἀπρόσιτον. Eamdem sententiam in Enarratione nostra ita sæpissime profert, ut neget Deum ab ulla creata intelligentia comprehendi posse. Vide *I Joan.*, col. 1609 et alias. Docet Didymus, angelos incorporeos esse, ideoque invisibiles oculis corporis nostri, eosdemque vero creatos atque propterea menti visibiles, *De Trinit.* III, 16. Eadem habes in Enarr. col. 1605 *in II Petri* II. Ibidem docet, angelos sanctorum hominum custodes esse; idem dicit in fragm. ap. Ming. Comment. cap. 13, hisce verbis : Τοὺς μὲν ἁγίους φωταγωγοὶ φυλάττουσιν ἄγγελοι. De diabolo hæc habet in libr. *contr. Manich.*, col. 1105 : Ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς ὁ διάβολος κατὰ φύσιν κακὸς, ἀλλ' ἐκ τροπῆς τοῦ ἰδίου αὐτεξουσίου. Conf. ibidem col. 1101, ubi, nominibus diaboli explicatis, hæc subjungit : Εἰ τοίνυν διὰ πάντων ὧν σημαίνει ὁ ἀρχέκακος καὶ πρῶτος ἀποστάτης προαιρετικῶς ἐστι τοιοῦτος, οὐ δύναται κατ' οὐσίαν εἶναι κακός. Eodem modo in *Enarrat. in I Joan.* III, col. 1645, diabolus, inquit, non substantialiter, sed voluntariæ operationis *indicium* (σημεῖον) est. Quibus addas ea, quæ in *Enarrat. in Ep. Judæ* leguntur col. 1648 : « Nec est diabolus terrena substantia. Habuit enim aliquando divinam gloriam et sanctam Dei scientiam, licet conversus de magnitudine tanta ceciderit. Ostenditur itaque ex communi sensu, quem habemus de cunctis rationabilibus, quoniam, cum sint arbitrii liberi, et conversio (16) sit facta diaboli, natura non malus est. »

Ita Didymus ad doctrinam de diabolo quod attinet per omnia videtur sui similis idemque. Attamen in hac doctrina unum est, in quo a se ipso dissidere quibusdam visus est et libri *contra Manichæos*, nomeliorem frugem intellexit. Male. Nostram interpretationem suadet, imo flagitat cum totius loci nexus, tum vero usus verbi τροπῆς de lapsu, sive mutatione in pejus, Didymo frequentatissimus. Vid. *contr. Manich.*, col. 1099; *De Sp. S.* III, p. 528.

(12) *Topographia Christ.*, lib. VII, p. 292.
(13) Cap. V *in I Epist. Joan.* vers. 20.
(14) Cf. De Didymo Commentarium ad Franc. Carafam scriptum. (Supra col. 139.)
(15) *De schola Alexandr.*, p. II, p. 332 sqq.
(16) Id est *lapsus*. Basnagius de reditu diaboli ad

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FineReader

straeque Enarrationis auctor. Etenim contra Manichæos ita illum disputantem faciunt, quasi dicat, diabolum igni æterno traditum olim iri; eumdem vero in Enarratione prorsus contraria cum Origene docuisse volunt, nempe, malos angelos adeoque diabolum ad meliorem frugem olim reversos salutis per Christum et nobis et universo mundo rationali reparatæ posse fieri participes. Loca, quæ huc facere videntur, duo exstant in enarratione *ad priorem Petri Epistolam*. Alter locus, qui est *ad I Petr.* I, 10-12, in *Bibliotheca* ita expressus et interpunctus vulgo legitur : « Si quis existimaverit, quæsitam a prophetis salutem in fine esse mundi, quod in omnibus et in summo est appetitu, quando ipsius quidem causa alia cuncta fiunt, ipsum vero, cujus causa nullius agitur. Non absre est etiam intelligi de sanctis angelis et simpliciter cunctis beatis rationabilibus hoc dictum, cum omnes appetitum habeant prospicere ea, quæ in fine sæculi sunt agenda. Si vero alium quemdam statum viderunt beatum (per ea quæ revelata sunt a Spiritu sancto eis qui Evangelium susceperunt) præter eum, qui dictus est; dicendum est et concupiscere in eum prospicere angelos, qui in transgressione quadam inventi sunt. Nam licet quidam eorum pravi sint, attamen detenti supplicio *resipiscentes*, unde ceciderunt, quod etiam studiosis hominibus compromittitur, habebunt desiderium vel per fenestras ea respicere. »

Facile vides, locum hunc totum fere ita depravatum, imo desperatum esse, ut nisi antea emendatus fuerit, intelligi queat nullo prorsus modo. Ad initium quod attinet, distinctionem verborum pessimam, imo insanam esse, in aprico est. At vero huic malo medicina et certa et efficax parata nobis est feliciter in scholiis Græcis, ubi eadem ita leguntur: Εἰ δέ τις ἐκλάβοι τὴν ζητουμένην ὑπὸ τῶν προφητῶν σωτηρίαν κατὰ τὸ τέλος εἶναι, ὃ ἐπὶ πᾶσι καὶ ἔσχατον ὁρεκτὸν τυγχάνει, οὐκ ἀπεμφαίνει περὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων καὶ ἁπλῶς πάντων μακαρίων λογικῶν τὸ προκείμενον ἐκλαβεῖν, πάντων ὀρεξιν ἐχόντων παρακύψαι εἰς τὰ κατὰ τὸ τέλος πράγματα. Itaque sublata post verbum *agitur* distinctione plena, ita, ut ex duobus colis una efficiatur et continua enuntiatio, Latina oratio flueret optime, nisi impediretur præterea obscurioribus verbis his : « quando ipsius quidem causa cuncta fiunt, ipsum vero, cujus causa nullius agitur. » Possunt vero hæc, ni fallor, ita emendari, ut pro *nullius* reponas *nullis* (rebus, quæ fiunt), deinde vero verba « cujus causa » intercludas distinctione parva. Illis ita et restitutis et explicatis, ea quæ deinceps et in fine leguntur, ita tibi erunt intelligenda : Cum omnes qui ratione præditi sunt, natura et beatitudinis cupiditate ducantur, et appetant ea prospicere quæ in fine sæculi evenient, id est salutem perfectam ac beatitudinem per Evangelium omnibus, qui aliqua fruuntur ratione, patefaciendam, sequitur, malos etiam angelos, modo ne toti depravati fuerint atque natura sua rationali prorsus privati (id quod ne cogitari quidem potest, nisi ab iis qui erroribus Manichæorum decepti sint), desiderio salutis in fine mundi olim futuræ prospiciendæ, atque appetendæ et posse teneri et vero etiam tentum iri. « Nam licet quidam eorum pravi sint, attamen detenti supplicio (quo cruciantur quidem, verum ita ut emendari possint, neque exstinguantur), resipiscentes [respicientes (17)] unde ceciderunt, habebunt desiderium vel per fenestras ea respicere, » id est desiderium ea quovis modo respiciendi ardentissimum. Quibus verbis, ego si quid video, nihil aliud docetur, quam hoc, malos angelos, quantumvis pravos, tamen nec conscientia melioris, qua olim fruiti fuerint, deperditæ, nec *desiderio* reparandæ olim beatitudinis prorsus carere. Non negaverim, posse omnino ex his colligi, Didymum pro sua doctrina ad Origenem paulo inclinata malis angelis tam benevolum atque misericordem sese præbuisse, ut spem illis reparandæ salutis adimere nollet, tamen, donec alia prolata fuerit justior criminis causa, de hac sententia nemo auctorem nostrum apud æquos rei judices Origenianæ hæreseos condemnabit. Posset enim ille ita sese ipse excusare, ut conscientiam deperditæ, desiderium reparandæ salutis malis angelis pœnarum esse augmento diceret. At vero justam accusatoribus causam criminis non deesse, locus, qui in eadem Enarratione *ad I Petr.* III, 22, legitur, probat expressis verbis. Ibi enim ita : « Pacificavit Jesus per sanguinem crucis suæ, quæ in cœlis et quæ in terra sunt, omne bellum destruens et tumultum. Mox enim in descensu ejus et nativitate facta de Virgine dictum est : *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax!* Concorditer autem et in præsentibus dictum est, quia, cum resurrexisset a mortuis et sederet in dextra in excelsis, profectus in cœlum, subjecti sunt angeli ei, potestates atque virtutes. Sicut enim homines abstinentes a peccatis subjecti sunt, ita et superiora rationalia correcta spontaneis culpis, quas (18) forsitan habuerunt, e subjecta sunt, completa dispensatione habita pro salute cunctorum. Possibile est autem, aliquos hujuscemodi spontaneis passionis voluntatibus abstinentes dicere, quia non omnino mutatio facta significatur subditorum animalium supernorum. »

Hanc Didymi disputationem a condemnata Origenis de ἀποκαταστάσει πάντων doctrina quam proxime abesse, quis est quin videat?

Dispiciamus nunc de loco illo in libro Didymi *contra Manichæos*, quem dicunt hæreseos Origenianæ crimini plane contrarium esse. Exstat autem hic in Basnagiana illius libri editione, p. 213 (cap. 15). Didymus contra eos imprimis disputat, qui Deum auctorem faciunt peccati. Hæc ut diluat, inter a-

(17) Ita ex verissima Mingarellii conjectura scribendum censeo.

(18) Ita legendum puto pro *quæ*, quod in *Bibliothecis* expressum est.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/АВ

hoc utitur argumento ad vulgarem captum accommodatissimo : Deum, scilicet legislatorem ac judicem, quoniam ex auctoritate Scripturæ sacræ (*Matth.* xxv, 41), cum injustos puniendos, tum maxime Satanam supplicio olim tradendum decreverit, ne cogitari quidem posse auctorem peccati. In quo argumento accuratius explanando Scripturæ locum modo allatum : Ὑπάγετε εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ita explicat, ut, cum Deus ibi dicatur diabolo ignem *præparasse*, diabolum ab æterno ac natura (κατ' οὐσίαν) malum atque a bono Deo alienum esse præfracte neget. Ut vero ab adversariorum cavillationibus, quærentium cur Deus diabolum non statim post lapsum, sed post multam demum noxam multamque hominum cladem igni sempiterno tradere decreverit, locum ipsum defendat, ratiocinatur fere ita : Εἰ ταῦτα, inquit, οὕτως φρονητέα, ἢ ἄγνοιαν προσάψουσι τῷ Θεῷ [τότε], τοῦ πῶς τιμωρήσηται καὶ ἐμποδίσκῃ τὸ κακὸν, ἢ ἀδυναμίαν. Ἀλλ' οὐδέτερον τούτων περὶ τὸν ἀγαθὸν Θεόν. Οὐκ ἄρα ἀγενήτως ἐχθρὸς ἂν Θεοῦ ἐπανέδη κατ' αὐτοῦ, ἀλλὰ γενόμενος ἐπὶ τῷ εἶναι ἀγαθὸς, τὴν μὲν δύναμιν τῆς ἀρετῆς ἀτελῆ ἐφύλαξεν, τὴν δὲ τῆς κακίας ἐπιτηδειότητα εἰς ἐνέργειαν ἤγαγεν, δι' ὃ καὶ κολαστέος καὶ εἰκότως μετὰ πολὺ τιμωρίᾳ ὑπεβλήθη.

In hac tota argumentatione nihil omnino inest, quod ad sententiam Didymi de malis angelis eorumque salute vel speranda olim vel desperanda accuratius definiendam aliquid faciat. Imo de diabolo ejusque supplicio nihil ibi docetur ita, ut certis inde possis colligere rationibus, Didymum Origenianam hæresim de salute diaboli nulla olim desperanda respuisse. In qua re id imprimis attendendum est, quod disputationis suæ non uno in loco Didymus de igne, sive supplicio diaboli simpliciter loquitur, ita ut, quæ in sacra Scriptura adjecta est vocem αἰώνιος plane omittat ; id quod haud temere fecisse putandus est ille Origenis sectator cæteroquin religiosus. Cui addas, in libris *De Trinitate* Didymum verbum αἰώνιος ita sæpissime usurpare, ut nihil insit præter notionem divini (19). Falluntur ergo, si quid video, egregie, qui hunc disputationis *contra Manichæos* locum de supplicio diaboli cum manifesta illa Didymi hæreseos Origenianæ confessione pugnare autumant.

Atque hæc de dogmatica nostræ Enarrationis ratione a Didymo non aliena satis superque.

V. Progrediamur nunc ad explorandam nostri operis rationem criticam, eam scilicet quæ ad canonem Scripturæ sacræ tunc temporis hinc inde varium spectat. In qua re unum est, in quo fidei nostri operis Didymianæ defensores offendi, imo vexari possunt egregie. Locus exstat in fine commentarii *ad posteriorem Petri Epistolam*, ubi de ejusdem Epistolæ authentia hæc leguntur molestissima verba : « Non est *igitur* ignorandum, præsentem Epistolam esse falsatam, quæ licet publicetur, tamen in Canone non est. »

Ac primo quidem facile intelligitur, obscurioris sensum loci fere hunc esse : Epistola Petri altera falsata est, νοθεύεται, id est Petri esse negatur, eademque, quamvis in Ecclesiis publicetur (ἐν πλείσταις δεδημοσιευμένη Ἐκκλησίαις), tamen a Canone aliena est (οὐκ ἐνδιάθηκος). Atque inter omnes constat, istam Petri Epistolam ab Origene atque Eusebio inter dubias, sive ἀντιλεγόμενας, numeratam, deinde vero inde a sæculo fere IV in Canonem Ecclesiæ vulgarem receptam esse, ita tamen ut, Hieronymo teste, ipso hoc sæculo essent multi qui eam Petri esse negarent (20). Ipsum vero Didymum in Enarratione ab eorum partibus stetisse, qui Petro apostolo Epistolam illam abjudicarent, posset omnino demonstrari, præter illam commentarii clausulam, imprimis eo quod inter commentandum auctorem Epistolæ nunquam Petrum apostolum nominat, sed « conscriptorem Epistolæ » quasi nemini notum atque dubium nisi recte jam a Mingarellio observatum esset, Didymum vel in Enarratione prioris Epistolæ, quam tamen Petri esse ne potuerit quidem negare, eamdem formulam usurpare, ex. c. col. 1595. In his hactenus nihil offendimur. Difficilius vero multo est ad intelligendum quomodo verba ista, quibus commentarius ad alteram Petri Epistolam finitur, cum antecedentibus sensu cohæreant, per voculam *igitur* conjuncta. Locum exscribamus totum, quo melius de eo possint ipsi judicare lectores. « Multis mirum est, et ex istis verbis (*II Petr.* III, 5-7) significari mundanas revolutiones atque mutationes. Sic enim habent : *Cœlum enim erat olim et terra ex aqua et per aquam constituta verbo Dei, per quæ qui tunc erat mundus aqua inundatus deperiit : qui autem nunc sunt cœli et terra, verbo repositi sunt igni reservandi.* Et post alia (*ibid.* 13) : *Novos vero cœlos et terram novam secundum promissa ipsius expectamus.* Aiunt enim qui hac sententia *detinentur :* sæculum (αἰών) erat olim et terra *absque cœlis* (21) et terra, quæ nunc est (*Gen.* 1), et extra istos qui nunc sunt novi cœli et terra nova erunt. Omnibus manifestum est, tres mundos per successionem consistere, quoniam scriptum est : *Qui nunc sunt cœli et terra eodem verbo repositi sunt : et mutatio denuo similis erit eis, qui sub diluvio perierant.* Agnovit autem hæc *conscriptor Epi-*

(19) Similiter Origenes, Didymi in hac doctrina auctor, aliam popularem, aliam philosophicam de æternis pœnis doctrinam esse statuit. Philosophicam ac suam plane ubi profitetur hac de re sententiam, æternas malorum pœnas non eo sensu æternas dicit, ut finis earum plane nullus sit, sed potius, graviores ac diuturnas, quibus paulatim immensis labentibus sæculis peccata ex animis creaturarum quasi exurantur, non vero ipsæ creaturæ exstinguantur. Cfr. Huet. *Orig.* I, 11, § 20 ; Guericke *De schola Alex.* II, p. 297.

(20) Vid. Herm. Olshausenii comment. *De integritate et authentia posterioris Petri Epistol.*, p. 1.

(21) Id est, haud sine cœlis.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

stolæ ex verbis Jesu de consummatione sæculi sic probatis [prolatis (22)]. *Sicut enim in diebus Noe comedebant et bibebant homines, nubebant et nuptui dabantur, vendebant, emebant, plantabant, ædificabant, usque ad diem, qua ingressus est Noe in arcam et venit diluvium et tulit omnia* (23)... *sic erit in præsentia Filii hominis.* Amplius autem concionatur his verbis, cum dicit : *Igne solvendam hanc, quæ nunc inspicitur, creaturam.* Ait enim venire judicii diem latenter ut fur, in quo cœli magno impetu et sine dilatione transibunt, elementis utique tabefactis ab igne illato, post quod cœlis *radicitus* amputatis novos cœlos, novamque terram futuram, in quibus justitiam et promissiones Dei in sua habitatione possideant justi. Non est *igitur*, » etc.

Patet ex his, Didymum pro sua ad Clementis Origenisque (24) opiniones cosmologicas inclinatione quam maxime offensum esse in eo, quod auctor Epistolæ, non contentus iis quæ Christus ipse de consummatione sæculi in universum dixisset, ulteriora docere ausus sit, nempe, totam, quæ nunc conspiciatur, creaturam igne olim *deletum* ac *dissolutum radicitus* (25) iri. Ac videtur Didymus eorum fovisse sententiam, qui mundanorum ignium conflagratione formam quidem mundi olim mutatum sive potius emendatum iri, substantiam vero rerum sive materiam immutabilem esse putarent (26). Ergo displicuerunt illi, quæ ipsi in Epistola Petrina sibi contraria fere expressis verbis doceri videbantur. Ne vero apostolicæ auctoritati repugnare audacius videretur, clausulam illam adjecit, qua lectores admoneret, sententiam illam, quæ multis mira offensionisque plena videretur, quamvis publicatæ inesset Epistolæ, tamen, quoniam hæc ipsa falsata haberetur, nulla omnino niti auctoritate canonica. Hæc si vera est loci nostri interpretatio, optime cohærent omnia. At vero fuerunt qui dicerent Didymum Petri sententiam enarrando suam fecisse. Hi, quomodo clausulam defendant, videant ipsi. Basnagius, cum loci sententiam non perspiceret, censuit ea quæ in fine commentarii leguntur ab aliena manu esse male assuta. Ac recte quidem, modo probari posset, Didymum assensum argumento Epistolæ præbuisse; quanquam ne sic quidem intelligo, qua ratione quave de causa ista assui potuerint addita. Placeret magis, si totam alterius Epistolæ Petri enarrationem ita mutilatam esse diceres, ut inter multa alia ea maxime intercideriut, vel ab interprete Latino omissa sint, quibus clausula commentarii constaret. Facilius tamen eo, quo supra dixi, modo rem habebis expeditam. Verum quidem est, Didymum, si ipse illam scripserit clausulam, in hoc male sibi constantem videri posse, quod Epistolam, quæ dicitur Petrinam, Petro apostolo aliis in libris indubitatam tribuerit (27). At vere his non ita moveor, ut Mingarellio (28) assentiar temere si quid video suspicanti, « Totam alterius Epistolæ Petri enarrationem brevissimam sane et imperfectam aut Didymi plane non esse, aut ab iis quorum interesset, vel pravam doctrinam obtrudere, vel Didymi nomen multis olim post ejus mortem invisum infamia afficere, interpolatam fuisse, aut eum tandem, cum libros *De Trinitate* extremis vitæ annis conscripserit, opinionem, quam ante amplexus fuisset, seu dubitationem omnem abjecisse. » — Etenim religiosior quam verior mihi quidem videtur fecunda illa Mingarellii variarum conjecturarum copia, quas vereor omnes timor ne fecerit sacer, videlicet, ne Ecclesiæ in defendenda illius Epistolæ auctoritate Petrina nomen deesset Didymi præ multis clarum. Nodum rei, qui omnino inest, ac scrupulum facilius sane explicabis ita, ut Didymum dicas aliter pro alio docendi genere de Epistola illa disputasse œconomice. In qua re ille secutus est Origenem, ita ut in quæstionibus maxime exegeticis pro instituti ratione criticas canonis causas aperiret, in dogmaticis vero et homileticis, ne offenderet vulgum, vulgarem Canonis ecclesiastici consuetudinem intemeratam sibi cautior retineret.

VI. Exegetica nostri operis ea est ratio, ut Didymi methodum, Alexandrinam videlicet, seu potius Origenianam, ubique referat, ita tamen temperatam, ut in N. T. saltem libris a nimio allegoriarum studio abstineat. Grammaticam atque historicam interpretandi rationem ut in commentariis, ita in enarratione nostra haud neglexit quidem, imo habet interdum quæ ad eam faciunt utilissima. In qua tamen cave, ne æstimandis antiquioris Ecclesiæ operibus exegeticis nostram artis mensuram adhibeas. Veteres enim theologi Græci, cum libros N.

(22) Ita Gallandius verissime.

(23) Versio Vulg. tulit *omnes*; ac vera est Græca lectio, ἥρεν ἅπαντας.

(24) V. Münscheri *Hist. dogm.*, tom. II, p. 537 sqq.

(25) Ergo Didymus non ῥοιζηδόν legit, quæ vera est omnium fere librorum lectio, sed ῥιζηδόν, quod paucis admodum in libris habetur. Illam si tenuisset lectionem, minus ille hæsitasset; hanc cum secutus sit, non potuit non offendi.

(26) Expressa est ista veterum opinio, breviter quidem, in scholio ad I Petr. III, 10, quod apud Matthæum legitur, ita fere : Εἰκὼν, ἐν ᾗ οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, οὐχ ὡς ἀπολλυμένων λέγει τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὡς ἀναστοιχειουμένων εἰς κρεῖττονα λῆξιν. Ὥσπερ γὰρ τὰ ἡμέτερα σώματα λυόμενα οὐκ εἰς τὸ μηδαμῶς εἶναι χωρεῖ, ἀλλὰ ἀνακαινίζεται εἰς ἀφθαρσίαν· οὕτω καὶ τὰ οὐράνια σώματα διὰ τοῦ δηλουμένου πυρὸς ἀνακαινίζεται. ἐλευθερούμενα καὶ αὐτὰ ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, ὡς ὁ ἀπόστολος Παῦλος φησί, Rom. VIII, 20 21: — Οὐ μόνον γὰρ ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ ἡ περὶ ἡμᾶς ὁρωμένη κτίσις ἐπὶ τὸ ἄμεινον μεταποιηθήσεται, συμμεθέξουσα τῆς ἡμῶν λαμπρότητος. Cfr. Münscheri *H D.* IV, p. 454.

(27) Cfr. *De Trinit.* I, cap. 29, ubi, Petri sermonibus, qui Act. X, 42, 43, et IV, 11, 12, leguntur, nominatim commemoratis, ita pergit: Ἀλλὰ καὶ καθολικὰ τὸ δεύτερον πέμπει γράμματα μεταξὺ ἄλλων περὶ αὐτοῦ (τοῦ Υἱοῦ τ. Θ.) ἔχοντα ἐκ τοῦτο· *Ὡς τὰ πάντα*, etc., II Petr. I, 3, 4. Eodem modo I, 32; I, 15, I, 28; ac multis aliis in locis.

(28) Vid. Comment. *De libr. de Trinit.*, I, 15, col. 161.

Digitized by Google Распознавание текста

x viva adhuc lingua facilius intelligerent, quam rte philologica interpretarentur, grammaticas raones haud contempserunt quidem, imo, ubi opus sis visum est, explicarunt interdum, id tamen ræ primis spectarent interpretando, ut res ac sententias librorum sacrorum exuterent, excussas itæ ac scholæ accommodarent. Hoc vero ita egeunt illi, ut eos sequi nobis pro nostra arte theologica longius promota omnino nefas sit. Didymus in nterpretatione Origenem sectatus est, qui primus acrorum librorum interpretationem in formam aris redegit, ita, ut singulas interpretandi rationes tque causas colligeret, collectas in eum finem, qui otam ipsi continere visus est interpretationem heologicam, componeret ac dirigeret, quo plenius c fructuosius ex sacro codice, quippe qui ista ætate totus singulis adeo in verbis verbum spiritumque Dei æternum spirare atque occultare videretur, doctrina Christiana et exstrui posset et deendi atque ad vitam hominum applicari. Huic interpretandi generi ex usu scholæ Alexandrinæ additus Didymus theologicas, quas dicunt, causas in nterpretatione summas posuit, in iisque enucleandis totus est cum in commentariis suis omnibus, um vel maxime in *Enarratione Epistolarum catholicarum*. Hinc nostram Enarrationem, si eam ex stius ævi more æstimamus, verum commentarium sse nullo modo negaverim. In qua re non possum uin Guerickio contradicam, qui eam non singulaum vocum et sententiarum, sed earum tantumodo, quas uberius illustrare Didymo placuerit, lieriorem esse ac quasi selectam explicationem statuit. Quæ si vera esset Guerickii sententia, eodem ure posses negare, Didymum *in Acta apostolorum* ommentarium scripsisse. Cujus commentarii quamis nihil præter eclogas exegeticas relictum nobis it, ea tamen est harum eclogarum manifesta forma, ut Wolfio assentiar, qui ex ipsis reliquiis Didymum *in Actus apostolicos* commentarium toto libro perinentem scripsisse argumentis idoneis probavit (29). n qua quæstione non prætermittendum est id, uod gravissimum est, Enarrationem nobis non toam relictam esse, sed mutilatam multis ut videtur locis; de qua re mox uberius nobis erit disseendum.

Habet præterea nostra Enarratio hoc sibi prorium, ut interpretando Manichæos in primis eorumue errores nefarios ubique perstringat atque conincat, vel iis in locis, ubi causa vel materia contra stos disputandi fere nulla inesse videtur. Ac vide, uomodo his quoque Didymianus Enarrationis notræ mos atque ingenium nobis sese prodat. Etenim anichæorum hæresin ita sibi invisam habuit, ut ræter librum, quem de ea scripsit, singularem, el in exegeticis tractatibus, v. c. in commentario d *Acta apost.*, pro communi istorum temporum A contra hæreses pugnacitate ad eam profligandam identidem recurrat (30). Et Mingarellius vero, cum intelligeret Didymum in Enarratione nostra fere nimium esse in notandis refutandisque Manichæorum erroribus, conjecit istam eo consilio compositam esse, « ut pestiferam Manetis hæresin confutaret. » Posses eodem jure conjicere Didymum suam Enarrationem contra Arianos aut Sabellianos, quos identidem notaverit, scripsisse. At vero facile huic supersedere poteris conjecturæ. Satius enim omnia ea, quæ huc facere videntur, ex polemico Scripturæ sacræ explicandi, sive potius applicandi genere, quo istius ævi homines utebantur, explicabuntur. Et vero nihil præterea in nostro libro continetur, quo ista Mingarellii conjectura aut secundari aut B defendi possit.

His ita expositis, si qui adhuc scrupulus de fide nostri operis Didymiana tibi resideat, ad eum prorsus animo evellendum, velim attendas interpretationibus quorumdam *in Epist. cath.* locorum præter Enarrationem aliis in libris a Didymo cum proprietate quadam ac constantia repetitis : quas, ut tempori parcamus, infra ad ipsam Enarrationem adnotabimus.

VII. Innuimus supra, nos de integritate nostri operis, quale nunc habetur, valde dubitare. Hoc vero ne temere a nobis factum esse credas, age rationes dubitandi, quales sint, accuratius inquiramus.

Ac primo quidem, quo attentius Enarrationem C nostram perlegi, eo magis nexum ac perpetuitatem commentarii multis in locis desiderasse mihi videor. Nec possum, quin omissiones sive lacunas inesse suspicer, majores minoresve. Ad minores quod attinet lacunas, jam primus, qui nostrum opus evulgavit, aliqua in eo, paucula tamen desiderari in universum quidem bene observavit (31), nec tamen locos, qui male sani aut lacunosi viderentur, indicavit. Fecit hoc Gallandius ea, qua consuevit, et sagacitate et diligentia. Pertinent vero, si quæ talia vere desiderantur, ad culpam illius librarii, ex cujus libro manuscripto, qui hactenus inventus est, unico, eoque vetustissimo quidem, sed quam negligentissime facto, Latina nostra expressa est Enarratio. Ne autem librarii culpam temere exagi- D temus, ipse primus editor haud raro lacunarum adeo, quæ nullæ sunt, falsam speciem intulisse videtur, eo quod veram libri manuscripti lectionem male descripsit orationisque contextæ integritatem pessima verborum distinctione quasi abscondidit. Utriusque generis exempla infra enotabimus.

Gravior est quæstio de majoribus, quæ in commentario nostro deprehenduntur, lacunis sive omissionibus. Inæqualitas enim interpretationis longioris modo ad nauseam usque, modo brevioris, in primis ad posteriorem Petrinam, itemque Jacobi Epistolam, tam male me habet, imo offendit, ut vix

(29) Vid. *Anecd.* tom. IV, p. 20, 29, 33, etc. Not. ad vers. 24 cap. IV, ad vers. 54 cap. VII et ad vers. 39 cap. VIII, supra.]

(30) Vid. apud Wolfium p. 19, 32. [Not. ad vers. 24 cap. IV et ad vers. 56 cap. VIII.]

(31) Vid. *Bibl. Patr. Paris.*, sæc. IV, p. 557 H.

Digitized by Google Распознавание текста

credam, integram nobis relictam esse Enarrationem, neque unquam persuaderi mihi patiar, Didymum in Græco commentario tam parum sibi constantem fuisse, suique similem, ut, si uno tenore Epistolarum catholicarum septenarium interpretaretur, id quod ne dubites, alia prolixioribus imo alienis quæstionibus non tam ornaret, quam onerareret, alia vix ac ne vix quidem adnotatione sua attingeret. Accedit, quod ex Græcis commentarii, quæ nobis relicta sunt, fragmentis cum Latina Enarratione accuratius comparatis fere cogimur, ut exemplar Græcum Latino multo longius fuisse suspicemur. Cujus rei exempla manifestiora suppeditabit adnotatio Enarrationi nobis subjicienda. Quid multa? Dicam, quod sentio. Epiphanius, qui commentarium nostrum ex Græco Latinum fecit, videtur mihi quidem ex eo catenam, ut tunc moris fuit, summariam composuisse, ita, ut ad libita omitteret ac quasi interverteret ea quæ ipsi aut offensionis aliquid habere, aut minus necessaria aut obscuriora visa fuissent. Quæ mirifice confirmatur A suspicio eo quod ipse fatetur Cassiodorus, qui Epiphanio auctor fuit interpretationis sive versionis Didymi Latinæ, adumbrationes Clementis Alexandrini, ut quæ viderentur multa continere male cauta, ita transferri a se jussas esse, ut, offendiculis exclusis, securius inde posset hauriri doctrina. Num enim putas, Didymo, qui jamdudum hæreseos Origenianæ crimen apud vulgus incurrerat, feliciori Clemente contigisse, ut Enarratio ipsius sub Epiphanii auspiciis manibusque, emaculandi negotio fere imperato, imminuta atque integra apud Latinos evulgaretur? Posses quidem ex loco Cassiodori supra allato hoc tuo jure conjicere, codicem Enarrationis Græcum, qui Cassiodoro oblatus est, non totam eam, sed dudum a Græcis in catenæ B breviarium redactam continuisse. Cui non repugnarem equidem conjecturæ, modo Enarrationis ea esset forma ac compositio, qualis catenarum Græcarum esse solet, accuratior et æquabilior. Quocirca rectius Epiphanio operis nostri, si qua facta est, mutilatio sive compendium crimini dabitur.

DIDYMI ALEXANDRINI

IN EPISTOLAS CATHOLICAS ENARRATIO LATINA

Nunc primum cum fragmentis Græci exemplaris suis locis interpositis edita.

—

Expositis iis quæ de auctoritate, authentia ac ratione Enarrationis Didymianæ præmonenda videbantur, progrediamur nunc ad parandam ipsam istius Enarrationis e Græcis scholiis vindicationem.

Ac volui ab initio quidem fragmenta tantum Græca ex scholiis collecta cum Latinis e regione expressis ita componere, ut ex mutuo utriusque exempli consensu de inventi mei veritate cuivis facile constaret. Re vero accuratius perpensa cum probe intelligerem, isthac via nec satis perspici posse scholiorum Græcorum ad Latinum exemplar relationem mutuam, nec judicium lectoribus ferri posse exploratum de ipsius Enarrationis natura ac indole, qualis esset, mutavi consilium, atque, quo melius provinciam vindicis in me susceptam ornarem, totam Enarrationem accuratius recognitam atque fragmentis Græcis suis locis intersitis auctam deinceps edere decrevi. In quo id in primis curandum mihi duxi, ut Enarratio Latina a mendis, quibus ab egregia illa primorum editorum (32) incuria atque negligentia scatet fere innumeris, quantum possem, purgatior prodiret. Ac de critica muneris mei ratione ut paucis exponam accuratius, ea occupabitur partim in corrigendis verborum interpunctionibus, quas primi editores fecerunt, pessimis, partim in restituendis lectionibus pro insanis, si fieri poterit, verioribus. In quo negotio haud exiguam laboris partem occupavit Gallandius, primusque locos, quos intellexerat corruptos, aut interpunctione aut lectione mutata sanare tentavit. Codicem in ea re auctorem habuit quidem nullum, solo ingenio usus et arte conjecturali, interdum tamen felicissima. Ut igitur aliquod saltem laboris mei compendium faceremi, textum Enarrationis ex emendatiore Gallandii editione reddendum curavi. Quæ vero adnotavit ille, ita sunt comparata omnia, ut, si omitterem, mihi meæque editioni deesse ipse viderer. Itaque Gallandianam adnotationem criticam nemo mirabitur a me repetitam, meæque interpositam. Neque vero totam ille perfecit rem, imo multa aliis reliquit melius si fieri poterit restituenda. Hoc si

(32) Primus *Didymi Alexandrini in Epistolas canonicas brevem Enarrationem ex D. Hieronymi scriptorum ecclesiasticorum catalogo* edidit Margarinus de la Bigne, in *Bibl. PP. Parisiensis* editione secunda, tom. IX, p. 511-557. Laudat quidem codicem, quo usus est, vetustissimum, membranis scriptum, ejusdem tamen lectionem litterarum obscuritate quamplurimum impeditam fuisse queritur. Hanc principem editionem repetiere deinde Colonienses ita, ut, ne quis lectorum male sibi cautus Origenianæ hæreseos contagione inficeretur, multis quidem caverent admonitionibus in margine interiore appositis, errores vero primi editoris non modo non corrigerent, sed augerent potius. Nec aliter *Lugdunensis Bibliothecæ* editores.

Digitized by Google Распознавание текста

nobis contigerit Gallandio felicioribus, quam maxime debetur id haud uno in loco scholiis Græcis, quibus velut medelis ad veram Latinæ versionis et lectionem et interpunctionem inveniendam reponendamque sæpius usi sumus. At vero ut in scholiis Græcis emendandæ versionis Latinæ haud exiguum positum est subsidium ac quasi remedium, ita in versione Latina haud pauca sunt, quibus optime uti potuimus ad refingendum scholiorum Græcorum textum nonnunquam corruptum. Quæ scholia, quamvis e libris edita sint satis bonis iisque antiquioribus (33), habent tamen interdum, in quibus offensus hæreas, verba singula corrupta, sententiarumque ordinem male turbatum. Corruptiones scholiorum atque offensiones tantum non omnes pro suo ingenii acumine bene perspexit quidem ac conjectura sublevare interdum optima tentavit Matthæius editor, idem vero cum versionem scholiorum Didymæorum Latinam superstitem esse ignoraret, multa, quæ ex ea reparari posse videntur quam certissime, aut intentata prorsus aut non sanata curis posterioribus reliquit. Exempla rei, quid valeat in emendandis scholiis Græcis Latina versio, pro salute ex istis sibi petita gratiam quasi rependens, adnotatio nostra critica suppeditabit. Atque de his hactenus.

DIDYMI ALEXANDRINI

IN

EPISTOLAM BEATI JACOBI APOSTOLI BREVIS ENARRATIO.

CAP. I, VERS. 1. « Jacobus, Dei et Domini nostri Jesu Christi servus, duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem. » Sicuti mortalem gloriam homines appetentes, in suis conscriptionibus dignitates quas putantur habere, præponunt : ita sancti viri in Epistolis quas scribunt ad Ecclesias, principaliter proferunt servos se esse Domini nostri Jesu Christi, æstimantes hanc appellationem supra regna totius mundi consistere. Jure namque Jacobus, circumcisionis apostolus, his « qui ex circumcisione sunt [1], » scribit, sicut et Petrus, cum eorumdem probetur apostolus, Judæis scribit in dispersione constitutis [2]. Possunt enim hæc, quæ iis scribuntur, aptari etiam illis qui occulte spiritualiter sunt Judæi ; nam et Joannes una cum Jacobo et similibus eorumdem exsistens apostolus, de Israelitis spiritualibus et tribubus eorum habuit sermonem contemplationis in Apocalypsi.

VERS. 2, 3. « Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur : patientia autem opus perfectum habet, ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes. »

Εἰς τελειοτάτην ἀνδρείαν καὶ καρτερίαν (34) προτρέπων, ἀκολούθως ἀδελφοὺς ὀνομάζει, ἀλλ' οὐ τέκνα, οὔτε υἱούς. Quomodo enim perfecti non sint, qui non solum sine tristitia, sed etiam cum gaudio propter Chri-

Ad perfectionem virilem et patientiam simul invitans, consequenter fratres suos appellat, et non filios, quibus scribit.

stum tentationes ferre noscuntur? Nam quicunque varias tentationes cum delectatione sustinet, eum probatissimum opus sequitur, a quo etiam patientia corrigitur perfecta et fortitudo præcipua. Hæc itaque patientia bene certantis opus noscitur esse perfectum : quod opus nunc evenit, quando non propter aliud, sed divina charitate perficitur. Quod enim majus studium est, quam ut aliquis perfectus sit, et omnes virtutes habeat, consequenter quibus agitur, ut possidentibus eas indigentia nulla proveniat? His itaque simile est illud : « Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio spem, spes vero non confundit [3]. » Verborum enim differentia, non sensuum, in his sermonibus esse probatur apostolorum.

VERS. 12. « Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. »

Dum sufficienter invitasset, cum gaudio sustinendas esse tentationes, ut opus portabile (35), et perfecta patientia teneantur, quæ perficiuntur propter se, non propter quidquam aliud gesta, per alteram monitionem suadere contendit promissionibus, ut præsentia corrigantur,

μακάριον εἶναι λέγει, τὸν πειρασμὸν ὑπομένοντα. Γενήσεται γάρ, φησίν, ὁ οὕτως ἀθλητικῶς ἀγαγὼν τὸν ἀγῶνα δόκιμος ἀνήρ, διὰ πάντων γεγυ-

beatum esse dicens, qui tentationem suffert. Fiet, inquit, quisquis fortiter certamen exceperit, ut vir perfectus et in cunctis exercitatus. Qui vero

[1] Rom. IV, 12. [2] I Petr. I, 1. [3] Rom. V, 3-5.

(33) Codices, quibus in his scholiis usus est Matthæius, Mosquenses sunt duo, his insigniti siglis : D. et H. illum præstantiorem sæculo XI, hunc sæculo XII vel XIII scriptum esse demonstravit editor.

(34) Codex D ita habet, εἰς τελειότητα κατ' ἀνδρείαν καὶ ἀρετὴν προτρέπων καρτερίαν. Quæ lectio ad Latinam versionem propius accedit.

(35) Recte Gallandius, *probabile*. In Græco scriptum fuisse videtur δόκιμον. Conferatur, quod supra legitur, *probatissimum opus*.

Digitized by Google Распознавание текста

μνασμένος· οὕτω δὲ ἀναφανέντι ἐκ τῶν σκωθρωπῶν δοθήσεται στέφανος ζωῆς, εὐτρεπισθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τοῖς αὐτὸν ἀγαπῶσιν.

talis apparuerit post tristitiam, merebitur ad præmium vitæ coronam a Deo eum diligentibus præparatam.

Ex quibus agnoscimus, quoniam secundum uniuscujusque virtutes potuit a Deo corona præberi, alii quidem justitiæ, alii immarcescibilis et rectæ fidei; par est autem præter istas coronas etiam alia corona, sperantibus et futura sustinentibus conferenda, cujus materies Dominus est ipse. Super has autem reposita est et altera fruentibus Dominum et experimentum habentibus paradisi deliciarum, et potatis de torrente deliciarum Dei. Exempla vero prædictarum coronarum sunt hæc : « Reposita, » inquit, « mihi est corona justitiæ [4]; » et iterum : « Portabitis immarcescibilem gloriæ coronam [5]; » itemque : « Erit in illa die Dominus Sabaoth corona spei [6]; » iterumque : « Corona deliciarum proteget te [7]. » Quæ corona considerandum est, ne forte ipsa sit, de qua dictum est : « Corona gratiarum [8], » an altera. Sicut enim qui fruitur corona deliciarum, et qui habet gratiam Dei cooperantem, coronam gratiarum percipit : sic et (36) qui justitiam operatur, et recte sectatur de his, quæ sapienda sunt, aut qui appetit perfectam gloriam, coronam justitiæ et gloriæ promeretur,

οὕτω ὁ τὸ ὑπομένειν πειρασμῶν (37) καταφρονῶν, ἐπιπόνων καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου, στέφανον ζωῆς ἀπολήψεται τῆς αἰωνίου, ἀνθ' ἧς κατεφρόνησε προσκαίρου ζωῆς. Ζητήσεις, εἰ ὕλη οὗ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς στεφάνου ζωῆς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, ἐστὶν [ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν (38)] ἃ διὰ μέγεθος θειότητος ὄψει καὶ ἀκοῇ οὐχ ὑπόκειται, οὐδὲ ψιλῇ νοήσει ἀνθρώπου ἀναβέβηκεν.

ita et qui sustinere tentationem non despicit, insistens etiam ipsi morti, coronam æternæ vitæ percipiet, pro qua temporalia bona contempsit. Quærendum est, si materia coronæ vitæ, quam præparavit Deus diligentibus se, ea sunt quæ scilicet propter magnitudinem majestatis aspectui et auditui nequeunt subdi, nec ad purum intellectum hominis cujuslibet admitti.

Vers. 17. « Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a Patre luminum. »

Patrem luminum intelligibilium, hoc est, Illuminatorum rationalium Deum dicit, a quo, tanquam a datore rerum, venire ad homines, inquit, divina dona; quæ, eo quod prosint, optima dicit data; eo quod plena et sine defectu sunt, dona perfecta indubitanter appellat. Et quomodo aliqui dicunt, quantum ad istam vocem, sola quæ meliora sint, a Deo esse, non etiam quæ molesta judicantur et tristia, ponendum est illud, ubi ait Scriptura : « Ipse deduxit super eos mala [9]; » et illud : « Descenderunt mala a Domino super portas Jerusalem [10] : » et his similia. Ex quibus et aliis hujusmodi exemplis agnoscitur sententia, ex judicio Dei suavia atque tristia hominibus provenire. Cum ergo cuncta Dei providentiæ deferantur, attamen consequens erat, ut, qui invitabat ad patientiam perfectionemque virtutis, non malorum illationem, sed memoriam deberet habere meliorem (39), dum omnis, qui studet secundum virtutem vivere, non tristia, sed optima data potius et dona perfecta mereatur. Alter vero quidam, Scripturas subtilius animadvertens, et ea, quæ pie de providentia sunt (40), exponens, dicit, meliorem (41) ministrationem fieri præcedente voluntate Dei, adversa vero, propter quamdam utilitatem, per accidentiam destinari.

CAP. II, vers. 26. « Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, sic et fides sine operibus mortua est. »

Quoniam sicut spiritus cohærens corpori vivificat eum (42), et opera, fidei coaptata, vivam eam esse procurant, cogitandum est, ut fides habeatur cum operibus virtute dignis, ut non mortua, sed viva consistat; nam et qui habet corpus animale non mortuum, sed vivum, illud per societatem spiritus vult habere. Notandum scilicet, quia, cum fides mortua sit præter opera, jam neque fides est; nam neque homo mortuus homo est. Quomodo vero aliqui, causam esse spiritum dicentes, quo corpus vivat, honorabiliorem esse corpore dicunt, et ideo consequenter et opera honorabiliora magis quam fidem asseverant, vivificantia eam : perfectius studui, ut, quod mihi videtur, exponerem : non enim sicut indubitanter spiritum corpore meliorem, ita sine reluctatione opera fidei præponenda sunt, quando gratia salvatur homo, non ex operibus, sed ex fide; nisi forte et hoc in quæstione sit, quod salvet fides, quæ cum operibus propriis vivit, tanquam aliud genus operum sit, præter quæ salus ex fide provenit; nec autem sunt opera, quæ sub umbra legis observantur.

CAP. III, vers. 2. « Si quis verbo non offendit, hic perfectus est vir, potest etiam freno circumducere totum corpus suum. »

Quoniam verbum duplex est, aliud quod ad sensum, aliud ad effectivam prolationis pertinet rationem, secundum mentis sermonem præsentia sunt sumenda. Quisquis enim non offendit in sensu re-

[4] II Timoth. IV, 8. [5] I Petr. V, 4. [6] Isa. XXVIII, 5. [7] Prov. IV, 9. [8] ibid. [9] Baruch II, 2; IV, 18. [10] Mich. I, 12.

(36) Muenchmeierus meus fere persuasit mihi, corrigendum esse, *sicut*.
(37) Patet scribendum esse πειρασμὸν οὐ.
(38) Hæc, quæ uncis inclusa vides, propter apertam διττογραφίαν ejicienda sunt.
(39) Scribendum esse videtur : *meliorum*.
(40) Excidisse videtur, *dicta*.
(41) Itidem, *meliorum*.
(42) Gallandius recte, *illud*.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

rum sapiendarum et agendarum, perfectus vir est, subditum faciens totum corpus, velut equum, et quo vult educens eum comprimit, et ad servitium redigit, et proprias mortificat passiones. Quia vero de sermone animæ scribit hæc, palam est advertenti textum congruenter aptatum, cujus initium est, vers. 1 : « Nolite plures magistri fieri, fratres mei; » et paulo post, vers. 2 : « In multis enim offendimus omnes; » et mox intulit : « Si quis in die (43) verbo non offendit, » hoc est, docendo. Quando enim de his quæ agenda sunt et sapienda, aliquis docet, si habuerit veritatem sensus de hujusmodi rebus, tunc inoffensibile habet verbum; non enim putandum est de peccato prolativi sermonis, quæ solœcismos et barbarismos quidam vocant, hæc fuisse dicta. Nisi forte quis dicat, inoffensibilem habere quemque voce sermonem, quando irreprehensibilem eum, et sine vitio profert, licet aliquid vanum, aut risibile, aut injuriosum dicere videatur, eo quod secundum artis regulam sit locutus. Quod vero non sine consideratione dicimus, totum corpus fuisse sumptum pro passionibus et operationibus ejus, adverte, quod scriptum est, vers. 5, « Lingua enim, cum sit modicum membrum, et magna exaltat. » Accusans sermonem, pro ea (44) linguam accusare dignoscitur, tanquam ponentem, et alia vana loquentem. Cum vero hæc in isto corpore ita sint, consequenter et de omni corpore talia oportet intelligi.

CAP. IV, VERS. 2, 3. « Non habetis, propter quod non postulatis. Petitis et non accipitis, eo quod male petatis, ut in concupiscentiis vestris insumamini. » Cum vera sit expositio Salvatoris dicentis : « Petite, et dabitur vobis [11] : » quam etiam facit esse credibilem, cum dicit : « Omnis qui petit accipit [12], » quærere libet, quomodo aliqui, orantes, non audiantur, ut accipiant, quæ habere postulaverunt, per suam petitionem. Ad hæc dicendum est, quoniam qui via congrua ad postulandum venit, nihil relinquens eorum, quæ pertinent ad impetranda quæ cupit, omnia percipit, quæ sibi dari rogavit. Si quis autem extra intentionem traditæ petitionis poscere videatur, iste neque petere modo debito creditur, et ideo non percipit, quod petit. Nonne falsum, quod dictum est : « Omnis qui petit accipit? » Nam cum doctor dicat : Omnis, qui accedit ad me causa doctrinarum, habebit disciplinas earum; accedere ad doctorem, de rebus ipsis (45) accipiendum est, hoc est, ut etiam desiderium habeat doctrinarum, ut exerceat et meditetur eas, et summa intentione respiciat ea quæ a magistro dicuntur, et naturam habeat bonam; indubitanter enim hujusmodi homo percipiet disciplinam, quam magister dare promisit. Si quis alius accesserit ad doctorem, non faciens quæ prædicta sunt, sed tantummodo ut videatur ab eo, et videat eum, volens falsam facere promissionem doctoris, dicendum est ei : Non accessisti ad eum, sicut invitavit, sed aliter, et tantummodo ad videndum eum. Apertiorem enim faciens scriptor epistolam, et qui petere videantur, nec accipiant, indubitanter male petentes illos dicit, qui vanis cupiditatibus inhæserunt. Quia vero instant aliqui, dicentes : Quare illi, qui pro scientia et perceptione virtutis petunt, et non accipiunt? dicendum est illis, quomodo et ipsi non propter ipsa bona percipienda petunt, sed ut per ea laudentur : est enim amor concupiscentiæ, velle laudes acquirere. Unde etiam his non datur, quoniam ad concupiscentias insumendas volunt possidere, quæ poscunt.

VERS. 4. « Nescitis quia amicitia mundi inimica est Dei? Quicunque ergo voluerit amicus esse mundi, inimicus erit Dei. »

Quoniam nequitia providet amicitias mundi, virtus autem acquirit charitatem Dei, cum virtus et nequitia non possint una subsistere.

Ὁ γὰρ διὰ τὸ ἁμαρτάνειν φιλῶν τὸν κόσμον, ἐχθρὸς ἀποδείκνυται τοῦ Θεοῦ· ὡσαύτως καὶ ὁ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν φιλίαν δι' εὐσεβείας βεβαιῶν εὐθέως ἐχθρὸς εὑρίσκεται τοῦ κόσμου. Ὅθεν ἀδύνατόν ἐστιν, ὥσπερ δουλεύειν Θεῷ καὶ Μαμμωνᾷ, οὕτω φιλιάζειν Θεῷ καὶ κόσμῳ.

Qui peccando amat mundum, inimicus Dei esse monstratur, sicut e diverso qui non peccando amicitias apud Deum pietate confirmat, continuo mundi adversarius invenitur. Unde sicuti impossibile est, servire Deo et mammonæ [13], ita amicum Dei esse simul et mundi.

Denique veniens Jesus, ut Dei amicos faceret obedientes sibi, gladium et divisionem misit in terram [14]. Sermo namque et doctrina illius dividit et abjungit a terrenis atque materialibus rebus, per hæc præparans, ut inimicitiæ sint apud mundum et unitas apud Deum : hæc sunt amicitiæ apud illum. Quapropter et pacem dat, non sicut mundus amanti : ille namque per pacem, quam dat, ad corporeos actus invitat amatores concupiscentiæ, et passibiles eos facit; Jesus autem pacem præbens, amicos Dei constituit, ex toto corde eum diligentes. Mundum vero intelligere debemus desideria corporalia et conversationem hujus mundi.

[11] Matth. VII, 7. [12] ibid. 8. [13] Matth. VI, 24. [14] Matth. X, 34.

(43) Quid hoc sit, et unde, nescio. Puto, pro, *in die verbo* scribendum esse, *in dicendo*.

(44) Scribendum videtur, *pro eo*.

(45) Gallandius conjecit, *ipsius*. Non necessarium.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

DIDYMI ALEXANDRINI

IN

EPISTOLAM S. PETRI PRIMAM ENARRATIO

CAP. I, VERS. 1. « Petrus apostolus Jesu Christi, electis advenis dispersionis, » etc. Positus Petrus circumcisionis apostolus, omniumque Judæorum habens studium, scribit eis qui in totius orbis dispersione morabantur, tanquam advenis civitatum extranearum, cum utique nequaquam eorum plures in Judæa consisterent. Si quid autem supra textum hic potest intelligi, animadvertendum est hoc de animæ ratione, quasi advenam eam velit agnosci. Unde etiam dictum videtur : « Peregrinus ego in terra et advena, sicut omnes patres mei [15], » et iterum : « Heu me! quoniam incolatus meus prolongatus est [16]. » Advenæ siquidem fiunt hominum animæ, corporibus copulatæ, dum in eis temporaliter esse constituuntur; nam si essent ex ea substantia, vera corpora essent, habitatrices terræ. Denique animæ habentes compassionem carnis, esse in habitatione carnea nuncupantur et velatione, quanquam advenæ sunt in terram, sed magis assimilantur indigenis. Unde et terrores inferuntur super habitatores terræ, rapientes utique ea quæ terrena sunt, et terreni indutos imagine.

VERS. 2. « Secundum præscientiam Dei Patris. »

His concordant, quæ a Paulo dicta sunt ita : « Sicut elegit nos in ipso, ante originem mundi, esse sanctos et immaculatos coram eo in dilectione, prædestinans eos in adoptionem filiorum [17]. » Licet enim quidam dicant, quoniam semper et ante mundum rationalium (46) substantia sit,

τουτέστι, προεωρακὼς ὁ Θεὸς τὴν πίστιν καὶ πρᾶξιν τῶν ἀνθρώπων, κατορθωθεῖσαν ἐκ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, προγνωστικῶς ἐξελέξατο αὐτοὺς ἐν Χριστῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, τότε προορίσας αὐτοὺς υἱοὺς εἶναι μετουσίᾳ τοῦ πνεύματος τῆς υἱοθεσίας.

verumtamen prævidens Deus fidem et actus hominum quæ aguntur per evangelicam doctrinam (47), præscienter elegit eos in Christo, ante mundi originem, jam tunc prædestinans eos filios esse, participio sanctoe (48) adoptionis.

Præscientia enim nihil aliud est putanda, quam contemplatio futurorum; quæ non est jam præscientia postea, sed scientia, dum (49) ea, quæ primitus contemplata sunt, veniunt ad effectum.

Κἂν τοίνυν κατὰ πρόγνωσιν ἐκλεκτοὶ ἦσαν, οἷς Πέτρος γράφει, ἀλλ' οὖν ὑφεστηκόσιν αὐτοῖς ἡ προσφώνησις γίνεται.

Licet igitur secundum præscientiam electi erant, quibus Petrus scribit, verumtamen exsistentibus eis Petrus loquitur.

Abjicit itaque fabulam Manichæorum de naturis, et intellectus præsens (50).

VERS. 4. « In hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam et immarcescibilem, conservatam in cœlis, in vobis. » Ut ostendat, quomodo in infinitum beatorum permanebit hæreditas, incorruptam et immarcescibilem eam dicit, per hoc manifestans et divinam et puram hæreditatem, eo quod sit incontaminabilis ejus perceptio apud eos, qui proprietatis præmio divitiarum præsentium bona despiciunt, scientes se habere meliorem et perpetuam facultatem. Quam dum dicit mensuram, perpetuitatem ejus aperit : et dum probat meliorem, divinitatem repositæ hæreditatis ostendit. Si ergo in cœlis fidelibus hæc servatur hæreditas, frivola quædam et tepida proferunt aliqui, putantes eam se percipere in terrena Jerusalem. Mille annis existimant esse deliciarum præmia proprietate recepturos. Qui etiam interrogandi sunt, quomodo astruant delicias corporales, cum dicatur, hanc hæreditatem nec corrumpi posse, nec marcescere, maxime cum ipsi dicant, hæc posse finiri completo anno millesimo. His copulanda sunt illa verba quibus indicatur quod in regno cœlorum sit hæreditas constituta, et nequaquam corruat, eo quod sit intelligibilis, quando sensibilia non sicut intelligibilia cognoscuntur; illa namque Spiritus sanctus dignissimis manifestat.

VERS. 6. « In quo exsultabitis, modicum nunc (51) si oportet contristari in variis tentationibus, » etc. Probatur fides eorum, qui propter eum in tentationibus diversis tribulantur, et usque ad finem in hujusmodi probata fide persistunt. Quos utique convenit exsultare, licet aliquis labor eorum voluntatibus importunus esse videatur. Hunc enim

[15] Psal. XXXVIII, 13. [16] Psal. CXIX, 5. [17] Ephes. I, 4, 5.

(46) Galland. *rationabilium*.

(47) Verba *per evangelicam doctrinam* cum antecedentibus *quæ aguntur* conjungenda esse, patet ex Græcis.

(48) Ex Græci exemplaris auctoritate scribendum est, *spiritus*.

(49) Verior sententia, si legitur, *cum*.

(50) *Et intellectus præsens*, id est sententia Petri facilis ad intelligendum. Didymus scripsisse videtur, καὶ τὸ νόημα πάρεστι.

(51) *Nunc* ex auctoritate Græci exempli (ὀλίγον ἄρτι) versionisque Latinæ suo jure restituit Gallandius. Antea, *nec*.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

laborem hic sub tristitiæ nomine designat, tanquam sit aliqua tristitia, quæ possit e diverso per hæc verba cognosci, cum et apud Paulum duo tristitiæ genera declarentur, quarum unam mortem operari, alteram vero pœnitentiam stabilem ad salutem, quæ ita describit : mundi tristitia mortem operatur, Dei vero, pœnitentiam stabilem ad salutem [18]. « Certum est enim, quoniam qui tristis est laborando, dum pro fide decertat, neque secundum mundi tristitiam tristatur, neque secundum pœnitentiam : illam namque pro amissione delectabilium rerum ; hæc autem pro honore (52) transactorum geritur peccatorum. Utrumque vero harum tristitiarum extraneus esse cognoscitur, qui tentatur. Et quomodo diversus decertantium provectus, alii cum labore, quæ tristitia vocatur, tentationes ferunt ; alii autem sine tristitia, et sic excellenter eas et cum delectatione suscipiunt, ut lætentur, quoniam digni sunt facti pro nomine Christi pati. Et arbitrantur se incomparabilem gloriam possidere, quando Christi nomine tribulantur.

Vers. 10-12. « De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vos gratia prophetaverunt, scrutantes in quod, vel quale tempus significaret, qui in eis erat (53), spiritus Christi, qui prænuntiabat (53) in Christo Jesu passiones, et post hæc (53) glorias : quibus revelatum est, quod non ipsis, vobis autem ministrabant hæc, » rel.

Quoniam quidam minorem asserunt promissionem et salutem sanctorum, qui ante adventum Salvatoris fuerunt, existimantes plus aliquid habuisse posteriores, eo quod viderunt Jesum sensibiliter, etiam signa ab eo corporaliter facta, et doctrinam ejus audierunt, ostendendum est, quoniam hujusmodi opinio falsa esse dignoscitur. Duo adventus sunt Christi : unus quidem intelligibilis, secundum quem recipitur tanquam Deus verbum ; alter vero sensibilis, secundum quem videtur ex Maria progressus. Sed divinior intelligibilis, quam sensibilis, qui etiam pravis hominibus est collatus. Omnibus itaque sanctis, qui post adventum fuerunt, et ante adventum, intelligibiliter adveniens Dei verbum, proportione actuum, quos unusquisque gessit, sanctificat (54) eos, quibus semetipsum decenter irradiavit, non minoratis scilicet eis propter sensibilem præsentiam, qui fuerunt ante ejus adventum ; non enim propter malitiam, sed propter temporis diversitatem hoc adventu frui nequiverunt. Igitur licet prophetæ perscrutati sunt in quod vel quale tempus finem acciperet animarum salus, et Christi fierent passiones, et postea gloriæ ; cognoverunt tamen per revelationem, quam (55) non sibi, sed eis, qui post adventum ejus erant futuri, ministrabant hæc. Non ergo minorem sanctitatem eorum esse dicendum est, quando divinioremFilii Dei præsentiam habuerunt. Quomodo enim minor alicujus eorum qui post adventum fuerunt, videbitur Abraham, qui Deum vidit, cum omnes utique, qui secundum Christum finiuntur, in ejus sinum proficiscuntur? Quomodo minores erunt Moyses et Elias, qui Jesu in gloria transformati simul apparuerunt, licet non viderint sensibiliter eum de Virgine procreatum? Non enim præponendus est eis, qui intelligibilem adventum ejus habuerunt, ille, qui eum secundum carnem vidit, dum multi etiam peccatores hoc viderint. Quod autem et peccator videt, multo inferius est illo, quod venit ad solos sanctos. Perfectiore vero probatione hoc dicendum est : apostolis nullus est celsior fide aut conversatione inter eos, qui Christi Evangelium sunt secuti, sed neque Joanne Baptista. Putas ergo quod hi, quos contigerit circa finem mundi consistere, et viderint secundam et gloriosam Christi præsentiam, beatiores erunt Baptista et sanctis apostolis? Absit ! nullus enim sic hebes est, præcipue cum sit dictum, quod nullus in humano genere major sit Baptista Joanne. Igitur si non minorantur, qui non viderint sensibiliter, sed secundum præsentiam, ab illis qui eam visuri sunt, neque minores erunt eorum, qui sensibiliter secundum Evangelium dispensationem Christi viderunt : necessario siquidem hæc diximus propter eos qui minores faciunt priscos posteris. Multi sunt etenim etiam hæreticorum, qui hac falsa sententia seducuntur, desiderium habentes maximum, ut Veteri derogent Testamento. Sed et his dicendum est, quoniam, et si non viderunt aut sensibiliter audierunt, quæ dixit Jesus et fecit, verumtamen desiderium habuerunt. « Multi » enim, inquit, « prophetæ et justi concupierunt videre, quæ videtis, et non viderunt : et audire quæ auditis, et non audierunt [19]. » Et de Moyse dicitur : Quomodo æstimavit majores esse divitias improperium (56) Christi, quam thesauros Ægyptiacos [20]. Dictum est autem et de Isaia, quod vidit gloriam Christi [21].

Vers. 12. « In quem concupiscunt angeli prospicere. » Notandum quod apud Græcos, « in quæ, » le-

[18] II Cor. VII, 10. [19] Matth. XIII, 17. [20] Hebr. XI, 26. [21] Joan. XII, 41.

(52) *Pro honore transactorum peccatorum.* Si quis offenderit in verbi *honoris* usu insolentiori, sciat, interpretem Latinum Græcum, ἀντὶ τιμῆς, perperam reddidisse. Hoc recte observavit Muenchmeierus meus.

(53) In his versio Latina a Vulgata, quæ nunc habetur, mirum quantum discrepat, atque ad versionem antiquam propius accedit. Cfr. Sabat. *Bibl. sacr. lat. verss. antiq.*, tom. III, p. 946. Hoc non uno in loco factum esse vidimus. In qua tamen re sibi non constat auctor, sive potius librarius, atque videtur mihi quidem textum ex nova atque antiqua versione Latina mistum secutus esse.

(54) Ita Gall. Antea, *sanctificant*, quod ferri nequit.

(55) Legendum videtur *quoniam* (ὅτι). Gallandius habet, *qua*, ex conjectura.

(56) Hoc verbum male antea omissum ex auctoritate loci in Ep. ad Hebræos XI, 26, ad quem alludit scriptor, primus restituit Gallandius.

Digitized by Google Распознавание текста

gatur, non, « in quem (57). » Et sic exponitur : « Εἰ δέ τις ἐκλάβοι τὴν ζητουμένην ὑπὸ τῶν προφητῶν σωτηρίαν κατὰ τὸ τέλος εἶναι, ὃ ἐπὶ πᾶσι καὶ ἔσχατον ὀρεκτὸν (ὀρεκτικὸν) τυγχάνει, οὐκ ἀπεμφαίνει περὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, καὶ ἁπλῶς πάντων μακαρίων λογικῶν τὸ προκείμενον ἐκλαβεῖν, πάντων ὄρεξιν ἐχόντων παρακύψαι εἰς τὰ κατὰ τὸ τέλος πράγματα. »

« Si quis existimaverit, quæsitam a prophetis salutem in fine esse mundi, quod in omnibus et in summo est appetitu, quando ipsius quidem causa alia cuncta fiunt, ipsum vero, cujus causa nullius agitur (58); non abs re est, etiam intelligi de sanctis angelis, et simpliciter cunctis beatis rationalibus hoc dictum, cum omnes appetitum habeant, prospicere ea quæ in fine sæculi sunt agenda. »

A tur : « Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens : Loquere omni congregationi filiorum Israel et dices eis : Sancti eritis, quoniam Dominus Deus vester sanctus est[22] ! » Dicendum tamen est, quod si non inveniretur ita positum, non omnino secundum dictum sermonem, hujusmodi dicta quæreremus, sed intelligibiliter, dum omnia spiritualia divinitus eloquia doceant, quoniam et qui vocat sanctus est, et qui vocantur, ut sanctificentur, adveniunt. Requirendi vero sunt Manichæi, si creator est, qui hæc dicit, quomodo sanctus est, sanctificans eos quibus hæc revelata sunt, qui scilicet ultra eum sunt, quorum nec aliquando habuit scientiam? Si vero Pater Salvatoris est, et Filius cum eo hæc dicens, quomodo prophetæ, non ejus, sed Dei creatoris exsistentes, desiderium habuerunt promereri ea quæ diligitis? Qui ultra Deum eorum est, hujus notitiam non habet. Quapropter oportet eum (63) Deum prophetarum et Evangelii confiteri, secundum pietatis verbum, cum nihil occurrit.

Si vero alium quemdam statum viderunt beatum (per ea quæ revelata sunt a sancto Spiritu eis, qui Evangelium susceperunt) præter eum qui dictus est, dicendum est, et concupiscere, in eum prospicere angelos, qui in transgressione quadam inventi sunt. Nam licet quidam eorum pravi sint, attamen detenti supplicio, resipiscentes (59), unde ceciderunt (quod etiam studiosis hominibus compromittitur), habebunt desiderium vel per fenestras ea respicere. Sed (60) vero dicunt Manichæi, de angelis (quos creatorem [61] putant), hoc esse dictum, interrogandi sunt, si habet quisquam naturam ea concupiscendi, quæ præter naturam sunt, et non ei conveniunt; et si propter multam fatuitatem hoc concesserint, rursus interrogandi sunt, si appetitus infinitus est omnis? Namque necessarium est, appetitum compleri, dum res, quæ desideratur, adfuerit. Si vero hoc ita non est in prædictis angelis, erit ademptio eorum, quæ manifestavit Spiritus sanctus; quando nequaquam habere possunt concupiscentiam eorum, quorum ad hæc natura apta denegatur.

B

Vers. 17. « Et si Patrem invocatis eum, qui sine discrimine personarum judicat, secundum uniuscujusque opus, » etc.

Si is quem vocant Patrem, judex est, personam non accipiens eorum qui judicantur ab eo, et secundum uniuscujusque judicat actionem, cum timore et omni sancta conversatione perficere omne tempus incolatus nostri festinemus. Sic enim poterimus et Patrem eum tribuentem promissiones agnoscere, et extra omne supplicium permanere. Quærendum est enim, si Pater judicat nullum et omne judicium dedit Filio[23] : quid hic possit intelligi?

C

Vers. 15. « Sed secundum eum, qui vos vocavit, sanctum, et vos sancti in omni conversatione eritis, quia scriptum est : Sancti eritis, quia ego sum sanctus. »

Cum Deus, qui per Evangelium evocavit ad salutem, sit sanctus, necesse est obedientibus vocationi omni conversatione atque prudentia fieri sanctos ejus, præcipue dum is, qui vocat ad hæc, invitet et tribuat sanctitatem. Ait enim : Quomodo ego fons sanctitatis sum, per substantiam sanctus exsistens, vos studete participari sanctitate (62), quos diligo, ut sitis sicut et ego. Et vide dispensationem : se namque sanctum esse dixit; accedentes autem ad eum, fieri, vel futuros sanctos invitat. Quærendum est in qua Veteri Scriptura homini sint verba posita. Et notandum est, quoniam in Levitico legi-

D

Ὁ Πατὴρ ἐστιν ὁ σημαινόμενος, πῶς κριτὴς οὗτος, κρίνων κατὰ τὸ ἑκάστου ἔργον; Ὁ γὰρ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ πᾶσαν κρίσιν δέδωκε τῷ Υἱῷ. Εἰ δὲ ὁ Υἱὸς κρινεῖ, πᾶσαν τὴν κρίσιν λαβὼν, πῶς Πατὴρ τυγχάνει; Πρὸς ἃ λεκτέον, εἰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ μία θεότης, κρίνοντος τοῦ Υἱοῦ, ὁ Πατὴρ ἐστιν ὁ κρίνων, ἀλλὰ καὶ ὁ Υἱὸς δύναται πατὴρ εἶναι τῶν γεννητῶν, γεννήσας αὐτοὺς μετουσίᾳ ἁγιότητος. Πολλάκις γὰρ τεκνία ἑαυτοῦ καὶ τοὺς μαθητὰς ἐκάλεσεν.

Si enim Patrem, qui significatur, quomodo judex iste, et judicans secundum uniuscujusque opus? Pater enim judicat nullum, sed omne judicium dedit Filio. Si vero Filius judicat secundum uniuscujusque opus, omne judicium sumens, quomodo Pater exsistit? Pro quibus dicendum est, quoniam et Filius eadem divinitate est, judicante Filio, Pater est qui judicat. Sic et Filius pater est genitorum, generans eos participio sanctitatis. Sæpius enim filios suos vocavit apostolos

Et alii dixit : « Fili, remittuntur tibi peccata tua[24] ; »

[22] Levit. xx, 26. [23] Joan. v, 22. [24] Matth. ix, 2.

(57) Hæc ex suis adjecit Epiphanius.

(58) Locum corruptum esse, nemo non videt. Sensus, qui debeat inesse, ex nexu sententiarum facile intelligitur. Vitium in ultimis verbis latet, quæ nunc ita refinxerim : *ipsum vero, cujus causa (cuncta fiunt), non alius causa agitur.* Cfr. *Vindic.* col. 1572.

(59) Scribendum est, *respicientes*. Hanc verissimam Mingarellii conjecturam ipse flagitat sensus.

(60) Legendum videtur, *si*.

(61) Offendor in numero singulari. Scribendum videtur, *creatores*.

(62) G. *sanctitati*.

(63) Legendum videtur, *eumdem*.

Digitized by Google Распознавание текста

alteri vero ait : « Filia, fides tua te salvam fecit [35]. » Et hæc, qui (64) divinitati derogantes, possunt sufficienter arguere ; dicens enim esse judicem creatorem, non dubitetis eumdem putare, qui Pater est dilectorum Christi. Quapropter una divinitas etiam per hæc verba, v. 23 : « Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, verbo Dei vivi et permanentis. » Regenerationis et restitutionis nomine significat introductionem nativitatis post destructionem priscæ generationis factam. Quomodo enim non habuit destrui, cum esset corruptibilis, ut postea incorrupta veniens, maneret æterna ; servans perfecte et sine aliqua circumscriptione vitæ eos qui nascuntur ex ea ? Est enim prima nativitas, secundum Adam, mortalis, et ideo corruptibilis, posterior autem ex spiritu et verbo semper vivente Dei. Et hoc ergo verbum, quod pro semine ponitur, incorrupta demonstrat, quia ex virtute et spiritu ei congruente dicitur incorruptum : « Omnis enim, qui nascitur ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ejus in eo manet, et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est [36]. » Ad hoc quoque percipiendum est etiam illud : « Filii regni sunt semen bonum [37]. » Hæc ergo nativitas incorruptibili semine consistit, verbo Dei vivi et permanentis.

Λόγον ζῶντα Θεοῦ, καὶ μένοντα εἰς τὸν αἰῶνα τὸν εὐαγγελικόν φησι λόγον.

Vivum vero et permanens verbum dicimus secundum evangelicam disciplinam.

Hoc ergo conscriptor Epistolæ confirmare volens, assumpsit exemplum feni, dicens, v. 24. « Aruit fenum, et flos ejus decidit, verbum autem Domini manet. » Quæ cum dixisset, verba prophetica interpretatus est, dicens, v. 25 : « Hoc est autem verbum, quod evangelizatum est inter vos. » Secutus est illic Dominum, ubi ait : « Verba mea non transibunt [38]. » Si vivum est verbum et permanens in his, significari putamus illud quod erat in principio apud Deum [39], Dei Verbum (65). Requirendi sunt hæretici, circa quos dicunt fieri regenerationem ? Putasne circa terrenos ? Sed impossibile est, non enim naturam habet (66), secundum eos, incorruptibile suscipiendi semen. Si vero hoc impossibile est, erit potius impossibile, de spiritualibus hæc intelligi : nam si animæ semen per substantiam spirituales (67) sunt ut ipsi volunt, quid eis amplius generatio præbebit utilius ? Quapropter de voluntaria regeneratione hoc sapiendum est, ut possint congruere, quæ sequuntur. Sic enim habet :

CAP. II, VERS. 1. « Deponentes igitur omnem malitiam, et omnem dolum et simulationes, » rel. Turbat enim hæreticos etiam illud : « Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu [40] ; » et illud : « Oportet vos nasci denuo [41], » et quæcunque reperiuntur his esse similia, quibus ostenditur, non esse naturam bonam et malam.

VERS. 4. « Ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum et honorificatum, et vos tanquam lapides vivi ædificamini in domum spiritualem, in (68) sacerdotium sanctum, offerentes hostias acceptabiles Deo, per Jesum Christum. » Qui ad Evangelium accesserunt, renati ex incorruptibili semine, genus electum atque probatum sunt ; simul et vivi lapides constituti, superædificati viventi lapidi, electo et honorato, fundamento apostolorum et prophetarum, ad perficiendam Deo spiritualem domum, ad quam perducuntur, magis autem offeruntur spirituales hostiæ, de quibus dictum est : « Immola Deo sacrificium laudis [42] ; » et iterum : « Sacrificate sacrificium justitiæ [43]. » Hæc vero sunt sanctorum orationes contemplatio et actus egregii oblati, non per figuratum pontificem, sed per sacerdotem, qui secundum ordinem Melchisedech permanet in æternum. Hic enim est Jesus, summus Pontifex, pertransiens omnes cœlos. Illius ergo personam gerit homo, assumptus a Dei verbo, unde non ei, sed per eum, Deo hostiæ dicuntur offerri, cum divinitas una sit Patris et Filii, et quæ Deo Patri sacrificantur, offeruntur et Filio.

VERS. 7, 8. « Vobis ergo honor credentibus : non credentibus autem, lapis, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, et lapis offensionis, et petra scandali (69), qui offendunt verbo, nec credunt, in quo et positi sunt. »

Sicut Jesus, cum sit lumen, iterum ad judicium venit in mundum, ut illuminaret eos, qui cæci erant, ante ejus adventum, et excæcaret, qui male videbant [44] : sic etiam positus est ad ruinam et resurrectionem multorum in Israel [45], et excitans eos, qui peccato corruerant, et corruere faciens qui in peccatis statum firmissimum possidebant. Sic et cum lapis electus et honoratus sit, honorem præstat iis qui per fidem superædificantur in eo, fundamentum eorum robustissimum vehementer exsistens. Apud eos, qui non credunt, non honorabilis, sed offensionis est lapis, et petra scandali, cum similes exsistant ædificatoribus, qui despexerunt eum.

Τουτέστιν οἱ ἐκ περιτομῆς πάλαι πρότερον οἰκοδομοῦντες Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι καὶ ἀρχιερεῖς.

Hi namque sunt Scribæ et Pharisæi.

Ad hoc enim, hoc est, ad non credendum et offendendum, in eo positos dicit eos qui ab ejus doctrina dissentiunt. Est autem positio, qua positi sunt, vo-

[35] Luc. VII, 50. [36] I Joan. III, 9. [37] Matth. XIII, 38. [38] Marc. XIII, 31. [39] Joan. I, 1. [40] Joan. III, 5. [41] ibid. 3. [42] Psal. LXIX, 14. [43] Psal. IV, 6. [44] Joan. IX, 39. [45] Luc. II, 34.

(64) Aut delendum *qui*, aut ita scribendum, *eos, qui divinitati derogantes sunt, possunt.*
(65) Carpit Manichæos.
(66) Rectius *habent*, nempe terreni.
(67) Corrige, *Semen..... spirituale.*
(68) Ita ed. princeps. Gal. *et.*
(69) Cum Gallandio interponendum est, *his.*

Digitized by Google Распознавание текста

luntaria, initium non credendi gerens. Sicut enim mundus, qui in maligno positus est [36], non ex natura, sed ex passione propria positionem habuit in maligno; ita, et de quibus sermo est, ad non credendum a semetipsis sunt positi, cognati existentes eorum qui traditi sunt ad contumelias passionum et reprobum sensum. Quia enim peccantes in multa patientia eos portabat Deus, contemnentes benignitatem et longanimitatem ejus; post multam invitationem doctrinamque reliquit eos secundum propriam pergere voluntatem; quando alios quidem tradidit cœlesti militiæ deservire, alios autem diversis concupiscentiis cordis sui ad impudicitiam. Nemo in se quidem miretur, audiens, quoniam una res aliis sit ad utilitatem, aliis ad læsionem. Videmus enim eumdem cibum aliis quidem salutem, aliis ferre necem. Idem odor unguenti aliis quidem nocet atque mortificat, aliis prodest. Sic et spiritualiter accipiendum est, quoniam apostoli Christi bonus odor sunt, aliis odor ex vita in vitam, aliis ex morte in mortem [37]. Hunc sermonem extendimus, eo quod male quidam istis utuntur.

A σης ἀπωλείας γεγεννημένοι. Περιποίησις γὰρ τὸ κατ' ἐξαίρετον ἐν πλουσίᾳ καὶ κτήματι λελογισμένον.

extranei ab omni perditione facti, acquisitio, quæ fit ex his, qui suscipiuntur, non qui projiciuntur.

Fugiendum est itaque, de naturis loqui, quod Manichæi proponunt, dicentes bonam seu malam naturam, etiam propter præsentes voces; nam quod eligitur, non ex natura, sed virtutis munere possidetur.

Ἐπειδὴ δὲ ἀπὸ διαφόρων ἐθνῶν καὶ νομίμων κεκλήμεθα, ἐν τῷ ἀναλαβεῖν μίαν γνώμην, μιᾷ πίστει καὶ διδασκαλίᾳ προσέχοντες, δι' ἣν ψυχὴ καὶ καρδία μία, ἓν ἅγιον ἔθνος ἐσμὲν, καὶ λαὸς εἰς περιποίησιν, τουτέστιν εἰς ἀποδοχήν.

Quærendum est autem, quomodo, dum ex omnibus gentibus sint vocati fideles, unam gentem sanctam eos esse dixerit. Et dicendum, quia forsan, licet ex diversis gentibus sint vocati, tamen eo quod respuerint omnem vanitatem, propter quam gentes dispersa videbantur, et susceperint voluntatem unam, eamdemque mentem, unam respicientes utique disciplinam et fidem unam.

Quando anima et cor sit omnium credentium, ideo una gens dicti esse noscuntur.

Vers. 9. « Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis eis (70), » etc.

Secundum veterem dispositionem legis, aliud erat regnum, et aliud sacerdotale genus, sacerdotale namque a Levi, regale ex Juda genere succedebat. Alter enim apud Hebræos regnabat, et alter sacerdotium obtinebat.

Post illam itaque constitutionem successit Evangelium, unum et eumdem sacerdotem regemque constituens. Christus namque utrumque est. Ad eum namque dictum est: « Tu es sacerdos in æternum [38]; » et iterum: « Ego suscitavi eum regem cum justitia. » Sed et ipse de se dicit: « Ego autem constitutus sum rex ab eo [39], » hoc est, « a Deo. » Illis itaque dispensatis, necessarium erat, dispersos (71) ab eo, qui simul rex et sacerdos est, electum esse genus et regale simul atque sacerdotale.

Τοῦ γὰρ γεννήσαντος ἀμφοτέρας τὰς ἀρχὰς ἔχοντος, ἀνάγκη καὶ αὐτοὺς ὡς ἐκ βασιλέως βασιλέων, καὶ ὡς ἐξ ἱερέως ἱεράτευμα εἶναι. Διὸ καὶ ἔθνος ἅγιον ὑπάρχομεν, κληθέντες ὑπὸ τοῦ καλοῦντος ἁγίου ὄντος ἐπὶ τὸ ἅγιοι ἔσεσθαι οἱ αὐτοὶ, πρὸς τὸ ἔθνος ἅγιον ὑπάργειν. Καὶ λαός ἐσμεν εἰς περιποίησιν, ἕξω πάντων ἀνθρώπων γεγονότες.

Patre siquidem eorum utrumque habente principatum, necesse eos tanquam ex rege regale, et tanquam ex sacerdote esse sacerdotale genus. Quapropter gens sancta dicuntur, vocati ab eo, qui sanctus est, ut sancti sint. Hi namque super hoc, quod sancta gens vocantur, etiam populus acquisitionis exsistunt: extranei ab omni perditione facti.

Quando alios quidem tradidit cœlesti militiæ deservire, alios autem diversis concupiscentiis cordis sui ad impudicitiam. Nemo in se quidem miretur, audiens, quoniam una res aliis sit ad utilitatem, aliis ad læsionem. Videmus enim eumdem cibum aliis quidem salutem, aliis ferre necem. Idem odor unguenti aliis quidem nocet atque mortificat, aliis prodest. Sic et spiritualiter accipiendum est, quoniam apostoli Christi bonus odor sunt, aliis odor ex vita in vitam, aliis ex morte in mortem [37]. Hunc sermonem extendimus, eo quod male quidam istis utuntur.

Vers. 9. « Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis eis (70), » etc.

Secundum veterem dispositionem legis, aliud erat regnum, et aliud sacerdotale genus, sacerdotale namque a Levi, regale ex Juda genere succedebat. Alter enim apud Hebræos regnabat, et alter sacerdotium obtinebat.

Post illam itaque constitutionem successit Evangelium, unum et eumdem sacerdotem regemque constituens. Christus namque utrumque est. Ad eum namque dictum est: « Tu es sacerdos in æternum [38]; » et iterum: « Ego suscitavi eum regem cum justitia. » Sed et ipse de se dicit: « Ego autem constitutus sum rex ab eo [39], » hoc est, « a Deo. » Illis itaque dispensatis, necessarium erat, dispersos (71) ab eo, qui simul rex et sacerdos est, electum esse genus et regale simul atque sacerdotale.

Τοῦ γὰρ γεννήσαντος ἀμφοτέρας τὰς ἀρχὰς ἔχοντος, ἀνάγκη καὶ αὐτοὺς ὡς ἐκ βασιλέως βασιλέων, καὶ ὡς ἐξ ἱερέως ἱεράτευμα εἶναι. Διὸ καὶ ἔθνος ἅγιον ὑπάρχομεν, κληθέντες ὑπὸ τοῦ καλοῦντος ἁγίου ὄντος ἐπὶ τὸ ἅγιοι ἔσεσθαι οἱ αὐτοὶ, πρὸς τὸ ἔθνος ἅγιον ὑπάργειν. Καὶ λαός ἐσμεν εἰς περιποίησιν, ἕξω πάντων ἀνθρώπων γεγονότες.

Patre siquidem eorum utrumque habente principatum, necesse eos tanquam ex rege regale, et tanquam ex sacerdote esse sacerdotale genus. Quapropter gens sancta dicuntur, vocati ab eo, qui sanctus est, ut sancti sint. Hi namque super hoc, quod sancta gens vocantur, etiam populus acquisitionis exsistunt:

Quando anima et cor sit omnium credentium, ideo una gens dicti esse noscuntur.

Vers. 10. « Qui aliquando non populus; nunc autem populus Dei, quorum aliquando non misertus est, nunc autem miseretur. »

Intelligenti, quoniam de his, qui crediderunt ex gentibus, hæc conscripta sunt, nihil occurrit adversum, quoniam ante vocationem, cum non essent populus Dei et misericordiam consequerentur, evocati a Deo venerunt; multa namque ex hoc adversitas consistit contra eos, qui putant, hæc de diversis esse conscripta naturis. Non enim possibile est, de spiritualibus dici, quia fuerunt aliquando non populus, et misericordiam non habentes, neque rursus de terrenis, quoniam de non populo populi (72), et de non misericordiam consecutis, misericordiam consecuti sunt. Malitia namque nec populum nec miserandam (73), cum malitiæ perceptibiles spirituales non sunt (74); sed ex virtute misericordiam consequuntur, et populus Dei fiunt, terrenæ vero virtutis e diverso susceptibiles non sunt. Frustra ergo arbitrantur diversitatem naturæ hæc verba significare.

Vers. 11. « Charissimi, obsecro tanquam advenas et peregrinos, abstinete vos a carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam, » etc.

Qui propter divinam pietatem digni sunt, ut amentur, jure charissimi nuncupantur, non eo quod tales natura fuerint, sed quia esse meruerunt. Conscriptor ergo hujus Epistolæ dicit, quoniam præcipuo circa vos affectu constringor, obsecro ac invi-

[36] I Joan. v, 19. [37] II Cor. II, 15, 16. [38] Psal. CIX, 4. [39] Psal. II, 6.

(70) Miror, vitium fere apertum vel Gallandium latuisse. Patet autem scribendum esse, *ejus*.

(71) *Dispersos* ferri nequit propter sensum. Puto scribendum esse, *dispensatos*, vel *suspensos*.

(72) Scribendum videtur, *populus facti*.

(73) Fortasse ita, *nec populus, nec miserandi*.

(74) Epiphanius sine dubio scripsit, *sint*.

Digitized by Google Распознавание текста

to, ut abstineatis a carnalibus desiderlis, quæ militant adversus animam, et inimicitias multas habent adversus eam, quoniam alia animæ, et alia carnis substantia est. Illa siquidem, incorrupta et immortalis, incorrupta immortaliaque desiderat; hæc autem, cum sit corrupta atque diffusa, turpia et languentia concupiscit. Hac igitur differentia consistente circa carnem et animam hominum, necesse est, et studia uniuscujusque substantiæ esse contraria. Quia vero alterius generis est alteriusque substantiæ anima præter corpus, palam advertenti, compassiones eorum atque discordias (75); nam quando subtrahit se anima a passionibus corporalibus, munda et splendida conservatur, salubriter operationes dignas et pure intelligens ac perficiens, memoriam habens boni, diligens Deum, et scientiam ejus habere volens. Quando vero carnis passionis implicatur, omnia apud eam his adversa reperiuntur; quæ intellexerit, oblivioni repente tradit, quæ dudum sciebat, amittit, amorem libidinis habens potius quam Dei dilectionem, ita ut pene ad hoc usque credatur pervenire, quatenus tota putetur converti in carnem. De quorum tali effectu in Scriptura divina nomina hujusmodi referuntur; carneus enim, qui venditus est sub peccato, vocatur; sed etiam illi qui vehementer inclinantur ad carnem, et sancto Spiritu desolantur, propterea carnes nuncupantur, dicente illis Deo: « Non permanebit spiritus meus inter homines istos, eo quod carnes sunt [40]. » Cum igitur anima, præter naturam degens, carnea vocetur, et cum secundum naturam movetur, spiritus invisibilis, mens et occultus homo dicitur, constat, quod non est de substantia corporis, cum sit immortalis atque perpetua ejus natura, et corpori humano adhæreat, et in eo vivat, quatenus possit data hominibus mandata servare, et illuminata Christi virtute possit ascendere, sequendo verbum, quod eam invitat ascendere per ædificatum ascensum, qui ducit ad cœlum.

Vers. 13. « Subjecti estote omni humanæ ordinationi propter Deum. »

Sicut alia fiunt propter Deum frequenter, et propter aliud, similiter et subjici principibus et potestatibus humanis, aliquando propter Deum, aliquando propter aliud quidquam fit; qui enim propter Dominum subditur eis, qui ad principandum sunt constituti, tunc solummodo eis subjectus non est, quando contraria voluntati Dei præcipiunt. Quapropter etiam reluctandum est usque ad mortem, si quando voluerint extra Christum nos facere aliquid, dicere vel agere præter sensum aut sanctiones ecclesiasticas. Manifestat itaque Paulus, in quibus oporteat eis subdi, id est, ut tributum solvatur atque vectigal; ut libertatis pudor apud eos decenti jure servetur. Sic enim redditur honor, cui congruit, et timor, cui debetur. Hoc enim præ omnibus docuit Salvator, dicens: « Oportet reddi, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ sunt Dei, Deo [41]. » Ordinationem vero humanam dixit potestatem, quæ hominum dispositione consistit.

Vers. 13, 14. « Sive regi, tanquam præcellenti, sive ducibus, tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. »

Præcones veritatis omnem malitiæ occasionem auferentes a nobis, scribunt quatenus tales simus apud eos, qui in potestatibus degunt, ne per nos Evangelium aut doctrina ejus impediatur, nolentes nos eis officium debitæ devotionis exsolvere, et eorum actibus esse subjectos, quando tamen rectis legibus aliquid agere comprobantur. Scribit itaque Petrus, omni ordinationi humanæ subjiciendos, regibus quidem, tanquam egregium culmen habentibus, ducibus autem, tanquam missis ab eo ad comprobationem bonorum, et malorum scilicet ultionem. Paulus autem: « Omnis, » inquit, « anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non enim est potestas nisi a Deo: quæ autem (76) ex Deo ordinata sunt [42], » et reliqua. His igitur ordinationibus ab eo, qui bonorum est causa, constitutis (ipse namque constituit, et destruxit reges, cujus Sapientia dixit: « Per me reges regnant, et potentes scribunt justitiam. Per me principes magnificantur, et tyranni per me possident (77) terram [43], » non oportet conturbari, si quando fiunt hujusmodi judices, ut male quiddam (78) faciant, ut puniant bonos, approbent autem et laudent inobedientes legi, sive amore pecuniarum, sive gratia delictorum in aliquos opportune non facientes judicium, faciant transcendentes legem absque providentiæ voluntate, per quam ad culmen evecti sunt. Et non miserandum (79), si aliter faciant, quam vult ille, per quem adepti sunt potestatem; nam pene apud omnes invenis esse peccata. Dedit nobis Deus sensum, ut utamur; utimur eo male frequenter, sed nostra voluntate. Quod autem ita fit, non oportet, ut illum, qui dedit sensum, culpare debeamus. Plantavit in nobis vigorem, ut diligamus, et odio habeamus, ut quidem odio habeamus mala, et diligamus bona. Homines ergo e diverso muneribus his utuntur, non itaque Deus, sed et ipsi sunt magis in culpa. Quapropter omni querela liber est Deus, scilicet his (80), qui ab eo ad principandum constituuntur, absque ejus proposito perpetrare aliquid noscuntur. Constituit enim eos, ut terribiles et malorum tortores essent, et laudatores bonorum,

[40] Gen. VI, 3. [41] Matth. XXII, 21. [42] Rom. XIII, 1. [43] Prov. VIII, 15, 16.

(75) Sensus flagitat, *æque discordes*.

(76) Recte Gall. conjecit: *quæ autem sunt, ex Deo ordinata sunt*. Cfr. Rom. XIII, 1, αἱ δὲ οὖσαι ὑπὸ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. Hæc genuina lectio; omittendum est ἐξουσίαι Vid. Griesb. ad h. l.

(77) Hæc verba primus parenthesi inclusit Gall.

(78) Ante Gall. *quidam*.

(79) Recte Gall. *mirandum*.

(80) Gall. *scilicet si hi*. Rectius, *scilicet si ii* Posset tamen ferri *his*.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

et honorantes bonos. Qui dum usi fuerint hoc modo potestate, quam obtinent, non solum non offendimur, sed etiam collaudamus eum, qui ordinatum appetit principatum. Si vero contrarium hi quidquam gerant, non accusemus Deum, sed potius longanimitatem ejus circa eos, sicut circa alios homines, qui delinquunt, admiremur.

VERS. 16, 17. « Sed sicut servi Dei, omnes honorate, fraternitatem diligite. Deum timete, regem honorificate. »

Cum differentia sit filiorum Dei atque servorum ejus, servis jubetur, ut timeant, sicut et ipse Deus dicit : « Si Dominus ego sum, ubi est timor meus [44]? » Nequaquam timorem, sed gloriam a filiis exigens, cum dicit : « Et si Pater ego sum, ubi est gloria mea [45]? » Filius enim glorificat Patrem, et servus timet dominum suum, sicut propheta dicit. Quia igitur scribens hæc nondum filios factos, sed servos adhuc novit, quibus scribens (80*) ait : « Sicut servi Dei Deum timete. » Consequens est enim, ut per hæc verba disciplinabiliter, et sicut oportuit, omnes, qui in sublimitate sunt, honorentur, et diligantur recta voluntate fraternitatis. Omnium enim, qui laudabiliter agunt, Deus timor et fundamentum est (81). Et : « Deum timete, » verumtamen hoc principali ordine conservandum est.

VERS. 18. « Servi, obedite cum omni timore dominis vestris, » etc. Non passibilem timorem servos habere, præcipit, apud dominos ; hic enim irrationabilis et ad irrationabilia constitutus est ; sed eum, qui cum disciplina et recta ratione consistit, cujus proprium est reverentia. Qui enim propter Christum et doctrinam ejus Deum timet, cum reverentia ei subjectus est, cum ille, qui per verbera aliaque tormenta timet Deum, passibilem timorem habere videt (82). Hac significatione et hic post alia vertit se ad feminas, dicens : « Considerantes vestram in timore castam conversationem. » Et frequenter Scriptura hæc de timore tali modo perloquitur :

VERS. 23. « Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. »

Præsentes equidem laudes ejus sunt, qui voluntariam, et non substantialem habet benignitatem, per quæ verba nos invitat ad laudem ejus, qui naturam non habuit ad peccandum, quasi substantiale sit ejus bonum. Unde hominem Jesum laudat, qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus [46], et expertus omnia, secundum similitudinem nostram, præter peccatum [47]. Quapropter et præsentia de eo sunt percipienda, qui alibi dicit : « Quæritis me occidere, qui veritatem loquor vobis [48]. » Qui cum malediceretur, non maledicebat, nulli malum pro malo, aut maledictum pro maledicto reddens [49] ; sed neque cum pateretur comminabatur eis, qui malis afficiebant eum, tradens eos, qui insurgebant adversus eum, juste judicanti Deo, verbo inhabitanti in semetipso ; nam licet unitas divina sit sancta et impartita hominis ad verbum, verumtamen alter est intellectus hominis assumpti, et alter assumentis eum Verbi Dei. Audientes eum : « Ego et Pater unum sumus [50] ; » et : « Ego in Patre et Pater in me est [51] ; » et illud : « Qui videt me, videt et Patrem [52], » intelligimus, quod, qui hæc dixit, unigenitus Dei Filius est. Et rursus cognoscentes illud : « Nunc anima mea turbata est [53] ; » et : « Qui cœpit mœstus esse et contristari [54], » de homine, quem assumpsit, scripta sentimus.

CAP. III, VERS. 6. « Cujus estis filiæ benefacientes, nec timentes ullam perturbationem. »

Invitat feminas, ut imitentur sanctas, et præcipue Saram, suadens eis sic subjici viris, sicut illa subdita erat Abraham, cujus et filias eas factas dicit per operationes bonas. Sicut enim, qui faciens opus Abraham, et habens ejus fidem, filius ejus fit, ita bona facientes fideles feminæ, matrem habent Saram. Et hæc quidem ad textum. Allegorice vero consideramus, quomodo quilibet sit filius Abraham et Sarræ, hoc modo ut Apostolus ait, dicens : « Quia Abraham duos habuit filios, unum de ancilla, et unum ex libera [55], » Deinde spiritualiter intelligit per mulieres duo testamenta ; et post alia dicit, « Eum qui ex libera natus est, » secundum Spiritum sanctum liberam dicens, supernam Jerusalem [56]. Concordat his verbis prophetia dicens : « Respicite Abraham patrem vestrum, et Saram, quæ vos concepit [57]. » Non enim possibile est, ad illos homines, id est, Abraham et Saram hæc referri carnaliter. Quomodo enim adhuc conciperet hujus prophetæ tempore, quæ ante multos annos naturæ debitam susceperat mortem ? Quapropter et hæc percipienda sunt proxime verbis Apostoli dicentis : matrem esse earum, quæ secundum spiritum generantur, non feminam, sed testamentum novum et Jerusalem esse supernam, et invitat mulieres, per opera bona matrem habere Saram, et super omnia consistere, nec habere timorem illum, quem pavor sequitur, et tumultus, quem rationabiliter perfecta charitas mittit foras [58], quoniam pœnæ magis est, non Dei. Hunc enim per omnia divinus interdicit sermo, alicubi quidem dicens : « Quid est, ut timeas hominem mortalem [59] ? » Alicubi autem : « Nolite timere eos, qui occidunt corpus [60], » et alia his vicina.

VERS. 15. « Dominum vero Christum sanctificate in cordibus vestris. »

Sicuti non (83) magnificatur Deus, non augmen-

[44] Malach. I, 6. [45] ibid. [46] I Petr. II, 22. [47] Hebr. IV, 15. [48] Joan. VIII, 40. [49] I Petr. III, 9. [50] Joan. X, 30. [51] Joan. XIV, 10. [52] ibid. 9. [53] Joan. XII, 27. [54] Matth. XXVI, 37. [55] Galat. IV, 22. [56] ibid. 26. [57] Isa. LI, 2. [58] I Joan. IV, 18. [59] Isa. LI, 12. [60] Matth. X, 28.

(80*) Fortasse, *quibus scribit, ait.*

(81) Locus male sanus, cui medelam ego quidem nescio.

(82) Legendum est, *videtur.*

(83) Ita edit. ante Gallandium, sine sensu. Verissima est Gall. conjectura, *dum.*

Digitized by Google Распознавание текста

tum magnitudinis ei proferri significatur, sed neque, dum glorificatur, ei extrinsecus culmen sublimitatis affertur, sic neque dum sanctificatur Dominus, ei titulus sanctitatis augetur. Unde et in cordibus nostris hoc facere jubemur. Si enim sanctitatis ejus integram perfectionem habuerimus, non tantum ore eum sanctificamus, sed in cordibus nostris. Deum enim hoc facimus intellectu nostro, Dei sanctitas magis augetur. Similiter et qui magnificat eum, magnitudinis ejus participium suscipit in semetipsum. Unde dictum est : « Magnificat anima mea Dominum [61]; » et iterum : « Magnificate Dominum mecum [62]. » Similiter et de gloria ejus dicendum est. Hæc autem non videantur esse mira, subtiliter advertenti : quod dicitur a nobis, bona non suscipit, sed ministra. His enim similiter intelligendum est, et illud : « Sanctificetur nomen tuum [63]. » Sanctificatur enim nomen Dei, quando induti eo, ea, quæ sunt sanctitatis, implemus. Adhuc accipiendum est et illud : « Deum sanctificate, et ipse erit timor vester; » et iterum : « Si in eo confidis, erit tibi in sanctitate. » Vide siquidem, quomodo in sanctitate ipse Dominus fit ei, qui sanctificat eum. Sic enim, ut sanctificatur Christus ab eo, qui imitatur eum : sic animadvertendum est, quoniam, qui transcendit mandatum præsens, quomodo maculet Christum, qui confitetur eum ore, et negat operibus. Sic enim ad quosdam dicit : « Profanastis nomen meum in gentibus [64]. » Per vos enim blasphematur nomen meum, cum vivitis in peccato.

VERS. 15. « Parati semper ad responsionem omni poscenti vos rationem de fide et spe, quæ in vobis est. »

Sicuti continue agi, quod bonum est, divina doctrina vult, ita et instructos esse fideles hortatur, ut parati sint ad comprobationem rerum sapiendarum (84). Quia enim multi, Evangelio disciplinabiliter intendentes, exigunt nos (85) satisfactionem spei beatæ, non oportet segnes esse, et ad satisfactionem deferre requirentes (86), sed magis esse præparatos Christi discipulos, quatenus volenti mutuo percipere rationales pecunias non negatur, non enim de sensibilibus pecuniis hoc apostolis est præceptum, aurum non habentibus et argentum. Ad hoc etiam Paulus invitat, scribens : « In sapientia ambulate, propter eos, qui foris sunt, scientes, quomodo oporteat singulis respondere [65]; » foris dicens eos, qui nondum fideles exsistunt. Isti namque requirunt, volentes agnoscere aliquid de spe, quæ in nobis est. Propterea qui præsidere ecclesiastico magisterio deputatur, super hoc, quod debet habere doctrinam, debet etiam resultantes obstruere. Cum ergo sic invitet divina doctrina præparari fidelem virum, nescio unde moti quidam sicut jumenta vivunt, arbitrantes actibus solis incumbi, cum neque ipsi inculpabiliter poterint apprehendi ab eo qui sine doctrinæ ratione vivere concupiscit. Quomodo etiam ipsi tum laudendi sunt, dum cum ratione celebrantur? Quod ergo petulantes inexaminabiliter aliquid dicere præsumunt, audiant Scripturam sanctam, quam sine intellectu et examinatione videri quemquam nosse scripturas culpabile magis est. Scientia enim, inquit, non intelligentium, inexaminata sunt verba, et disciplina sine probatione erat [66].

VERS. 22. « Qui est in dextra Dei, deglutiens mortem, ut vitæ æternæ hæredes efficeremur, profectus in cœlos, subjectis sibi angelis et potestatibus et virtutibus. »

Sicut per Filium Dei, quod Verbum est seu Ratio, essentiam cuncta rationalia, et ut essent, habuerunt : sic per eum omnium eorum salus effecta est. Qui enim non substantialiter, sed acquisitive sanctitatem habent, cum creaturæ sint, jure purgatio facta est circa cuncta, hoc modo habentia bonitatem. Unde etiam sublimi ore correctionem suscipiunt. Pacificavit enim Jesus per sanguinem crucis suæ, quæ in cœlis et quæ in terra sunt [67], omne bellum destruens et tumultum. Mox enim in descensu ejus et nativitate, facta de Virgine dictum est : « Gloria in excelsis Deo et in terra pax [68]. » Concorditer autem et in præsentibus dictum est, quia, cum resurrexisset a mortuis, et sederet in dextera, in excelsis, profectus in cœlum, subjecti sunt angeli ei, potestates atque virtutes. Sicut enim homines, abstinentes a peccatis subjecti sunt : ita et superiora rationalia correcta spontaneis culpis, quæ forsitan habuerunt, ei subjecta sunt, completa dispensatione habita, pro salute cunctorum. Possibile est autem, aliquos hujusmodi spontaneis passionis voluntatibus abstinentes dicere, quia non omnino mutatio facta significatur subditorum animalium supernorum. Cum tali intellectu, quæ scripta sunt, suscipiuntur, Deo Verbo exsistente Filio Dei, omnis creatura tanquam regi omnipotenti subdita est. Et quoniam hic Deus Verbum hominem assumpsit, eumque suscitans post mortem super omnia principia, potestates, virtutes et dominationes esse constituit : huic omnes angeli Dei, jussi eum adorare, subjecti sunt, scientes eum uniri cum Deo Verbo, cum in dextera divinitatis sit, et in nomine ejus non solum terrena et inferna, sed etiam cœlestia genu flectant, et omnis lingua ad gloriam Dei Patris Jesum Dominum esse confiteatur [69]. Cum autem omnem linguam audis, non humana solum debes numerare eloquia, sed etiam eorum qui sunt in cœlis. Dictæ enim sunt et illorum linguæ, cum ait : « Si linguis hominum et angelorum loquar [70]. »

CAP. IV, VERS. 17. « Si autem initium a nobis,

[61] Luc. I, 46. [62] Psal. XXXIII, 4. [63] Matth. VI, 9. [64] Ezech. XXXVI, 22. [65] Coloss. IV, 5, 6. [66] Eccli. XIX, 18, 19. [67] Coloss. I, 20. [68] Luc. II, 14. [69] Philipp. II, 10, 11. [70] I Cor. XIII, 1.

(84) Gall. *sperandarum*. Quæ conjectura ab iis quæ statim sequuntur, magnam habet commendationem.

(85) Interponendum videtur, *ad*.

(86) Fortasse, *nequientes*.

Digitized by Google Распознавание текста

quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio? et si justus quidem vix salvus sit, peccator et impius ubi parebit? »

Ὅτι ὁ καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι (τὸ κρῖμα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ), τουτέστιν ἐνστάντος τοῦ καιροῦ, τοῦ λαβεῖν ἀρχὴν τὸ « τοῦ Θεοῦ κρῖμα, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ » διαβαίνειν ἄρχεται, τουτέστιν ἀπὸ τῶν μειζόνων εἰς τοὺς ὑποδεεστέρους, ἤτοι ἀπὸ τῶν πιστῶν καὶ συμπληρούντων τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν. Διὸ καὶ ἐπιφέρει, εἰ πρῶτον ἀφ' ἡμῶν, ὄντων Θεοῦ οἴκου, (ἡ) ἐξέτασις τῶν βεβιωμένων γίνεται, τί χρὴ νομίζειν τέλος τοῖς ἀπειθήσασι τοῦ Εὐαγγελίου (τῷ Εὐαγγελίῳ) τοῦ Θεοῦ; —— Φάσκων οὖν ἄφευκτον ἀπαντήσεσθαι τοῖς τοιούτοις κόλασιν, ἣν τέλος αὐτῶν ὠνόμασε, περιγράφων ἣν εἶχον ἀπείθειαν, διεγείρει τούτους εἰς φόβον, τουτέστι τοὺς ἀπειθοῦντας τῇ θείᾳ διδασκαλίᾳ.

Instante jam tempore, ut initium sumeret Dei judicium, incipit facere transitum a majoribus ad minores. Quapropter ait: « Tempus inchoationis judicii ex domo Dei, » hoc est, a fidelibus et complentibus Dei viventis Ecclesiam. Unde etiam infert, si primum a nobis, qui sumus Dei domus, examinatio actuum cogitationumque fit, quem creditis terminum non credentibus Dei Evangelio pervenire? Per hoc certamen multumque timorem fidelibus infert, quatenus caute discant judicem, ad quem habere poterunt sine dubio rationem. Hos ergo excitans, ad timorem ejus invitat, dicens, non credentes divinæ doctrinæ inevitabilem suscepturos scilicet ultionem, quam finem eorum nominavit, circumscribentem (87) incredulitatem eorum.

Docens enim istis verbis et excitans potius eos inquit: Cum justus vix et cum potiori certamine queat adipisci salutem, quid oportet sentire de impiis, quoniam, per se judicati, ad judicium non resurgunt, et de peccatoribus, qui in concilio justorum non resurgunt [71]? His enim, qui bona gesserunt, ad resurrectionem vitæ venientibus, qui prava fecerunt, ad resurrectionem judicii suscitantur [72].

Μόλις γὰρ τοῦ δικαίου σῳζομένου, τουτέστι καμάτῳ καὶ θλίψει πολλῇ ἀγωνιῶντος, πῶς τὸ κατ' αὐτῶν ἐξελεύσεται κρῖμα, ἕως ὁ κριτὴς αὐτοὺς διακαιώσῃ;

Quapropter nequaquam inter bonos peccator et impius apparebit, cum justus vix salvetur æstuando et decertando, quomodo ejus judicium transigatur? Nam licet nihil pravi sibi sit conscius, verumtamen sciens, quoniam non in hoc justificatur, donec eum justificet judex, æstuat et decertat.

Quæstio, utrum aliud sit peccator, et aliud impius? Quia hic dicit, sicut et in aliis Scripturæ locis, ubi ait: « Ideo non resurgent impii in judicio, neque peccatores in concilio justorum [73]. » Ex hoc quidem ostenditur differentia duorum ordinum. In aliis autem eumdem peccatorem dicit et impium, cum ait: « Statuit autem suam charitatem in nobis Deus, quia, cum peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est [74], et mox ait: « pro impiis [75]. »

Ἔστι δὲ δίκαιος, ὁ ἐν πράξει Θεοῦ καθήκων· ἀσεβὴς δὲ πάντῃ ὁ ἔξω Θεοῦ τυγχάνων, ἁμαρτωλὸς δὲ ὁ περιεχόμενος μὲν Θεοῦ, ἄλλως δὲ καταφρονῶν καὶ παραβαίνων αὐτοῦ τοὺς νόμους. Εἰ δὲ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ὁ αὐτὸς λέγοιτο, τὴν διαφορὰν κατ' ἐπίνοιαν ἔξει· δυνατὸν γὰρ τὸν ἁμαρτάνοντα εὐθέως καὶ ἀσεβῆ εἶναι, τὸ διὰ καταφρονήσεως ἀσεβεῖν εἰς Θεόν.

Est equidem justus, qui in actione Dei se dedet; potest autem impius esse, qui omnino extra Dominum est, peccator autem, quem Deus quidem continet, sed ille contemnit eum, dum transgreditur leges ejus. Si vero aliquando in textu idem peccator et impius inveniatur, differentiam tamen habebit in intellectu. Possibile est autem eum qui peccat, mox et impium esse, quando per contemptum impie agit in Deum.

[71] Psal. I, 5. [72] Joan. V, 29. [73] Psal. I, 5. [74] Rom. V, 8, 9. [75] ibid. 6.

(87) Ex Græci exempli auctoritate scribendum videtur, *circumscribens*.

DIDYMI ALEXANDRINI

IN

EPISTOLAM S. PETRI SECUNDAM ENARRATIO.

CAP. II, VERS. 11. « Ubi angeli, fortitudine et virtute cum sint majores, non perferunt adversus eos exsecrabile judicium. »

Angeli manentes in sanctitate, quam habent a Deo, sunt potiores hominibus, licet excellenter beati sint homines: angeli siquidem custodiunt sanctos

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

viros, et eis auxiliantur, dum homines nequaquam valeant angelis præbere solatia. Sic utique et illud, quod in Evangelio de Joanne dictum est : « Quia nullus inter natos mulierum major sit eo [76], » cum potior illo inveniatur, qui in regno sit minor ; interpretati sunt sapientes viri, dicentes, quia cum sit perfectus inter homines, nullo mortalium minor est, quando, qui inferior est omnium supernorum rationalium, major est eo : quia non solum virtutis scientiæque differentia potiores sunt angeli, sed etiam quod non sint gravibus et passibilibus perplexi corporibus. Alter vero quidem dicit, nequaquam majores hominum angelos esse, non fortitudine et virtute, eo quod mortali vita privati sunt. Unus denique angelus percussit regis Assyriorum, sub uno momenti tempore, exercitum, centum octoginta quinque millia [77]. Et alter pene omnem populum Israelitarum vastavit ; nisi cito David rex eorum rogaret Deum, ut iracundiæ finem daret, et terminum ultionis, quæ illata fuerat propter peccatum, de populo numerato contractum [78].

CAP. III, VERS. 5. « Latet enim illos, hoc volentes, quia cœli erant olim, et terra ex aqua, et per aquam constituta verbo, et per quæ tunc mundus aqua inundatus deperiit : qui nunc autem cœli sunt et terra, eodem verbo repositi sunt, igni reservandi, in diem judicii et perditionis hominum impiorum. »

Multis mirum est, et ex istis verbis significari mundanas revolutiones atque mutationes. Sic enim habent : cœlum enim erat olim et terra ex aqua, et per aquam constituta verbo Dei, per quæ qui tunc erat mundus aqua inundatus deperiit ; qui autem nunc sunt cœli et terra, verbo repositi sunt, igni reservandi. Et post alia : « Novos vero cœlos et terram novam secundum promissa ipsius exspectamus. » Aiunt enim qui hac sententia detinentur : Sæculum erat olim, et terra absque cœlis, et terra, quæ nunc est, et extra istos, qui nunc sunt, novi cœli et terra nova erunt. Omnibus manifestum est, tres mundos per successionem consistere, quoniam scriptum est : « Qui nunc sunt cœli et terra eodem verbo repositi sunt ; » et mutatio denuo similis erit eis qui sub diluvio perierant. Agnovit autem hæc conscriptor Epistolæ ex verbis Jesu de consummatione sæculi sic probatis (88). « Sicut enim in diebus Noe comedebant et bibebant homines, nubebant et nuptui dabantur, vendebant, emebant, plantabant, ædificabant, usque ad diem, qua ingressus est Noe in arcam, et venit diluvium et tulit omnia, sic erit in præsentia Filii hominis [79]. » Amplius autem concionatur his verbis, cum dicit, igne solvendam hanc, quæ nunc inspicitur, creaturam. Ait enim venire judicii diem latenter, ut fur, in quo cœli magno impetu et sine dilatione transibunt, elementis utique tabefactis ab igne illato ; post quod cœlis radicitus amputatis novos cœlos, novamque terram futuram, in quibus justitiam et promissiones Dei in sua habitatione possideant justi. Non igitur ignorandum, præsentem Epistolam esse falsatam, quæ licet publicetur, non tamen in canone est (89).

Quæ hactenus egimus, non ea quidem esse videntur, quæ ad sacra Pentecostalia, quibus hæc scripta sunt, ducere animos ac satis præparare proprie possint : attamen non ita aliena sunt, ut nulla prorsus inde peti possit occasio ad instituendas eas meditationes, quas Spiritus sancti, Ecclesiæ in ipsa statim origine largis imbribus donati, læta sanctissimaque memoria quasi proprias sibi poscit. Ac si vel maxime concedam, *Enarrationem* Didymi, præterquam quod nunc æterno fere barbariei situ ac squalore victa sepultaque jaceat, ita suo ingenio comparatam esse, ut jure tuo tibi displiceat fere tota, nec satis possis nostræ ætatis felicitatem prædicare, quæ de veritate, simplicitate, elegantia denique interpretandi unice sibi gaudeat ac gratuletur : tamen in hoc ipso, quod Didymianum genus interpretandi, scilicet injucundum illud atque infructuosum, alienum a te habeas ac tædii plenum, parata tibi est haud indigna meditationum vere Pentecostalium occasio atque materia. Etenim, quibus nostra præ aliis suo jure gloriatur felicior ætas, eccuinam debentur illa? Nonne omne quod bonum inter homines Christianos habetur et gloriosum? nonne omne virtutis laudisque honestæ studium, omnisque denique ad veritatem alacrior progressus, uni debentur Spiritui sancto, divino illi atque magnifico Ecclesiæ auctori, ductori, promotori, cujus largitionibus inde a prima donorum effusione nec intermissis, nec intermittendis unquam hi ipsi dies sacri habentur? At vero, dum hæc meditaris, attendas, quæso, Spiritum istum divinum nemini invito ac repugnanti unquam contigisse, sed cum iis tantum hominibus communicari, in iisque tantum delectari, qui puris cordibus, studiis honestis, indefessis laboribus, precibus denique ardentibus id agant, ut digni habeantur, quibuscum habitet, suaque dona integra communicet. Igitur hoc meditemur, hoc imbibamus penitius, quod graviter admonuit Paulus apostolus : Μὴ λυπεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως, id est : « Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis [80]. »

[76] Luc. VII, 28. [77] IV Reg. XIX, 35. [78] II Reg. XXIV, 16 sqq. [79] Luc. XVII, 26, 27. [80] Ephes. IV, 30.

(88) Recte Gall., *prolatis*.
(89) Conferantur quæ de hoc loco uberius exposui *Quæst. ac Vind.* col. 1576.

Digitized by Google Распознавание текста

DIDYMI ALEXANDRINI

IN

EPISTOLAM DIVI JOANNIS PRIMAM ENARRATIO.

CAP. I, VERS. 1. « Quod erat ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod inspeximus, et manus nostræ contrectaverunt, de Verbo vitæ. »

Multi per hæc verba putant præsentiam Salvatoris, post resurrectionem factam, discipulis demonstrari, asserentes quia dixerit Joannes hæc de se cæterisque discipulis, quia prius audierint, quoniam Dominus resurrexerit, postea vero oculis inspexerint, ita ut contrectarent pedes et manus et latus ejus, et sensu caperent fixuras clavorum ejus, etc. Nam licet solus Thomas palparet eum [81], attamen hoc omnibus repræsentatum, cum ipse Salvator dixerit universis : « Palpate me et videte, quoniam spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere [82]. » Alii vero profundius hæc verba suscipiunt, eo quod non simpliciter dixerit, « manus nostræ contrectaverunt, » sed adjecerit, « de Verbo vitæ ; » insuper et illud, « quod erat ab initio. » Idem vero significant hæc verba, quibus ait, « qui erat ab initio, » quod (90) illud, ubi ait : « Ego sum, qui sum [83]. » Quomodo enim, qui existentia ut sint, præparat, non rationabiliter dicatur, quod erat, dum hoc de nullo alio quam de Deo Verbo verum possit existere?

Ἕκαστον τῶν γεννητῶν τι εἶναι λέγεται, οἷον εἶναι ἄγγελος, εἶναι ἥλιος, εἶναι οὐρανός, μόνος δὲ ὁ Σωτὴρ καθάπαξ ὢν τυγχάνει, οὗ μετέχοντα τὰ πάντα εἰς ὕπαρξιν ἔρχεται. Τούτου ἀκρόασιν πρότερον κατὰ εἰσαγωγικὴν διδασκαλίαν δεξάμενός τις ἔρχεται εἰς τὸ ἰδεῖν αὐτὸν ἐπιστημονικῶς μετὰ πολλὴν γυμνασίαν, ἥτις ψηλάφησις περὶ τοῦ Λόγου τῆς ζωῆς εἴρηται, τῆς εἰποὺσης, ὅτι « Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή· » λελέξεται δὲ καὶ οὕτω· Περὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος ἀκηκόαμεν διὰ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, ὡς ἐλεύσεται, τοῦτον ἐλθόντα ἐμφανῶς τοῖς ὀφθαλμοῖς εἴδομεν, οὐχ ὡς ἔτυχε, συγκαταθέμενοι τῷ ὀφθέντι σαρκὶ, ἀλλὰ μετὰ πολλὴν ψηλάφησιν, ἐρευνῶντες πᾶς περὶ αὐτοῦ μαρτυρούσας Γραφὰς, ἐπιστεύσαμεν τῷ περὶ τῆς ζωῆς Λόγῳ.

Singula namque creaturarum aliquid esse dicuntur, ut et esse angelum, solem, cœlum : solus autem Salvator est omnino quod est, quo participantia universa veniunt ad essentiam. Hujus autem quilibet auditum prius per introductionem doctrinæ suscipiens, ad hoc venit, ut eum disciplinabiliter possit inspicere, post multam scilicet exercitationem, quæ contrectatio de Verbo vitæ vocatur. Qui utique vere dixit : « Ego sum vita [84]. » Exponitur autem etiam sic (91) : De eo, qui erat in principio, per legem audivimus et prophetas, quia venturus esset, hunc venientem aperte oculis nostris vidimus, non fatuite consentientes ei qui in carne visus est, sed cum multa contrectatione perscrutantes Scripturas, de ipso testimonia perhibentes, et ita credidimus de Verbo vitæ.

Mystice vero hæc quilibet advertens dicere poterit, non incongrue positum « vidimus » et « inspeximus, » sed unicuique verbo subjacere significantiæ propriæ rationem. Cum enim Salvator, de quo ista conscripta sunt, Deus Verbum factus sit caro [85], Verbum dispensatione suscepta respiciens (92), qui (93) in humanitate Christi videt eum sensibiliter, perceptionem habens visibilis personæ, advertens autem divinitatem, inspicit eum gloriam habentem, tanquam Unigeniti a Patre, plenum gratia et veritate [86]. Has duas perceptiones, id est, sensibilem et intelligentiam (94) demonstrat etiam ille qui dicit : « Etsi cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non cognoscimus [87]. » Quia vero inspiciendi sermo intellectualem significat perceptionem, manifestant etiam hoc illa verba : « Beati mundo corde, quoniam ipsi videbunt Deum [88]. » Hæc itaque differentia videndi (95) et inspiciendi sic maneat, quomodo utraque sunt

[81] Joan. xx, 27. [82] Luc. xxiv, 39. [83] Exod. iii, 14. [84] Joan. xiv, 6. [85] Joan. i, 14. [86] ibid. [87] II Cor. v, 16. [88] Matth. v, 8.

(90) Ex Gallandii correctione. Antea scriptum fuit, *quid*.

(91) Ita verius orationem distinxit Gallandius.

(92) Hæc aliquo vitio laborare videntur. Si exciderunt aliqua, putaverim hæc fere excidisse : *Joannes hoc dixit.*

(93) Ante Gallandium, *quis*.

(94) Muenchmeierus meus, cujus opera atque ingenio in his edendis egregie adjutum me esse gratus confiteor, recte, si quid video, *intelligibilem* conjecit.

(95) Male ante Gall., *vivendi*.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

simul. Nam aliquando intelligibilis inspectio visionis voce significatur, ut est illud : « Qui videt me, videt et Patrem [89], » non quia Patrem quis oculis carnis vidit, quisquis enim est ex Deo, hic videt Deum [90].

VERS. 2. « Et vita palam facta est, et vidimus et testamur et nuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, » etc.

Vitam, quæ erat in Patre, palam factam nobis vidimus, ait. Congruenter dictum est « vidimus » eam; et audientes de eadem hac palam facta vita, testimonium perhibentes « annuntiamus » et « vobis, » quos consequens est videre eam manentem; siquidem differentia videndi et conspiciendi. Hæc dicenda sunt : Quod vidit aliquis, nuntiare poterit alteri, cum de inspectione non omnino possit hoc fieri. Multa enim, quæ perfecte inspecta cognoscuntur, voce significari non possunt, dum per eruditionem ineffabilem cognoscuntur, et sunt vocis indicatione (96) mortalis : non enim licet homini loqui hæc, hoc est impossibile. Hoc ergo animadvertendum est, quia testimonium perhibentes et vitæ ejus non commendant ea de quibus testantur; sed semetipsos ipsius testimonii confessione meliorant. Denique pietatis athletæ (97), quos consuetudo fraterna martyres vocat, id est *testes*, videmus, quia semetipsos equidem ornaverunt, quod autem in suo martyrio (98) veritati aliquid addiderant.

VERS. 5. « Et hæc est annuntiatio, quam audivimus ab eo, et indicamus vobis, quoniam Deus lux est, » etc.

Ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ταύτην τὴν ἀγγελίαν γενομένην ἡμῖν, δηλοῦσαν, ὡς φῶς ὑπάρχων ὁ Θεὸς, οὐδεμίαν σκοτίαν ἔχει ἐν ἑαυτῷ· ταύτην καὶ ὑμῖν προσφέρομεν, ἵνα τὴν αὐτὴν ὑμῖν (ἡμῖν) περὶ Θεοῦ δόξαν, « ὡς ὄντος φωτὸς, » ἔχητε. Φῶς δέ ἐστιν ὁ Θεὸς νοητὸν, ἀΐδιον. Οὐδὲν γὰρ αἰσθητὸν ἀεὶ ὑπάρχει· τούτῳ τῷ φωτὶ ἐναντίως νοητέον τὴν σκοτίαν, ἄγνοιαν καὶ ἕξιν χείρονός τινος (ἕξιν χειρίστην) οὖσαν. Ἐπεὶ οὖν οὐδέτερον τῶν εἰδῶν τῆς σκοτίας, οὔτε ἄγνοια, οὔτε κακία, ἐν Θεῷ ἐστιν, εἰκότως εἴρηται, μηδεμίαν σκοτίαν ἐν αὐτῷ εἶναι.

Ab ipso Salvatore annuntiationem discipulis factam scripsit, qua declaratur, quia cum Deus lux sit, nullas tenebras habet in semetipso. Hanc annuntiationem et vobis, inquit, offerimus, ut eamdem, quam nos, de Deo sententiam habeatis, « quoniam Deus lux est. » Lux vero est Deus intelligibilis atque perpetua. Nihil enim sensibile semper manet. Huic luci contrarias esse tenebras, intelligendum est, quæ tenebræ ignorant eum, et habitus deteriores sunt. Quia ergo neutra species tenebrarum, hoc est, nec ignorantia, nulla (99) nequitia est in Deo, jure dictum est, nullas tenebras in eo esse.

Possibile est, non pro his tantummodo dictum esse : « Tenebræ in eo non sunt ullæ. » Sunt enim (dicta) de cunctis speciebus ignorationis atque malitiæ. Quia enim malitia in Deo non est, constat ex eo, quod dictum est : « Fidelis Deus [91], » et, « Non est injustitia apud Deum [92], » et iterum : « Quid ergo dicemus? injustitia apud Deum? Absit [93]. » Ad hoc percipiendum est etiam illud, quod dictum est : « Rectus est Dominus Deus, et non est injustitia apud eum [94]. » Quia vero nec ignorantia in eo est, manifestat Daniel, de eo dicens : « Qui cognoscit quæ in tenebris sunt, et lux cum eo est [95], » et illud : « Occultorum agnitor Deus, cognoscens omnia, antequam fiant [95a]. » Si enim habet scientiam occultorum atque tenebrosorum et omnium quæ facienda sunt, cujus ulterius erit ignarus? Non habet igitur communionem hæc lux cum ignoratione intelligibilium. Unde scriptum est : « Quæ communio luci ad tenebras [96]? »

Εἰ δὲ εἴρηταί που, ὅτι σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ (1), σκότος ἐν τούτοις λέγεται ἡ ἐν ἀκαταληψίᾳ ἀσάφεια. Ἄγνοιαν δὲ ἡμῶν δυνατὸν εἶναι τὴν ἀσάφειαν οὐ μὴν τοῦ Θεοῦ, φωτὸς ὄντος.

Si volunt hæretici dicere, ut derogent deitati, discordare præsentia ad illud, quod dictum est : « Posuit tenebras latibulum [97], » hoc est Deus; et illud : « Intravit Moyses in nubem, ubi erat Dominus [98] : » sciant tenebras in his significare incomprehensibilitatis ejus obscuritatem. Possibile est namque per ignorantiam nostram rationum hanc fieri nobis obscuritatem, non in Deo, qui lux est. Ipsis quoque sermonibus advertendum est, quia idem significat id, quod dictum est, in tenebris et nube seu caligine Deum esse, et latibulum suum in tenebris posuisse, quod significaretur ex his verbis : « Et tenebræ in eo non sunt ullæ. » In ipso igitur non sunt tenebræ, quia neque naturæ ejus est has habere : ipse vero in tenebris et caligine esse videtur nobis, utique comprehensionem ejus non habentibus, cujus substantiæ esse noscatur.

VERS. 8. « Si dixerimus societatem habere cum eo, et in tenebris ambulamus, mentimur, et non facimus veritatem, » et reliqua.

Quoniam cum Deus lux sit, sine participatione omnium tenebrarum est, et nullam communionem cum eis habet, qui ex ejus illuminatur luce, ambulat in lumine secundum verba ipsius Salvatoris, dicentis : « Donec lumen habetis, ambulate in lumine, ne vos tenebræ comprehendant [99]; » et iterum : « Ego sum lux mundi; qui me sequitur, non ambu-

[89] Joan. VI, 46. [90] Joan. XIV, 9. [91] I Cor. I, 9. [92] Joan. VII, 18. [93] Rom. IX, 14. [94] Psal. XCI, 16. [95] Dan. II, 22. [95a] Dan. XIII, 42. [96] II Cor. VI, 14. [97] Psal. XVII, 12. [98] Exod. XX, 21. [99] Joan. XII, 35, 36.

(96) Pro *indicatione*, quod Gallandii est, scriptum antea fuit *judicatione*. In eodem commate post *sunt*, repone, *super*.

(97) Melius, *athletas*.

(98) Nexus sententiarum flagitat ut interponas *non*.

(99) Recte Gallandius, *nec ulla*.

(1) Respicit locum Ps. XVII, 12, καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ.

Digitized by Google Распознавание текста

lat in tenebris, sed habebit lucem vitæ [1]. » Quisquis enim peccando in tenebris ambulans dixerit, se communionem habere per participium apud Deum, et mente non esse tenebrosa, mentitur, non faciens veritatem. Si enim veritas rebus ipsis manifestatur per eos a quibus agitur, id est rebus ipsis, fallitur qui non facit ea, licet pura verbi prolatione dicat se confiteri veritatem.

CAP. II, VERS. 3, 4. « In hoc scimus, quoniam cognovimus eum, si mandata ejus servamus. Qui dicit se eum scire, et mandata ejus non servat, mendax est, » etc.

Τὸ γινώσκειν ἐν τῇ Γραφῇ μάλιστα οὐκ ἀεὶ τὸ ἐπίστασθαι δηλοῖ, ἀλλὰ καὶ τὸ πεῖράν τινος ἐσχηκέναι καὶ ἠνῶσθαι αὐτῷ.

Sciendi seu cognoscendi sermo in Scriptura divina præcipue, non semper notitiam manifestat, nisi experimentum alicujus habere rei, et uniri, tanquam in eo, qui non scivit peccatum, ut illud: « Nunquam vos agnovi, operarii iniquitatis [2]. » Peccatum enim nescivit, non quod non habuit notitiam quid esset peccatum, sed quia non fecit illud; peccatum namque non fecit [3], licet expertus sit omnia secundum similitudinem [nostram præter peccatum [4]. Secundum hanc similitudinem (2)] qui custodit mandatum, non cognoscit verbum malignum [5]. Dicit autem ipse Jesus operariis iniquitatis: « Nunquam vos agnovi, » ostendens, quoniam nunquam cum eo participati sunt, quibus hoc dicebatur. Hoc modo namque accipiendum est et illud: « Tunc autem cognoscentes Deum, magis autem cogniti a Deo [6], » et illud: « Novit Dominus qui ejus sunt [7]. » Quia vero et pro nosse [et dictum esse (3)] positum est sciendi verbum, aperte videtur ex eo quod dictum est: « Quoniam cognovi peccata vestra. » Deus enim scit peccata, quia illorum habet apud se notitiam. Hoc quoque modo sumendum est etiam illud: « Vos estis justificantes vos ipsos coram hominibus, Deus autem cognoscit corda vestra. » Similis etiam veritatis est et illud: « Sciens autem Jesus malitiam eorum [8], » et illud: « Sciens cogitationes eorum [9]. » His ita distinctis,

ὁ λέγων οὖν ἐγνωκέναι τὸν Θεὸν, ἐν τῷ ἀνακεκρᾶσθαι αὐτῷ καὶ μετέχειν αὐτοῦ, ἑπόμενον ἀναγκαίως ἔχει, τὸ τηρεῖν αὐτοῦ τὰς ἐντολάς· διὸ καὶ ἀντιστρέφει ἑκάτερα τὰ σημαινόμενα τοῦ

qui dicit se scire Deum et copulatum ei, et habere participium ejus, necessario consequenter habebit, ut et ejus mandata custodiat; quoniam hoc quoque reciprocum est, dum omnino mentiatur, qui, mandata ejus non servans, eum se habere confirmat. Utraque enim hæc significantia ex præsentibus indicatur. Ait enim: *In hoc scimus*, hoc est, notitiam habemus, et sequitur, *quoniam cognovimus eum*, id est, uniti et adhærentes ei, et ejus mandata servantes. Nam qui non servat ea, palam est quod a scientia Dei videtur extraneus.

Sic enim sacerdotes filii Heli nescierunt Dominum, nequaquam mandata ejus servantes, licet haberent simplicem ejus comprehensionem, cum sacerdotes essent [10]. His ita manifestatis, qui vult scientiam habere Dei, vacet ab omnibus, per quæ minime mandata Dei servantur. Hæc enim sunt nequitiæ materialesque passiones. Sicut enim, nesciens peccatum Jesus neque operatio iniquitatis, plenitudini non fraudatur (4), cum sit sapientia et veritas Dei, ita, nesciens judicii diem, non minuitur; quia neque, quando dicitur Deus in Scripturis sanctis oblivisci et pœnitere et irasci, divinitate minuitur. Quo enim modo illa panduntur, eodem et quod dictum est de judicii ignoratione res obliviscitur (5): sicut enim, cum Deus solus sit sapiens et scientiam habeat omnium, oblivio passibilis et pœnitentia aut aliquid hujusmodi in eo nequaquam exsistit, cum utique de eo dispensa vitæ (6) dicantur. Ita ergo sapientia et veritate Dei ignorantiam non recipiente, propter quamdam utilitatem horum, et diem judicii dicitur ignorare, quorum singula aperte monstrabuntur, cum de his fuerit dicendi propositum.

VERS. 5. « Qui custodit verbum ejus, vere in hoc charitas Dei perfecta est. » Et reliqua.

Qui vere, ex tota anima et ex toto corde diligit Deum, ejus imperii verba custodit, et re ipsa cognoscitur dilectionem Dei habere, ex qua reprobatur hæc modo causa. Qui Deus cum ejus servantur verba diligitur (7), et probatur eum habere, qui ejus cognoscitur mandata servare. Quod vero dilectio causa est ejus servandi mandata, manifestatur ex eo, quod dictum est: « Si quis me diligit, mea mandata servabit [11], » et ex illo: « Si quis diligit, verbum meum custodit, et Pater meus diliget eum [12]. » His itaque consonanter dicendum est, legem et prophetas pendere per mandata dilectionis [13]. Quia vero e diverso sententia ad nos con-

[1] Joan. VIII, 12. [2] Luc. XIII, 27. [3] I Petr. II, 22. [4] Hebr. IV, 15. [5] Prov. XIX, 16; Eccle. VI, 5. [6] Gal. IV, 9. [7] II Tim. II, 19. [8] Marc. XII, 15. [9] Matth. XII, 25. [10] I Reg. II, 22 sqq. [11] Joan. XIV, 15. [12] ibid. 23. [13] Matth. XXII, 40.

(2) Hæc, a *Bibliothecis* Coloniensi et Lugdunensi perperam omissa, ex Parisiensi revocavit Gallandius.

(3) Hæc delenda censeo.

(4) Locum, quem nec Gallandius sanavit, ita restitui posse putaverim: *Sicut enim nesciens peccatum Jesus et operationem iniquitatis, plenitudine (divinitatis) non fraudatur.*

(5) Locus ita restituendus: *Quo enim modo illa panduntur de judicii ignoratione, eodem et quod dictum est, res obliviscitur (Deus).*

(6) Legendum, *dispensative* (οἰκονομικῶς).

(7) *Ex qua reprobatur . . . . diligitur.* Hæc, ut leguntur vel apud Gallandium, sensu carent. Conjeci equidem: *ex qua re probatur hæc modo causa, quia Deus, cum ejus servantur verba, diligitur.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

versa accusabili ostendit causam probatione, manifeste monstratur ex eo, quod dictum est : « Qui habet mandata mea et servat ea, hic est, qui me diligit [14], » simul et ex præsenti sermone, quod dictum est : « Qui custodit verbum ejus, in hoc charitas Dei perfecta est. » Vere perfectam dilectionem dicens, per quam nihil malorum atque fallacium rerum quis ab hac dilectione poterit segregari (8).

VERS. 7. « Charissimi, non novum mandatum scribo vobis, sed mandatum vetus, quod habuistis ab initio, » etc.

Quia forte derogabant aliqui evangelistæ (9) tunc doctrinæ, tanquam heri et nuper inceptæ, docet, quia mandatum scribit, non tunc primitus hominibus datum, sed vetus, et quod antiquitus habuerunt. Priscum namque mandatum est : « Diliges Dominum Deum tuum [15], et proximum, sicut te ipsum [16]; » quoniam auditum fuerat hoc mandatum olim et a longo jam tempore, sapienter antiquum et in notitiam hominum jam venisse prædicatur.

Ἴσως ἐρεῖ τις· Πῶς οἷόν τε ἐστὶ νοεῖν τὴν γραφομένην περὶ ἀγάπης ἐντολὴν ἀπ' ἀρχῆς εἶναι καὶ ἠκοῦσθαι τούτοις, οἷς ἡ Ἐπιστολὴ γράφεται ; [Εἰ μὲν γὰρ Ἰουδαίοις ταῦτα γράφει, εἰκότως τὴν περὶ ἀγάπης ἐντολὴν οὐ καινὴν εἶναί φησι, πάλαι γὰρ αὐτὴν διὰ τῶν προφητῶν ἐπηγγείλατο (11).] Εἰ δὲ οὐκ Ἰουδαῖοι ἦσαν, ὡς παρίστησι τὸ τέλος τῆς Ἐπιστολῆς, μήποτ' οὖν ἐντολὴ παλαιὰ καὶ ἀπ' ἀρχῆς ὑπάρχουσα καὶ ἀκουσθεῖσα πᾶσιν ἀνθρώποις ἐστὶν ἡ κατὰ τὰς φυσικὰς ἐννοίας φιλικὴ διάθεσις. Πάντες γὰρ φύσει ἥμερα καὶ κοινωνικὰ ζῶα ὄντες ἀγαπῶσι τοὺς πλησίον.

Poterit autem (10) aliter dicere : Quomodo possit intelligi hoc mandatum, quod scribitur de charitate proximi, ab initio esse, et ab eis, quibus nunc scribit, auditum ? cum non Judæi, sed gentiles essent, sicut ostendit finis Epistolæ ; hoc enim sermone terminatur : « Filioli, custodite vos ab idolis. » Unde considerandum est, ne forte vetus mandatum dicat et ab initio exsistens, quod etiam ab omnibus hominibus est auditum, id est, amabile effectum per naturalem accedentem sensum. Omnes enim homines cum sint naturaliter mansueta et communia animalia, diligunt proximos.

Unde Salvator ad hunc naturalem affectum movens (12) ait : « Omnia, quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, et vos facite similiter [17]. » Cum dicit, vetus esse mandatum, ostendit non illud, quod ejus alio se succedente (13), sicut est secundum litteram testamentum legis. Quæ igitur ista sunt vetera ? Non propter tempus, et quod eis ab aliis succedatur, vetera sic dicuntur, sed quod antiqua sint et non modo primo cœpta. Ad hanc significationem referendus est et Antiquus dierum, qui prophetæ monstratus est [18]. Sed et jam his, qui (14) propositum habet commendandi præsentia, de dilectione proximi, antiquitus a Moysis temporibus inchoatum dicit, cum mandatum et propter antiquitatem, non propter successionem vetus fuisset dictum. Non enim omnia mandata, quæ in antiqua Scriptura referuntur, præterierunt, aliis succedentibus. Semper etenim manent, sicuti præsens, et de honore parentum, et hujusmodi mandata similia, dum figurativa solummodo, et quæ sunt futurorum umbræ transierunt.

VERS. 15, 16. « Nolite diligere mundum, nec ea quæ sunt in mundo. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo. Quoniam omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, » etc.

Quoniam amicitiæ sunt erga Deum, ita ut, qui voluerit esse mundi, inimicus constituatur Dei [19], consequens est ergo, qui voluerit amicus esse Dei, ita ut habeat in semetipso charitatem ejus, recedat a charitate mundi, et quæ in eo sunt.

— Εἶτα μὴ (15) νομίσῃ τις τὸ σύστημα, τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς παρίστασθαι ἐνταῦθα, ἐκ τῆς κόσμου φωνῆς ἡρμήνευσε, τίνα τὰ ἐν αὐτῷ τυγχάνει, ἵνα ἐπομένως καὶ αὐτοὶ (16) ἐκλάβωμεν. Ἔστι τοίνυν τὰ ἐν αὐτῷ ἐμπαθὴς καὶ ὑλικὴ διάθεσις, σημαινομένη δι' ἐπιθυμίας σαρκὸς, τῆς στρατευομένης κατὰ τῆς ψυχῆς — καὶ ὀφθαλμῶν ὄρεξις.

Ne quis autem putet, ex eo quod dixit, mundum, universitatem cœli et terræ et quæ in eis sunt, indicari, interpretatus est ea quæ in mundo sunt, ut consequenter etiam eum intelligere valeam. Est igitur in eo passibilis et intellectualis affectus et appetitus, qui per carnis concupiscentiam militare adversus animam designatur.

Contra quam admonitio præbetur, sic dicens : « Non te vincat concupiscentia pulchritudinis [19a]. » Et

[14] Joan. XIV, 21. [15] Deut. VI, 5. [16] Levit. XIX, 18. [17] Matth. VII, 12. [18] Dan. VII, 9, 13, 22. [19] Jac. IV, 4. [19a] Prov. VI, 25.

(8) Ita Gallandius ex conjectura. Vulgaris lectio aperte falsa hæc est, *fallacium eum, qui ab hac dilectione poteris segregari*. Nec tamen Gal. mihi satisfecit. Videntur aliqua excidisse, nescio quæ.

(9) Cave, ne Basnagii errorem erres, vocabulum *evangelistæ*, nominativum pluralem esse temere opinantis atque locum nostrum inde graviter increpantis. Sententia plana est, modo teneas, *evangelistæ* esse genitivum singularem.

(10) Excidisse videtur, *aliquis*. Cfr. verba Græca.

(11) Uncis inclusa omisisse videtur Epiphanius in versione.

(12) F. *monens*. Tamen vulgaris lectio ferri potest.

(13) Gallandio haud sanus esse locus videtur. Münchmeierus meus pro *ejus* ut reponerem *vetus* persuasit fere. Si legitur *quod vetus est alio succedente*, vel *alio in se succedente*, sensus bonus est.

(14) Fortasse ita, *sed etiam his, quibus*.

(15) *Ἵνα μή* cod. D. Quæ lectio ad versionem Latinam propius accedit. Mox pro ἐκ τῆς κόσμου legendum est, ex ejusdem codicis auctoritate, ἐκ τῆς τοῦ.

(16) Si versionem Latinam sequeris, scribendum est αὐτόν.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

alia sententia, quæ dicit : « Omnis qui vidit mulierem ad concupiscendam eam, jam adulteratus est eam in corde suo [20]. » Ad hæc autem oculorum concupiscentia est omne, quod per aspectum ad dilectionem irrationabilem usque perducit. Ab hac igitur dilectione nos convenit abstinere, scientes, quia talis mundus transit cum concupiscentia sua, cum utique temporalis exsistat, et a nobis charitatem accipiat. Dei cum sanctis voluntas semper manens virtus est. De qua scriptum est : « Justitia immortalis est [21] ; » et iterum : « Justitia ejus » (hoc est viri beati per reverentiam) « permanet in sæculum sæculi [22]. » Quia Dei vero voluntas in actione consistit, indicatur per hoc, quod ait : « Non omnis qui dicit mihi : Domine, Domine, introibit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei [23]. » Per hoc repræsentata generali et actuali virtute, earum species agnoscitur et ex eo, quod dictum est : « Inveni David, virum secundum cor meum, qui facit omnes voluntates meas [24]. »

Δυνατὸν δὲ ἐκ τῶν προκειμένων ἐκδέξασθαι καὶ περὶ τοῦ ὁρατοῦ κόσμου, οὐκ ἔτι ἀγαπωμένου ὑπὸ τῶν ὑπεραναβάντων τῷ σκοπεῖν οὐκέτι τὰ πρόσκαιρα, ἀλλὰ τὰ αἰώνια. Καὶ ἐπεὶ οἱ ἐν αὐτῷ τὸ φιλοζωεῖν προτιθέμενοι διατρίβειν παθητικῶς μεταχειρίζονται τὰ αἰσθητὰ, εἰκότως, ἀλαζονεία βίου καὶ σαρκὸς καὶ ὀφθαλμῶν ἐπιθυμία εἴρηται εἶναι ἐν αὐτῷ (17), ὧν πάντων ὁ ὑπερφρονῶν ὑπερκόσμιος ἔσται, ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ μένον ἀεὶ, καὶ ἀγαπῶν τὸν Θεόν.

Possibile est ex præsentibus verbis visibilem mundum intelligi, id est, non esse diligendum ab eis, qui valde præcellunt, dum considerant non præsentia, sed æterna ; et quoniam, qui habent in ejus amore vivendi propositum, passibiliter in rebus insensibilibus habitare contendunt, recte superbia sæculi et carnis atque oculorum concupiscentia esse dicitur in eis. Quicunque omnia contemnit, supra mundum erit, diligens Deum et faciens voluntatem ejus, qui permanet in æternum.

Vers. 18, 19. « Filioli, novissima hora est, et sicut audistis, quoniam Antichristus venit. Et nunc autem Antichristi multi facti sunt. Unde dignoscimus, quia novissima hora est. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Sed si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum, » etc.

Non de omnibus, qui fallacem doctrinam habent, hæc scribuntur, sed de solis declinantibus ad falsam sectam, post instructionem evangelicam, qui tanquam ex Christianis facti noscuntur Antichristi : quoniam quantum ad hoc, quod aliquando susceperunt doctrinam Christi ex discipulis Christi, extra eos facti sunt, eligentes fallacibus inesse doctrinis. Quapropter licet annuntient Scripturas, non sunt A respiciendi, cum utique ab earum voluntate recesserint, et ad impios sensus accesserint : palam facti sunt enim recedentes ab unctione, quam habebant a sancto Spiritu, eo videlicet ostentantes, quod sint Antichristi. Christianismi quicunque sunt participes, Christi in eis permanet unctio, id est, chrisma a sancto percipientes, ut possint scientiam spiritualium habere cunctorum ; dum illi sint Antichristi, qui ab Ecclesia Salvatoris abscesserint, ut etiam præsidere videantur hæresibus. Recte siquidem dicitur, quod de solis eis sit indicatum hoc, quod ait, « Ex nobis exierunt : » quia prave sentientes, noluerunt esse nobiscum, propter ipsam utique falsæ scientiæ voluntatem a nobis alienati. Quia vero non de omnibus false docentibus hoc B scriptum est, cunctis palam est. Non enim alios Antichristos vocari moris est, quam eos, qui falsa de Christo docent ; mundi scilicet sapientibus non in hac significatione subjectis. Requirendi sunt etiam ex hoc verbo, hi qui diversitatem naturarum introducere moliuntur. Quid autem in hoc, ubi dictum est, « Ex nobis exierunt ? » Quomodo enim terreni a spiritualibus sunt egressi, cum semper secundum eos longinquo consistant, propter diversitatem substantiæ ? quomodo autem etiam permanere potuerunt nobiscum, terreni scilicet exsistentes ? dum nec quantulumcunque simul valeant esse virtutis insusceptibiles et illi, qui eam habere noscuntur. Igitur, licet figurate dicta sint hæc, attamen voluntariam C necessitatem ostendunt, a quorum et cohabitatione, quæ potest esse malis viris cum bonis, abscesserint, dum vitio suo tales sint facti. Non igitur oportet intelligi contrarietatem hoc verbo significari naturarum ; nam si secundum idem ex nobis fuerunt, vel non fuerunt, oppositio jure monstratur. Quia vero secundum aliud quid ex nobis sunt, accedentes ad Scripturam divinitus inspiratam, secundum aliud vero non ex nobis sunt, alium præter nostrum habentes sensum, palam est ex eo, quod unguentum habeant a sancto hi, a quibus recesserunt mali, ut sciant omnia dogmata Ecclesiæ recta complecti. Consequens est enim, quod, qui semetipsos collegio fidelium segregarunt, Antichristi sunt. Quomodo enim non sunt Antichristi, qui contraria sapiunt, D quam Christi confitetur Ecclesia ?

Vers. 29. « Si scitis, quoniam justus est, scitote, quoniam et omnis, qui facit justitiam, ex eo natus est. »

Ὁ διειλημμένως, φησὶν, ἐπιστημονικῶς περὶ Θεοῦ, ὡς ὄντος κατ' οὐσίαν δικαίου, εὐθέως γνῶσιν ἕξει, ὡς γεννᾶται ἐκ τούτου, ὁ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ ποιῶν·

Qui disciplinabiliter animadvertit de Deo, qui substantialiter justus est, mox scit, quoniam ex eo generatur, qui justitiam ejus facit :

sicut is, qui scit eum sanctum, magis autem

[20] Matth. v, 28. [21] Sap. I, 15. [22] Psal. CXI, 9. [23] Matth. VII, 21. [24] Act. XIII, 22.

(17) Patet scribendum esse αὐτοῖς.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

sanctimonium exsistere, tradit semetipsum ut sanctificetur, certe sciens illud, quod ait : « Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum [25]. » Bene autem dictum est, « qui facit; » non enim dixit : qui fecit, vel : qui facturus justitiam. Operantem enim justitiam commendat virtus, cum sit scilicet actualis. Nullus itaque antequam faciat quæ virtutis sunt, justus est, sed neque dum cessaverit operari eam. Quod vero Deus justus est, ex multis valet agnosci. Moyses enim, « Sanctus, inquit, et justus [26] » Dominus. Sicut et per Psalmistam dicitur : « Justus Dominus, et justitiam dilexit [27]. » Iste (18) item Pater Salvatoris. Dicit enim ad Deum, « Pater juste, mundus te non cognovit [28]. » Cum ergo hujus sit Filius, tanquam Deus ex Deo, et sanctus ex sancto, ita est et justus ex justo. Nec repugnat his verbis, quod dicitur, eum esse justitiam. Quia enim per substantiam, hoc est, dicitur esse justitia simul et justus, quando is, qui per participationem justus est, nunquam proprie justitia nuncupatur, nisi forte ipsum habitum, pro eo, qui habet eum, quilibet intelligat. Quo verbo etiam Apostolus usus est, dicens fideles fieri in Christo justitiam : « Eum, inquit, qui peccatum non novit, peccatum pro nobis fecit, ut nos essemus justitia Dei in eo [29]. »

CAP. III, VERS. 2. « Charissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum manifestatum est, quod sumus. Scimus quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus, » etc.

Per ea quæ scribit, excitat auditores, ut agnoscant quales ex Deo sint facti, dicens : O confideles nostri, digni exsistentes ut diligamini, filii Dei sumus, jam a præsenti sæculo : quod sæculum significat, eo quod nunc tales simus, dum constat in nobis, sicuti possibile est in præsenti vita, filiorum adoptio. Sicut enim ex parte cognoscimus, et arrhas Spiritus nunc habemus, sic et particulam (19) (ut ita dicam) filiorum adoptionem possideamus, dum ad plenum eam in futuro percipiamus. Nondum vero manifestum est, (20) virtus et operatio ejus aperta sit : attamen, licet ita se res habeat, scimus quia, cum apparuerit, quod futuri sumus, similes ostendemur Patri nostro, visuri eum, sicuti est, hoc est perfecte et indifferenter videntes eum. Dum ergo sit exspectatio, et speret unusquisque, similem se fore Deo, ut excellenter videat eum, castificet semetipsum, sicuti est castus ille, quem sperat inspicere, mundus corde consistens. Castificat autem se quisque, actus et sapientiam inculpabilem habens. Ait enim Scriptura : « Animas vestras purgantes ad obedientiam veritatis. » Obedit enim veritati, qui scientiam Dei (21) in se præcipuam habet. Unde perraro hujusmodi reperitur. « Quis enim, » inquit, « gloriabitur, castum habere cor ? Et quis fiduciam habebit, mundum se esse a peccato ? » Dum sit mundus a peccato, quis actibus castus efficitur ? Sic enim et « eloquia Domini casta [30] » sunt dicta, castificantia eos, qui secundum ea et intellectum et opus habent. Quia vero sunt provectus apud eos, qui filii Dei fiunt, palam est advertenti Scripturas sanctas. Ait enim hic doctor in Evangelio suo, suscipientes Jesum (hoc est dum credunt in ejus nomine) potestatem accipere Dei filios fieri [31]. Qui tantum hanc potestatem habet, virtute, et nondum operatione, filius est. Cum autem bene utitur hac potestate, etiam operatione fit filius, cujus se prius tantummodo videbatur habere virtutem, nequaquam exspectans credere in solo Christi vocabulo, sed etiam in ipso : « Omnis, » inquit, « qui credit, quia Jesus est Christus, ex Deo natus est [32]. » Assumens enim cum hoc affectu etiam custodiam mandatorum, potius filius adoptatur. Qui enim facit justitiam, ex Deo natus est [33]. Et qui diligit inimicos suos, et orat pro persequentibus se, filius fit cœlestis Patris. Igitur si in hoc sæculo, in quod (22) ex parte cognoscimus, et quod bonum est agimus, tantus est filiorum Dei provectus, quod oportet credi post hæc in futuro ? Ego siquidem non habeo quod dicam, sed sequor eum, qui dixit : « Nondum manifestatum est, quod futuri sumus : quoniam cum apparuerit, similes ei, *qui genuit*, erimus. » Hanc itaque perfectionem habendam putandum est in futuro post omnia, dum sicut Pater et Filius unum sunt, unum erunt in Patre et Filio, qui hanc perfectionem exspectant, similes Patri Filioque futuri participatione Trinitatis. Quæ vero ignorantes aliqui, magnitudinem intellectus de Deo, et mensuram spiritus excellentes (23) scientiæ, sicuti est Dei substantia, increpandi sunt impie cogitantes. Non enim, quod putant, hoc indicat Id, quod dicimus, *videmus eum sicuti est* Spiritus sancti, et assimilatos ei notitiam ejus habere posse, postquam non potest altera conversatio reperiri. Hujusmodi contemplatione futura, cunctisque pervenientibus ad scientiam plenitudinis Christi, Dei omnia in omnibus facti, dum hoc exstiterit, non differt a Deo, quatenus alter in angelo sit, alter (24) in homine. Cessabit enim tum hujusmodi differentia, omnibus trahendis ad unam similitudinem, quæ ad Deum perfecta erit. Cum vero

[25] Levit. XI, 43. [26] Deut. XXXII, 4. [27] Psal. X, 8. [28] Joan. XVII, 25. [29] II Cor. V, 21. [30] Psal. XI, 7. [31] Joan. I, 12 [32] I Joan. V, 1. [33] I Joan. II, 29.

(18) *Justus*. Ita Gallandius conjecit, recte.
(19) Fortasse, *particulatim*.
(20) Inserendum ante *virtus* videtur *licet*.
(21) Hoc Gallandii est. Antea, *ei*. Verius Münchmeierus meus conjecit, *ejus*.
(22) Legendum est, *in quo*.
(23) Gallandius, *excedentes*.
(24) Puto bis scribendum esse, *altera*, nempe *contemplatio*.

Digitized by Google Распознавание текста

dicunt inerudili : Si non est naturæ creaturarum, ut habeant scientiam substantiæ Dei, falso credunt omnes, dicentes, se intellectum habere Dei. Quod non sapienter dicunt, sed valde fallaciter et captiose. Non est enim impossibile ejusdem rei veraces contemplationes diversas esse, quarum ponitur alia quidem in eo, *quod* est, alia vero, *quid* est, alia autem, *cur* est. Tertia siquidem non fit circa Deum, non habentem utique causam propter quæ (25) est. Sunt ergo aliæ duæ, quarum alia quidem posita in eo, quod est, ostendit, quia ex divinis Scripturis et naturalibus intelligentiis de eo tractam (26), ex magnitudine et pulchritudine creaturarum ejus, ut est possibile contemplantes eum. Huic concordans etiam Apostolus scribit, primitus oportere credere, accedentem ad Deum [34]. Altera vero, qua quæritur, quid est, cum sit inappetibilis creaturis, in sola Trinitate consistit, sciente Patre, quod est Filius, et Filio, quod est Pater, cum evangelista dicat Salvatorem dixisse [35] : « Nemo novit, quis est Filius, nisi Pater, et quis est Pater noster, nisi Filius (27), » adjiciens : « et cui voluerit Filius revelare. » Considera, ne in præceps ruas ! Revelat enim de se et de Patre notitiam his quibus apparet, ostendens et palam faciens semetipsum cordi mentis, ut eam videntes contemplationem habeant Patris. Si vero permanserint contendentes atque dicentes, hanc scientiam Dei secundum substantiam revelare Filium dignis, quæ (28) ipse, et Pater, et sanctus habet Spiritus, qui perscrutatur etiam profunda Dei [36], audiant naturæ differentiam. Igitur Trinitatis scientia substantialis est, creaturarum vero affectus quidam suscipiens magis (29) et minus. Et impossibile est eadem pervenire in eis quæ substantialiter, et in eis quæ per affectum sunt. Cum enim bonus Deus secundum substantiam sit, qui utique omnium causa est, hi qui facti sunt boni et sancti, Dei participatione sunt tales, ita ut multa sit differentia boni Dei et bonæ creaturæ : ille namque non ex aliquo, sed substantia talis est, sed neque factura talis. Creaturæ vero ex Deo, et non ex semetipsis sunt bonæ. Et creatura quidem bona est, ille vero cum bonus sit, bonos nos facit. Hæc eadem dicenda sunt et de sancto et de omnibus rebus, quibus Deus substantialiter est. Creaturæ vero participatione Dei sunt tales. His ita declaratis, etiam de scientia sermo faciendus est. Cum Deus mens sit, intellectu naturali et substantiali novit ea quæ novit. Creaturæ vero, licet habeant, ut sint mens, attamen et scientiam habent, quæ est factura, dum mens eorum sit facta. Hæc disciplinabiliter magis, non disciplina est. Licet ergo Filius, sciens quis est Pater, revelet eum quibus voluerit, ita tamen hoc palam facit, sicut illis novit esse possibile. Quapropter etiam de Patre revelante Filium sunt dicenda, etsi mira, et Pater specie videtur esse, quæ dicta sunt, brevi indicio animadvertat a nobis inventa (30). Dicimus scientiam esse, disciplinam esse, et indisciplinabilem habitum. Cui quidem damus majus et minus, non autem hoc quoque disciplinæ concedimus. Non enim alia quædam præter scientiam exsistens, virtutem intelligendi habet. Ipsa enim posse scientia est, cum mens disciplinabilis, hoc est, ejus, qui disciplinæ capax est, alterum habitum disciplinabilem habeat, absque substantia sua. Ex his quilibet indiciis eruditus quodammodo cognoscit differentiam scientiæ Dei, quam habet de semetipso, et quam aliquo modo percipere creaturæ possunt.

Vers. 6. « Omnis, qui manet in eo, non peccat. Omnis, qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum, » etc.

Sicut is, qui in virtute et disciplina manet, non peccat nec ignorat : ita consistens in Christo, quæ justitia est et sanctificatio, non delinquit. Quomodo enim, qui cum justitia est, injustitiam agere potest, aut cum sanctimonio pollutionem habebit ? Quod cum ita sit, omnis, qui peccat, factus extraneus Christi, non habet participium nec societatem ejus ; nam cum dicit, *non videt eum*, significat, quod participium non habet ejus. Cui res consequens est, ut neque scientiam ejus internam habere videatur : dum is, qui in superficie perceptionem Dei habet, peccare possit, quales erant filii Heli, sacerdotes. Sed et alii similiter sacerdotes, qui, cum putabantur scientiam Dei habere, peccabant, et peccantes efficaci scientia privabantur, imaginariam tantummodo scientiam habentes ejus. Sicut enim qui perceptionem habet in superficie boni, agit male, cum nullus male agens habeat disciplinabilem intellectum boni. Nam si nosset utilitatem boni, eligeret participationem ejus, ut per ejus effectum utilitatem ejus acquireret, intelligendo et agendo, quod bonum est. Itaque, qui scientiam habet Dei, sapienter participatur eo qui est bonus, justus, sanctus, et nihil agit quod his rebus adversum est. Qui autem sensibilium rerum scientiam habet, solummodo figuram speciei rerum sensibilium percipit. Nec tamen operatur secundum eam. Sentiens enim aliquis ignem, et aquæ perceptionem habens, non urit, non calefacit, non humectat : dum utique discipli-

[34] Hebr. XI, 6. [35] Joan. XI, 27. [36] I Cor. II, 10.

(25) Repone *quam*.

(26) Locus haud dubie vitio laborat nescio quo. Quid si reponas pro *quia*, *notitiam*, mox ; *contemplandi eum* ? Vel ita : *ostendit notitiam*, *quia* (ὅτι) . . . . *tracta*, ... *contemplandi*.

(27) Male Gallandius, *Et qui est Pater noster, nisi Filius* ?

(28) Reponendum videtur, *quam*.

(29) Fortasse *majus*.

(30) Locus Gallandio et obscurus et mutilus videtur, absque ope codd. mss. haud facile restituendus. Recte.

Digitized by Google Распознавание текста

nam intellexit, non speciem ejus habuerit, cum hæc disciplina aliquid sensibile non sit, ut operetur secundum eam. Præbet enim operationes proprias ei, qui percipit eam. Cum hæc divisio scientiarum, quoniam bonum sensibile non est, sed intelligibilis essentia Deus est, qui est in bono, dum participatur Deo, non peccat, quando ipsa scientia mox agit, ut operationem habeat, quæ intellectum verum bonitatis habuerit. Hæc ergo scripta sunt secundum continuam congruentiam, quorum reciprocationes, quicunque novit, bene agit; nam si omnis, qui in Deo est, consequens est ut non peccet, omnis, qui peccat, consequens erit ut in Deo non sit. Hoc quidem primum est, altera vero hujus dicti congruentia est: quisquis habet peccandi propositum, habebit consequentiam non videndi nec cognoscendi Deum, cujus denuo reciprocatio cum oppositione generatur; ita omnis, qui novit et vidit eum, non peccat. In hac ergo continua congruentia significatur eruditio trina. Primum cum dicitur differentia videndi ad cognoscendum, dicens ita non posse scire Deum, qui disciplinabilem non habet intellectum, sed nec videre eum, qui eo expertus non est. Super illa vero etiam hoc dicendum est, qui ex operibus ejus sensibilius percipit, vidit eum, revelante Filio. Sed etiam qui divinam doctrinam novit, scientiam ejus habet (31).

A

B

Vers. 8. « Qui facit peccatum, ex diabolo est, quia ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, ut solvat opera diaboli. »

C

Ἐπειδὴ γὰρ πρὸ πάντων (32), τραπεὶς ὁ διάβολος ἐν τῷ ἁμαρτάνειν γέγονεν, ἐξ αὐτοῦ χρηματίζει πᾶς ὁ ἁμαρτητικῶς ἐνεργῶν.

Quoniam præ cunctis diabolus versus est ad peccandum, ex eo nomen habet. [Diabolus ergo Græco vocabulo *seductor*, seu *accusator*, vel *derogator* significat (33).] Et omnis, qui operatur peccatum, potest tali appellari vocabulo.

Possibile enim hoc, quod ait ab initio peccare diabolum, etiam sic intelligi:

— προάρχεται γὰρ ἐν τῷ ἁμαρτάνοντι, δι' ὑπερβολὴν (34) λογισμῶν πονηρῶν, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰούδα.

quia omni homine faciente peccatum, diabolus, per eum ab initio habens principatum in eo, qui peccat, per *submissiones* malarum cogitationum, sicut in Juda factum tum, cum misisset diabolus in cor ejus, ut traderet Dominum [37], initium in eo peccandi fuit.

D

[37] Joan. XIII, 2.

(31) His, quæ hactenus ad versum 6 disputata sunt, congruere fere videntur, quæ in scholiis ad eumdem versum leguntur, brevissima quidem: Τοῦ γὰρ κατὰ μηδένα τρόπον αὐτοῦ χωριζομένου, πῶς ἁμαρτία ἅψασθαι δύναται; Ὁ δὲ ἁμαρτάνων, φησὶν, οὐχ ἑώρακεν, οὐδὲ ἔγνωκεν αὐτόν· τοῦτο γάρ ἐστι γνῶσις ἐπιστημονικὴ καὶ ἐνδιάθετος κατανόησις θεοῦ, τὸ μὴ ἁμαρτάνειν.

(32) *Πρὸ πάντων* scribendum ex auctoritate cod. D.

(33) Quæ uncinis seclusimus, ea haud dubie ab interprete Latino explicandi causa adjecta sunt.

His congruum etiam, quæ de Anania dicta noscuntur. Cum prius enim complesset diabolus cor ejus, postea peccavit, ipse contingens de pretio prædii quod vendiderat, occasione benefaciendi. Respondeat aliquis in hoc loco, dicens, quid efficeret diabolus in peccatoribus, cum ipsi prius peccaverint, dantes ei locum? Dicendum est, idem esse facere peccatum, quod peccare, cum datur diabolo locus. Dat enim ei locum concupiscentia, quam, fragili cogitatione subjectus, postquam susceperit eum (35), actualiter peragit peccatum. Hoc enim significat quod dictum est: « Qui facit peccatum. »

Εὖ δὲ καὶ τὸ εἰπεῖν, ποιῶν, ἀλλ' οὐ, ποιήσας· τοῦ μετανοήσαντος οὐκ ἔτι ὄντος ἐκ διαβόλου, ἀλλὰ μόνου τοῦ ἐνεργήσαντος (37) αὐτὴν (38) ἔτι.

Bene siquidem dictum est qui facit, non, qui fecit, cum si (36) pœnitens fuerit post peccata, jam sit ex diabolo, sed ille sit ex eo qui operatur ad peccatum.

Si enim etiam peccati servus est qui facit peccatum, non etiam qui fecit. Omnis enim qui facit peccatum, servus est peccati. Quapropter increpandi sunt hæretici, dicentes, eos qui peccant, naturaliter malos ex diabolo esse, et (39) substantialiter esse malum. Diabolus enim non substantialiter, sed voluntariæ operationis indicium est. Posita est autem et causa, propter quam ex eo sunt peccatores, palam faciens, non substantiam ejus, sed operationem. Peccare namque operatio est, nullus autem naturaliter hoc agens. Igitur peccare voluntarium est. Destruitur autem scientia ejusmodi hominum etiam ex his quæ sequuntur. Ait enim: « In hoc apparuit Filius Dei, ut solvat opera diaboli. » Opera namque diaboli sunt ea, quæ Satanæ voluntate perficiuntur. Quapropter etiam hæc solvuntur, dum si essent substantialiter, solvi non possent, et maxime cum ipsi dicant, mali naturam ingenitam. Sed (40) autem ingenita, et sine perditione est. Dum vero solvantur opera diaboli, igitur voluntaria sunt hæc, non utique involuntaria. Quod autem ait, apparuisse Filium Dei per incarnationem, hoc factum esse dicendum est, quando in carne apparuit, et in ea manifestatus est.

Vers. 9, 10. « Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quia sanctum (41) ejus manet in eo, et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. In hoc manifestantur filii Dei et filii diaboli. »

Hæretici, qui per omnia falluntur in omnibus, etiam per hunc sermonem volunt derogare divini-

(34) Matthæius ὑποβολὴν conjecit, quæ lectio Latina versione confirmatur.

(35) Nempe diabolum.

(36) In Bibl. et Colon. et Lugdun. legitur ita, *cum is pœnitens*. Galland. reposuit, *cum is qui*. Ex Græco exemplo rectius opinor restituimus, *cum si*.

(37) Ἐνεργοῦντος, recte cod. D.

(38) Αὐτὴν, nempe ἁμαρτίαν.

(39) Inserendum putaverim *diabolum*.

(40) Gallandius, *si*, recte.

(41) Bene Gallandius, *semen*.

Digitized by Google Распознавание текста

tati, dicentes, nativitatem quæ ex mundi creatore fiat, peccatricem esse, dum ea nativitas quæ ex Deo Novi Testamenti, non possit hoc agere : et, sicut putant ipsi, Veteris Testamenti verba concludunt, ubi scriptum est : « Filios genui et exaltavi, ipsi vero me spreverunt [38]; » et illud : « Deum qui genuit te dereliquisti [39]. » Quibus inferunt verbis, dicentes : Si, qui nascuntur ex opifice mundi, peccant, hic vero dicitur, « omnis, qui est ex Deo, peccatum non facit; » cum filii differentes sint, quando alii quidem peccant, alii vero nequaquam; necesse est etiam, patres eorum diversos esse. Hæc autem sapiunt indocte, eo quod non intelligunt Scripturæ verba. Non enim scriptum est : « Omnis, qui natus est ex Deo, » non peccabit, sed « peccatum non facit, » cum utique non faciat peccatum, qui secundum justitiam operatur. Hic enim est, qui ex Deo natus est, habens nativitatem ejus, in quantum facit justitiam, et ideo peccatum non facit, quoniam non potest peccare, qui videtur habere virtutem. Et illud (42) siquidem, quos introducunt filios peccatores, cum justitiam facerent, peccare non potuerunt, tunc utique peccatum facientes, cum reliquerunt genitorem, et spreverunt eum qui exaltavit illos. Hoc etenim eis evenit, quoniam cessaverant justitiam operari. Quapropter contraria non sunt verba, quæ posuerunt de diversitate filiorum; neque enim demonstrant patres.

Καὶ τὴν αἰτίαν προστίθησι τοῦ μὴ δύνασθαι ἁμαρτάνειν, λέγων, ὅτι σπέρμα αὐτοῦ μένει· τί δέ ἐστι τὸ σπέρμα τοῦ Θεοῦ, ἢ ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοίτησις, δι' ἧς ἀνεγεννήθημεν (43); — Τὸ οὖν, οὐ δύναται ἁμαρτάνειν, φησὶν, ἀντὶ τοῦ, ἀνακόλουθόν ἐστι καὶ ἀνάρμοστον. Οὐ γὰρ ἐνδέχεται τὸν τὴν πνευματικὴν φυλάττοντα γέννησιν καὶ πνευματικὰς καὶ καθαρὰς πράξεις ἐπιτηδεύοντα, κατ' αὐτὸν (κατὰ ταυτὸν) καὶ ἁμαρτάνειν.

Denique, quia non possit peccare, qui ex Deo natus est, etiam causam dixit idem, quia semen ejus in eo manet, quod divinitus venit. Hoc semen aut virtus est, aut spiritus filiorum adoptionis. Et si propterea peccare nequit, possibilitas hæc naturalis non est. Sed propter aliquam causam facultas peccandi prohibita est, hoc est, propter Dei semen (44).

Καὶ γὰρ λέγοντες, μὴ ἀδικεῖν τὸν δικαιοσύνην ἔχοντα, οὐκ ἀδυναμίαν φυσικὴν δηλοῦμεν, καθ' ἣν λέγομεν, τὸ ἄλογον ζῷον ἐπιστήμην τινὰ μὴ ἔχειν, ἀλλ' ὅτι δυνάμενος οὐ βούλεται ἁμαρτάνειν.

Dicentes autem, quia cum contraria simul non exsistant, non potest injustitiam facere, qui justitiam habet, non possibilitatem significamus naturalem, secundum quod dicimus, non posse irrationabile animal disciplinam aut aliquid simile possidere.

His dictis sequitur, quod manifesti sunt filii Dei et filii diaboli. Si enim omnis, qui facit peccatum, ex diabolo est, et is, qui ita agit, manifestatur, quia filius diaboli est : sicut Elymas magus, cum esset plenus omni dolo et omni iniquitate, agnitus est filius esse diaboli [40]. Et quoniam omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit, cum habeat in semetipso Dei semen, qui ita non peccat, invenitur aperte filius esse Dei.

Εὖ δὲ καὶ τὸ εἰπεῖν, « ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ, » ἵνα μή τις σοφίσηται λέγων, τέκνα Θεοῦ ἡμᾶς τίθεσθαι πάντας τοὺς μὴ ἁμαρτάνοντας. Τὰ γὰρ βρέφη ἁμαρτίαν οὐ ποιοῦντα, οὐ ῥητέον τέκνα Θεοῦ εἶναι. Ἐξ ἡλικίας γὰρ, ἀλλ' οὐκ ἀρετῆς κωλύονται τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν. Φαμὲν τοίνυν, οὐχ ὑγιῶς λέγεται περὶ βρεφῶν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ. Οὐ ταυτὸν γὰρ τὸ μὴ ἁμαρτάνειν τῷ (τοῦ) μὴ ποιεῖν ἁμαρτίαν. Τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ φύσεως ἔοικε, τὸ δὲ ἐκ διαθέσεως ὑπάρχει (45).

Ideo autem ego adjeci : « qui ita non peccat, » ne quis nos circumveniat, dicens, filios Dei nos dicere non peccantes. Parvulos enim peccatum non facientes, dicendum non est, filios Dei esse. Ætate namque prohibentur, non virtute, peccare, ut non aliud quidquam dicamus, asserentes non salubriter exponi de infantibus, qui peccatum faciunt. Non enim idem est peccare (46), et peccatum non facere, illud namque ætas prohibet, hoc autem virtus expellit.

VERS. 10. « Omnis, qui non facit justitiam, non est de Deo, et qui non diligit fratrem suum. »

Quoniam, qui facit justitiam, ex Deo natus est, consequens est ut, qui ita natus est, diligat fratrem. Qui non habet justitiam, non faciendo eam, et odio habendo fratrem suum, ex Deo natus non est, non aliquo (47) modo, nisi quia natus ex eo non est. Non enim respiciendi sunt illi qui dicunt, non esse istos ex Deo, propter terrenam naturam.

VERS. 11, 12. « Quoniam hoc est mandatum, quod audistis ab initio ut diligamus invicem, non sicut Cain, qui ex maligno erat, et occidit fratrem suum, quia opera ejus maligna erant, fratris autem justa. »

Quoniam mandatum ab initio habemus, ut invicem diligamus, non oportet odisse fratrem, ne in maligno secundum Cain esse reperiamur, qui fratrem occidit suum. Iste namque peremit Abel, fra-

[38] Isa. I, 2. [39] Deut. XXXII, 18. [40] Act. XIII, 8-11.

(42) Legendum esse censeo *illi*.

(43) In scholiis hæc præterea adjecta leguntur : Ἥτις οὐκ ἀφίπταται ἡμῶν, εἰ μὴ διὰ τῶν αἰσχίστων πράξεων λυπῶμεν αὐτό.

(44) Ibi interpretationis Didymi compendium aliquod fecisse videtur Epiphanius.

(45) In scholiis sententiarum series, ut in catenis solet, aliquanto turbata videtur. Eam servavit integram Epiphanius.

(46) Ex auctoritate Græci exempli rescribendum est, *non peccare*, quod vel ipse sensus flagitare videtur.

(47) Gallandius : « Mallem *non alio quo* » At retineri potest, quæ impressa est lectio; vel enim apud Ciceronem *aliquis* pro *alius quis* usurpatur. V. *De offic.* I, 7, *De orat.* II, 32.

Digitized by Google Распознавание текста

trem suum. Quæ vero causa fuerit occidendi fratrem, significavit : « Quia opera ejus, » inquit, « maligna erant, fratris autem justa. » Cum enim respexisset Deus super Abel et (48) munera, super Cain autem et oblationem ejus non respexit; et hac causa percussus invidia Cain mortem operatus est adversus proprium fratrem. Quapropter, licet dicatur ex maligno esse propter opera tunc mala, tamen non naturaliter est in illo. Per hunc sermonem ostendit, quia sit homicida Cain, dicens, eum peremisse proprium fratrem. Nam et in libro qui *Leprogenesis* (49) appellatur, ita legitur, quia Cain lapide aut ligno percusserit Abel, unde deputandum non est, percussione dici solummodo fieri vulnus, sed absolute omnem plagam, quæ lacerationem facit in corpore.

VERS. 13, 14. « Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus. Nos scimus, quoniam transivimus de morte ad vitam, quia diligimus fratres. »

Non est mirandum, si pravi homines, qui nominantur mundus, odio habent eos, qui secundum Christum pie vivunt. Tunc enim magis esset mirabile, si diligerent eos. Quapropter et si nos odit mundus, Joannes inquit, verumtamen disciplinabiliter novimus, quod relinquentes mortem, in vita sumus, fraternam charitatem habentes in pectore. Mortem et vitam in his, non illa, quæ communiter dicuntur, percipere debemus, quibus etiam irrationabilia animalia participantur, sed vitam æternam, quæ ex fide Salvatoris et virtute generatur, et contrariam ei mortem, sequentem mox peccatorem, quoniam, qui in hac morte est, non habet Dei memoriam, quia nec respexit intelligibilem lucem. « Non est enim, » inquit, « in morte, qui memor sit tui [40] : » et iterum : « Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte [41]. » Discedendum ab ea est jam, non peccando, nec oblivionem habendo Dei, ut transeamus ad vitam, quæ morti videtur esse contraria. Nam quæ deducit nos ad charitatem fratrum, sequenda est.

VERS. 14. « Qui non diligit, permanet in morte. »

Quoniam qui diligit fratres secundum Deum, ad vitam ex morte transit; qui non habet hanc charitatem, permanet in morte. Sicut erat mortua vidua, quæ in deliciis degebat [42], licet communem haberet vitam. Qui enim sic vivit, necessario (50) abibit memoria Dei. His ita manifestatis, si quis non habet figuram, qua charitatem designat fratris, in morte est, sicut e diverso procul abest, qui virtutem habet, secundum quam non reputat aliquid malum, nec proximo malum facit

CAP. IV, VERS. 1, 2. « Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt. »

A Quoniam multi pseudoprophetæ prodierunt in hoc sæculo.

Ὅνπερ γὰρ τρόπον πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὄντων Θεοῦ προφητῶν ἐτύγχανον πολλοὶ ὑποκρινόμενοι τὴν προφητείαν, ὡς χρείαν εἶναι ἐξεταστικῆς, τινὲς τῶν λεγόντων, *Τάδε λέγει Κύριος*, Πνεῦμα ἅγιον καὶ Θεοῦ λόγον εἶχον, καί τινες ὑπὸ πονηροῦ πνεύματος κινούμενοι, τοῦ ψεύδους ἦσαν προφῆται· οὕτω καὶ μετὰ τὴν ἐπιδημίαν, τῶν ἀποστόλων ἐν Χριστῷ λαλούντων καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἐχόντων, ὃ δέδωκεν ὁ Κύριος, πολλοὶ ψευδαπόστολοι προεκλήθησαν (51) ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ὑποκρινόμενοι τὴν εὐαγγελικὴν διδασκαλίαν. Ἀναγκαῖον οὖν ἔχειν ἐκεῖνο τὸ χάρισμα τὸ πνευματικὸν, ἧγουν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὃ ὠνόμασται διάκρισις πνευμάτων, ἵνα ἐπιστήμην ἔχωμεν δοκιμάζειν τὰ πνεύματα, ὥστε τῷ μὲν πιστεύειν, τῷ δὲ ἀνθίστασθαι.

Quemadmodum ante adventum Christi, cum essent in Judæa Dei prophetæ, multi exsistebant, fingentes se habere prophetiam, et opus erat examinabili disciplina, quoniam quidam eorum dicentes : *Hæc dicit Dominus*, Spiritum sanctum et Dei verbum habebant, et quidam spiritu maligno moti erant, prophetæ falsitatis; sic et post adventum Christi apostolis in Christo loquentibus et Spiritum sanctum habentibus, quem dedit Jesus, cum resurrexisset a mortuis et largissime ministravit, assumptus in cœlis (52), multi falsi apostoli a diabolo sunt *producti*, fingentes evangeli cam se habere doctrinam. Quapropter necessarium est illud sancti Spiritus donum, quod spirituum discretio nuncupatur, ut disciplinam habeamus, per quam probemus spiritus, ut alii quidem credamus, alii resistamus.

Cum itaque reddidisset causam, quoniam oporteat probari spiritus, et non omnibus credi, intulit, dicens, multos falsos prophetas in mundum prodiisse. Et quidem pseudoprophetarum pluraliter edixisse, non admiremur. Qui vero etiam Dei Spiritus ita denominavit, cum adjectione universali dicens : « Omnis spiritus, qui confitetur Jesum Christum, » nec non et illud : « Spiritus prophetarum prophetis subjecti sunt [43] : » consequens est dicere, quod unus et idem Spiritus Dei, est Patri unicus et Filio : qui pluraliter nominatur, in diversis describitur, qui eo participantur, quale est spiritus Eliæ, et spiritus uniuscujusque sanctorum, ita ut tanti spiritus esse videantur, quanti sunt, qui eo participantur. Possibile est enim, et uniuscujusque sacri doctoris disciplinam spiritum ejus dici. Sic enim intelligitur quod dictum est, ut non omni spiritui credatur, quatenus ea quæ pseudoprophetarum sunt, adversemur, con-

[40] Psal. VI, 6. [41] Psal. XII, 4. [42] 1 Tim. V, 6. [43] 1 Cor. XIV, 32.

(48) Omisit Gal. recte.

(49) Rescribendum est *Leptogenesis*. De quo libro apocrypho, qui etiam λεπτὴ γένεσις, τὰ λεπτὰ γενέσεως, μικρογένεσις vocatur, si quis plura scire cupiat, evolvat J. A. Fabricii *Codicis pseudepigraphi V. T.* vol. I, p. 861-864.

(50) Deesse videtur *ei*.

(51) Verius in cod. D. προεβλήθησαν, quæ lectio Latina versione probatur.

(52) Amplificasse sententiam Didymi videtur Epiphanius.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

sentiamus eis, quos per probationem ex Deo esse cognovimus. Non est itaque mirandum, si falsi apostoli hi, qui transformantur in ministros Christi, falsi prophetæ sunt dicti, quando etiam ipsi apostoli frequenter in Testamento Novo prophetæ nominantur: sicut in Epistola ad Corinthios invenitur, in qua legimus : « Et spiritus prophetarum prophetis subditus est, » cum de apostolis diceret; et in Apocalypsi frequenter Joannes propheta nominatur.

VERS. 2, 3. « Hinc cognoscitur Spiritus Dei : Omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est, et omnis spiritus qui negat Jesum, ex Deo non est, et hic est Antichristus, quem audistis, quia venturus est. Et nunc in sæculo est. »

Cum dixisset, omni spiritui non esse credendum, antequam ab aliquo probatus esse noscatur ex Deo, dedit etiam signum, quod si ab aliquo spiritu desit, ille utique erroris, non est Dei. Hoc ergo indicium hujus modi rei dicunt esse : « Omnis, » inquit, « spiritus qui confitetur Domini Verbum. » Qui cum esset in forma Dei, formam suscipiens servi, in carne venit, ita ut appareret et pateretur in ea pro nobis, secundum quod dictum est : « Manifestatur in carne [44], » et illud : « Christo passo pro nobis in carne [45]. » Qui ergo ita confitetur, ex Deo est, dum dispensationem vere factam doctrinabiliter fateatur. Si quis vero solvit Jesum, et purum Deum verbum extra carnem esse putat, et non vere hominem dicit, et universa dispensationis ejus facta pro phantasia confirmat, cum hujusmodi spiritus erroris, ex Deo non est. Sed dicit aliquis, multos hæreticorum confiteri ejus præsentiam incarnatam, quales sunt novi prophetæ de Phrygia procedentes. His respondendum est, quia sicut nullus dicit Dominum Jesum nisi in Spiritu sancto [46], non vocitandum (53). Nec consequenter dæmones et homines fictos, nec non et hæreticos dicamus Spiritum habere sanctum, quod est incongruum satis et impium : nam si non voce solum, sed etiam operibus et affectu vero, non dolo Dominum Jesum dicat aliquis, hic vere in Spiritu sancto eumdem Dominum confitetur. Sicut quibus dixit Jesus : « Vos me vocatis Magistrum et Dominum, et bene facitis : sum etenim vester Magister [47], » qui suscipitis doctrinam meam et dominium, servitis enim voluntate germana, facientes quæ dico, impletis voluntatem Patris mei, qui in cœlo est, sicut ego. Non habent Spiritum sanctum, qui dicunt Dominum Jesum, et non faciunt quæ præcipit, cum procul ab eo sint corde, solis eum labiis honorantes. Quando (54) illi habent Spiritum sanctum, qui operibus et affectu vocant Dominum Jesum : ita qui confitetur Dominum Jesum Christum consensu integro et vero, in carne venisse, dicens sapiendo et agendo, quæ in humanitate docuit, insuper et imitator ejus effectus est, præsente imitatione supernæ conversationis, hic spiritum habet ex Deo, maxime si sequatur vestigia, veniens usque ad hoc, ut compatiatur et crucifigatur et commoriatur ei; cum spiritus erroris e diverso consistat, licet labiis confiteatur Jesum in carne venisse; negans enim virtutem, qua fingit esse pium, operibus respuit Jesum, et licet confitetur eum in carne venisse. Veniente namque eo quærere et salvare quod perierat, et tollere mundi peccatum, cum ipse in perditione et peccato consistat, rebus ipsis negat, adventum ejus in carne factum. Sunt autem quidam hæretici, qui neque usque ad sermonem consentiunt, in carne venisse Jesum, sed aut corpus cœleste eum detulisse putant, aut certe usque ad phantasiam hominem apparuisse confirmant. Possunt igitur hæc etiam spiritualiter (55) exponi. Quoniam enim verum est illud, quod dicit : « Vivo ego, jam non ego, vivit autem in me Christus [48], » ut semper mortificationem Jesu in suo corpore circumferre videatur, manifestata in mortali carne sua vita ejus, quem confitetur, ostendit, in qua carne venerit Jesus, cum in diversa conversatione sit positus, qui solvit et sejungit a semetipso Jesum. Qualis est qui negat eum. Qui enim confitetur Jesum, habet eum in semetipso, et exsistens in eo secundum quod scriptum est : « Quisquis confessus fuerit me, confitebor et eum coram Patre meo [49]. » Qui vero negat, ex omnibus segregatus est. De eo namque quod dicit : « Quicunque negaverit me, negabo et ego eum : » hic propositio non assumitur, sicut ait ibi : « Confitebor et ego eum coram Patre meo [50]. » Figuraliter itaque dicit de Antichristo, quem venire audivimus, quia jam in mundo est, hoc est, per pseudoprophetas et spiritus errorum, per quos solvitur Jesus, quando non confitentur eum in carne venisse. Quod autem ait *nunc*, per hoc quod agitur ab illis intelligendum est.

προώδευσαν γὰρ αὐτοῦ αἱ αἱρέσεις, (56) χαρακτηριστικὸν τὸ διὰ ψευδοπροφητῶν καὶ πνευμάτων λύειν τὸν Ἰησοῦν, ἐν τῷ μὴ ὁμολογεῖν αὐτὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι. Τοῦ λέγειν (57), *καὶ νῦν*, πρακτικῶς ἀκουστέον.

VERS. 6. « Qui cognoscit Deum, audit nos; qui non est ex Deo, non nos audit. »

Si secundum litteram verbum audiendi percipimus, non videtur esse verum, quod dictum est, dum omnes, parvi et studiosi similiter, vocem audiant exponentis. Unde quidam pro intelligentia hæc percipiunt, id est, ut consentiamus, et, quæ dicuntur, audientes faciamus : qui ignorat, quæ faciat, non

[44] I Tim. III, 16. [45] I Petr. IV, 1. [46] I Cor. XII, 3. [47] Joan. XIII, 13. [48] Galat. II, 20. [49] Matth. X, 32. [50] Ibid. 33.

(53) Legendum est, *voce tantum*.

(54) Gallandius, *quomodo*, recte.

(55) Gall. *specialiter*. Vereor tamen, ne hoc ex errore typothetæ magis, quam ex conjectura editoris ortum sit.

(56) Matthæius recte interponendum esse censet, ὧν.

(57) Τὸ λέγειν verissima est Matthæii coniectura, Latinis verbis comprobata.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

audit. Qui est ex Deo, audit eos, qui hæc dicunt, et operibus exercere contendunt. Positum est enim pro intelligere, *audire*, ubi ait : Legem non auditis, hoc est, non intelligitis, et illud : « Qui habet aures audiendi, audiat [51], » hoc est, consentiat, et illud : « Non audivit populus meus vocem meam [52], » et illud : « Si populus audiisset me [53]. » Unde quæstio nascitur, utrum in verbis significativis eadem ipsa, an alterum eorum oportet intelligi, quale est, ubi dicitur : « Oves meæ vocem meam audiunt [54]. »

A scendens omnia bonitas obsequatur. Quid est autem ex Deo generari ? Generaliter enim hoc omni se invicem diligenti proveniet, ut filius Dei vocetur, cui etiam, ut peccare possit, non inerit, quod semen habeat in semetipso generantis Patris. Sequitur etiam eum, qui ex Deo natus est, ut sciat genitorem Deum esse charitatem. « Propterea enim, » inquit, « charitas ex Deo est, et qui habet hanc, natus ex Deo est et cognoscit eum : quoniam ipse qui genuit et cognoscitur, charitas est. » Sic (60) enim causa est, ut sapientes et justi et sancti simus, factus nobis Christus a Deo sapientia, justitia, sanctimonium, ita causa est, alterutros diligendi, quod Deus charitas est. Eo namque participari secundum quod charitas est, habemus charitatem ex eo, et diligimus invicem. In sequentibus autem congrue etiam Salvator charitas esse monstratur. Ait enim, in Filio qui missus est pro salute nostra, ejus charitatem exsistere, sic scribens : « In hoc est charitas. » Quasi aliquis ostendens Jesum, diceret, in hoc est Dei Verbum, in hoc est veritas et sapientia Dei.

Vers. 7, 8. « Charissimi, diligamus invicem, quoniam charitas ex Deo est. Et omnis qui diligit fratrem suum, ex Deo natus est, et cognoscit Deum : qui non diligit, ignorat Deum, quia Deus charitas est. »

Ὥσπερ δὲ ἔγκλημα καὶ ψόγον φέρει τὸ μὴ αἱρουμένῳ τὸ αἱρετὸν καὶ φιλοῦντι τὸ φιλητόν· οὕτως ἔπαινον περιποιεῖ τοῖς ἀγαπῶσι τοὺς ἀξίους τοῦ ἀγαπᾶσθαι τῷ εἶναι ἀγαπητούς. Πότε δὲ τοῦτο ὑπαρχθῆναι δυνατόν, ἢ ὅτε αἴρει ὁ Σωτὴρ τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἵνα δειχθῇ ὁ ἄνθρωπος, οἷος ὑπὸ Θεοῦ γέγονε, καθ' ὁμοίωσιν καὶ εἰκόνα ὑποδειχθεὶς τοῦ πεποιηκότος. Οὕτω γὰρ φανερωθεὶς ὁ ἄνθρωπος, εὐθὺς ὢν ἀγαπητὸς καὶ ἄξιος τοῦ ἀγαπᾶσθαι τυγχάνει. Ἐπεὶ τοίνυν ὁ ἀποσταλεὶς Σωτὴρ τῷ κόσμῳ, ἀγάπῃ, τῇ πρὸς τὰ ἑαυτοῦ ποιήματα καὶ τοῦ Πατρὸς, ἐπὶ ἀναδείξει τοῦ κάλλους τῶν κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγονότων. Οἱ ταύτης τῆς δωρεᾶς τυγχάνοντες ἀγαπητοὶ τυγχάνουσιν, ὅθεν ἀλλήλους ἀγαπῶσιν. Ἔχει γὰρ ἕκαστος καὶ τὸ ἀγαπητικὸς εἶναι, ἐντολὴν ἔχων τοῦ ἀγαπᾷν τὸν πλησίον.

Sicuti crimen et vituperationem habet, qui non eligit, quod eligendum est, et non amat quod amandum est, ita laudem conquirunt diligentes dignos, et eos qui diligendi sunt. Quando autem hæc magis provenire potuerunt, quando tulit Salvator peccatum mundi, et (58) ostenderetur homo, qualis a Deo sit factus, per similitudinem et imaginem demonstratur ei, qui fecit eum. Dum talis enim apparuerit homo, mox dilectus exsistens, fit divinitus (59), ut diligatur; quia Salvator missus in mundum, per dilectionem Patris, ad creaturas suas venit, ut remissionem concederet peccatorum, et ostenderet pulchritudinem eorum, quos fecit ad imaginem et similitudinem Dei. Qui hoc donum promeruerunt, dilecti sunt, unde invicem diligunt. Habet enim unusquisque, ut dilectus sit, et ut diligere possit, dum mandatum accepe-rit proximum diligendi.

B

Cum hæc itaque dixisset hic doctor, amplius excitans, ad eaque invitans illos, quibus scribit, intulit, dicens : « Quoniam charitas ex Deo est. » Potius ad invicem nos diligere festinemus, ut tran-

Οὐκοῦν ὁ εἰπὼν, Ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστὶν, οὗτος πάλιν οἶδεν ἀγάπην ἐκ Θεοῦ, ἤντινα οὐκ ἄλλην εἶναι νομιστέον, ἢ τὸν Μονογενῆ, ὥσπερ Θεὸν ἐκ Θεοῦ, οὕτω καὶ ἀγάπην ἐξ ἀγάπης, ὄντα.

Quapropter charitatem ex charitate, Deum ex Deo Patre Salvatorem sentire debemus.

Ante paulum namque definiunt (61), non differre in Deo, ut justus et justitia dicatur. Quibus copulandum est, non differre, ut diligens et dilectio idem esse dicatur. Sicut enim, cum transnominatur a justitia, justus vocatur; non enim justitia participatur, sed ipse hoc est; ita cum diligens dicitur, non quia dilectio sit, ita vocatur. Quapropter, quæ ita sunt posita de Deo in Scripturis, uni voce, non transnominative dicuntur, et illud univocum in tali appellatione sumendum est, quorum una quidem ratio, sed nomina plura sunt.

C

Vers. 12. « Deum nemo vidit unquam. »

Cum invisibilis sit Deus, nullus eum sensibiliter vidit unquam, quando non potest videre aspectus corporalis incorporalia. Sed quoniam divinitatem separant quidam hæretici dicentes, Veteres Scripturæ Deum visibilem esse ostendunt, eo quod quidam eum vidisse referantur, novæ autem invisibilem, propter præsentem sermonem, et illud quod in Evangelio scriptum est : « Deum nemo vidit unquam [55], » requirendi sunt, quam dicant esse substantiam ejus, qua putant Deum esse visibilem. Et si non pervertatur a se mens eorum, corpus eum dicent, cum nulla alia substantia sensibiliter videatur, nisi corporis. Dumque hoc concesserint, considerent, quæ incongrua et impietate plenissima subsequantur. Omnino namque et incorruptibile erit et

D

[51] Matth. xi, 15. [52] Jer. vii, 28. [53] Psal. lxxx, 12. [54] Joan. x, 27. [55] Joan. i, 18.

(58) Ut Latina Græcis respondeant, lege *ut*. Mox legendum est, *demonstratus*, ὑποδειχθείς.

(59) Pro *divinitus* legendum est *dignus*. Hujus conjecturæ fidem nobis facit exemplar Græcum.

(60) Legendum est *sicut*.

(61) An *definiremus* ? Galland.

Digitized by Google Распознавание текста

divisibile, et aut inanimatum aut animatum. Repente autem et inconsequens erit, ut inanimatum non intelligat, eo quod neque sentiat. Animatum vero ut sit, compositum et non sine principio erit. Non enim est sine principio quod componitur de simplicibus. Composita sunt autem, et in principio ejus anima et corpus. Ex his enim animatum constat. Et cum non habuerint aliqui solutionem, tantis scilicet incongruis subsequentibus, rursus interrogemus, unde affirment, visum ab aliquibus creatorem. Etsi quidem Moysen protulerint, sciant quia præterquam quod diu rogavit, intelligibiliter, non sensibiliter ei Deus apparuit. Dicendum namque est, quia faciem non vidit, sed postrema Dei [56]. Hæc autem sunt creaturæ, quarum generationes conscripsit. Hæc namque postrema et post Deum sunt. Si ergo hæc vidit, ut ex magnitudine et pulchritudine eorum, propinquitate eorum, creatorem contemplaretur, non per aspectum, sed mente conspexit eum. Si vero Isaiam in medium forte deduxerint, dicentes eum vidisse Deum, et ille obvelatum vidit Deum, sacris animalibus velantibus alis suis non solum faciem, sed etiam pedes sedentis in throno [57] (62). Sed cum Isaiæ dicta, multa expositione egeant, hoc in tempus aliud differamus (63). Sed, inquiunt, scriptum est apparuisse Deum Abraham [58] et Isaac [59] et Jacob [60]. Sed neque hoc, sicuti putant, modum corporalis aspectus insinuat. Non enim dictum est, sicut patriarchæ viderunt eum, sed ipse Salvator eis apparuit, sicut dixit de Deo (64), « Qui custodit mandata mea, ostendam ei me [61]: » nam si propterea, quod apparuit Abraham et reliquis, visibilis Deus est, et Salvator ostendens semetipsum digno viro, erit visibilis secundum divinitatem, non enim de corporali perceptione dicit, ostendere semetipsum viro fideli, dum visionem ejus habeant secundum hoc etiam infideles. His itaque apertis probationibus destruentibus fallacias eorum qui divinitati derogare nocuntur, idem erit Deus Novi et Veteris Testamenti, invisibilis exsistens essentia, cum sit incorporeus, et splendido intellectu contemplandus ab eis qui mundo sunt corde (65), beatitudinem illam, qua dicimus : « Beati mundo corde, quia ipsi videbunt Deum [62], » et apostolicam invitationem, qua jubetur : « Sectamini pacem et sanctimoniam, præter quæ nemo vidit Dominum [63]. » Hanc itaque distinctionem continet et textus hujus Epistolæ alicubi quidem dicens : « Omnis, qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum : » tanquam cognoscente et videnti eum, qui non peccat; alicubi autem dicens, hoc est, in præsenti sermone : « Deum nemo vidit unquam. » Ne vero hujusmodi seductione fallamur, sicut hæretici, per id quod univocum est, videndus est sermo videndi et inspiciendi, et quædam alia quæ similia verba reperiuntur, in id quod mente conspicitur, et quod aspectu videtur. Sic enim disciplinam habemus, scientes quomodo videtur Deus, et quomodo invisibilis est, quod non frustra oppositum est, neque hic, neque in Evangelio, quod dictum est unquam. Nam et ibi scriptum est : « Deum nemo vidit unquam. » Dicendum namque est, hunc sermonem, id est, unquam, significare tempus aliquod certum : quia videre disciplinabiliter Deum proveniet eis qui tempus mundumque transcendunt. Intelligibiles etenim operationes tempus omne transcendunt. His ergo inhærendum est, ne sensibiliter videre dicamur Deum; quatenus, quod est præcipuum incorporabilium substantiarum, communiter habemus.

VERS. 15. « Quicunque confessus fuerit, quia Jesus est Filius Dei, Deus in eo permanet, et ipse in eo. »

In Evangeliis legitur : « Quisquis confessus fuerit me, et ego confitebor eum [64]. » Quo intellectu (66) quoque dicenda sunt. Non enim Deus permanet in eo, qui voce tantummodo confitetur, quia Jesus est Filius Dei, et operibus eum negat. Quapropter hæc confessio oportet, ut conjuncta sit rectis dogmatibus et bonis operibus. Sic enim quilibet Filium Dei confitendo Jesum, in Deo, per participationis ejus modum manebit, ut et Deus, quo participatur, in eo permaneat. Quia vero confunduntur aliqui ex nominibus Jesu Christi, non perscrutantes Scripturas, ita ut in maximum incidant detrimentum. Arbitrati namque sunt, non distinguentes Scripturarum sensum, quia quod ex Maria secundum carnem processit, et angeli voce Jesus nomen accepit. Item quod ipse est qui cum in forma Dei esset unigenitus Dei Filius, non rapinam arbitratus est [65], etc., idem esse; ideo dicendum est, quia licet præcipua unitas facta sit Dei Verbi ad hominem, quem Deus assumpsit; verumtamen essentia Verbi non est in hominem conversa. Nec rursus homo factus est, quod est Dei Verbum, licet Deus sit, factus ab eo, ut habeat, sicuti possibile est, perfectam intranscendibilem deitatem. Quapropter, licet unitas ita sit facta, tamen prædicta nomina, aliquando quidem eum, qui factus est ex semine David secundum carnem (66') : aliquando

[56] Exod. XXXIII, 20 sqq. [57] Isa. VI, 1 sqq. [58] Gen. XII, 7; XVII, 1. [59] Gen. XXVI, 2, 24. [60] Gen. XXVIII, 13; XXXV, 7, 9; XLVIII, 3. [61] Joan. XIV, 21. [62] Matth. V, 8. [63] Hebr. XII, 14. [64] Matth. X, 32. [65] Philipp. II, 6.

(62) His similia aliqua ex parte in scholio Græco, p. 226, 227, deprehenduntur. Cum vero verbis sententiarumque expositione nimis inter se discrepent, nolui Græca apponere, ne aliena viderer Didymo vindicare.

(63) Scripsit ergo *post* hanc enarrationem tomos illos in Isaiam XVIII, quorum mentionem fecit Hieronymus in *Catalogo script. eccl.*

(64) Gall. *de eo.*

(65) Deesse aliqua perspexit Gallandius. Si legitur : *secundum beatitudinem* (μακαρισμόν), plana sunt omnia. Quam conjecturam debeo Münchmeiero meo.

(66) Deesse videtur *hæc.*

(66') Deest *significant.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

vero unigenitum Dei Filium, qui est Deus substantialiter repræsentatus, sicut exempla proposita patefaciunt. Dicens enim Apostolus alicubi [66] quidem mortuum et sepultum Christum, alicubi [66] autem Christum Dei sapientiam et Dei virtutem esse, aperte docet, quia hoc nomen, id est, Christus positus in homine, qui mortuus est et sepultus; et rursus alibi in Deo Verbo, qui Dei virtus, et Dei sapientia. Ad hæc autem scribens : « Nobis autem unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia et nos per ipsum [67], » in Creatorem verbum hæc verba ponit. Non enim per eum, qui secundum carnem ex semine David factus est, omnis creatura in eo est, in quo universa consistunt, et qui est ante omnia. Rursus autem et in alio loco, ubi ait : « Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo : cum apparuerit Christus vita vestra [68], » et reliqua : Christum dicit Unigenitum Dei esse vitam, sed etiam Christum manifestat, eum vitam celatam hominis, quia assumptus ab eo est. Plurima hujusmodi in sanctis Evangeliis referuntur, quæ manifestant, quia Jesu nomen congruit ei, qui lassatus est ex itinere [69] et in sepulcro repositus est [70], ita ut Maria diceret de Deo (67) : « Tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum [71]. » De eo angeli mulieribus accedentibus ad sepulcrum, dixerunt : « Jesum quæritis, non est hic, resurrexit a mortuis [72]. » Cum ergo hæc distinctio ita servetur, dubitandum non est apud fideles, quia Jesus Filius Dei sit. Sicut autem nomina hominis, id est, Jesus, et similia, aliquando Deum vocum (68) significant, ita et homo Domini vocatur et Dei Filius. Ait enim : « Quod in te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei vivi [73]. »

CAP. V, VERS. 1. « Omnis qui credit, quia Jesus Christus ex Deo natus est, et omnis qui diligit Genitorem, diligit eum qui natus est ex eo. »

— Ἐκ τοῦ Θεοῦ γεννῶνται ἐκ τοῦ κατορθοῦν ἀρετήν, πιστεύσαντες, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστός.

Qui ex Deo nascuntur, adimplendo quæ virtutis sunt, hujusmodi fiunt.

His itaque proxime dictum est etiam illud : Qui facit justitiam, et diligit inimicos suos, et orat pro eis, fiet Filius Patris cœlestis ex eo natus. Cum hæc ita sint, et qui nascitur ex Deo, credens utique, quia Jesus est Christus,

οὐ γὰρ ὁ ψιλὴν συγκατάθεσιν ἔχων περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ διαλήψεως (69), γεννᾶται ἐκ Θεοῦ, ἀλλ' ἐκείνην τὴν πίστιν, ἣ καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀρετὴν ἔργα συνέζευκται.

non solam confessionem hujus de assumptione Christi, sed illam fidem, secundum quam ei virtutis opera conjunguntur, nasci dicitur ex Deo.

Quam fidem etiam Abraham habens, reputatus est inter justos. Secundum hanc significationem dictum est illud : « Virum autem fidelem labor est invenire [74]. » Raram utique inventionem hujus modi habere potest, cum multi sunt præter opera fideles, mortuam habentes fidem, quæ omnino non est fides. Qui ergo ita credit, ut nascatur ex Deo, habet vitam æternam.

Εἰ δὴ γεννᾶταί τις ἐκ Θεοῦ, κατορθῶν τὰ εἰρημένα, ἀποδοχῆς ἄξιον ὄντα, ἀγαπᾷν δεῖ καὶ πρὸ αὐτοῦ τὸν γεννήσαντα αὐτόν.

Si ergo nascitur aliquis ex Deo, agendo quæ sunt prædicta, cum sit acceptabilis, et ipse diligendus est, et ante omnia debet ipse diligere genitorem.

His ergo monitionibus invitat Apostolus ad amorem fraternitatis. Quapropter etiam competenter indicat magnitudinem charitatis, et pulchritudinem eorum qui diligendi sunt, dicens, quia proprium sit ut, qui diligit Deum, diligat etiam eum, qui natus ex eo est. Potest etiam hoc modo iste locus exponi, quia hæc propter eos qui erant illo tempore, cum hæc Epistola scriberetur, sint dicta. Dispensatione namque completa secundum evangelica verba, et assumpto Salvatore in cœlis, quærebatur tunc, si Jesus ipse esset Christus qui exspectabatur, Judæis utique resultantibus, et fidelibus confitentibus Jesum esse Christum, qui exspectabatur. Hujusmodi ergo hominis credulitatem indicans, propter fidem quam habuit, ex Deo eum natum asseruit.

VERS. 3-5. « Hæc est enim charitas Dei, ut mandata ejus servemus : et mandata ejus gravia non sunt, quia omne quod natum est ex Deo, vincit sæculum : et hæc est victoria, quæ vincit sæculum, fides nostra. Quis est autem qui vincit sæculum, nisi qui credit, quia Jesus Filius est Dei? »

Τουτέστι τὴν ὑπόστασιν, καὶ, ἵν' οὕτως εἴπω, ὕλην, ἧς ἔχειν δεῖ πρὸς τὸν Θεὸν, ἀγάπης τὴν τήρησιν τῶν θείων ἐντολῶν εἶναί φησιν, αἵτινες ἀναφέρουσι πρὸς τὸν Θεὸν τὸν κατ' αὐτὰς ἐνεργοῦντα. Ὅθεν οὐ κατωφερεῖς ἡ βαρεῖαι τυγχάνουσιν.

Subsistentia et (ut ita dicam) materia charitatis, quam nos habere oportet ad Deum, custodiam divinorum asserunt mandatorum, quæ mandata facientes, ea rursum ferunt (70) ad Deum, quapropter ad inferiora non trahunt, quia gravia non sunt.

[66] Rom. XIV, 9. [66] I Cor. I, 24. [67] I Cor. VIII, 6. [68] Col. III, 3. [69] Joan. IV, 6. [70] Matth. XXXVII, 60. [71] Joan. XX, 15. [72] Matth. XXVIII, 5, 6. [73] Luc. I, 35. [74] Prov. XX, 6.

(67) Et facillima et verissima est conjectura, *de eo*.

(68) An *Deum Verbum?*

(69) Malim τῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ διαλήψεως. Διάληψιν h. l. ita accipio, ut sit sermo, disputatio ac omnino notitia de Christo in Litteris sacris tradita. Ita Matthæius. His ita assentior, ut eam quidem veram esse credam loci scripturam, cui Latina versio accommodanda sit. Quod vero ad διάληψιν π. τ. Χ. attinet, hoc in loco eam dixerim esse sententiam de Christo.

(70) Pessime ante Gall., *fuerunt*.

Digitized by Google Распознавание текста

Non enim sicut peccatum, comparatum talento plumbi, significat onus maximum vergens deorsum, ita virtus, quæ e diverso consistit ejus. Hæc namque utentes se elevat et excelsos facit. Sic itaque etiam mandata Dei, dum fiunt, levia sunt et nullo onere deprimunt.

Εἰ δέ τις προσελθὼν αὐταῖς, μὴ ὂν δεῖ τρόπον, λέγοι αὐτὰς βαρείας, τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν ἠτιάσατο. Φίλον γὰρ τοῖς ἀδυνάτοις βαρέα νομίζεσθαι καὶ τὰ πάνυ κοῦφα. Ὅθεν οὐ φησὶν, ὅτι « αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ » ἐλαφραὶ, ἀλλὰ, « βαρεῖαι οὐκ εἰσί· » μόνου καὶ παντὸς ἀντιλαμβανομένου τοῦ ἀνωφεροῦς αὐτῶν, τοῦ δικαίως τὸ δίκαιον διώκοντος, πείρᾳ γνοὺς, ὅτι ὁ τοῦ Χριστοῦ ζυγὸς ἐλαφρός ἐστι, χρηστότητα πολλὴν ἔχων(72). — — Ὁ οὕτως διατεθεὶς ἐκ Θεοῦ γεννᾶται καὶ τούτου τυχὼν καταφρονεῖ τῆς ἐνύλου ζωῆς καὶ τῶν τοῦ κόσμου ἡδέων· καὶ ταύτῃ νικᾷ τὸν κόσμον, μεταβὰς ἀπ' αὐτοῦ εἰς ὑπερκόσμιον πολιτείαν.— Ὑπάρξαι τὸ οὕτω προκόψαι πίστις ἐνεργεῖ (73), ἡ εἰς δικαιοσύνην λελογισμένη, ἣν καὶ δεικνὺς ὡς ἐφεστηκυῖαν καὶ μένουσαν εἶπεν, « Αὕτη ἐστὶν ἡ νίκη νικήσασα τὸν κόσμον, » ἣν εἴχομεν πίστιν, προσηκάμενοι (74) τὸν Ἰησοῦν εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. ὡς ὑφεστῶσαν καὶ μένουσαν ἐνδεικνύμενος εἶναι λοιπὸν ἀποφαίνεται· « Αὕτη ἡ νίκη ἡ νικήσασα τὸν κόσμον, ἡ πίστις ἡμῶν, » τουτέστιν ἡ πίστις ἣν ἔχομεν περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἐστὶν ὁ προφητευόμενος Χριστός.

Si quis autem accedens ad ea non sicut oportet, ea gravia esse dicat, suam infirmitatem magis accuset. His namque, qui robur omnino non habent, gravia judicantur, et ea valde levissima : unde non scripsit, « mandata ejus » levia sunt, sed ait, « gravia non sunt; » illud solum assumens, quod deorsum non trahit, et sursum vehit, ut juste sectemur quod justum est, experimentum (71) utique cognoscentes, quia Christi jugum leve est, suavitatem obtinens copiosam. Qui ergo de mandatis ita semetipsum instituit, ut ea perducat ad actiones, ex Deo nascitur. Et dum hæc impetraverit, contemnit materialem vitam et sæculi blandimenta. Et propterea vincit mundum, transiens a conversatione præsentis mundi. Erit provectus ejus atque perfectio, et fide operatrice consistens, et justitia reputatur, quia (75) fidem ostendens tanquam consistentem et permanentem ait : « Hæc est victoria, quæ vincit sæculum, » id est, fides, quam habemus, credentes Jesum esse eum qui prophetatus Christus.

Iis igitur infert, quia necessario consequens est, ut qui credidit Jesum esse Filium Dei, victoriam habeat contra mundum. Vincit autem sæculum, qui malo non vincitur, sed in bono devincit malum. Vincit autem quod malum est, quando virtutem et ipsam bonitatem habet, quæ semetipsam ad hæc informat. Cum hoc utique opere bonitatis et conversatione non gravium mandatorum, qui credit, vivam fidem habet, secundum quam et ex qua erit Filius Dei, credens unigenito Dei Filio ita, ut etiam participetur cum eo.

Vers. 14, 15. « Et hæc est fiducia, quam habemus ad Deum, quia quidquid petierimus secundum voluntatem Dei, audiet nos. Et scimus, quoniam audiet nos, quidquid petierimus. Scimus, quoniam habemus petitiones, quas petivimus ab eo. »

Qui experimento artis agnoscunt, quomodo operis alicujus quæque necessaria corriguntur, spem habent optimam, ut, dum opus fuerit, hæc adimplere possint. Quia igitur etiam sacri viri, Joannes, et qui cum eo apostoli ipsis operibus agnoverunt, quoniam crebro postulantes Deum, quod ei esset gratum et acceptabile, perceperunt, præsumunt, quia quotiescumque ita petierint, quæ cupiunt, Deo annuente merebuntur. Habentibus enim scientiam munificentissimus et largissimus Deus est, et petitiones secundum voluntatem suam habitas conferet : multam fiduciam conceperunt apud eum, tanquam filii apud patrem. Quapropter confidunt se percipere pro quibus rogatur, certe scientes, quoniam audit eos, cum præstari sibi poscunt, quæ illi grata noscuntur. Et his itaque demonstrabitur, quod a quibusdam ad quæstionem venit, quonam modo verum sit quod dictum est : « Omnis qui petit accipit [76], » dum hæc propositio generalis, « omnis, » absolute contineat etiam eos, qui non utilia deprecantur. Sed eos tantummodo continet, qui secundum Dei voluntatem aliquid petunt. Hæc itaque fiducia habebit inculpabilem actionem et contemplationem vitæ, quod potest perraro contingere. Unde scriptum est : Quis gloriabitur castum se habere cor [76]; et : « Quis fiduciam habebit, quia mundus sit a peccato? » Pauci namque sunt in hac virtute degentes. Unus dicit : « Si iniquitatem cogitabam in corde meo, non exaudiat Dominus [77], » id est, quoniam iniquitatem non cognovi in corde meo : quod tamen dicere non præsumpsit, ne arrogans esse putaretur, secundum eum, qui dixit : « Nihil mihi conscius sum; sed non in hoc justificatus sum [78]. » Iis etiam similiter percipiendum est illud : « Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum [79]. »

Vers. 18. « Scimus quoniam omnis, qui natus est ex Deo, non peccat; sed qui natus est ex Deo, servat semetipsum, et malignus non tangit eum. »

Quoniam, qui nascitur ex Deo, semen ejus habens in semetipso, peccare non potest : dum hoc primitus scripsisset, nec erronice nunc ait : « Sciendum quod non peccat, qui natus est ex Deo. »

Εἰ γὰρ ἐκ τοῦ ποιεῖν ὅτι- Si enim, faciendo justi-

[76] Matth. VII, 8. [76] Prov. XX, 9. [77] Psal. LXV, 18. [78] I Cor. IV, 4. [79] I Joan. III, 21.

(71) Corrige ex Græcis *experimento*. Mox, si Græca sequeris, corrigendum est, *cognoscens*, nempe, Joannes auctor Epistolæ.

(72) Sententiarum in hoc scholio, ut apud Matthæium legitur, male turbatam seriem in eum, qui versione Latina monstratur, ordinem redegi.

(73) Ex auctoritate versionis Latinæ rescribendum esse puto ὑπάρξει τὸ οὕτω προκόψαι πίστει ἐνεργεῖ.

(74) Insolentius dictum pro πιστεύοντες.

(75) Ex Græcis corrige *quam*.

Digitized by Google Распознавание текста

καιοσύνην ἔχει τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι, ἅμα δὲ ἁμαρτάνειν καὶ ποιεῖν δικαιοσύνην ἀδύνατον, φανερὸν ἄρα, ὅτι οὕτω διακείμενος οὐχ ἁμαρτάνει. Εἶτα ἀσφαλιζόμενος, ὡς οὐ φύσει ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος υἱὸς Θεοῦ, ἁρμοδίως ἐπήγαγεν· « ἀλλὰ τηρεῖ ἑαυτὸν, καὶ ὁ πονηρὸς οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ. » Εἰ γὰρ διὰ τοῦτο ὁ πονηρὸς οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ, οὐκ ἐκ κατασκευῆς, ἀλλὰ προσοχῆς ἔχει τὸ μὴ ἁμαρτάνειν.

tiam, habet ut sit ex Deo, simul autem esse peccatum et justitiam impossibile est : palam est igitur, quod dum sic operatur homo justus est, et non delinquit. Deinceps dum præmonuisset, quoniam voluntarie et non naturaliter filius est Dei homo hujusmodi, competenter adjecit : « sed servat semetipsum, et malignus non tangit eum. » Si ergo propterea malignus non tangit eum, quod servat semetipsum, non ex natura, sed accedentes (76) habet, ut non delinquat.

A

B

Si quis autem semetipsum servat, orat divinitus custodiri, ut intactus permaneat a maligno. Præceptum namque custodiæ quæ studio nostro fit, hoc est, quod ait, « Custodi tuum cor [80], » et post pauca (vers. 21) : « Custodite vos ab idolis. » Custodiæ vero divinæ exemplum est, quod ait : « Domine, servabis nos, et custodies nos [81], » et illud : « Sub umbra alarum tuarum protege me [82], » et illud : « Pater sancte, custodi eos [83]. » Tangit autem aliquem malignus lædens, et affligens eum, quod manifestum est ex eo, quod ait : « Non continget te malum [84], » et ex eo quod dictum a Deo benefactoribus : « Qui tetigit vos (vel, ut alii, qui tetigerit), tangit pupillam oculi mei [85]. » Quibus et illud concordat : « Nolite tangere christos meos [85*]. »

C

Vers. 19. « Scimus quoniam ex Deo sumus, et totus mundus in maligno positus est. »

Mundus, id est, mundi amatores maligno ortui sunt subjecti. Totus ait, quod omnes sub peccato nascimur, quorum ipse ortus in vitio est.

Ὅταν λέγει, ὅτι ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται, οὐ τοῦτό φησιν, ὅτι ἡ τοῦ Θεοῦ κτίσις, κόσμος οὖσα, ἐν τῷ πονηρῷ ἵδρυται, ὥς τινες ὑπενόησαν τῶν αἱρετικῶν, ἀλλ' ὅτι κόσμον οἶδε καλεῖν ἡ Γραφὴ τοὺς φαύλους ἀνθρώπους, καθὼς καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐν Εὐαγγελίοις γράφει ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης (78),

Permulta cognoscentes, homines pravos insinuare hanc vocem de mundo dictam, jam dubitamus (77) secundum hæreticos, nec cujusdam creatoris Dei credimus facturam esse mundi, et in maligno constituti. Positus est enim hic sermo de mundo pro hominibus, sicut præ-

D

dixi et in hac Epistola, et in Evangeliis,

ex quibus pauca de multis promenda putavimus. In hac Epistola scribens Joannes ait : « Nolite admirari, si odit vos mundus. » Palam est enim omni sapienti, quod mundus odit sanctos, per quem maligni homines designantur. Et illud : « Ipsi de mundo sunt, et de mundo loquuntur, et mundus eos audit. » Quod autem ait audire mundum, seductive loquentes, non creaturam, sed passibiles (79) homines manifestat. Ita in Evangeliis Salvator ait : « Me mundus non potest amare, quia testimonium perhibeo operibus ejus, quoniam maligna sunt [86], » et : « Væ mundo a scandalis [87] ; » et : « Si essetis ex mundo, mundus quod erat suum diligeret; nunc autem non estis ex mundo, sed ego elegi vos, propterea odit vos mundus [88]. » Non enim per hæc arbitrandum est, dum arguit utique opera maligna, et scandala manifestat, et odiri dicit discipulos suos a mundo, quod de constitutione terræ et cœli, et quæ in his sunt, hæc dicat. Maligni namque et venefici et conceptores odii homines sunt, qui per Dominica verba significantur. Hos igitur arguit pro malignis operibus, quos etiam notans, dicit esse de scandalis, et habentes odio sanctos viros. His igitur manifestatis, mundum in maligno positum ostendit esse eum, qui arguitur, et notatur, et odio habere designatur apostolos. Horum namque singuli propter malitiam, quod in maligno esse dicuntur, deliberari dicimur, dum oramus : « Libera nos a malo [89]. » Redimuntur namque et liberantur ab eo cuncti, qui nequaquam ab ignitis ejus jaculis vulnerantur, eo quod in omnibus assumpserunt scutum fidei salutaris. Volens itaque Salvator hoc a Patre concedi, dicebat de discipulis suis : « Pater, serva eos a malo [90]. » Quapropter deviare credendi sunt, qui putant mundum positum in maligno, quasi in opifice suo. Hoc itaque verbum significat etiam voluntates et modos, id est, non naturam esse et causam, ut quisquam ex Deo putetur, aut (80) in maligno sit constitutus, cum dicit, nos Christi discipuli disciplinabiliter novimus, quia ex Deo sumus, ab eo participium habentes, a quo electi de mundo, ex Deo propter sanctitatem nati sumus, hoc scientes, quia omnis mundus propter impietatem, quam habet, in malitia positus est, incumbens ei qui præcessit in malo : ita ut idem esse videatur, positum esse mundum in maligno, quod esse illud : « Qui facit peccatum, ex diabolo est, quia ab initio diabolus peccat [91]. » Malignus enim et (81) diabolus est, et non aliter est

[80] Prov. IV, 23. [81] Psal. XI, 8. [82] Psal. XVI, 8. [83] Joan. XVII, 11. [84] Psal. XC, 10. [85] Zach. II, 8. [85*] Psal. CIV, 15. [86] Joan. VII, 7. [87] Matth. XVIII, 7. [88] Joan. XV, 29. [89] Matth. VI, 13. [90] Joan. XVII, 15. [91] I Joan. III, 8.

(76) Hoc aperte falsum, Gal. legendum putat, *accidentes*, male. Veram lectionem ex Græcis assequi conjectura poteris. Legendum est, *attentione*.

(77) Gallandio ex contextu rescribendum videtur *non dubitamus*, recte. *Secundum hæreticos*, adjectum est hoc sensu, ut hæretici dubitare de ea te dicantur.

(78) Hoc scholium, quamvis nonnulla aliter expressa habeat quam versio Latina, tamen Didymi esse videtur.

(79) Gall. *possibiles*, male.

(80) Gallandius, sensu loci non intellecto, pro *aut*, *ut* rescribendum esse censet.

(81) G. non omittere debebat *et*.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

mundus quam is, qui facit peccatum. His ita declinatis (82), locum fallaciæ non habebit opinio hæreticorum, putantium, creaturam significari per hoc, quod dictum sit : « Totus mundus in maligno est positus. » Nam licet mundus significet aliquando creaturam, non tamen in maligno positam, sed in Verbo, per quod omnia facta sunt [91], stabilitatis suæ obtinet robur : in Christo invisibilia et visibilia, cœlestia et terrestria sunt creata, et ante omnia est (et in eo cuncta consistunt fundamentum habentia), opifex Verbum. Sic enim verum erit etiam, quod dictum est : creata a Deo omnia, cum utique dicit Sapientia de semetipsa : « Ante sæcula fundavit me, in principio, antequam terram faceret, et abyssos crearet [92], » etc.

VERS. 20, 21. « Scimus quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis intellectum, ut sciamus verum Deum, et simus in vero Filio ejus. Hic est verus Deus et vita æterna. Filioli, custodite vos ab idolis. »

Ταύτην τὴν διάνοιαν λαβὼν ὁ θεῖος Παῦλος καθ' ἣν γινώσκεται ὁ ἀληθινὸς (83) Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἔλεγεν· « Ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν. » Ὁ ταύτην τὴν διάνοιαν καὶ τὸν νοῦν ἔχων, γινώσκει τὸν κατ' οὐσίαν ἀληθινὸν, καὶ ἔστιν ἐν αὐτῷ ἐνούμενος πρὸς αὐτὸν, πρακτικῶς νόησιν αὐτοῦ ἔχων.

Intellectus quem dedit, secundum quem cognoscitur, quia venit verus Filius Dei, idem est, quod mens Christi, de qua dictum est : « Nos autem mentem Christi habemus [93]. » Quia ergo hunc intellectum et hanc mentem substantialiter agnoscit veram, et est in eo virtus Dei, et operibus intellectum habet ejus is, in quo cognoscit cum.

Verus Filius Dei est Jesus Christus, verus Deus exsistens. Et considera quemadmodum consubstantialis Patri, et non idem numero secundum Sabellium Filius sit cum Patre. Cum solus enim verus Deus sciatur Pater, verus Deus inspicitur Filius ab eis, quibus intellectum, veniens, ipse dedit. Igitur si (84) alterius substantiæ sit Pater et Filius, cum Pater solus verus sit Deus, Filius nequaquam verus erit Deus. Si autem Filius verus sit Deus, si utrique alterius substantiæ sint, Pater (85) secundum speciem habebit, ut verus sit Deus. Rursus, si (86) verus Deus, prohibetur hoc esse Pater. Quapropter tanquam (87) A inspiciendi sunt, qui alterius substantiæ dicunt, et non ejusdem Patrem et Filium, quatenus, dum una divinitas Patris et Filii asseritur, etiam veritas una et eadem agnoscatur. Quomodo enim non una divinitas Patris et Filii, cum propheta dicat : « Et te orabunt, quia Deus in te est, et non est præter te Deus, tu enim es Deus, et ignorabamus, Deus Israel, salvator. » Horum itaque singula examinationem (ut fuit possibile), in aliis habuerunt.

Ἄξιον εἰπεῖν, πῶς δι' ὅλης τῆς Ἐπιστολῆς τελειότητα αὐτοῖς μαρτυρήσας νῦν προτρέπει ἑαυτοὺς τηρεῖν ἀπὸ τῶν εἰδώλων.

Quærendum quomodo, dum per totam Epistolam perfectionis et sanctitatis eorum, quibus scribit, testimonium perhibuerit, ad fidem de brevibus rebus et utilis-inuis (88) admoneat, dicens : « Filioli, custodite vos ab idolis. » Ad hæc occurrens, aliquis dicit : Quoniam universæ Ecclesiæ scribit Epistolam, et poterit in tertio (89) concilio, nuper constituto, aliquis ex idololatria conversus esse, et dum crebro eveniat, ut, qui descendunt a multorum deorum cultura, nondum firme credentes, reliquias superstitionis mente retineant, propter illos hoc verbum posuit.

Λέγομεν οὖν, ἐπεὶ ὅλῃ (τῇ) Ἐκκλησίᾳ ἐγράφη ἡ Ἐπιστολὴ, εἰκὸς δὲ ἦν ἐν τοιαύτῃ συνόδῳ ἄρτι ἀφεσταμένους τῆς εἰδωλολατρείας εἶναί τινας, ἐν τοῖς τοιούτοις ἐκείνων ἕνεκα τὴν λέξιν ἐχάραξεν.

Hoc enim moris est divinæ doctrinæ ; nam et Paulus apostolus, Corinthiis scribens, cum laudasset eos in omnibus divitiis intelligibilibus [94], in ipsa Epistola scribit, ut ab idolothytis semetipsos abstinerent, ne socii dæmoniorum fierent, et non haberent differentiam ab eis, qui in idolis epulantur [95]. Aliter autem aliquis dicit, quoniam scribens significavit, eis multos antichristos jam venisse : et esse pseudoprophetas, qui, de veritate cadentes, saperent et dogmatizarent nihil stabile, nihil firmum, sed quilibet (90) idolum factum atque plasmatum in mentibus sibi credentibus seminarent. Hæc ergo, quæ ita depinguntur, seu plantantur in mentibus, falsæ scientiæ doctrina, non frustra quilibet idola vocat, a quibus idolis monet, ut se custodiant omnes, qui ad Deum verum reverenter accedunt. Sic enim intellectis verbis præsentibus, terminum percepisse Epistolam cum ratione fatebimur.

[91] Joan. I, 3. [92] Eccli. XXIV, 14 ; Prov. VIII, 23 sqq. [93] I Cor. VII, 40. [94] I Cor. IV, 8. [95] I Cor. X, 14 sqq.

(82) Recte. — G. conjecit, *declaratis*, male.
(83) Ἑλθών interponit D. Facit cum hoc codice Latina versio.
(84) Ita egregie G. Vulgo, *igitur alterius*.
(85) Repone *Filius*.
(86) Interponendum videtur *Pater*. Mox legendum videtur, *perhibetur*.
(87) Gallandio legendum videtur *tanquam hæretici insp.*, recte.
(88) Rescribendum est, *vilissimis*.
(89) Ex Græcis ἐν τοιαύτῃ συνόδῳ ἄρτι ἀφεστα-μένους, etc., corrige, *in tanto concilio nuper constituto*. Sententiam non ad verba reddidit Epiphanius.
(90) Corrige *quidlibet*.

Digitized by Google Распознавание текста

DIDYMI ALEXANDRINI

IN

EPISTOLAM DIVI JOANNIS SECUNDAM ENARRATIO.

Vers. 6. « Et hæc est charitas, ut ambulemus secundum mandata ejus. »

Præsens dictum concordat his quæ in Epistola prima relata sunt, ubi ait [97] : « Et scimus, quoniam qui diligit Deum, mandata ejus servat, » et in Evangeliis ait [98] : « Si quis diligit me, mandata mea custodiat. »

Ταυτόν ἐστι τὸ περιπατεῖν κατὰ τὰς ἐντολὰς, τῷ τηρεῖν αὐτάς. Ἐπεὶ γὰρ πρακτικαὶ (αἱ) ἀρεταὶ, αἱ κατὰ τὰς ἐντολὰς ἐνεργούμεναι, περιπατεῖ κατ' αὐτὰς ὁ μὴ ἔξω αὐτῶν γινόμενος. Ἐν τούτῳ δὲ ταυτὸν τῷ τηρεῖσθαι αὐτάς. Ὅθεν καὶ ὁ παυσάμενος τοῦ κατ' ἀρετὴν ἐνεργεῖν, οὐδὲ τηρεῖ τὰς ἐντολὰς, οὔτε περιπατεῖ κατ' αὐτάς. Ὁ γὰρ κατ' ἀρετὴν προκόπτων κατὰ τὰς ἐντολὰς βαδίζει, — τοῦ περιπατεῖν προκοπὴν δηλοῦντος τοῦ τελειωθέντος, μετὰ τὸ περιπεπατηκέναι κατὰ τὰς ἐντολὰς τηροῦντας (91) αὐτάς.

Idem namque est ambulare secundum mandata, quod servare ea. Quod enim actuales sunt virtutes, quæ secundum mandata fiunt, ambulat secundum eas, qui extra eas non efficitur. In hoc enim idem ambulare secundum ea, quod custodire est. Unde, qui cessat in opere secundum virtutem, neque mandata servat ulterius, neque ambulat secundum ea. Ex abundantiis, siquidem dicetur et hoc modo : qui secundum virtutem proficit, ambulat utique secundum mandata, quando ambulare profectum insinuat perfecti viri, qui postquam ambulaverit secundum mandata, etiam servat ea. Huic dicto concordat etiam, quod in ænigmate legitur, quod Adam positus est in paradiso, ut operaretur et custodiret eum [99]. Ubi per operationem effectus provectionem designat, per custodiam vero perfectionis ipsius statum atque constantiam.

Vers. 9-11. « Omnis, qui recedit, et non permanet in doctrina Christi, Deum non habet ; qui permanet in doctrina, hic et Patrem et Filium habet. Si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi ave, communicat operibus ejus malignis. »

A Manet utique in evangelica doctrina, qui secundum eam sapit et agit, dum separat semetipsum ab illo, qui facit aliquid e diverso et sapit. Proinde quoniam per actualem vitam sit alicujus Deus, qui creator est omnium, sicut Abraham, cui dixit : « Ego Deus tuus [1] ; » quisquis extra rectam fidem conversationemque mandatorum Jesu fuerit, sine Deo est, semetipsum separans, nec habet Deum, dum ille separaverit semetipsum a divina doctrina, prædicto modo. « Is qui manet in eo et Patrem et Filium habet. » Ad eum namque, qui servat mandata ejus, dicit Filius, Patrem secum venturum, (92) maneat apud eum, cum factus fuerit templum sanctum ædificatum per observationem mandatorum Dei. Cum duplex itaque sit modus habendi Deum : alter
B quidem communis est omnium creaturarum, per quem significatur, omnes habere creatorem ; alter vero eorum indicat modum, qui per bonam voluntatem placant eum, secundum quod legitur : « Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob et omnium Hebræorum [2]. » Adverte siquidem quod hic dictum est : « Qui habet, inquit, Filium, habet et Patrem : » et e diverso, per quæ scilicet intelligitur, eadem substantia (93) esse divinitatis. Quia enim Pater in Filio est, qui habet Filium, habet et Patrem, quod etiam reciprocum est : nam qui habet Patrem, habet et Filium, qui est in Patre. Si quis autem incumbere volens dicat : et qui discipulos habet, habet et Filium : et qui Filium habet, habet et
C Patrem, secundum quod scriptum est : « Qui vos suscipit, et me suscipit, et Patrem meum suscipit, qui misit me [3] : » sciat, quod non sicut oportet insinuat. Hæc enim de doctrina sunt dicta, quod qui suscipit apostolos, consentiens eorum doctrinæ, suscipit per eos Filium simul et Patrem, quem prædicant. Est et aliter intelligendum, quoniam, qui manet in doctrina, habet Patrem et Filium. Manserunt in doctrina ejus apostoli, ita ut prædicarent eam : qui igitur suscipit eos, cum sint templum Dei, per hoc quod suscipit illos, habet inhabitantem in eis Filium simul et Patrem.

[97] I Joan. II, 3. [98] Joan. XIV, 15. [99] Gen. II, 15. [1] Gen. XVII, 7. [2] Exod. III, 6, 18. [3] Luc. IX, 48.

(91) Corrige τηροῦντος Matth.
(92) Gall. conjecit, *qui*. Malim, *ut*.
(93) Poteris conjicere, *eamdem substantiam*. Nec tamen necessaria est hæc lectionis mutatio.

Digitized by Google Распознавание текста

DIDYMI ALEXANDRINI

IN

TERTIAM DIVI JOANNIS EPISTOLAM ENARRATIO.

VERS. 11. « Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. Qui benefacit, ex Deo est; qui autem male facit, non videt Deum. »

Μηδεμιᾶς κοινωνίας οὔσης φωτὶ πρὸς σκότος, ἢ συμφωνίας Χριστοῦ πρὸς Βελίαρ, ὁ ἀγαθοποιῶν πρακτικῶς καὶ θεωρητικῶς, Χριστὸν τὸν Θεὸν ἔχων (94), ὑπάρχοντα φῶς ἀληθινὸν, πόῤῥω τοῦ σκότους καὶ τοῦ Βελίαρ ἐστίν. Ἀλλὰ καὶ ἐπεὶ ἐναντίον τῷ ἀγαθοποιεῖν τὸ κακὸν (95), ὁ κακοποιὸς, δι' αὐτοῦ τοῦ οὕτως ἐνεργεῖν, ἐκ τοῦ Βελίαρ καὶ τοῦ σκότους ὢν, οὐχ ἑώρακε τὸν Θεὸν, οὐδὲ κατὰ ποσὸν γνῶσιν αὐτοῦ ἔχων. Πᾶς γὰρ ὁ ἁμαρτάνων οὐχ ἑώρακε τὸν Θεὸν, οὐδὲ ἔγνωκεν αὐτόν. Ἐπεὶ δὲ τὸ ὁρᾶν σῶμα, καὶ μὴ ὁρᾶν, τῷ

Cum nulla communio sit luci ad tenebras, aut concordia Christo cum Belial, qui bonum facit actualiter atque contemplative, Deum Christum habens, qui est vera lux, procul est a tenebris et Belial: quoniam contrarium est benefacienti malefacere: qui malefacit per hoc ipsum opus, cum sit Belial et tenebrarum, is non videt Deum, nec secundum qualitatem aliquam agnitionem habet ejus. Omnis enim, qui peccat, non vidit eum, nec agnovit eum; quod vero videre corpus, aut non videre, aspectu uti vel non uti constat, cum

A χρᾶσθαι ὄψει καὶ μὴ χρᾶσθαι γνωρίζεται, ὁρωμένου τοῦ αἰσθητοῦ καὶ τῷ κακοποιοῦντι, ἐὰν ὄψιν ἔχει (96), μὴ βλεπομένου δὲ τῷ στερουμένῳ ὄψεως, κἂν ἀγαθοποιὸς ᾖ, ἀναντιῤῥήτως. Οἷς ἅμα δείκνυται (97), εἴγε ἀγαθοποιοῦντι, διὰ τὸ καθαρὰν καρδίαν ἔχειν, ὁρᾶται, κἂν ὄψεως λείπηται, οὐχ ὁρώμενος τῷ κακοποιοῦντι, κἂν ὀξυωπέστατος ᾖ. Παρίσταταί τε τἀναντία

B εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο ἀσυνύπαρκτα, τὸ ἀγαθοποιεῖν φημὶ, καὶ κακοποιεῖν, καὶ ἐκ τοῦ, « Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ καὶ ποίησον ἀγαθὸν, » καὶ τῶν παραπλησίως γεγραμμένων.

aliquod sensibile videatur etiam ab eo, qui malefacit, si aspectum habeat; et si non videat, qui aspectu privatur, licet sit bonus: indubitanter ostenditur, Deum non esse corpus, quando benefaciens, eo quod cor habeat mundum, videt Deum, licet aspectu carnali privatus sit, cum non videat eum malefaciens, quamvis acie vehementer acuta consistat. Et ex hoc ergo (hoc est benefaciendi et malefaciendi sermone) demonstrat, quæ simul non subsistunt, esse contraria; item ex eo quod dictum est: « Declina a malo, et fac bonum [a], » et hujusmodi verbis in Scriptura divina relatis.

[a] Psal. xxxvi, 27.

(94) Θεὸν τὸν Χριστὸν ἔχων D. Hanc veram esse lectionem demonstrat vers. Lat.

(95) Κακοποιεῖν D, recte. Habet enim vers. *malefacere*.

(96) Ἐχῇ D, recte.

(97) In his, si Latina versio comparatur, aliqua deesse videntur, et interpunctio mutanda.

DIDYMI ALEXANDRINI

IN

EPISTOLAM BEATI JUDÆ APOSTOLI ENARRATIO (98).

VERS. 4. « Subintroierunt enim quidam homines impii, qui olim præscripti, et prædestinati erant in hoc judicium, Domini nostri gratiam transferentes in luxuriam, et solum Dominatorem, etc. »

Omnino quoniam Jesus semel populum de terra Ægypti liberans, deinceps eos qui non crediderunt, perdidit (99). Quidam homines impii, Scripturam divinam quodam utentes dolo atque malignitate,

(98) In scholiis Græcis pauca admodum inveniuntur ex Didymiana enarratione desumpta. Deprehendi equidem interdum maximum in singulis sententiis consensum, ita ut ad Didymi auctoritatem et inventionem revocari posse omnia videantur. At ubi verba sententiarumque nexum diversa esse intellexi, malui Didymo aliqua deesse quam aliena vindicari. Hoc tamen, si quis accuratius cum scholiis enarrationem Didymi comparaverit, neminem fugiet, scholiorum compositores Didymum multis in locis secutos esse.

(99) Hæc non Didymo, sed Judæ tribuenda videntur, ita ut non quartum solum, sed quintum simul Epistolæ versum explicandum sibi sumpserit

Digitized by Google Распознавание текста

subingressi sunt, eam se prædicare simulantes, præscripti scilicet, id est, ad hoc præscripti judicium, quo a semetipsis dijudicati, traditi sunt improbo sensui. Hi namque propter immensam impietatem, cum essent impudici, gratiam Domini nostri Jesu Christi in luxuriam mutaverunt, per ipsam spurcitiam suam negantes unum Dominatorem Dominum Jesum Christum eorum, qui per Evangelium sunt vocati. Dehinc, ut revocet eos, qui crediderunt malignis et impiis, ostendit, quanta sit magnitudo Domini, quem negaverunt, palam faciens, quoniam ipse est, qui eduxit populum ex Ægypto, et salutem præbuit. Secundum, quoniam instabiles atque mutabiles erant quidam eorum, gerentes in animo, quod in Ægypto habuerant voluntatem, perdidit eos differentes in eremo, licet liberati fuerint ex Ægypto per fidem. His ita prælibatis, necessarium est requirere, qui sint, quos dicit gratiam Domini in luxuriam transtulisse, hoc est impios et divinæ doctrinæ simulatores, nisi forsitan isti sunt præsules hæreseos Nicolaitarum, nullam speciem impudentiæ derelinquentes. Sive autem hæresis ipsa est voluntate polluta, cujus fit memoria in Apocalypsi [8] per Jezabel, quæ super fornicationem esse describitur, seu altera, contemplandum est. Puto autem, quia (1) et de multis hæresibus, quæ cœperunt temporibus apostolorum, dicitur hoc, et auctoribus earum, qui scilicet impudentiam multamque luxuriam sunt sectati, ita ut ipsam spurcitiam suam atque luxuriam idolorum sacrificiis permiscerent. Nam et Paulus de hujusmodi hominibus ita dicit: « Et nolite communicare operibus immundis tenebrarum, magis autem etiam arguite: ea enim, quæ occulta ab eis fiunt, turpe est etiam dici [9] (2). »

Αἰσχρὰ γὰρ καὶ λίαν αἰσχρὰ ἐπιτελοῦσι δῆθεν μυστικῶς. Πρὸς τούτοις καὶ οἱ ἀπὸ Σίμωνος καὶ Μαρκίωνος καὶ Οὐαλεντίνου, Σηθανοί τε καὶ Καϊανῖται, ὧν ἡ ἀσέλγεια ἔκθεσιμος.

Turpia namque et vehementer turpia faciunt, quasi mystico modo, qui sectam Simonis Magi sequuntur. Post hoc autem et Marcionitæ atque Valentiani et Sithiniani nefanda committunt.

Unde et in alia Epistola de eis scribit, dicens: « Isti sunt, qui ingrediuntur in domos, et captivant mulierculas, peccatis involutas et libidinibus variis ductas [7], » et sub occasione religionis agunt turpia. Quapropter in luxuriam transtulisse eos dicit gratiam Domini, per quam luxuriam et effectus ejus negant solum Dominatorem et Dominum nostrum Jesum Christum. Animadvertendum est solum Dominatorem esse Christum, eo quod solus verus sit Deus. Sic enim, cum solus sit Dominator et Dominus Jesus, non expellit auctoritate Patrem, dicens ei, « Domine cœli et terræ [8]. » Sic neque Pater, cum solus sit verus Deus, extraneum facit a vera deitate Filium. Dictum namque est ante hæc de eo, quod sit verus Deus iste solus Dominator et Dominus Jesus Christus, qui eduxit populum ex Ægypto per Moysen, quibus ita dictis consequens est, ut non sit alter Deus Moyseos. Neque enim est alius præter Trinitatem. Unum etiam Moyses ministrare dignoscitur, secundum quod dictum est: « Ille de me scripsit [9]. » Et illud, quod scripsit Moyses, invenimus Jesum implevisse. Quapropter et ipse prævidens prophetiæ virtute crucem, maximas habere divitias se putavit improperium Christi [10]: et non aliter quam ille, qui dixit: « Mihi gloriandum est in cruce Christi [11]. » Cum ergo Jesus sit, qui ex Ægypto Hebræos eduxit, constat quod non de humanitate ex Maria procedente: secundum, quod de Deo Verbum dictum est Jesus, sicuti proxime dixit: « Nobis autem unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia [12]. » Quod autem ait, « quia præscripti sunt, qui transtulerunt gratiam Domini in luxuriam, » cui subjecti sunt, id est, ad hoc præscripti judicium, etc. (sicut nuper edictum est), considerandum est, ne forsitan hoc possit exponi etiam de his qui similes Judæ præscripti sunt, utique prophetiis. De illo namque dictum est: « Et episcopatum ejus accipiet alter [13]; » et illud: « Levavit contra me calcaneum suum [14], » adversus doctorem, panes ejus edens, quasi etiam hujusmodi impiis præscriptum sit, sicut de impiis Veteris Testamenti.

Vers. 9. « Michael autem, archangelus, quando cum diabolo altercans disputavit de corpore Moysi; nec fuit ausus judicium inferre blasphemiæ, sed dixit: Imperet tibi Deus. »

Si substantialiter malus est diabolus, sicuti putant terrenas naturas introducentes, qui dicunt aliqui adversus eum, crimini (3), non substantiæ blasphemiæ. Si neque rationabiliter increpat eum Dominus, cum naturam non habet, ut increpationem pro opere non bono suscipiet (4). Sed dum et increpatur a creatore Dominoque cunctorum, tanquam dum possit ex hoc aliqua utilitas provenire, et blasphemiam arbitratus maximus archangelus proferre quidquam adversus eum, licet decertaretur pro corpore Moyseos. Nec est diabolus terrena sub-

[8] Apoc. II, 20. [9] Ephes. v, 11. [7] II Tim. III, 6. [8] Matth. XI, 25. [9] Joan. v, 46. [10] Hebr. XI, 26. [11] Galat. VI, 14. [12] I Cor. VIII, 6. [13] Psal. CVIII, 8. [14] Psal. XL, 10; Joan. XIII, 18.

Didymus. Gallandius, ut periocham scripturæ aliquanto pleniorem faciat, pro *omnino* legendum esse jubet, *scientes semel omnia*, scilicet, ne cum Vulgata dissideat Latinus interpres. Equidem cum hypothesis manifesto manca sit, nihil muto. Patet vero, Didymum, vel saltem interpretem Latinum, locum Judæ impeditissimum ita legisse, ὅτι Ἰησοῦς ἅπαξ λαὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου σώσας, etc.

(1) In Græco scriptum fuisse videtur, ὅτι.

(2) In scholio præterea adjecta sunt hæc hæreticorum nomina: καὶ Ἑστωτιανοὶ καὶ Βορβοριανοὶ καὶ Βαβυλώνιοι.

(3) Puto legendum esse *criminis*. At ne sic quidem sanatur locus corruptus. Vellem scripsisset auctor, *non criminis, sed substantiæ*.

(4) Fortasse legendum est, *cum naturam non habet, et increpationem*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

stantia. Habuit enim aliquando divinam gloriam (5) et sanctam Dei scientiam, licet conversus de magnitudine tanta ceciderit. Ostenditur itaque ex communi sensu, quem habemus de cunctis rationabilibus, quoniam, cum sunt arbitrii liberi, et conversio sit facta diaboli, natura non malus est, quomodo nec ipse, qui cunctos malignitate transcendit, hujusmodi est, licet adversarii hujus contemplationis præscribant (6) præsenti Epistolæ et Moyseos assumptioni (7), propter eum locum, ubi significatur verbum archangeli de corpore Moyseos ad diabolum factum. Non enim ex his tantummodo, sed in omni divina Scriptura monstratur de casu ejus: et unus nunc sermo est, propterea etiam diabolus appellatus est. Voluntatis enim ejus, non essentiæ diaboli nomen est, ut frequenter dictum est. Sicut enim in Juda dicendum est, cum substantiam ejus significamus, hominem dicentes eum, mores vero, cum (8) diabolum appellamus, agnoscentes a Salvatore, qui dixit discipulis: « Unus ex vobis diabolus est [15]: » sic in isto nomen diaboli malam ejus significat voluntatem, cum forte aliud nomen substantiam ejus insinuat. Et ideo dixi *forte*, quoniam non habemus in divina Scriptura clare dicta nomina propria rationabilium. Quod etsi non est, attamen communi nomine angeli ejus substantia declaratur, aliqua scilicet exsistens præter malam operationem, quod dum fecisset, diabolus appellatus est.

A

B

Vers. 11. « Væ illis, qui in viam Cain abierunt, et in errorem Balaam mercede diffusi sunt, et contradictione Core perierunt! »

C

Quoniam per omnia declarati sunt cecidisse a verbo veritatis hæretici, ostendit eos diversis subjectos malis. Dicit enim eos in viam Cain ambulare, qui propter invidiam et impietatem necavit fratrem. Qui, dum contristari debuisset eo, quod sacrificium ejus susceptum non erat, quod impie indubitanter obtulerat, et imitari fratrem, ut et iste pie Deo munus offerat (9), invidia magis correptus adversus eum, homicida primus apparuit. Et non in hoc solo quievit, sed etiam extendens impietatem suam, peccator circa Deum factus voluntarie, a vultu ejus expulsus esse (10), nihil jam putans in se Dei providentia provenire, secundum omnia quæ habebat, se auctoritatem esse credebat, et voluntatem suam. Præsentes igitur hæreticos ambulare, inquit, in viam ejus, et extra vultum Dei propter ignorantiam factos, sed etiam præponentes semetipsos Creatori, illum siquidem animalis naturæ, se autem spirituales esse dicentes. Quapropter non recte dividunt [16] ea, quæ volunt (11) immolantes offerre se putant, quoniam primitias sibimet, secundas vero partes offerunt Deo. Ex hujusmodi enim nequitia atque fallacia homicidæ fiunt fratrum suorum, offerentes eis quæ sapienda non sunt, magis autem ad suam imitationem vocantes eos, cum dicunt: « Transeamus in campum [17]. » Dicit igitur eosdem similes esse Balaam, præponentes pietati mercedem oblatam ei a rege Madianita, ut malediceret eis, qui Dei benedictione fruebantur [18]. Qui etiam injustitiæ mercede diffusi sunt, vaticinantes enim inveniuntur, et pro sancto Spiritu spiritum erroris habentes, unde etiam dant et isti consilium fornicationis et idolorum culturæ, sicut ille proditione (12) populi Dei. Hæc autem de hæreticis quilibet dicens, ad superiora proficiat, et non tantum in verbo, sed in littera qua constant, qua etiam in Apocalypsi Joannis tanguntur, quod hæc habeant intellectualiter falsi doctores, cum sint amatores principatus atque superbiæ, et præsulibus Ecclesiæ resistentes, magis autem apostolis, qui ex Deo habent, ut sacerdotes sint. Hi namque Core contradictione scilicet erraverunt. Ille siquidem restitit sacerdotio, Aaron Dei voluntate collato, et propter contradictionem nova morte multatus est ipse, et qui cum eo esse videbantur.

D

Vers. 12, 13. « Hi qui in dilectionibus vestris maculatis coepulantur (13) sine timore, semetipsos pascentes: nubes sine aqua, quæ a ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, eradicatæ, bis mortuæ, fluctus ferocis maris, spumantes suas confusiones, sidera, seductiones, quibus, » etc.

Cum ostendisset eos, qui ambulant in viam Cain, et effusi sunt injusta mercede Balaam, et eos qui perditi sunt contradictione Gore; sequitur dicens: Hi sunt convivia celebrantes, quando dilectiones habentes, coepulantes in maculis suis, dum carnes polluunt proprias, et transferunt ad luxuriam Domini gratiam. Proinde cum omnia hujusmodi cum multo contemptu faciant, sine timore semetipsos pascunt. Cum enim sunt sub pastore vero ita de gentes, sine timore et sine reverentia constituti,

[15] Joan. v, 70. [16] Gen. iv, 7. [17] ibid. 8. [18] Num. xxii, 17 sqq.

(5) Mingarellus ad Didymum (supra col. 202 D) putat legendum *divinam gratiam*. Edit.

(6) Sensus videtur hic esse: Objectionibus suis præsentem epistolam et Moyseos assumptionem prætendunt.

(7) De hoc libro pseudepigrapho (Ἀνάληψις Μωϋσέως), ex quo desumpta sunt quæ in Ep. Judæ v. 9 leguntur, cfr. J. A. Fabricii *Codex Pseudepigr. V. T.*, vol. I, p. 402, 403, 839 sq.

(8) Scribendum videtur, *eum*.

(9) Male Gallandius cum sensum loci non satis intelligeret, conjecit, *obtulerat*. Verius videtur, *ut et ipse pie Deo munus offerat*.

(10) Hoc aperte falsum. Vel omitti debet, vel corrigi cum Gallandio, *est, nihilque*.

(11) Tacite correxit Gallandius *velut*, recte, nam *volunt* sensum nullum habet.

(12) Gallandius, nescio an de consilio, certe verius, scripsit *pro ditione*. Nihil adnotavit.

(13) Ut sæpissime, ita etiam in hoc loco Latinus interpres a Vulgata multum recedit. Gall., ut hanc versionem Vulgatæ conformaret, conjecit, *hi sunt qui.... maculæ*. Hoc nimium videtur. Lenius corrige, *hi sunt, qui in dilectionibus vestris maculati coepulantur*.

Digitized by Google Распознавание текста

quique comparant semetipsos sanctis nubibus, pluentibus justitiam. Quæ nubes utique veritatis sunt, secundum quod scriptum est : « Nubes pluant justitiam [19]; » et : « Usque ad nubes veritas tua [20]. » Quibus plenis imbre spirituali mandatur, ne pluant super indignos. Verumtamen licet nitantur semetipsos prædicti viri comparare nubibus sanctis,

νεφέλας οὖν ἀνύδρας ἐκάλεσε, διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸν ἀρδεύοντα ταῖς φιλοθέοις ψυχαῖς τοῦ Πνεύματος λόγον, τὸν γινόμενον αὐταῖς « πηγὴν ὕδατος, ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον »

attamen nubes sunt sine aqua, non habentes in semetipsis scientiam Dei. Quod qui percepérit, habet in semetipso « fontem aquæ salientis in vitam æternam [21]; »

ita ut « fluant de intelligibili ejus ventre flumina aquæ vivæ [22]. » Imitantur igitur isti nubes.

Δένδρα ἄκαρπα φθινοπωρινὰ, ἐπειδὴ πάλιν, δίκαιοι προσποιούμενοι, ἐλαίαις ἑαυτοὺς καὶ ἀμπέλοις καρποφόροις παρέβαλον, καθὼς καὶ νεφέλαις. — Φθινοπωρινοὶ δὲ, τουτέστι καὶ καρπῶν καὶ φύλλων ἔρημοι.

Etiam arboribus semetipsos comparare contendunt, quæ bonos afferunt fructus, cum sint utique arbores bonæ, et licet hoc faciant isti, arbores tamen autumnales et sine fructu sunt.

Nam licet promittant mentientes, fructum habere se bonum, arguuntur tamen, cum non possint uvam et fiscum ferre hi, qui spinæ sunt et tribuli, et arbores sine fructu. Hæc autem omnia et spinæ et tribuli opportuna sunt, ut igne crementur. Super hæc itaque, quod sine fructu sunt, evenit eis, ut etiam radicitus evulsi secundo moriantur; quia peccantes consequenter habent mortem; et isti secundo peccant, hoc est, actu et sensu; secundo etiam mori dicuntur. In eis igitur, qui secundo moriuntur,

ἢ καὶ οὕτως, ἐπειδὴ πρὸ τῆς πίστεως ἐτεθνήκει (14) σὺν ἀσεβείᾳ, εἶτα προσελθόντες τῷ Εὐαγγελίῳ ἔζησαν, πάλιν δὲ ἀσεβείᾳ καὶ ἡδονῇ ἐκδόντες ἑαυτοὺς τεθνήκασιν, εἰκότως δ' αὐτοὺς (15) τεθνηκέναι φησίν.

etiam hoc dicendum est, quoniam ante fidem mortui sunt, cum, in impietate malitiaque degentes, et visi sunt a mortuis per pœnitentiam surrexisse, accedentes ad Evangelium. Quando de illo reflectuntur ad impietatem, secundo moriuntur :

de quibus dicitur : « Melius erat eis, non agnovisse viam veritatis, quam, agnoscentes, reverti post tergum [23]. » Unum necessario consequens est, ut, cum secundo moriuntur, eradicari videantur, ut nullam spem habeant, denuo germinandi. Blasphemantes enim in Spiritum sanctum, remissionem non habent peccatorum, neque nunc, neque in futuro sæculo [24]. Repræsentat igitur hæc Scriptura conturbatos mores, et perturbatum intellectum hæreticorum, cum dicit eos « fluctus ferocis maris, spumantes suas confusiones, » per quæ turpiter immorantur, universa fornicaria celebrantes circa eos, cum quibus copulari festinant, augentes malitiam suam, et lumen se esse simulantes apud eos qui sunt in tenebris constituti;

« μιμούμενοι γὰρ τὸν ἑαυτῶν ἀρχηγὸν Σατανᾶν, μετασχηματιζόμενον εἰς ἄγγελον φωτὸς, καὶ αὐτοὶ μετασχηματίζεσθαι θέλουσιν εἰς διδασκάλους ἀληθείας, ἀλλ' οὖν πλανῶντές εἰσι, παραχαράττοντες τὴν ἀλήθειαν ἀσελγείαις δυσφημιῶν. — Ἀστέρες πλανῆται, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς τὸν αἰῶνα τετήρηται..... »

« et imitantes patrem suum Satanam, qui in lucis angelum transformatur [25]. Verumtamen, licet hanc phantasiam celebrare valeant, tamen sidera sunt erroris, quibus caligo tenebrarum æterna servatur. »

